QUINTI SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI

T 230

QUAE SUPERSUNT OMNIA.

EDIDIT

FRANCISCUS OEHLER.

Tomus I.

CONTINENS LIBROS APOLOGETICOS ET QUI AD RITUS ET MORES CHRISTIANORUM PERTINENT.



LIPSIAE
T. O. WEIGEL.
MDCCCLIII.

37324

Interim et ego per varia itinera quae ad Tertullianum pertinerent colligere coeperam, ut qui summopere semper his studiis delectarer atque tenerer, sed rumores illi de his duabus operum eius editionibus brevi prodituris de tertia istis addenda cogitare plane dehortabantur. Interveniebant etiam temporum turbae ac civiles discordiae, meque vix Apologetici et Ad Nationes librorum editionem, quam velut specimenis instar publicandam susceperam, recte absolvere siverunt. Sed tempora mox mutavere, cumque Hildebrandus V. Cl. variis occupationibus distentus de incepto suo destitisset mihique apparatum suum sese concessurum humaniter condixisset, cum undique me subinde appellari animadverterem atque confirmari, ut recepto meo stare vellem, cum denique etiam ipsius Regni Borussici summi cultus ministerii liberalitate adiuvari me viderem, non dubitavi ad Tertullianum meum reverti et omnia praeparare quo maturius expectantibus satisfacere possem. Apparatum vero meum tum recensenti ac perlustranti haec se offerebant:

1. Collatio codicis scripti Agobardini, Parisiensis n. 1622., olim a Steph. Baluzio instituta et adscripta margini exempli edit. Rigaltianae anni MDCXLI., quod asservatur Monachii in bibliotheca regia n. 1471.,
2. Collatio partis codicis scripti Vindobonensis n. 282.,
3. Collatio codicis Ambrosiani, olim Bobiensis, n. 58.,
4. Collatio codicum scriptorum Parisini n. 1623., Gothani n. M. 50., Erfurtensis bibl. Amplonianae n. 87., Erlangensis, qui fuit olim coenobii Heilsbronnensis, Ambrosiani n. 51., quibus fere omnibus iam usus eram ad editionem Apologetici quae prodiit Halis Saxonum a. MDCCCXXXXIX.,
5. Specimina collatorum codicum scriptorum Florentinorum, Montispessulani, Seletstadiensis,
6. Emendationes et coniecturae Iosiae Merceri et Iosephi Scaligeri, excerptae ex margine exemplorum aliquot quae asservantur in bibliotheca publica Lugduno-Batava,

et ex hac ipsa bibliotheca codex ille qui plurima Tertulliani opuscula continet ab I. G. Geelio V. Cl. ad me transmissus quotidie expectabatur.

His quae enumeravi ab Hildebrando V. Cl. pretio empta accesserunt:

1. Collatio codicum scriptorum Parisinorum n. 1623., n. 1656., n. 1689., n. 2618., et Leidensis n. 315., qui omnes solum Apologeticum continent,
2. Collatio libri Agobardini,

3. Collatio librorum scriptorum Vindobonensium n. 282. et 283.,
4. Collatio libri scripti Leidensis quem modo significavi quemque Catalogus Bibl. Publ. Lugduno-Batavae enumerat p. 324.,
5. Variantes scripturae libri De Corona excerptae manu Fr. Furiae V. Cl., bibliothecae Mediceo-Laurentianae praefecti, ex codice scripto Laurentiano plut. 26. cod. 12., et praeterea coniecturae ipsius Hildebrandi variae in aliquot libros, et rudimenta glossarii sermonis Tertullianei quod editioni operum Tertulliani futurae Hildebrandus addere in proposito habuerat. Horum quidem mihi usus poterat esse nullus, pro diversa instituti operis ratione; illarum si quae dignae videbantur, inter variantes scripturas auctoris nomine adposito religiosissime adnotavi.

His expositis superest ut de codicibus scriptis tam meis quam quibus priores Tertulliani operum editores sunt usi accuratius edisseram. Agmen ducit

1. Codex MS. Parisinus, Bibl. Nationalis n. 1622. membr. saec. IX. Cf. Catal. Bibl. Reg. tom. III. p. 160., quo continentur 1. Libri duo Ad Nationes. 2. De Praescriptione Haereticorum. 3. De Scorpiace. 4. De Testimonio Animae. 5. De Corona. 6. De Spectaculis. 7. De Idololatria. 8. De Anima (cod. inscriptio est *De Sensu*, h. e. Censu, *Animae*). 9. De Oratione. 10. Libri duo De Cultu Feminarum. 11. Libri duo Ad Uxorem. 12. De Exhortatione Castitatis. 13. De Carne Christi. Est mutilus. Iac. Gothofredus in Prolegomenis ad edit. Librorum Ad Nationes descripsit eum sic: „Codicis inscriptio sic habet: LIBER OBLATVS AD ALTARE $\overline{\text{SCI}}$ STEPHANI EX VOTO AGOBARDI $\overline{\text{EPI}}$. Ceterum palam est Agobardum hunc Episcopum non alium fingi posse quam Agobardum illum Episcopum, Caroli M., Ludovici Pii et filiorum eius aequalem sive coaetaneum, quique ante hos plus minus octingentos annos vixit. Et sane (quod et ipsum sciri interest) codex hic hanc in urbem Lugduno iam pridem perlatus e bibliotheca Tornaesiana in manus meas anno pervenit, verum aspergine longoque situ extremis paginarum oris degustatus seu arrosus. Aversa prima pagina indiculum exhibet: HIC SVNT TERTVLLIANI LIB. XXIV. AD NATIONES LIBER I. $\overline{\text{IT}}$. AD NATIONES LIB. II. etc. Atenim perierunt ex eo optimo codice integri octo libri, praeter bonam partem libri De Carne Christi, qui et ideo ultimum ibi hodie locum occupat, periit, inquam, liber De Spe Fidelium, De Paradiso, De Virginibus Velandis, De Carne et Anima, De Patientia, De Paenitentia, De Animae Summissione, De Superstitione Saeculi. Quos

periisse omnes eo dolendum magis, quod in his quoque nonnulli sint qui etiamnum e Tertulliani libris desiderantur, puta liber De Spe Fidelium, cuius alioquin non Hieronymus tantum, verum et ipse Tertullianus meminit. Desideratur et liber De Paradiso, cuius pariter et ipse indicium alicubi facit. Postremo desideratur et liber De Animae Summissione, item De Superstitione Saeculi, quorum nulla, quod sciam, alibi mentio. Ex quo praeiudicatum esse potest multos etiamnum Tertulliani libros desiderari, mirum ut iam videri minus debeat et hos Ad Nationes libellos, hanc ad diem *ἀνεκδότους*, a me nunc demum publicari, ac maxime, cum Hieronymus sua iam tempestate (id est quinti a Christo saeculi ingressu) multa Tertulliani opuscula non extare scripserit, sed et Epistola ad Fabiolam librum De Vestibus Aaron, qui et ipse in indice Tertulliani ferebatur, usque tum a se non repertum in urbe Roma propter eius urbis celebritatem conquiri a Fabiola depoposcerit.“ Haec Gothofredus. De hoc Agobardino in calce exempli alicuius edit. Rigaltianae a. MDCXXXIV. quod ego possideo manus nescio quae docta adnotavit: „Papire Masson rencontra l'Agobardus (sic) chez un relieur, qui en voulait endosser ses livres, comme Pogius, qui trouva le Quinctilian sur le comptoir d'un charcutier pendant qu'il était au concile de Constance“ cett. Hoc libro, qui, quamvis negligentia librarii haud raro integras lineas ac verba suppresserit, longe tamen omnium qui extant praestantissimus est, post Gothofredum, qui Ad Nationes libros inde eruit, Nicolaus Rigaltius est usus, interque alia inprimis De Exhortatione Castitatis opusculum ope eius ita emaculavit uti inde legi atque intellegi posset. Solus enim, ut idem vir doctus bene iudicavit, superstes nobis liber intactus a correctrice magistrorum manu, quod vel ex uno illo loco apparet De Exhort. Castit. cap. 10. de Prisca prophetide, qui in ceteris desideratur. Nisi quod egregiae huius et reliquorum librorum scripturae discrepantiae praecipua causa haec sit, quod diversas prorsus operum Tertullianeorum *διορθώσεις* atque recensiones sequantur.

2. Codex MS. Vindobonensis n. 282. chart. saec. XV. Continet praeter Carmen de Iona Propheta, manu Iani Parrhasii ex codice Bobiensi, nunc Vindobonensi n. 322., transcriptum, libros 1. De Carne Christi. 2. De Resurrectione Carnis. 3. De Corona Militis. 4. Ad Martyras. 5. De Paenitentia. 6. De Virginibus Velandis. 7. De Habitu Muliebri, et De Cultu Feminarum. 8. Ad Uxorem libros II. 9. De Fuga in Persecutione. 10. Ad Scapulam. 11. De Exhortatione Castitatis. 12. De Monogamia. 13. De Pallio. 14. De

Patientia. 15. Adversus Praxean. 16. Adversus Valentinianos. 17. Adversus Marcionem librorum V. tres priores. Cf. Endlicher Catal. Codd. Philol. Lat. Bibl. Palat. Vindob. p. 180 sqq. Liber notae peioris, multumque correctus, eiusdem familiae cuius est Leidensis et Laurentianus et cuius Rhenani erant codices.

3. Codex MS. Vindobonensis n. 283. membr. saec. XV. manu Io. Cuspiniani exaratus. Continet, praeter Aristeam de LXX Interpretibus, Tertulliani libros 1. De Carne Christi, et 2. De Resurrectione Carnis. Cf. Endlicher l. l. p. 183 sqq.

4. Codex MS. Leidensis, membr. saec. XV., in Italia exaratus ab Antonio Marii filio, ut censet Henricus Keil V. Cl., qui eum apud me vidit. Est elegantissime scriptus, scatens vitiis vulgaris codicum Tertulliani familiae propriis. Continet 1. De Carne Christi. 2. De Carnis Resurrectione. 3. De Corona Militis. 4. Ad Martyras. 5. De Paenitentia. 6. De Virginibus Velandis. 7. De Habitu Muliebri, et De Cultu Feminarum. 8. Duos Ad Uxorem libros. 9. De Fuga in Persecutione. 10. Ad Scapulam. 11. De Exhortatione Castitatis. 12. De Monogamia. 13. De Pallio. 14. De Patientia. 15. Adversus Praxean. 16. Adversus Valentinianos. 17. Libros quinque Adversus Marcionem. 18. Adversus Iudaeos. 19. Adversus Omnes Haereses. 20. De Praescriptione Haereticorum. 21. Adversus Hermogenem. 22. Apologeticum. Cf. Catal. Bibl. Publ. Lugduno-Batavae p. 324. Huius codicis pariter ac Vindobonensium in prioribus tantum Tertulliani libris omnes enotavi variantes scripturas, uti essent speciminis instar, in reliquis omisi quae manifesta librarii vitia sunt.

5. Codex MS. Florentinus, bibliothecae Laurentianae, plut. 26. cod. 12., membr. saec. XV. Continet 1. De Carne Christi. 2. De Carnis Resurrectione. 3. De Corona Militis. 4. Ad Martyras. 5. De Paenitentia. 6. De Virginibus Velandis. 7. De Habitu Muliebri, et De Cultu Feminarum. 8. Duos Ad Uxorem libros. 9. De Persecutione. 10. Ad Scapulam. 11. De Exhortatione Castitatis. 12. De Monogamia. 13. De Pallio. 14. De Patientia. 15. Adversus Praxean. 16. Adversus Valentinianos. 17. Adversus Marcionem librorum V. quatuor priores. Cf. Bandini Catal. Bibl. Mediceo-Laurentianae tom. I. p. 764.

6. Codex MS. Florentinus, bibliothecae Laurentianae, plut. 26. cod. 13., membr. saec. XV., eadem manu exaratus qua cod. 12. plut. 26. Continet 1. Adversus Marcionem lib. quintum, cum inscriptione „Contra Iudaeos liber I.“ 2. Apologeticum. 3. Adversus Iudaeos. 4. Adversus Omnes Haereticos. 5. De Praescriptionibus

Haereticorum. 6. Adversus Hermogenem. Horum duorum Florentinorum scripturae discrepantis tantum specimina dedi. Concinunt tantum non in omnibus cum Leidensi, Vindobonensi, Seletstadiensi et ceteris huius familiae. Cf. Bandini Catal. l. l.

7. Codex MS. Florentinus, bibliothecae Laurentianae, chartac. saec. XV. Continet 1. Adversus Iudaeos. 2. Adversus Omnes Haereses. 3. De Praescriptionibus Haereticorum. Cf. Bandini Catal. tom. III. p. 318. Specimen huius libri dedi ad primum caput libri Adversus Iudaeos. His accensendi

8. Codex MS. Florentinus, bibl. Laurentianae, olim Faesulanus, de quo v. Bandini Catal. Suppl. tom. III. p. 1. Montfaucon Diar. Ital. p. 392. et Bibl. Bibl. tom. I. p. 431. Specimen huius libri dedi ad primum caput libri De Resurrectione Carnis.

9. Codex MS. Florentinus, bibliothecae Magliabechianae n. 527., olim coenobii D. Marci, chartac. saec. XV. Continet 1. De Patientia. 2. De Carne Christi. 3. De Carnis Resurrectione. 4. Adversus Praxean. 5. Adversus Valentinianos. 6. Adversus Marcionem libros quinque. 7. Apologeticum. 8. De Fuga sive De Persecutione. 9. Ad Scapulam. 10. De Corona Militis. 11. Ad Martyras. 12. De Paenitentia. 13. De Virginibus Velandis. 14. De Habitu Muliebri et De Cultu earum (sic). 15. De Exhortatione Castitatis. 16. Ad Uxorem libros duos. 17. De Monogamia. 18. De Pallio. 19. Contra Iudaeos. 20. Adversus Omnes Haereticos. 21. De Praescriptionibus Haereticorum. 22. Adversus Hermogenem. Concordat hic codex passim cum Pithoeano, Montispessulano, ut probabit specimen variantis scripturae eius quod proposui ad prima capita libri De Patientia, videturque unus certe prae reliquis Florentinis dignus qui ab futuro aliquo editore plenius excutiatur, quod quominus ego faciendum curarem temporis modo angustiae prohibere potuerunt. Specimen vero illud cum ceteris debeo insigni humanitati Francisci De Furia V. Cl., bibliothecae Mediceo-Laurentianae praefecti.

10. Codex MS. Florentinus, bibliothecae Magliabechianae n. 528., olim coenobii D. Marci, chartac. saec. XV. Continet 1. De Carne Christi. 2. De Carnis Resurrectione. 3. De Corona Militis. 4. Ad Martyras. 5. De Paenitentia. 6. De Virginibus Velandis. 7. De Habitu Muliebri, et De Cultu Feminarum. 8. Ad Uxorem libros duos. 9. De Persecutione. 10. Ad Scapulam. 11. De Exhortatione Castitatis. 12. De Monogamia. 13. De Pallio. 14. De Patientia. 15. Adversus Praxean. 16. Adversus Valentinianos. 17. Adversus Marcionem libros quinque. 18. Adversus Iudaeos. 19. Adversus

Omnes Haereses. 20. De Praescriptionibus Haereticorum. 21. Adversus Hermogenem. Specimen variantis scripturae huius codicis dedi ad prima capita libri De Corona.

11. Codex MS. Florentinus, bibliothecae Magliabechianae n. 529., olim coenobii D. Marci, chartac. saec. XV., mutilus. Continet 1. De Carne Christi. 2. De Carnis Resurrectione. 3. De Corona Militis. 4. Ad Martyras. 5. De Paenitentia. 6. De Virginibus Velandis. 7. De Habitu Muliebri, et De Cultu Feminarum. 8. Ad Uxorem libros. 9. De Persecutione. 10. Ad Scapulam. 11. De Exhortatione Castitatis. 12. De Monogamia. 13. De Pallio. 14. De Patientia Dei. 15. Adversus Praxean. 16. Adversus Valentinianos. 17. Adversus Marcionem librum primum. Specimen variantis huius codicis scripturae proposui ad libellum Ad Martyras. Hi autem Magliabechiani eiusdem sunt familiae, vulgaris quidem, cuius et Vindobonensis, Leidensis, Laurentiani, Seletstadiensis, alii. In bibliotheca coenobii D. Marci eos recenset Montfaucon Bibl. Bibl. tom. I. p. 420.

12. Codex MS. Montispessulanus, bibl. Scholae Medic., olim P. Pithoei, ex libris bibl. Collegii Oratorii Trecensis, membr. saec. XI., mutilus. Continet 1. De Patientia. 2. De Carnis Resurrectione. 3. Adversus Praxean. 4. Adversus Valentinianos. 5. Adversus Marcionem libros quinque. 6. Apologeticum (quem librum arbitror ex alio fonte derivatum codici accessisse, secundum inscriptionem; nam post enumerata quae praecedunt opera praefatur haec: „Post sex superiores adpositus est elegantissimus liber Apologeticum de ignorantia dei in christo iesu qui perhibetur adversus gentes.“ Cf. Catalogue Général de Manuscrits des Biblioth. Publ. des Départements tom. I. p. 307. n. 54. Usus est hoc libro Nicol. Rigaltius et passim adnotavit scripturas ex eo repetitas. Cf. etiam Nic. le Nourry Diss. in Apolog. III, 1. Ego duo exhibui discrepantiae eius maiora specimina, alterum ad libri IV. Adv. Marcion. cap. 20. et 21., alterum ad cap. 1—6. libri De Carne Christi. Hoc debeo amicitiae Henrici Keil V. Cl., Latinorum Grammaticorum futuro editori, illud humanitati Kühnholtzii V. Cl., Scholae Medic. Montispessulanae Professoris. Haud malae est notae liber, neque indignus quem post Rigaltium aliquis denuo totum atque de integro excutiat.

13. Codex Ms. Ambrosianus, olim Bobiensis, n. 58. membr. saec. IX., miscellaneus. Insunt haec opuscula: „1. Regulae definitionum B. Gregorii Papae maioris et eius epistola. 2. Augustini et Gregorii definitiones mixtim congestae. 3. Zosimi epistola ad pres-

byterum Ravennae. 4. Excerpta ex libro legum novellarum et codicis ad episcopos et clerum pertinentia. 5. Augustini epistola ad Auxilium episcopum pro causa iniustae excommunicationis. 6. Excerpta ex tractatibus eiusdem et aliorum ad idem pertinentia. 7. Rabbani archiepiscopi Mogontinensis synodus a. 847. 8. Excerpta quaedam ex diversis conciliis. 9. De ieiunio, de modis paenitentiae et liber paenitentialis. 10. Bedae excerptum de paenitentia. 11. Excerptum de canonibus catholicorum patrum de paenitentia ad remedium animarum (*manus secunda correxit* animae) domini Eichberti archiepiscopi Eboracensis. 12. Augustini episcopi liber sive Gennadii presbyteri Massiliensis dogmatum ecclesiasticorum Niceni concilii. 13. Tractatus Tertulliani diversarum rerum necessariarum. 14. Synodus Ephesina prima. 15. Synodus Romana III. a. 863. seu Metensis synodi abolitio." Omnia ab una manu sunt exarata. Ex hoc libro Ludovicus Anton. Muratorius edidit alteram quae ad illud tempus desiderabatur partem libri De Oratione, praeter quam nihil Tertulliani eo continetur. Ego cum ante tres annos Mediolani versarer, de integro eum et religiosissime excussi.

Apologetici praeter quos iam memoravi codicum ad manum mihi erant collationes horum:

14—17. Parisini n. 1623. saec. X., olim Cl. Puteani (cf. Catal. Bibl. Regiae tom. III., p. 160.), Parisini n. 1656. saec. XII. (cf. Catal. Bibl. Reg. tom. IV. app. p. 504.), Parisini n. 1689. (cf. Catal. Bibl. Reg. tom. III., p. 172.), cuius specimen tantum dedi, Parisini n. 2616. saec. XV. (cf. Catal. Bibl. Reg. tom. III., p. 304.). Horum codicum mss. meliores sunt n. 1623., quo iam Pamelius et Heraldus et Rigaltius sunt usi, quique vix ei cedit n. 2616. Reliqui duo deterioris sunt notae et vulgaris codicum Tertullianeorum familiae, cuius et Vaticani et Leidenses et Florentini plurimique alii. Cf. de his Parisinis etiam Nic. le Nourry Diss. in Apolog. III, 1.

18—21. Gothani bibl. ducalis n. M. 15. membr. saec. XIII., Erfurtensis bibl. Amplonianae membr. saec. XIV., Ambrosiani n. 51. membr. saec. XIII. (cf. Montfaucon Bibl. Bibl. tom. I. p. 524.), Oxoniensis Collegii Baliolensis, quae reperitur adscripta margini exempli editionis Heraldianae quod possidet bibliotheca Academiae Gottingensis, insignitum n. E. 3, 6. Hi codices solum cedunt Parisinis n. 1623. et 2616. Sunt quidem correcti, sed tamen melioris notae.

22—23. Erlangensis, olim Heilsbronnensis, membr. saec. XV., et Vindobonensis n. 294. chartac. saec. XV. (cf. Endlicher Catal. Codd. Philol. Bibl. Palat. Vindob. p. 193.). Hi codices neque eius

sunt familiae cuius sunt Parisini n. 1623. et 2616., neque illius cuius sunt Gothanus, Erfurtanus, Ambrosianus, Oxoniensis, neque cum vulgaribus et deterioris notae libris congruunt, sed repraesentant novam Apologetici recensionem ab eruditioris alicuius magistri manu profectam. Scriptura passim cum Fuldensi concordat. Communem vero Erlangensis et Vindobonensis originem etiam orthographia prodit.

Florentinis, ni fallor, codicibus usus est Franciscus Zephyrus, in recensione Apologetici quam paraphrasi addita habemus in edd. Sig. Gelenii atque Iac. Pamelii. In Epistola enim Nuncupatoria ad Simonem et Nicolaum Neros cives Florentinos p. 797. ed. Gelen. a. MDLXII.: „Nos utilitatem, inquit, eius opusculi subodorati et libenter ipsum lectitamus *et collatione vetustorum codicum pro virili nostra libellum iuvit emaculare.*“ Sed peioris erant hi codices notae et vulgaris illius quam saepius iam significavi familiae. Meliores libros primum adhibuit Iac. Pamelius, quamquam quomodo iis uti deberet non bene gnarus. Adhibuit vero Puteaneum, hodie Parisinum n. 1623., adhibuit librum Elnonensem S. Amandi (cf. Sander Bibl. Belg. MSS. p. 51. n. 228.) et Gandavensem S. Bavonis, eiusdem utrumque cum Puteaneo familiae, quantum ex scripturis inde notatis colligi licet, adhibuit tres Vaticanos (cf. Montfauc. Bibl. Bibl. tom. I. p. 69.), Pithoeanum, Coloniensem et Leodiensem, olim Torrentianum, si indiculo editioni Pamelianae praefixo fides est; nam in ipsis quidem adnotationibus eorum nomen et variantes frustra circumspectamus, nec certe ille quem supra descripsi Pithoei codex Tertulliani libros De Pallio atque De Anima continet, quos tamen ei indiculus ille contribuit. Optime post Pamelium de Apologetico meruit demum vir magnae eruditionis iudiciique sollertia praecellens Desiderius Heraldus, cuius editio prodiit Parisiis a. MDCXIII., substructa auctoritate duorum codicum mss., Puteanei illius emendatissimi, et Bongarsiani, qui erat sequioris et aetatis et bonitatis. Nihil contra Tertulliano praestitit opera Sigeb. Havercampi in Apologetico collocata. Vir, si quis alius, sani in recensendis veterum scriptis iudicii expers Afrique sermonis omnino ignarus usus erat codice Leidensi illo qui plurima scripta Tertulliani continet, et exemplo aliquo edit. Rigaltianae ex bibliotheca Franc. Fabricii, cuius in marginem Paulus Colomesius transcripserat variantem scripturam ex codice „Agobardino“ nescio quo excerptam ab Ios. Mercero. Hoc enim testari ait manum ipsius Colomesii hac inscriptione: „In margine huius voluminis habes Iosiae Merceri notas et varias lectiones e codice Agobardino ab

eodem erutas. Descripsit Soudleiae, prope Windsoram, in aedibus Vossianis Paulus Colomesius a. MDCLXXXII.“ Hunc librum non diversum fuisse ab tertio illo Leidensi, olim Vossiano (cf. Catal. Bibl. Publ. Lugduno-Batavae p. 376. Catal. Bibl. Angliae et Hiberniae tom. II. p. 65. n. 2419. cf. ibid. p. 71. n. 2744.), cuius collationem tanquam appendicem suae editioni addidit Havercampus, collata utriusque scriptura persuasum mihi ac propemodum certum est. Et Petri Scriverii quas Havercampus passim adfert emendationes quasque ex Heriberti Rosveidi (cf. Praefat. Havercampi) duobus codicibus repetitas putat, nihil aliud sunt nisi merae ipsius Scriverii vel potius Fulvii Ursini et Io. Wouwerii coniecturae, de quibus infra disputabo, ut etiam de codice Fuldensi, cuius scripturae frequens etiam fit mentio apud Havercampum.

Codices mss. Apologetici, quos inspicere mihi nondum contigit, extant Petropoli, Venetiae, Taurini (cf. Pasini Catal. Bibl. Regiae Taurin. fol. 6. cod. 31. d. III, 36. Mabillon Iter Ital. p. 8. Montfaucon Bibl. Bibl. tom. II. p. 1401.), et in bibliotheca M. I. Routh V. Cl. (cf. eius Scriptt. Eccles. Opusc. tom. I. p. 175. ed. Oxon. MDCCCXL.). Nicolaus le Nourry, cum dissertationem in Apologeticum cett. conscriberet, praeter Puteaneum et Pithoeanum, praeterque Parisinos n. 2616. n. 1689. n. 1656., habuit codicem membr. saec. XI. exaratum, quem ei concesserat Achilles Harlaeus, habuit codicem bibliothecae coenobii Murbacensis saec. XI. aut XII. (cf. Montfaucon Bibl. Bibl. tom. II. p. 1177. et Nourry l. l. cap. III. art. 1.), et variantes scripturas codicis Iusti Fontanini. Corbeiensis Apologetici codex commemoratur in Vet. Catal. bibl. Corbeiensis in Naumanni Serapeo p. 107. a. 1841. et apud Ang. Maium Spicil. Rom. tom. V. p. 207., alius Contii apud Rigalt. in Tertull. Apolog. cap. 14. et cap. 19., alius Fulvii Ursini quinquies citatur in Latini Latinii Bibl. Sacra et Profana p. 192 sq., alii commemorantur a Montfaucon Bibl. Bibl. tom. II. p. 1250. ex bibl. monasterii B. Mariae de Becco, p. 1269. ex bibl. monast. S. Ebrulphi Uticensis, tom. I. p. 628. ex bibliotheca regis Angliae, alii duo in Catal. Bibl. Angliae et Hiberniae, unus tom. II. p. 248. ex bibl. in Aedibus Iacobaeis, alter p. 24. ex bibl. Eccl. Cathedr. Sarisberiensis, et fragmenta duo libri De Carne Christi et Apologetici in cod. 146. 33. bibl. Caesar. Vindob. recenset Lambecius.

Transeo iam ad editiones operum Tertulliani omnium. Prima est Beati Rhenani quae prodiit Basileae a. MDXXI. Haec continet: 1. De Patientia. 2. De Carne Christi. 3. De Resurrectione Carnis. 4. De Praescriptionibus Adversus Haereticos. 5. Adversus Omnes

Haereses. 6. Adversus Iudaeos. 7. Adversus Marcionem libros V. 8. Adversus Hermogenem. 9. Adversus Valentinianos. 10. Adversus Praxean. 11. De Corona Militis. 12. Ad Martyres. 13. De Paenitentia. 14. De Virginibus Velandis. 15—16. De Habitu Muliebri, De Cultu Feminarum. 17. Ad Uxorem Suam libros II. 18. De Fuga in Persecutione. 19. Ad Scapulam. 20. De Exhortatione Castitatis. 21. De Pallio. 22. Apologeticum Adversus Gentes. Duorum codicum quibus usus est Beatus Rhenanus alterum deprehendit in bibliotheca Iac. Zimmermanni, Decani Colmariensis, quem is ex Paterniaco Transiurano coenobio adtulerat, alter erat bibliothecae coenobii Hirsaugiensis. Audiamus de hac re ipsum: „Itaque Tertulliani libros secum adtulit (Thomas Rappius), quos ab illo paulo post apud Basileam agens accepi non minori gaudio quam si gemmas mihi misisset. Clamabam statim *ὦ τῆς εὐδαιμονίας*, felicem me putans cui tantus thesaurus obtigisset. Et quia tum apud Frobenium praela vacabant, vixdum perspecti libri typis excudi coepti sunt. Nolebam enim et praelorum et commodati voluminis oportunitatem, hoc est occasionem ipsam amittere, quippe qui scirem intra praestitutum tempus codicem remittendum, et praela si semel alicui operi mancipentur, expectandum fore donec id absolvatur. Quod nisi his rationibus inductus maturandum putassem, non fuisset a nobis editus Tertullianus. Nam si per otium mihi contigisset opus evolvere priusquam informari coepisset, tot mendis compertis ab edendo supersedissem. Quis enim cum tam corruptis exemplaribus quicquam agere tentet? Enimvero sperabam ego Paterniacensem codicem in his saltem libris quos ille complectebatur Hirsaugiensi subventurum, sed diversum evenit. Si locus mendosus accidisset, ut sunt omnia mendis plena, tam erat utrobique corrupta scriptura, ut alter ab altero videretur descriptus.“ Horum codicum hodie solus Paterniacensis superstes videtur, quem ipsum asservari Seletstadii in bibliotheca Beati Rhenani comperi a Carolo Schmidtio V. Cl., Professore Argentoratensi, quem id suspicatus litteris adieram. Liber est membranaceus, elegantissime scriptus, continens 1. De Pacientia. 2. De Vera Carne Domini. 3. De Resurrectione Carnis. 4. Adversus Praxean. 5. Adversus Valentinianos. 6. Adversus Iudeos. 7. De Praescriptione Haereticorum. 8. Adversus Omnes Haereses seu De Haeresibus, sine titulo. 9. Adversus Hermogenem., sine titulo, post quae sequitur ab alia manu conscripta „Vita S. Simeonis monachi qui stetit super columnam,“ et narratio de Dario incipiens „Antiquas per historias dum quaererem.“ Apparet ex hoc indiculo

1. Adv. Marcionem libros V. 2. De Corona Militis. 3. Ad Martyres. 4. De Paenitentia. 5. De Virginibus Velandis. 6. De Habitu Muliebri, et De Cultu Feminarum libros. 7. Ad Uxorem libros. 8. De Fuga in Persecutione. 9. Ad Scapulam. 10. De Exhortatione Castitatis. 11. De Monogamia. 12. De Pallio. 13. Apologeticum adversus Gentes fuisse ex solo Hirsaugiensi editos. Nisi forte quis rectius statuerit Apologeticum repetitum a Rhenano ex priscis Italorum editionibus, apud quos iam a. MCCCCLXXXIII. Venetiis prodierat illud una cum Lactantii libris per Bernardinum Benalium, siquidem certe Aldina a. MDXV. ad verbum concinit cum editione Rhenaniana.

Rhenani editio primum repetita est Basileae a. MDXXVIII. Haec emendatior est, multis veterum librorum corruptelis per coniecturam sublatis aut certe temptatis; novis enim ei codicum scriptorum subsidiis uti nondum licuit. „Non erat animus, in praefatione inquit Rhenanus, quicquid tentare in Tertulliano nisi vetustis exemplaribus essem instructus. Expectabam avide ex Mediomatricis Gorziensem codicem et a Treviris Spectaculorum libros, sed frustra.“ Gorziensis certe codicis collationem nactus est postea, eiusque ope emendatissima prodiit illa tertia Rhenani Basileae a. MDXXXIX. Debuit illam, ut scribit in praefatione, „diligentiae ac dexteritati Huberti Custinei, viri quum pietate tum eruditione excellentis, adiuvante Dominico Florentino sodali peractam cura Clarissimi Iureconsulti Claudii Cantiunculae Ferdinandi Caesaris a consilio.“ Is codex, etsi multo emendatior Hirsaugiensi esset et Paterniacensi, tamen ad unum idemque cum his archetypum referendus videtur, et quotquot iam promulgata erant Tertulliani opera complectebatur. Sed alia adhuc latebant. Haec debemus Ioanni Gangneio, Parisiensi olim „theologo et Christianissimi Galliorum regis primo eleemosynario“, cuius operum Tertulliani post Rhenanum „denuo ad fidem veterum exemplarium manu descriptorum collatorum et restitutorum“ editio prodiit Parisiis a. MDXLV. Accesserunt enim „ex vetustissimo codice desumpta“ opera haec: 1. De Testimonio Animae. 2. De Anima. 3. De Spectaculis. 4. De Baptismo. 5. Adversus Gnosticos Scorpiacum. 6. De Idololatria. 7. De Pudicitia. 8. De Ieiunio Adversus Psychicos. 9. De Oratione., unaque cum his Novatiani liber De Trinitate et De Cibis Iudaicis epistola, item sub nomine Tertulliani. Illis autem qui iam diu vulgati atque editi erant scriptoris libris opera Gangneii profuit milies supplendo quae prius erant omissa aut lacera (cf. e. g. De Patientia cap. 13., ubi totum illud lemma „in corporis quoque — — quae apostoli“ ex libris demum Gangneianis restitutum est)

aut emendando quae erant corrupta, quod tanta iudicii moderatione atque probitate perfecit, ut veriorem plerumque scripturam modo in margine adnotasse contentus esset.

Anno MDL. Basileae nova operum Tertulliani quotquot iam extabant editio prodiit cura Sigismundi Gelenii, viri hisce in litteris apprime docti deque Tertulliano et aliis scriptoribus optime meriti. Gloriatur Gelenius in fronte primae pagellae Tertulliani opera „diligentius per industriam bene literatorum aliquot ad complures veteres e Gallicanis Germanicisque bibliothecis conquisitos recognita codices, in quibus praecipuus fuerit unus longe incorruptissimus in ultimam usque petitus Britanniam," ad quae verba recte intellegenda (nam codices e Gallicanis Germanicisque bibliothecis conquisitos vix alios intellegit quam quibus Rhenanus et Gangneius sunt usi) facit praefatio, in qua „Dici vix potest, inquit, quanto proclivius omnia degenerent in deterius quam in melius proficiant. Vel Plinius iam tum prima chalcographia tam misere fuit tractatus, ut in recurando plurimis doctis viris sudandum fuerit, donec pristinam reciperet faciem. Idem et Tertulliano huic accidit, in quo iterum atque iterum sarciendo quantum se exercuerit vir doctissimus Beatus Rhenanus, apparet ex adiunctis ipsius adnotationibus. Atqui multo facilius erat totum opus denuo transcribere. Sed non dabatur copia satis emendati codicis. Tandem ex ultima Britannia Ioannes Lelandus, vir antiquarius et feliciori dignus valetudine, communicavit exemplar in Masburensi coenobio gentis eius vetustissimo repertum, in quo nihil desiderare posses amplius. Tanta erat integritas, nisi quod aliqui libri deerant. Continebat autem et omnia illa quae accesserunt ad postremam editionem Lutetiae: quae si quis cum hac praesenti contulerit, videbit non vanum esse Gelenium. Utinam habuisset codex is etiam reliqua, nihil in hoc scriptore requireretur in posterum." Ex hoc igitur codice Masburensi Gelenius emendavit partim, partim supplevit haec opuscula: 1. De Resurrectione Carnis. 2. De Praescriptionibus adversus Haereticos. 3. De Monogamia. 4. De Testimonio Animae. 5. De Anima. 6. De Spectaculis. 7. De Baptismo. 8. Contra Gnosticos Scorpiacum. 9. De Idololatria. 10. De Pudicitia. 11. De Ieiunio adversus Psychicos. 12. De Oratione., et praeterea librum Novatiani De Trinitate et eiusdem De Cibis Iudaicis epistolam, quae item sub nomine Tertulliani sunt addita. Reliqua Tertulliani opera, quae codex Masburensis non complectebatur, Gelenius passim coniectura temptavit, praeter Apologeticum, quod, uti supra demonstratum est, ex recognitione dedit Francisci Zephyri Florentini.

Neque potest negari haud paucis in partibus Tertullianum multo puriorem atque emendatiorem evasisse ex codice Masburensi, illum tamen vellem Gelenius ita nobis descripsisset, ut accuratius hodie iudicium de eo proferre liceret, saltem si quid inde mutaret, id ubique ex codicis sui auctoritate mutasse se indicare non neglexisset. Nunc vero, ut sumus ignari ubi hoc sit, ubi non sit factum, haud immemor quantum sibi in aliis scriptoribus, inprimis Arnobio, corrigendis indulserit Gelenii quantumvis felicis audaciae ingenium, sicubi non contrarium ratio postulabat, satius duxi a Gangneianae editionis scriptura non recedere; ut feci e. g. initio libri De Baptismo in memorabili illo loco ubi *Quintillae* nomen inde a Gelenio in omnibus editionibus fertur. Quod vero passim, ut De Pudicitia cap. 6. et cap. 14., De Monogamia cap. 3., cap. 5., cap. 9., cap. 14., cap. 16., cap. 17., priores editiones de Gelenii codice suppletae sunt, huic profecto rei non tantum adtribuendum esse existimo, ut ille propterea etiam Gangneii vetusto exemplo longe melior censeatur. Hoc enim vitio haud raro vel optimos laborare libros sciunt qui eis uti norunt, quinetiam in propinquo adest egregii illius Agobardini libri exemplum.

Sequitur editio Iac. Pamelii, quae prodiit a. MDLXXIX. Is multa quidem congessit ad illustrandam scriptoris quem sibi delegerat doctrinam, praesertim quae dogmaticam veterisque ecclesiae ritus atque historiam spectant, minus vero sollertem sese in libris eius a corruptelarum sordibus repurgandis praestitit. Praeterquam enim quod omnes quibus usus est Vaticani illi codices (tres adhibuit ad Apologeticum, ad libros De Patientia, De Paenitentia, Ad Martyres, De Corona Militis, De Velandis Virginibus, Adversus Valentinianos, De Carne Christi, De Resurrectione Carnis, Adversus Praxeam, ad libros De Habitu Muliebri et De Cultu Feminarum, et Ad Uxorem, ad libros Ad Scapulam, De Fuga in Persecutione, De Exhortatione Castitatis, De Monogamia, duos ad libros quinque Adversus Marcionem, unum ad libros Adv. Iudaeos, De Praescriptionibus Adv. Haereticos, Adv. Haereses Omnes, Adv. Hermogenem) pessimae sunt notae generisque vilissimi, nec uti quidem suis subsidiis novit Pamelius. In catalogo bibliothecae Vaticanae a Montfaucon edito in Bibl. Bibl. tom. I. p. 98. n. 189—194. sex volumina recensentur operum Tertulliani. Sperari poterat superesse in bibliotheca Palatina inter reliquias bibliothecae Laurisheimensis, quondam celeberrimae, partem certe vetustiorum procul dubio codicum Tertulliani quibus illa instructa fuerat, testibus antiquis catalogis quos publicavit Angelus Maius V. Cl. Spicilegio Romano tom. V., ubi p. 186 sq. cap. XXIX. recensentur „Libri

Tertulliani presbyteri, id est 1. De patientia lib. I. De carnis resurrectione lib. I. Adversus Valentinianos lib. I. Adversus Marcionem lib. V. De carne Christi lib. I. in uno codice. 2. Item libri Tertulliani presbyteri in alio codice.", p. 190. cap. XLVI. „6. Liber Tertulliani presbyteri. 7. Item alius liber Tertulliani.", p. 192. cap. L. „2. Metrum Tertulliani de resurrectione. (quod hodie in deperditis) „3. Eiusdem libri V. adversus Marcionem.", teste etiam Beato Rhenano in praefatione ad edit. Opp. Tertulliani a. MDXXVIII.: „Porro libenter, inquit, addidissem carmen Tertulliani de Sodomorum conflagratione, quod pridem Ioan. Sicchardus noster in Laurisheimensi bibliotheca reperit, qua nullâ, quod sciam, proximis seculis uspiam bonis autoribus fuit instructior, quemadmodum vetus index testatur, optima fide propediem in lucem exiturus, ut appareat quantum discrimen adierit respublica litteraria in eius bibliothecae dissipatione. Carminis initium est, 'Iam deus omnipotens primaevi crimina secli Vindice diluvio cunctis aboleverat undis Quos coelum sparsit, Tyrii maris expuit aequor.' Sed quia mendosissimum erat, et amicus ille noster, qui reperit, una cum prolixo verum perquam eleganti carmine Victorini Aphri de Machabaeis, et item aliis vetustatis fragmentis brevi editurus est, non libuit eam coronidem nunc adiicere." Sed spes illa fefellit nanciscendi ex Vaticana bibliotheca emendatiores codices, et qui hodie illic reperiantur, Pamelianis ulla parte praestantiores negavit Heyse V. Cl., qui variantes ex iis scripturas Anglis quibusdam doctis excerpserat. Meliore certe uno (praeter illos tres quos ad Apologeticum adhibuit, de quibus ego supra) Pamelio contigit uti libro scripto, Io. Clementis Angli. In eo erant, praeter Novatiani librum de Trinitate, 1. De Spectaculis. 2. De Praescriptionibus Haereticorum. 3. De Resurrectione Carnis. 4. De Monogamia. 5. De Ieiunio adversus Psychicos. 6. De Pudicitia., indeque sane non uno loco vera et genuina Tertulliano scriptura restituta est. Erat is codex Clementis, si coniectare quid licet, fortasse non diversus ab illo Corbeiensi quem deprehendimus in veteri Corbeiensis bibliothecae catalogo quem edidit Angelus Maius V. Cl. Spicilegio Rom. tom. V. p. 203., ubi cap. II. recensetur „Tertullianus de resurrectione carnis, de Trinitate, de spectaculis, de munere, de praescriptionibus haereticorum, de ieiuniis adversus psychicos, de monogamia, de pudicitia." Vides non plures nec alios libros hunc Corbeiensem tenuisse quam tenuit ille Io. Clementis. Nam quod ibi post librum „De Spectaculis" recensetur alius „De Munere", is manifestus error est eius qui indiculum illum confecit, quippe qui titulum

cap. 12. libri De Spectaculis qui est „De Munere“, pro titulo novi alicuius et singularis libelli nobis vendidit. Cf. quae adnotavi de hac re ad Apologetici titulum. Ad eundem errorem reicio, quod Beatus Rhenanus in praefatione ad edit. Opp. Tertulliani a. MDXXVIII. se frustra dicit a Treviris expectasse „Spectaculorum *libros*“, et Caspar Barthius ad Statii Theb. IX, 169. p. 967. scripsit se legisse in Vita Ulrici Fabricii, summi olim ICti, Consiliarii et Legati in Hispanias quondam Trevirensis Electoris, in eius manibus fuisse „*duos* Tertulliani *libros* de Spectaculis“, eosdem, ni fallor. Cum enim cessent illius opusculi inde a cap. 12. in veteribus libris capitulorum tituli, factum esse videtur passim ut duo Spectaculorum libri circumferrentur, unus complectens videlicet capita undecim priora, alter reliquam partem. Sed de hac re iam satis. Et de Pamelii editione nihil est quod addam, nisi quod passim etiam Latini Latinii, Ludovici Carrionis, Ioannis Harrisii emendationibus et coniecturis est usus.

Quae Parisiis a. MDLXXX. prodiit editio operum Tertulliani, studio et labore Renati Laurentii de la Barre, si scholia exceperis, ex scholiis Rhenani et ex adversariis Turnebi, Criniti, Beroaldi, Cuiacii aliorum pleramque partem compilata, repraesentat recensionem Gangneio-Gelenianam, ut Pamelianam editio Francisci Iunii, quae prodiit Franekerae a. MDLXXXXVII. Adnotationes Iunii huic libro additae eruditionem quidem auctoris subinde, sed pravum quoque iudicium testificantur. Multo melius quam his Iunius de Tertulliano nobis meruit adiectis in calce sui libri scripturis discrepantibus egregii illius codicis Fuldensis, nunc deperditi, qui Apologeticum et Contra Iudaeos libros complectebatur, uti constat ex catalogo veteris bibliothecae Fuldensis a Kindlingero edito, ubi p. 81. 16. enumeratur „Apologeticum Tertuliani contra Iudaeos.“ Huic operis adpendiculae sic praefatus est Iunius: „Christiano Lectori S. Quum hoc Septimii Tertulliani opus totum iam adornatum esset, commode scripsit e Noricis iuvenis eruditissimus et horum studiorum amantissimus Gaspar Schoppius Francus ad me, et se instituto meo faventem praebuit officiosissime. Misit enim opportune accessionem huius operis non contemnendam, quam cum meis notis et observationibus publico iuri addicerem. Est autem haec accessio variantium lectionum in Apologeticum et librum adversus Iudaeos indiculus, quas ex mss. membranarum collatione ante complures annos, praesertim ex MS. Fuldensis *συμβολῇ*, vir doctissimus Franciscus Modius Brugensis observaverat. Habuerat eas apud se vir amplissimus M. Velserus Augustanus Consularis et

Annalium scriptor accuratissimus perdiu: et ne semper iacerent otiosae, cum Schoppio antiquitatis scientissimo amice communicaverat. Horum itaque fide, Christiane Lector, visum est variantes lectiones illas reliquo operi nostro adtexere et suo auctori reddere: quod officium nec illis ingratum confido fore a quibus oblatum est, nec inutile Reip. litterariae nostrae. Habet enim hic indiculus variantes lectiones sane quam optimas et quae auctoris stilum tam sapiunt quam quod maxime. Id quidem verum est, collationem fuisse factam cum eo exemplari quod Renatus Laurentius Lutetiae Parisiorum anno CIↃ.IↃ.LXXX. Barraeo auctore ediderat.“ cett. Haec quidem Iunius. Qui autem diligentius istas variantes examinaverint, tria potissimum reperient quae de iis affirmare possint: primum, esse illas cum fide summa ac diligentia ex veteribus membranis excerptas, deinde, esse illas non ex compluribus, ut Iunius censebat, variarum bibliothecarum codicibus collectas, sed de uno fonte petitas, postremum, hunc codicem id est Fuldensem, sequi non solum non vulgarem, sed plane diversae librorum Tertulliani *διορθώσεως* familiam. Hinc perperam ii fecerunt qui plane obtuso iudicii acumine Fuldensibus his et vulgaris cuiusvis generis codicum scripturis commixtis pannos consarcinare quam integrum opus reficere maluerunt. Sic Rigaltius, sic Havercampus, sic alii, qui omnes ne integris quidem illis Iunianae editionis copiis uti curae habuere.

Editionum operum Tertulliani longe optima est Nicolai Rigaltii altera, quae prodiit Parisiis a. MDCXXXIV., deinde compluries repetita. Is primus excussit Agobardinum codicem totum et integrum eiusque ope et auctoritate mirum quantum opus coeptum iuvit atque provexit. Usus est praeterea libro Pithoei, et ad Apologeticum libro Puteani, de quibus supra dixi, et tertio libro Divionensi, sed qui, ut ipse fatetur, vix erat laudandae vetustatis, quem viderat apud P. Belinium ICtum. Is Divionensis comprehendebat, teste indiculo edit. Rigaltianae praefixo, libros 1. Ad Scapulam. 2. De Paenitentia. 3. Ad Martyras. 4. De Carne Christi. 5. De Resurrectione Carnis. 6. De Monogamia. Sed cum Rigaltius inde etiam citet librum De Patientia (cf. eius adnot. ad De Patientia cap. 3.), librum De Virginibus Velandis (cf. eius adnot. ad De Virg. Veland. cap. 1., cap. 7., cap. 11., cap. 13., cap. 14.), librum Adversus Iudaeos (cf. eius adnot. ad Adv. Iud. cap. 8., cap. 11., cap. 13.), librum De Praescriptione Haereticorum (cf. eius adnot. ad De Praescr. Haeret. cap. 17. et cap. 22.), librum Adversus Hermogenem (cf. eius adnot. ad Adv. Hermog. cap. 27.), illum codicem

multo fuisse locupletiorem apparet. Habebat autem, ni fallor, non ipsum codicem, sed utebatur exemplo edit. Rhenanianae in cuius margine manu P. Pithoei illius variantes notatae erant, una cum ipsius Pithoei emendationibus et excerptis ex aliis codicibus scripturis (e. g. e codice Remensi, de quo cf. Rigaltii adnot. ad De Pudic. cap. 10.), quorum notitiam hodie habemus nullam. Cf. Rigalt. adnott. ad Adv. Marcion. IV, 19., ad De Praescr. Haeret. cap. 21., ad Adv. Valentin. cap. 4. Quantumvis autem hodierna scriptorum Tertulliani facies ingenio Rigaltii debeat, in fontibus suis priusquam adhiberet examinandis diligentior vellem et religiosior fuisset. Praeterquam enim quod nec Fuldensibus illis noverat recte uti, id quod supra perstrinxi, interpolavit saepissime genuina scriptoris verba inculcatis illis Fulvii Ursini coniecturis et emendationibus, quae quamvis verissimae passim essent, minime tamen ex scriptis antiquis codicibus a Fulvio Ursino repetitae videri debebant. Has Ursinianas, quas non codicum vetustorum, sed emendatoris magistri esse vel primo obtutu iudicabunt qui Apologetici codicum per varias familias discrepantium scripturas contulerint, divulgavit Ioannes a Wouwer libello cui titulus est „Ad Q. Septimii Florentis Tertulliani Opera Emendationes Epidicticae. Io. a Wouwer. Francofurti ad Moenum. Impendio Rulandiorum, Typis Richterianis. MDCXII.“ Is in praefatione „Beneficium illarum, inquit, ne quid erres, non tam mihi quam Fulvio Ursino, eruditissimo viro, debes: ex ipsius enim libro, qui in bibliotheca Vaticana asservatur, eas excerpsi, et ne fides mea apud te dubia, istius libri usum mihi concessit doctissimus vir Dominicus Raynaldus, eiusdem bibliothecae praefectus, cuius erga me humanitatem et singulare studium nunquam satis praedicaro“ cett. His adde Rigaltium sic praefantem: „Sequens aetas Fulvium Ursinum tulit, qui certe codices inspexerat longe meliores Rhenanianis, contentus excerptas inde lectiones editionis Pamelianae marginibus adnotasse, sed ne possessoribus quidem exemplarium nominatis. Fulvianae lectiones, in librum ampliss. doctissimique Tolosatium Archiepiscopi Car. Monchalli ex autographo transfusae, nobis hoc etiam profuerunt, ut earum editioni, Epidicticis Wouwerii Notis accuratae, fides etiam apud austeriores constare debeat“ cett. Quasi vero possessores exemplarium potuisset Fulvius Ursinus nominare quae ipsa non extarent! Immo, quod aliis quoque scriptoribus, inprimis Arnobio, accidit, ut Ursiniani ingenii fetus pro vetustiorum et emendatiorum codicum scripturis usurparentur, idem in Tertulliano purgandus error restabat. Correxit Ursinus passim suo periculo, passim ex auctoritate editionis

Gangneianae, vetustiorum illius rarissimae longe et optimae, ut De Ieiun. cap. 1., cap. 7., cap. 15. Latinus Latinius in Bibl. Sacra et Profana tantum Apologetici codicem citat Fulvii Ursini, ad eius libri cap. 3., cap. 21., cap. 40., cap. 47., cap. 48., ex quo numero semel tantum, id est cap. 47., istius scriptura concordat cum emendatione Ursiniana apud Wouwerium notata. Rem conficit Montfaucon, qui Bibl. Bibl. tom. I. p. 120. in catalogo bibliothecae Vaticanae n. 5398. enumerans illas diserte dicit „Fulvii Ursini *emendationes* ad Tertullianum, et Lactantium Firmianum."

Haec de editionibus Rhenani, Gelenii, Pamelii, Rigaltii, deque codicibus scriptis quibus hi sunt usi. Restat ut pauca de reliquis addam codicibus quorum notitia ad nos pervenit. Citatur codex bibliothecae coenobii S. Antonii apud Venetos in Tomasini Bibl. Ven. MS. p. 10., citantur a Montfaucon Bibl. Bibl. tom. I. p. 1134. in catalogo bibl. Sangermanensis „Tertulliani Quaedam", et ibidem p. 674. in catalogo bibl. Ecclesiae Cathedralis Sarum iterum „Tertulliani Quaedam"; quae quidem hodie ibi reperiri posse desperandum puto, siquidem negarunt viri docti in bibliothecis Britanniae quicquam Tertulliani superesse (v. Io. Lloydius Epist. ad Fr. Iunium, in Epistt. Celeberr. Virorum ex scriniis litter. Iani Brantii ed. Amstelod. MDCCXV. p. 52., et M. I. Routh Scriptt. Eccl. Opusc. tom. I. p. 175. ed. alt.), nec quid ille splendissimae Thom. Phillipps in Middlehill bibliothecae codex saec. XV. membr. „Tertulliani Declamationum" (v. Haenel Catal. Codd. MSS. p. 882.) comprehendat adhuc potuit comperiri. Graecum Tertulliani exemplar ex bibliotheca regis Hispaniae expectasse Pamelium discimus ex huius dedicatione ad Philippum II. Hispaniae regem. Et Caspar Barthius Adverss. XIX, 1. dicit se vidisse „in recessibus scriptum codicem unius alteriusve libelli cuius frontispicium praeferret aliquoties *Terquilliani* nomen", negans hoc „qua occasione factum sit quidque sinu gerat se posse comminisci", neque tamen tacere se debere arbitrans, „cum ubi is codex asservetur, ea sit hominum conditio, ut singulis saeculis unum ad inspectionem librorum veterum venire, ac vix quidem etiam, existimet." Vellem sane, doctissimus Barthius sine omnibus verborum ambagibus locum nobis indicasset ubi is codex asservaretur. Ceterum rariores iam olim fuisse Tertulliani codices apparet ex indice librorum eius apud Io. Trithemium Scriptt. Eccles. cap. 29. p. 10. ed. Fabric. Quamvis enim ibi praeter 1. De Patientia Dei lib. I. 2. Adversus Praxeam lib. I. 3. Contra Marcionem lib. V. 4. Contra Iudaeos lib. I. 5. Contra Omnes Haereses lib. I. 6. De Proscriptionibus (sic) Haereticorum lib. I. 7. Adver-

sus Hermogenem lib. I. 8. Contra Valentinianos lib. I. 9. De Carne Christi lib. I. 10. De Resurrectione Carnis lib. I. 11. De Corona Militis lib. I. 12. Ad Martyres lib. I. 13. De Poenitentia lib. I. 14. De Velandis Virginibus lib. I. 15. De Habitu Muliebri lib. I. 16. De Cultu Feminarum lib. I. 17. Ad Uxorem lib. II. 18. De Persecutione ad Fabium lib. I. 19. Ad Scapulam lib. I. 20. Exhortatorium (sic) Castitatis lib. I. 21. De Monogamia lib. I. 22. De Pallio lib. I. etiam citet 1. De Spectaculis lib. I. 2. De Extasi lib. VI. 3. De Pudicitia lib. I. 4. De Ieiuniis lib. I. 5. Adversus Apollonium lib. I., tamen, cum horum librorum prima verba non item adscripserit, omnino non vidisse censendus est. (Cf. etiam Fabric. adnot. ad cap. 9. p. 7.) Neque hodie ullus, quod sciam, librorum De Pudicitia, De Ieiunio adversus Psychicos scriptus codex extat. Quid codicum Claudius Salmasius habuerit, novam Tertulliani operum editionem paraturus, praeter illum quem libro De Pallio adhibuit, eius rei non magis notitiam habemus quam quo Malingani, monachi Benedictini Congregationis S. Mauri, quove Gasparis Scioppii et Guidonis Pancirolli apparatus pervenerint (cf. Fabricius ad Hieronymi lib. De Viris Illustr. cap. 53. p. 125. et Nicol. le Nourry Dissert. in Tertull. Apolog. III, 1.). Scioppii quidem scripturas passim adtulit Forcellinus in lexico, e. g. sub voce *Sparsilis*, et sub voce *Baptisma*, ubi diserte citantur illius in Tertullianum notae; unde coniectem eas Patavii etiam hodie extare. Pancirolli commentariorum quod Ludovicus Ant. Muratorius ad Tertulliani De Oratione libellum specimen dedit, corporis iacturam aequo animo nos ferre sinit. Memini me legere in Blumii Itinere Italico partem eorum a Zachariae nuper in coenobio quodam Rhegino esse visam.

Reliquum est ut de mea quoque librorum Tertulliani editione pauca dicam. In qua adornanda hoc summopere studui, ut scriptoris verba ad genuinas ubique ac veras quantum fieri posset scripturas revocarem, neve, ubicunque ratio postularet, verborum, rerum ac sententiarum explicationi ego interpres deessem. Ex Beati Rhenani, Iacobi Pamelii, Francisci Iunii, Ludovici de la Cerda, Desiderii Heraldi, Claudii Salmasii, Nicolai Rigaltii aliorumque commentariis excerpsi aut transcripsi quicquid utile videbatur. Scriptoris verbis perpetuam supposui scripturae codicum a me adhibitorum et editionum Rhenani, Gangneii, Gelenii, Pamelii, Rigaltii, in Apologetico, libris De Oratione et De Pallio etiam Heraldi, Muratorii, Salmasii editionum discrepantiam; nisi quod Leidensis et Vindobonensis corruptissimorum codicum manifesta menda in plurima

librorum parte suppressisse maluerim quam hoc taedio iudicium interpellasse eorum qui legerint. Ubi de scripturae fide non satis apud me constabat, uncinis sigla inclusi, ubi vero dubitabam, interrogationis insuper signum addidi. Tertio operis volumine repraesentavi dissertationes varias, Iac. Pamelii, P. Allixii, Nic. le Nourry, Io. Laur. Mosheimii, Godofr. Centneri, Io. Aug. Noesseltii, Io. Sal. Semleri, Io. Kaye V. Cl., quibus in deligendis sum Car. Thilonis V. Cl. iudicium secutus, viri in hac parte litterarum per Germaniam facile principis, nec magis propter insignem eruditionem quam propter summam morum suavitatem venerabilis omnibus quibus familiarior cum eo et conversatio. Decreveram et meum ipsius nomen illorum numero addere et singulari libello de vita Tertulliani deque singulorum librorum eius genere atque aetate exponere, sed temporis angustiae praescriptusque pagellarum modus nunc quominus id facerem prohibuerunt. Differo igitur in proximos annos, ubi, si deus iuverit, Tertulliani me opera nostratem in sermonem conversurum et interpretaturum polliceor. Nunc vero illud saltem me adsecutum spero et opto, ut tales hos libros repraesentaverim, ut intellegi et cum fructu legi possint.

INDEX LIBRORUM QUI HOC TOMO CONTINENTUR.

		pag.
1.	Ad Martyras	3
2.	De Spectaculis	17
3.	De Idololatria	67
4.	Apologeticum	111
5.	Ad Nationes Libri II.	306
6.	De Testimonio Animae	399
7.	De Corona	415
8.	De Fuga in Persecutione	461
9.	Scorpiace	495
10.	Ad Scapulam	539
11.	De Oratione	553
12.	De Patientia	587
13.	De Baptismo	619
14.	De Paenitentia	643
15.	Ad Uxorem Libri II.	669
16.	De Cultu Feminarum Libri II.	701
17.	De Exhortatione Castitatis	737
18.	De Monogamia	761
19.	De Pudicitia	791
20.	De Ieiunio adversus Psychicos	851
21.	De Virginibus Velandis	883
22.	De Pallio	913

AD

MARTYRAS.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A	significat	codicem Vindobonensem (*Aφ* ex collatione Hildebrandi).
B	-	- codicem Leidensem.
C	-	- Florentinum bibliothecae Magliabechianae n. DXXIX.
D	-	editionem principem Beati Rhenani a. MDXXI.
a	-	- Joh. Gangneii a. MDXLV.
b	-	- Sigism. Gelenii a. MDLXII.
c	-	- Jacobi Pamelii a. MDLXXIX.
d	-	- Nicolai Rigaltii a. MDCXXXIV.

AD

MARTYRAS.*

Inter carnis alimenta, benedicti martyres designati[a], quae vobis Cap. I.
et [1]domina mater ecclesia de uberibus suis et [2]singuli fratres [3]de
opibus suis propriis in carcerem subministrant, capite aliquid et
[4]a nobis, quod [5]faciat ad spiritum quoque educandum[b]. Carnem
enim saginari et spiritum esurire non prodest. Immo [6]si quod in-
firmum est curatur, aeque [7]quod infirmius est neglegi non debet.
Nec tantus ego sum, ut vos alloquar. Verumtamen et gladiatores
perfectissimos non tantum magistri[c] et praepositi sui, [8]sed etiam
idiotae[d] et [9]supervacue[e] quique adhortantur de longinquo, ut saepe

* AD MARTYRAS *Ccd. Vaticani tres.* Incipit liber ad martirias. *A.* Quinti septimi florentis Tertulliani liber de corona militis finit: Ad martirias liber incipit *B.* AD MARTYRIAS *codex Florentinus bibliothecae Mediceo-Laurentianae plut. XXVI. cod. XII. et Magliabechiani n. DXXVII. et DXXVIII.* Ad Martyres *Dab.*

Cap. I. 1. communia mater *Franc. Iunius.* 2. singuli *ABd. Fulv. Ursinus.* singula *Aφ. Laurentianus et reliqui.* 3. de opibus *d. et Rhenanus in adnot. ad ed. a. MDXXVIII. Fulvius Ursinus.* de operibus *Laurentianus et reliqui omnes.* 4. a vobis *A (m. pr.) B.* 5. faciant *B.* 6. si quid *BC. Laurentianus.* 7. quod infirmus *AB. et Laurentianus.* qui infirmus *A. m. sec.* quod firmius *Aug. Neander.* 8. sed et idiotae (idiothae *B.*) *AB.* 9. supervacui *A. Hildebrandus ad Apul. Metam. IX,* 36. *p.* 850.

Cap. I. a. martyres designati] Hoc est futuri. Ambros. de Vitali et Agricola in libro De Exhort. ad Castit. „ut *designati ad martyrium* ipsis vocabulis viderentur." Liberius (in Epist. antequam iret in exilium) „Vos acceptissimos deo sacerdotes egregia et singularis fides et hic probabiles deo ostendit, et iam ad futuram gloriam *martyres designavit.*" De „benedicti" martyrum titulo v. quae adnotabo infra.

b. educandum] Educare, quod proprie nutricis est, dixit respiciens verba „*mater* ecclesia de *uberibus suis.*" Varro ap. Non. p. 447. Merc. „educit enim obstetrix, *educat nutrix,* instituit paedagogus, docet magister."

c. magistri] Magistri et praepositi gladiatorum sunt lanistae, qui eos de propinquo adhortabantur et accendebant dictataque illis suggerebant (Salm. ad Tertull. De Pallio p. 472.).

d. idiotae] De Pudic. cap. 17. „Sed est hoc sollemne perversis et *idiotis* et haereticis." Adv. Prax. cap. 3. „Simplices enim quippe, ne dixerim imprudentes et *idiotae.*" Ibid. cap. 9 „Male accipit *idiotes* quisque aut perversus dictum." De Testim. Animae cap. 1. „(Sapientiam) te simplicem et rudem et

de ipso populo dictata suggesta profuerint. Inprimis ergo, bene-
Eph. IV, 30. dicti[f], nolite contristare spiritum sanctum, qui [10]vobiscum introiit carcerem. Si enim non vobiscum nunc introisset, nec vos illic hodie fuissetis. Et ideo date [11]operam, ut illic [12]vobiscum perseveret: ita vos[g] inde perducat ad dominum. Domus quidem diaboli [13]est et carcer, in qua familiam suam continet. Sed vos ideo in carcerem pervenistis, ut illum etiam in domo sua conculcetis. Iam enim foris congressi conculcaveratis. Non ergo dicat: In meo sunt, temptabo illos [14]vilibus odiis[h], [15]defectionibus aut inter [16]se dis-

10. nobiscum *C. et Laurentianus.* 11. operum illic *C.* operam illic *Laurentianus.* 12. nobiscum *B.* 13. est carcer *A. m. sec.* 14. vilibus odiis *ABCcd. Laurentianus et Vaticani tres.* vilibus inediis *Dab.* vilibus ediis *Δφ. m. pr.* vilibus oediis *Divionensis.* utilibus inediis *Franc. Iunius.* vilibus scidiis *Nic. Rigaltius.* 15. defectionibus *ABCDab. Divionensis, Laurentianus.* affectionibus *cd. Vaticani tres teste Iac. Pamelio.* 16. se *om. Laurentianus.*

impolitam et *idioticam* compello," ad quem locum cf. quae adnotata sunt. Gloss. Philox. „*Ἰδιωτὴς, ὁ μὴ νοήμων*, rusticus, rudis. *Ἰδιωτία*, rusticitas." Papias „Idiota, propria vel rustica lingua contentus. Idiota, rusticus, indoctus, ignarus." Gloss. MS. bibl. Reg. (cf. Du Cang.) „Idiota, imperitus, ignarus, nesciens, inscius." Cael. Aurel. Acut. I, 11. „Apud inertes, quos *idiotas* appellant." Cf. interprett. ad Gell. N. A. I, 2. et ad Cic. Verr. II, 4, 2. Sext. cap. 51.

e. supervacue] „nebenbei." Ad ipsum locum cf. Lips. Saturn. Serm. I, 15. p. 912. ed. Vesal. Dictata sunt praecepta, consilia. Cf. interpretes ad Iuven. Sat. V, 122. et Casaub. cum aliis ad Sueton. Caesar. cap. 26. Hieronym. in Ezechiel. cap. 13. „Facile est dare *dictata* de populo et singulos ictus calumniari ac de alieno videre sanguine et ubi vulnus infigi debuerit imperiti lanistae more disserere."

f. benedicti] Id est laudandi. Hoc epitheto martyres ornat Tertullianus, ut paulo post „Inprimis ergo *benedicti*" sqq., et infra ad mulieres. Quod Eleutherio pontif. Rom. et martyri iam defuncto superius [De Praescr. Haeret. cap. 30.] etiam attribuit. Cyprianus „fortissimos" et „beatissimos" subinde vocare solet, quodam loco „fortissimos et fidelissimos." (Rhenanus.) Cf. Lucianus inter Epist. Cypriani XXII. „*benedictus* martyr Paulus," et Cyprian. Epist. X. „*beatos* martyres." Fortunat. IV, 321. de Vita B. Martini „Et Fortunati *benedicti* martyris urnam." Cyprian. Epist. XI. „*fortissimi* et *beatissimi* martyres." V. praeterea Muenteri Primordia Eccles. Africae p. 176.

g. ita vos] Malim rescribere „*et ita* vos inde perducat".

h. vilibus odiis] Hanc esse Vaticanorum scripturam Pamelius testatur. Sed martyrum inter ipsos odia et quidem vilia fuisse nemo Christianus consenserit. Tum si odia fuisse inter martyras Tertullianus tradidit, profecto futilem et frivolam affectionum ac dissensionum exprobrationem adiecit. Nam quae odia sine adfectionibus ac dissensione? immo frigidissima fuerit Satanae techna: Martyres, qui sunt in carceres compulsi, in meo sunt; tentabo igitur eos vilibus odiis. Quem non quotidie huiusmodi odiis tentat? etiam non in suo? etiam extra carcerem? Itaque non video, qua ratione defendi queat Vaticanorum scriptura. In editionibus ante Pamelium vulgatis legebatur „tentabo illos vilibus inediis, defectionibus aut inter se dissensionibus." Sed nec sensus boni inde colligitur quicquam. Etenim quis sanus umquam dixerit „viles inedias?" aut cur inedias hic ullas suspicabimur, inter carnis alimenta, quae his ipsis martyribus domina mater ecclesia de uberibus suis in carcerem subministrabat? Sic enim disertissime traditur istius scriptionis principio. Quo satis etiam refellitur opinio Rhenani vocabulum „defectionibus" ad rerum penuriam transferentis. Quare nec illae ante Pamelium editiones difficultatem solvunt. Digitum ad veri fontem intendit quisquis codicem Divionensem exaravit. Illic enim legitur „Tentabo illos vilibus *oediis* defectionibus aut inter se dissensionibus."

sensionibus. [17]Fugiat conspectum vestrum et in ima sua delitescat contractus et torpens, tamquam coluber excantatus aut effumigatus[i]. Nec illi tam bene sit in suo regno, ut [18]vos commitat[k], sed inveniat munitos et concordia armatos, quia pax vestra [19]bellum est illi. Quam pacem quidam in ecclesia non habentes a martyribus [20]in carcere exorare consueverunt[l]. Et ideo eam propterea in vobis

17. et fugiat *ABC.* 18. vos convincat *B.* 19. bellum cum illo *AB.*, bellum illi *C.* et *Laurentianus.* 20. in carcerem *AB.*

Disiungamus quae prave cohaerent et genuinam auctoris scripturam habemus: „Tentabo illos vilibus *scidiis*.“ Audierat Tertullianus esse quaedam inter martyras non odia, sed defectionum et dissensionum semina; quibusdam forte sic disputantibus: Scripturarum auctoritate non prohiberi, quo minus vincula sua mortemque ipsam adnumerata concussoribus pecunia deprecarentur. Itaque hortatur, id potissimum videant, ne consilia Satanas adversus ipsos coquat volvendo secum ista: Homines ego tentavi quondam, cum in meo non erant, nempe cum erant in paradiso, tentavi autem praestantissimo divinae cuiusdam arboris fructu. Istos hodie, qui in meo sunt, nempe in carcere, tentabo quoque, sed vilibus scidiis. Quasi diceret: Olim tentando homini, cum esset in paradiso, adhibenda fuit magni apparatus tentatio. Nunc vero in meo positos, quippe in carcere ac tenebrarum regno, tentabo nugis et quisquiliis, puta momentaneae cuiusdam vexationis formidine aut producendae in aliquot annos vitae in dies mortalis desiderio: denique committam ipsos et exagitabo dissensionibus. Haec sunt parabilia et obviam atque ad manum Satanae tela, quasi de vilibus scopis et scidiis arborum cremialibus. Scidiae sunt scidia, unde et discidia, sunt *σχίδακες, κλάσματα ξύλων*, vilia caesarum arborum segmina. Vitruvius II, 1 „intervalla scidiis et luto obstruunt.“ (Rigalt.) Mirificam, ne dicam ineptam, Rigaltius proposuit loci et emendationem et interpretationem, in qua refellenda tempus non teram. Cum totius libelli ratio in eo potissimum consistat, ut ad constantiam exhortetur, ne qui ante designari sese ad martyrium forti animo voluerint, iam, cum subeundum hoc instet, sese deterreri patiantur, facile intellegitur cur hoc maxime tempore ab odiis, ab defectionibus et dissensionibus eos cavere velit. Mutuis enim his odiis, mutuis fratrum Christianorum in carcere dissensionibus necessario debilitaretur singulorum constantia alterorum allocutionibus et adhortationibus subinde egena. Defectiones interpretor a concordia fide Christiana fratribus praescripta defectiones. Vilia dicit odia, quippe sanctis futuris maxime indigna.

i. coluber excantatus aut effumigatus] His artibus periti et nobiles erant inprimis Marsi et Psylli, de quibus vide quae congesserunt interpretes ad Arnob. Adv. Natt. II, 32. Cf. Plin Hist. Nat. VIII, 32. X, 70., et interpretl. ad Vergil. Ecl. VIII, 71.

k. committat] Verbum sumptum a ludo gladiatorum; hi enim „committi“ dicebantur. Suet. Claud. cap. 34. „Praeter destinatos etiam levi subitaque de causa quosdam *commisit*.“ Cyprian. Epist. X. „Gloriosos servos dei cum dei sacerdote *committunt*.“ Exempla obvia, ut etiam „componi“ et „comparari.“ Exemplum est in Dione [XLIII, 23.] *„τοὺς ἄνδρας συνέβαλλε μὲν, καὶ ἕνα ἑνί.“* Xiphilinus in Domitiano [Dio LXVII, 8.] *„πολλάκις δὲ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ γύννους καὶ γυναῖκας συνέβαλε “* (La Cerda.)

l. exorare consueverunt] Hoc sibi vult Tertullianus simpliciter, esse in ecclesia homines persaepe, qui pacem inter se non possunt colere abrepti in fratres suos praeiudiciis, at ubi fratres illos suos, quibuscum pacem in libertate nequibant colere, vident in persecutione martyras esse Christi et pro iustitia perpeti, tum deposita animi sui abalienatione cum eis reconciliari et odia antecedentia deprecari, aut etiam eorum interventu utuntur ad suam cum aliis adeoque cum ecclesia ipsa, si forte, reconciliationem (Franc. Junius). Alludit ad consuetudinem eius temporis, quae etiam Cypriani aetate in usu fuit, quemadmodum ex eius viri scriptis colligitur, siquidem lapsi, id est qui sacrificaverant idolis aut necessitatem sacrificandi pecunia apud magistratum redemerant accepta securitatis syngrapha,

[21] habere et [22] fovere et custodire debetis, ut, si forte[m], et aliis praestare possitis.

Cap. II. Cetera aeque animi impedimenta usque ad limen carceris[a] deduxerint vos, [1] quousque et [2] parentes vestri. Exinde segregati estis ab ipso [3] mundo, [4] quanto magis a saeculo rebusque eius? Nec hoc vos [5] consternet, quod segregati estis a mundo. Si enim recogitemus ipsum magis mundum carcerem esse, exisse [6] vos e

21. habetur B. 22. ponere *C. sed correct. eadem manu in marg.* fovere.
Cap. II. 1. usque *om. AB.* 2. parentes nostri *C. et Laurentianus.* 3. a mundo. *d.* 4. quanto magis a saeculo rebusque eius? Nec hoc vos consternet, quod segregati estis a mundo *om. d.* 5. consternat *C. et Laurentianus.* 6. nos *AB.*

quo reciperentur in ecclesiam ante confessionem exomologesinque et poenitentiam ante impositionem manus episcopi et cleri solebant a martyribus et confessoribus in carcere constitutis libellum extorquere deprecatorium, per quem in ecclesiam recipi iuberentur. Sic enim lapsi quidam importunis precibus martyres et confessores fatigabant corrumpebantque. Vocabant autem veteres „dare pacem" recipere in ius communicationis. In hunc igitur sensum accipi debet quod hic Tertullianus scribit „quam pacem quidam in ecclesia non habentes," item „ut, si forte, et aliis praestare possitis." Vide, quanta fuerit olim martyrum etiamdum viventium auctoritas. Sane Cyprianus Epist. III, 15. in libello quorundam martyrum pro lapsis scripto hoc insertum paulo incautius fuisse testatur „communicet ille cum suis." Nam addi debebat quinam „sui." Proinde idem sanctissimus vir scribit sub antecessoribus suis id semper observatum, ut diaconi ad carcerem commeantes martyrum desideria consiliis suis et scripturarum praeceptis gubernarent; his enim illic verbis utitur (Rhenanus.). Rhenano adsentiunt Baronius Annal. I, p. 508. et La Cerda „pacem" de indulgentia interpretantes. Addo locum ex libri De Pudicitia cap. 22. „Domini enim, non famuli est ius et arbitrium, dei ipsius, non sacerdotis. At tu iam et in martyras tuos effundis hanc potestatem: ut quisque ex consensione vincula induit adhuc mollia, in novo custodiae nomine, statim ambiunt moechi, statim adeunt fornicatores, iam preces circumsonant, iam lacrimae circumstagnant maculati cuiusque, nec ulli magis aditum carceris redimunt, quam qui ecclesiam perdiderunt. Violantur viri ac feminae in tenebris plane ex usu libidinum notis, et pacem ab his quaerunt, qui de sua periclitantur. Alii ad metalla confugiunt, et inde communicatores revertuntur, ubi iam aliud martyrium necessarium est delictis post martyrium novis. Qui enim in terris et in carne sine culpa? quis martyr saeculi incola, denariis supplex, medico obnoxius et funeratori?" Liberius in Epistola antequam iret in exilium cum supra sacerdotes dixisset designatos esse ad martyrium, subicit „Estote itaque de promissione caelesti securi, et quia proximiores estis deo effecti, vestris orationibus me vestrum consacerdotem, famulum dei ad deum sublevate." Cyprian. Epist. XV. „Cum vos ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra et quibusdam lapsis pacem dari postulatis." Paulo post „Et quoniam audio, fortissimi et carissimi fratres, impudentia vos quorundam premi et verecundiam vestram vim pati, oro vos quibus possum precibus, ut evangelii memores et considerantes quae et qualia in praeteritum antecessores vestri martyres concesserint, quam solliciti in omnibus fuerint, vos quoque sollicite et caute petentium desideria ponderetis, utpote amici domini, et cum illo postmodum iudicaturi inspiciatis et actum et opera et merita singulorum" sqq. Id. Epist. XX. „Item cum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluissent, exambire ad martyres passim, confessores quoque importuna et gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine ullo discrimine atque examine singulorum darentur quotidie libellorum milia contra evangelii legem" sqq.

m. si forte] Vide quae adnotavi ad De Corona cap. 5.

Cap. II. a. usque ad limen carceris] Non ultra limen carceris comitaverint

carcere quam[b] in [7]carcerem [8]introisse intellegemus. Maiores tenebras habet mundus, quae hominum [9]praecordia excaecant. Graviores catenas [10]induit mundus, quae ipsas animas hominum constringunt. Peiores immunditias expirat mundus, libidines hominum. Plures postremo mundus reos continet, scilicet universum hominum genus. Iudicia denique non [11]proconsulis, sed dei sustinet[c]. [12]Quo vos[d], benedicti, de carcere in [13]custodiarium[e], si forte, [14]translatos existimetis. Habet tenebras, sed lumen estis [15]ipsi[f]. Habet vincula, sed vos soluti deo estis. Triste illic expirat, sed vos odor estis suavitatis. Iudex [16]expectatur, sed vos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. Contristetur illi qui fructum saeculi suspirat. Christianus etiam extra carcerem saeculo renuntiavit, in carcere autem etiam carceri. Nihil interest, ubi sitis in saeculo, [17]qui extra saeculum estis. Et si aliqua [18]amisistis vitae gaudia, [19]negotiatio est aliquid amittere, ut maiora [20]lucreris. Nihil adhuc dico de praemio, ad quod deus martyres invitat. Ipsam interim conversationem saeculi et carceris comparemus, [21]si non plus in carcere spiritus acquirit[g], quam caro [22]amittit. Immo et quae iusta

7. in carcere *ABD.* 8. exiisse intellegemus *C.* 9. praecordia exerceant *B.* 10. imbuit *ABCD. Laurentianus.* 11. pro consulibus *Laurentianus.* 12. quo nos *ABC. Laurentianus.* 13. custodiarum *A. (m. pr.) B.* 14. tralatos *C.* 15. Ipsi habent *C. Laurentianus.* 16. expectatur, sed vos *d. Petr. Ciacconius.* expectatur de iudicibus, sed vos *Laurentianus et reliqui.* 17. qui extra *ABCDabc. Laurentianus.* extra *d.* 18. amisisti *Franc. Iunius.* 19. negatio *AB.* 20. lucretis *Hildebrandus ad Apul. Metam. I,* 24. *p.* 68. 21. si non *ABCabcd. Gorziensis.* si nos *D.* 22. admittit. immo *Laurentianus.*

vos, sed ibi resistant cum parentibus vestris. De vos „parentes“ vide quae adnotavi ad Scorpiac. cap. 3.

b. exisse vos e carcere, quam] De ellipsi comparativi *magis* dixi ad De Testim. Animae cap. 2.

c. sed dei sustinet] Sustinet, expectat. (Rigalt.) V. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 11. Adde Scorpiac. cap. 2. „*Sustineant* evangelia paulisper, dum radicem exprimo legem, dum inde elicio voluntatem dei, unde et ipsum recognosco.“ Ibid. cap. 13. „quibus *sustinetis* ostentamen iusti iudicii dei.“

d. Quo vos] Etiam hic facile deprehendes ellipsin comparativi *magis.*

e. in custodiarium, si forte, translatos] Id est, ut hoc de vobis statuatis, vos ad libertatem vitamque servari, non ad captivitatem et mortem. De voce „custodiarium“ cf. Adv. Iud. cap. 3. De formula „si forte,“ obvia etiam initio huius capitis, v. adnotata ad De Corona cap. 5.

f. sed lumen estis ipsi] Cyprian. Epist. LXXXI. „O beatum carcerem, quem illustrat vestra praesentia! O beatum carcerem, qui homines mittit ad caelum! O tenebras lucidiores sole ipso et luce hoc mundi clariores, ubi modo constituta sunt dei templa et sanctificata divinis confessionibus membra vestra.“ Hilar. Can. XI. in Matth. „Neque sane credi potest, spiritus sancti gloriam in carcere posito defuisse, cum apostolis virtutis suae lumen esset in carcere positis ministraturus.“

g. si non plus in carcere spiritus acquirit] „Si“ particulae pro „an“ positae exemplorum ingentem numerum suppeditant scripta Tertulliani. Apolog. cap. 6. „Nunc religiosissimi legum et paternorum institutorum protectores et cultores respondeant velim de sua fide et honore, *si* in nullo *exorbitaverunt, si non* necessaria et aptissima quaeque disciplinae *oblitteraverunt.*“ Ibid. cap. 8. „Cupio respondeas, *si* tanti aeternitas, aut *si non*, ideo nec credenda.“ Ibid. cap. 13. „Recognoscite, *si mentior.*“

sunt caro non amittit per curam ecclesiae et [23]agapen fratrum[h], et insuper quae semper utilia fidei, spiritus adipiscitur. Non vides alienos deos, non imaginibus eorum incurris, non sollemnes nationum dies ipsa commixtione participas, non nidoribus spurcis verberaris[i], non clamoribus spectaculorum, [24]atrocitate[k] vel furore vel impudicitia celebrantium caederis, non in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt, vacas a scandalis, a temptationibus, a recordationibus malis, iam et a persecutione. Hoc praestat carcer Christiano, quod [25]eremus prophetis. Ipse dominus in secessu frequentius agebat, ut liberius oraret, ut saeculo cederet: gloriam denique suam discipulis in solitudine demonstravit. Auferamus carceris nomen, [26]secessum vocemus. Etsi corpus includitur, etsi caro detinetur, omnia spiritui patent. [27]Vagare spiritu, [28]spatiare spiritu et non stadia opaca[l] aut porticus longas [29]proponens tibi, sed illam viam, quae ad deum ducit. Quotiens eam spiritu deam-

23. agapen *abcd. Rhenanus.* age per *ABCD. Laurentianus.* 24. atrocitates vel furores vel impudicitias *d.* 25. heremus *AB.* 26. non secessum *A. (m. pr.) B.* 27. vacare spiritus *A. (m. pr.) BC. Laurentianus.* Vagare spiritus *D.* 28. spatiare spiritus *A. (m. pr.) BCD. Laurentianus.* 29. praeponens *D.*

Ibid. cap. 21. „Quaerite ergo, *si* vera *sit* ista divinitas Christi.“ Ibid. cap. 23. „Dicent ibidem: Et quis ille Christus cum sua tabula? *si* homo communis conditionis? *si* magus? *si* post mortem de sepulcro a discipulis subreptus? *si* nunc denique penes inferos? *si non* in caelis potius, et inde venturus cum totius mundi motu.“ Ibid. cap. 25. „Viderit Cybele, *si* urbem Romanam ut memoriam Troiani generis *adamavit* — — *si* ad ultores transire *prospexit*.“ Ad Natt. I, 7. „Volo enim scire, *si* per talia scelera adire parati *estis*, quemadmodum nos.“ Ibid. I, 16. „Respicite, *si desunt* populi.“ V. de hoc particulae usu Bentl. et reliquos interpretes ad Horat. Epist. 1, 3, 30. et I, 7, 39. Buenem. ad Lactant. Inst. IV, 16. p. 495. Duker. ad Flor. III, 3, 6. Hildebr. ad Apul. De Magia cap. 94. p. 621. et ad Arnob. Adv. Natt. II, 3. Indicativi in oratione indirecta more Graeco positi pro coniunctivo aliquot exempla iam supra habebas, quibus addo Apolog. cap. 42. „Quomodo infructuosi *videmur* negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, non scio.“ Ad Natt. 2, 17. „Quaerite, quis tantorum vices *ordinavit*.“ Exempla huius usus ex Arnobio collegit Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. III, 6. (quibus adde II, 28. 52, V, 33.). Cf. Cort. ad Lucan. I, 26. Hildebr. ad Apul. Metam. I. 25. p. 70.

h. per curam ecclesiae et agapen fratrum] Id est per subventionem publicam et privatam in communione sanctorum. Nam publicam praestabant administri ecclesiae, privatam singularemque membra particularia *δι' ἀγάπης* id est per dilectionem Christianam. (Fr. Iunius.) Pelag. X, 46. „Semino agrum meum et facio ex ipso *agapen*.“ Cyprian. Testim. III, 3. „*Agapen* et dilectionem fraternam religiose et firmiter exercendam.“ Cassian. Coll. XXIV, 12. „*Agapen* alienae operationis expectas.“ Cf. Apolog. cap. 39.

i. non nidoribus spurcis verberaris] Excitat hunc locum Barth. ad Stat. Theb. V, 390. tom. III, p. 198. inter alia exempla verbi „verberare“ similiter usurpati. „Nidores spurci“ sunt, de quibus loquitur in Apolog. cap. 35. „Grande videlicet officium focos et toros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernae habitu abolefacere, vino tutum cogere, catervatim cursitare ad iniurias“ sqq.

k. atrocitate] Haec est librorum veterum scriptura, quam non audeo mutare cum Rigaltio speciose refingente „non clamoribus, spectaculorum atrocitates vel furores vel impudicitias celebrantium caederis,“

l. stadia opaca] V. quae adnotavero ad De Corona cap. 4.

bulaveris, totiens in carcere non eris. Nihil crus sentit in nervo, [30]cum animus in caelo est. Totum hominem animus circumfert et, quo velit, transfert. Ubi autem erit cor tuum, illic erit et thesaurus tuus. Ibi ergo sit [31]cor nostrum, ubi volumus habere thesaurum. Matth. VI, 21.

[1]Sit nunc, benedicti, carcer etiam [2]Christianis molestus. Vocati sumus ad militiam dei vivi iam tunc, cum in sacramenti verba [3]respondemus. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis[a] et substrictis, ubi omnis duritia et inbonitas[b] et [4]insuavitas[c] constitit. [5]Etiam in pace labore et incommodis bellum pati iam ediscunt in armis deambulando, campum decurrendo, fossam [6]moliendo, testudinem [7]destinando, desudando[d]. Sudore omnia constant, ne corpora atque animi expavescant de umbra ad solem[e] [8]et sole [9]ad gelum[f], de tunica ad loricam, de silentio ad clamorem, de quiete ad Cap. III.

30. cum animus *abcd.* cum manus *ABCD. Laurentianus.* 31. cor vestrum *AB.*

Cap. III. 1. Si nunc *d.* 2. Christianus *A. (m. pr.) BC. Laurentianus.* 3. respondemus *ABCD. Laurentianus.* spondimus *a.* respondimus *reliqui.* 4. suavitas *Laurentianus.* 5. etiam in pace, labore et incommodis *abcd. cum Gorziensi.* etiam in pace labor est. et incommodis (in commodis *A.*) *ABD. Laurentianus.* etiam in pace labor est in commodis *C.* 6. molliendo *A.* 7. destinando, desudando. Sudore *ego.* densando. Sudore *d.* densitando. Sudore *La Cerda.* desecando. Sudore *Rhenanus.* designando. Sudore *Latinius.* desidendo. Sudore *Iust. Lipsius De Mil. Rom. V,* 14, *p.* 341. *Vesal.* desiccando. Sudore *Dabc.* desiccando desudando sudore *ABC.* desudando. Sudore *tres Vaticani, prob. Pamelio et Iunio.* 8. et sole *ABCDabc.* de sole *d.* de solo *Ios. Scaliger.* 9. ad gelum *Iosias Mercerus et Fr. Iunius.* ad gelu *Rhenanus, Latinius.* ad caelum *ABCDabcd.* ad telum *A. m. sec. superscr.*

Cap. III. a. de papilionibus expeditis] Expediuntur tentoria involuta, cum in castris extenduntur et funiculis ad palos terrae infixos substringuntur alliganturque, ne vento disturbante corruant. (Rhenanus.).

b. inbonitas] Agnoscunt hoc vocabulum Glossae Sangerm. ap. Du Cangium explicantes „malus animus."

c. insuavitas] De Paenit. cap. 10. „Quae per *insuavitatem* medentur." Gell. N. A. I, 21. „Insolentia et *insuavitas* dictionis."

d. testudinem destinando, desudando] Si Pamelio fides est, in tribus Vaticanis libris, vocabulum „desiccando" post „testudinem" non comparet. Hanc scripturam defendit etiam Iunius explicans „testudinem et contextionem scutorum summa contentione et sudore perficiendo militariter." Cui quidem interpretationi facile quidem assenserim, sed dubito de fide eius scripturae utpote ex libris propositae qui alias constanter cum meis libris facere solent. Strucchius ad Vegetium De Re Milit. II, 23. vult scribi inverso ordine „fossam desiccando, testudinem moliendo."

e. ne animi expavescant de umbra ad solem] Apolog. cap. 39. „Qui de uno utero ignorantiae ad unam lucem expaverint veritatis." De Spectac. cap. 17. „Ipsae illae pudoris sui interemptrices *de* gestibus suis *ad* lucem et populum *expavescentes* semel anno erubescant."

f. et sole ad gelum] Imitari videtur hunc locum Hieronymus in epistola ad Heliodorum Tom. IV, P. II, p. 7. ed. Benedict. „Quid facis in paterna domo delicate miles? Ubi vallum? ubi fossa? ubi hiems acta sub pellibus? Ecce de caelo tuba canit, ecce cum nubibus debellaturus orbem imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedens obvia quaeque metet, et tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbra egrederis ad solem? Corpus assuetum tunica loricae onus non fert, caput opertum linteo galeam recusat."

tumultum. Proinde vos, [10]benedicti[g], quodcunque hoc durum est, ad exercitationem [11]virtutum animi et corporis deputate. Bonum agonem [12]subituri estis, in quo [13]agonothetes[h] deus vivus est, xystarches[i] spiritus sanctus, corona [14]aeternitatis [15]brabium angelicae substantiae, politia in caelis[k], gloria in saccula sacculorum. Itaque epistates vester Christus Iesus, [16]qui vos spiritu unxit et ad hoc [17]scamma[l] [18]produxit, voluit [19]vos ante diem agonis ad duriorem tractationem a liberiore condicione seponere, ut vires corro-

10. benedicti *d.* benedictae *reliqui.* 11. virtutum *d. Latinius* virtutis *A. m. sec.* virtutem *ABCDabc.* 12. subituri *d.* subiturae *reliqui.* 13. agonithetis *ABC.* xistarces *B.* xystarces *A. m. pr.* 14. aeternitas *d.* 15. bravium *BD. tres Vaticani.* 16. qui nos *C.* 17. scampna *AC.* scanna B. 18. perduxit *C.* 19. vos autem *A. (m. pr.) B.*

g. benedicti] Libri vetusti habent „benedictae," quod correxit Rigaltius. Alia est enim ratio loci capitis quarti, ubi feminae „benedictae" appellantur, alia huius loci, ubi generaliter ad utriusque generis martyras convertitur oratio.

h. agonothetes] „Agonithetes" praebent libri scripti, et sic habet etiam vetus ille Agobardi Scorpiac. cap. 6. Tueri videantur hanc formam Acta S. Hammonis Monachi Savigneii MSS. ap. Du Cangium „Quid faceret miles Christi? quo novus *agonitheta* se verteret?" item Ugutio „*Agonitheta,* qui vel quae est in agone id est pugil." Vita S. Ermelandi Abb. MS. ap. Du Cangium „*Agoniteta* virilis, omnium virtutum consectans iter." Sed in omnibus his locis reponendum esse *agonizeta* (quod Mabillonius iam fecit in illo Actorum S. Hammonis loco) glossariorum variorum expositiones satis evincunt. Sic Glossar. Iaeckii interpretatur „Agonisetta, qui in agone est," Glossar. ab Ang. Maio editum in Auct. Class. tom. VIII, p. 50. „Agonizeta, brabeuta, victor," et paulo infra „Agonizeta, victor." Id. Gloss. p. 29. „Agonizeta victor; unde Iosephus in sexto decimo „pro qua munificentia perpetuus agonizeta nominatus est."

i. xystarches] Hic ambobus xystis, stadio et denique cunctis athletarum exercitationibus praeerat, ut ait Mercurial. de Arte. Gymnast. II, 12. et citat tum Tertullianum, tum etiam lapidem Graecis litteris, quem ipse Latinum reddit: „*Totius Xysti Perpetuum Xystarcham.*" Ioann. Suarius in Sidon. Epist. II, 2. ait xystarcham esse gymnasiarcham praefectumque agonum, et citat Ammian. XXI. [1. med.], qui dixit „xystarchae doctorum." (La Cerda.) V. Gruter. Inscript. p. CCCXIII, 10. et p. MXCIV, 5. Reines. Synt. Inscript. V, 41. Agonothetes distribuit praemia, xystarches quae sunt opus certaturis suppeditat velut communis oeconomus, epistates certamini praeest (Scorpiac. cap. 6.).

k. politia in caelis] Epist. Pauli ad Philipp. III, 20. Cf. Adv. Marcion. III, 24. „et *politeuma* id est municipatum nostrum in caelis esse pronuntians." Franc. Iunius distingui voluit: „corona aeternitatis, brabium: angelicae substantiae politia in caelis, gloria in saecula saeculorum." Angelicae substantiae politia in caelis est civitas caelorum communis cum angelis dei.

l. scamma] „Scamma" Graecis locus dicitur certaminis, in quo congrediuntur athletae, quod fossa soleret cingi *παρὰ τὸ σκάπτω.* Hinc proverbialiter dictum Hieronymo adversus errores Io. Hierosolymitani ad Pammachium [Tom. IV, P. II, p. 315. ed. Bened.] „de *scammate* et loco certaminis egredi" pro eo quod est a proposito digredi sive lineas transilire (Fr. Iunius). Isidori Glossae: „*Scammata,* arenae ubi athletae luctantur." Gloss. Philox. „*Scamma,* *σήκωμα.*" Chrysost. Homil. De Diabolo Temptatore: „*Ἔτι γὰρ ἐν τῷ σκάμματι ἑστήκαμεν, καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τῆς μετανοίας ἐσμέν.*" Id. Homil. XVI. Ad Populum „*μή μοι δείξῃ ἐν τῇ παλαίστρᾳ τὸν ἀθλητήν, ἀλλ' ἐν τῷ σκάμματι.*" Chrysolog. Serm. XXXIII. „Dicere non est ausa, ne circumstantiam confunderet et oneraret auditum, ne fieret populorum fabula, quae tot annis stadium et *scamma* fuerat passionum." Aldhelm. De Virgin. cap. 19. „In *scammate* mundi ritu palaestrico agonizantes." Cael. Aurelian. Tard. Pass. II, I. „Ordinat idem in arenae spatio, quod appellant *scamma.*" Cf. Du Cangii

borarentur in vobis. Nempe enim et athletae segregantur ad strictiorem disciplinam[m], ut robori aedificando[n] vacent. Continentur a luxuria, a cibis laetioribus, a potu [20]iocundiore, coguntur, cruciantur, fatigantur: quanto plus in exercitationibus laboraverint, tanto plus de victoria sperant. Et illi, inquit apostolus, ut coronam corruptibilem consequantur. Nos aeternam consecuturi carcerem nobis pro palaestra [21]interpretamur, ut ad stadium tribunalis bene exercitati incommodis omnibus producamur, quia virtus duritia extruitur, mollitia vero destruitur. 1. Cor. IX, 25.

Scimus ex dominico praecepto, quod caro infirma sit[a], spiritus promptus. Non ergo [1]nobis blandiamur, quia dominus consensit carnem infirmam esse. Propterea enim praedixit spiritum [2]promptum, ut ostenderet, quid cui debeat[b] esse subiectum, scilicet ut caro serviat [3]spiritui, infirmior fortiori, ut ab eo etiam [4]ipsa fortitudinem assumat. Colloquatur spiritus cum carne de communi salute, nec iam [5]de incommodis [6]carceris, sed ipso agone et proelio cogitans. [7]Timebit forsitan caro gladium gravem et crucem excelsam et rabiem bestiarum et summam ignium poenam et omne carnificis ingenium in tormentis, sed spiritus contraponat sibi et carni acerba [8]licet ista, a multis tamen aequo animo excepta, immo et ultro appetita, famae et gloriae causa nec a viris tantum, sed etiam a feminis, [9]ut vos quoque, benedictae, sexui vestro respondeatis. Longum est, si enumerem singulos, qui se gladio confecerint animo suo ducti. De feminis ad manum [10]est. Lucretia, quae vim stupri [11]passa est, cultrum [12]sibi adegit in conspectu pro- Cap. IV. Matth. XXVI, 41.

20. iocundiore *B.* 21. interpretamur *ABC.* interpretemur *reliqui.*

Cap. IV. 1. vobis *A.* (*m. pr.*) *B.* 2. promptum, ut *ABCDab.* promptum esse, ut *cd. tres Vaticani, teste Pamelio.* 3. spiritui *A.* (*m. pr.*) *B.* 4. ipsa *abcd. cum Gorziensi.* ipsam *ABCD.* 5. de incommodis *A.* (*m. sec.*) *cd. Harrisius.* incommodis *reliqui* 6. carceris, de ipso *Rhenanus.* 7. Tibebit *A.* (*m. pr.*) *B.* 8. et licet *AB.* sint licet *A. m. sec.* 9. ut nos *ABC.* 10. est et *ABC.* 11. passa est cultrum *ABCDa.* passa *reliqui.* 12. sibi agebit *A.* (*m. sec.*) *B.*

Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v., et de Hieronymi loco supra laudato etiam Leopardi Emend. I, 22.

m. et athletae segregantur ad strictiorem disciplinam] Res nota. Si vis, adeas Hieron. Mercurial. De Arte Gymnast. I, 15. (in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. Graec. et Rom. tom. III, p. 534), Lips. Saturn. I, 14., Krause in Pauly Real-Encyclop. tom. I, p. 910 sqq., Interprett. ad Horat. A. P. 414.

n. robori aedificando] Cf. in extr. cap. „Quia virtus duritia *extruitur.*“ De Idolol. cap. 10. „hinc prima diabolo fides *aedificatur.*“ Ad Scap. cap. 5. „Nec tamen deficiet haec secta, quam tunc magis *aedificari* scias, cum caedi videtur.“

Cap. IV. a. quod caro infirma sit] „Quod“ particulam ponere pro accusativo cum infinitivo sequioris aevi scriptoribus usitatissimum est, quare non est, cur ex scriptis Tertulliani exempla hic cumulem. Vide Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. I, 42. et ad Apul. Metam. VI, 23 p. 477. et qui citantur apud Ruddim. Iustit. Gramm. II, p. 12. Ita etiam „quia“ et „quoniam“ ponere solent. Cf. Munck. ad Fulgent. Vergil. Cont. p. 752.

b. quid cui debeat] De hoc genere duas interrogationes in uno orationis

pinquorum, ut gloriam castitati suae pareret. [13]Mucius manum suam [14]dexteram in ara cremavit, ut hoc factum eius fama haberet. Minus fecerunt [15]philosophi Heraclitus, qui se [16]bubulo stercore oblitum exussit[c], item [17]Empedocles[d], [18]qui in ignes [19]Aetnaei montis [20]desilivit, et Peregrinus[e], qui non olim se rogo [21]immisit, cum feminae quoque contempserint ignes [22]Dido[f], cum post virum dilectissimum nubere cogeretur, item Asdrubalis[g] uxor, quae iam ardente [23]Carthagine, [24]ne maritum suum supplicem [25]Scipionis videret, cum filiis suis in incendium patriae devolavit. Regulus[h], dux Romanorum, captus a [26]Carthaginiensibus, cum se unum pro multis captivis [27]Carthaginiensibus compensari [28]noluisset, maluit hostibus reddi et in arcae genus stipatus undique extrinsecus clavis transfixus[i] tot cruces sensit. [29]Bestias femina libens appetiit, [30]et utique horridiores aspides serpentes[k] tauro vel urso, quas Cleopatra[l] immisit sibi, ne in manus inimici perveniret. Sed mortis metus non [31]tantus est, quantus tormentorum. [32]Itaque cessit carnifici meretrix Atheniensis[m], quae conscia coniurationis cum propterea torqueretur a tyranno, et non prodidit coniuratos et novissime[n] linguam suam commestam in faciem tyranni expuit, ut nihil

13. Mutius *libri omnes.* 14. dexteram *CD.* dextram *AB.* 15. filii sophi heraclitis *AφB.* filius sophii heraclitis *A.* filius Iovius Heracles *vel* Hercules *A. m. sec. in marg.* 16. bubalo *A. (m. pr.) BCD.* 17. pedocles *A. (m. pr.) B.* 18. qui ignes *C.* 19. ethnei *AB.* 20. dissilivit *ABDa.* dissiluit *(C?)bcd.* 21. emisit *ABCD.* 22. Dido (didon *ABC*) cum *ABCDabc.* Dido ne *d.* 23. cartagine *A.* carthagine *C.* 24. ne maritum *Ios. Scaliger.* cum maritum *d.* maritum *reliqui.* 25. Scipioni *d.* 26. Carthaginensibus *BDabc.* 27. Carthaginensibus *Babc.* 28. voluisset *A. (m. pr.) B.* 29. et bestias *AB.* 30. et utique aspides serpentes tauro vel urso horridiores *d. Vocem* serpentes *inducit Fr. Iunius, cumque eo La Cerda.* 31. tanti est quanti *C.* tantis est quantis. *AB.* 32. Itaque non cessit *Ios. Scaliger.* Non itaque cessit *Fr. Iunius.* Itaque nec cessit *Latinius.*

membro conflandi cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 8.

c. qui se bubulo stercore oblitum exussit] Rem narrat Diog. Laert. IX, I, 3.

d. Empedocles] Cf. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 50.

e. Peregrinus] Lucianus *Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς* tom. VIII, p. 272 sqq. Bip. p. 420 sqq. et ibi interprett. Philostr. V. Soph. II, 10. Athenag. Legat. ad Chr. cap. 20.

f. Dido] Cf. Apolog. cap. 50. Ad Natt. I, 18.

g. Asdrubalis uxor] Cf. Ad Natt. I, 18. II, 9.

h. Regulus] Apolog. cap. 50. Ad Natt. I, 18.

i. extrinsecus clavis transfixus] Non opus est corrigi „transfixis" vel „transfixae;" *extrinsecus* enim est „von aussen her."

k. aspides serpentes] Petr. Faber Semestr. III, 15. verba „aspides serpentes" et „quas Cleopatra immisit sibi" spuria esse iudicat. Verto „nach grimmen thieren griff gern ein weib, und in der that sind schrecklicher als stier und bär die aspisschlangen, welche Cleopatra sich anlegte, um nicht in die hände ihres feindes zu gelangen."

l. Cleopatra] Cf. Ad Natt. I, 18.

m. cessit carnifici meretrix Atheniensis] Leaena meretrix. Cf. ad Apolog. cap. 50. Ad Natt. I, 18. Cessit autem quodammodo carnifici, cum linguam dentibus abscideret non ultro scilicet sese tormentis restituram sentiens.

n. novissime] „Novissime" est pro *denique, postremo,* de qua significatione adeas Ruhnken. et Frotscher. ad Rutil. Lup. I, §. 8. p. 104. Wopkens Lectt. Tull. p. 46.

agere [33]in se sciret tormenta, etsi ultra [34]perseverarent. [35]Nam quod hodie apud Lacedaemonas sollemnitas° maxima est [36]διαμαστίγωσις, id est flagellatio, non latet. In quo sacro ante aram nobiles quique [37]adulescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus et propinquis et, uti perseverent, adhortantibus. Ornamentum enim et gloria deputabitur maiore quidem titulo, si anima potius cesserit plagis, quam corpus. Igitur si tantum terrenae gloriae licet de corporis et animi vigore, ut gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta [38]contemnat sub praemio laudis humanae, possum dicere, modicae sunt istae passiones ad consecutionem gloriae caelestis et divinae mercedis. [39]Tanti [40]vitreum, [41]quanti verum margaritum[p]? Quis ergo non libentissime tantum pro vero habeat erogare[q], quantum alii pro falso?

Omitto nunc gloriae causam. Eadem omnia saevitiae et cru- Cap. V.
ciatus certamina iam apud homines affectatio quoque et morbus [1]quidam animi conculcavit[a]. [2]Quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat[b]? Certe ad feras ipsas [3]affectatione descendunt, et de morsibus et de cicatricibus formosiores sibi videntur. Iam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium [4]in tunica ardente conficerent.[c] Alii inter [5]venatorum taureas[d] scapulis pa-

33. in se sciret tormenta *Franc. Iunius.* se scirent tormenta *abcd.* se sciret in tormenta *ABCD.* se sciret vi tormentorum *Rhenanus.* 34. perseveraret *ABCD.* 35. Nam quae *cd. ex Vaticanis.* Namque *C.* Nam quod *reliqui.* 36. dyamasticosis idem *B.* diamastigosis id est *A.* 37. adulescentes *C.* 38. contempnat *ABC.* contemnant *reliqui.* 39. Tanti *ABCDabc.* Si tanti *d. Ios. Scaliger.* An tanti *A. m. sec.* 40. vitrum *Ad. Latinius, Ios. Scaliger.* 41. quanti verum *ABCDabc.* quanti *d. Fr. Iunius, Ios. Scaligcr.*

Cap. V. 1. quidem *AB.* 2. quod otiosos *AB.* quod otiosa *C.* 3. affectione *A. (m. pr.) BCD.* 4. in trunca ardente *AB.* 5. venatorum caveas scapulis *C.*

o. hodie apud Lacedaemonas sollemnitas] Cf. Apolog. cap. 50. Ad Natt. I, 18. Lycurgi instituta perseverasse usque in quintum p. Chr. saeculum constat ex Dione Chrysost. Or. XXV, p. 281. Cf. Meurs. Misc. Lacon. II, 5. p. 121. Theodoret. tom. IV, p. 931. ed. Schulz.

p. Tanti vitreum, quanti verum margaritum?] Hieronym. Ad Laetam tom. IV, P. II, p. 495. Bened. „Si tanti vitrum, cur non maioris sit pretii margaritum?“ Id. Ad Salvinam p. 667. „Si tanti vilissimum vitrum, quanti pretiosissimum margaritum?“ Id. Ad Demetriadem p. 787. „Tanti, ut dicitur, vitrum, quanti margaritum.“ Similiter Gregor. Nyssen. Tract. in Psalm. I, cap. 8. opponit λίθους τιμίους καὶ ψηφίδα οἰκεῖον.

q. pro vero habeat erogare] De structura verbi „habere“ cum infinitivo cf. quae adnotata sunt ad De Fuga in Persecut. cap. 12. „Erogare“ est pro „impendere,“ ut saepissime apud Tertullianum. Exempla protuli ad Scorp. cap. 6.

Cap. V. a. conculcavit] Pari sensu Tertullianus vulgo utitur verbo „inculcare.“ Cf. quae adnotavero ad Scorp. cap. 6.

b. ad gladium locat] Si tanti est, adeas Desid. Herald. Digress. XXIV, p. 249. qui illustrat hunc locum. Cf. Lips. Saturn. Serm. II, 3. p. 928. ed. Vesal.

c. in tunica ardente conficerent] Cf. Ad Natt. I, 18.

d. alii inter venatorum taureas] Cf. Ad Natt. I, 18. Taureae sunt scuticae et flagella ex taurino corio, sicut buc-

tientissimis inambulaverunt. [6]Haec, benedicti, non sine causa dominus in saeculum admisit, sed [7]ad nos et nunc exhortandos et in illo die [8]confundendos, si [9]reformidaverimus pati pro veritate in salutem quae alii affectaverunt pro vanitate in perditionem.

Cap. VI. [1]Sed haec exempla constantiae omittamus de affectatione venientis. Convertamur ad ipsam condicionis humanae contemplationem, ut et illa nos instruant, si qua constanter adeunda sint quae et invitis evenire consueverunt. Quotiens enim incendia vivos cremarunt? [2]quotiens ferae [3]et in silvis suis et in mediis civitatibus [4]elapsae [5]caveis homines devoraverunt? quot a latronibus ferro, ab hostibus etiam cruce extincti sunt, torti prius, immo et omni contumelia expuncti[a]? Nemo non etiam hominis causa pati potest quod in causa dei pati dubitat. Ad hoc quidem vel praesentia nobis tempora documenta sint, quantae qualesque personae inopinatos natalibus et dignitatibus et corporibus et aetatibus suis exitus referunt hominis causa[b], aut ab ipso, si contra [6]eum fecerint, aut ab adversariis [7]eius, si pro eo steterint.

6. et haec *AB*. 7. ad vos *ABC*. 8. ad confundendos *ABC*. 9. reformaveribus *AB*. reformidaveritis *Aφ. m. sec.* reformaverimus *C*.

Cap. VI. 1. Si haec *ABC*. 2. quoties ferae *C*. 3. et in silvis suis *bis habet B*. 4. elepse *B. m. pr.* 5. caneis *A*. (m. *pr.*) *B*. 6. cum fecerint *BC*. 7. Quinti septimi florentis Tertulliani ad martirias liber finit *B*.

ceae apud Plautum sunt ex bovillo. Salvian. De Gubern. Dei VIII, p. 270. „Nec solum hoc, sed improbissimis flagitiosorum hominum cachinnis et detestantibus ridentium sibilis quasi *taureis* caedebatur.“ Vita Pontii Martyris d. XIV. Maii (ap. Baluz. Miscell. tom. II, p. 137.). „Statim egressi sunt duo venatores cum *tauriis* et nervis secundum consuetudinem.“ Iuvenal. Sat. VI, 491. „*taurea* punit Continuo flexi crimen facinusque capilli.“ Artemidor. Oneirocrit. I, 72. „*δούλοις δὲ* (sc. *σημαίνει*) *βασάνους διὰ τὸν ἱμάντα καὶ τὴν ταυρίαν*.“ Athanas. Epist. ad Solitar. p. 850. „*καὶ ποιήσαντες εἰς τὰ νῶτα ταυρίαις ἴσα θανάτῳ κατακοπῆναι*.“ Cf. Sozom. VI, 19. VIII, 24. Onomast. Vulcan. p. 151. „Taurea, *ῥινός*.“ Aliae Glossae, „Taureae, plagae, nervi.“

Cap. VI. a. expuncti] Tertulliani verbum pro eo, quod est affecti absolutissime, sic ut nullum contumeliae genus amplius desiderari posset, quod illi non sint perpessi (Franc. Iunius). Cf. adnotata ad Scorp. cap. 10.

b. hominis causa] Imperatoris videlicet.

DE

SPECTACULIS.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A	significat codicem	Agobardinum (*Aβ* ex collatione Steph. Baluzii, *Aφ* ex collatione Hildebrandi).
B	- editionem	principem Io. Gangneii a. MDXLV. (*Bmg* significat scripturam ex margine eius editionis prolatam).
C	- -	Sigism. Gelenii a. MDLXII., qui codice Anglico, Masburensi, usus erat.
D	- -	Iac. Pamelii a. MDLXXIX., qui codice Anglico, Jo. Clementis, usus erat.
E	- -	Nicol. Rigaltii a. MDCXXXIV.

DE

SPECTACULIS.*

Qui status fidei, quae ratio veritatis, quod praescriptum Cap. I.
disciplinae inter cetera [2]saecularium errorum[a] etiam spectaculorum voluptates adimat, dei servi, cognoscite, qui cum maxime ad deum acceditis, recognoscite, qui iam accessisse vos testificati et confessi estis, ne aut ignorando aut dissimulando quis peccet. Tanta est [3]enim voluptatium vis, [4]ut ignorantiam protelet in [5]occasionem[b] et conscientiam corrumpat in dissimulationem. [6]Ad utrumque adhuc forsan alicui opiniones ethnicorum [7]blandiantur, [8]qui in ista causa adversus nos [9]ista argumenta argumentari consuerunt: Nihil obstrepere[c] religioni in animo [10]et conscientia tua tanta solatia

* INCIPIT DE SPECT ..... *Aβ.* Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS DE SPECTACVLIS LIBER. *B.*

Cap. I. 1. Quis status *AB.* 2. saecularium *Aβ.* 3. enim .....tium vis *A.* voluptatum vis *E.* vis voluptatum *reliqui.* 4. ut et *BCD.* 5. occansionem *A.* 6. aut utrumque. Adhud *BCD.* 7. blandiuntur *BCD.* 8. qui in ista *E. Fulv. Ursinus.* .... in ista *A.* quae in ista *BCD.* 9. ista argumenta argumentari consuerunt: Nihil *ego.* ita argumentari consueverunt nihil *CDE.* ita argumenta argumentari consuerunt nihil *B.* ita argumenta argum.....hil *Aφ.* ista argumenta argumentantur: nihil *Hildebrandus.* 10. et conscientia tua tanta *BCD.* et in conscientia tanta *E.* et in conscie.....ta *A.*

Cap. I. a. saecularium errorum] Id est inter ceteros errores saeculi. Hellenismus, ut cap. 10. et passim. Abundat enim hic liber phrasibus Graecorum maxime, ut quem Graeco stilo a se fuisse expressum narrat auctor in libro De Corona Militis cap. 6. Post eleganter catechumeni et baptizati distinguuntur, quorum illi iubentur cognoscere, hi vero recognoscere, quos libro De Paenitentia audientes et intinctos appellavit. (Franc. Iunius.).

b. ut ignorantiam protelet in occasionem] Tanta est, inquit, voluptatum vis, ut hominem suum tamdiu doceri nolit vitanda esse Christiano spectacula, quamdiu spectandi occasio sperabitur. (Rigalt.). De verbo „protelare“ cf. quae adnotavero ad De Paenitent. cap. 4.

c. obstrepere] Hoc est adversari, impedimento esse, detrahere. Utitur ita saepius hoc verbo. Cf. infra cap. 23. „etiam *obstrepente* gratia voluptatis.“ De Corona cap. 5. „habitus extraordinarius ordinario usui *obstrepit.*“ De Cultu Fem. II, 9. „*et obstrepant* pudicitiae disciplinis.“

extrinsecus oculorum vel aurium, [11]nec vero deum offendi oblectatione hominis, [12]qua salvo erga deum metu et honore suo in tempore et suo in loco frui scelus non sit. [13]Atquin hoc cum maxime paramus demonstrare, quemadmodum [14]ista non competant verae religioni et vero obsequio erga [15]verum deum. Sunt qui [16]existiment [17]Christianos, expeditum [18]morti genus, ad hanc [19]obstinationem abdicatione [20]voluptatium erudiri, quo facilius vitam contemnant, amputatis quasi retinaculis eius, [21]nec desiderent quam iam [22]suervacuam sibi [23]fecerint, ut hoc consilio[d] potius et humano prospectu, non divino praescripto[e] [24]definitum existimetur. Pigebat scilicet etiam [25]perseverantes in [26]tantis voluptatibus [27]propter deum mori[f]. [28]Quanquam [29]et, si ita esset, tam apto consilio, tantae [30]obstinatio disciplinae debebat obsequium[g].

Cap. II. Iam vero nemo est, qui non hoc quoque praetendat, omnia a deo instituta et homini attributa, sicut praedicamus, et utique [1]bona, ut omnia boni auctoris: inter haec deputari universa ista, ex quibus spectacula [2]instruuntur, equum verbi gratia et leonem et vires corporis et vocis suavitates. Igitur neque alienum videri posse neque

11. Nec verbo *B.* 12. quo salvo *B.* 13. Atqui in hoc *B.* 14. ista *AE.* isthaec *reliqui.* 15. verum deum *AB.* deum verum *reliqui.* 16. existiment *BCD.* 17. Christianos, expeditum *E. Fulv. Ursinus.* XX. sexpeditum *Aβ.* Christianum expeditum *BCD.* 18. mortis *Aφ.* 19. obstionem *Aφ.* 20. voluptatium *A.* voluptatum *reliqui.* 21. nec *AE.* ne *reliqui.* 22. supervacuum *BC. prob. Fr. Iunio.* 23. fecerunt *AE.* fecerint *reliqui.* 24. definitum *ABmgCDE.* descriptum *B.* 25. perseverantis *Aβ.* 26. tantis *om. AE.* 27. propter dño *Aφ.* 28. quanquam *Aβ.* 29. et si *E. Franc. Iunius.* si *Hildebrandus.* etsi *BCD. Quid in A. fuerit hodie nequit dinosci.* 30. ad obstinationem *Leopoldus.* obstinationis *Hildebrandus.* observatio *liber Io. Clementis.*

Cap. II. 1. bona ut omnia *AE.* bona omnia ut *reliqui,* 2. instruuntur: equum E. ins.....quum *A.* instruuntur. Cum *B.* instruuntur: circum *reliqui.*

d. consilio] Cf. Desid. Herald. Digress. I, 28.

e. non divino praescripto] Opus perfectissimum Christiani est mortem pati pro deo: ecce tamen gentiles iudicant hanc tantam virtutem provenire ab humano consilio et providentia, non a divino praecepto. (La Cerda.)

f. etiam perseverantes in tantis voluptatibus propter deum mori] Quasi vero non multi pro deo passi sint qui his tantis voluptatibus minime abstinuerant.

g. debebat obsequium] Quamquam et, si verum esset Christianos abdicatione voluptatum eo erudiri, ut vitam contemnant, tam apto consilio tantaeque utilitatis disciplinae obstinatio Christianorum, generis semel ad mortem proni et expediti, id certe debebat obsequium, uti quidem sese instrui ab illa sibique faciliorem obeundi viam quasi praeparare putaretur. Paulo aliter interpretatus est La Cerda. „Quamquam, si ita esset," inquit, „haec nostra obstinatio ad mortem debebat obsequium tantae disciplinae scilicet tam apto consilio, id est propter tam aptum consilium." Itaque „tantae disciplinae" est in tertio casu, „tam apto consilio" in ultimo. Demus, ait, hoc ita esse, certe haec obstinatio debet obsequium Christianae disciplinae, quae ita est potens, ut invenerit modum contemnendae mortis, nimirum contemptis voluptatibus." Ludit Tertullianus antithesi. Obstinatio enim proprie non novit obsequium.

inimicum [3]deo quod de conditione constet ipsius, neque [4]cultoribus dei deputandum[a] quod dei non sit inimicum, quia nec alienum. Plane et ipsae extructiones locorum, quod saxa, quod caementa, quod marmora, quod columnae, dei res [5]sunt, qui ea ad instrumentum terrae dedit, sed et ipsi actus sub caelo dei transiguntur. Quam sapiens argumentatrix sibi videtur ignorantia humana! praesertim cum aliquid eiusmodi de gaudiis [6]et de fructibus saeculi[b] metuit [7]amittere. Plures denique invenias, quos magis periculum voluptatis, quam vitae, [8]avocet ab hac secta. Nam mortem etiam stultus ut debitam non [9]extimescit, voluptatem etiam sapiens [10]ut datam[c] non [11]contemnit, cum alia non sit et stulto et sapienti vitae gratia, nisi voluptas. Nemo negat, quia nemo ignorat quod ultro natura suggerit, deum esse universitatis conditorem, eamque universitatem tam bonam, quam homini mancipatam. Sed quia non penitus deum norunt, nisi naturali iure, non etiam familiari, de longinquo, non de proximo necesse est ignorent, qualiter administrari [12]aut iubeat aut prohibeat [13]quae instituit, [14]simul quae vis sit aemula [15]ex diverso[d] adulterandis[e] usibus divinae conditionis[f], [16]quia neque voluntatem neque adversarium noveris eius, quem mi-

3. deo (*Aβ*)*BCE.* dei *D. liber Clementis.* 4. cultoribus dei deputandum *ego.* cul.....deputandum *Aφ.* cultoribus dei putandum *BC.* cultoribus dei vitandum *D. liber Clementis.* culpae deputandum *E.* 5. sunt *AE.* sint *reliqui.* 6. et fructibus (*Aβ*)E. 7. admittere *Aβ.* 8. avocet *CDE.* evocet *AB.* vocet *Hildebrandus.* 9. existim.....tatem *A.* 10. ut datam *ego.* ut tantam *ABCDE.* utendam *Fr. Iunius.* 11. contempno *Aβ.* contemnet *Aφ.* 12. aut iubeat aut prohibeat *CD.* aut iuberet aut prohiberet *B.* iubeat *AE.* 13. quae instituit *BCD.* cum instituit *AE.* 14. simul quae vis sit aemula *Fulv. Ursinus.* simul quae vis aemula *E.* simul.....mula *A.* simul quae sit aemula *BC.* simul quis sit aemulus *D.* simul quae sint aemula *Hildebrandus.* 15. ex adverso (*Aβ*)*E.* 16. qua neque *Aβ.*

Cap. II. a. neque cultoribus dei deputandum] Supple: inimicum esse.

b. de fructibus saeculi] Sic Adv. Marcion. I, 27. „summum, quod sciam, *fructum vitae.*“ Apolog. cap. 40. „Nos vero ieiuniis aridi et omni continentia expressi, ab omni *vitae fruge* dilati.“ Cf. Herald. ad Tertull. Apolog. cap. 6. p. 52. Is. Casaubon. ad Ael. Lamprid. p. 146. ed. Salm.

c. ut datam] Quod antecedebat participium „debitam“ suadebat, loci ratio postulabat, ut „ut datam“ reponeretur pro vulgata scriptura „ut tantam.“

d. ex diverso] Cf. quae adnotata sunt ad Ad Scap. cap. 2.

e. adulterandis usibus] Amat Tertullianus gerundiva ita struere simplici dativo. Sic paulo infra „quaecumque *fabricandis idolis* materia captatur.“ Apolog. cap. 2. „*Latronibus vestigandis* per universas provincias militaris statio sortitur.“ Ibid. cap. 6. „theatra *stuprandis moribus* orientia.“ Ibid. cap. 11. „vos *talibus puniendis* praesidetis.“ Ibid. cap. 16. „cum Hierusalem cepisset propterea que templum adisset *speculandis* Iudaicae religionis *arcanis*.“ et post *frustrandis bestiis* mercenarius noxius.“ Ibid. cap. 18. „quas *demerendo sibi* disciplinas determinaverit.“ Ibid. cap. 25. „Nondum enim tunc ingenia Graecorum atque Tuscornm *fingendis simulacris* urbem inundaverant.“ Ibid. cap. 42. „sciant Sabaei pluris et carioris suas merces *Christianis sepeliendis* profligari quam deis fumigandis.“ Ad Natt. I, 10. „saltant dei vestri argumenta et historias *nocentibus erogandis.*“

f. conditionis] Cf. adnotata ad De Corona cap. 6.

nus noveris. Non ergo hoc solum [17]respiciendum est, a quo omnia sint instituta, sed a quo conversa. Ita enim apparebit, [18]cui usui sint instituta, si appareat, [19]cui non. Multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum est inter institutorem et interpolatorem. [20]Ceterum omnes species malorum, quae etiam ethnici [21]ut indubitata et prohibent et defendunt, ex operibus dei [22]constant. Vis homicidium ferro, veneno, [23]magicis devinctionibus[g] perfici? Tam ferrum [24]dei res est, quam herbae, quam angeli[h]. [25]Numquid tamen in hominis [26]necem auctor ista [27]providit? Atquin omnem [28]homicidii speciem uno et principali praecepto [29]interExod. XX, 13. imit: Non occides. Proinde aurum, aes, argentum, ebur, lignum, et quaecunque fabricandis idolis materia [30]captatur, quis in saeculo posuit, nisi saeculi auctor deus? Numquid tamen ut haec adversus ipsum adorentur? Atquin summa [31]offensa penes illum [32]idololatria est. Quid non dei est [33]quod deum offendit? sed cum offendit, dei esse desiit, et cum desiit, offendit. Ipse homo, omnium flagitiorum [34]auctor, non tantum opus dei, verum etiam imago est, et tamen et corpore et spiritu [35]desciit a suo institutore. Neque enim oculos ad [36]concupiscentiam sumpsimus [37]et linguam ad maliloquium et aures ad exceptaculum maliloquii et gulam ad gulae crimen et ventrem ad gulae [38]societatem[i] et genitalia ad excessus [39]impudicitiae et manus ad vim et gressus ad vagam vitam, aut spiritus

17. respiciendum est, a quo *E. Fulv. Ursinus.* respiciendum est, quo *BCD.* respicien.....*Aφ.* 18. cui usui sint instituta *E.* cuiusvis instituta *A.* cuius vi sint instituta *reliqui.* 19. cui non *AE.* cuius non sint *reliqui.* 20. Ceterum *Aβ.* 21. ut indubitata *AE.* indubitata *B.* indubitate *CD.* 22. constant. Vis *BCDE.* constatius *A.* constant. Scis *Ios. Scaliger.* constant. Vides *Fr. Iunius.* 23. magicis devotionibus *Colvius ad Apul. Metam. I,* 8. 24. dei res quam *A.* 25. Numquid——providit? *om. Aβ.* 26. nece est auctor. Ita *B.* 27. prodidit? *Meursius Crit. Arnob. p.* 235. 28. homicidiis *Aφ.* 29. interimit *AE.* interemit *reliqui.* 30. captatur *CDE.* capiatur *B.* cap.....*Aφ.* 31. offensio *BCD.* 32. idololatria. Quid *AE.* 33. quod dño offendit *A.* 34. actor *D. ex codice Clementis.* 35. desciit *AE.* descivit *reliqui.* 36. concupiscentiam sumsimus *AE.* concupiscentias sumpsimus *reliqui.* 37. et linguam *ABC.* neque linguam *CD.* 38. societatem *AE. liber Clementis.* satietatem *reliqui.* 39. impudicitiae et manus ad vim et gressus *om. A.*

g. magicis devinctionibus] Colvius ad Apul. Metam I, 6. correxerat „magicis *devotionibus*," quod improbavit iam Oudendorpius. Devinctiones magicae sunt *καταδέσεις, καταδεσμοί.* Vide de his interprett. ad Vergil. Ecl. VIII, 77. et ad Petron. Satyr. cap. 131. Turneb. Adv. XIX, 22. p. 661. Delrii Disquis. Mag. III, p. I. quaest. IV, 25. Heins. ad Ovid. Am. III, 7, 29. Salmas. ad Solin. p. 766. qui etiam hunc Tertulliani locum citat.

h. angeli] Daemones. Utitur saepius eo vocabulo in hunc sensum, ut Apolog. cap. 22. „*Angelos* quoque etiam Plato negavit."

i. ad gulae societatem] De Ieiun. cap. 17. „*Appendices* scilicet *gulae lascivia et luxuria*, quam *societatem* et apostolus sciens" sqq. Adv. Marcion. II, 18. „Agnosce simul et *comitibus gulae, libidini* scilicet atque *luxuriae*, prospectum."

ideo insitus [40]corpori, ut insidiarum, [41]ut fraudium[k] [42]et iniquitatium cogitatorium[l] fieret? Non opinor. Nam si omnem malignitatem et si [43]tantam malitiam excogitatam[m] deus exactor innocentiae odit, indubitate, quaecunque condidit, non [44]in exitum[n] [45]operum constat condidisse, [46]quae damnat, licet [47]eadem opera per ea, quae condidit, administrentur, quando haec sit tota ratio damnationis, perversa administratio conditionis [48]a conditis. Nos igitur, [49]qui domino cognito etiam aemulum eius [50]inspeximus, qui institutore [51]comperto et interpolatorem una deprehendimus, neque mirari neque [52]dubitare oportet, cum ipsum hominem, opus et imaginem dei, totius universitatis possessorem, [53]illa vis [54]interpolatoris et aemulatoris angeli ab initio de integritate [55]deiecerit, [56]universam substantiam eius, [57]pariter cum ipso integritati institutam[o], pariter cum ipso in perversitatem [58]demutavit adversus institutorem, ut, quam doluerat homini concessam, non sibi, in ea ipsa et hominem reum deo faceret, et suam [59]dominationem collocaret.

Hac conscientia [1]instructi adversus [2]opinionem ethnicorum convertamur magis ad nostrorum [3]detractatus[a]. Quorundam enim Cap. III.

40. corpori *CDE.* cum corpore *B. Quid in A. fuerit hodie nequit dinosci.* 41. ut fraudium *AE.* et fraudum *reliqui.* 42. et iniquitatium *Aφ.* ut iniquitatium *AβC.* et iniquitatum *reliqui.* 43. tantum *E. Fulv. Ursinus. Quid A. habuerit hodie nescitur.* 44. in vanum *Bmg.* 45. operas *AB.* 46. quos damnat *B.* 47. eadem operae *A.* 48. a conditis *om. AE.* 49. qui domino (*dño A.*) *ACD.* quid non *B.* qui deo *E.* 50. inspeximus *AE.* inspicimus *reliqui.* 51. comperto et interpolatorem *ego.* comperto .....rporatorem *A.* comperto etiam palatorem *B.* comperto etiam interpolatorem *reliqui.* 52. dubitari *BC.* 53. illi vis *C.* 54. interploratoris *A.* 55. deiecerint *C.* 56. quin universam *Fulv. Ursinus.* 57. pariter cum ipso integritati institutam *AE. Omittunt reliqui.* 58. demutavit *ABE.* demutatam *reliqui.* 59. do dominationem *A.*

Cap. III. 1. instructa *AE.* 2. opiniones *BCD.* 3. detractatus *ABCD.* retractatus *E. ex emend. Fulvii Ursini.*

k. fraudium] De hac genitivi forma cf. Gell. N. A. XIV, 2. Eckstein. ad Vossii Aristarch. II, p. 661. Hildebrand. ad Apul. Metam. V, 15. p. 346.

l. cogitatorium] Locus et sedes cogitationum. *Φροντιστήριον* vertit Ios. Scaliger, *μελετητήριον* Franc. Iunius. La Cerda adfert similem locum Mamertini: „Versari coepit in sacri pectoris *comitio* consulatus.“ Cf. Plauti Mostell. III, I, 158. „Huc concessero, dum mihi senatum consilii in cor convoco.“ Id. Epid. I, 2, 56. „Iam senatum convocabo in corde consiliarium.“

m. tantam malitiam excogitatam] Quasi scilicet ideo solum condiderit res mundi, ut sese invicem corrumpant atque interficiant. La Cerda, qui cum Fulvio Ursino aliisque „tantum“ reposuit pro „tantam“ ita interpretatur: „Possit obiici visa tanta rerum perversitate in usibus deum ipsa mundi creatione solum fecisse res, ut illae malum exitum haberent. Diluit. Ne hoc puta. Nam si deus, ut vere est, tantum (h. e. solum) odit malignitatem in usibus et malitiam, perinde indubitate constat non condidisse illum res in exitum malorum operum, quae ipse damnat.“

n. in exitum] „In exitum“ non est „in exitium et perniciem,“ sed ait res non creatas a deo, ut exirent et manerent in prava opera, quae ipse damnat, licet ita res sint constitutae, ut unae per alias administrentur, in qua administratione, si perversa sit, posita est tota ratio damnationis. (La Cerda.)

o. integritati institutam] Malim rescribere „in integritate institutam.“

Cap. III. a. detractatus] Haec est

fides aut simplicior aut scrupulosior [4] ad hanc abdicationem spectaculorum de scripturis auctoritatem exposcit et se in incertum constituit, quod non significanter neque nominatim denuntietur servis dei abstinentia eiusmodi. Plane nusquam invenimus, quemadmodum aperte positum est: Non occides, Non idolum coles, Non
Exod. XX, 14 sqq. adulterium, non fraudem admittes, [5] ita exerte definitum: Non [6] ibis in circum, non in theatrum, agonem, munus non [7] spectabis[b]. Sed invenimus ad hanc quoque speciem pertinere illam primam vocem
Ps. I, 1. David, [8] Felix vir, inquit, qui non abiit in concilium impiorum et in via peccatorum non stetit [9] nec in cathedra pestium [10] sedit. Nam etsi iustum illum videtur praedicasse, quod in concilio et [11] consessu Iudaeorum [12] de necando domino[c] consultantium non communicavit, late tamen semper scriptura divina dividitur, [13] ubicumque secundum praesentis rei sensum etiam disciplina [14] munitur, [15] ut hic quoque non sit aliena vox a spectaculorum interdictione. Si enim pauculos tunc Iudaeos impiorum concilium vocavit, quanto magis tantum conventum ethnici populi? [16] Minus impii ethnici, minus peccatores, minus hostes Christi, quam tunc Iudaei? [17] Quid? quod et cetera congruunt. Nam [18] apud spectacula et in via statur.

4. ab hac abdicatione *BmgC.* 5. ita est certe definitum *C.* 6. ibis in circum *AE.* in circum ibis *reliqui.* 7. spectabis *BCD.* expectabis *AE.* 8. felix vir inquit *AE.* felix inquit *BCD.* 9. nec *AE.* et *reliqui.* 10. non sedit *BCD.* 11. consessu *ego.* in consessu *BCD.* in sessu *AE.* 12. de necando domino *E.* de negando dño *A.* de deo denegando *BCD.* 13. ubicumque *Aβ.* 14. meunitur *B.* 15. ut haec quoque *Fulv. Ursinus.* 16. Minus impii ethnici *AE.* impii et iniqui *B.* ni pii ethnici *CD.* impii *Fulv. Ursinus.* 17. Quid quod et *AE. Salmas. ad Solin. p.* 645. quod et *B.* quo et *CD.* Quid? non *Fulv. Ursinus.* quo ad *Latinius.* 18. apud spectacula in cathedra et in via *B.* et apud spectacula et in via *Salmasius.*

librorum veterum scriptura. Gloss. Philox. „Detractaverint, *διαψηλαφήσωσι, διατυπώσωσιν.*" Onomast. Graeco-Lat. ap. Vulcan. p. 38. „Detracto, *διαδύομαι.*" Hinc Fr. Iunius *detractatus* explicat *διατυπώματα,* dum Pamelius et alii per simplex „tractatus" interpretantur, quibus sane suffragatur locus Corn. Frontonis Ep. ad Marcum Caesarem III, 8. „Eorum si quid memoriae tuae elapsum est, non inutile erit eadem nos denuo *detractare.*" Mihi quidem *detractatus* simpliciter sunt detractationes, tergiversationes, quo intellectu interpretationi loci optime succurremus. Convertamur, inquit, magis ad nostrorum detractatus, quibus spectaculorum voluptati renuntiandum esse secundum legem scripturae negant.

b. spectabis] Neglegentiae librarii tribuo quod liber Agobardi habet *expectabis.* Cf. Schol. Iuven. Sat. IX, 142. p. 275. Cram. Arntz. ad Plin. Paneggr. cap. 31. p. 143. et cap. 35. p. 167. Buenem. ad Lactant. Epit. cap. 69. p. 1327. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, p. 49. Interpr. ad Vell. Paterc. II, 14. Oudend. ad Caes. II, 20. Drakenb. ad Liv. IV, 33, 1. XXX, 23, 7. XL, 54, 3. Iuret. ad Symmach. Epist. II, 78. p. 86.

c. de necando domino] Innuit Iosephum Arimathaeensem, quem Lucas [XXIII, 51.] ait virum fuisse probum ac iustum nec interfuisse aut consensisse Iudaeorum consilio adversus Christum. Auctor Commentarior. in Psalmos Praef. Psalm. I: „Tertullianus in libro De Spectaculis adserit hunc psalmum et de Iosepho posse intellegi, qui corpus domini sepelivit, et de his, qui ad spectacula gentium non conveniunt." Sunt qui eos Commentarios Hieronymo ad-

Vias enim [19]et cardines vocant [20]balteorum[d] per ambitum et discrimina popularium[e] per proclivum. [21]Cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad consessum situs[f]. Itaque [22]contrario infelix qui in quodcumque concilium impiorum abierit et in quacumque via peccatorum steterit et in quacumque cathedra [23]pestium sederit. Generaliter dictum intellegamus, [24]cum quid etiam specialiter interpretari capit[g]. [25]Nam et specialiter quaedam pronuntiata [26]generaliter sapiunt. Cum deus Israëlitas admonet disciplinae vel obiurgat, utique ad omnes habet[h], cum Aegypto [27]et Aethiopiae [28]exitium comminatur, utique in omnem gentem peccatricem praeiudicat. Exod. XII. 12.
Si omnis gens [29]peccatrix est Aegyptus [30]et Aethiopia, a specie ad

19. et cardines vocant *A.* vocant et cardines *E.* vocant cardines *reliqui, Salmasius.* 20. balta.... *Aβ.* 21. et cathedra *Fr. Iunius.* 22. contrario *(Aβ)BCE.* e contrario *(Aφ)D. Fulv. Ursinus, Franc. Iunius.* 23. pescium *A.* 24. cum quid aliter etiam *B.* cum quid aliter specialiter *Aβ.* 25. Nam specialiter *B.* 26. generaliter capiunt *Meursius Crit. Arnob. p.* 235. 27. et thiopiae *Aβ.* 28. exitum *Aβ.* 29. peccatrix est Aegyptus *Aφ.* peccatrix Aegyptus *(Aβ)E.* vocatur Aegyptus *BCD.* 30. et thiopia specie *A.*

scribant. Inserti sunt autem operibus Bedae. (Rigalt.) Locus, quem citat Rigaltius, reperitur in Opp. Hieronymi ed. Benedict. Tom. II. P. II, p. 121.

d. Vias enim et cardines vocant balteorum] Salmas. Exercit. Plin. p. 645. „In theatro subsellia per cuneos distincta, et alternatim viis per ambitum et in descensu separata. Ergo cunei spatia erant, in quibus subsellia componebantur. Viis per ambitum et in descensu invicem distinguebantur. Per ambitum viae *cardines* dictae. Quod inter eas vias et cardines comprehensum esset, *cuneum* vocabant. *Baltea* vocat praecinctiones. Ut *cardines* in theatro qui separabant praecinctiones, ita *limites* in circi porticibus viae inter sedilium ordines. Sed viae in theatro *cardines* dictae, quia multis versuris cuneos intersecarent, in circo *limites*, quia versuras non facerent, sed perpetui ac recta serie currerent.“ Uberius de hac materia disputantem, si vis, adeas Alex. Mazochium in Comment. in Campani Theatri Titul. in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. tom. V, p. 645. sqq. Cf. Lips. De Amphitheatro cap. 13. p. 1022. ed. Vesal.

e. discrimina popularium] Salmas. l. l. „Viae in theatro „discrimina popularium per proclivum“ Tertulliano dicuntur, quia cunei popularium viis per descensum discriminarentur. At cardines balteorum proprie viae per ambitum.“ Mazochius l. l. p. 641. „Supra equestria reliqui deinceps gradus plebi ceterae addicti erant, et *popularia* vocabantur, quae erant omnium maxime diffusa. Et, ut semel dicam, tres in partes tota illa subselliorum acclivitas tribuebatur, in imam, mediam et summam caveam: ima, quae omnium honestissima, in orchestram et equestria rursus dividebatur, media et summa cavea ad popularia pertinebat, sed ita tamen, ut media cavea multo, quam summa, haberetur honestior, ab eaque causa est, quod Augustus apud Sueton. cap. 44. sanxit „ne quis pullatorum media cavea sederet.“ Ceterum popularibus etiam equestria passim contingi probat idem Mazoch. p. 641. nota addita. Cf. etiam interpretes ad Sueton. Domit. cap. 4. Claud. cap. 25.

f. in anfractu ad consessum situs] Mazochius p. 646. de hoc loco Lipsium confutans, qui per anfractum putat significari „superum locum, ubi clivi subselliorum desinant et murus incipiat, qui porticum faciat clivosque illos veluti frangat,“ docet cathedram esse *porticum*, ubi matronae cathedras suas ponere seorsumque spectare consueverint.

g. interpretari capit] De hac structura v. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

h. utique ad omnes habet] Suppleo „admonitionem disciplinae vel obiurgationem,“ Iunius. „pronuntiata.“ De loco cf. etiam Adv. Iudaeos cap. 9.

genus, quemadmodum etiam [31]de origine spectaculorum omne spectaculum [32]concilium impiorum, [33]a genere ad speciem.

Cap. IV. Ne quis [1]argumentari[a] nos putet, ad principalem auctoritatem convertar ipsius signaculi nostri. Cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suae verba profitemur, renuntiasse nos diabolo et pompae et angelis[b] eius ore nostro contestamur. Quid erit summum [2]ac praecipuum, in quo diabolus et pompae et angeli eius censeantur, quam idololatria? ex qua omnis immundus et nequam spiritus, ut ita dixerim[c], quia nec diutius de hoc. Igitur si ex idololatria universam spectaculorum paraturam[d] constare constiterit, indubitate praeiudicatum erit etiam [3]ad spectacula pertinere renuntiationis nostrae testimonium in lavacro, quae diabolo et pompae et angelis eius sint mancipata, scilicet per [4]idololatrian. Commemorabimus origines singulorum, quibus [5]in cunabulis in saeculo

31. de origine spectaculorum *om. Aφ.* 32. concilium impiorum *A.* concilium vocat impiorum *reliqui.* 33. a genera *A.*

Cap. IV. 1. argutari *Fr. Iunius, Meursius Crit. Arnob. p.* 235. 2. ac *(Aφ)BCD.* atque *(Aβ)E.* 3. ad specula pertinere *Aφ.* 4. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui.* 5. incunabulis *editiones quaedam.* ab incunabulis *Fr. Iunius.*

Cap. IV. a. argumentari] Argumentari h. l. est idem quod *argutari,* quod ipsum reponendum iudicabat Meursius. Bene enim iam Salmasius ad Tertull. De Pallio p. 131. observavit in loco illo Scorpiac. cap. 7. „sapienter itaque iugulavit, dum in vitam, et rationabiliter, dum in gloriam! O parricidii ingenium! o sceleris artificium! o *argumentum* crudelitatis, quae idcirco occidit, ne moriatur quam occiderit!" vocem *argumentum* esse synonymum vocabulorum *ingenium* et *artificium;* quomodo habes usurpatum in Lege Burgund. tit. LXXXIV, §. 3. „nec extraneo per quodlibet *argumentum* terram liceat comparare," item in Epist. Pontif. Rom. ad Carolum et Pipinum Epistola XLV. „tanto studiosius eius resistendum est molimini, ne quemquam suis irretire valeat *argumentis,*" et paulo post „et tantummodo *per argumentum* in praesentia missis vestris simulavit nobis iustitias facere." Epist. LX. „dum omnia, quae B. Petro a vestra excellentia sunt oblata, per iniquum suum *argumentum* conantur abstollere." Gregor. M. Epist. V, 31. „Sub quolibet *ingenio vel argumento.*" Acta SS. Perpetuae et Felicitatis: „Est victus *argumentis* diaboli." Papias „*Argumentum, argute inventum.*" Hinc *argumentum* est interdum etiam res ingeniose excogitata, machina, ut „*argumenta rotarum*" et „*argumentis vehi*" in vetere Passione, teste Salmasio, quibus duobus addo ex Du Cangii thesauris haec exempla: Charta Childeberti Regis pro Monast. S. Germani Paris. „De *argumentis* vero, per quae possunt aves capi super aquam" sqq. Luitbprand. V, 6. „*Argumentum,* quo ignis proicitur." Anastas. Bibliothecar. Hist. Eccles. p. 73. „Repromittit Chagano se tradere civitatem et exterminatorio instrumento facto, quod arietem nominant, civitatem adeptus est, dicentes quod barbari *argumentosum ingenium* et alias plures urbes in servitutem redegerunt."

b. et pompae et angelis eius] Cf. De Corona cap. 3.

c. ut ita dixerim] Hoc est: ut breviter dixerim. Idololatriae enim omnis immundi et nequam spiritus censum tribuens rem breviter confecit.

d. paraturam] Vox Tertulliano usitatissima. Cf. Scorpiac. cap. 10. „Haec nobis etiam ludicrum in modum certa ratio mandavit, nec ullus obicem praescriptionis istius extrudet, ut non omnem ordinem persecutionis, omnem eius causae firmam *paraturam* illuc transferre cogatur." De Pallio cap. 3. „*paratura* materiarum." Adv. Valent. cap. 26. „*paratura* mundi." Apolog. cap. 22. „caelestes *paraturas.*" Ibid. cap. 27.

adoleverint, exinde titulos quorundam, quibus nominibus nuncupentur, exinde apparatus, quibus superstitionibus instruantur, tum loca, quibus praesidibus dicentur, [6]tum artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit, [7]id neque ad idololatrian, [8]neque ad nostram eierationem pertinebit.

De originibus quidem, ut secretioribus et ignotis penes plures [1]nostrorum, altius nec aliunde investigandum fuit, quam de instrumentis [2]ethnicalium litterarum. Extant auctores multi, qui super ista re commentarios ediderunt. Ab his ludorum origo sic traditur. [3]Lydos ex Asia transvenas in [4]Etruria consedisse[a] [5]Timaeus refert, duce [6]Tyrrheno, qui fratri [7]suo cesserat[b] regni contentione. Igitur in [8]Etruria inter ceteros ritus superstitionum suarum [9]spectacula quoque religionis nomine instituunt. Inde Romani [10]arcessitos artifices mutuantur, tempus, enuntiationem, ut [11]ludi a Lydis vocarentur[c]. Sed etsi Varro ludos a ludo, id est a lusu interpretatur, sicut et Lupercos [12]ludios[d] appellabant, quod ludendo Cap. V.

6. tum artes *BCD.* artes *AE.* 7. id neque ad idololatriam *om. Aβ.* neque ad idololatriam *om. Aφ.* 8. denique ad nostram *Aφ. m. pr. Post verba* ad speciem. *in A. spatium vacuum relictum est, quod recentior manus implevit inscriptione* VNDE LVDI DICTI., *quae ipsa comparet etiam in BCD.*

Cap. V. 1. nostrorum artis nec *A.* nostrorum actis nec *Rigaltius.* nostrorum non altius nec *Fr. Iunius.* 2. ethnicalium *ABE.* ethnicarum *reliqui.* 3. Ludos *A.* 4. Etruria *B.* 5. ut Timaeus *CD.* 6. tyrreno *A.* 7. suo cesserat *CDE. Lipsius, Petr. Scriver. Anecd. Philol. p.* 82. *ed. Westerhof.* ...cesserat *A.* suo successerat *B.* 8. Etruria *AB.* 9. specula quoque *A.* 10. arcessitos *Aβ.* accersitos *reliqui.* 11. lulydis *Aφ.* ludi lydis *Aβ.* 12. ludios *ego.* ludos *libri omnes.*

spiritus daemonicae et angelicae paraturae.“ Ibid. cap. 47. „novitiolam *paraturam*.“ De Corona cap. I. „calceatus de evangelii *paratura*.“

Cap. V. a. Lydos ex Asia in Etruria consedisse] Dionys. Halic. I, 2. II, 97. Liv. VII, 2. Cf. Micali Storia degli antichi popoli Italiani (Firenze 1832. 8.) tom. I, p. 85 sqq. Niebuhr Röm. Gesch. I, p. 45 sqq. Müller Etrusc. I, p. 75 sqq.

b. Tyrrheno qui fratri suo cesserat] Dionys. Italic. l. l. Herodot. I, 94. Strabo V, p. 398. Vell. Paterc. I, 2. Tacit. Ann. IV, 33.

c. ut ludi a Lydis vocarentur] Cf. Dionys. Halic. et Liv. locis citatis, Valer. Max. II, 4. Oros. III, 4. Hesych. II, p. 506. „*Αυδοὶ οἵτοι τὰς θέας εὑρεῖν λέγονται, ὅθεν καὶ Ῥωμαῖοι λουδοὺς φασιν.*“ Isidor. Origg. XVIII, 16. exscripsit Tertullianum „Ludorum origo sic traditur: Lydii ex Asia transvecti in Hetruria consederunt duce Tyrreno qui fratri suo cesserat regnum contentione. Igitur in Hetruria inter ceteros superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine intulerunt. Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt et inde ludi vocati sunt. Varro autem dicit ludos a luso vocatos, quod iuvenes per dies factos solebant ludi exultatione populum delectare. Unde et eum lusum iuvenum et diebus festis et templis et religionibus reputant.“

d. ludios] Sic correxi pro *ludos*, quod libri servant, quamvis obloquente Salmasio ad Scriptt. Hist. Aug. p. 328, qui *ludos* dictum putat pro *ludiis* non aliter quam reperiatur passim servitium pro servis, ministerium pro ministris et similia. De Lupercis et Lupercalibus cf. Dionys. Halic. I, 80. Iustin. XLIII. 1. Liv. I, 5. Plut. Rom. cap. 21. et Caes. cap. 61. Ovid. Fast. II, 279 sqq. V, 99 sqq. Paul. Diac. s. v. *Creppos* p. 57. et s. v. *Februarius* ed. Muell., Varro De L. L. VI, 13, 34. Plutarch. Quaest. Rom. 68. Serv. ad Vergil. Aen. VIII, 343. Schwenck Mythol. der Römer p. 140.

discurrant, tamen eum lusum iuvenum et diebus festis et templis et religionibus reputat. Nihil iam de causa[e] vocabuli, [13]dum rei causa idololatria sit. Nam et cum [14]promiscue ludi Liberalia[f] vocarentur, honorem Liberi patris manifeste sonabant. Libero enim a rusticis primo fiebant ob beneficium quod ei adscribunt, [15]demonstrata gratia vini. Exinde ludi Consualia[g] dicti [16]qui initio[h] Neptunum honorabant. Eundem enim et Consum [17]vocant[i]. Dehinc [18]Equiria[k] Marti Romulus dixit, [19]quamquam et Consualia Romulo defendunt[l], quod ea Conso dicaverit deo, ut volunt, consilii, eius scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis

13. dum *AE.* cum *D.* quin *BC.* 14. promiscuae *A.* 15. pro demonstrata *BCD.* demonstrati *Rigaltius.* 16. queis initio *Fr. Iunius.* 17. vocant *AE.* vocabant *reliqui.* 18. ecurria quis *A.* Equiria quis *E.* 19. quamquam alii et *Aφ.*

e. Nihil iam de causa] Respondet Tertullianus obiectionem illam nullius esse momenti, siquidem constat ludos deorum honori et venerationi esse consecratos, quemadmodum et Lupercorum ludos, quos constat sacros fuisse ac religiosos, cum eos a ludo quoque dictos idem Varro doceat. Quod cum ita sit, „nihil iam de causa vocabuli" addit, „cum rei causa idololatria sit." (Desid. Herald. Digress. I, 19. p. 228.) Cf. Isidor. Origg. XVIII, 16, in cuius verbis ipsum agnoscis Tertullianum: „Nihil est iam de causa vocabuli, dum rei causa idololatria sit. Unde et promiscue ludi Liberalia vocabantur, ob honorem Liberi Patris. Ob hoc despicienda est originis macula, ne bonum aestimes quod initium a malo accepit."

f. promiscue ludi Liberalia] Non intellexere hunc locum qui dixere ludos omnes promiscue dictos Liberalia; multos noto, inprimis Heraldum Digress. I, 28. Nihil absurdius. An, obsecro, Consualia, Equiria, Tarpeia, Robigalia dici poterant Liberalia? Apage. Hoc enim nemo dixit, nemo audivit. Qui istud imponunt Tertulliano, iniuriam faciunt homini scientissimo. Tantum promiscuam hanc usurpationem nominis in eo ponit, quod Liberalia, Consualia et reliqua huiusmodi dicuntur etiam absolute ludi. Itaque vox ista ludus miscetur omnibus festivitatibus idololatricis, nam omnes isti dicuntur ludi. Et ideo statim addit „Exinde ludi Consualia dicti," et inde liquet non nomen solum ludi, sed rem significatam per ludum mancipatam esse a daemonibus, hoc enim probare Tertullianus vult." (La Cerda.) Paul. Diac. p. 116. Muell.: „Liberalia Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur *Διονύσια*. Naevius „Libera lingua loquemur *ludis Liberalibus*." Cf. Ovid. Fast. III, 713 sqq. Cic. Ad Famil. XII, 25.

g. Consualia] Paul. Diac. p. 41. „*Consualia ludi* dicebantur quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilii putabant." Varro De L. L. VI, 20. „*Consualia* dicta a Conso, quod tum feriae publicae ei deo, et in circo ad aram eius ab sacerdotibus ludi illi quibus virgines Sabinae raptae." Cf. Varro ap. Non. 21. Merc.

h. qui initio] Sive pro nominativo hoc *qui* accipias, sive pro ablativo, res eadem erit.

i. Eundem enim et Consum vocant] Dionys. Halic. II, 5. Liv. I, 9. Cf. Lactant. Inst. Div. VI, 2. Ioann. Lydus De Magistrat. I, 30. p. 143. Bekk. Cf. Kopp. ad Mart. Capell. I, 55. p. 100.

k. Equiria] Ovid. Fast. II, 859. III, 519. Paul. Diac. p. 81. „*Equiria* ludi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur." Cf. Id. s. v. Martialis Campus p. 96. Muell. Varro De L. L. VI, 13. „*Equiria* ab equorum cursu; eo die enim ludis currunt in Martio campo." Celebrabantur Equiria a. d. III, Kal. Mart. et II. Id. Mart.

l. Consualia Romulo defendunt] h. e. adserunt, vindicant. De re vide Plut. Rom. cap. 14. Dionys. Halic. II, 30. 31. Ascon. in Cic. Verr. II, 10. Cyprian. De Idol. Vanit. cap. 2. Cf. Aurel. Vict. De Vir. Ill. cap. 2. Plutarch. Quaest. Rom. 48. Augustin. De Civ. Dei IV, 11. Arnob. Adv. Natt. III, 23. Serv. ad Aen. VIII, 636. Hieronym. V. Hilarionis „Hoc siquidem in Romanis urbibus iam inde servatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum ab ipso Conso quasi

in matrimonia excogitavit. Probum plane consilium[m], et nunc quoque [20]inter ipsos Romanos iustum et licitum, ne dixerim, penes deum. Facit [21]enim et hoc ad originis maculam, ne [22]bonum[n] existimes quod initium a malo accepit, [23]ab impudentia, a violentia, [24]ab odio, a fratricida institutore, a [25]filio Martis[o]. Et nunc ara Conso illi in circo [26]defossa est ad primas metas sub terra[p], cum inscriptione [27]huiusmodi: CONSUS CONSILIO MARS DUELLO LARES [28]COILLO POTENTES[q]. Sacrificant apud eam nonis Iuliis sacerdotes

20. inter *AE.* apud *BCD.* 21. enim et hoc *AE.* etenim *BCD.* 22. bonum ex eis aestimes *B.* 23. ab impudentia, a violentia *E.* ab impudentia a violentiae *A.* ab impudentia violentiae *BC.* ab impudentis violentiae *D.* 24. ab odio *E.*, *ex emend. Fulv. Ursini.* alio deo *ABCD.* 25. filio maritis *Aφ.* 26. defossa est *(Aβ)CDE.* dem....est (demersa est *putat Hildebrandus*) *Aφ.* adfossa est *B.* 27. eiusmodi *A.* 28. COILLO *AE.* CVM ILLO B. COMITIO *CD.* COLIO *Salmasius.*

consiliorum deo quadrigae septeno currant circuitu.

m. Probum plane consilium] Plane illud consilium improbum fuit et nunc quoque iniustum et illicitum apud Romanos, quorum legibus vetitum. Nam scilicet improbum fuisse, iniustum, illicitum apud deum verum non dico, quia hoc clarissimum. (La Cerda.)

n. ne bonum] Maluerim „*nec* bonum existimes".

o. a filio Martis] Caedis et omnis iniuriarum dei.

p. ad primas metas sub terra] Id est eas, quae in circo erant propinquiores carceribus, nam aliae erant meridianae, aliae ultimae. (Fr. Iunius.). Cf. infra cap. 8.

q. COILLO POTENTES] Sic habet vetus exemplar (sc. Agobardi.). Graecum est *κοίλῳ*, cavo penetrali. Caelum veteres dixisse *cohum* auctor est Festus [Paul. Diac. p. 39. Muell. „*Cohum* poetae caelum dixerunt, a chao, ex quo putant caelum esse formatum," ad quem locum legenda sunt quae Muellerus adnotavit]. Ad eum vero Scaliger se in veteri membrana legisse refert ex Ennio „—complere *cohum* terroribus caeli." [Adr. Turnebi Adverss. XX, 29.]. Primum igitur *coum* cavum, *κοῖλον*, deinde *coilum* aut *coillum*, domus penetrale, ubi Lares colebantur. Ab hoc igitur *coilli* vocabulo *coillinus* et *coilinus*, unde *incoilinus*, qui et *inquilinus*." (Rigalt.) Salmas. in Exercitt. Plin. p. 641. haec profert: „Quis fando audivit vel legendo reperit Lares quatenus Lares ac proprie ita dictos nec ullo cognomine distinctos comitio praefuisse? Domuum praesides ab omnibus feruntur et „familiares" ac „domestici" cognominantur. Glossae: „Lares *θεοὶ κατοικίδιοι*." Veteres libri vulgatam lectionem incomitiant et condemnant leguntque: LARES COILLO POTENTES. In exemplari pervetusto Agobardi omniumque qui hodie extant Tertulliani librorum optimo scribitur „Lares *coillo* potentes." Omnino emendandum. „Lares *coilo* potentes." Antiqui „colere" absolute dixerunt pro habitare. — — Unde *coligo* apud Arnobium pro domo. Ita enim correximus e libris libro II, [cap. 67] „In penetralibus *coliginis* perpetuos fovetis focos." [Immo, emendandum erat in loco Arnobii „In penetralibus *et tholis ignis* perpetuos fovetis focos.," quemadmodum ego edidi. V. quae adnotavi ad eum Arnobi locum.] Inde et *colium* a „colo," ut „excidium" ab „excido," „discidium" a „discindo," „obsequium" ab „obsequor," et infinita talia. Sic „colium" idem quod „coligo," domus et habitatio. „Lares colio potentes" sunt Lares familiares ac domestici. Egregia emendatio et pretii quantivis ac momenti." Haec Salmasius. Cui utrum sit assentiendum, an potius Rigaltio, equidem non audeo diiudicare in tanta scripturae incertitudine. Rem igitur in medio relinquo, quam certe neuter illorum expedivit, in qua fortasse uterque a vero aberravit, non minus quam illi, qui LARES COMITIO POTENTES cum Gelenio rescripserunt, quos iure refutavit Salmasius. Hoc unum certum videtur, illa inscriptione doceri ludos Consualia institutos fuisse diis consilii et boni successus administrationisque militiae et domi. Denique non hoc silentio praetereundum puto, ab Hartungio in libro Religion der Roemer tom. II, p. 87. de

publici, [29]XII. Kalend. Septembres[r] flamen Quirinalis et Virgines. Dehinc idem Romulus Iovi Feretrio ludos instituit in Tarpeio, quos Tarpeios dictos et Capitolinos Piso [30]tradidit. Post hunc Numa Pompilius [31]Marti et Robigini[s] fecit (nam et robiginis deam finxerunt), dehinc Tullus Hostilius, dehinc Ancus Martius [32]et ceteri quoque per ordinem. Et quibus idolis ludos instituerint, positum est apud Suetonium Tranquillum[t], vel a quibus Tranquillus accepit. Sed haec satis erunt ad orginis de idololatria reatum.

Cap. VI. Accedit ad testimonium antiquitatis subsecuta posteritas, formam originis de titulis huius quoque temporis[a] praeferens, per quos signatum est, [1]cui idolo et cui superstitioni [2]utriusque generis ludi[b] notarentur. Megalenses [3]enim et Apollinares, idem Cereales et Neptunales et Latiares et Florales in commune celebrantur; reliqui ludorum de natalibus et [4]solemnibus regum[c] et publicis prosperitatibus et municipalibus [5]festis [6]superstitionis causas

29. XV. Kalend. Septembres *Fr. Iunius.* 30. tradit *AE.* tradidit *reliqui.* 31. Marti et Robigini. Nam et Robiginem deam finxerunt *E. Fulv. Ursinus.* Marti et Robiginis deam fixerunt *A.* 32. et ceteri quoque per ordinem. Et quibus *ABCD.* et ceteri. Qui quotque per ordinem et quibus *E. Fulv. Ursinus.*

Cap. VI. DE TITVLIS. *inscriptio est in ABCD.* 1. cui dolo *Aβ.* 2. uniuscuiusque *Fr. Iunius.* 3. enim et *AE.* et *reliqui.* 4. solemnibus *AE.* solemnitatibus *reliqui.* 5. festis *ABE. Fulv. Ursinus.* fastis *BmgCD. Fr. Iunius.* 6. superstitiosis *Leopoldus.* superstitionibusque *Desid. Heraldus* (*Digress. I,* 19. *p.* 229.) *Fr. Iunius.*

ipsa inscriptionis huius apud Tertullianum asservatae fide dubitari. Sed viderit vir clarissimus, ne temerariae suspicionis iudicium ediderit.

r. XII. Kalend. Septembres] Fr. Iunius vult corrigi *XV. Kalend. Septembres* ex Plutarcho V. Romuli cap. cap. 16. „*ἐτολμήθη μὲν οὖν ἡ ἀρπαγὴ καὶ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μῆνος, Αὐγούστου δὲ νῦν, ἐν ᾗ τὴν τῶν Κωνσαλίων ἑορτὴν ἄγουσιν.*“ Sed aliud esse sacrificare, aliud ludos agere et ferias, vir doctus immemor erat. Scripturam vulgatam adserunt Vetera Kalendaria ap. Orell. Inscr. Latt. Coll. tom. II, p. 596. „XXI. AUGUSTI. CONSO IN AVENTINO SACRIFICIUM.“ Cf. eadem Kalendaria ap. eundem p. 404: „XV. DECEMBRIS. FERIAE. CONSO. EQVI. ET. AL. IN. CARINIS. AEDI. ‖ QUOD IN EIVS IV.... ET 'LECTISTER ‖ NIVM ‖ .. QVE . REX EQVO .... MANCEPS PRAESTAT.

s. Robigini] Paul. Diac. p. 267: Muell. „*Robigalia* dies festus VII. Kal. Maias, quo Robigo deo suo, quem putabant robiginem avertere, sacrificabant.“ Cf. Varro De L. L. VI, 199. Ovid. Fast. IV, 907 sqq. Plin. Hist. Nat. XVIII, 29, 69, Colum. X, 342. Serv. ad Georg. I, 151. quorum scriptorum Varro, et Servius Robigum deum masculum faciunt cum Festo et Fastis Praenestinis (ap. Orell. Inscr. Lat. II, p. 388.) et inscriptione 1622. ap. Orell.

t. apud Suetonium Tranquillum] Procul dubio in libris *τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων*, quorum meminerunt Suidas et Gellius N. A. IX, 7.

Cap. VI. a. huius quoque temporis] Quae hodie quoque obtinent. „Formam“ originis dicit *τύπον*. Ait igitur origines posteriorum ludorum iudicari ex titulis, quos praeferunt.

b. utriusque generis ludi] Circenses et theatrales.

c. solemnibus regum] Ita scripsi ex auctoritate codicis Agobardi. Apolog. cap. 35. „quia verae religionis homines etiam *solemnia* eorum (sc. imperatorum) conscientia potius quam lascivia celebrant.“ Ibid. paulo postea „non celebrando vobiscum *solemnia* Caesarum.“ De Corona cap. 12. „munificae et ipsae *solemnium* Caesarianorum.“ Ad Uxor. II, 6. „*solemnibus* regum“ Ibid. II, 4, „*solemnibus* Paschae.“

[7]originis[d] habent. Inter quos etiam privatorum memoriis legatariae editiones parentant; id quoque secundum institutionis antiquitatem. Nam et a primordio bifariam ludi censebantur, sacri et funebres[e], id est deis nationum et mortuis. Sed de idololatria nihil differt apud nos, sub quo nomine et titulo, dum ad eosdem spiritus perveniat, [8]quibus renuntiamus. Licebit mortuis, licebit deis suis faciant proinde mortuis faciant, una condicio partis utriusque est, una idololatria, una renuntiatio nostra adversus [9]idololatrian.

Communis [1]igitur origo ludorum utriusque generis, communes Cap. VII.
et tituli, ut de communibus causis. [2]Proinde apparatus communes habeant necesse est de reatu [3]generali idololatriae conditricis suae. Sed circensium paulo [4]pompatior[a] suggestus[b], quibus proprie hoc nomen pompa, [5]praecedens, quorum sit in [6]semetipsa [7]probans de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de [8]tensis[c],

7. originis *om. AE.* 8. quibus renuntiamus. Licebit mortuis, licebit deis suis faciant proinde mortuis faciunt, una *ego.* quibus renuntiamus. Licebit mortuis, licebit deis suis faciunt. Proinde mortuis faciunt. Una *A.* quibus renuntiamus (renuntiavimus *Fulv. Ursinus.*), licet mortuis. Licebit diis suis faciant, proinde mortuis faciunt. una *E. Fulv. Ursinus.* quibus renunciamus, licet mortuis, licet diis suis faciant. Proinde mortuis suis ut diis faciant, una *reliqui.* 9. idololatrian *Aφ.* idololatriam *reliqui.*

Cap. VII. DE APPARATIBVS *inscriptio est in ABCD.* 1. igitur *om. AE.* 2. perinde *AE.* 3. genitali *codex Clementis, prob. Fr. Iunio et Ios. Scaligero.* 4. pompatior *Fr. Iunius.* 5. praecedens *ABE.* praecedit *CD.* 6. semelipsa *A.* 7. probans *ABCD.* probat *E.* 8. tensis *AB.*

d. superstitionis causas originis] Retinui vulgatam scripturam quamquam liber Agobardi vocem *originis* non habeat. Auctoritati enim eius libri, alioquin praestantissimi, ubi omittit verba, admodum cautam fidem esse tribuendam magnus locorum numerus evincit, in quibus aperta est librarii neglegentia. Cf. scripturae discrepantiam libri De Corona capp. 5. 7. 8. 10. 11. 13. 14.

e. funebres] Exempla habes Odyss. XXIV, 87 sqq. Il. XIII, 1 sqq. Liv. XXXIX, 46. Cic. Pro Mur. cap. 36. Sueton. Caes. cap. 26. Legatariae dicuntur hae ludorum editiones, quia plurimum testamento mandabantur haeredibus.

Cap. VII. a. pompatior] Facili mutatione rescribit Iunius *pompatior.* Cf. Iul. Capitol. V. Gordiano cap. 6. „et *pompali* vultu.“ Trebell. V. Gallieni cap. 8. „Gladiatores *pompaliter* (*pompabiliter* V. C. Salm.) ornati.“ Id. in XXX. Tyrann. cap. 30. „ut nihil *pompabilius* populo Romano videretur.“ Mihi quidem in mentem venit *pompaticior.* Adiectivo enim *pompaticus* utitur Tertullianus De Cultu Femin. II, 9. „ita *pompaticus* progredi,“ et Adv. Valentin. cap. 16. „adventu *pompatico* eius concussa.“ Cf. Apul. Metam. X. 29. „ad conceptum cavae prosequente populo *pompatico* favore deducor.“ Nihil tamen muto, praesertim cum apud sequioris aevi scriptores etiam *pompare* pro „ornare“ in usu fuisse testetur locus praesertim vitae S. Dunstani tom. VI, Maii pag. 350. „stolam, quam postea posset auro gemmisque variando *pompare.*“

b. suggestus] V. de hoc vocabulo quae adnotata sunt ad De Corona cap. 13. In universum de toto hoc loco cf. etiam Herald. Digress. II, 19. p. 229.

c. tensis] Festus p. 36. M. „Tensam ait Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae deorum ludicris circensibus in circum ad pulvinar vehuntur. Fuit et ex ebore, ut apud Titinnium in Barbato, et ex argento.“ Paul. Diac. p. 365. M. „Tensa vehiculum argenteum, quo exuviae deorum ludis circensibus in circum ad pulvinar vehebantur.“ Cf. Serv. in

de [9]armamaxis[d], de sedibus, de coronis, de exuviis[e]. Quanta praeterea sacra, quanta sacrificia praecedant, intercedant, succedant, [10]quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moveantur, sciunt homines illius urbis, in qua daemoniorum conventus consedit[f]. Ea si minore cura per provincias pro minoribus viribus administrantur, tamen omnes ubique circenses illuc deputandi, unde et petuntur, inde inquinantur, unde sumuntur. Nam et rivulus tenuis ex suo [11]fonte et surculus modicus ex sua fronde qualitatem orginis continet. Viderit[g] ambitio sive frugalitas eius, [12]si deum offendit qualiscumque pompa circi. Etsi pauca simulacra circumferat, in uno idololatria est; etsi unam tensam trahat, Iovis tamen plau-

9. armomaxis *AB*. 10. quod collegia, quod sacerdotia, quod *Aβ*. 11. fonte, surculus *E*. 12. si deum *ego*. sit deum *A*. Deum *E*. quos deum *reliqui*.

Verg. Aen. I, 21. Psendo-Ascon. in Cic. Verr. II, 1, 59. p. 200. Orell. Lips. De Vestal. cap. 11. Scheffer De Re Vehic. cap. 24. Andr. Schott. Nod. Cic. IV, 6. Saubert De Sacrif. cap. 19.

d. de curribus, de tensis, de armamaxis] His vocibus, ni ego fallor, rem unam atque eandem significat. Nam tensae et armamaxae curruum, certe vehiculorum, genera erant. Quapropter quod tensam et ferculum dicit Suetonius in Iulio Caesare [cap. 76. cap. 37.] id ὀχὸν appellat Dio XLIII. [immo XLIV, 6. Id. LIX, 13. „προστάξας δὲ ἑτέροις τισὶ τοὺς ἀγῶνας ποιεῖν ἐς Καμπανίαν ἀπῆρε καὶ μετὰ τοῦτο ἐπανελθὼν πρὸς τὰ τῆς Ἀρουσίλλης γενέσια ἄγαλμα τε αὐτῆς ἐπ' ἐλεφάντων ἐν ἁρμαμάξῃ ἐς τὸν ἱππόδρομον εἰσήγαγε καὶ θέαν τῷ δήμῳ προῖκα ἐπὶ δύο ἡμέρας ἀπένειμε"]. Ἁρμάμαξαν describit accuratissime Diodorus Siculus XVIII. [cap. 27 sqq.] Pilenti quoque meminit in pompis Macrob. Saturn. I, 6. „Evenisseque, ut circensium die puer de coenaculo pompam superne despiceret et ordine referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita vidisset." (Desid. Herald. Digress. I, 19. p. 230.)

e. de sedibus, de coronis, de exuviis] Appellat hoc loco *sedes* Tertullianus solia ac thronos deorum et hominum ἰσοθέων. Appianus B. C. III, [54], ubi de Octavio honores patri decretos protegente atque ut ei servarentur procurante: „θέαι δ' ἦσαν, ἃς Κριτώνιος ἀγορανόμος ἔμελλε τελέσειν, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὰς θέας τῷ πατρὶ τόν τε χρύσεον θρόνον καὶ στέφανον παρεσκεύαζεν, ἅπερ αὐτῷ κατὰ πάσας θέας ἐψηφίσαντο προτίθεσθαι." Dio δίφρον ἐπίχρυσον dicit libro XLIII. [immo XLIV, 6, quem locum cf.]. *Sedem* auream interpretaberis ex Suetonio [Iul. Caes. cap. 76.]. *Sellam* appellat M. Tullius Ad Attic. Epist. XV, 3. De coronis constat ex Appiani loco modo laudato et aliis scriptorum locis infinitis. Dio libro XLIV. [cap. 6.] de honoribus Iulio decretis: „ἐπειδὴ καὶ τούτοις ἠρίσκετο, οὕτω δὴ ἔς τε τὰ θέατρα τόν τε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον καὶ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον καὶ διάχρυσον ἐξ ἴσου τοῖς τῶν θεῶν εἰσκομίζεσθαι." *Exuvias* deorum dicit Tertullianus signato vocabulo. Festus [p. 36. M.]: „Tensam ait Sinnius Capito vehiculum, quo *exuviae deorum* ludicris circensibus in circum ad pulvinar vehuntur." Apul. Metam. XI. [cap. 10.] „Sed antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectorale adusque vestigia strictim iniecti statim potentissimorum *deorum* praeferebant insignes *exuvias*." (Desid. Heraldus l. l.] Cf. Schmidt De Sacerdot. et Sacrif. p. 205, qui accurate de hoc ritu deorum simulacra et insignia in pompis circumgestandi disserit.

f. in qua daemoniorum conventus consedit] Romam et Capitolium significat. Et Capitolium quidem in Apologetico [cap. 6.] „curiam deorum" esse ait, ubi scilicet „synodus deorum" eiusdem Apologetici [cap. 13.] (Rigalt.)

g. Viderit] Cf. quae adnotata sunt ad De Corona cap. 13. De particula *si* pro *an* posita adeas adnot. ad librum Ad Martyr. cap. 2.

strum est: quaevis idololatria sordide instructa [13]vel modice locuples et splendida est censu[h] criminis sui.

[1]Ut et de locis secundum propositum exequar, circus Soli[a] principaliter consecratur, [2]cuius aedis medio spatio et effigies de fastigio aedis emicat, quod non [3]putaverunt sub tecto consecrandum quem in aperto habent. [4]Qui spectaculum primum a [5]Circa[b] [6]atque Soli patri suo, [7]ut volunt, [8]editum affirmant, ab ea et circi appellationem [9]argumentantur. Plane [10]venefica eis utique negotium gessit hoc nomine quorum sacerdos erat, daemoniis et angelis scilicet. Quot igitur in habitu loci [11]ipsius idololatrias recognoscis? Singula ornamenta circi singula templa sunt. Ova honori Castorum[c] adscribunt qui illos ovo editos [12]credendo de cygno[d] Iove non erubescunt. [13]Delphines Neptuno[e] [14]vomunt[f]. Columnae Sessias[g] a sementationibus, Messias a messibus, [15]Tutulinas[h] a [16]tutelis fructuum sustinent. [17]Ante has tres arae [18]trinis deis parent: Cap. VIII.

13. vel modice, locuples et splendida (*Aβ*)*E. Latinius.* vel modice locuples, sed splendida *BC.* vel locuples, splendida *D.*

Cap. VIII. DE LOCO *inscriptio est in ABCD.* 1. Ut de locis *Aβ.* 2. cuius aedis *Aβ.* cuius aedes *reliqui.* 3. putaverint *BCD.* 4. Qui *AE.* Quod *reliqui.* 5. Circa *AE.* Circe reliqui. 6. atque Soli *ego.* habent Soli *libri omnes.* Soli *Fr. Iunius.* 7. ut volunt *om. AE.* 8. aeditum *Aβ.* 9. argutantur *Fr. Iunius.* 10. beneficia eius *AB.* 11. illius *A.* 12. credendo decus cygno *A.* 13. Delphines *B.* Delphinos *reliqui.* 14. vomunt. Columnae Sessias *ego.* vomunt columnae: Sessias *AE. Salmasius.* vomunt, columnas sessias *B.* vovent, columnas sessias *reliqui.* 15. tutulinas *AβBC.* Tutelinas *reliqui.* 16. tutela *AE.* tutelis *reliqui.* 17. ante as *A.* anteas *B.* 18. tinis deis *A.*

h. censu] h. e. origine. Cf. quae adnotavi ad De Corona cap. 13.

Cap. VIII. a. circus soli] Isidor. Origg. XVIII, 28. „Circus Soli principaliter consecratus est a paganis, cuius aedes in medio spatio et effigies de fastigio aedis emicat, quod non putaverunt sub tecto consecrandum quem in aperto habent."

b. a Circa] Et hunc locum exscripsit Isidorus l. l.

c. Ova honori Castorum] Isidor. Origg. XVIII, 19. „Ornamenta circi ova, meta, obeliscus, carcer. Ova honori Castoris et Pollucis adscribunt qui illos ovo editos credendo de cygno Iove non erubescunt." De his ovis in circo v. Liv. XLI, 27. Varro De Re Rust. I, 2. Senec. Epist. 30. Propert. Eleg. II, 19, 66. Gell. N. A. III, 10. Sueton. Domit. cap. 4. Cf. Onuphr. Panvin. De Circens. I. 14. et Bianconi Descr. d. Circhi ed. Fea. tav. IX, f. 20.

d. de cygno] Sic habet vetus exemplar Agobardi, nisi quod syllabam geminavit *decus cygno,* quod est *de cucno* sive *de cycno* (Rigalt.).

e. Neptuno] Equestri, quem et Consum appellabant. V. quae adnotata sunt supra ad cap. 5. De septem circi delphinis v. interpretes ad Iuvenal. Sat. VI, 589. Bianconi Descr. l. l. Conspiciuntur hae septem delphinorum columnae una cum obelisco in imagine lucernae apud Bellor. Luc. Vet. Beg. I, 27. Cf. Turneb. Adverss. XX, 36. Salmas. in Solin. p. 640.

f. vomunt] Speciem habent tamquam vomant. Rigaltius scribit *Delphinos Neptuno vomunt columnae* et interpretatur: „columnas dicit vomere delphinos, quasi de columnarum alvis emissos, ut per tubas et canales." Neque aliter Salmasius l. l. quem conferas.

g. Sessias] Hoc est imaginem deae Sessiae, ut interpretatus est iam olim Salmasius l. l. De his deabus extat locus Plin. H. N. XVIII, 2. „*Seiamque* (al. *Seriamque*) a serendo, *Segestam* a segetibus appellabant, *quarum simulacra in circo videmus. Tertiam ex iis nominare sub tecto religio est.*" Cf. Macrob. Saturn. I, 16. „Apud veteres qui nominasset Salutem, Semoniam, *Seiam, Segetiam,*

Magnis, Potentibus, [19]Valentibus[i]. Eosdem Samothracas existimant. Obelisci [20]enormitas[k], ut [21]Hermateles [22]affirmat, Soli [23]prostituta[l]; scriptura[m] eius, [24]unde et census, de Aegypto superstitio est. Frigebat daemonum concilium sine sua Matre Magna; ea itaque illic praesidet euripo[n]. Consus, ut diximus, apud metas sub terra

19. Valentibus *om. A.* 20. enormitas *BCDE.* enormitates *ABmg.* 21. Hermateles *ABmgCDE.* Termateles *B.* Hermapion *La Cerda, ex loco Amm. Marcell. XVIII.* 4. 22. affirmat *Aβ.* 23. prostitutas *ABmg.* 24. unde et census (*Aφ*)*BCD.* unde eius et census (*Aβ*)*E.*

Tutelinam, ferias observabat." Augustin. De Civ. Dei IV, 8. „Nec saltem potuerunt unam *Segetiam* talem invenire, cui semel segetes commendarent, sed sata frumenta quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt habere deam *Seiam,* cum vero iam super terram essent et segetem facerent, deam *Segetiam,* frumentis vero collectis atque reconditis, ut tuto servarentur, deam *Tutilinam* praeposuerunt."

h. Tutulinas] Servavi veterum librorum scripturam. In lapide apud Gruter. XCIX, 6. scriptum extat TVTILINAE, et ita habet etiam Nonius p. 47. Merc. in loco Varronis. In loco Augustini, quem modo laudavi, variat scriptura inter *Tutelinam* et *Tutilinam.*

i. Magnis, Potentibus, Valentibus] Macrob. Saturn. III, 4. „Cassius Hemina dicit Samothracas deos eosdemque Romanorum Penates dici *θεοὺς μεγάλους. θεοὺς χρηστοὺς, θεοὺς δυνατούς.*" Cf. Varro De L. L. V, 58. Serv. ad Vergil. Aen. II, 296. III, 12. Gerhard Ueber die Gottheiten der Etrusker not. 142.

k. Obelisci enormitas] Sic Cassiodor. Epist. III, 51. „*Obeliscorum* quoque *prolixitates* ad caeli altidudinem sublevantur." De circi obelisco locus et Plinii H. N. XXXVI, 9. „Is autem obeliscus, quem Divus Augustus in circo magno statuit, excisus est a rege Semneserteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum viginti quinque pedum et dodrantis, praeter basin eiusdem lapidis: is vero, quem in campo Martio, novem pedibus minor, a Sesostride. Inscripti ambo, rerum naturae interpretationem Aegyptiorum philosophia continent." Cf. Bianconi Descr. d. Circhi (ed. Fea) p. 32. Descript. de l'Egypte tom. IV, 7. p. 244. De Circi Sallustiani obelisco cf. Ammian. Marcell. XVIII, 4. Bianconi p. 9.

l. Soli prostituta] Isidor. Origg. XVIII, 31. „Obeliscum Mesphres, rex Aegypti, primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore Nilus vehementi inundatione Aegyptum nocuisset, indignatus rex, tamquam poenas a flumine exigeret, sagittam in undas misit. Non multo post gravi valetudine correptus lumen amisit, qui post caecitatem visu recepto duos obeliscos soli sacravit. Obeliscus enim sagitta dicitur, qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum Sol currit. Medio autem spatio ab utraque meta constitutus obeliscus fastigium summitatemque caeli significat, cum sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit. Summo obelisco superpositum est quoddam auratum in modum flammae formatum, quoniam sol plurimum caloris atque ignis habet." Plin. H. N. XXXVI, 8. „Trabes ex Syenite marmore fecerunt reges quodam certamine obeliscos vocantes, Solis numini sacratos." Zoëga De Orig. et Usu Obelisc. p. 1 sqq. Cf. Bunsen Aegyptens Stelle in der Weltgeschichte I, 567 sqq.

m. scriptura] Hoc est inscriptio. De vocabulo *census* cf. quae adnotavero ad De Corona cap. 13.

n. euripo] De circi euripo cf. Sueton. Caes. cap. 39. Plin. H. N. VIII, 26. Dio Cass. LV, 10. Lampridius Eleogab. cap. 23. Hesych. explicat *εὐρίπους, ὀχὰς ὑδάτων.* Manil. IV, 262. Cassiod. Epist. III, 51. in descriptione circi: „Euripus maris vitrei reddit imaginem, unde illuc delphini aequoris aquas interfluunt." Plin. Frontin. De Aquaeduct. cap. 84. „Quantopere curae esset, ne quis violaret ductus aquamve non concessam derivare auderet, cum ex multis apparere potest, tum ex hoc, quod circus maximus ne diebus quidem ludorum circensium nisi Aedilium aut Censorum permissu irrigabatur." Sidon. Apoll. XXIII, 356. Tertull. Adv. Hermog. cap. 31. Salmas. in Solin. p. 641. Visconti Mus. Pio-Clement. tom. V, p. 225. ed. Mediol. Acta Societ. Lat. Ien. tom. V, p. 313 sqq. Hirt Gesch. der Baukunst III, 144. Bianconi l. l. p. 7. Cybele autem quod praesidet euripo, inde conspicitur prope obeliscum leoni insidens

[25]delitescit[o] Murcias[p]. Has quoque [26]idolum fecit. [27]Murciam enim deam [28]amoris[q] volunt, cui in illa parte aedem [29]vovere. Animadverte, Christiane[r], [30]quot nomina [31]inmunda possederint circum. Aliena est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupaverunt. De locis quidem locus est retractandi ad praeveniendam quorundam interrogationem. Quid enim, inquis, si alio in tempore circum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla est praescriptio de locis. Nam non sola ista conciliabula spectaculorum, sed etiam templa ipsa sine periculo disciplinae adire servus dei potest [32]urgente causa simplici dumtaxat, quae non pertineat ad [33]proprium eius loci negotium vel officium. Ceterum et plateae et forum et balneae[s] et stabula et ipsae domus nostrae sine idolis omnino non sunt. Totum saeculum satanas et angeli eius repleverunt. Non tamen quod in saeculo sumus, a deo excidimus, sed si quid de saeculi criminibus attigerimus. Proinde si Capitolium, si [34]Serapeum[t] sacrificator [35]et adorator intravero, a deo excidam, quemadmodum circum vel theatrum spectator. [36]Loca nos non contaminant per se, [37]sed quae in locis fiunt, a quibus et ipsa loca con-

25. delitescit Murcias. Has quoque *E.* delitescit. Murcias (Murtias *BCD.*) quoque *ABCD.* delitescit. Murtia *Latinius.* 26. id olim fecit *Latinius.* 27. Murciam (*Aβ*)*E.* Murtiam (*Aφ*)*BCD.* 28. amoris *CD. Hildebr. ad. Arnob. Adv. Natt. IV,* 9. marcoris *E. Turnebus Adverss. XXII.* 17. *Salmasius ad Solin. p.* 636 *sqq.* marmoris *AB.* 29. vovere *BCDE.* voverunt *Aφ.* vover̃ *Aβ.* 30. quod nomina *AB.* quot numina *Fr. Iunius et sic est in Isidoro.* 31. inmunda *Aβ.* 32. urguente *Aβ.* 33. proprium *om. A.* 34. Serapeum *Aβ.* 35. et adorator *BCD.* vel adorator (*Aβ*)*E.* adorator *Aφ.* 36. et si loca nos *B.* 37. sed quaeque *B.*

ap. Havercamp. Num. Contorn. tab. IV, n. 8.

o. sub terra delitescit] Cf. supra cap. 5. De metis cf. Salmas. in Solin. p. 640. Polen. Exerc. Vitruv. vol. VI, p. 219. Bianconi l. l. tav. IX.

p. Murcias.] Murciae metae in circo magno ultimae ad aedem Murciae, post quas stabat praeco, qui ludentium certamina ab ea parte observabat et eos, qui bene defuncti erant aut male, pronuntiabat. (Fr. Iunius.) Apul. Metam. VI, 8. „conveniat retro metas Murtias Mercurium praedicatorem sqq.“ Aedem Murciae hanc commemorat inscriptio ap. Gorium II, p. 235. V. Varro De L. L. V, 154. Interprett. ad Fest. s. v. *Murciae Deae* p. 148. Muell. Onuphr. Panvin. De Circens. I, 5. in Graevii Thes. Antiqu. Rom. tom. IX, p. 50 sqq. et ibid. Argolius p. 67. Buleng. De Circo Rom. cap. 2. (in Graevii Thes. Antiqu. Rom. tom. IX, p. 594.), cap. 9. (p. 617.), cap. 24. (p. 644.),

q. Murciam enim deam amoris] V. de hac dea interpretes ad Arnob. IV, 9. (ubi codex Paris. habet *Murcidam*) et ad Fest. p. 148. Muell. (p. 170. et p. 504. Lindem.) Salmas. in Solin. p. 637. Sigon. ad Liv. I, 33. Hartung Relig. der Roemer, II, p. 249.

r. Animadverte, Christiane] Exscripsit Isidorus Origg. XVIII, 41. „Sicque, dum hac spectatione deorum cultibus atque elementis mundialibus aliquibus profanantur, eosdem deos atque eadem elementa procul dubio colere noscuntur. Unde animadvertere debes Christiane, quod circum immunda numina possideant. Quopropter alienus tibi erit locus, quem plurimi satanae spiritus occupaverunt. Totum enim illum diabolus et angeli eius repleverunt.“

s. plateae et forum et balneae cett.] Illustrat hunc locum Desid. Herald. Digress. I, 14. p. 218.

t. Serapeum] Serapeum una cum Capitolio memoratur etiam Ad Natt. I, 10.

taminari altercati sumus. [38]De contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus quibus eiusmodi loca dicentur, ut eorum demonstremus esse, quae [39]in his locis fiunt, quibus ipsa loca dicantur.

Cap. IX. Nunc de artificio quo circenses exhibentur. Res equestris retro[a] simplex [1]de dorso[b] agebatur, et utique communis usus reus non erat[c]. Sed cum ad ludos coactus est, [2]transiit a dei munere ad daemoniorum officia. Itaque Castori et Polluci deputatur haec species[d], quibus [3]equos a Mercurio distributos [4]Stesichorus docet. Sed et Neptunus equestris[e] est, quem Graeci Ἵππιον appellant. [5]De iugo[f] vero quadrigas soli, bigas lunae[g] sanxerunt. Sed et

Primus [6]Erichthonius currus et quatuor [7]ausus
Iungere equos [8]rapidusque rotis insistere [9]victor[h].

38. De contaminatis contaminamur *om. A.* 39. in iis *Aφ.*

Cap. IX. DE ARTE CIRCI *inscriptio est in ABCD.* 1. de dorso *om. E.* 2. transiit *DE. codex Clementis.* transit *BC.* tras... *Aβ.* 3. aequos *Aβ.* 4. et Stesichorus *D.* 5. De iugo vero *om. E.* 6. Erictonius *A.* 7. equos ausus iungere *B.* 8. rapidisque *DE. Fulv. Ursinus. Harrisius.* 9. vector *Meursius Crit. Arnob. p.* 236.

Cap. IX. a. retro] antea, prius. Innumerabiles sunt loci in scriptis Tertulliani, in quibus *retro* sic positum occurrit. Apolog. cap. 1. „qui *retro* oderant," et post ad fin. capitis eiusdem „nisi plane *retro* non fuisse." Ibid. cap. 3. et Ad Natt. I, 4. „quos *retro*, ante hac nomen, vagos, viles, improbos noverant," et paulo postea „pater *retro* patiens." Ibid. cap. 4. „Sed et iudicatos *retro* in partes secari a creditoribus leges erant." Ibid. cap. 18. „Hebraei *retro* qui nunc Iudaei." Ibid. cap. 20. „ut *retro* semper praedicabatur.," et postea „si non et prophetae *retro*." Ibid. cap. 26. „numquam *retro* Iudaea regnasset." Ibid. cap. 40. „Eundem igitur nunc quoque scire debet iratum, quem et *retro* semper." Ad Natt. I, 1. „qui vobiscum *retro* ignorabant." Ibid. I, 7. „nihil enim umquam *retro* de Christianis mysteriis audierant." Ibid. II, 1. „ex omnibus *retro* digestis." Ibid. II, 11. „qui visi *retro*, auditi contrectatique sint."

b. simplex de dorso] Hoc est, olim simplex agebatur, nimirum perite equitandi studio simplici, nondum consecrata daemoniis ulla ludorum equestrium sollemnitate. Stultissimus aliquis apposuit *de dorso*, cum ita belle sibi interpretari videretur Septimianum illud *retro*. (Rigalt.) Errat Rigaltius. Opponuntur ars simpliciter equitandi in dorso equi, et curru vehendi.

c. reus non erat] Isidor. Origg. XVIII, 27. „Nam res equestris antea simplex agebatur, et utique communis usus reatus non erat, sed cum ad ludos coactus est naturalis usus, ad daemoniorum cultum translatus est."

d. deputatur haec species] Isidor. Origg. l. l. „Itaque Castori et Polluci deputantur hae species, quibus equos a Mercurio distributos historiae docent; sed et Neptunus equestris" sqq.

e. Neptunus equestris] Cf. quae adnotata sunt ad cap. 5. de Conso. Adde Böttiger Kunstmyth. II. p. 322. sqq. et Preller in Pauly Encyclop. Tom. V, p. 552 sqq.

f. De iugo] De iugalibus equis recte interpretatur Fr. Iunius.

g. quadrigas soli, bigas lunae] Manil. Astron. V, 3. „Quadriiugis et Phoebus et Delia bigis meant." Cf. Fest. s. v. *October Equus.* Varro ap. Prob. in Vergil. Eclog. VI, 31. Isidor. Origg. XVIII, 36. „Quadrigam ideo soli iungunt, quia per quatuor anni tempora vertitur, ver et aestatem, autumnum et hiemem. Bigas lunae, quoniam gemino cursu cum sole contendit, sive quia et nocte et die videtur. Iungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum." Cf. Scheffer. De Re Vehicul. I, 18. (in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. tom. V, p. 1216.).

h. insistere victor] Vergil. Georg. III, 113 sq.

[10]Erichthonius[i], Minervae et [11]Vulcani filius, et quidem de [12]caduca in terram libidine, portentum est daemonicum, immo diabolus ipse, non coluber. Si vero [13]Trochilus Argivus[k] auctor est currus [14]primi[l], Iunoni id [15]opus suum dedicavit. Si Romae Romulus quadrigam primus ostendit, puto et ipse inter idola [16]conscriptus est, si idem est Quirinus[m]. Talibus auctoribus quadrigae productae merito et aurigas coloribus [17]idololatriae vestierunt[n].

10. Erictonius *A.* 11. Vulgani *A.* 12. caduta *Aβ.* 13. Trochilus *DE. Leopardus Emendatt. I,* 15. ut Prophylus *AβBmg.* Prophylus *Aφ.* ut Acrophilus *B.* Acrophilus *C.* 14. primi *ego.* primae *ABC.* primo *D.* patriae *E. Fulv. Ursinus. Latinius.* 15. opus sum *Aβ.* 16. conscriptus, si *CD.* conscriptus sit, inde est Quirinus. *Fr. Iunius.* 17. id est idololatriam *Salmasius.*

i. Erichthonius] Isidor. Origg. XVIII, 34. „Erichthonius autem, qui regnavit Athenis, primus quatuor equos iunxisse fertur, sicut Virgilius auctor est dicens sqq. Fuit autem Minervae et Vulcani filius de caduca in terram libidine, ut fabulae ferunt, procreatus, portentum daemonicum, immo diabolus, qui primus Iunoni currum dedicavit.“ De Erichthonio currus inventore testes sunt praeter Vergilium, Plin. H. N. VII, 56. Varro ap. Philarg. ad Vergil. Georg. III, 113. Hieron. Chron. ad a. DXLIII: „Erichhtonius primus quadrigam iunxit in Graecia, erat quippe apud alias nationes.,“ ad quem locum cf. adnot. Scaligeri p. 35. Eratosth. Catast. 13. Aelian. V. H. III, 35. Hygin. Astron. Poet. II, 13. Marm. Arundell. ap. Marsh. Can. Chron. Saec. IX, p. 116. Scheffer. De Re Vehicul. I, 2. p. 1057. in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. tom V, p. 1057. De Erichthonii generatione v. Hygin. Fab. CLXVI. Astron. Poët. II, 13. Apollod. III, 13. Tzetz. ad Lycophr. v. 111. Eratosth. Catast. 13. Interprr. ad Vergil. Georg. III, 112.

k. Trochilus Argivus] Idem Hieronymus, qui ad a. DXLIII. Erichthonium currus inventorem memorat, idem inventum tribuit Trochilo ad a. CCCCXLVII. De Trochilo testes cum Hieronymo sunt Freculfus II, 6. et Ado ad a. MDCXLV. Theon Alexandrinus in Aratum „*Λέγουσιν εἶναι εἴδωλον ἢ Βελλεροφόντου, ἢ Τροχίλου, τῆς Καλλιθέας παιδὸς, τῆς πρώτης Ἄργει γενομένης ἱερείας, ἅρμα πρώτου ζεύξαντος.*“ Hunc Orsilochum nominant Hygin. Poët. Astron. II, 13. Scalig. ad Hieron. p. 26. Orsilochi nomine sagaciter supplet mutilum versum Corippi De Laud. Iust. Min. I, 334. Diphilus, Theseidis auctor, *Σῆμον* appellat eum qui primus quadrigas iunxit, his scazontibus „*Τρέψας δὲ πώλους, ὥς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος, Ὃς πρῶτος ἅρμα τ' ἤλασεν παρ' Ἄλφειῷ.*“ Citatur in scholiis ad Pindari Olymp. XI, 83.

l. primi] Ita emendandum erat. Librarius enim hoc adiectivum non cum *currus*, sed cum *Iunoni* struens genuinam scripturam in *primae* corrupit.

m. si idem est Quirinus] Indicat Tertullianus novam originem nominis *Quirinus*, quo nomine affectus Romulus. Quia primus Romulus quadrigam ostendit, dictus est Quirinus, videlicet tamquam Curinus, a curru, aut Currinus. (La Cerda.)

n. coloribus idololatriae vestierunt] Colores idololatriae dicit colores idolis dicatos. Agitatorum factiones quatuor totidem coloribus distinguebantur: russatum Marti consecraverant, albatum Zephyris, prasinum Terrae Matri, venetum Caelo. (Rigalt.) V. de his factionibus interpretes ad Sueton. Domit. cap. 7. Dio Cass. LXXVIII, 8. Simocatta Hist. VIII, 7. Salmas. in Solin. p. 634. et ad Tertull. De Pallio p. 142. Barth. Adverss. XVI, 18. p. 841. Scheffer. De Re Vehic. I, 2. p. 1340. in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. tom. V. Bulenger. De Circo Rom. cap. 48. Dempster. in Paralip. ad Rosini Antiqu. Rom. I. V. Krause in Pauly Encyclop. s. v. Cursus Equorum tom. II, p. 793. sq. Ceterum et hunc locum Tertulliani exscripsit Isidor. Origg. XVIII, 33. „Aurigae autem duobus coloribus sunt, quibus speciem idololatriae vestiunt. Nam prasinus terrae, venetus caelo et mari a paganis dedicatus est.,“ ex cuius verbis simul apparet recte emendasse Salmasium: *Namque initio.* Recepi hoc, etsi reiectis ceteris. Scribi enim volebat sic: *Talibus auctoribus quadrigae productae. Merito et aurigas coloribus, id est idolatriam vestierunt. Namque ab initio duo soli fuerunt, albus et russeus.* I. Schefferus

[18]Namque initio duo soli fuerunt, albus et [19]russeus. Albus hiemi ob nives candidas, [20]russeus aestati ob solis ruborem voti [21]erant. Sed postea tam voluptate quam superstitione provecta [22]russeum [23]alii Marti, alii album Zephyris consecraverunt, prasinum vero Terrae Matri [24]vel verno°, [25]venetum Caelo et Mari vel autumno. Cum autem omnis species idololatriae damnata sit a deo, utique etiam illa damnatur, quae elementis mundialibus[p] profanatur.

Cap. X. Transeamus ad [1]scenicas res, quarum et originem communem[a] et titulos pares secundum ipsam ab initio ludorum appellationem [2]et administrationem coniunctam cum re equestri iam ostendimus. Apparatus etiam ex ea parte consortes, [3]qua ad scenam a templis et aris et illa infelicitate thuris et sanguinis inter tibias et tubas

18. Namque initio *Salmasius.* Nam equi (aequi *A.*) initio *AE.* Nam initio equi *B* et ab initio *CD.* Et ab initio equi *Fulv. Ursinus.* 19. russeus *ABmgCDE.* roseus *B.* 20. russeus *ABmgCDE.* roseus *B.* 21. erant. Et *A.* 22. roseum *BC.* 23. alii Mati *A.* 24. vel vero *A.* vel veri *Latinius.* 25. venetum Caelo et Mari vel autumno *om. A.*

Cap. X. DE THEATRO *AφBC.* DE THEATRIS *Aβ.* DE THEATRO ET ARTIBVS SCENICIS *D.* 1. scaenicas *AB.* 2. et administrationem *om. A.* 3. qua ad scaenam a templis *A.* qua ad scaenam. Nam a templis *E.* quae ad scenam spectant, a templis *B.* quae ad scenam spectat: nam a templis *CD.*

l. l. vulgatam scripturam *„initio equi duo soli fuerunt, albus et roseus“* (ex ed. Paris. 1580.) interpretatur his verbis: „Equos hic intellegit non duos iunctos, sed singulos per se in suis curribus, sic, ut equi currus ipsos denotent. Agit nempe de coloribus aurigantium eosque ait ab initio fuisse tantum duos, album et roseum. Hoc colores coloratosve currus cum aurigantium habitu reliquo duos vocat equos, roseum et album. Ut sic male fecerint qui illud *soli* mutaverint in *Solis.* Solis enim equi semper quatuor putati, numquam duo, sicut alibi demonstratum est.“

o. verno] *Vernum* pro vere posuerunt Plin. XIX, 5. Cato De Re Rust. cap. 52. et cap. 54. Colum. IV, 10. Pallad. II, 15. IV, 10. His locis a Forcellinio indicatis adde Cassiodor. Epist. III, 51. „Colores autem in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur. Prasinus virenti *verno*, venetus nubilo autumno, russeus aestati flammeae, albus pruinosae hiemi dicatus est.“ Bedam De Remedio Peccator. cap. 14. „In hieme, in autumno et *verno*.“ et cap. 15. „In aestate, in hieme et in *verno* vel autumno.“ Coripp. De Laud. Iust. Min. III, 151. „Expellens placido brumalia frigore *verno*.“ Item ipsum Tertullianum De Resurr. Carnis cap. 12. „et hiemes et aestates et *verna* et autumni.“ Cf. Salmas. in Solin. p. 626. Amat enim hic scriptor adiectivis uti pro substantivis. Cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

p. elementis mundialibus] Isidor. Origg. XVIII, 41. „Circa causas quoque elementorum idem gentiles etiam colores equorum iunxerunt. Roseos enim soli, id est igni, albos aëri, prasinos terrae, venetos mari assimulantes. Item roseos aestati currere voluerunt, quod ignei coloris sint et cuncta tunc flavescant, albos hiemi, quod sit glacialis et frigoribus universa canescant, veri prasinos, autumno viridi cŏlore, quia tunc pampinus densatur. Item roseos currere Marti sacraverunt, a quo Romani exoriantur et quia vexilla Romanorum cocco decorantur sive quŏd Mars gaudet sanguine, albos Zephyris et serenis tempestatibus, prasinos flori et terrae, venetos aquis vel aëri, quia caeruleo sunt cŏlore, luteos, id est croceos, igni et soli, purpureos Iri sacraverunt, quem arcum dicimus, quod Iris plurimos colores habeat. Sicque, dum hac spectatione deorum cultibus atque elementis mundialibus aliquibus profanantur, eosdem deos atque eadem elementa procul dubio colere noscuntur.“ Quem Isidori locum, ut plurima, exscripsit Rhabanus Maurus De Universo XX, 35.

Cap. X. a. originem communem] Origo

itur[b], duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, [4]designatore et haruspice[c]. Ita cum [5]de originibus ludorum ad circenses [6]transiimus, inde nunc ad [7]scenicos ludos [8]dirigemus, [9]a loci. Initio theatrum [10]proprie sacrarium Veneris est[d]. Hoc denique modo[e] id genus operis in saeculo evasit. Nam saepe censores[f] [11]nascentia cum maxime theatra destruebant, moribus consulentes, [12]quorum scilicet periculum [13]ingens de lascivia providebant, ut iam [14]hinc ethnicis in testimonium cedat[g] sententia ipsorum nobiscum faciens et nobis in exaggerationem[h] disciplinae etiam humanae praerogativa. Itaque Pompeius Magnus, solo theatro suo

4. dissignatore *ABC.* 5. de originibus ludorum *om. A.* 6. transiimus *Fr. Iunius.* transimus *libri omnes.* 7. scaenicos *AB.* 8. dirigemus *A.* dirigimus *reliqui.* 9. a loci. Initio *ego.* a loci vitio. *ABCD.* a loci initio. *E. Latinius.* A loci initio *Fr. Iunius.* 10. proprie *om. Aβ.* 11. nascentia *AE.* renascentia *reliqui.* enascentia *Fr. Iunius.* 12. corum *Aβ.* 13. ingens *om. A.* 14. hic *A.*

utriusque generis ludorum, circensium et scenicorum, ab idololatria (cf. cap. 5.), cum utrosque idolis honorandis administrari constet, tituli item communes, cum utrique fere ab idolis denominati sint (cf. cap. 7.). Porro etiam apparatus scenicorum cum circensium consortes.

b. inter tibias et tubas itur] Ut in pompa circi. Cf. cap. 7. „Sed circensium paulo pompatior suggestus, quibus proprie hoc nomen pompa, praecedens, quorum sit in semetipis probans de simulacrorum serie, de imagnium agmine, de curribus, de tensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuviis. Quanto praeterea sacra, quanta sacrificia praecedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moveantur, sciunt homines illius urbis, in qua daemoniorum conventus consedit."

c. designatore et haruspice] Arbiter pompae a templis et aris ad theatrum praecedentis est designator, funerum proprium officium; sacrificiorum haruspex. Errat Lipsius De Amphith. cap. 15. p. 1033. designatorem per „locarium" interpretans. Haruspicem cum pollinctore similiter coniungit Tertullianus Apolog. cap. 13. „Quo differt ab epulo Iovis silicernium? a simpulo obba? *ab haruspice pollinctor?* Nam et haruspex mortuis apparet." Cf. Scorpiac. cap. 7. „Si noster quoque deus propriae hostiae nomine martyria sibi depostulasset, quis illi exprobrasset funestam religionem et lugubres ritus et aram rogum et *pollinctorem sacerdotem?*"

d. sacrarium Veneris est] Cf. iufra cap. 17. Salvian. De Gubern. Dei VI, p. 119. (p. 194.) „Colitur namque et honoratur Minerva in gymnasiis, *Venus in theatris*, deus Neptunus in circis, Mars in arenis, Mercurius in palaestris, et ideo pro qualitate actorum cultus est superstitionum."

e. Hoc denique modo] Hoc modo, ut breviter dicam, et praetextu religionis Veneris theatrum effugit damnationem, qua ludi scenici, ut bonis moribus exitiosi, etiam ab ipsis olim ethnicorum magistratibus opprimebantur.

f. Nam saepe censores] Apolog. cap. 6. „Quonam illae leges abierunt sumptum et ambitionem comprimentes? quae centum aera non amplius in coenam subscribi iubebant nec amplius quam unam inferri gallinam, et eam non saginatam? quae patricium, quod decem pondo argenti habuisset, pro magno titulo ambitionis senatu submovebant? *quae theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant?* quae dignitatem et honestorum natalium insignia non temere nec inpune usurpari sinebant?", ad quem locum vide quos locos scriptorum veterum attulero.

g. in testimonium cedat] Pro disciplina Christiana, quae damnat theatra.

h. in exaggerationem] Quo iam et humanae disciplinae praerogativa praemuniti theatrorum lascivias instantius persequamur. Praerogativa autem disciplina humana dicitur, quia veluti praeiudicio quodam anteverterat divinam, praedamnans multo ante quod haec veniente aevo damnatura esset.

minor[i], cum illam [15]arcem omnium turpitudinum[k] extruxisset, veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem[l], Veneris aedem superposuit[m], et ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit, Cui subiecimus, [16]inquit, gradus spectaculorum. Ita damnatum et damnandum opus templi titulo [17]praetexit et disciplinam superstitione delusit. Sed Veneri et Libero convenit. Duo ista daemonia conspirata et coniurata inter se sunt ebrietatis et libidinis. Itaque theatrum Veneris Liberi quoque domus est. Nam et alios ludos scenicos Liberalia proprie vocabant[n], praeterquam Libero devotos ([18]quod sunt Dionysia penes [19]Graecos[o]) etiam a Libero [20]institutos. Et est plane in artibus quoque scenicis Liberi et Veneris patrocinium. Quae [21]privata et propria sunt scenae, de gestu et [22]corporis fluxu[p] [23]mollitiam Veneri et Libero immolant[q], [24]illi per sexum, [25]illi per

15. arcem *BCDE.* sortem *ABmg.* sordem *vel* sedem *Hildebrandus.* 16. inquid *Aβ.* 17. praetexit *AE.* praetexuit *reliqui.* 18. quae sunt *Ios. Scaliger.* 19. Graecos, sed iam *Aβ.* 20. institutos. DE ARTIBVS SCAENICIS. *ABC.* 21. priva *Fr. Iunius.* 22 corporis fluxu *AD. liber Clementis.* corporis flexu *BC. Ios. Scaliger.* flexu corporis *E.* 23. mollitiam Veneri et Libero *BCD.* mollitiae Veneris et Liberi *AE.* 24. isti per sexum *Heraldus.* 25. illi per fluxum *BCD. Heraldus ad Arnob. VI, p.* 245. *Salmasius ad Tertull. De Pallio p.* 304. *Omittit A.* illi per luxum *E. Fulv. Ursinus.*

i. solo theatro suo minor] Similiter De Pallio cap. 4. „Habes igitur ex isto fomite aestuantem magnum regem, *sua sola gloria minorem.*“

k. arcem omnium turpitudinum] Sic infra cap. 27. theatrum appellat „privatum consistorium impudicitiarum.“

l. censoriam animadversionem] Tacit. Ann. XIV, 20. „Quippe erant qui Gneum quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset.,“ ad quem locum videndus est Lipsius.

m. Veneris aedem superposuit] Hinc lucem capiunt verba Suetonii Claud. cap. 21. „Ludos dedicationis theatri Pompeiani, quod ambustum restituerat, e tribunali posito in orchestra commisit, *cum prius apud superiores aedes supplicasset,* perque mediam caveam sedentibus ac silentibus cunctis descendisset.“ Cf. Lips. Elect. I, 11. p. 677. ed. Vesal. et Casaub. ad Sueton. l. l. De dedicatione templi Veneris a Pompeio extructi meminit Plin. H. N. VIII, 7.

n. Nam et alios ludos scenicos Liberalia proprie vocabant] Quorum in numero habenda videntur inprimis ludicra rustica illa, de quibus Vergil. Georg. II, 285. „Nec non Ausonii, Troia gens missa, coloni *Versibus incomtis ludunt risuque soluto Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis Et te, Bacche, vocant per carmina laeta,*“ ad quem locum v. Servium cum ceteris interpretibus, item Festum s. v. *Oscillantes.*

o. quod sunt Dionysia penes Graecos] Pro *quod* Jos. Scaliger correxit. *quae,* qua tamen correctione non opus est. Sive *quod* cum La Cerda existimaveris positum pro „quia“ vel potius pro „quandoquidem,“ sive pro „quoad,“ (ut est De Testim. Animae cap. 4. „Primo enim, cum alicuius defuncti recordaris, misellum vocas eum, non *quod* de bono vitae ereptum, sed ut poenae et iudicio iam ascriptum.“) scriptura salva erit.

p. corporis fluxu] *Fluxus* et similia de mollitie et effeminatione usurpata non semel reperiuntur. Inprimis proferendus hic est locus Arnobii Ad Natt. VI, 12., qui item de Libero est „Liber membris cum mollibus et *liquoris feminei dissolutissimus laxitate.*“ Huic adde Apul. Metam. XI, 8. „serica veste mundoque pretioso et adtextis capite crinibus, *incessu perfluo feminam mentiebatur.*“ Ὑγρὸν βάδισμα Graeci dicunt, ut ex Clemente Alexandrino aliisque demonstrat Desid. Heraldus ad Arnob. l. l. Senec. De Tranquill. Animi cap. 15. „uti nunc mos est, etiam *incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentibus.*“ Cf. Salmas. ad Tertull. De Pallio p. 304.

q. mollitiam Veneri et Libero immolant] Haec est vera loci scriptura, pro

fluxum [26]dissolutis[r]: quae vero voce et modis et organis et [27]lyris[s] transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios mancipes habent. [28]Oderis, [29]Christiane, quorum auctores non potes non odisse. Iam nunc volumus suggerere [30]de artibus et de his, [31]quorum [32]auctores in nominibus [33]exsecramur. Scimus nihil esse nomina mortuorum, [34]sicut et ipsa simulacra eorum, sed non ignoramus, qui sub istis nominibus [35]institutis simulacris operentur et gaudeant et divinitatem mentiantur, nequam spiritus [36]scilicet, daemones. Videmus igitur etiam artes eorum [37]honoribus [38]dicatas esse, qui nomina incolunt auctorum [39]earum, nec ab idololatria [40]vacare quarum [41]institutores etiam propterea dii habentur. Immo, [42]quod ad artes pertinet, altius [43]praescripsisse debemus[t] daemonas ab initio prospicientes sibi inter cetera idololatriae etiam spectaculorum inquinamenta, quibus hominem [44]a domino avocarent et

26. dissoluti. Quae *D. ex Isidoro (et libro Clementis?) Heraldus l. l.* dissoluti sque *Aφ.* dissolutis. Quae reliqui. 27. lyris *DE. ex Isidoro (et libro Clementis?)* litteris *reliqui et Fr. Iunius.* 28. Oderis *CDE.* odoris *AB.* 29. Christiane, quorum auctores non potes non odisse *om. A. Et in margine ed. princ., quae uncinis inclusa habet haec verba, adnotatum est „haec alias deesse." Sed firmat Isidorus.* 30. DE ARTIBUS. Iam *ABC.* 31. quarum *Fr. Iunius.* 32. auctorum *A.* 33. exsecramur *Aβ.* 34. sicut et *AE.* sicut ne *B.* sicut nec *CD.* 35. et institutis *BCD.* 36. scilicet daemones *pro glossemate habet Meursius Crit. Arnob. p.* 236. 37. honeribus *A.* oneribus *Bmg.* 38. dictas *Aφ.* 39. earum nec ab. *CD.* earum ab *B.* nec ab *AE.* 40. non vacare *B.* 41. institores *Fr. Iunius.* 42. quod artes pertinent *A.* 43. perscripsisse *B.* 44. a dōmīa vo ..... *A.* a deo avocarent *reliqui.*

qua Rigaltius non debebat rescribere *mollitiae Veneris et Libero immolant,* quamquam hoc extaret in libro Agobardino. Vetabant enim vel quae statim sequuntur „illi per sexum, illi per luxum dissolutis," cum dativi *illi — illi* minime responderent genitivis *Veneris* et *Liberi,* quae praecesserant. Verbum *immolare* pro „dicare" vel „offerre" ita et alibi usurpat Tertullianus, ut Apolog. cap. 6. „licet Baccho iam Italico *furias vestras immoletis.*" De Paenit. cap. 10. „et quid sit recuperaturus si *paenitentiam deo immolarit.*" De Ieiun. cap. 10. „pinguiorem *orationem deo immolat.*" Immolant autem mollitiam Veneri et Libero quae privata et propria sunt scenae, quia mollitiae eos tamquam mancipes deos habent.

r. illi per sexum, illi per luxum dissolutis] Pro *luxum* libri habent *fluxum,* de qua vocabulorum in scriptis confusione cf. Drakenb. ad Liv. VII, 29, 5. et 32, 7. Firmant emendationem melioris notae libri Isidori Origg. XVIII, 51, qui exscripsit totum hunc locum, sed admodum neglegenter, sic: „Est plane in artibus scenicis Liberi et Veneris patrocinium, quae privata et propria sunt, scenae de gesto et corporis flexu (*fluxu* unus cod. Guelph.) Nom mollitiam Libero et Veneri immolabant, illi per sexum, illi per fluxum (al. *luxum*) dissoluti. Quae vero ibi vocibus et modis et organis et lyris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios patronos habent. Quod spectaculum, Christiane, odire debes, quorum odisti auctores."

s. et lyris] Ita scripsi cum Pamelio et Rigaltio Isidori fidem secutis. Faber Agonist. I, 13., Franc. Iunius et La Cerda contra retinent vulgatam *et litteris,* ideo praesertim, quia Mercurius etiam litterarum inventor sit. Lyram invenisse Apollinem ex Apollodoro et poëtis notum est. Organa pertinent ad Minervam, quae tibiam invenit. Vergil. Georg. I, 18. ibique Serv. Cornut. De N. D. cap. 20. Apollod. I, 20. Aristot. Polit. VIII, 6.

t. praescripsisse debemus] V. adnotata ad Scorpiac. cap. 5. De ipso hoc loco cf. finem capitis septimi libri De Corona.

suo honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse. Neque enim ab aliis [45]procuratum fuisset quod ad illos perventu rum esset; nec per alios tunc homines edidissent, quam per ipsos, in quorum nominibus et imaginibus et historiis fallaciam consecrationis sibi negotium[u] [46]acturae [47]constituerunt.

Cap. XI. Ut ordo peragatur, ineamus etiam agonum retractatum. Origo istis de ludorum propinquitate est. Inde et ipsi sacri vel funebres instituti aut diis nationum aut mortuis fiunt. [1]Proinde tituli Olympia Iovi, [2]quae sunt Romae [3]Capitolina[a], item Herculi [4]Nemea, Neptuno [5]Isthmia, ceteri [6]mortuarii[b] agones. Quid ergo mirum, [7]si et apparatus agonum [8]idololatria [9]conspurcat de coronis profanis, de sacerdotalibus praesidibus[c], de collegiariis ministris, de ipso postremo boum sanguine? Ut de loco suppleam, [10]et de loco communi[d] pro collegio artium Musicarum et Minervalium et Apollinarium, etiam Martialium, [11]per duellum[e], per tubam[f] [12]in stadio circum [13]aemulantur, quod utique templum est et ipsum [14]eius idoli, cuius [15]sollemnitates agit. Sed et [16]gymnicas artes[g] Castorum et Herculum et Mercuriorum disciplinae prodiderunt.

45. procuratum *ABmq.* praeoccupatum *BCD.* 46. acturi *E.* 47. constituerunt *ABC.* constituerant *DE. liber Clementis.*

Cap. XI. DE AGONIBVS *inscriptio est in ABCD.* 1. Proinde tituli *ADE. liber Clementis.* proinde *BC.* 2. cui sunt Romae *La Cerda.* 3. capitolia *A.* Capitolina, Apollini Pythia, Herculi *Fr. Iunius.* 4. nemaea *B.* 5. sthmia *A.* 6. mortuarii *ACE.* mortuarii varii *B.* mortuorum varii *BmgD. liber Clementis.* 7. si et *ego.* si ut *Aφ.* ut *Aβ.* si *CDE.* sicut *B.* 8. idololatria *ACDE.* idololatriae *B.* 9. conpurcat *A.* 10. et *Fr. Iunius.* ut *CD.* ac *E.* At *AB. Ios. Scaliger inducit verba* ac de loco communi. 11. per duellum *om. A.* 12. in statio *Aφ.* stadio *Aβ.* statio *E.* aut stadio *B.* ut stadio *CD.* 13. aemulantur *ABC.* aemulentur *DC.* 14. eius idoli *ADE. liber Clementis.* idoli *reliqui.* 15. sollempnitates *Aβ.* 16. gymnica *C.*

u. sibi negotium acturae] h. e. negotiaturae, lucrum facturae.

Cap. XI. a. Capitolina] Sueton. Domit. cap. 13. Herodian. I, 9, 2. Smet. Ant. Inscr. p. 152, 22. Faber Agonist. I, 3. p. 1799. et cap. 26. p. 1897. (in Gronov. Thes. Antiqu. tom. VIII.)

b. mortuarii] Gell. N. A. XVIII, 7. „vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait „*mortuaria* glossaria."

c. de sacerdotalibus praesidibus] P. Faber Semestr. III, 1.

d. et de loco communi] Haud minus communi, quam quae ante memorata sunt. Circum idololatria conspurcatum demonstravit cap. 8, theatrum cap. 10. His iam accedit tertium agonum stadium, quod utique templum est et ipsum eius idoli, cuius sollemnitates agit. Haec est simplex et vera loci interpretatio, qui doctorum virorum ingenia mirifice torsit, inter his etiam Desid. Heraldum Digress. I, 19. p. 230 sq., qui verba *ut de loco* ante *communi* delenda esse censebat. Verba *ut de loco communi* cave, ne verbo *suppleam* adstruas. Pertinent ad sequens membrum et verba *in circo* pro epexegesi habent.

e. per duellum] Certamine.

f. per tubam] De tuba praeconis in agonibus et circensibus cf. Herald. Digress. I, 19. p. 231.

g. Sed et gymnicas artes] Hae enim iam ultimae restabant de artibus agonum, et ipsae idololatria conspurcatae, ut vel auctorum nomina demonstrant. De Hercule gymnastices auctore cf. Pausan. V, 8, 1., de Castoribus Pind. Isthm. I, 25., de Mercurio Diodor. Sic. V, 75. Lucian. Dialog. Deor. II.

Superest illius [1]insignissimi spectaculi [2]ac receptissimi[a] re- Cap. XII.
cognitio. Munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres [3]arbitrabantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperaverunt. Nam olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos[b] [4]vel malo ingenio servos mercati in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc et qualiter poterant eruditos tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant[c]. Ita mortem homicidiis consolabantur. Haec [5]muneri origo; sed paulatim provecti ad tantam gratiam, ad quantam et crudelitatem, quia [6]ferarum [7]voluptati satis non [8]fiebat[d], nisi et feris humana corpora dissiparentur. Quod ergo mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur. Quae species proinde idololatria est, quoniam et idololatria parentationis est species. Tam haec quam illa mortuis ministrat. In mortuorum autem idolis daemonia consistunt[e]. Ut et titulos [9]consideremus, licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium[f], quaesturas dico et magistratus et flaminia et sacerdotia[g], cum tamen nominis dignitas idololatriae crimine teneatur, necesse est, [10]quicquid dignitatis nomine administratur, com-

Cap. XII. DE MVNERE *inscriptio est in ABCD.* 1. insignissimis *A.* indignissimi *Fr. Iunius.* 2. ac receptissimi *ego.* atque acceptissimi *Leopoldus.* ac septissimi *Rigaltius.* sed acceptissimi *Fr. Iunius.* acceptissimi *libri omnes.* 3. arbitrantur *Aφ.* 4. vel malo ingenio *BCD.* vel mali status *E.* vel..... tur *Aφ.* vel.....tus *legebat Rigaltius in libro Agobardi.* 5. muneri *AE.* muneris *reliqui.* 6. ferarum *ABCE.* ferrum *D. ex libro Clementis.* 7. voluptatis *Aφ.* 8. fiebat *ABCE.* faciebat *D. ex libro Clementis.* 9. considerem *A.* 10. quicquid *Aβ.*

Cap. XII. a. ac receptissimi] Ita emendandum erat. Cf. Adv. Marcion. IV, 5. „auctoritas *receptior.*" Ad Natt. II, 1. „*receptorum* auctoritates." De Testim. Animae cap. 1. „ex litteris *receptissimis* quibusque philosophorum."

b. captivos] Ad Vergil. Aen. X, 520., Servius „Inferiae," inquit, „sunt sacra mortuorum ab inferis dictae. Sane mos erat in sepulchris virorum fortium captivos necari, quod posteaquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui a bustis bustuarii dicti sunt [Il. XXI, 28.]: „ὁ δ' ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους, ποινὴν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος." De his cruentis exequiis cf. Serv. ad Aen. III, 67. Valer. Max. II, 4, 7. Liv. VII, 15. XXIII, 30. XXXI, 50. XXXVIII, 56. XLI, 33. Guther. De Iure Manium I, 27. p. 164. (ed. Lips.) Lips. Saturn. Serm. I, 8.

c. erogabant] V. adnot. ad Scorpiac. cap. 6.

d. ferarum voluptati satis non fiebat] Sic habet vetus exemplar Agobardi. Feras vocat homines saeva spectandi consuetudine efferatos. (Rigalt.) Cf. Petr. Faber Semestr. II, 4. qui hanc loci scripturam etiam vindicat.

e. daemonia consistunt] Igitur dum mortuis ministrat, ministrat daemoniis.

f. ad honores viventium] Vide Lips. Saturn. Serm. I, 9. p. 895 sqq. ed. Vesal.

g. flaminia et sacerdotia] Hinc „sacerdotales ludi" apud Plin. Epist. X, 24., et „pontificales ludi" apud Sueton. Aug. cap. 44. Cf. infra cap. 30.

municet[h] etiam maculas eius, a qua habet causas. Idem de apparatibus [11]interpretabimur in ipsorum honorum[i] suggestu[i] deputandis, quod [12]purpurae, [13]quod fasces, quod vittae, quod coronae, quod denique [14]contiones et edicta[k], et pultes pridianae[l] sine pompa diaboli, sine invitatione daemonum non sunt. Quid ergo de [15]horrendo loco perorem, quem nec periuria sustinent[m]? Pluribus enim et asperioribus [16]nominibus[n] amphitheatrum consecratur, quam Capitolium[o] omnium daemonum templum est. Tot illic immundi spiritus considunt, quot homines capit. Ut et de artibus concludam, Martem et Dianam[p] utriusque ludi [17]praesides novimus.

Cap. XIII. [1]Satis, opinor, implevimus ordinem, quot et quibus modis

11. interpraetabimur *Aβ*. 12. quod purae *A*. 13. quod fasces *BC*. quod fasciae *DE*. *In A. quid fuerit hodie nescitur*. 14. contiones *Aβ*. 15. horrendo loco *E*. horrendo *A*. horrido loco *reliqui*. 16. nominibus *libri omnes*. numinibus *Lipsius De Amphitheatro cap.* 3. 17. praesides. Novimus *Aφ*.

Cap. XIII. 1. Satis opinor implevimus *om. A*.

h. communicet] h. e. participet. Quinctil. Declam. VIII, 6. „*Solos* ergo misera *communicabit planctus?*“ Absolute posuit Tertullianus *communicare* pro „participem esse“ vel „conversari“ capp. 3. et 26. Cum dativo struit Augustin. Epist. CLXII. „*communicare altari* Christi.“ Id. contra Crescon. Gramm. III, 36. „*communicare peccatis* alienis.“

i. suggestu] Cf. quae adnotavi ad De Corona cap. 13.

k. contiones et edicta] Nam contionibus pronuntiabant, edictis proscribebant se munera edituros esse qui editores munerarii sive muneratores dicebantur. Sueton. Iul. Caes. cap. 26. „Munus populo epulumque pronuntiavit in filiae memoriam, quod ante eum nemo fecit.“ (Fr. Iunius.) V. Lips. Saturn. Serm. II, 18.

l. pultes pridianae] Intellegit sacras coenas. Plin. H. N. XVIII, 8. „Et hodie sacra prisca atque natalium pulte fritilla conficiuntur.“ V. interpretes ad Arnob. Adv. Natt. II, 21. et VII, 24. Berthald. De Ara cap. 17. (in Graevii Thes. Antiqu. tom. VI, p. 330.)

m. periuria sustinent] Existimamus Tertulliani mentem esse, tantam daemonum vim in amphitheatro considere [cf. cap. 8.], ut ne periuri quidem, qui deos omnes coacervare solent, eorum nomina teneant atque adeo complecti possint. (Heraldus Digress. I, 5. p. 202.) Errat Heraldus, verum vidit Rigaltius, qui ita interpretatus est: Circum significat, quasi eius loci horrorem non sustinerent periuraturi. Hoc est, horrore loci terrerentur adeoque peieratum irent in Capitolium.

n. nominibus] Puta deorum. Neque opus est mutare cum Lipsio De Amphitheatro cap. 3. *numinibus*.

o. quam Capitolium] Structuram non ceperunt qui interpunxerunt cum Lipsio l. l. „quam Capitolium. Omnium deorum templum est,“ aut qui cum Heraldo Digress. I, 5. illud „est“ delendum esse iudicarunt. Dicit: Pluribus enim et asperioribus nominibus amphitheatrum consecratur, quam consecratum est ipsum Capitolium, omnium deorum templum. De Capitolio omnium deorum templo cf. cap. 7.

p. Martem et Dianam] Ille scilicet gladiatorio ludo, haec venationi. Utraque enim voluptas dabatur in amphitheatro. De Marte Salvianus libro VI. [pag. 119. ed. Rittershus. Locum adscripsi supra ad cap. 10.] De Diana Claudianus Paneg. De Consul. Manlii Theod. [v. 281] „Amphitheatrali faveat Latonia pompae.“ Et Martialis [Spectac 12.] „Inter Caesareae discrimina saeva Dianae.“ Nodos, qui esse possunt circa deos praesides amphitheatri, iam Lipsius [De Amphith. cap. 4. p. 1005. ed. Vesal.] solvit. Non omittam Dianam factam praesidem huius ludi in gratiam et honorem „Scythiae Dianae (ait Cassiodor. Epist. V, 42.), quae sanguinis effusione gaudebat.“ Quia vero uno eodemque loco exhibita voluptas utraque, factum, ut saepe ab auctoribus utraque coniungatur. Testis locuples est Martialis in Spectaculis. Et tangit Ambros. De Offic. II, 22. „Muneribus gladiatoriis vel etiam venationibus patrimonium dilapidant suum.“ (La Cerda.)

spectacula [2]idololatrian committant, de originibus, de titulis, de apparatibus, de locis, [3]de artificiis[a], quo certi simus, nulla ex parte [4]competere nobis ea, [5]qui bis idolis renuntiavimus[b]: Non quod idolum sit aliquid, apostolus ait, [6]sed quod quae faciunt daemonjis faciunt, consistentibus scilicet in consecrationibus idolorum sive mortuorum sive, ut putant, deorum. Propterea igitur, quoniam utraque species idolorum conditionis unius est, dum mortui [7]et dei unum sunt, utraque idololatria abstinemus. Nec minus templa quam monumenta [8]despuimus[c], neutram [9]aram[d] novimus, neutram effigiem adoramus, non sacrificamus, non parentamus, sed neque [10]de sacrificato et parentato[e] edimus, quia non possumus coenam dei edere et coenam daemoniorum. Si ergo gulam et ventrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis augustiora [11]nostra, oculos et aures, ab idolothytis et [12]necrothytis voluptatibus abstinemus quae non intestinis transiguntur, [13]sed in ipso spiritu et anima digeruntur, quorum munditia magis ad deum pertinet, quam [14]intestinorum. I. Cor. VIII, 4, 10, 19, 20. I. Cor. X, 21.

Nunc interposito [1]nomine idololatriae[a], quod solum [2]subiectum sufficere [3]deberet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione Cap. XIV.

2. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui.* 3. de artificiis, quo certi simus *ego.* De artificiis, quo certi sumus *Fr. Iunius, La Cerda.* De sacrificiis quidem certi sumus *E.* de sacrificiis, quod certi sumus *B.* de sacrificiis, quo certi sumus *CD.* 4. compere *Aφ.* 5. qui bis *E. ex emendatione Fulv. Ursini.* quibus *B.* qui *ACD.* 6. sed quoniam *Aφ.* 7. et dei *AφBmg.* et dĩ *Aβ.* et dii *CDE.* et alii *B.* 8. dispuimus *A.* 9. aram *om. A.* 10. de sacrificio *Aφ.* de sacrificatio *Aβ.* 11. nostra ..... et oculos (*i. e.* nostra aures et oculos) ab *A.* 12. negrothytis *A.* 13. sed in ipso spiritu et anima digeruntur *om. A.* 14. intestimurum *A.*

Cap. XIV. 1. nomine idololatriae *E. Fulv. Ursinus.* nosse ne idololatriae *AB.* nosse ne idololatria *C.* nosse de idololatria *D.* 2. subiici cum sufficere *B.* 3. debet *AE.*

Cap. XIII. a. de artificiis] In omnibus legitur *de sacrificiis*, aperto errore. Et quidem *artificiis* legendum, sum certus. Hoc enim postulat ipsa *ἀναχεφαλαίωσις*. Nam cap. 4. artes posuit extremo loco, quem tenorem semper servavit. Et cap. 9. „Nunc de artificio, quo circenses exhibentur.“ Et cap. 10. bis. Nam „Est et plane in artibus scenicis,“ iterum „Iam nunc volumus suggerere de artibus.“ Et cap. 11. „Sed et gymnicas artes.“ Demum cap. 12. „Ut et de artibus concludam.“ (La Cerda.) Recte. Aperto librarii errori favebat, quod sacrificiorum sane mentio fiebat supra capp. 10. et 11.

b. qui bis idolis renuntiavimus] Palmaria Ursini emendatio. Prima renuntiatur sub antistitis manu, aliquando prius ante lavacrum, deinde in ipso lavacro, aquam adituri. V. De Corona cap. 3.

c. templa quam monumenta despuimus] Minuc. Fel. Octav. cap. 8. „(Christiani) templa ut busta despiciunt,“ ad quem locum v. Herald. p. 70.

d. neutram aram] Neque deorum, neque mortuorum.

e. et parentato] Cf. De Testim. Animae cap. 4. et De Resurr. Carn. cap. 1.

Cap. XIV. a. interposito nomine idololatriae] Hoc est nomine idololatriae tantisper omisso, intermisso. (Rigalt.) Multum a vero aberravit Rigaltius in interpretatione verbi *interponere*. Sensus est: Nunc, *cum* satis *interim constet* de nomine idololatriae, quod solum cett. Et ita interpretatus erat iam antea La Cerda.

tractemus ex abundanti[b], propter eos maxime qui sibi blandiuntur, quod non nominatim abstinentia ista praescripta sit, quasi parum etiam [4]de spectaculis pronuntietur, cum concupiscentiae saeculi damnantur. Nam sicut pecuniae vel dignitatis vel gulae vel libidinis vel gloriae, ita et voluptatis concupiscentia est. Species autem voluptatis etiam spectacula. Opinor generaliter [5]nominatae concupiscentiae continent [6]in se et voluptates; [7]aeque generaliter intellectae voluptates specialiter et in spectacula [8]disseruntur.

Cap. XV. Ceterum retulimus supra de locorum condicione, quod non [1]per semetipsa nos inquinent, sed per ea quae illic geruntur, per quae simul inquinamentum [2]combiberunt, [3]tunc et in alteros respuunt[a]. [4]Viderit[b] [5]ergo, ut diximus, principalis titulus [6]idolola-

4. de spectaculis *ABDE. liber Clementis.* de litteris *BmgC.* 5. nomina concupiscentiae *liber Clementis.* 6. in se ut voluptates *A.* 7. aeque generaliter intellectae voluptates *om. A.* 8. differuntur *La Cerda.*

Cap. XV. 1. per semet sanos inquinent *A.* 2. combiberunt *A.* combiberint *reliqui.* 3. tunc et tum altero respuunt *A.* 4. Hic erit *Fr. Iunius.* 5. ergo *om. A.* 6. idolatria *Aφ.*

b. ex abundanti] ἐκ περισσοῦ. Exempla adscripsi ad Ad Scap. cap. 2.

Cap. XV. a. tunc et in alteros respuunt] Codex Agobardi *et tum altero respuunt.* „Altero" dixit adverbialiter, quemadmodum „alio," et sub finem libri secundi Ad Uxorem „alterutro." Sic et „alteras" positum olim fuisse ait Festus, pro eo quod est adverbium „alias". De hisce autem locorum inquinamentis supra cap. 8. (Rigalt.) Agobardini scriptura corruptela aperte laborat. In illo *tum* enim latet praepositio *in.* „Alteri" sunt spectatores. Cf. de hoc pronomine, quae adnotavero ad Scorp. cap. 15. De verbo *respucre* cf. Adv. Marcion. II, 9. „Libertas arbitrii non ei culpam suam *respuet,* a quo data est, sed a quo non ut debuit administrata est." Seneca Epist. LIV. „(philosophia) quaedam defatigat et velut levia tela laxo sinu eludit, quaedam discutit et in eum usque, qui miserat, *respuit.*"

b. Viderit] Probaverat spectacula varii generis idololatria esse coinquinata et novum argumentum ex abundanti addiderat huic principali, spectacula ideo vetita esse, quia et concupiscentias. Quod ipsum postquam probavit, simul hoc probavit, etiam alia, nec minus graviora, argumenta praeter primarium illud quod ab idololatria repetitum erat, suppetere, pergit: Viderit ergo principalis ille titulus idolotatriae, viderit, quomodo sit principalis. Ad alia pergo. Iam reliquas ipsarum rerum spectaculi qualitates proferam, omnes dei qualitatibus contrarias ostendam, et faciam, ut, qui negent spectacula e titulo idololatriae vetita, id ipsum doceantur ab aliis titulis. Verba „ut diximus" refer ad initium capitis praecedentis. Ibi enim principalem dixerat idololatriae titulum, qui solus subiectus sufficere deberet ad abdicationem spectaculorum. De locutione „viderit" cf. quae adnotavero ad De Corona cap. 13. Denique non possum non etiam La Cerdae verba adscribere, qui de hoc difficili loco rectius interpretando hoc quoque bene meruit, quod capitis initium, quod reliqui editores collocant post verba „et in alteros respuunt," revocavit post verba „et in spectacula disseruntur." Sunt autem haec: „Absolvit iam argumentum, quo probavit vetita spectacula, quia vetitae concupiscentiae. Pergit in hoc capite ad aliud argumentum, probaturus damnata spectacula propter affectus malos, quos ingenerant in animis spectatorum. Ut vero praecedente capite praemisit satis esse ad illorum abdicationem novisse esse illa idololatrica [sequitur enim La Cerda scripturam iam ab Rigaltio reiectam: *Nunc interposito nosse de idololatria*], ita in hoc praemittit quidpiam simile, quod iam explano. *Ceterum retulimus supra,* scilicet cap. 8., ubi habentur haec verba: „Loca non contaminant per se, sed quae in eis fiunt." Vide reliqua eius loci. *per quae,* videlicet ubi gesta. *simul,* pro simulac. *et in alteros respuunt,* dicit

triae; reliquas [7]ipsarum rerum qualitates [8]contrarias omnes feramus dei[c]. Deus praecepit spiritum sanctum, utpote pro [9]naturae suae bono tenerum et delicatum, tranquillitate et lenitate et quiete et pace tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. Huic [10]quomodo cum spectaculis poterit convenire? Omne [11]enim spectaculum sine concussione spiritus non est. Ubi enim voluptas, [12]ibi et studium, per quod scilicet voluptas sapit; ubi studium, [13]ibi et aemulatio, [14]per quam studium sapit. Porro et ubi aemulatio, ibi et furor et bilis et ira et dolor et cetera ex his, [15]quae cum his non competunt disciplinae. Nam etsi [16]qui modeste et probe spectaculis [17]fruitur pro dignitatis [18]vel aetatis vel etiam naturae suae condicione, non tamen [19]immobilis animi est sine tacita spiritus passione. Nemo ad voluptatem venit sine [20]affectu, nemo [21]affectum sine casibus suis[d] patitur. [22]Ipsi casus incitamenta sunt affectus. [23]Ceterum si cessat affectus, nulla est voluptas, et est reus iam ille vanitatis eo conveniens, ubi nihil consequitur. [24]Puto autem, etiam vanitas extranea est nobis. Quid, [25]quod et ipse se iudicat[e] inter eos positus, quorum [26]se similem nolens utique detestatorem confitetur? Nobis satis non est, si ipsi nihil tale facimus, nisi et talia [27]factitantibus non conferamur. Si Eph. IV, 30.

7. rerum ipsarum *BCD.* 8. contrarias omnes feramus dei *ego.* contra dei omnes feramus *AE.* contrarios omnes feramus dei *B.* contrariis omnes feramus *CD.* contrariis conferamus *Latinius. prob. Iunio.* 9. natare suae *Aφ.* 10. quomodo cum *BCDE.* modicum *ABmg.* 11. enim *om. Aφ.* 12. ibi studium *A.* 13. ibi aemulatio *A.* 14. per quam studium sapit. Porro et ubi aemulatio *om. Aβ.* 15. quae cum his *om. A.* 16. et si qui modeste et probe *BCDE.* et si quo modo .....te probes *Aβ.* et si quo modo honeste probes *Aφ.* 17. frui pro *A.* 18. vel aetatis *om. A.* 19. immobilis animi est sine *BCDE.* immobili animi et sine *A.* immobili animo est sine *liber Clementis.* 20. affectu *Aβ. constanter etiam in sequentibus.* 21. affectus *A.* 22. Ipse *Aβ.* 23. Ceterum si cessat affectus *om. Aφ.* 24. Sed puto autem *A.* Sed puto item *Hildebrandus.* 25. quod ipse *A.* 26. se simul nolens *ABmg.* 27. factitantibus non conferamur *liber Clementis.* facitantibus conferamur *A.* facientibus non conferamur *reliqui.*

idem quod cap. 8.: „de contaminatis locis contaminamus.“ Ergo ait: Simul ac loca ab rebus idololatricis ibi gestis combiberint inquinamentum idololatricum, tunc et, id est etiam, respuunt illud in alteros, nimirum spectatores. Inde concludit: Viderit ergo principalis tiulus idololatriae quomodo nominatim praescriptus sit, sed tamen nos pergamus ad aliud argumentum et contrariis negantibus nominatim vetita spectacula in sacro eloquio feramus videndas ante oculos reliquas omnes rerum ipsarum qualitates.“

c. contrarias omnes feramus dei] Rigaltius scripturam libri Agobardi secutus haec adnotat: „Feramus,“ inquit, „res spectaculorum contra res dei. Nota locutio „res dei“ pro divina seu Christiana disciplina. Contra ferre est contra ponere, opponere, componere, committere, conferre.“

d. sine casibus suis] Apte ad hunc locum La Cerda citat Augustin. Confess. VI, 8. Alipius invite raptus ad spectacula et oculos aliquamdiu clausos habens „tamen quodam pugnae casu cum ingens clamor populi totius vehementer eum pulsasset, curiositate victus aperuit oculos, et perculsus est graviore vulnere in anima, quam ille in corpore, quem videre concupivit, *ceciditque miserabilius quam ille, quo cadente factus est clamor.*“

e. iudicat] h. e. condemnat. Exempla protuli ad De Corona cap. 15.

furem, inquit, videbas, concurrebas cum eo. Utinam ne in saeculo quidem simul cum illis moraremur: sed tamen[f] in saecularibus [28]separamur, quia saeculum dei est, [29]saecularia autem diaboli. Ps. XLIX, 18.

Cap. XVI. Cum ergo furor interdicitur nobis, ab [1]omni spectaculo auferimur, etiam a circo, ubi proprie furor praesidet. Aspice populum [2]ad spectaculum [3]iam cum furore venientem, [4]iam tumultuosum, iam caecum, iam [5]de sponsionibus concitatum[a]. Tardus est illi praetor[b]: semper oculi in urna eius cum sortibus volutantur: dehinc [6]ad signum anxii pendent: unius dementiae una vox est. [7]Cognosce dementiam de vanitate. Misit, dicunt, et nuntiant invicem quod simul ab omnibus visum est. Teneo testimonium caecitatis: non vident missum quid sit. Mappam[c] putant, sed est diaboli ab alto praecipitati [8]figura[d]. Ex eo itaque itur in furias et

28. saeparamur *Aβ*. 29. secularia *Aβ*.
Cap. XVI. 1. omnis *A*. 2. ad id spectaculum *BCD*. 3. iam *om. A*. 4. iam tunc tumultuosum *A*. 5. desponsionibus *A*. 6. ad *om. A*. 7. Cognosce (*Aφ*) *BCD*. Cognosco (*Aβ*)*E*. 8. figura *BCD*. gula *AE*.

f. sed tamen] Sed tamen, cum id fieri nequeat, in rebus saecularibus ab illis nos separare debemus.

Cap. XVI. a. de sponsionibus concitatum] Adr. Turnebus Adversar. XVIII, 33. hunc Tertulliani locum citat. Sponsiones a spectatoribus fieri solebant, ut hodie fere in similibus ludis, cum unus agitatorem illum victorem pignore deposito fore diceret, alius eius adversarium contenderet. Cf. Idem Advers. VIII, 4. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 517. (Add.) Harum sponsionum meminit Ovid. A. A. I, 168. „— tangitque manu poscitque libellum Et quaerit posito pignore, vincat uter." Item Iuvenal. Sat. XI, 201. „— spectent iuvenes, quos clamor et audax Sponsio, quos cultae decet assedisse puellae" sqq. Martial. Epigr. II, 1. „Sed cum sponsio fabulaeque lassae De Scorpo fuerint vel Incitato." Petron. cap. 70. „Coepit dominum suum sponsione provocare, Si prasinus proximis circensibus primam palmam (tulerit)." Plura suppeditabit Argol. ad Onuphr. Panvin. De Ludis Circ. I, 2.

b. Tardus est illi praetor] Praetoris duplex munus erat in circo, sortes agitare et mappam mittere. Sortitione enim definiebatur, quinam ad cursum prodituri essent, et urna praetori ad manum erat, unde sorte educebantur agitatorum nomina. A sortitione prodibant in carceres quibus sors obtigerat, ad signum praetoris per mappam datum procursuri. Sortium meminit Sidon. Apoll. Carm. XXIII, 16. ad Consentium: „Et iam de urna petit cietque raucae Acclamatio populi." Cf. interpretes ad Sueton. Neron. cap. 21. et Iuret. ad Symmachi Epist. X, 22. p. 178 sq.

c. Mappam] Martial. Epigr. XII, 29. „Cretatam praetor vellet cum mittere mappam, praetori mappam surripit Hermogenes" Cf. Id. XII, 29. Iuvenal. XI, 191. Sueton. Nero cap. 22. Dio Cass. LIX, 7. Cassiodor. Var. III, 51. Turnebi Advers. XVIII, 34. et inprimis eruditissimi Salmasii observationem in Solin. p. 647.

d. diaboli ab alto praecipitati figura] Expressimus codicis vetustissimi scripturam: „diaboli ab alto praecipitati *gula*." Antea legebatur: „diaboli ab alto praecipitati *figura*," acumine obtuso. Alludit enim ad ea, quae sacris paginis traduntur de Satana, quem de caelo deus egit in tartara praecipitem. Itaque mappam illam Septimius, quam praetor pro signo mittere solebat, mappam esse negat. Ait vero ipsum esse diabolum, qui totus gula, totus gurges, totus vorago expanditur, et furit effusus toto circo et saevit immaniter. (Rigalt.) Restitui vulgatam scripturam multo aptiorem. Scriptura Agobardini libri orta est ex errore librarii, qui oculis aberrantibus ad finalem syllabam praecedentis vocabuli *praecipitati* cum vocis *figura* syllabam *fi* omisisset, iam *gulam* restituendum esse putavit. Ceterum „diaboli gulam" habes

animos et discordias, et [9]quicquid non licet sacerdotibus pacis[e]. [10]Inde maledicta, convicia sine iustitia odii, etiam suffragia sine merito amoris. Quid enim [11]suum consecuturi[f] sunt qui illic agunt, qui sui non sunt? nisi forte hoc solum, per quod sui non sunt: de aliena infelicitate contristantur, de aliena felicitate laetantur. Quicquid optant, [12]quicquid abominantur, extraneum [13]ab illis est: ita et amor apud illos otiosus et odium iniustum. [14]An forsitan sine causa amare liceat, quam sine causa odisse? Deus certe etiam cum causa prohibet odisse, qui inimicos diligi iubet. Deus etiam cum causa maledicere non sinit, qui maledicentes benedici praecipit. Sed circo [15]quid amarius, ubi ne principibus quidem aut civibus suis parcunt[g]? Si quid horum, quibus circus furit, [16]alicubi competit sanctis[h], etiam in circo licebit, si vero nusquam, ideo nec in circo.

Similiter [1]nec impudicitiam omnem [2]amandare iubemur[a]? Hoc igitur modo [3]etiam a theatro separamur, quod est [4]privatum consistorium [5]impudicitiae, ubi nihil probatur, [6]quam quod alibi non probatur. Ita summa gratia eius dei spurcitia plurimum concinnata Cap. XVII.

9. quicquid *Aβ*. 10. Iude maledicta *Aβ*. 11. suum consecuturi sunt qui illic agunt (*Aβ*)*E*. suum consecuturi sunt illic agunt *Aφ*. consecuturi sint suum qui illic agunt *B*. consecuturi suum illic agunt *CD*. consecuturi suum qui illic agunt *Fulv. Ursinus*. 12. quicquod (quidquod *Aφ*.) abominantur *A. omissis verbis* optant quicquid. 13. ab iis *A*. 14. An forsitan *AB*. Et forsitan *CD*. An fors sit, tam *E*. At forsitan *alii* 15. quid *om. A*. 16. alicubi *ABC. et liber Clementis.* aliubi *CD*.

Cap. XVII. 1. nec impudicitiam *ABmgE*. impudicitam *BCD*. 2. amandare *ego*. amare *ABmgE*. amoliri *BCD*. 3. etiam li heatro *A*. 4. privum *los. Scaliger*. 5. impudentiae *Bmg*. 6. quam *om. A*.

Scorpiac. cap. 6. De Pudicitia cap. 8. De diabolo ab alto praecipitato cf. De Anima cap. 17.

e. sacerdotibus pacis] Christianis. Sic Plin. H. N. VII, 30. Platonem vocat „antistitem sapientiae." Apud Tertullianum similia multa occurrunt.

f. Quid enim suum consecuturi] Non sunt sui, quia affectu alterius sunt. Sunt igitur tamquam servi, qui, cum sui non sint, nihil possunt consequi, quod suum habeant.

g. ubi ne principibus quidem aut civibus suis parcunt?] V. Apologet. cap. 38.

h. sanctis] Christianis.

Cap. XVII. a. Similiter nec impudicitiam omnem amandare iubemur?] Restitui veterum librorum *nec*, et interrogationis signo enunciationem clausi. Pro *amare*, quod liber Agobardi et margo editionis principis praebent, restitui *amandare*, quod quam facile in illud corrumpi potuerit nemo erit qui non intellegat. Quae emendatio si disciplicuerit, reponatur vulgata *amoliri*, cui fortasse testimonium reddit corruptela libri Agobardi, in quo in versu sequenti extat *etiam li heatro*. Fieri enim potuit, ut illud *li* voci *amare* a correctoris manu olim superscriptum, quo videlicet significaret scripturam *amoliri*, devium aberraret. Interpretatio Rigaltii, qui est librum Agobardi secutus, haec est: „Nec omnem" id est „nullam." Iubemur nec amare, id est iubemur non amare. Sic Martialis „coactos non amare capones," hoc est prohibitos amare. Et consimile est illud Iuvenalis „sine omni" pro „sine ulla" in Sat. XIV. „Illud non agitas, ut sanctam filius omni Aspiciat sine labe domum."

est, quam Atellanus [7]gesticulatur, quam minus etiam [8]per muliebres[b] repraesentat, [9]sexum pudoris exterminans, ut facilius domi [10]quam scenae erubescant, quam denique pantomimus a pueritia patitur [11]in corpore, ut artifex esse possit. Ipsa etiam [12]prostibula[c] publicae libidinis hostiae in scena proferuntur, plus miserae in praesentia feminarum, [13]quibus solis latebant, [14]perque omnis aetatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, stipes, elogium[d], etiam quibus opus non est[e], praedicatur, [15]etiam, taceo de reliquis, [16]etiam quae in tenebris et in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. [17]Erubescat senatus, erubescant ordines omnes. Ipsae illae pudoris sui interemtrices de gestibus suis ad lucem et populum expavescentes[f] semel [18]anno [19]erubescunt[g]. Quodsi nobis omnis impudicitia [20]exsecranda est, cur liceat audire [21]quae loqui non licet, cum etiam scurrilitatem et omne vanum verbum [22]iudicatum[h] a deo sciamus? Cur aeque liceat videre quae facere flagitium est? Cur quae ore prolata communicant[i] hominem, ea [23]per

7. gesticulatur *ABC.* gesticulator *DE. Latinius.* 8. per muliebres *AB.* per mulieres *reliqui.* 9. sexus et pudoris *A.* 10. quam scaenae erubescant *B.* quam in scena erubescant *CDE. In A. haec verba omissa sunt.* 11. ex corpore *A.* 12. prostribula *Aφ.* 13. quibus so solis *A.* 14. per quae *B.* 15. Etiam taceo *AB.* Taceo *reliqui.* 16. etiam quae *ABE.* ea quae *CD.* eaque *Fr Iunius.* 17. Erubescat senatus *om. A.* 18. anno *ACDE.* annon *B. prob. Sam. Petito Misc. II, p.* 68. 19. erubescant *AE. Meursius.* 20. exsecranda *Aβ.* 21. quod loqui *A.* 22. iudicatum iri a deo *Fulv. Ursinus.* 23. per aures et oculos *A.*

b. per muliebres] sc. vestes. Cf. infra cap. 23. „cum in lege praescribit maledictum esse qui *muliebribus* vestietur, quid de pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus curatur?“

c. prostibula] V. Lips. Elect. I, 11. p. 676 sqq. ed. Vesal. Cf. Isidor. Origg. XVIII, 42.

d. locus, stipes, elogium] Meretrices universorum oculis exponuntur publica quadam transvectione. Pronuntiabatur publice a praecone *cella* cuiusque meretricis, quid *quaestus* ipsis esset numerandum, quas virorum principum castitates expugnaverint, consecutae ita quasi palmas et victorias. Fortasse etiam per elogium intellegit laudatam pulchritudinem a praecone, ut ita invitarentur spectatores. (La Cerda.)

e. etiam quibus opus non est] Omnibus praedicantur spectatoribus, etiam iis quibus propter aetatem aut sexum aut fortunam non opus est.

f. ad lucem et populum expavescentes] Cf. adnotata ad Ad Martyr. cap. 3.

g. semel anno erubescunt] Saltem semel anno erubescere dicit puellas istas, puto Floralibus ludis, quo mimas nudari populo mos erat. Testis est Valer. Maxim. II, 10, 8. „Eodem ludos Florales, quos Messius aedilis faciebat, spectante, populus, *ut mimae nudarentur* postulare erubuit. Quod cum ex Favonio amicissimo sibi una sedente cognovisset, discessit e theatro, ne praesentia sua *spectaculi consuetudinem* impediret. Quem abeuntem ingenti plausu populus prosecutus *priscum morem iocorum in scenam revocavit*, confessus plus se maiestatis uni tribuere, quam universo sibi vindicare.“ Rigaltius, codicem Agobardi secutus, edidit *erubescant*, interpretatus: „Expavescant, inquit, ad lucem et populum, et saltem semel anno erubescant.“

h. iudicatum] h. e. damnatum. Cf. quae adnotavero ad De Corona cap. 15.

i. communicant] Facilis esset correctio *coinquinant.* Sed utitur verbo *communicare* quomodo sacri scriptores passim verbo *κοινοῦν.* Cf. Matth. XV, 18., ubi Hieronymus habet „coinquinant.“ Tertull. De Patientia cap. 8. „non vasculorum inquinamentis, sed eorum, quae ex ore promuntur, *hominem communi-*

oculos et aures admissa non videantur hominem communicare? cum spiritui appareant aures et oculi, nec possit mundus praestari, cuius apparitores inquinantur. Habes igitur et theatri interdictionem de interdictione impudicitiae. [21]Si et[k] doctrinam saecularis [25]litteraturae, ut stultitiae apud deum deputatam, aspernamur, satis praescribitur [26]nobis et de illis [27]speciebus spectaculorum, quae saeculari litteratura [28]lusoriam[l] vel agonisticam [29]scenam dispungunt. [30]Quodsi tragoediae et comoediae scelerum [31]et libidinum [32]auctrices[m] cruentae et lascivae, impiae et prodigae, nullius rei [33]aut atrocis aut vilis commemoratio melior est. Quod in facto reicitur, etiam in dicto non est recipiendum.

Quodsi et stadium contendas in scripturis nominari, sane ob- Cap. XVIII.
tinebis. Sed quae in stadio geruntur, indigna [1]conspectu tuo non negabis, pugnos et calces et colaphos et omnem petulantiam ma-

24. Si *AB.* Sin *reliqui.* 25. Litteraturae *A. ubicumque nihil adnotavero.* 26. nobis *om. A.* 27. speciebus et de spectaculorum *A.* 28. lusorium vel agonisticum schema *Ios. Scaliger.* 29. scena *Fr. Iunius.* 30. Quodsi *E. Fulv. Ursinus.* Quod sint *reliqui.* 31. aut libidinum *A.* 32. auctrices (autrices *Aβ.*)*ABCD.* actrices *E. Fulv. Ursinus.* 33. aut atrocis aut vilis *om. A.*

Cap. XVIII. 1. conspectu *A.* conspectui *reliqui.*

care." De Ieiun. cap. 2. „non his *communicare hominem*, quae in os inferantur." Hieronymiana versio evangelii Marci VII, 2. et 5. „*communes* manus" appellat contaminatas. Cf. Ibid. 15. „quae de homine procedunt, haec sunt quae *communicant* hominem." Act. Apost. X, 16. „quia nunquam manducavi omne *commune* et immundum," et 17. „Quod deus purificavit, tu *commune* ne dixeris." Sic etiam Cyrillus Hierosolymit. Catech. IV. ad finem synonyma habet *κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον.*

k. Si et doctrinam] Praeter La Cerdam omnes editores his verbis novum caput incipiunt. Sed vidit iam Desid. Heraldus ad Arnob. p. 138. ed. LB. ea arcte cohaerere cum praecedentibus, vidit post eum etiam Fr. Iunius. Est enim conclusio non capitis, sed earum rerum, quae ad impudicitiam pertinent, qua ultimae rationes adduntur, cur theatrum sit Christianis fugiendum.

l. lusoriam vel agonisticam scenam dispungunt.] h. e. quae saecularibus litteris res suas ac dramata quasi continuant ac formant. Nam „lusoriam vel agonisticam scenam" appellat comicam ac tragicam (quod sequentia ostendunt), verbis propriis. Histriones enim *ἀγωνισταὶ* dicti. Hesychius: „*Ἀγωνισταὶ, ὑποκριταί.*" Unde *πρωταγωνισταί, δευτεραγωνισταί, τριταγωνισταί.* Et Aristoteles Rhetor. III, 12. *λέξιν ἀγωνίστικὴν* appellat *τὴν τῶν κωμῳδῶν καὶ τραγῳδῶν,* eamque attribuit scenicis potius quam *ῥήτορσιν,* quod ipsum illud legenti diligenter et relegenti facile apparebit. (Desid. Heraldus ad Arnob. Adr. Natt. p. 138. ed. LB.) In interpretando verbo *dispungere* aperte erravit Heraldus. Hoc enim Tertulliano semper est pro compensare, aestimare, distinguere, secernere. V. quae adnotavero ad De Anima cap. 57. Species igitur illae spectaculorum quae saeculari litteratura lusoriam vel agonisticam scenam dispungunt, sunt ludi theatrales, qui litteris, quas proprias prae reliquis ludorum generibus habent, ab his secernuntur et quidem secernuntur in duas classes, comicas et tragicas.

m. cruentae et lascivae, impiae et prodigae] Quemadmodum in iis, quae statim sequuntur, „res atrox" ad tragoediam, „vilis" contra ad comoediam pertinet, ita haec ipsa notatur etiam vocabulis „lasciva" et „prodiga," illa vocabulis „cruenta" et „impia." „In tragoediis enim commemoratio scelerum cruentorum, impiorum, atrocium, in comoediis libidinum lascivarum, prodigarum et vilium.

nus, et [2]quamcunque [3]humani oris, id est divinae imaginis depugnationem[a]. Non probabis usquam vanos cursus et iaculatus [4]et saltus vaniores, [5]nusquam tibi vires aut iniuriosae aut vanae placebunt, sed nec cura [6]facticii corporis, ut plasticam dei[b] [7]supergressa, et propter [8]Graeciae otium altiles[c] homines oderis. Et palaestrica diaboli negotium est. Primos homines diabolus elisit. [9]Ipse[d] gestus colubrina vis est, tenax ad [10]occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida[e] ad [11]elabendum. Nullus tibi coronarum usus est, quid de coronis voluptates aucuparis?

Cap. XIX. Expectabimus nunc [1]et amphitheatri repudium de [2]scripturis. Si [3]saevitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis contendere possumus, eamus in [4]amphitheatrum. [5]Si tales sumus, quales dicimur, delectemur sanguine humano. Bonum est, cum puniuntur nocentes. Quis hoc [6]nisi tamen nocens negabit? Et tamen [7]innocens de supplicio alterius laetari non [8]potest, cum magis competat innocenti dolere, quod homo par eius tam nocens factus est, ut tam crudeliter impendatur. Quis autem mihi sponsor est, nocentes semper vel ad bestias vel ad [9]quodcumque supplicium decerni, ut non [10]innocentiae quoque inferatur aut ultione iudicantis aut infirmitate [11]defensionis aut instantia quaestionis? Quam melius ergo est [12]nescire cum [13]mali puniuntur, ne sciam et cum boni pereunt, si tamen bonum sapiunt[a]. Certe quidem gladiatores

2. quaecunque *A.* 3. humanioris *CD.* 4. et saltus *om. A.* 5. nusquam tibi res *A.* 6. facticii *Aβ.* 7. supergressa et *AE.* supergressae *reliqui.* supergressa sed *Latinius.* supergressa *Fulv. Ursinus.* 8. Graeciae otium *ABCE.* otium Graeciae *D.* 9. Ipsi *Aβ.* 10. ocupandum *Aβ.* 11. delabendum *B.*

Cap. XIX. 1. nunc ut et *BCD.* 2. scripturis petamus. *BCD.* scripturis petamus? *Fr. Junius, Hildebrandus.* 3. saevitiam *Aβ.* 4. ampitheatrum *Aβ.* 5. Si tales sumus quales sumus quales dicimur sanguinis humani *A.* 6. nisi tamen *A.* nisi tantum *B.* nisi *reliqui.* 7. innocens *ABmgDE.* innocentes *B.* nocentes *C.* 8. potest *ABmgDE.* oportet *BC.* 9. quodcumque *Aβ.* 10. innocentia *Fr. Iunius.* 11. defensionis *ABmg.* defendentis *BCDE.* 12. nescire cum *AE.* nesciam et cum *B.* ne sciam cum *CD.* 13. alii *A.*

Cap. XVIII. a. depugnationem] Deformationem per pugnum vel pugnam.

b. plasticam dei] Cf. De Cultu Fem. II, 5.

c. altiles] Athletas seu palaestritas intellegit ab gymnasiarchis ali solitos summa cura, ut essent viribus ad certamina valentissimis nobiles. Talium vero certaminum studiosissimi erant Graeci, publicae securitatis otio gaudentes. Haec enim patiebantur longae pacis mala. Altiles homines Septimius dixit ut Varro et Martialis boves et gallinas altiles pro opimis et saginatis. Sic libro De Paenitentia [cap. 11.] „enormem altilium saginam.“ (Rigalt.) De diaeta athletarum v. Krause in Pauly Encyclop. tom I, p. 910 sqq.

d. Ipse] Possit defendi scriptura Agobardini *Ipsi.* Fr. Iunius distinguit *diabolus ipse. Gestus* cett.

e. liquida] Hildebrandus vult *lubrica.* Viderit. Aldhelm. De Laud. Virg. cap. 1. de athleta „*Delibatus lubrici liquoris nardo.*“ Cf. Id. ibidem „Alius strenua athletarum luctamina cum aemulo sinuosis laterum flexibus desudans.“ Sidon. Apollin. Epist. II, 2. „Adsunt lubrici tortuosique pugillatu et nexibus palaestritae.“ De olei in palaestra usu in vulgus constat.

Cap. XIX. a. si tamen bonum sapiunt.] De ethnicis loquitur, qui magi-

innocentes in ludum [11]veneunt, ut publicae voluptatis hostiae fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale est[b], ut [15]de leviore delicto in homicidas emendatione proficiant[c]? Sed [16]haec ethnicis respondi. Ceterum absit, ut de istius spectaculi aversione diutius discat Christianus. [17]Quamquam nemo haec omnia plenius exprimere potest, nisi qui adhuc spectat. [18]Malo non implere[d], quam meminisse.

Quam vana igitur, immo desperata argumentatio eorum, qui, Cap. XX.
sine dubio [1]tergiversatione [2]amittendae [3]voluptatis, obtendunt nullam eius abstinentiae mentionem specialiter [4]vel localiter[a] in scripturis determinari, [5]qua directo [6]prohibeant eiusmodi conventibus [7]inseri servum dei. Novam proxime defensionem [8]suaviludii[b] cuiusdam [9]audivi. Sol, [10]inquit, immo [11]etiam ipse deus de caelo spectat, nec contaminatur. [12]Sane sol et in cloacam[c] radios suos defert, nec inquinatur. Utinam autem deus nulla flagitia hominum

14. veneunt *A.* veniunt *reliqui.* 15. de *om. A.* 16. haec *om. A.* 17. quanquam *Aβ.* 18. malum *B.*

Cap. XX. 1. tergiversatione *AE.* tergiversationem *reliqui.* 2. amittendae *E.* admittendae *reliqui.* 3. voluptati obtendunt? *Fr. Iunius.* voluptatis obtendunt (optendunt *Aβ.*) *libri omnes.* 4. vel localiter *om. AE.* 5. qua *ego.* quae *reliqui.* 6. prohibeant *AβBCD.* prohibent *Aφ.* prohibeat *E. Fulv. Ursinus.* 7. inseri *ABmgE.* interesse *BCD.* 8. suadiludii *Latinius, prob. Barthio ad Stat. Theb. IV,* 454. *tom. III, p.* 1092. *Sed Barthius verba Tertulliani non intellexit.* 9. audivi *om. A.* 10. inquid *Aβ.* 11. ipse etiam *A.* 12. Sane *AE.* Plane *reliqui.*

stratuum ethnicorum sententiis ad bestias damnantur. Ait igitur: Quis autem mihi sponsor est, nocentes semper damnari, ut non quandoque etiam innocentes? Quam melius ergo est nescire cum mali puniuntur, ne sciam et cum boni pereunt! Hic vero ne quis Christianus obstreperet: Ergo sunt inter ethnicos boni, corrigit seipsum: Si tamen bonum sapiunt, inquit, hoc est, si tamen est ullus boni sapor hominibus ad Christum minime pertinentibus. Deinde adiicit: Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, ut publicae voluptatis hostiae fiant. Iam non dicit bonos, sed tantum innocentes, qui non damnari, sed ultro in ludum veniunt. (Rigalt.) Optima est scriptura libri Agobardi *veneunt*, h. e. auctoramur, pro vulgata *veniunt.* Non dubitavi igitur eam reponere.

b. quale est] Cf. quae adnotata sunt ad De Fuga in Persecut. cap. 5.

c. emendatione proficiant] Nam a minori delicto, propter quod puniuntur, adducuntur in eum locum, ubi discunt esse homicidae, quod delictum gravius est. Non ergo vos mores malos emendatis, sed facitis, ut mali mores profectum progressumque habeant. (La Cerda.) „Emendatio" significat h. l. poenam, ut Apolog. cap. 46. „Democritus excaecando semet ipsum, quod mulieres sine concupiscentia aspicere non posset et doleret, si non esset potitus, incontinentiam *emendatione* profitetur."

d. implere] Modo dixerat „plenius exprimere." De sententia cf. verba ignoti auctoris epistolae de Spectaculis, quae inter Cypriani vulgo habetur, p. 4. ed. Oxon. „Plerumque in praeceptis quaedam utilius tacenda; admonent saepe, dum interdicuntur."

Cap. XX. a. specialiter vel localiter] Retinendum illud *vel localiter,* quod liber Agobardi, ut multa alia, non habet. Volunt enim, ut recte explicat La Cerda, ille scire, ubi specialiter et quo loco scripturae vetentur haec spectacula.

b. suaviludii] Eodem modo dixit „suaviludios" De Corona [cap. 6.], quos recte Rhenanus ibi interpretatur eos qui ex Christianis spectaculorum adhuc oblectamentis seu suavitate ludorum delectabantur. (Pamelius.)

c. sol et in cloacam] Est Diogenis

spectaret, ut omnes [13]iudicium evaderemus. Sed spectat et latrocinia, spectat et falsa et adulteria et fraudes et idololatrias et spectacula ipsa, [14]et idcirco ergo nos non spectabimus, ne videamur ab illo qui [15]omnia spectat. [16]Comparas, homo, reum et iudicem: reum, qui, quia videtur, reus est: iudicem, qui, quia videt, iudex est. [17]Numquid ergo et extra limites circi furori studemus, et extra cardines theatri[d] [18]impudicitiae intendimus, et insolentiae extra [19]stadium, et immisericordiae extra amphitheatrum, quod deus [20]etiam extra cameras et gradus[e] et [21]apulias[f] oculos habet? Erramus. Nusquam et nunquam excusatur quod deus damnat. Nusquam et nunquam licet quod semper et ubique non licet. Haec est veritatis integritas et quae ei debetur disciplinae plenitudo et aequalitas timoris et fides obsequii, non immutare sententiam nec variare iudicium. Non potest aliud esse quod vere quidem est bonum seu malum. Omnia autem [22]penes veritatem dei fixa sunt.

Cap. XXI. Ethnici, quos penes [1]nulla est veritatis [2]plenitudo, quia nec doctor veritatis deus, malum [3]ac bonum pro arbitrio [4]ac libidine [5]interpretantur, alibi bonum quod alibi malum[a], [6]et alibi malum

13. iudicia *AE.* 14. et idcirco *AE.* Idcirco *reliqui.* 15. spectat omnia *A.* 16. Comparas (*Aβ*)*BCE.* Compares (*Aφ*)*D.* 17. Numquid *Aβ.* 18. impudicitiae intendimus et insolentiae extra stadium et immisericordiae extra amphitheatrum *om. A.* 19. studium *B.* 20. etiam *om. A.* 21. Apulas *Scipio Maffei De Amphith. II,* 14. *ἐπαυλίας Fulv. Ursinus, prob. Fr. Iunio.* 22. penes vos veritate defixa sunt. *liber Clementis.*

Cap. XXI. 1. nulla sit veritas *Aβ.* nulla est veritas *Aφ.* 2. plenitudo quia nec doctor veritatis deus *om. A.* 3. et bonum *A.* 4. et libidine *A.* 5. interpretatur *Aφ.* 6. et alibi malum quod alibi bonum *om. A.*

dictum apud Diog. Laert. VI, 6, 63. *„Πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα, ὡς εἰς τόπους ἀκαθάρτους εἰσίοι, Καὶ γὰρ ἥλιος, ἔφη, εἰς τοὺς ἀποπάτους, ἀλλ' οὐ μιαίνεται.“* Origen. Contra Celsum VI, p. 309. *„παραπλήσιόν τι ποιῶν τοῖς οἰομένοις τὰς αὐγὰς τοῦ ἡλίου μιαίνεσθαι ἐν τοῖς βορβόροις καὶ τοῖς δυσώδεσι σώμασι.“* Synes. Epist. LVII. *„Ἀκτὶς ἡλίου κἂν ὁμιλήσῃ βορβόρῳ, μένει καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος.“* Prudent. C. Symmach. II, 831. „Haud aliter solis radius, cum luminat omnes Diffuso splendore locos, ferit aurea tecta, Sed ferit et nigro sordentia culmina fumo: Intrat marmoribus Capitolia clara, sed intrat Carceris et rimas et taetra foramina clausi Stercoris et spurcam redolenti in fornice cellam.“

d. extra cardines theatri] Cf. supra cap. 3., ubi iis, quos laudavi, adde Scip. Maffeium De Amphith. II, 8. p. 209. (in Suppl. Thes. Antiqu. tom. V.)

e. cameras et gradus] Camerae sunt fornices, porticus. Lips. De Amphith. cap. 13. pag. 1028. ed. Vesal., Maffeius l. l. p. 245.

f. apulias] Sic legitur in codice Agobardi. Atque hoc vocabulo significari videntur vela quae in theatris ad ornatum et ad excludendos ictus solis fervidos. Ea vero quandoque purpurea, quo colore praestantissimae, ut verisimile est, lanae imbuebantur, quales ex Apulia. Martialis [Epigr. XIV, 155.] „Velleribus primis Apulia, [Parma secundis nobilis.“]. Unde et velis nomen Apuliarum. (Rigalt.) Etiam Scipio Maffeius l. l. cap. 14. p. 265. velaria interpretatur, sed vult corrigi *Apulas.* Latinius opinabatur *apulias* esse vocabulum Phoenicum, quasi *apluvias,* significarique a pluviis tuta loca. Fulvius Ursinus mutabat *ἐπαυλίας,* Bulengerius denique volebat *apelias* sive *aphelias,* item ex Graeco.

Cap. XXI. a. alibi bonum quod alibi malum] Cf. ad hunc locum Desid. Herald. Digress. I, 2. p. 194.

quod alibi bonum. [7]Sic ergo evenit, [8]ut qui in publico vix necessitate vesicae tunicam levet, idem in circo aliter non [9]exuat, nisi[b] totum pudorem in faciem omnium [10]intentet: [11]ut et qui filiae virginis [12]ab omni spurco verbo aures tuetur, ipse eam in theatrum ad illas voces gesticulationesque deducat: et qui in plateis litem manu agentem aut compescit aut detestatur, idem in stadio gravioribus pugnis suffragium ferat: et qui ad cadaver hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derosa et dissipata et in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis[c] desuper [13]incumbat: immo qui propter homicidae poenam probandam ad spectaculum veniat, idem gladiatorem ad homicidium flagellis et virgis [14]compellat[d] invitum: et qui insigniori cuique homicidae leonem poscit, [15]idem gladiatori atroci [16]petat rudem et [17]pileum [18]praemium conferat[e], illum vero confectum [19]etiam oris spectaculo[f] repetat, libentius recognoscens de proximo [20]quem voluit occidere de longinquo, tanto durior, [21]si non voluit[g].

Quid mirum? [1]inaequata ista hominum miscentium et commutantium statum boni et [2]mali per inconstantiam sensus et iudicii [3]varietatem. Etenim [4]ipsi [5]auctores et administratores spectaculorum quadrigarios, scenicos, xysticos, arenarios[a] illos [6]amantis- Cap. XXII.

7. Sic *ACDE*. Si *B*. 8. ut quis *AB*. 9. exuat *Fulv. Ursinus*. exuet *AB*. exultet *reliqui*. 10. intentet *BCDE*. intendit *ABmg*. 11. ut et *AB*. et *reliqui*. 12. ab omni scaenico (*h. e.* obsceno) verbo *Aβ*. 13. incubat *A*. 14. compellit *A*. 15. id est gladiatori *A*. 16. petat *BCDE*. sperat *ABmg*. 17. pilleum *AB*. 18. praemium conferat *om. E*. 19. etiam oris spectaculo *E. Latinius*. etiam amore spectaculi *Ios. Scaliger*. etiam amoris spectaculo *ABCD*. 20. quem noluit *Fulv. Ursinus*. 21. si non voluit *AE*. si noluit *BCD*. si voluit *Fulv. Ursinus*.

Cap. XXII. 1. de inaequata *D*. 2. mali per innotans sensus *Aβ*. mali super innotans sensus *Aφ*. 3. varietate *D*. 4. ipso *A*. 5. auctores *ADE*. actores *BC*. 6. amatissimos *Fulv. Ursinus*. amentissimos *Lipsius ad Taciti Ann. I*, 77. *p*. 39.

b. aliter non exuat, nisi] Qui extra circum ad exonerandam vesicam vix audet in publico levare tunicam, in circo nihil curat de hoc pudore, sed coram omnibus vesicam exonerat et totum pudorem in ora omnium intentat. Cf. de hoc loco etiam F. Ios. Em. Miniana De Theatro Sagunt., in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. tom. V, p. 431. „Exuat" cave ne trahas ad tunicam, cum pertineat ad vesicam. „Pudorem" pro pudendis posuit Septimius etiam De Virgin. Veland. cap. 11. „Iam et vox obsolefacta est, et membra completa sunt, et *pudor ubique vestitur*, et menses tributa dependunt."

c. desuper incumbat] De gradibus intentissimo animo spectet. De structura verbi *incumbere* v. Burm. ad Petron. Satyr. cap. 31.

d. flagellis et virgis compellat] Illustrat Lipsius Saturn. Serm. II, 5. p. 981. ed. Vesal.

e. petat rudem et pileum praemium conferat] Rudis et pileus sunt signa libertatis. V. Turneb. Advers. XVII, 33. p. 626. Lips. Saturn. Serm. II, 23. p. 981. ed. Vesal. W. a Loon De Manum. IV, 3. Interprr. ad Horat. Epist. I, 1, 2.

f. etiam oris spectaculo] Ut etiam os et vultum expirantis intueri velit. (Rigalt.)

g. si non voluit] Si non voluit illum occidi a leone, sed tantum confici usque ad mortem. Haec enim maior saevitia.

Cap. XXII. a. arenarios] Cf. Lipsius De Amphith. cap. 3. p. 1004. ed Vesal.

simos, [7]quibus viri animas, feminae [8]autem[b] illis etiam corpora sua substernunt, [9]propter quos in ea committunt[c] [10]quae reprehendunt, ex eadem [11]parte [12]qua magnificiunt, deponunt [13]et deminuunt, immo manifeste damnant ignominia et capitis minutione, arcentes curia, rostris, senatu, equite, ceterisque honoribus omnibus simul [14]et [15]ornamentis quibusdam. Quanta perversitas! Amant quos [16]multant, [17]depretiant quos probant; [18]artem magnificant, artificem notant. Quale iudicium est, ut ob ea quis offuscetur[d], per quae promeretur? Immo quanta confessio est [19]malarum rerum, quarum [20]auctores, cum [21]acceptissimi sint, sine nota non sunt!

Cap. XXIII. Cum igitur humana recordatio etiam obstrepente gratia voluptatis damnandos eos censeat ademptis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis divina iustitia in eiusmodi artifices animadvertit? An deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister[a], tot [1]statuum, [2]ut sacerdos coronatus[b] vel coloratus ut leno[c], quem [3]curru rapiendum diabolus

7. quibus viri animas, feminae *E. Fulv. Ursinus, Lipsius l. l.* quibus viris..... feminis *Aβ.* quibus viris animas feminis *AφB.* quibus viles animas foeminae (foeminis *Bmg.*) *BmgCD.* 8. autem illis *Lipsius l. l.* aut illi *libri omnes.* 9. propter quos in ea committunt *om. A.* 10. quae *CDE.* quia *AB.* 11. parte *ABCD.* arte *E. Fulv. Ursinus.* 12. qua *AE.* quam *reliqui.* 13. et deminuunt *om. AE.* 14. et *AβBC.* atque (*Aφ*)*alii.* ac *DE.* 15. ornamentis. Quibus quanta *D.* 16. multant *AB.* 17. depraetiant *Aβ.* 18. artem magnificant *om. A.* 19. malarum rerum, quarum *ego.* mala rerum quarum *Aφ.* mal.....quarum *Aβ.* malae rei, quarum *BCD.* malae rei, cuius *E. Fulv. Ursinus.* malae rei, qua tum *Ios. Scaliger.* malae rei? quorum *Fr. Iunius.* 20. actores *Fulv. Ursinus, Fr. Iunius.* 21. acceptissimis *B.*

Cap. XXIII. 1. status *A.* 2. velut sacerdos *E. Fulv. Ursinus.* ut sacerdos coronatus vel coloratus *om. A.* 3. curru rapiendum *CDE.* corrumpendum *AB.*

b. quibus viri animas, feminae autem] Sanavit hunc locum magnus Lipsius, cuius antequam emendationem noveram, ipse rescribendum putavi: *quibus viris animas feminis feminae aut illi etiam corpora sua sŭbsternunt.* Viri animas feminae essent effeminati, et iam in praecedentibus vocabulo „amantissimos" notati. Sexus autem masculi usus naturae contrarius perversaque corporum libido quantopere obtinuerint olim imprimis apud sequioris aevi Romanos sciunt qui satiricos poëtas et qui historiae Augustae scriptores tractarunt. De amoribus arenae cf. Iuvenal. Sat. VI, 110 sqq. Ceterum si dicit Septimius, scenicis, quadrigariis, xysticis, arenariis animas substernere viros, hoc explico non cum Rigaltio aliisque de perversa illa sexus libidine, sed quod viri quasi vinci ab istiusmodi spectaculis suos animos et frangi patiantur.

c. in ea committunt] h. e. in ea offendunt crimina.

d. offuscetur] Quasi obiecta infuscetur labe. (Fr. Iunius.)

Cap. XXIII. a. tot furiarum minister] Notat furiosa veterum circa aurigas sive agitatores studia, in quae saepenumero contrariis votis spectantium mentes scindebantur, aliis prasinae factioni, aliis venetae faventibus, unde animorum varii motus et varii status, pro varia scilicet agitatione, ministrati. — — Cassiodorus [Var. III, 51.] „Transit prasinus, pars populi maeret: praecedit venetus, et potior turba civitatis affligitur. Nihil proficientes ferventer insultant, nihil patientes graviter vulnerantur, et ad inanes contentiones sic descenditur, tamquam de statu periclitantis patriae laboretur." (Rigalt.)

b. ut sacerdos coronatus] Cf. De Corona cap. 10.

c. vel coloratus ut leno] Donat. De Tragoedia et Comoed. „Leno pallio varii coloris utitur." Cf. Taubm. ad Plaut.

adversus [4]Elian exornavit? Placebit [5]et ille, qui [6]vultus suos novacula mutat? infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno et Isidi et Libero proximam facere, insuper contumeliis alaparum sic [7]obicit[d], quasi de praecepto domini ludat? Docet scilicet [8]et diabolus verberandam maxillam patienter offerre. Sic et tragoedos [9]cothurnis extulit, quia nemo potest adicere cubitum unum ad staturam suam. Mendacem facere vult Christum. Iam vero ipsum opus personarum quaero an deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suae? Non amat falsum auctor veritatis; adulterium est apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem, sexus, aetates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrimas [10]asseverantem non probabit [11]qui omnem hypocrisin damnat. Ceterum cum in lege praescribit maledictum esse qui muliebribus vestietur[e], quid de pantomimo [12]iudicabit, qui etiam muliebribus [13]curatur[f]? Sane et ille artifex pugnorum impunitus ibit? Tales enim [14]cicatrices caestuum et callos pugnorum et [15]aurium fungos a deo, [16]cum plasmaretur accepit. Ideo [17]illi oculos deus commendavit, ut vapulando deficiant. Taceo de illo, qui hominem leoni prae se opponit, ne parum sit homicida [18]qui eundem[g] postmodum iugulat. Deut. XXII, 5.

4. Elian *A.* Heliam *reliqui.* 5. et ille *om. AE.* 6. voltus *A.* 7. obicit tãquam de *A.* 8. et *om. A.* 9. coturnis *Aφ.* 10. asseverantem *Aβ.* 11. qui omnem hypocrisin *BCDE.* omnem enim ypocrisin *A.* 12. iudicavit *A.* 13. curatur *(Aβ)BCDE.* cur....tur *Aφ.* utatur *Fulv. Ursinus.* 14. cicastrices tuum *Aβ.* 15. et rudium fungos *Latinius.* 16. cum plasmaretur *ABmgE.* cum suo plasmate *BCD.* 17. illi oculos deus commendavit *Bmg.* illos oculos commendavit *A.* illos oculos deus commendavit *E.* illi oculos deus plasmavit *BCD.* 18. qui *(Aβ)E.* quam qui *(Aφ)BCD.*

Pseud. IX, 2, 24. et Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 396.

d. contumeliis alaparum sic obicit] De alapis, quibus ad excitandum risum mimi sibi os percidi patiebantur, vel in vulgus hodie est notum. Cf. Buleng. De Theatr. cap. 56. Vulcan. ad Gloss. Graeco-Latin. p. 60. Salmas. ad Hist. Aug. Scriptt. p. 385. Turneb. Advers. XVIII, 33. Interpretes ad Arnob. Adv. Natt. VII, 33.

e. muliebribus vestietur] Cf. supra cap. 17.

f. muliebribus curatur] Qui nimirum et voce et gestu et incessu accuratissime effeminatur, ut saltandis feminarum fabulis pro femina haberi possit. (Rigalt.) Cf. supra cap. 17. „quam pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex esse posset.“ Ceterum „muliebribus“ malim hic accipere pro dativo, quam casu instrumentali. Curatur muliebribus h. e. curatur mulieribus representandis.

g. homicida qui eundem] Impeditum illud *quam*, quod vulgo ante *qui* legitur, quodque ex finali syllaba praecedentis vocabuli *homicida* corrupta ortum putaverim, iure eiecit Rigaltius. La Cerda defenderat locum ita interpretatus: Taceo de illo, qui hominem leoni opponit prae se, id est potius quam sibi, eligens scilicet ferocem bestiam. Sed quo fine? ne parum, id est minus, homicida sit quam leo ipse, qui eundem hominem postmodum iugulat. Vult scilicet, si non re, certe affectu non esse minus homicida quam leo. His nugis oppono Rigaltii verba, qui omnia illustrant: Gladiatoribus commissis populus nonnunquam deposcebat leonem, emisso leone gladiator periculo proximus, quacunque arte poterat, subtili recessu aut declina-

Cap. XXIV. [1]Quot adhuc modis [2]perorabimus nihil ex his, quae [3]spectaculis deputantur, placitum deo esse, aut congruens [4]dei servis, quod domino placitum non sit? Si [5]omnia propter diabolum instituta et ex diaboli rebus instructa monstravimus (nihil enim non [6]diaboli est [7]quicquid [8]dei non est vel deo displicet), hoc erit pompa diaboli, [9]adversus quam in signaculo [10]fidei[a] eieramus. Quod autem eieramus, neque facto neque dicto neque visu neque [11]prospectu participare debemus. Ceterum nonne eieramus et rescindimus signaculum rescindendo testationem eius? [12]Numquid ergo superest, ut ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi [13]nobis iam renuntient, an liceat Christianis spectaculo uti. Atquin hinc vel maxime intellegunt factum Christianum de repudio spectaculorum. Itaque negat manifeste, qui, per quod agnoscitur, tollit. Quid autem spei superest in [14]huismodi homine? Nemo in castra hostium transit, [15]nisi proiectis armis suis, nisi destitutis signis et sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire[b].

Cap. XXV. An ille [1]recogitabit eo tempore de deo, positus illic [2]ubi nihil est de deo? Pacem, opinor, habebit in animo contendens pro auriga? pudicitiam ediscet attonitus [3]in animos? Immo in omni spectaculo nullum magis scandalum occurret, [4]quam ipse ille mulierum et virorum accuratior cultus. Ipsa consensio, [5]ipsa in favoribus aut conspiratio aut dissensio inter se de commercio scintillas libidinum [6]conflabellant. Nemo denique in spectaculo iucundo

Cap. XXIV. 1. quod adhuc *AB*. 2. perorabimus *BCDE*. sperabimus *ABmg*. 3. expectaculis *A*. 4. servo dei *AE*. 5. omnia praeter *A*. 6. diabolo est *A*. 7. vel quidquid *E*. 8. dei non est vel *om. A*. 9. adversus quem *A*. 10. fidei eramus neque facto *A*. 11. conspectu *Aβ*. 12. Numquid *Aβ*. 13. nobis iam *A*. iam nobis *reliqui*. 14. eiusmodi *A*. 15. nisi proiectis armis suis *om. A*.

Cap. XXV. 1. rogitabit *ABmg*. 2. ubi *om. A*. 3. immimos *A*. 4. quem et ille ipse *A*. 5. ipsa in favoribus aut conspiratio aut dissensio *om. A*. 6. flagellant *Aβ*.

tione commilitonem opponebat. Plerumque autem accidebat, ut secundus iste gladiator post rem cum leone feliciter gestam repetita commissione gladiatoria cum primo illo compositus iugularetur. Hac ratione primus ille Tertulliano dicitur „non parum homicida," hoc est iterum homicida, nempe iam semel, cum hominem leoni prae se opposuit, iterum vero, cum eundem ipsum cuius se corpore texerat, postmodum iugulavit. Denique non parum homicida est qui servatorem suum iugulat.

Cap. XXIV. a. signaculo fidei] Significat baptismum, uti supra cap. 4. Vita S. Epicteti Martyris „Et perveniens Vigilantius ad beatissimos martyres Epictetum et Astionem in custodia carceris *signaculum vitae* ab eis promeruit accipere. Prochorus in Vita Ioannis Apostoli cap. 22. „Et procidens Chrysippa ad pedes apostoli orabat et dicebat: Optime magister, da mihi *signaculum Christi*, et filio meo." Paulin. Epist. I. ad Delphinum, a quo fuerat baptizatus „Et plantans maceriam *signaculi salutaris*, qua ab incursu silvestris apri et pastione ferocis onagri muniremur, adstrixeris." Augustin. de Catechizandis Rudibus cap. 26. omnia sacramenta vocat signacula, ut et Gregorius Nazianz. Orat. XL. (La Cerda.)

b. nisi factus simul perire] Scit de-

prius cogitat, nisi videri et videre. Sed tragoedo vociferante[a] exclamationes [7]ille alicuius prophetae retractabit? et inter [8]effeminati histrionis modos psalmum secum comminiscetur? et cum athletae agent, ille dicturus est repercutiendum non esse? poterit [9]et de misericordia [10]moveri[b] defixus in morsus ursorum et spongias retiariorum?[c] Avertat deus a suis tantam voluptatis exitiosae cupiditatem. Quale est enim de ecclesia dei in diaboli ecclesiam tendere? de caelo, quod aiunt, in [11]caenum? illas manus, quas ad [12]deum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo Amen in Sanctum protuleris,[d] gladiatori testimonium

7. illae *BC.* 8. effeminati histrionis *E.* effeminati lib.... *A.* effeminati liberi *Bmg.* effeminationis *BCD.* 9. et de *(Aβ)BCDE.* autem *Aφ.* 10. moneri defixus in *Scipio Maffeius l. l. p.* 115. moveri aut in *A.* 11. caenum *Aβ.* 12. deum *AE.* dominum *reliqui.*

sertor sibi una cum hoste, ad quem transit, pereundum esse, si princeps, quem deseruit, victor e bello evadat.

Cap. XXV. a. tragoedo vociferante] Illustrat hunc locum Desid. Herald. ad Arnob. p. 276 sq. ed. LB.

b. de misericordia moneri] Praepositio *de* habet vim instrumentalem, quam Scipio Maffeius et quidam alii non percipientes ille „de misericordia *moneri*," ceteri „misericordia *moveri*" deleta praepositione scribere volebant. Sed is usus praepositionis proprius est cum omnibus Afris, tum Tertulliano. Apolog. cap. 1. „si ad hanc solam speciem auctoritas vestra *de iustitiae diligentia* in publico aut timet aut erubescit *inquirere*." Ibid. cap. 9. „O Iovem Christianum, et solum patris filium *de crudelitate!*" Ibid. cap 23. „qui *de deo pati* existimantur," et in fine eiusdem capitis „*Colitis* illos, quod sciam, etiam *de sanguine* Christianorum." Ibid. cap. 50. „Et tamen illis omnibus et statuas defunditis et imagines inscribitis et titulos inciditis in aeternitatem; quantum *de monumentis* potestis scilicet, praestatis et ipsi quodammodo mortuis resurrectionem." V. Hildebr. ad Apul. Metam. VIII, 8. p. 668. et ad Arnob. Adv. Natt. I, 39. p. 61 sq. Hand Tursellin. II, p. 219 sqq.

c. et spongias retiariorum] Spongias dicit retia sic apta certamini, ut effusa in adversarium sese expanderent confestimque contracta sic prehensum attraherent, non ut vivus caperetur, sed ut retiarii fuscina sive tridente confoderetur. Tale fortean fuit rete, quo Pittacus Phrynona pancratiasten singulari certamine involutum correptumque interfecit. *Σπόγγον* Graeci dixere *παρὰ τὸ σπᾶν*, et *σφόγγον*, quod propius accedit ad verbum *σφίγγειν;* utrumque retiariorum certamini conveniens. Nam sunt retiarii *σπαστικοὶ πρὸς αὐτούς.* (Rigalt.) Turneb. Adv. XVIII, 33. spongias attribuit retiariis ad siccanda vulnera et reprimendum sanguinem. Cf. Plin. XXXI, 11. Isidor. Origg. XII, 6, 60. Nudi enim pugnare solebat illud gladiatorum genus. Cf. Sueton. Calig. cap. 30. Iuvenal Sat. II, 143. et VIII, 205 sqq. Dio Cass. LXXII, 19. Isidor. Origg. XVIII, 54. et 55. Lipsius contra Sat. Serm. II, 8. p. 940. (cf. De Milit. Rom. III, 6. p. 152.) ed. Vesal. ex loco Livii IX, 40. de armatura Samnitium etiam retiariis dat spongias pro thorace. Lipsio ego assentior. Turnebum sequuntur Iunius et La Cerda, qui suae sententiae assertorem affert insuper Baronium Annal. tom. I. p. 178., tradentem de antiquo sarcophago, quod asservabatur Romae in aedibus Tiberii Cenoli, in quo insculptus minister Adonidi ab apro recenter vulnerato spongiam admovens. Scipio denique Maffeius De Amphith. p. 115. et in Tertulliani loco et in Suetonii August. cap. 85. (cf. Macrob. Saturn. II, 4.) „spongiam" significare putat armorum quoddam acuminatum genus, ensem vel fuscinam. Retiarii imaginem habes apud Gor. Inscr. Etrusc. tom. III, p. 99. et ap. Marin. Fratr. Arval. p. 165.

d. Amen in Sanctum protuleris] Sanctum intellege mysterium, sacramentum, corpus domini. Etenim fidelis quisque oblatam sibi a praeside eucharistiae buccellam cum his verbis „Corpus Christi" accipiens dicebat „Amen," quod est Fiat. Augustin. Serm. Ad Infantes de Sacram. „Si ergo vos estis corpus Christi

[13] reddere, *ἀπ' αἰῶνος* alii omnino dicere[c], nisi deo [14] et Christo?

Cap. XXVI. Cur ergo non [1] eiusmodi[a] etiam daemoniis penetrabiles fiant? Nam et exemplum accidit domino teste eius mulieris, quae [2] theatrum adiit et inde cum daemonio [3] rediit. Itaque in [4] exorcismo cum oneraretur[b] immundus spiritus, quod ausus esset fidelem [5] aggredi, constanter[c], Et iustissime quidem, [6] inquit, feci: in meo eam inveni. [7] Constat et alii linteum[d] in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragoedum audierat, cum exprobratione [8] nominato tragoedo, nec ultra quintum diem eam mulierem in saeculo fuisse. [9] Quot

13. reddere his apaeonos *A.* reddere *εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος E.* reddere *εἰς αἰῶνας reliqui.* 14. et Christo *AE.* Christo *reliqui.*

Cap. XXVI. 1. huiusmodi *E.* 2. theatrum agat et *A.* 3. redit *A.* 4. exorchismo *A.* 5. aggredi *Aβ.* 6. inquid *Aβ.* 7. Constat et *om. A.* 8. nominatim tragoedo *A.* nominatim tragoedi *E.* 9. Quot *E. Fulv. Ursinus.* Quod *Aφ.* Quo *reliqui.*

et membra, mysterium vestrum in mensa domini positum est. Mysterium domini accipitis. Ad id quod estis Amen respondetis et respondendo subscribitis. Audis ergo *Corpus Christi* et respondes *Amen.* Esto membrum corporis Christi, ut verum sit Amen. Ambros. De Sacram. IV, 5. „Dicit tibi sacerdos *Corpus Christi,* et tu dicis *Amen,* hoc est Verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus." Cornelius Episcopus Rom. in illa epistola, quae refertur ab Eusebio Hist. Eccles. V, 31., iure notavit sacrilegam Novati mentem eo quod ab suarum partium fratribus eucharistiam accipientibus pro formula solenni, qua porrigenti sacramentum dicentique Corpus Christi respondebatur Amen, insiurandum adversus Pontificem Rom. exegit (*ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ ἀμήν.*). (Rigalt.)

c. alii omnio dicere] Acclamabatur ita victoribus. Dio Cass. LXXII, 20. „*Καὶ κύριος εἶ, καὶ πρῶτος εἶ, καὶ πάντων εὐτυχέστατος. νικᾶς, νικήσεις, ἀπ' αἰῶνος, Ἀμαζόνιε, νικᾶς.*" Id. LXIII, 20. „*Ὀλυμπιονίκα, οὐᾶ, Πυθιονίκα, οὐᾶ, Ἄνγουστε, Ἄνγουστε· Νέρωνι τῷ Ἡρακλεῖ, Νέρωνι τῷ Ἀπόλλωνι· ὡς εἰς περιοδονίκης, εἰς ἀπ' αἰῶνος, Ἄνγουστε, Ἄνγουστε· ἱερὰ φωνή· μακάριοι οἱ σοῦ ἀκούοντες,*" ad quem locum v Reimari adnotationem. Et sic principibus quoque longam precabantur vitam. Aelian. V. H. I, 32. „*Ὦ βασιλεῦ Ἀρταξέρξη, δι' αἰῶνος βασιλεύοις!*" Concil. Chalced. Act. IV. „*πολλὰ δὲ ἔτη τῶν βασιλέων, πολλὰ δ' ἔτη τῆς Αὐγούστης.*" Coripp. De Laud. Iust. Min. II, 168. „Iustino vitam ter centum vocibus optant, Augustae totidem Sophiae plebs tota reclamat. Mille canunt laudes vocum discrimina mille, Iustinum Sophiamque pares duo lumina mundi esse ferunt, Regnate pares in saecula dicunt, felices annos dominis felicibus orant." Id. III, 75. „Augustis vitam laetis clamoribus optant. Post senium, dicunt, sese invenescere mundus gaudet et antiquae repetit primordia formae." Sed haec magis pertinent ad Apolog. cap. 35.

Cap. XXVI. a. eiusmodi] Voce *eiusmodi* Tertullianus haud raro utitur pro substantivo, ita quoque ut cum praepositionibus struat. Exempla proponam collecta ad De Baptismo cap. 12.

b. oneraretur] h. e. obligaretur, accusaretur. Vox forensis. Cf. Apolog. cap. 1. „Quam iniquitatem idem titulus et *oneral* et revincit qui videtur excusare, ignorantia scilicet." Ad Natt. I, 2. „Credo, non vultis *oneratos* quos omni opere perditos vultis, aut non putatis requirenda quae nostis." Ibid. I, 10. „Quo magis *oneramini* credentes esse et contemnentes, colentes et despuentes, honorantes et lacessentes."

c. Constanter] Cum Fr. Iunio et Rigaltio *constanter* struo cum *inquit.*

d. linteum] Ominis causa. Linteum interpretor sindonem. Velamina cadaveris Christi Hieronymiana Matth. XXVII, 59. Marc. XV, 46. Luc. XXIII, 53. appellat *sindonem,* sed Joann. XIX, 40. *lintea.* Ita etiam Paulin. Nol. V. S. Martini I,

utique et alia documenta [10]cesserunt[e] de his, qui cum diabolo apud spectacula [11]communicando[f] a domino exciderunt! Nemo enim potest duobus dominis servire. Quid luci cum tenebris[g]? quid vitae et morti? Matth. VI, 24. II. Cor. VI, 24.

Odisse debemus istos conventus et coetus ethnicorum, [1]vel quod illic nomen [2]dei blasphematur, illic [3]quotidiani in nos leones expostulantur, inde persecutiones [4]decernuntur, inde temptationes emittuntur. Quid facies in illo suffragiorum [5]impiorum aestuario[a] deprehensus? Non quasi aliquid illic pati possis ab hominibus (nemo te cognoscit Christianum), sed recogita, quid de te fiat in caelo. [6]Dubitas illo enim momento, [7]quo diabolus in ecclesia furit, omnes angelos prospicere de caelo et singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo adversus deum [8]ministraverit? [9]Non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentiarum, ipsumque aërem, qui desuper incubat, [10]scelestis vocibus constupratum? Sint dulcia [11]licebit et grata et simplicia, etiam honesta quaedam. Nemo venenum temperat felle et elleboro, sed conditis pulmentis et bene saporatis[b] et plurimum dulcibus id mali inicit. Ita et diabolus letale, [12]quod conficit, rebus dei gratissimis et acceptissimis imbuit. Omnia illic seu fortia, seu honesta, seu sonora, seu canora, seu subtilia, proinde habe [13]ac si stillicidia mellis [14]de lucunculo[c] venenato; [15]nec tanti gulam facias voluptatis, quanti periculum per suavitatem. Cap. XXVII.

10. accesserunt *Fr. Iunius.* 11. communicanda exciderunt *A.*

Cap. XXVII. 1. vel quod *BCDE.* quoniam *A.* 2. dei *om. A.* 3. cotidiani in nos *BCD.* in nos quotidiani *AE.* 4. decernuntur in nos temptationes *om. A.* 5. impiorum aestu. Carior reprehensus (deprehensus *Aβ*) *A.* 6. Dubitas illo enim *AB.* Dubitas illo eum *Bmg.* Dubitas enim illo *reliqui.* 7. quo diabolus in ecclesia furit *ABmg.* quo diabolus in ecclesiam furit *E. Fulv. Ursinus.* quod in diaboli ecclesiam fueris *B.* quo in diaboli ecclesia fueris *CD.* 8. ministraverit *AE.* administraverit *reliqui.* 9. Non *ACDE.* Num *B.* 10. scelestibus gaudeamus *A. Omnia igitur inde a vocabulo* vocibus *usque ad verba* ut cum lugere coeperint, *quae leguntur in medio capite XXVIII. in Agobardino libro omissa sunt.* 11. licebit *BC.* licet *DE. liber Clementis.* 12. quo conficit *D.* 13. ac si *BCDE.* ac *Fr. Iunius.* 14. de lucunculo venenato *Fr. Iunius, Ios. Scaliger.* delivacunculo venenatu *B.* de libacunculo venenato *CD.* de ranunculo venenato *E. Fulv. Ursinus.* 15. nec tangi *B.* ne tanti *Fr. Iunius.*

314. loquens de defuncto: „— motantur *lintea* membris.“

e. cesserunt] h. e. derivantur. Itaque non opus erit coniecturis Ursini et Iunii.

f. communicando] h. e. conversando. Cf. supra cap. 3. „quod *in concilio et in consessu* Iudaeorum de necando domino consultantium non *communicavit.*“ Cf. adnot. ad cap. 12.

g. Quid luci cum tenebris?] Hellenismus. Johann. II, 4. „*Τί ἐμοὶ καί σοι γύναι*;“ (Fr. Iunius.)

Cap. XXVII. a. aestuario] Cf. I. Fr. Gronov. Observ. in Scriptt. Eccles. cap. 18. p. 650. ed. Frotsch.

b. saporatis] Cf. Turneb. Adverss. XXVIII, 45.

c. de lucunculo] Cf. Hildebr. ad Apol. Metam. X, 13. Rigaltius figmentum suum *ranunculum* his verbis interpretatur: Ut si quis favum mellis una cum ranae rubetae pulmonibus exprimat. Nam inde confusa veneno mella stillabunt, mella quidem, sed venenata. Iuvenal. [Sat. I,

Cap. XXVIII. Saginentur eiusmodi dulcibus convivae sui[a]. Et loca et tempora et [1]invitator ipsorum est. Nostrae coenae, nostrae nuptiae [2]nondum sunt. Non [3]possumus cum illis discumbere, quia nec illi nobiscum. Vicibus disposita res est. Nunc illi laetantur, nos con-
Ioan. XVI, 20. flictamur. Saeculum, inquit, gaudebit, vos tristes eritis. Lugeamus ergo dum ethnici gaudent, ut cum lugere coeperint, gaudeamus, ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. [4]Delicatus es Christiane, si et in saeculo voluptatem concupiscis, immo nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. Philosophi [5]quidem hoc nomen quieti [6]et tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea avocantur, in ea etiam gloriantur. Tu mihi [7]metas et scenas et pulverem et [8]arenam suspiras. Dicas velim: Non possumus vivere sine voluptate qui mori cum voluptate debebimus? Nam [9]quod est aliud votum nostrum, quam quod et apostoli, [10]exire de saeculo et recipi
Philipp. I, 23. apud dominum? [11]Hic voluptas, ubi et [12]votum.

Cap. XXIX. Iam nunc [1]si putas delectamentis [2]exigere spatium hoc, cur tam ingratus es, [3]ut tot et tales voluptates a deo contributas tibi satis non habeas neque recognoscas? Quid enim iocundius, quam dei patris et domini [4]reconciliatio, quam veritatis revelatio, quam errorum recognitio, quam tartorum retro[a] criminum venia? Quae maior voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis, quam saeculi totius contemptus, quam vera libertas, quam conscientia integra, quam vita sufficiens, quam mortis timor nullus? [5]quod calcas[b] deos nationum? quod daemonia expellis? quod medicinas facis? quod revelationes petis? quod deo vivis? [6]Hae voluptates, haec spectacula Christianorum sancta, perpetua, gratuita. In his tibi [7]circen-

Cap. XXVIII. 1. imitator *B.* 2. nondum sum *B.* 3. possumus *E. Fulv. Ursinus.* possum *BCD.* 4. Dilicatus *A.* 5. quidem *AβBCD.* quidam *(Aφ)E. Fr. Iunius.* 6. et tranquillitati dederunt *om. A.* 7. moetas et scaenam *A.* 8. arenam *AE.* harenas *BCD.* 9. quod et aliud *Aβ.* 10. exire de saeculo et *om. A.* 11. Hic *E. ex emendatione Fulvii Ursini.* Haec *libri omnes.* 12. votum *ABmgCDE.* vitium *B.* votum iam. *Fr. Iunius.*

Cap. XXIX. 1. si putas *BCD.* putas *(Aφ.)* puta *(Aβ)E.* 2. erigere *B.* 3. ut putes tales a deo *A.* 4. reconciliatio quam quam errorum *Aβ.* reconciliatio quam errorum *Aφ.* 5. quot calcas *A.* 6. Haec voluptates *A.* 7. circenses ludos *AE.* ludos circenses *reliqui.*

70.] „— quae molle Calenum Porrectura viro miscet sitiente rubetam.“ et [Sat. VI, 659.] „At nunc res agitur tenui pulmore rubetae“, et [Sat. III, 44.] „ranarum viscera nunquam Inspexi.“ Addo de rana rubeta Plin. Hist. Nat. XXXIII, 5.

Cap. XXVIII. a. convivae sui.] Dixit „sui“ pro „eius“, de quo usu v. Ruddim. Instit. Gramm. II, p. 54., et quos citat Hildebrandus ad Apul. Metam. IX, 15. p. 787., interpretes ad Vergil. Aen. IV, 633. Cort. ad Cic. Fam. XI, 11, 2. Drakenb. ad Sil. XII, 33. Plurima huius usus exempla ex libris ICtorum proponit Dirksen Man. Latin. Font. ICt. p. 939. s. v.

Cap. XXIX. a. retro] h. e. quae antea sunt commissa. *Retro* pro „antea“ positi innumerabilia sunt in Tertulliani scriptis exempla. Pauca protuli supra ad cap. 9.

b. calcas] h. e. inculcas, de quo verbo adnotabo ad Scorp. cap. 6.

ses ludos interpretare, cursus saeculi intuere, tempora labentia, [8]spatia [9]dinumera, metas consummationis expecta, societates ecclesiārum [10]defende, ad signum dei suscitare, ad tubam angeli erigere, ad [11]martyrii palmas gloriare. [12]Si scenicae doctrinae delectant, satis nobis [13]litterarum est, [14]satis versuum est, satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis vocum, nec fabulae, sed veritates, nec strophae[c], sed simplicitates. Vis et [15]pugillatus et luctatus? Praesto sunt non [16]parva et multa. Aspice [17]impudicitiam deiectam a castitate, perfidiam [18]caesam a fide, [19]saevitiam a misericordia contusam, petulantiam a modestia [20]obumbratam, et tales [21]sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. Vis autem et sanguinis aliquid? habes Christi.

Quale autem spectaculum in proximo est adventus domini iam Cap. XXX.
indubitati[a], iam superbi, iam triumphantis! quae illa exultatio [1]angelorum, quae gloria resurgentium sanctorum! quale regnum exinde iustorum! qualis civitas nova Hierusalem! At enim supersunt alia spectacula, ille ultimus et perpetuus iudicii dies, ille nationibus insperatus, ille derisus[b], cum tanta saeculi vetustas et tot eius nativitates[c] uno [2]igni haurientur. Quae tunc spectaculi latitudo[d]! quid admirer? quid rideam? ubi gaudeam? ubi exultem, [3]spectans tot ac tantos reges, qui in caelum recepti [4]nuntiabantur, [5]cum ipso

8. spatia *om. C. errore typographi, ni fallor.* 9. dinumera et has consummationes specta *A.* 10. defend *A.* 11. martyrum *AE.* 12. Si scãe do.....ae delectant *Aβ.* si scenicae delectant *Aφ.* 13. litterarum et satis *Aβ.* litterarum satis *Aφ.* 14. versuum est satis *om. Aβ.* 15. pugillatusque praesto *Aβ.* pugillatus praesto *Aφ.* 16. parva et multa *ego.* par....sint multa *Aβ.* parva sed multa *(Aφ)BCD.* parva simul *E.* pauca, sed multa *Fulv. Ursinus, Latinius.* 17. impudiciciam *Aβ.* impudiciam *Aφ.* 18. caesas *A.* 19. saevitiam misericordia *A.* 20. adumbratam *BC.* 21. sunt *om. Aφ.*

Cap. XXX. 1. angelorum gloria *A.* 2. igni *AβBC.* igne *(Aφ)DE.* 3. spectans tot ac tantos reges *BCD.* tot spectans reges *AE.* 4. nunciabantur *Aβ.* 5. cum ipso Iove et ipsis suis testibus *BCDE.* cum ipso Iove et sis testibus *Aβ.* cum Iove ipso et sistestibus *Aφ.*

c. strophae] Sunt technae et fraudes, quales in fabulis mimicis. Ad Natt. I, 10. „deos vestros in *strophis* et iocis rideatis.“ Apolog. cap. 15. „utrum mimos an deos vestros in *strophis* et iocis derideatis.“ De Anima cap. 28. „qui talem commentatus est *stropham*.“ Adv. Marcion. III, 10. „quam *stropham* administrasset.“ Plin. Epist. XVIII, 1. „Ego aliquam *stropham* inveniam agamque causam tuam.“ Aldhelmo De Virgin. cap. 6. ponuntur synonyma *strophae* et *deceptiones*. Gloss. Amplon. (a me editum in Jahn et Klotz Jahrb. 1847. Suppl.) p. 374. „*Stroffa*, callida versutia.“ Plura exempla suppeditabit Du Cangii Gloss. Med. et Inf. Latin. tom. VI, p. 392. s. v. *Strophus*.

Cap. XXX. a. indubitati] Quem iam omnes terrarum gentes dominum suum agnoscant.

b. ille derisus] Minuc. Felic. Octav. cap. 11. „Nec hac furiosa opinione contenti aniles fabulas adstruunt et adnectunt, renasci se ferunt post mortem et cineres et favillas, et nescio qua fiducia mendaciis suis invicem credunt; putes eos iam revixisse.“

c. nativitates] Sunt *γενέσεις*. Ad ipsum locum cf. II Petr. III, 10.

d. latitudo] Quot et quanta occurrent in illo spectaculo consideranda! (Rigalt.)

Iove et ipsis suis testibus in imis tenebris [6]congemescentes[e]! item praesides persecutores dominici nominis [7]saevioribus quam ipsi flammis saevierunt insultantibus contra Christianos liquescentes! [8]quos praeterea sapientes illos philosophos coram discipulis suis una conflagrantibus erubescentes, quibus nihil ad deum pertinere suadebant, quibus animas aut nullas aut non in pristina corpora [9]redituras affirmabant! etiam poëtas non ad [10]Rhadamanti, nec ad Minois, sed ad inopinati Christi tribunal palpitantes! [11]Tunc [12]magis tragoedi audiendi, magis scilicet vocales[f] in sua propria calamitate; tunc histriones cognoscendi, solutiores[g] multo per ignem; tunc [13]spectandus auriga, in flammea rota[h] [14]totus rubens; [15]tunc xystici contemplandi non in gymnasiis, [16]sed in igne iaculati[i], nisi quod [17]ne tunc quidem illos velim visos, ut qui malim ad eos potius conspectum insatiabilem conferre, qui [18]in dominum desaevierunt. Hic est ille, dicam, fabri aut [19]quaestuariae filius[k], sabbati destructor, Samarites, et daemonium habens. [20]Hic est, quem a Iuda redemistis, hic est ille [21]arundine et colaphis diverberatus, sputamentis dedecoratus, felle et aceto potatus[l]. Hic est, quem clam discentes[m] subripuerunt, ut [22]resurrexisse dicatur, vel [23]hortulanus detraxit, ne lactucae suae frequentia commeantium [24]laederentur[n]. Ut talia spectes, ut talibus exultes, quis tibi praetor aut consul aut

6. congemescentes *A.* congemiscentes *reliqui.* 7. saevioribus quam ipsi flammis saevierunt insultantibus contra Christianos (Christianis *D. ex libro Clementis*) *BCD.* saevioribus quam ipsi contra Christianos saevierunt flammis insultantibus *E. Fulv. Ursinus.* scti (scu *Aφ.*) flammis saeuerunt insultantibus contra Christianos *A.* 8. quos praeterea *ABCD.* praeterea *E. Fulv. Ursinus.* 9. redituras *A.* 10. Rhadamanthy nec ad minonis *A.* 11. Tum *A.* 12. tragoedi audiendi magis *om. A.* 13. exspectandus *Aφ.* 14. totus ruber *AE.* 15. tunc exy..... contemplandi *A.* 16. sed igne *Aφ.* 17. ne tunc quidem *A.* nec tunc quidem *reliqui.* 18. in dño desaevierunt *Aβ.* 19. quaestuarii *D.* 20. Hic est quem a Iuda redemistis *om. A.* 21. harundine *Aβ.* 22. surrexisse *A.* 23. ortolanus *A.* 24. adlaederentur (adlederentur *A.*) *AE.*

Latitudo hic est pro „amplitudo." De Idololatr. cap. 2. „praecavenda sit idololatriae *latitudo*."

e. congemescentes] Ita edidi ex libro Agobardi. Dicitur enim *congemesco* et *congemisco*, ut *tremesco* et *tremisco*, *delitesco* et *delitisco*, *vivesco* et *vivisco*, alia.

f. magis scilicet vocales] Cf. supra cap. 25.

g. solutiores] Soluti histriones, quia mollitia et lascivia effeminati ac paene ultra feminam fluentes, solutiores vero per ignem membris ustulatione liquescentibus. (Rigalt.)

h. in flammea rota] *Rotam* interpretor ipsum currum, per synecdochen. Exempla poëtae suppeditant. „Rubens" posuit respectu factionis russatae. Cf. supra cap. 9.

i. in igne iaculati] „Iactati mari igniſluo" interpretatur La Cerda. Equidem in *igne* iaculatos accipio pro in *ignem* iaculatis. In enim praepositionem cum ablativo struxisse hic suadebat respectus eorum, quae praecedebant „in gymnasiis." Cf. quae de hac praepositionis structura adnotavero ad Scorpiac. cap. 3.

k. quaestuariae filius] Hunc locum ante oculos habuisse videtur Hieronymus, cum scriberet ad Heliodorum (Tom. IV, P. II, p. 12. ed. Bened.) „Hic est ille *operarii et quaestuariae filius*, hic qui matris gestatus sinu hominem deus fu-

quaestor aut sacerdos de sua liberalitate praestabit? Et tamen haec iam quodammodo habemus per fidem spiritu imaginante repraesentata. [25]Ceterum qualia illa sunt, quae nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis [26]ascenderunt? Credo, circo et utraque [27]cavea° et omni stadio gratiora.

25. Caeterum *Aβ*. 26. ascendit *A*. 27. caula *B*. *Subscriptum est in Aβ*: EXPLICIT DE SPECTACVLIS.

git in Aegyptum, hic vestitus coccino, hic sentibus coronatus, *hic magus daemoninm habens et Samarites.*" Cf. Theodoret. H. S. III, 11.

l. felle et aceto potatus] Nota transitivi *potare* verbi passivum. Vergentis aevi scriptores enim ponebant *potare* pro „potum praebere," ut exempla docent apud Du Cang. tom. V, p. 376. s. v.

m. discentes] Discipuli. Cf. adnot. ad De Patient. cap. 3.

n. laederentur] Rigaltius librum Agobardi secutus *adlaederentur* edidit, cuius compositi analoga sane occurrunt apud Tertullianum. Hoc tamen loco vereor, ne is qui scripsit Agobardinum non *adlaederentur* sed *adliderentur* scribere voluerit.

o. utraque cavea] Amphitheatro et Theatro. Cf. etiam Lips. De Amphith. cap. 2.

DE

IDOLOLATRIA.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat librum Agobardi (*Aβ* ex collatione Steph. Baluzii, *Aφ* ex collatione Hildebrandi).

B - editionem principem Ioh. Gangneii a. MDXLV. (*Bmg* significat scripturam ex margine huius editionis prolatam).

C - - Sigism. Gelenii a. MDLXII. Gelenius ad emendandum hunc librum codice manuscripto Anglico, Masburensi, erat usus.

a - - Iacobi Pamelii a. MDLXXIX.

b - - Nicol. Rigaltii a. MDCXXXIV.

DE

IDOLOLATRIA.

Principale crimen generis humani, summus [1]saeculi reatus, Cap. I.
tota causa[a] iudicii idololatria. Nam etsi suam speciem tenet unumquodque delictum, etsi suo [2]quoque[b] nomine iudicio destinatur, in idololatriae tamen crimine expungitur. Omitte titulos, [3]opera[c] recognosce, idololatres [4]item homicida est. Quaeris quem [5]occiderit? Si quid ad elogii ambitionem[d] facit, non extraneum, nec inimicum, sed [6]ipsum se. Quibus insidiis? erroris sui. [7]Quo telo? offensa dei. Quot plagis? quotquot idololatriis. Qui negat idololatren perisse, is [8]negabit idololatren homicidium fecisse. [9]Proinde adulterium et stuprum in eodem recognoscas; nam qui falsis deis servit, sine dubio adulter est [10]veritatis, quia omne falsum adulterium est. Sic et [11]in stupro mergitur. Quis enim immundis spiritibus [12]cooperator[e] non [13]conspurcatus et constupratus incedit? Atque adeo scripturae sanctae stupri vocabulo utuntur[f] in idololatriae exprobratione. Fraudis condicio ea [14]est, opinor, si quis alienum ra-

Cap. I. 1. saeculi *Aβ*. 2. quodque *Fr. Iunius, Ios. Scaliger.* 3. opera *Latinius.* operas *libri omnes.* 4. item *ego.* idem *libri omnes.* 5. occident *B.* 6. ipsum se *Ab.* seipsum *reliqui.* 7. quod telo *Aφ.* 8. negavit *A.* 9. Perinde *C.* 10. veritatis, quia omne falsum adulterium est *om. A.* 11. in *om. Ab.* 12. cooperator *ABmg.* operatus *BCab.* 13. conspurgatus *A.* 14. est *om. A.*

Cap. I. a. tota causa] Quod in se complectitur omnia, quae in iudicium venient. Illo nimirum supremi iudicii die. (Rigalt.)

b. quoque] Qualecunque id sit. De verbo *expungere* cf. quae adnotavi ad Scorpiac. cap. 10.

c. opera] Sic restituendum erat. Cf. initium capitis secundi.

d. elogii ambitionem] Quo enim amplius elogium, eo gravius solet esse delictum. De voce *elogium* dixi ad De Corona cap. 5. *Ambitio* pro ambitu saepius occurrit apud Tertullianum. Apolog. cap. 7. et Natt. I, 7. „quantacumque illud *ambitione* diffusa sit.“ De Ieiun. cap. 17. „Illis *ambitio* corporis suppetit.“ De Anima cap. 25. „tota ventris *ambitio* pulsetur.“ De Virg. Veland. cap. 8. „naturaliter consecutus *ambitionem* capillorum.“

e. cooperator] Revocavi antiquam scripturam. Nequam et immundi spiritus operantur diabolo et serviunt, item qui illis sunt cooperatores.

f. utuntur] Cf. Ezech. XXIII.

piat aut alii debitum deneget, et utique [15]erga hominem admissa fraus maximi criminis nomen est. [16]At enim idololatria fraudem deo facit, honores illi suos denegans et conferens aliis, ut fraudi etiam contumeliam coniungat. Quodsi tam fraus quam stuprum atque adulterium mortem [17]afferunt, [18]iam in his aeque idololatria de [19]homicidi reatu non liberatur. Post talia crimina, tam exitiosa, tam devoratoria salutis, cetera quoque aliquem [20]ad modum et seorsum proinde disposita in idololatria condicionem suam [21]repraesentant. In illa et concupiscentiae saeculi. Quae enim idololatriae [22]sollemnitas sine ambitione cultus et ornatus? In illa lasciviae et ebrietates, cum plurimum victus et ventris et libidinis causa [23]frequententur. In illa iniustitia. Quid enim iniustius ea quae iustitiae patrem nescit? In illa etiam vanitas, cum tota eius ratio vana sit. In illa [24]mendacium, cum tota substantia eius mendax sit. Ita fit, ut omnia in idololatria et in omnibus idololatria [25]deprehendatur. Sed et alias, cum universa delicta adversus [26]deum sapiant, nihil autem, quod [27]adversus deum sapiat[g], non daemoniis et immundis spiritibus deputetur quibus idola mancipantur[h], sine dubio [28]idololatrian admittit quicunque delinquit. Id enim facit quod ad idolorum mancipes[i] pertinet.

Cap. II. Sed universa nomina criminum discedant in operum suorum proprietates, [1]remaneat idololatria in eo quod ipsa est. Sufficit sibi tam inimicum deo nomen, tam locuples substantia criminis, quae tot ramos porrigit, tot venas [2]diffundit, ut de hoc cum maxime materia suscepta sit, quot modis nobis praecavenda sit idololatriae latitudo[a], quoniam multifariam servos dei nec tantum ignorata, sed etiam dissimulata subvertit. Plerique [3]idololatrian simpliciter [4]existimant his solis modis interpretandam, [5]si quis aut

15. arga *A.* 16. At enim ad idololatria *A.* 17. afferunt *Aβ.* 18. iam his aeque *Fr. Iunius.* 19. homicidi *A.* homicidii *reliqui.* 20. ad aliquem modum *BCa.* 21. repraesentat *AB.* 22. sollempnitas *Aβ.* 23. frequentantur *ab.* 24. mendatium *Aβ.* 25. deprachendatur *Aβ.* 26. deum (dm̄ *A.*) *Ab.* dominum *reliqui.* 27. aversus *b.* 28. idololatriam *A.* idololatriam *reliqui.*

Cap. II. 1. remaneant. Idololatria *A.* 2. diffundit *b. Fulv. Ursinus.* defundit *ABCa.* 3. idololatrian *A.* 4. existimantes solis *A.* 5. si quid aut *A.*

g. adversus deum sapiant] Cum omnia delicta non alias sint nisi in deum delicta.

h. mancipantur] Apolog. cap. 21. „si eidem deo *manciparemur*." Ibid. cap. 24. „cui nos *mancipamur*."

i. idolorum mancipes] Apolog. cap. 11. „Inprimis quidem necesse est concedatis aliquem sublimiorem deum et *mancipem* quendam *divinitatis*, qui ex hominibus deos fecerit." Ad Natt. II, 13. „Ita nullus vobis datur renuendi locus esse *mancipem* quendam *divinitatis*." Ibid. I, 9. „Sed quid ego mirer vana vestra, cum ex forma naturali concorporata et concreta intercessit malitia et stultitia sub eodem *mancipe erroris*." Ibid. II, 2. „Sed physicorum auctoritas philosophorum, ut *mancipium sapientiae*, patrocinatur." De Spectac. cap. 10. „*mancipes ludorum*."

Cap. II. a. idololatriae latitudo] Cf.

incendat aut immolet aut [6]polluceat[b] aut sacris aliquibus aut [7]sacerdotiis obligetur, quemadmodum si quis existimet adulterium in osculis et in amplexibus et in ipsa carnis congressione censendum, aut homicidium in sola sanguinis profusione et in animae ereptione reputandum. At enim, dominus quam extensius ista disponat, certi sumus, cum adulterium etiam in concupiscentia designat, si oculum quis impegerit libidinose et animam commoverit impudice, cum homicidium etiam in verbo maledicti vel [8]convicii iudicat et in omni impetu irae et in [9]neglegentia caritatis in fratrem. Sicut [10]Iohannès docet homicidam esse qui oderit fratrem. Alioquin in modico consisteret et diaboli ingenium de malitia et [11]dei domini de disciplina, qua nos adversus diaboli [12]altitudines[c] [13]munit, si in his tantum delictis iudicaremur, quae etiam nationes decreverunt vindicanda. Quomodo abundabit iustitia nostra super Scribas et Pharisaeos, ut dominus praescripsit, nisi abundantiam adversariae eius, id est iniustitiae, perspexerimus? Quod si [14]caput iniustitiae idololatria est, prius est, uti adversus abundantiam idololatriae praemunianur, dum illam non solum [15]in manifestis recognoscimus. Matth. V, 22 sq. 28. I. Io. III, 15.

Idolum aliquamdiu retro[a] non erat. Priusquam huius monstri artifices [1]ebullissent[b], sola templa et vacuae aedes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent. Tamen idololatria agebatur, [2]non in isto nomine, sed in isto opere. Nam et hodie extra templum et sine idolo agi potest. At ubi artifices statuarum et imaginum et omnis generis simulacrorum diabolus saeculo intulit, rude illud negotium humanae calamitatis et nomen de idolis consecutum est et profectum. [3]Exinde iam caput facta est idololatriae ars omnis quae idolum quoquomodo edit. Neque enim interest, an plastes effingat, an [4]caelator [5]exsculpat, an [6]phrygio detexat, quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, Cap. III.

6. proluceat *ABC*. 7. sacerdotiis *BmgCab*. sacerdotibus *AB*. 8. convicii iudicii iudicat *B*. *At in margine adnotatum est:* al. deest iudicii. 9. neglegentia caritatis *A*. 10. Iohannes *A*. 11. dei do..e disciplina *A*. dei dominium de disciplina *Fr. Junius*. 12. latitudines *b. Fulv. Ursinus*. 13. innuit *B*. 14. capud *Aβ*. 15. in *om. BCa*.

Cap. III. 1. ebulissent *AφBCa*. 2. non isto nomine *Aφ*. 3. Et inde iam *A*. 4. celator *Aβ*. 5. exculpat *Aβ*. 6. phrygriotestexat *A*.

De Spectac. cap. 30. „Quae tunc *spectaculi, latitudo!*“ Irenaeus praef. p. 4. (ed. Grabe) „et in *latitudine sensus* tui multum fructificabis.“ Tertull. De Patient. cap. 11. „*Lata* atque diffusa est operatio mali.“

b. aut polluceat] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 39.

c. diaboli altitudines] Apocalyps. II, 24. „*τὰ βαθέα τοῦ σατανᾶ.*“

Cap. III. a. retro] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 9.

b. ebullissent] Cf. adnot. ad Ad Scapul. cap. 3. De toto loco cf. Apolog. cap. 25.

an lapide, an aere, an argento, [7]an filo formetur idolum. Quando enim et sine idolo idololatria fiat, utique, cum adest idolum, nihil interest, quale sit, [8]qua de materia, qua de effigie, [9]ne qui putet id solum idolum habendum, quod humana effigie sit consecratum. [10]Ad hoc necessaria est vocabuli interpretatio. *Εἶδος*[c] Graece formam sonat; ab eo per [11]deminutionem [12]*εἰδωλον* deductum aeque [13]apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde idololatria omnis circa omne idolum famulatus et servitus. Inde et omnis idoli artifex eiusdem et unius est criminis, nisi parum [14]idololatrian populus admisit qui simulacrum vituli et [15]non hominis sibi consecravit.

Cap. IV. Idolum [1]tam fieri quam coli deus prohibet. Quanto praecedit, ut fiat quod coli possit, tanto prius est, ne fiat, si coli non licet. Propter hanc causam, ad eradicandam scilicet materiam idololatriae, Lev. XXVI, 1. lex divina proclamat, Ne [2]feceritis idolum, et coniungens, Neque Exod. XX, 3. Deut. V, 8. similitudinem eorum quae in caelo sunt et quae in terra et quae in mari, toto mundo eiusmodi artibus interdixit servis dei. Antecesserat [3]Enoch praedicens omnia elementa, omnem mundi [4]censum[a], quae caelo, quae mari, quae terra [5]continentur, in [6]idololatrian versuros daemonas et spiritus desertorum angelorum, ut pro deo adversus [7]deum consecrarentur. Omnia igitur colit humanus error praeter ipsum omnium conditorem. Eorum imagines idola, imaginum consecratio idololatria. [8]Quicquid idololatria committit, in artificem quemcumque et cuiuscumque idoli deputetur[b] necesse

7. an filo *BmgCab.* an figulo *AB.* 8. quam de materia quam de effigie *A.* 9. ne qui *BCab. In A. quid fuerit hodie nequit dinosci.* ne quis *alii.* 10. At necessaria *Aφ.* 11. deminutionem *Fr. Iunius.* diminutionem *libri omnes.* 12. idolon *Aβ.* idolum *Aφ.* 13. aput *Aβ.* 14. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui.* 15. non omnis sibi *B.*

Cap. IV. 1. tamen fieri *A.* 2. feceris *Ab.* 3. Enoch praedicens *b.* enim hoc praedicens *ABC.* praedicens Enoch. *a. Harrisius.* 4. censum *Ab. Petr. Ciacconius, Ios. Scaliger, Fr. Iunius.* sensum *BCa.* 5. continetur *Aφ.* 6. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui.* 7. deum (dm̃) *A.* dominum *reliqui.* 8. Quicquid idololatra *BC.*

c. *Εἶδος*] Exscripsit hunc locum Isidor. Origg. VIII, 11. „Idolum autem est simulacrum, quod humana effigie factum et consecratum est, iuxta vocabuli interpretationem. *Εἶδος* autem (*al.* enim) Graece formam sonat, et ab eo per diminutionem idolum deductum, quod (eque *ed pr.* atque *cod. Guelph. unus,* eaque *alii.*) apud nos formulam facit. Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde et idololatria omnis circa idolum famulatus et servitus.“ Cf. etiam Desid. Herald. ad Arnob. Adv. Natt. p. 238. (ed. LB.)

Cap. IV. a. mundi censum] De usu vocabulorum *census* et *censeri* dixi ad De Corona cap. 13.

b. deputetur] Verbum hoc frequentissimum in scriptis Tertulliani, cum variis structuris. De Testim. Animae cap. 3. „aut quacunque macula, quam nos *daemonibus deputamus*,“ h. e. ad daemonas referimus vel tribuimus eis. Ad Natt. I, 2. „Porro de nobis, quos *atrocioribus et pluribus criminibus deputatis,* breviora ac leviora elogia conficitis.“ Ibid. I, 5. „Quaerite sectam *cui malitiae deputatur.*“ Ibid. I, 12. „*cui deputabitur* quod de

est. Denique idem Enoch simul et cultores idoli et fabricatores in comminatione [9]praedamnat. Et rursus: Iuro vobis peccatores, quod in diem sanguinis [10]perditionis[c] paenitentia parata est. Qui servitis lapidibus, et qui imagines facitis aureas et argenteas et ligneas et lapideas et fictiles, et servitis phantasmatibus et daemoniis et spiritibus [11]in fanis, et omnibus erroribus non secundum scientiam, nullum [12]ab iis invenietis auxilium. [13]Esaias vero, Testes, ait, vos estis, si est deus absque me. Et non erant tunc qui fingunt et [14]exsculpunt, omnes vani, qui faciunt libita sibi, quae illis non proderunt. Et deinceps tota illa [15]pronuntiatio [16]quam artifices, quam cultores detestatur[d]. Cuius clausula est, Cognoscite, quod cinis sit cor illorum [17]et terra, et nemo animam suam liberare possit. [18]Ubi aeque [19]David [20]et factores. Tales fiant, inquit, qui faciunt ea. Et quid ego, modicae memoriae homo, ultra quid suggeram? quid recolam de scripturis? Quasi aut non [21]sufficiat vox spiritus sancti, aut ultra deliberandum sit, an maledixerit atque damnaverit dominus ipsos prius artifices eorum, quorum cultores maledicit et damnat?

Ies. XLIV, 8.

Ies. XLIV, 20.

Ps. CXV, 8.

9. praedamnat prorsus: Iuro *Fr. Iunius.* 10. et perditionis *b. Fr. Iunius.* perditionis *reliqui.* 11. in fanis *ego.* infamis *ABC. Er. Iunius.* infamibus *ab Latinius.* insanis *Fulv. Ursinus.* infernis *Harrisius.* 12. ab iis *A.* 13. Eseias *A.* 14. exculpunt *AB.* 15. pronunciatio *Aβ.* 16. quam artifices quam cultores *Ab.* qua in artifices qua in cultores *reliqui.* 17. et terra *ABCb.* et errant *a.* 18. Uti *Fr. Iunius.* 19. davit *Aφ.* 20. et factores. Tales *ABCb.* et tales *a.* 21. suffiat *Aφ.*

traduce provenit?" Ibid. I, 18. „Sed *vestris* ista *ad gloriam*, *nostris ad duritiam deputatis.*" Ibid. II, 7. „mythicum, quod *poëtis deputatur.*" Apolog. cap. 16. „*Ad Persas*, si forte, *deputabimur*, licet solem non in linteo depictum adoremus." Sulpic. Sever. Hist. Sacra I, 53. „Turba *colendis agris deputata.*" Id. II, 7. „Accusatores *leonibus deputari* praecepit." Aliis in locis simpliciter pro *putare* vel *censere* accipiendum est, ut Apolog. cap. 4. „in quibus inridendi *deputamur.* Ibid. cap. 11. „non eius *deputabitur* qui invenit, sed eius qui instituit." Ibid. cap. 13. „licet non nobiliores dei veteres, tamen contumeliam a vobis *deputabunt* hoc et aliis licuisse, quod solis antiquitas contulit." Ibid. cap. 21. „cum sub nomine eius *deputari* et damnari iuvat." Ibid. cap. 23. „nec divinitas *deputanda* est quae subdita est homini." Ibid. cap. 35. „occasio luxuriae religio *deputabitur?*" Ibid. cap. 38. „inter licitas factiones sectam istam *deputari* oportebat." Ibid. cap. 46. „Quidni? cum secundum deos philosophi daemonas *deputent.*" Ad Natt. I, 7. „et in iisdem *deputamur.*" Ibid. I, 8. „tertium genus *deputamus.*" Ibid. I, 10. „Quis istam contumeliam excuset, quae utut mortuos cum deis *deputet?*"

c. sanguinis perditionis] Verto „Ich schwöre euch, sünder, dass für den tag des blutvergiessens die reue bereit ist." Sic duos genitivos iunxit scriptor etiam De Spectac. cap. 6. „reliqui ludorum de natalibus et municipalibus festis *superstitionis* causas *originis* habent."

d. quam artifices, quam cultores detestatur] Ita reposui cum Rigaltio ex libro Agobardi; *quam* — *quam* enim pro *tam* — *quam* usurpat Septimius et aliis in locis. Ad Natt. I, 10. „nisi contemneret quos deieraret *quam* ipse quam ei, qui ei peierare permittant.", et ad finem eiusdem capitis „De contemptu utique censentur probra *quam* eorum, qui eiusmoei factitant, *quam* eorum, qui ista suscipiunt." De Idolol. cap. 18. „*quam* dignitatis, *quam* potestatis." Ibid. cap. 10. „*quam* Minervalia, *quam* Saturnalia." Cyprian. Ad Donat. p. 2. ed. Oxon.

Cap. V. Plane impensius respondebimus ad excusationes huiusmodi artificum, quos [1]numquam in domum dei admitti oportet, [2]si quis eam disciplinam norit[a]. Iam illa obici solita vox, Non habeo aliud quo vivam, districtius[b] repercuti potest: Vivere ergo habes[c]? Quid tibi cum deo est, [3]si tuis legibus? Tum quod et de scripturis au-
I. Cor. VII, 20. dent argumentari, dixisse apostolum, Ut quisque fuerit inventus, [4]ita perseveret. Possumus igitur omnes in peccatis perseverare ex ista [5]interpretatione. Nec [6]enim quisquam nostrum non peccator inventus est, cum Christus non alia ex causa descenderit, quam peccatorum liberandorum. Item eundem praecepisse dicunt
I. Thess. IV, 11. secundum suum exemplum, ut [7]manibus suis unusquisque operetur ad victum. Si hoc praeceptum ab omnibus manibus [8]defenditur, credo et fures [9]balneares[d] manibus suis vivere[e], et ipsos latrones manibus agere quo vivant, item falsarios utique non pedibus, sed manibus operari malas litteras, histriones vero non manibus solis,

Cap. V. 1. numquam *Aβ*. 2. si quis eius disciplinam *Fr. Iunius*. 3. si tuis legibus *ACab*. sit vis legibus *B*. sit (*vel* fit) vis tuis legibus *Fulv. Ursinus*. 4. ita *AB*. ita et *reliqui*. 5. interpraetatione *Aβ*. 6. enim *om. BC*. 7. manibus suis *A*. manibus *reliqui. Ios. Scaliger inducit vocem* manibus. 8. defenditur *AB*. defendatur *reliqui*. 9. balneares *ego*. balneatores *AB*. balnearios *Ca*. et aleatores *b*.

„*quam* ore, *quam* mente totus auditor es." Ioh. Fred. Gronov. Observatt. III, 12. omnes locos in quibus *quam — quam* reperitur pro *tam — quam* corruptos esse putat, sed viro eruditissimo in hoc temere non assentiar. Vulgaris enim sermo talia tuetur vel ex nostra lingua, cum dicatur „*ie* länger *ie* besser pro *ie* länger *desto* besser, *so* hoch du steigst, *so* hoch du fällst, et, ut Goethium laudem „bin *weder* fräulein, *weder* schön."

Cap. V. a. si quis eam disciplinam norit] Fr. Iunius et La Cerda correxerunt „si quis *eius* (sc. dei) disciplinam norit." At Septimius vult dicere artifices, si qui non ignari disciplinae eius, qua lex Christiana ipsos idolorum factores damnat, ad ecclesiam accedant, omnino non esse recipiendos.

b. districtius] h. e. accuratius, promptius, severius. Cassian. Collat. VIII, 1. „Pro abstinentia *districtiori* blande solet ac latenter irrepere." Id. VIII, 3. „*districtissimi* monachorum." Cod. Theodos. I, 11, 3. (de def. civ.) „probatissimi quique et *districtissimi* defensores." Ibid. XVI, 2, 40. (de episc. eccl.) *districta* moderatione praescribere." Ibid. X, 10, 3. (de petit.) „severitatem *districtam*." Hieronym. Epist. XXII. „*districtius* vivere." Ulpian. Digest. III, 3, 13. „neque *districte* deneganda." Ibid. IV, 8, 15. „licet praetor *districte* edicat." Cassian. Collat. I, 7. „sollemnitatem nostrae *districtionis* non poterimus implere."

c. Vivere ergo habes?] Hoc est: Vitam ergo habes? sed voluit *vivere* potius quam *vitam*, quia artifex dixerat: Non habeo aliud quo vivam. Si vitam habes, inquit, et a deo habes, non certe illa tuis legibus ducenda, sed dei. (La Cerda.) Equidem hunc deprehendo sensum: Plane, inquit, si tuis legibus et per te ipsum, non per deum, qui omnium rerum sustentator est, habes vivere vitamque toleras, nihil curae, nihil obsequii deo debebis. Structurae verbi *habere* cum infinitivo exempla ex Tertulliani libris attuli ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

d. fures balneares] V. quae sunt adnotata ad De Fuga in Persecut. cap. 13. Rigaltii scripturam *et aleatorum* aliquantum commendat locus libri modo citati, in quo iuxta balnearum fures enumerantur etiam aleones.

e. manibus suis vivere] Et in Laberii mimo quodam „manuarium" pro fure positum refert Gellius XVI, 7. (Rigalt.)

sed totis membris[f] victum elaborare. Pateat igitur ecclesia omnibus, qui manibus et suo opere tolerantur, si nulla exceptio est artium quas dei disciplina non recipit. Sed ait quidam adversus similitudinis interdictae propositionem: Cur ergo Moses in eremo simulacrum serpentis [10]ex aere fecit? Seorsum figurae, quae dispositioni alicui arcanae [11]praestruebantur, non ad [12]erogationem[g] legis, sed ad exemplarium causae suae[h]. Alioquin si haec ut adversarii legis interpretemur, numquid et nos, quod et Marcionitae[i], inconstantiam adscribimus [13]omnipotenti, quem illi hoc modo destruunt ut mutabilem, dum alibi vetat, alibi mandat? Si quis autem dissimulat illam effigiem aerei serpentis suspensi in modum[k] figuram designasse dominicae crucis a serpentibus, id est ab angelis diaboli, liberaturae nos, dum per semetipsam diabolum, id est serpentem interfectum suspendit, sive quae alia figurae istius expositio dignioribus revelata est, [14]dummodo apostolus affirmet omnia tunc figurate populo accidisse, bene, quod idem deus, [15]ut lege vetuit similitudinem fieri, [16]extraordinario praecepto serpentis similitudinem [17]interdixit[l]. Si eundem deum observas, habes legem eius, Ne feceris similitudinem. Si et praeceptum factae postea si- Exod. XX, 4.
militudinis respicis, et tu imitare Moysen, ne facias adversus legem simulacrum aliquod, nisi et tibi deus iusserit.

Si nulla lex dei prohibuisset idola fieri a [1]nobis, nulla vox Cap. VI.

10. ex ea re *AB*. 11. praestruebatur *B*. 12. erogationem *AφBCa*. derogationem *b*. *Fr. Iunius, Ios. Scaliger*. 13. omnipotenti? Quod illi *B. Fulv. Ursinus*. 14. dummodo ut *Fr. Iunius*. 15. ut *ego*. et *ABC. Fr. Iunius*. qui *ab*. 16. et extraordinario *Fr. Iunius*. 17. interdixit *ABCa*. indixit *b*. fieri iussit *Latinius*. interduxit *Fr. Iunius*.

Cap. VI. 1. nobis, nulla vox *ABCa*. nobis, si nulla vox *b*. *Latinius*, *Fr. Iunius*.

f. sed totis membris] Pantomimos significat. Cf. De Spectac. cap. 23. „Ceterum cum in lege praescribit maledictum esse qui muliebribus vestietur, *quid de pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus curatur?* Ibid. cap. 17. „quam (sc. spurcitiam) denique *pantomimus a pueritia patitur in corpore,* ut artifex esse possit.“

g. ad erogationem] Facili opera mutaretur *ad derogationem* cum Rigaltio, sed retinendam duxi veterum librorum scripturam, cum Tertullianei stili sit ponere *erogare* pro perdere, pessumdare. Exempla protuli ad Scorpiac. cap. 6.

h. sed ad exemplarium causae suae] *Exemplarium*, quod posteris esset pro signo, figura, aenigmate, *causae suae* h. e. rei significatae, nimirum dominicae crucis. (Rigalt.)

i. quod et Marcionitae] Cf. Adv. Marcion. II, 21. et 22.

k. effigiem aerei serpentis suspensi in modum] Cf. Adv. Iudaeos cap. 10., ubi accuratius hanc materiam pertractat.

l. interdixit] Revocanda erat pristina scriptura. Dicit: Si quis autem nolit serpentem aereum suspensum crucem dominicam designasse sive quae alia figurae istius expositio dignioribus revelata est — quam enim sequamur nihil refert, dummodo nos quidem apostolum meminerimus diserte affirmare omnia tunc figurate populo accidisse — etiam sic bene est, et expeditum eiusmodi homini a me responsum, si quidem hoc ipso, quod extraordinario praecepto serpentem deus suspendi iussit, simulacra interdicta pridem et vetita a se esse significavit. De locutione *bene, quod* cf.

spiritus sancti fabricatoribus idolorum non minus quam cultoribus comminaretur, de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis adversas esse fidei eiusmodi artes. Quomodo enim renuntiavimus diabolo et angelis eius, si eos facimus? Quod repudium diximus [2]his, non dico cum quibus, sed de quibus vivimus? Quam discordiam suscepimus in eos, quibus exhibitionis[a] nostrae gratia obligati sumus? Potes lingua negasse quod manu confiteris? verbo destruere quod facto struis? unum deum praedicare qui tantos efficis? verum deum praedicare qui falsos facis? Facio, ait quidam, [3]sed non colo: quasi [4]ob aliquam [5]causam colere non [6]audeat, nisi ob quam et facere non debebat, scilicet ob dei offensam [7]utrobique. Immo tu colis, qui facis, ut coli possint[c]. Colis autem non spiritu [8]vilissimi nidoris alicuius, sed tuo proprio, nec anima pecudis impensa, sed anima tua. Illis ingenium tuum immolas, [9]illis sudorem [10]tuum libas, illis prudentiam tuam accendis. Plus es illis quam sacerdos, cum per te habeant sacerdotem; diligentia tua [11]numen illorum est[d]. Negas te quod facis colere? Sed illi non negant, quibus hanc saginatiorem et[e] maiorem hostiam caedis, salutem tuam.

Cap. VII. Tota die ad hanc partem zelus fidei perorabit[a] ingemens [1]Christianum ab idolis in ecclesiam venire, de [2]adversaria officina in

2. his *BCa.* iis (*A*)*b.* 3. et non *A.* 4. ob aliquam *b. Fr. Iunius.* aliquam *AB.* obliquam *Bmg.* ob aliam *Ca.* 5. causam *A. constanter.* 6. non..beat nisi *Aφ.* 7. utrobique *Aφ.* 6. possit *A.* 8. vilissimi odoris *Bmg.* 9. illis sudorem *A.* 10. tuum libas *om. A.* 11. numen *BCab.* nomen *A.*

Cap. VII. 1. Christum *Bmg.* 2. adversarii *b.*

Apolog. cap. 7. „*bene* autem, *quod* tempus omnia revelat.“ De Ieiun. cap. 13. „*Bene* autem, *quod* et episcopi universae plebi ieiunia mandare assolent.“ De Carne Chr. cap. 20. „Sed *bene*, *quod* idem Matthaeus“ cett. De Pudic. cap. 19. „*Bene autem quod* apostolis et fidei et disciplinae regulis convenit.“

Cap. VI. a. exhibitionis] Victus. Cf. ad De Corona cap. 7.

b. tantos] h. e. tot. Familiare est stilo Septimii, ut fere omnium sequioris aevi scriptorum, *quantus* et *tantus* de numero usurpare. Exemplis probare non opus est.

c. ut coli possint] Non valde adversarer, si quis ex Agobardi libro rescriberet *ut coli possit.*

d. diligentia tua numen illorum est] Plus quam sacerdos illis es, cum fabricaris idola, et diligentia tua et sollertia vel hoc efficis, ut numina sint proque iis colantur.

e. auratiorem] Inaurabantur cornua hostiae, de quo more cf. quae congesserunt interpretes ad Vergil. Aen. V, 366. et IX, 627. Tibull. Eleg. IV, 1, 15. Cf. Homer. Odyss. III, 384. 426. Plin. Hist. Nat. XXXIII, 3. „Deorum honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quam ut auratis cornibus hostiae, maiores dumtaxat, immolarentur. Addo Plat. Alcib. II, 149. C. Ioseph. Antiqu. III, 16. Prudent. Peristeph. X, 1023. „Nec non et auro frons coruscat hostiae Setasque fulgor bractealis inficit.“

Cap. VII. a. perorabit] Amat hoc verbo uti Tertullianus. De Carne Chr. cap. 3. „Ab ipsa quidem exorsus nativitate *perora*, age iam, spurcitias cett. Adv. Marcion. III, 11. „Age iam, *perora* in illa sanctissima et reverenda opera naturae.“ De Resurr. Carnis cap. 20. „ultimaeque dispersionis exitum *perorant.*“ Apolog. cap. 12. „qui Senecam aliquem pluribus et amarioribus de vestra superstitione *perorantem* probatis.“

domum dei venire[b], attollere ad deum patrem manus matres idolorum[c], his manibus adorare[d], quae foris adversus deum [3]adorantur, eas manus admovere corpori domini, quae [4]daemoniis corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab aliis manibus accipiant quod [5]contaminant, sed etiam [6]ipsae tradunt[e] aliis quod contaminaverunt. [7]Adleguntur in ordinem ecclesiasticum artifices idolorum. Pro scelus! Semel Iudaei Christo manus intulerunt, isti quotidie corpus eius lacessunt. O manus praecidendae! [8]Viderit[f] iam, an per similitudinem dictum [9]sit: Si te manus tua scandalizat, [10]am-Matth. XVIII, puta eam. Quae magis amputandae, quam in quibus domini corpus scandalizatur? 8.

Sunt et aliae complurium artium species, quae, etsi non con- Cap. VIII. tingunt idolorum fabricationem, tamen ea, sine quibus idola [1]nil possunt, eodem crimine expediunt. Nec enim differt[a], an extruas vel exornes, si templum, si aram, si aediculam eius instruxeris, si [2]bratteam[b] expresseris, aut insignia aut etiam domum fabricaveris. Maior est eiusmodi opera, quae non effigiem confert, sed auctoritatem. Si ita necessitas exhibitionis [3]extenditur[c], habent[d]

3. adornantur *Fr. Iunius.* 4. daeminiis *Aβ.* 5. contaminant *Ab.* contaminent *reliqui.* 6. ipsae *ABCa.* ipsi *b. Fulv. Ursinus.* 7. Adleguntur *AB.* 8. Viderit *AB.* Viderint *reliqui.* 9. sit *om. A.* 10. ampute eam *A.*

Cap. VIII. 1. nil *ACa.* nihil *b. Omittit B.* 2. bratteam *Ab.* bracteam *reliqui.* 3. extenditur *ABCa.* obtenditur *b. Fulv. Ursinus.* attenditur *Fr. Iunius.*

Ibid. cap. 17. „ex ipsis enim et ad ipsos semper prophetae *peroraverant.*“ De Spectac. cap. 24. „Quot adhuc modis *perorabimus* nihil ex his, quae spectulis deputantur, placitam deo esse.“ Ibid. cap. 12. „Quid ego de horrendo loco *perorem*, quem nec periuria sustinent?“ De Anima cap. 32. „ne singulis *perorandis* immoremur.“ De Patientia cap. 1. „et *perorem* necesse est.“

b. de adversaria officina in domum dei venire] Haec glossatoris esse indicaverunt Fr. Iunius et Nic. Rigaltius. „Domum dei“ explicat Zeno Veron. Sermone de psalmo CXXVI. „Conventus quidem ecclesiarum sive templi, quos ad secretam sacramentorum religionem aedificiorum septa concludunt consuetudo nostra vel *domum dei* solita est nuncupare vel *templum.*“ Cf. Desid. Herald. ad Arnob. p. 229 sq. (ed. LB.) et La Cerdam ad hunc ipsum Tertulliani locum, qui multus est de veterum Christianorum sacris aedificiis.

c. manus matres idolorum] Apolog. cap. 12. „nihil aliud reprehendo, quam *materias sorores esse vasculorum instrumentorumque* communium,“ ad quem locum v. quae adnotavero.

d. adorare] V. quae de hoc verbo disputat Herald. ad Arnob. p. 33 sqq. et interpretes ad Apul. Metam. VI, 28.

e. ipsae tradunt] Hae ipsae sacrilegae manus artificum in ordinem ecclesiasticum adlectorum corpus domini a se contaminatum etiam aliis tradunt.

f. Viderit] Ipsum dictum viderit. Errabant igitur corrigentes *Viderint*,

Cap. VIII. a. Nec enim differt] Theodoret. Hist V, 38. „*ἶσον γάρ μοι δοκεῖ τοῦ προσχυνῆσαι τὸ πῦρ τὸ τὸ τέμενος δείμασθαι.*“

b. bratteam] Si de aurea massa bratteam expresseris statuae inducendam aereae. (Rigalt.) Expressi scripturam Agobardini libri cum Rigaltio. Negat *bratteam* recte scribi pro *bractea* Pierius ad Vergil. Aen. VI, 208. Defendunt venerandae aetatis libri, et inscriptio ap. Gruter. 1074, 12. (Visconti Mus. Ienkins. cl. I, n. 5.) CONCORDIAE COLLEGI BRATTIARIORVM ET INAVRATORVM Q. HORTONIVS PRIMIGENIVS S. P. D. D.

c. necessitas exhibitionis extenditur]

et alias species, quae sine exorbitatione disciplinae, id est sine idoli [4]confictura, opem victus [5]praestent. Scit albarius tector[e] et tecta sarcire et tectoria inducere et cisternam [6]liare[f] et [7]cymatia distendere[g] et multa alia ornamenta praeter simulacra parietibus [8]incrispare[h]. Scit et pictor et marmorarius et aerarius et [9]quicumque caelator latitudines[i] [10]suas utique multo faciliores. Nam qui signum [11]describit, quanto facilius abacum linit? Qui de tilia Martem [12]exscùlpit, quanto citius armarium compingit? Nulla ars non alterius artis aut mater aut propinqua est. Nihil alterius vacat[k]. Tot sunt artium venae, quot hominum concupiscentiae. Sed de mercedibus et [13]manus pretiis interest. Proinde interest et de labore. Minor merces frequentiore actu repensatur. Quot parietes signa desiderant? Quot templa et aedes idolis aedificantur? Domus vero et praetoria et balnea et insulae[l] quantae? Soccus, et baxa[m] quotidie [14]deauratur, Mercurius et Serapis non quotidie. [15]Sufficiat ad [16]quaestum artificiorum. [17]Frequentior est omni su-

4. confectura *a. Latinius.* 5. praestet *AB.* 6. ligare *Pamelius.* 7. cymathia *AB.* 8. incrispare *ABCb.* incrustare *a.* 9. quicumque *Aβ.* 10. suas et utique *Aφ.* 11. discribit *Fr. Iunius.* 12. exculpit *AB.* 13. manus praetis *A.* manu spretis *B.* manupretiis *Fr. Iunius.* 14. deauratur *AφBC.* deaurantur *(Aβ)ab.* 15. Sufficiant *Ca.* 16. questum *Aβ.* 17. frequentiores omni *Ca.*

Si ita patens et lata necessitas. *Necessitas extenditur* ad eum modum, quo artibus dat postea *latitudines* ad medendum his necessitatibus; immo puto dixisse *latitudines* cum aspectu ad has extensiones. (La Cerda.) De voce *exhibitio* cf. adnot. ad cap. 6.

d. habent] Scilicet artes. La Cerda supplet artifices.

e. albarius tector] *Κονιάτης,* qui albarium opus parietibus inducit, de quo Plin. H. N. XXXVI, 23. „Contra in albario opere, ut macerata calx ceu glutinum haereat.“ Id. XXXV, 16. (de Selinusia terra) „lacte diluta et tectoriorum albaria interpolantur.“ Pallad. De Re Rust. II, 14. „Opus albarium saepe delectat, cui calcem debemus adhibere.“ Vitruv. De Archit. VII, 2. totam albarii operis conficiendi rationem docet.

f. et cisternam liare] Liare est levigare, polire, Graece *λειῶσαι.* Gloss. Philox. „*Λειαντὴρ,* liaculum.“ Et in loco Vitruvii VII, 3. pro vulgata *baculorum* (libri Palatini habebant *iaculorum*) Salmas. in Solin. p. 142. emendavit *liaculorum.* V. Salmas. l. l. La Cerda citat praeterea Apic. V, 1. „Permisces et *lias,* ut quasi succus videatur.“

g. cymatia distendere] Cymatia sunt omnia opera prominula et aquae modo in longum fluentia, *ὑπεροχαὶ, λύσεις,* simae rectae aut inversae, et similia. Vitruv. De Architect. III, 3. IV, 6. (Fr. Iunius.) Hesych. s. v. „*Κυμάτια, τὰ χείλη, διὰ τὸ κυμαίνειν. ἢ αἱ ὑπεροχαὶ παρὰ τέκτοσι καὶ λιθοποιοῖς.*“ Similia habent Photius et Suidas. Cf. Turnebi Advers. XXVIII, 20. p. 1063. et inprimis Salmas. ad Vopisc. p. 405.

h. incrispare] Opus crispans indere, *ἐνουλῶσαι* interpretatur Fr. Iunius. Inscrispare parietes dicit marmore varii coloris picturis crispo incrustare. Euseb. V. Constant. III, 35. „*ὕλης μαρμάρου ποικίλης διεκάλυπτον πλακώσεις.*“ Plin. H. N. XXXVI, 7, 11. „marmor undatim crispum.“ Cf. Guther. De Iure Manium II, 29.

i. latitudines] Opera suae artis quam latissime diffusa. Cf. supra cap. 2. „idololatriae *latitudo.*“ De Spectac. cap. 30. „Quae spectaculi *latitudo.*“

k. Nihil alterius vacat.] Alteri scilicet. Rigalt. apte citat Horat. Ad Pison. 410. „— alterius sic Altera poscit opem res et coniurat amice.“

l. insulae] Aedificia urbana significat.

m. Soccus et baxa] Genera calceamenti muliebris. Cf. Salmas. ad Tertull. De Pallio p. 325. Boettiger Sabina II, 112.

perstitione luxuria et ambitio. Lances et [18]scyphos facilius ambitio quam superstitio desiderabit. Coronas quoque magis luxuria, quam [19]sollemnitas erogat. Cum igitur ad haec artificiorum genera [20]cohortemur, quae idolum quidem et quae idolo competunt non [21]adtingant, [22]sint autem et hominibus communia saepe quae et idolis, hoc quoque cavere debemus, ne quid scientibus nobis ab aliquibus de manibus nostris in rem idolorum postuletur. Quod si concesserimus[n] et non remediis [23]tam usitatis[o] egerimus, non puto nos a contagio idololatriae vacare, quorum manus non ignorantium in officio vel in honore et usu daemoniorum deprehenduntur.

Animadvertimus inter artes etiam professiones quasdam ob- Cap. IX.
noxias [1]idololatriae. De astrologis ne loquendum quidem est. Sed quoniam [2]quidam istis diebus provocavit defendens sibi perseverantiam professionis istius, paucis utar. Non allego, quod idola honoret, quorum nomina caelo inscripsit, quibus omnem dei potestatem addixit, quod propterea homines non [3]putant deum requirendum, praesumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi. Unum propono, angelos esse illos[a] desertores dei, amatores feminarum, Gen. VI, 2.
proditores etiam huius curiositatis[b], propterea quoque damnatos a

18. scyfos *A*. 19. sollempnitas *Aβ*. 20. cohortemur eqnae *A*. 21. adtingant *Aβ*. 22. sunt autem *AφB*. 23. iam usitatis *b. Latinius, Fr. Iunius.*

Cap. IX. 1. idololatriae *A*. 2. quidem *Aφ*. 3. putent *Fr. Iunius.*

n. Quod si concesserimus] Si, quod de manibus nostris in rem idolorum postulatum fuerat, concesserimus.

o. tam usitatis] Qualia per totam caput enumeravit. *Usitata* dicit remedia, quia facillimus eorum usus.

Cap. IX. a. angelos illos] De his angelis eorumque fabula, quam originem traxisse constat ex verbis Genes. VI, 2. male intellectis, vide inprimis Iustin. Mart. Apolog. I. (p. 40. ed. Colon.) et quae ad eius verba congessere interpretes. Cf. Augustin. De Civ. Dei XV, 23. Lactant Instit. II, 15. Athenag. Legat. pro Christo cap. 22. Ioseph. Antiqu. Iud. I, 3. Suid. s. v. *Μιαιγαμίας*. Ios. Scalig. ad Hieron. Chron. p. 403 sqq. Apud Tertullianum cf. De Habitu Mul. cap. 2. De Cultu Femin. cap. 10. De Veland. Virg. cap. 7. Adv. Marcion. V, 18. Apologet. cap. 22. Addo Commodian. Instruct. I, 3. „Cum deus omnipotens exornaret mundi naturam, Visitari voluit terram ob angelis istam, Legitima cuius spreverunt illi dimissi. Tanta fuit forma feminarum, quae flecteret illos, Ut coinquinati non possent caelo redire. Rebelles ex illo contra deum verba misere. Altissimus inde sententiam misit in illos; De semine quorum Gigantes nati feruntur. Ab ipsis in terra artes prolatae fuerunt, Et tingere lanas docuerunt et quaecumque geruntur. Mortales et illis mortuis simulacra ponebant. Omnipotens autem, quod essent de semine pravo, Non censuit illos recipi defunctos e morte. Unde modo vagi subvertunt corpora multa, Maxime quos hodie colitis deos et oratis.“ Auctor Testam. Patriarch. in Testam. Rubenis cap. 5. „Ἐθέλξαν (αἱ γυναῖκες) τοὺς Ἐγρηγόρους πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, κἀκεῖνοι συνεχῶς ὁρῶντες αὐτὰς ἐγένοντο ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀλλήλων καὶ συνέλαβον τῇ διανοίᾳ τὴν πρᾶξιν καὶ μετασχηματίζοντο εἰς ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν συνεφαίνοντο αὐταῖς, κἀκεῖναι ἐπιθυμοῦσαι τῇ διανοίᾳ τὰς φαντασίας αὐτῶν ἔτεκον γίγαντας· ἐφαίνοντο γὰρ αὐταῖς Ἐγρήγοροι ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάνοντες.“

b. proditores etiam huius curiositatis] Lactant. Instit. II, 16. „Eorum (angelorum) inventa sunt astrologia et aruspicina et auguratio et ipsa, quae dicun-

deo. O divina sententia usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt! Expelluntur mathematici[c], sicut angeli eorum. Urbs et Italia interdicitur mathematicis[d], sicut caelum [4]angelis eorum. Eadem poena est [5]exitii discipulis et magistris.
Matth. II. Sed magi et astrologi ab oriente venerunt[e]. Scimus magiae et astrologiae inter se societatem. [6]Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuntiaverunt, primi muneraverunt. Hoc nomine Christum, opinor, sibi obligaverunt. Quid tum? Ideo nunc et mathematicis patrocinabitur illorum magorum religio? De Christo scilicet est mathesis hodie, [7]stellarum Christi[f], non Saturni et Martis et cuiusque ex eodem ordine mortuorum[g] observat et praedicat. At enim scientia ista usque ad evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de caelo interpretetur. Nam et [8]tus illud et myrrham et aurum ideo infanti tunc domino obtulerunt, quasi clausulam[h] sacrificationis et gloriae [9]saecularis, quam Christus erat adempturus[i]. Quod [10]igitur [11]isdem magis somnium sine dubio ex dei voluntate suggessit, ut irent in sua, sed alia, non qua venerant, via, id est, ne pristina secta sua incederent, [12]non, ne illos Herodes persequeretur, qui nec persecutus est, etiam ignorans alia via digressos, quoniam et qua venerant ignorabat. Adeo [13]viam rectam et disciplinam intellegere de-

4. angelis corum *Aβ*. 5. exitii *AB*. exilii *reliqui*. 6. Primum *B*. 7. stellarum *AB*. stellas *Ca*. stellam *b*. *Fulv*. *Ursinus*. 8. tus illud et myrram *A*. 9. saecularis *Aβ*. 10. igitur *om*. *Ca*. 11. isdem *Aβ*. 12. non, ne *b*. Nonne *AB*. 13. viam sectam *Fr*. *Iunius*.

tur, oracula et necromantia et ars magica et quicquid praeterea malorum exercent homines vel palam vel occulte.“ Cf. Augustin. De Civ. Dei III, 7. Clem. Recognit. IV, 3.

c. Expelluntur mathematici] Si quis haec tanquam inutilia et superflua deleri oportere censuerit, habet ecce me adstipulatorem. (Rigalt.)

d. Urbs et Italia interdicitur mathematicis] V. Valer. Max. I, 3, 2. Suet. Tiber. cap. 36. Tacit. Ann. II, 31. (cum adn. Lipsii et Excursu eius p. 504.) Sueton. Vitell. cap. 14. Tacit. Hist. II, 62. Dio Cass. LXV, 1. Suid. s. v. *Δομετιανός*.

e. Sed magi et astrologi ab oriente venerunt.] Verba sunt obicientis adversarii.

f. stellarum Christi] Revocavi antiquam scripturam. De Christo, inquit, mathesis est hodie, stellarum Christi est, non Saturni et Martis et cuiusque ex eodem ordine mortuorum observat et praedicat.

g. ex eodem ordine mortuorum] Hoc est ex ordine illo septenario numero planetarum Saturni, Martis, Mercurii, et id genus aliorum, qui non dii sed homines fuere, et iam pridem mortui. (Rigalt.)

h. quasi clausulam] Ut exinde Christus fideles suos abstinere voluerit pontificatu et saeculari gloria. *Clausulam*, finem et terminum. Sic in Scorp. [cap. 8.] Ioannes dicitur „*clausula* Legis et prophetarum.“ (Rigalt.) Adde Apolog. cap. 32. „ipsamque *clausulam* saeculi.“

i. erat adempturus] Sciendum est vobis, respondet, scientiam illam, quae ex siderum ratione interpretatur nativitates hominum, concessam permissamque usque ad Christum, exinde vero iam abolitam. Probat a simili. Olim idolis dabatur tus, myrrha, aurum. Illis hanc gloriam Christus ademit; voluit enim in se totam converti. Sic, postquam magorum scientia se exercuit in divinando genethliaco Christi, cesset deinde oportet in tanit natalis gloriam. (La Cerda.)

bemus. Itaque magis praeceptum, ut exinde aliter incederent. Sic et [14]alia illa species [15]magiae, quae miraculis operatur, etiam adversus Moysen aemulata[k] [16]patientiam dei traxit ad evangelium usque. Nam exinde et Simon Magus [17]iamiam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circulatoria secta[l] cogitaret, ut scilicet inter miracula professionis suae etiam spiritum sanctum per manuum impositionem enundinaret, maledictus ab apostolis de fide [18]eiectus est: [19]alter magus, qui cum Sergio Paulo, quoniam [20]isdem adversabatur apostolis, luminum amissione [21]multatus est. Hoc et astrologi retulissent, credo, [22]si qui in apostolos [23]incidisset. Attamen cum magia punitur, cuius est species astrologia, utique et species in genere damnatur. Post evangelium nusquam invenias aut sophistas[m] aut [24]Chaldaeos aut incantatores aut coniectores aut magos, nisi plane punitos. Ubi sapiens, ubi litterator, ubi conquisitor[n] huius aevi? Nonne infatuavit deus sapientiam huius [25]saeculi? Nihil scis, mathematice, [26]si nesciebas te futurum Christianum. Si sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum cum ista professione. Ipsa te de periculo suo instrueret, quae aliorum climacterica[o] [27]praecanit. Non est tibi pars neque sors in ista ratione. Non potest regna caelorum sperare cuius digitus[p] aut radius[q] abutitur caelo.

Act. App. VIII, 18 sqq.

Act. App. XIII, 6 sqq.

I. Cor. I, 20.

Act. App. VIII, 21.

14. aliam illam speciem *A.* 15. magi aeque *B.* 16. patientia *Aφ. Fr. Iunius.* 17. iamiam *AB.* iam *reliqui.* 18. deiectus *Fr. Iunius.* 19. alter *ABb.* et alter *reliqui.* 20. isdem *Aβ.* 21. multatus *AB.* 22. si qui *Ab.* si quis *Ca.* si quid *B.* 23. incidisset *ABCa.* incidissent *b.* 24. Caldeos *Aφ.* 25. saeculi *Aβ.* 26. Si sciebas *Ab.* Si nesciebas *B.* Sin sciebas *Ca.* 27. praecanit *Ab.* praecavit *reliqui.*

k. adversus Moysen aemulata] Exod. VII, 11 sqq.

l. de circulatoria secta] Apologet. cap. 23. „*circulatoriis* praestigiis." De circulatoribus v. schol. Iuven. Sat. VI, 583. Onuphr. Panvin. De Lud. Circ. I, 14. ibique Argol. in Graevii Thes. Antiqu. Rom. tom. IX, 153. Buleng. De Theatro I, 40. in Graevii Thes. tom. IX, p. 902.

m. sophistas] Phavorinus: „*οὕτω λέγουσι πάντας τοὺς ἀπὸ τῶν μαθηματικῶν ὁρμωμένους.*" Tertull. De Ieiun. cap. 1. „circa somnium regis Babylonis omnes turbantur *sophistae.*" Firm. Matern. Mathes. II, 12. „Vates, magos, *sophistas.*" Et in Exodo cap. 7. magi Pharaonis appellantur *sophistae.* Cf. Desid. Herald. Digress. I, 17.

n. conquisitor] Pauli verba sunt: *Ποῦ σοφός; Ποῦ γραμματεύς; Ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;* ad quem locum Ambrosius „*Conquisitor saeculi*, inquit, hic est, qui a constellationibus agi mundum et duodecim signis ortus et occasus fieri decernit calculis, nihil omnino sine eorum motu putans posse fieri."

o. climacterica] Climacterica dicit certa vitae spatia per annos novem aut septem scansili ratione currentia, quae Chaldaei periculosa esse affirmant, praecipue vero annum LXIII. Hunc enim illi climactera Androclam esse aiunt Graeco vocabulo, quod Latini dicerent Virifragum. De hoc vero climactere locus est insignis Iulii Firm. Materni IV [14.], quem ab Ios. Scaligero iam indicatum satis esse concederem, nisi emendatior hic a nobis exiret e bibliotheca regia. Sic enim legimus in vetusto exemplari: „Sane extra ceteros climacteras etiam septimi anni et noni, per omne vitae tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam et latente ratione variis hominem periculorum discriminibus semper afficiunt, unde et LXIII. annus, quia utriusque numeri summam pariter acci-

Cap. X. Quaerendum autem est etiam de ludimagistris, [1]sed et ceteris professoribus litterarum. Immo non dubitandum affines illos esse multimodae idololatriae. Primum quibus necesse est deos nationum praedicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quaeque eorum enuntiare, tum [2]sollemnia festaque eorundem observare, ut quibus vectigalia sua [3]supputent. Quis ludimagister[a] [4]sine tabula septem idolorum [5]Quinquatria [6]tamen frequentabit? Ipsam primam novi discipuli stipem Minervae et honori et nomini consecrat, ut, etsi non profanatus alicui idolo verbotenus de idolothyto esse[b] dicatur, [7]pro idololatra vitetur. Quid minus est [8]inquinamenti eo, quam[c] praestat [9]quaestus et nominibus et honoribus idolo [10]nuncupatus? [11]Quam Minervalia Minervae, quam Sa-

Cap. X. 1. sed et ceteris *ABCa.* et ceteris *b.* et de ceteris *Latinius.* 2. sollemnia *Aβ.* 3. supputent *Ios. Mercerus.* suppetent *AB.* suppetant *reliqui.* 4. sine tabula septem idolorum *ABb.* si non tabularia idolorum *Ca. Latinius, Fr. Iunius.* 5. non quinquatria *Fr. Iunius.* 6. tamen *ABC.* tamen non *b. Latinius, Ios. Scaliger.* 7. pro idololatra vitetur *Ca.* pro idololatria vitatur *Ab. Omittit b.* 8. inquinamenti eo, quam *ego.* inquinamenti eo quem *AB.* inquinamento quod *C.* inquinamenti eo quod *ab.* 9. questus *Aβ.* 10. nuncupatis *B.* 11. Quam *ABb.* tam *reliqui.*

pit, Androclas appellatus est.“ Et paulo post: „Hac ex causa ab Aegyptiis Androclas dictus est, quod omnem viri substantiam frangat ac debilitet.“ Eadem vero occasione describentur hic etiam e veteribus libris quaedam a Gellio citata ex primo librorum, quos M. Varro inscripsit Hebdomades vel De Imaginibus [Gell. III, 10.] septenarii numeri: „Climacteras gravissimos quosque fieri septenarios.“ (Rigalt.) Cf. Gell. XV, 7. Plin. H. N. VII, 49. Censorin. De Die Nat. cap. 14.

p. digitus] Utebantur mathematici digitis ad suas supputationes. Plin. Epist. II, 20. „Quotidie, qua hora nata esset, interrogavit. Ubi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labia, agitat digitos, computat diu.“ Cf. Apolog. cap. 19. Alienus est locus Ennodii Epist. I, 14., quem adfert La Cerda „Peritorum mos est medicorum in venis deprehendere vires corporum, et de successu hominis digitos interrogare.“

q. aut radius] Instrumentum mathematicorum ad metiendum, et figuras lineasque in pulvere deformandas. Cic. Tusc. V, 23. „Humilem homunculum a pulvere et *radio* excitabo, Archimedem.“ Vergil. Ecl. III, 40. „— et quis fuit alter, Descripsit *radio* totum qui gentibus orbem, Tempora quae messor, quae curvus orator haberet?“ Id. Aen. VI, 850. „— caelique meatus Describent *radio*, et surgentia sidera dicent.“ Cf. Plin. H. N. X, 42. Auson. Epist. XXV, 24. Sidonius Apollin. Epist. IV, 3. cum variis professoribus varia assignat instrumenta, uni Archimedi dat *radium*.

Cap. X. a. Quis ludimagister] Nullus ludimagister tabulam septem idolorum non habet, qui Quinquatria frequentare seque in censu et numero ludimagistrorum haberi vult. Cf. Ovid. Fast. III, 829. „Nec vos, turba fere censu fraudata, magistri Spernite: discipulos attrahit illa novos.“ De ipsis Quinquatribus v. Ovid. Fast. III, 809 sqq. et interpretes. Mueller Etrusker III, 3, 2. tom. II, p. 49. *Tabulam septem idolorum* dicit tabulam septem planetarum Lunae, Martis, Mercurii et ceterorum. Ipse Tertull. Ad Natt. I, 13. appellat „laterculum septem dierum.“

b. esse] h. e. ἔσθιειν, quod parum intellexere interpretes.

c. Quid minus est inquinamenti eo quam] Verte: Was ist darum weniger besudelung dabei, als der in namen und verehrung (non solum nomine sed etiam facto, h. e. honoribus) dem götzen geweihte erwerb (in wirklichkeit) zu wege bringt? *eo*, scil. quod non profanatus alicui idolo verbotenus de idolothyto esse dicatur. De Minervali v. interpretes ad Horat. Sat. I, 6, 75.

turnalia[d] Saturni, [12]quem[e] etiam serviculis sub tempore Saturnalium celebrari necesse est. Etiam [13]strenae captandae et septimontium[f], et brumae[g] et carae cognationis honoraria[h] exigenda omnia, [14]flore scholae coronandae[i]; [15]flaminicae et aediles sacrificant[k], [16]creatis schola honoratur feriis. Idem fit [17]idoli natali; omnis diaboli pompa frequentatur. Quis haec competere Christiano existimabit[l], nisi qui putabit convenire etiam non magistro? Scimus dici posse: Si docere litteras dei servis non licet, etiam nec discere licebit, et, Quomodo quis [18]institueretur ad prudentiam interim humanam, vel ad [19]quemcumque sensum vel actum, cum instrumentum sit ad omnem vitam litteratura? Quomodo repudiamus saecularia studia, sine quibus divina non possunt? Videamus igitur necessi-

12. quem etiam serviculis *ego*. quem etiam serviculi *AB*. quae etiam serviculis *Cab*. 13. strenuae *A*. strennae *B*. 14. flore scholae *Ca*. flores cole *Aφ*. Florae colae *Aβ*. Florescolae *B*. Florae scholae *b*. 15. Flaminicae; et aedile sacrificante *Fr. Iunius*. 16. creatis schola *b*. creatiscola *A*. Cereatiscola *B*. Cereri schola *Ca*. 17. idolis *Fr. Iunius*. 18. instituetur *Ios. Scaliger*. 19. quemcumque *Aβ*.

d. Saturnalia] Interpretor *Saturnalicia* munera, id quod loci ratio flagitat. Minervali enim muneri opponitur Saturnale. Testimonio alter est locus De Fuga in Persecut. cap. 13. „Scilicet enim talem pacem Christus ad patrem regrediens mandavit a militibus per *Saturnalia* (ita enim habent libri scripti Vindobonensis et Leidensis, non *Saturnalicia*, ut vulgo in editionibus legitur) redimendam," ubi etiam Saturnalicia munera esse intellegenda nemo non videt. De *quam* — *quam* pro *tam-quam* v. quae adnotavi supra ad cap. 4.

e. quem] Restitui genuinam scripturam, pro qua qui locum non intellexerunt *quae* reposuerunt, parum sentientes repetitionem vocabuli *Saturnalium* eodem sensu positi ferendam non esse. *Serviculos* intellege pueros, quos hic opponit illis qui Minervalia magistris conferunt. De Saturnalicia servorum licentia v. Lips. Sat. Serm. I, 2.

f. Etiam strenae captandae et septimontium] Per *septimontium* sine dubio significatur munus aeque ac strenae, de quibus in vulgus constat, magistris mitti solitum, et quidem III. Id. Decembr., Septimontio festo. Cf. de hoc Fest. p. 340. Muell. Varro De L. L. VI, 24. Plut. Quaest. Rom. 69 Nieb. Röm. Gesch. p. 400. ed. sec. et Mueller. ad Fest. p. 338 (149).

g. et brumae] Et credibile est hoc die missitata fuisse munera, quae synodus Trullana can. 62. vocat *βρουμάλια*. (La Cerda.) Ex synodi Trullanae verbis nihil colligi potest de muneribus, sed ex loco Tertulliani. Illius verba sunt „*Τὰς οὕτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα βοτὰ, καὶ τὰ καλούμενα βρουμάλια περιαιρεθῆναι βουλόμεθα.*" Cf. Du Cangii Gloss. Med. Graec. col. 228. et Append. col. 44. voce *Βρουμάλια*.

h. et carae cognationis honoraria] Intellegit munera Charistiorum, qui dies festus inter charas stites, id est agnatos superstites, solebat agitari X. Kalend. Martias mense Februario peractis februis. (Fr. Iunius.) Cf. Stuch. Antiqu. Conviv. I, 33. De Charistiis v. Ovid. Fast. II, 617. Martial. Epigr. IX, 55. Valer. Maxim. II, 1, 8.

i. flore scholae coronandae] In honorem eorum dierum festorum pro more gentilium.

k. Flaminicae et aediles sacrificant] Cum Flaminicae et aediles sacrificant.

l. Quis haec competere Christiano existimabit] Hoc est omni Christiano tam discipulo quam magistro. Ait enim excusari posse discipulum, cui necesse est discere litteras ab ethnico magistro, at ferri non posse Christianum, qui post fidem Christo datam fiat Indimagister et litteras doceat crebris poëtarum praelectionibus, idolorum inquinamentis, quae probare tamen videatur enarrando explicandoque. (Rigalt.)

tatem [20]litteratoriae eruditionis, respiciamus ex parte eam admitti non posse, ex parte vitari. Fideles magis discere quam docere litteras capit[m]; diversa est enim ratio discendi et docendi. Si [21]fidelis litteras doceat, [22]insertas idolorum [23]praedicationes sine dubio, dum docet, commendat, dum tradit, affirmat, dum commemo-
Exod. XXIII, 13. rat, testimonium dicit. Deos ipsos hoc nomine obsignat[n], cum lex prohibeat, ut diximus, deos pronuntiari et nomen hoc in vano [24]conlocari. Hinc prima diabolo fides aedificatur[o] ab initiis eruditionis. Quaere, an idololatriam committat qui de idolis catechizat. At cum fidelis haec discit, si iam sapit [25]quid sit[p], neque recipit neque admittit, multo magis[q] si [26]nondum sapit. Aut ubi [27]coeperit [28]sapere[r], [29]prius sapiat oportet quod prius didicit, id est de deo et fide. Proinde illa respuet nec recipiet, et erit tam tutus, quam qui sciens venenum ab ignaro accipit nec bibit. Huic necessitas ad excusationem deputatur, quia aliter discere non potest. Tanto autem facilius est litteras non docere quam non discere, quanto et reliqua scholarum de publicis [30]ac propriis sollemnitatibus inquinamenta facilius discipulus fidelis non adibit quam magister non frequentabit[s].

Cap. XI. [1]De generationibus[a] [2]si cetera delictorum recogitemus, inpri-

20. litteraturiae *AB*. 21. Fideles litteras *B*. 22. insertas *Cab. Salmasius in Solin. p.* 789. inserta *Fulv. Ursinus*. infertas *Fr. Iunius*. incertas *AB*. 23. praedicationes *ABb*. praedicatione *Ca. Fulv. Ursinus, Salmasius, Fr. Iunius*. praedicationis *Ios. Scaliger*. 24. conlocari *Aβ*. 25. quid sit *ego*. qui sit *libri omnes*. 26. nondum *ABCa*. dudum *b*. 27. ceperit *b*. 28. capere *AB*. 29. prius sapit quod *Ios. Scaliger*. 30 ac propriis *b. Fulv. Ursinus*. et propriis *Fr. Iunius, Ios. Scaliger*. propriis *ABCa*.

Cap. XI. 1. De generationibus *ABC. Fr. Iunius, Ios. Scaliger*. Degenerabimus *a*. De gravioribus *Latinius*. De negotiationibus *b. Desid. Heraldus ad Arnob. p.* 97. *ed. LB*. De negotiatione vero *Fulv. Ursinus, prob. Desid. Heraldo*. 2. si cetera *ABCa. Fulv. Ursinus, Fr. Iunius, Desid. Heraldus*. cetera *b. Ios. Scaliger*.

m. capit] *ἐνδέχεται*. V. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

n. obsignat] Firmat, testatur. Cf. Ad Natt. II, 8.

o. fides aedificatur] Cf. quae adnotavi ad Ad Martyras cap. 3.

p. quid sit] Ita omnino reponendum erat pro *qui sit*, quod libri scripti et editi habent. Significatur idololatria.

q. multo magis] scil. non recipit atque admittit idololatriam.

r. Aut ubi coeperit sapere] Aliud est de idolis docere, aliud de idolis discere. Discipulus Christianus, si iam sapit, quid sit idolum et idololatria, non recipiet neque admittet, multoque magis, si nondum sapit, cum ea solummodo admittere soleamus quae novimus. Neque vero aliter is qui coeperit sapere, utpote qui prius divina quam gentili doctrina imbutus necesse est etiam sapiat alteram ab illa priore damnari.

s. quam magister non frequentabit.] Tertullianus combinat in hunc modum: Tibi magister facile est non docere, tibi discipule difficile est non discere, sicut contra tibi discipule facile est non adire publicas et proprias sollemnitates, quae in scholis fiunt, tibi magister difficile est eas non frequentare: ideo tu discipule in omnibus excusaris, tu magister in nullo excusaris. (La Cerda.) Publicarum et propriarum sollemnitatum in scholis inquinamenta significavit supra his verbis „Etiam strenae captandae et septimontium, et brumae et carae cognationis honoraria exigenda omnia, flore scholae coronandae; flaminicae et aedi-

mis cupiditatem radicem omnium malorum qua quidam irretiti circa fidem naufragium sunt passi [3](quamvis et [4]idololatria[b] ab eodem apostolo dicta sit cupiditas), tum mendacium cupiditatis ministrum (taceo de periurio[c], quando ne iurare quidem liceat) — negotiatio servo dei apta est? Ceterum si cupiditas [5]abscedat, quae est causa adquirendi? Cessante causa [6]adquirendi non erit necessitas negotiandi. Sit nunc aliqua iustitia quaestus, secura de cupiditatis et mendacii observatione, in crimen offendere idololatriae eam opinor, quae ad ipsam idolorum animam et spiritum pertinet, quae omne daemonium saginat. [7]Sane, non illa principalis [8]idololatria? Viderint[d], si [9]eaedem merces, [10]tura dico et cetera peregrinitatis

3. quum bis et *Desid. Heraldus.* 4. idolatria *Aβ.* 5. abscedat dat *C.* 6. adquirendi noverit causa *A.* 7. Sane non *ABb.* An non *Ca.* 8. idolalatria *Aβ.* 9. eadem *AB.* 10. tura *A.*, *ubicumque nihil adnotavero.*

les sacrificant, creatis schola honoratur feriis."

Cap. XI. a. De generationibus] Si cetera delicta recogitemus iuxta suas generationes, inprimis cupiditatem matrem omnium malorum, deinde mendacium eiusdem cupiditatis filium et administrum inveniemus negotiationem servo dei aptam non esse, neque posse cohaerere cum illo. q. d. Qui potest negotiatio esse apta servo dei, quae habet pro matre cupiditatem, pro fratre mendacium? bella scilicet et familia et suboles. Ut vero ostendat negotiationem filiam cupiditatis affinem esse idololatriae, adducit apostolum affirmantem multos inretitos cupiditate passos esse naufragium fidei. (La Cerda.) Verba apostoli extant Epist. I Ad Timoth. VI, 10. Ad Ephes. V, 5. Ad Coloss. III, 5.

b. quamvis et idololatria] Quid dixi cupiditate irretitos naufragium fidei fecisse iuxta apostolum? Immo idem ait apostolus cupiditatem meram esse idolatriam. (La Cerda.)

c. taceo de periurio] Habet negotiatio fratrem alterum, videlicet periurium, a quo servus dei abesse longe debet, quando et a simplici iuramento (Matth. V, 33. 34.), quod minus malum, sed taceo tamen de illo et contentus sum ad deturpandam negotiationem coniunctione illa, quam habet cum matre cupiditate, cum fratre mendacio. Nam si cupiditas facit naufragium fidei, etiam mendacium faciet, ut filius et minister cupiditatis. (La Cerda.) Desiderius Heraldus ad Arnob. (p. 97. ed. LB.) corrigit: *De negotiationibus, si cetera — — passi, quum bis et idololatria ab eodem a. d. s. cupiditas: tum mendacium c. m. (taceo de p. q. n. i. q. liceat) negotiatio servo dei apta est?* hac interpretatione usus: Eo igitur capite (Tertullianus) agit de negotiatione et eam probat esse omnino relinquendam, quae idololatriae famulatur eque rebus ad idololatriam pertinentibus constat. Primum autem generaliter ostendit magna in omni negotiatione incommoda, tum ob cupiditatem, quae ipsa idololatriae species est, tum ob mendacium, sine quibus incommodis vix ulla negotiatio tractatur. Quare negotiationem non improbat, nisi κατὰ συμβεβηκὸς et propter incommoda, quae ei saepicule comitantur, quibus sublatis nihil est quod negotiationem odiosam efficit. Atque haec de negotiatione in genere. Transit deinde ad eam negotiationis speciem, quae est de rebus idololatriae, et eam Christiano homine plane indignam luculentis rationibus comprobat.

d. Viderint] Rigaltius distinxit: *Viderint, si eaedem merces, tura* cett. Verto sic: In der that, ist ienes nicht ein hauptsaechlicher goetzendienst? Mögen sie zusehen (wie sie sich vertheidigen), wenn dieselben waaren, ich meine weihrauch und anderes der fremde als opfer der goetzen auch den menschen als heilsame spezerei, uns (Christen) auch noch ueberdies zu troestungen des begraebnisses dient. Occurrit adversario negotiationem excusanti, quod tus et similia non idolorum solummodo in sacrificia, sed in salutarem hominibus usum, quin ipsis Christianis ad mortuos suos condiendos procuret.

[11]sacrificium idolorum etiam hominibus ad pigmenta[e] medicinalia, nobis quoque insuper ad solatia sepulturae[f] usui sunt. Certe cum pompae, cum sacerdotia, cum sacrificia idolorum de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus [12]negotiationibusve instruuntur, quid aliud quam procurator idolorum demonstraris? Nemo contendat[g] posse hoc modo omnibus negotiationibus controversiam fieri. Graviora delicta quaeque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt observationis, ut non ab his tantum abscedamus, sed et ab iis per quae fiunt. Licet enim ab aliis fiat, non interest, [13]si per me. In nullo necessarius esse debeo alii, cum facit quod mihi non licet. Ex hoc, quod vetor facere, intellegere debeo curandum mihi esse, ne fiat per me. Denique[h] in alia causa non levioris reatus praeiudicium istud observo. Nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut operae aut conscientiae exhibeo. Nam quod ipsam carnem meam a lupanaribus segregavi, agnosco me neque lenocinium neque id genus [14]locorum alterius causa exercere posse. Sic et homicidii interdictio ostendit mihi lanistam quoque [15]ab ecclesia arceri: [16]nec per se non faciet quod faciendum [17]alio subministrat. Ecce magis proximum praeiudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem accedat, permittes [18]ei in eo negotio permanere? Aut si iam fidelis id agere susceperit, retinendum [19]in ecclesia pu-

11. ad sacrificium *b. Fr. Iunius, La Cerda.* 12. negationibustuae *Aβ.* negationibstuae *Aφ.* 13. nisi per *Fr. Iunius.* 14. locorum *AB.* lucrum *reliqui.* 15. ab ecleasi *Aφ. Notat Hildebrandus syllabam* si *erasam esse.* ab eclea *Aβ.* 16. nec posse non *AB.* 17. alio *A.* alios *B.* aliis *reliqui.* 18. ei meo negotio *Aβ.* 19. eclesia *Aβ.*

e. pigmenta] Nam et pigmenta sunt utilia medicinae. Unde et pigmentarii dicti pharmacopolae. Iul. Firmic. Mat. VIII, 17. „Quicunque sub hoc sidere nati fuerint, Marsi erunt, vel qui venenis ex herbarum *pigmentis* confectis salutaria soleant hominibus remedia comparare.“ Pigmenta etiam dixere condimenta. Cassian. Collat. XV, 3. „Corpora mortuorum *pigmentis* condita redolentibus in editioribus cellulis recondantur.“ Sic etiam Exodi cap. 37. sub finem „opus pigmentarii“ dicitur quod Septuaginta ἔργον μυρεψοῦ. (Rigalt.)

f. nobis quoque insuper ad solatia sepulturae] Cf. Apolog. cap. 42.

g. Nemo contendat] Nemo putet expugnari a me negotiatores, nemo existimet moveri a me litem contra negotiationes absolute, quasi istae vetitae sint. Absit, non ideo facio. Sed graviora quaeque delicta hoc habent, ut pro magnitudine periculi extendant augeantque diligentiam et cautionem observationis, ut non solum ab illis patrandis caveamus, sed etiam a mediis, quibus ad ea pervenitur. Verissime hoc. Quia non solum vetor tura idolis offerre, sed etiam vendere, ne alii offerant. (La Cerda.)

h. Denique] Ut uno exemplo fungar. Cf. adnot. ad De Corona cap. 3.

i. alio] Haec est scriptura Agobardini libri, quam in *aliis* mutare cum ceteris editoribus eo minus audebam, cum in editione principe *alios* extare viderem. Neque sunt talia temere corrigenda in scriptore tam proprii, tam audacis et insolentis stili, quam Tertullianus. Femininae formae dativi *aliae* non panca reperiuntur exempla vel apud bonae aetatis scriptores, masculinae unum praebet inscriptio ap. Cotugno Mem. di Ve-

tabis? Non opinor, nisi si quis[k] et de turario dissimulabit. Scilicet ad alios pervenit procuratio sanguinis, ad alios odorum. Si, antequam idola in saeculo essent, his mercibus adhuc informis[l] idololatria transigebatur, si et nunc fere sine idolo opus idololatriae incendiis odorum perpetratur, [20]et quid[m] maioris operae et erga daemonia turarius. Nam facilius [21]sine idolo idololatria, quam sine [22]turarii merce. Ipsius fidei conscientiam perrogemus. [23]Quo ore Christianus turarius, [24]si per templa transibit, quo ore fumantes aras despuet et exsufflabit[n], quibus ipse prospexit? Qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam [25]cellarium[o] praestat? Ille quidem si excluserit daemonium, non sibi placeat de fide. Neque enim inimicum exclusit. Facile debuit de eo impetrare, quem quotidie pascit. Nulla igitur ars, nulla professio, nulla [26]negotiatio, quae quid aut instruendis aut formandis idolis administrat, carere poterit titulo idololatriae; nisi si aliud omnino interpretemur [27]idololatrian, quam famulatum idolorum colendorum.

Male nobis de necessitatibus humanae exhibitionis[a] supplau- Cap. XII.

20. et quid *ego.* ecquid *libri omnes.* 21. sine idolo idololatria *b. ex emendatione La Cerdae.* sine idololatria *reliqui omnes.* 22. turarius A., *ubicumque nihil adnotavero.* 23. si per *ABCab.* per *Latinius.* 24. quo ore fumantes *ABCab.* fumantes *alii ex propositione Rigaltii.* 25. cellarium *ABb.* cellariam *reliqui.* 26. negociatio *AβB.* 27. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui.*

nafro p. 293: LYSIAS SIBI ET SI VOLET PAPIA IRENA CONLIBERTA ALIO NEMINI.

k. nisi si quis] Nisi si quis et turarium esse ab ecclesia arcendum dissimulare voluerit. Causa enim redemptoris et turarii eadem est, nec minus fit idolis procuratio sanguinis quam odorum.

l. adhuc informis] Informem idololatriam dicit, quae sine ulla forma, sine statua aut figura, sine idolo transigebatur, solo scilicet odorum incendio, mercibus Arabicis, ture. (Rigalt.) Cf. supra cap. 3.

m. et quid] Ita corrigendum omnino erat. Nam vulgata *ecquid* per interrogationem sensum plane invertit. Si sine idolo, ait, solo turis incendio idololatria transigitur, sequitur, ut turarius vel aliquid maioris operae et officii etiam in ipsa daemonia esse, eoque magis vituperandus intellegatur.

n. despuet et exsufflabit] Contemptus vocabula. Ad Natt. I, 6. „iniquissimae repertae cum suis machaeris et patibulis et leonibus *despuuntur.*" Ibid. I, 10. „colentes et *despuentes,* honorantes et lacessentes." Arnob. Adv. Natt. III, 15. „*despuitis* nos ut rudes." Minut. Fel. Octav. cap. 8. „templa ut busta despiciunt, deos *despuunt,* rident sacra," ad quem locum Desid. Heraldus p. 71 plura exempla attulit. De verbo *exsufflare,* quod Christiani scriptores proprie usurpant de contumelia in daemonas et immundos spiritus iactata qua expellant eos, his utere exemplis. Augustin. Epist. CLXII. „blasphematur hereditas Christi, *exsufflatur* baptisma Christi," et paulo postea „*exsufflata* sacramenta." Vita S. Fulgentii „Christum regem miserabiliter *exsufflaverat.*" Verbi *exsufflare* et propria et translata significatione positi exempla multa suppeditat Du Cangius Gloss. Med. et Inf. Lat. s. v. *Exsufflare.*

o. cellarium] Nam dixerat *alumnos,* quos quotidie pascit. Isidor. Origg. XV, 5. „Promptuarium dictum eo quod inde necessaria victui promuntur, id est proferuntur: *Cellarium,* quod in eo colligantur ministeria mensarum vel quae necessaria victui supersunt." Gloss. Graeco-Lat. „Cellarium, *ταμεῖον.*" Vet. Descript. Orbis cap. 42. Campaniam dicit *cellarium Romae.*" Vita S. Galli cap. 11. „De parvo *cellario* panem integrum famulanti porrexit."

Cap. XII. a. exhibitionis] Cf. cap. 6.

dimus[b], si post fidem obsignatam[c] dicimus: Non habeo quo vivam Iam hic enim plenius illi abruptae propositioni respondebo. Sero dicitur. Ante enim fuit deliberandum, ex similitudine providentissimi aedificis[d] illius, qui prius sumptus operis cum viribus [1]suis supputat, ne, ubi [2]coeperit, [3]defunctus postea erubescat. Sed et nunc habes dicta domini [4]exempla adimentia tibi omnem causationem. Quid enim dicis? Egebo. Sed felices egenos dominus appellat. Victum non habebo: sed Nolite, inquit, cogitare de victu; et vestitus habemus exemplum lilia. Substantia mihi opus erat: atquin omnia vendenda sunt et egentibus dividenda. Sed filiis et posteritati providendum: nemo aratro manum imponens et retro spectans aptus est [5]operi. Sed condicionalis eram[e]: nemo duobus dominis servire potest. Si vis domini discipulus esse, [6]crucem tuam tollas et dominum sequaris necesse est, id est, angustias et cruciatus tuos, vel corpus solum, [7]quod in modum crucis est[f]. Parentes, coniuges, liberi propter deum relinquendi erunt. De artibus et negotiationibus et de professionibus etiam liberorum et parentum causa [8]dubitas? Iam tunc demonstratum est nobis et [9]pignera[g] et artificia et negotia [10]propter dominum derelinquenda,

Matth. V, 3. Matth. VI, 25. 28. Luc. XVIII, 22. Luc. IX, 62. Matth. VI, 24. Matth. XVI, 24.

Cap. XII. 1. sui *A.* 2. ceperit *b.* 3. defunctus *ABCa.* defectus b. *Fr. Iunius.* 4. et exempla *b. Fulv. Ursinus.* 5. operi. Sed *b.* Operis et *AB.* Opera et *Ca.* 6. crucem *om. A.* 7. quod in modum crucis est *b.* quod in modum Christus (χρς *A.*) est *AB.* quod in domum Christi est *Ca.* quod in dominio Christi est *Fr. Iunius.* quod in modum Christi est *La Cerda.* 8. dubitas *inducit Ios. Scaliger.* 9. pignera *ABC.* pignora *reliqui.* 10. propter dño *A.*

b. supplaudimus] In fine capitis „Sic tamen *nobis de* mansuetudine et clementia dei *blandiamur.*“

c. obsignatam] Baptismo. Cf. De Spectac. cap. 24. „Nonne eieramus et rescindimus *signaculum* rescindendo testationem eius?“

d. aedificis] *Aedifex* est ab *aedifacere*, ut *aedificator* ab *aedificare*. Sic dicebatur *magnifacere* et *magnificare*, *signifacere* et *significare*, *ludifacere* et *ludificare*, *lucrifacere* et *lucrificare*.

e. sed condicionalis eram] *Condicionalis* generaliter dicitur servus certae condicioni adscriptus et mancipatus, apud ICtos propria significatione qui condicioni ministrantium publicorum extra ordinem est adscriptus. Cod. Theod. VIII, 1, 3, 5. „Annonarios et actuarios *condicionales* esse praecipimus.“ Ibid. VIII, 1, 7. „Licet *condicionalis* sint quos vulgo tabularios appellant.“ Ibid. X, 1, 5. „Interrogationem haberi, quae per *condicionales* servos investiganda est.“ Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 184. et Desid. Herald. ad Arnob. p. 145 sq.

f. quod in modum crucis est] Ad Natt. I, 12. „ipsi quoque corpori nostro tacita et secreta linea crucis situs est. Quod caput emicat, quod spina dirigitur, quod humerorum obliquatio excedit, si statueris hominem manibus expansis, imaginem crucis fecerit.“

g. pignera] Expressi veterum librorum orthographiam. Altero loco Ad Natt. I, 15. liber Agobardi habet *pignora.* Adv. Marcion. V, 12. et Apolog. 13. libri scripti praebent *pignerando* et *pigneratos*, et *pignerare* ex fide librorum mss. in Apuleio ubique edendum curavit Hildebrandus, quem vide ad Metam. III, 12. tom. I, p. 171. Utrumque et *pignora* et *pignera* in usu fuisse testis unus sufficiat Priscian. VI, p. 281. Kr. *Pignera* dici vulgo liberos notum est. V. Burm. ad Antholog. Lat. Ep. II, 26. Drakenb. ad Liv. III, 38. Hildebr. ad Apul. Metam. II, 5. p. 84. et ad Arnob. V, 13. Tertull. Ad Natt. I, 15. „quod vestra *pignora* extinguitis.“ Ibid. II, 9. „qui pro salute principum et domus eorum adversus liberos et coniuges et omne

cum [11]Iacobus et [12]Ioannes vocati a domino et patrem navemque derelinquunt, cum [13]Matthaeus de [14]teloneo suscitatur, cum etiam sepelire patrem tardum fuit fidei[h]. Nemo eorum, quos dominus allegit, Non habeo, dixit, quo vivam. Fides famen non timet. Scit etiam famem non minus sibi [15]contemnendam propter deum, quam omne mortis genus. Didicit non respicere vitam, quanto magis victum? Quotusquisque haec adimplevit[i]? Sed quae penes homines difficilia, penes deum facilia. Si tamen nobis de mansuetudine et clementia dei blandiamur, ut non usque ad idololatriae [16]affinitates necessitatibus largiamur, sed omnem [17]afflatum eius vice pestis etiam de longinquo [18]devitemus, non in his tantum quae praemisimus, sed in universa serie humanae superstitionis, sive deis suis, sive defunctis, sive regibus mancipatae[k], ut ad eosdem spiritus immundos pertinentis, modo per sacrificia et sacerdotia, modo per spectacula et hoc genus, modo per festos dies.

Matth. IV, 21. 22. Matth. IX, 9. Matth. VIII, 12 sqq. Luc. IX, 59. Luc. XVIII, 26. 27.

Sed de sacrificiis et de [1]sacerdotiis quid loquar? De spectaculis autem et voluptatibus eiusmodi suum iam volumen implevimus. Hoc loco retractari oportet de festis diebus et aliis extraordinariis [2]sollemnitatibus, quas interdum [3]lasciviae, interdum timiditati nostrae subscribimus[a] adversus [4]fidem disciplinamque communem. De hoc quidem [5]primo consistam[b], an cum ipsis quoque

Cap. XIII.

11. Iacob *A.* 12. Iohannes *A.* 13. Mattheus *A.* 14. theloneo *A.* 15. contempnendam *A.* 16. affinitates *Aβ.* adfinitates *reliqui.* 17. afflatum *Aβ.* adflatum *reliqui.* 18. vitemus *A.*

Cap. XIII. 1. et sacerdotiis *om. Aφ.* 2. sollemnitatibus *Aβ.* 3. lasciviae interdum *om. A.* 4. fidem disciplinamque communem. De hoc *ABmg.* fidei disciplinam communicantes nationibus in idolicis rebus *BCab.* 5. prima *A.*

pignus suum deierant," qui tamen alter locus una cum hoc ipso libri De Idololatria satis demonstrat *pignus* non solum de liberis, sed de quavis cara propinquitate in usu fuisse, id quod negavit eruditissimus Desid. Heraldus ad Arnob. p. 126. ed. LB., contra disertum testimonium Quinctiliani Instit. VI, 1, 24. „affert in his momentum et aetas et sexus et *pignora, liberi dico et parentes et propinqui.*" Cf. Arnob. Adv. Natt. II, 76. „naufragia, ruinas, incendia, pestilentias, sterilitatem, *amissionem pignorum* et proscriptionem bonorum" cett., quem locum de cuiusvis generis propinquis recte interpretatus est Hildebrandus.

h. tardum fuit fidei] Vel in re tam pia, ut patris sepultura, immorari tardum est visum ad capessendam fidem.

i. Quotusquisque haec adimplevit?] Obicies mihi: Quotusquisque haec adimplevit? Fateor esse difficile, sed hominibus quidem, non deo. Deus enim te sustentabit pro mansuetudine et clementia sua. Verba *Sic tamen — — per festos dies.* a praegressis nequaquam revelli debebant, id quod intellexerat Franc. Iunius, neglexit inter ceteros etiam Rigaltius. Ludovicus de la Cerda novum caput incipit verbis *Sed omnem afflatum* cett.

k. mancipatae] Cf. supra adnot. ad cap. 1.

Cap. XIII. a. subscribimus] h. e. concedimus. Cf. Apolog. cap. 6. „Quonam illae leges abierunt sumptum et ambitionem comprimentes, quae centum aera non amplius in coenam *subscribi* iubebant?" Ibid. cap. 18. „Sed ne notitia vacaret hoc quoque a Iudaeis Ptolemaeo *subscriptum est.*" De Virg. Veland. cap. 10. „Certi sumus spiritum sanctum magis masculis tale aliquid *subscribere* potuisse, si feminis *subscripsisset.*"

b. consistam] *Consistere* forensi usu

nationibus communicare in [6]huiusmodi[c] servus dei debeat, sive habitu, sive victu, vel quo alio genere laetitiae earum. Gaudere cum
Rom. XII, 15. gaudentibus et lugere cum lugentibus, de fratribus dictum est ab apostolo ad unanimitatem cohortante. Ceterum ad haec nihil com-
II. Cor. VI, 14. munionis est lumini et tenebris, vitae et morti[d], aut scindimus
Ioan. XVI, 20. quod est scriptum: Saeculum gaudebit, vos vero lugebitis. Si cum saeculo [7]gaudemus, verendum est, ne cum saeculo et lugeamus. [8]Saeculo autem gaudente lugeamus, et saeculo [9]postea lugente gaudebimus. Sic et [10]Eleazar[e] apud inferos in [11]sinu Abrahae[f] refrige-

6. huius mundi servus dei *A*. 7. gaudebimus, verendum *Aβ*. 8. Saeculo autem gaudente lugeamus *om. Aβ*. *Mox idem liber habet* sed saeculo. 9. postea audente gaudebimus *Aφ*. 10. Eleazar *ABC*. Lazarus *ab*. 11. sinus *A*.

proprie significat *iudicio congredi, actione experiri.* Cod. Theodos. X, 10, 8. „Ad iudicia veniant, in iure *consistant,* negotia persequantur." Papinian. Fr. 219. De Hered. pet. 5, 3. „si bonae fidei possessor hereditatis velit cum debitoribus hereditariis, aut qui res hereditarias occupaverint, *consistere.*" Marcian. Fr. 7. de Lege Corn. de Fals. 48, 10. „Nullo modo servi cum dominis suis *consistere* possunt." Si plura desideras, adeas Dirksen Manuale Latin. Font. Iuris Civ. Rom. s. v. p. 199. Ex scriptis Tertulliani, in quibus creberrimus est eius verbi usus, haec exempla sufficiant. Apolog. cap. 4. „iam de causa innocentiae *consistam.*" Ibid. cap. 18. (in segmento cod. Fuldensis) „Multis adhuc de vetustate modis *consisterem* divinarum litterarum, si non" cett. Ibid. cap. 46. „*Constitimus,* ut opinor, adversus omnium criminum intentationem." et paulo post „si de simplicitate *consistam.*"

c. in huiusmodi] Cf. quae adnotavero ad De Baptismo cap. 12.

d. lumini et tenebris, vitae et morti] Cf. De Spectac. cap. 26. „Quid luci cum tenebris, quid vitae et morti?"

e. Eleazar] In exemplari Agobardi ubique scribitur *Eleazar,* non *Lazarus.* Sic etiam apud Prudent. [Cathemer. XI, 10, 153.] „Gremio senis addita sancti Recubabit, ut est *Eleazar.*" (Rigalt.)

f. in sinu Abrahae] Ex verbis domini ad latronem *Hodie mecum eris in paradiso,* et Abrahae de Lazaro ad divitem purpuratum, et Ioannis martyrum animas videntis sub altari, et Pauli ad Thessal. I, 4. veterum plerique in ea sententia fuere, ut crederent esse apud inferos animarum receptacula piarum et impiarum divini iudicii diem expectantium. Interea tamen pias quidem pace, quiete, refrigerio gaudere, impias contra carcere, ignibus, gehenna cruciari. Piarum recaptacula in recessu quidem subterraneo, sed inferioribus multo impiarum abyssis superstructo. Inter utrumque autem insuperabilis altitudinis chaos obfirmatum. Quum igitur in hac sententia fuerit Tertullianus, nihil est quod hic miremur et Lazarum et Abrahae sinum apud inferos censeri. Nam et ipse eodem sensu libro De Anima animam Christi ait egressam de crucifixi corpore ad inferos descendisse, ut compotes sui faceret patriarchas. Alii vero eadem quoque fide et apud inferos esse paradisum credidere, quo latroni Christus condixit; etenim paradisi vocabulo significari hortum seu pratum seu quemvis alium amoeni refrigerii locum, ubi patriarchae, ubi Abraham, ubi Iacob, ubi ille de latrone fidelis, ubi etiam martyrum animae placide quiescant. Ac de martyribus quidem Septimius noster ita sensisse videtur in Scorpiace, cum ait animas eorum sub altari patientiam pascere et indutas stolam candidam claritatis usurpare. Quasi sedes illa sub altari *ὑποκάτω θυσιαστηρίῳ* Ioanni revelata nomine altaris terram significet, super quam immolata martyrum corpora veluti super altare iacuerunt, unde ipsorum animae in subterraneas amoenitates ab angelis sunt delatae, ubi resurrectionem ac dei regnum praestolantur. Moram vero tantulam, licet complurium annorum, sanctis minime gravem, aeternae gloriae fiducia singulari. Verumtamen Septimium in hac sententia parum fuisse constantem arguunt ea quae libro De Resurrectione tradidit. Etenim posteaquam probavit omnem animam apud inferos sequestrari in diem domini, confestim exuit ab ea dispositione animas

rium consecutus, contra dives in tormento ignis constitutus, alternas malorum [12]et bonorum vices aemula retributione compensant. Sunt quidam dies munerum[g], quae apud alios honoris titulum, apud alios [13]mercedis debitum expungunt[h]. [14]Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel rependam alienum. Si hunc morem sibi homines de superstitione consecraverunt, tu extraneus ab omni eorum vanitate, quid participas idolothyta [15]sollemnia, quasi tibi quoque praescriptum sit de die, quominus id, quod homini debes vel tibi ab homine debetur, citra diei observationem luas [16]vel recipias. Da [17]formam, in quam velis agi tecum. Cur enim et lateas, cum ignorantia alterius[i] tuam conscientiam contamines? [18]Si non ignoraris quod sis Christianus[k], [19]temptaris et contra conscien-

12. et bonorum *om. Aβ.* 13. mercedis titulum expungunt *A.* 14. Non ergo *Bmg.* 15. sollemnia *Aβ.* 16. vel respicias *A.* 17. formam qualem vis *A.* formam qua vis *b.* 18. Si non *ABCab.* Non, si *Havercampus.* 19. temptaris *A. Ios. Scaliger verba* si non ignoraris quod sis Christianus *collocatpost* tamquam non Christianus.

martyrum, „paradiso, inquit, non inferis deversuras.“ Quibus certe verbis paradisum esse apud inferos negat, etsi libro De Anima, secundum Irenaei sententiam, Christum ipsum dixisset forma humanae mortis apud inferos functum, eosque superbe nimis censere qui non putarent animas fidelium inferis dignas. „Servi super dominum, inquit, et discipuli super magistrum, aspernati, si forte, in Abrahae sinu expectandae resurrectionis solatium capere.“ Ex his igitur id colligimus, homines adhuc aevo illo valde fuisse harum rerum incertos ac dubios. Sequens aetas videre sibi visa est quae priores non viderant. Augustinum tamen habuit aeque incertum ac dubium. Immo et regulam fidei significationis ambiguo tentavit infernorum sive inferorum vocabulo, aliis Christum ad inferos descendisse horrentibus, aliis inferos ultra sepulchrum descensu Christi penetratos fuisse tacentibus, ut vel passionis professione sepulturam et descensum involverent, aut qui sepultum dixissent, descendisse praeterea non dicerent, qui descendisse, hoc pro sepultura positum intellegi vellent. Nam et hodie Ecclesiae Catholicae symbolo descensum non audimus, et iam pridem ita etiam in Orientis ecclesiis fuisse testatur Ruffinus. Sed haec prius fuere. Nunc recondita postquam theologis nostris patescunt, sic omnia sunt constituta, ut addubitare quicquam sit grande nefas. Irenaei sententia habetur in Fine libri V., Iustini Quaestionibus LXXV. et LXXVI., Tertulliani libro De Anima cap. 7 sqq. et cap. 55. et libro De Resurr. cap. 43., Augustini Epist. LVII. Ad Dardanum, et XCIX. Ad Euodium, et De Genesi XII. ad litt. capp. 32. 33. 34., et Quaest. super Genes. I, 25. (Rigalt.)

g. dies munerum] Habebant ethnici dies munerum et dies strenarum. Ipse Tertullianus cap. sequ. „Munera commeant, strenae consonant.“ (Rigalt.) Cf. supra cap. 10.

h. mercedis debitum expungunt] Unde et Mercedonius seu Mercedinus mensis dictus, posteaque dies Mercedini, in tres menses tributi. (Rigalt.) Recte Rigaltius. Paul. Diac. p. 124. M. „Mercedonios (sc. dies) dixerunt a mercede solvenda.“ Gloss. Isid. „Mercedonius, qui solvit mercedem.“ V. Scalig. De Emendat. Temp. II, p. 177. Cf. Morcell. De Stil. Inscr. Lat. I, p. 74. De verbo *expungere* alibi adnotatum est. Per *honoris titulum* significantur praemia *honoraria* illa, quorum supra mentio facta erat cap 10., pro quibus in ignobilioris ordinis hominibus simplici nomine *mercedes* dici ait.

i. cum ignorantia alterius] Elige, inquit, qua tecum agi velis formula: Christiani inter ethnicos noti vel ignoti. Nam cum apud ethnicos sollemnes ethnicorum dies observas, id efficies ut lateas, atque ut te non esse Christianum ethnicus putet: sed fraus est, quae hoc ipso quod ignorantiam veritatis inducit, conscientiam tuam contaminat. (Rigalt.)

k. Si non ignoraris quod sis Christia-

tiam alterius agis tamquam non Christianus: [20]sin vero et dissimulaberis, [21]temptatus[1] addictus es. Certe sive hac sive illac, reus es confusionis [22]in deo. Qui autem confusus super me fuerit penes homines, et ego confundar super illo, inquit, penes patrem meum, qui est in caelis.

Matth. X, 32 sq. Luc. IX, 26.

Cap. XIV.

Sed enim plerique iam induxerunt animo [1]agnoscendum esse[a], [2]si quando, quae ethnici, faciunt, ne nomen blasphemetur. Porro[b] blasphemia, quae nobis [3]omni modo devitanda est, haec opinor est, [4]si qui nostrum ad iustam blasphemiam ethnicum deducat aut fraude aut iniuria aut contumelia aliave materia [5]dignae querelae[c], in qua nomen merito percutitur, ut merito irascatur [6]et dominus. Ceterum si[d] de omni blasphemia dictum est, [7]Vestra causa nomen meum blasphematur, perimus universi, cum totus circus [8]scelestis suffragiis nullo merito nomen lacessit. Desinamus, et non blasphemabitur[e]. [9]Immo dum sumus, blasphemetur; in ob-

Rom. II, 24. Ies. LII, 5. Ezech. XXXVI, 20.

20. sin vero et dissimulaberis *ego.* sin verò et dissimulaveris *Latinius, Fr. Iunius.* Enimvero et dissimulaberis *ABC.* Enimvero etsi simulaveris *a.* 21. temptatus *A.* 22. in domino (dño *A.*) *Ab.* in deo *BCa.* deo *Fr. Iunius.*

Cap. XIV. 1. agnoscendam esse *A.* ad cognoscendam esse *B.* ignoscendum esse *Cab.* id ignoscendum esse *Fulv. Ursinus.* 2. si quando quae *b.* si quandoque *A.* si quandoque et *B.* quandoque his quae *Ca.* 3. omni modo *A.* omnino *reliqui.* 4. si qui *Aφ.* si quis (*Aβ*) *reliqui.* 5. digna quae cui non inmerito irascatur A. 6. ei dominus *Leopoldus.* 7. vestri causa *ABmgab.* vae, cuius causa *BC.* 8. caelestis *Bmg.* 9. Immo dum sumus blasphemetur in observatione *ABCa.* Immo blasphemetur, dum sumus *b.*

nus] Si te Christianum esse ab ethnicis non ignoratur, contra alterius conscientiam agis, quippe aliter agens, quam tibi ex fide Christiana agendum esse ethnicus non ignorat: sin vero et dissimulaberis esse Christianus, certe in temptationem incidisti, et, quia temptatus, peccato addictus es.

l, temptatus] Hyperbolico sensu dicitur ab scriptoribus sacris. Qui enim incidit in peccatum dicitur esse tentatus vel addictus et obnoxius tentationi, quia videlicet succubuit iam tentatori diabolo. Et ita explicui in Tertulliano. Sic etiam Cyrillus Hierosolym. Cateches. I. in re gravi usurpat hoc verbum: *εἰ γάρ τις τῶν ἐνταῦθα νομίζοι πειράζειν τὴν χάριν, ἑαυτὸν ἀπατᾷ καὶ τὴν δύναμιν ἀγνοεῖ.*, et Ambros. De Offic. I, 5. „Qui talia dicit, non est mitis atque humilis, non est sine tentatione; tentator eum exagitat. Hieronymus etiam libro II. Adv. Iovin. saepissime tentationem sumit pro peccato. Cum petimus non induci in tentationem, certe petimus liberari a peccato. (La Cerda.)

Cap. XIV. a. agnoscendum esse] h. e. adprobandum esse. Perperam enim in vulgatis editionibus scriptum est *ignoscendum* esse, quod sententiam turbat. *Nomen* sc. Christianum.

b. Porro] h. e. Atenim, de quo particulae apud Tertullianum usu alibi adnotatum est.

c. dignae querelae] Libri Agobardini corrupta loci scriptura sic. emendanda videtur: *aliave materia digna querelae, cui non inmerito irascatur et dominus.*

d. Ceterum si] Alioquin, ait, si verba domini *Vestri causa nomen meum blasphematur* de quavis blasphemia in eum iactata sunt intellegenda, pernicies nos universos habet, cum totus, ut unum exemplum afferam, circus scelestis suffragiis dei, idest Christianum, nomen nihil meritum lacessit atque detestatur. Suffragia igitur non sunt favores populi in circo spectantis, ut quidam interpretati sunt, sed praeiudicia et detestationes sectae Christianae, quae ibi vulgo audiebantur. Cf. initium cap. 40. Apologetici.

servatione, non in exorbitatione disciplinae; dum probamur, [10]non dum reprobamur. [11]O blasphemiam martyrii [12]adfinem, quae tunc me testatur [13]Christianum, cum [14]propter ea me detestatur! Benedictio est nominis maledictio custoditae disciplinae. Si hominibus, inquit, [15]vellem placere, servus Christi non essem. Sed idem alibi Gal. I, 10.
iubet, omnibus placere curemus[f]. Quemadmodum ego, inquit, omnibus per omnia placeo. Nimirum [16]Saturnalia et Kalendas Ianua- I. Cor. X, 33.
rias celebrans hominibus [17]placebat? an modestia [18]et patientia? an gravitate, an humanitate, an integritate? Proinde cum dicit, [19]Omnibus omnia factus sum, [20]ut omnes lucrifaciam, [21]numquid I. Cor. IX, 22.
idololatris [22]idololatres? [23]numquid ethnicis ethnicus? numquid saecularibus saecularis? Sed etsi non prohibet nos conversari cum idololatris et adulteris et ceteris criminosis, dicens, [24]Ceterum de I. Cor. V, 10.
mundo [25]exiretis, non utique eas habenas conversationis [26]immittit[g], ut, quoniam [27]necesse est et convivere [28]nos et commisceri cum peccatoribus, [29]idem et compeccare possimus. [30]Ubi est [31]commercium vitae, quod apostolus concedit, [32]ibi peccare, quod nemo permittit. Licet convivere cum ethnicis, [33]commori[h] non licet. Con-

10. nondum *B. Verba* non dum reprobamur *om. A.* 11. O blasphemiam *b. Fulv. Ursinus.* ob blasphemiam *ABCa.* 12. adfinem *Aβ.* affinem *Cab.* ad finem *B.* 13. Cristianum *Aφ.* 14. propterea me *Fr. Iunius, La Cerda.* propter eam *libri omnes.* 15. velim *A.* 16. siturnalia *Aβ.* 17. placeat *Aφ. manu secunda.* 18. et patientia *om. A.* 19. Omnibus omnia *ABb.* Omnia omnibus *Ca.* 20. ut omnibus lucrifaciam *A.* 21. numquid *Aβ., et ita in sequentibus.* 22. idololatres *om. A.* 23. numquid ethnicis et numquid *A.* 24. Caeterum *AβB.* 25. exissetis *a.* 26. immittit, ut *Petr. Ciacconius, prob. Fr. Iunio, La Cerda.* immutat *libri omnes.* 27. necesse est *A.* necesse sit *reliqui.* 28. nos commisceri *A.* nos commiscere *a.* 29. idem et compeccare *Ab.* idem et cum peccare *B.* ideo et cum eis peccare *Ca.* 30. Ubi est *AB.* Ibi est *Cab.* 31. commertium *Aβ.* 32. ibi *Ab.* sibi *B.* hic *Ca.* 33. commori *BCab.* commoveri *A.*

e. Desinamus, et non blasphemabitur.] Dixerat plerosque animo induxisse agnoscendum atque probandum esse, si quando, quae ethnici, ea et ipsi faciant, ea scilicet de causa probandum, quia ita vitetur, ne nomen Christianum blasphemetur. Habebant enim ethnici Christianos pro factione (Apolog. cap. 39.), pro latebrosa et lucifugaci natione (Minuc. Fel. Octav. cap. 8.) reipublicae periculosa (Apolog. cap. 35.). At eiusmodi, inquit, blasphemia peccato nobis quidem minime est deputanda, cum eas tantum devitare nos iubeat dominus, quae contrahuntur fraude, iniuria, aut contumelia aliave materia iustae querelae. Alioquin enim vel circi totius illae nominis nostri immeriti detestationes nos omnes perniciei dederent, quas detestationes facile quidem devitaremus, si omnino Christiani esse desineremus. Sed blasphement, sed detestentur ethnici, dum sumus Christiani, dum sumus in observatione, non in exorbitatione disciplinae. Haec enim blasphemia probationem dei habet, non reprobationem.

f. iubet, omnibus placere curemus.] De structura verbi *iubere* cum particula *ut* aut simplici coniunctivo v. Ruddim. Instit. Gramm. II, p. 133., Deder. ad. Dict. Cret. II, 25. not. crit., Muncker ad Hygin. Fab. CXCVI. p. 326., Burm. ad Ovid. Metam. VIII, 752., Hildebr. ad Apul. Florid. IV, 23. tom. II, p. 100.

g. immittit] Recepi Ciacconii emendationem. Suspicor tamen Septimium scripsisse *imputat*, ut imputare sit nostrum *zumuthen*.

h. commori] Per peccatum.

vivamus [34]cum omnibus; [35]conlaetemur ex communione naturae, non superstitionis. [36]Pares anima sumus, non [37]disciplina, compossessores mundi, non erroris. Quod si nobis nullum ius [38]est communionis [39]in huiusmodi[i] cum extraneis, quanto scelestius est haec inter fratres [40]frequentare. Quis hoc sustinere aut defendere potest? Iudaeis dies suos festos exprobrat spiritus sanctus. Sab-
Ies. I, 14. bata, inquit, vestra et [41]neomenias [42]et ceremonias odit anima mea. Nobis, quibus sabbata extranea sunt et [43]neomeniae et feriae [44]a deo aliquando dilectae, Saturnalia et Ianuariae et Brumae[k] et Matronales[l] frequentantur, munera commeant[m], [45]strenae, consonant lusus, convivia constrepunt. O melior [46]fides nationum in suam sectam, quae nullam sollemnitatem Christianorum sibi vindicat! Non dominicum diem, non pentecosten, etiamsi nossent, [47]nobiscum communicassent; timerent enim, ne Christiani viderentur. Nos ne ethnici pronuntiemur, non veremur. Si quid et carni indulgendum est, habes; [48]non dicam tuos dies tantum[n], sed et plures. Nam ethnicis semel annuus dies quisque festus est, [49]tibi octavo quoque die. [50]Excerpe singulas sollemnitates nationum et in ordinem exsere: [51]pentecosten implere non poterunt.

Cap. XV. Sed luceant, inquit, [1]opera [2]vestra. At nunc [3]lucent tabernae
Matth. V, 16. et ianuae nostrae. Plures iam [4]invenias ethnicorum fores sine lucernis et laureis[a], quam Christianorum. De ista quoque specie quid videtur? Si idoli honor est, sine dubio idoli honor idolola-

34. cum omnibus *Cab.* communibus *AB.* 35. laetemur *A.* 36. Paris animae *A.* 37. disciplinae *A.* 38. est *ab.* esset *AB. Omittit C.* 39. in huiusmodi cum *A.* in eiusmodi cum *Cab.* in eius modicum *B.* 40. frequentari *Fr. Iunius.* 41. numenia *A.* 42. et ceremonias *om. A.* 43. numenie *A.* 44. a dò aliquando *Aβ.* 45. et strenae *Ios. Scaliger, Fr. Iunius.* 46. fides *om. A.* 47. nobiscum non communicassent *Ca.* 48. non dicam tuos *BCa.* non dicam duos *Latinius.* non dicam suos *Petr. Ciacconius, prob. Fr. Iunio.* non tamen *Ab.* 49 tibi octavo quoque die. *BCa. Omittit A.* festus est, tibi octavus quisque dies *b. Fulv. Ursinus.* 50. exsere (exere *Bmg.*) *ABmgb.* texe *BCa.* 51. pentecostem *B.*

Cap. XV. 1. operae *A.* 2. vestra *om. A.* 3. lucent *b. Latinius.* luceant *ABCa.* 4. invenias *A.* invenies *reliqui.*

i. in huismodi] Vocabulis *eiusmodi* et *huiusmodi* Tertullianus pro substantivis utitur. Exempla dabo ad libri De Baptismo cap. 12.

k. Brumae] De Brumalibus cf. supra cap. 10.

l. Matronales] Matronales feriae celebrabantur Kalendis Martiis. Ovid. Fast. III, 229 sqq., Plaut. Mil. Glor. III, 1, 97 sqq., Tibull. III, 1. initio., Martial. Epigr. V, 84, 11., Iuvenal. Sat. IX, 53., Horat. Od. III, 8. initio., Suet. Vespas. cap. 19., Macrob. Sat. I, 12.

m. munera commeant] Vulgo perperam interpungitur: *munera commeant, strenae consonant, lusus, convivia constrepunt.*

n. non dicam tuos dies tantum] Sequaris Agobardini libri scripturam, sequaris mecum vulgatam, certe *tuos* retinendum erit, per quos intellegit reliquos Christianorum festos praeter Solis dies.

Cap. XV. a. sine lucernis et laureis] V. adn. ad Apol. cap. 35.

tria est. Si hominis causa est, recogitemus omnem [5]idololatrian in hominis causam esse[b]. Recogitemus omnem [6]idololatrian in homines esse culturam, [7]cum ipsos deos nationum homines retro fuisse etiam apud suos constet. Itaque nihil interest, superioris an huius saeculi viris superstitio ista praestetur. Idololatria non propter personas, quae [8]opponuntur[d], sed propter officia ista damnata est, quae ad [9]daemonas pertinent. Reddenda sunt Caesari quae sunt Caesaris. Bene quod[e] apposuit: et quae sunt dei deo. Quae ergo sunt Caesaris? Scilicet de quibus tunc consultatio movebatur, praestandusne esset census Caesari, an non. [10]Ideo et monetam ostendi sibi dominus postulavit, et de imagine, cuius esset, requisivit, et cum audisset Caesaris, Reddite, ait, quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt dei deo, id est imaginem Caesaris Caesari, quae in [11]numo est, et imaginem dei deo, quae in homine est, ut Caesari quidem pecuniam reddas, deo temetipsum. Alioquin, quid erit dei, si omnia Caesaris? Ergo, inquis, honor dei est lucernae pro foribus et laurus in postibus? Non utique quod dei honor est, sed quod eius, qui pro deo [12]eiusmodi officiis honoratur, quantum [13]in manifesto est, salva operatione quae est in occulto, ad daemonia perveniens. Certi [14]enim esse debemus, [15]si quos latet per ignorantiam litteraturae saecularis, etiam [16]ostiorum deos apud Romanos, Cardeam[f] a cardinibus [17]appellatam, et Forculum[g] a foribus, et Limentinum a limine, et ipsum Ianum a ianua: et utique scimus, licet nomina inania atque conficta sint, cum tamen in superstitionem deducuntur, rapere ad se daemonia et omnem spiritum immundum per consecrationis obligamentum. Alioquin daemonia nullum habent nomen [18]singillatim, sed ibi nomen inveniunt, ubi et pignus. Etiam apud Graecos Apollinem [19]*Θυραῖον*[h] et Antelios daemonas[i] ostiorum praesides legimus.

Matth. XXII, 21. Luc. XX, 25.

5. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui.* 6. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui.* 7. cum et ipsos *Ab.* 8. opponuntur *ABCa.* apponuntur *b. Latinius.* 9. daemonas *Ab.* daemones *reliqui.* 10. Ideo monetam *A.* 11. numo *A.* nummo *reliqui.* 12. eiusmodi *ABCa.* huiusmodi *b.* 13. in manifesta est operatione *A.* 14. enim *om. A.* 15. si quo *A.* 16. hostiorum *Aφ.* 17. pellatam *A.* 18. singillatim *Ab.* singulatim *reliqui.* 19. *Θυραῖον BCa.* Thyraeum *b.* tyreum *A.*

b. in causam esse] V. adn. ad De Fuga in Persecut. cap. 7.

c. retro] i. e. antea. V. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 9.

d. quae opponuntur] Quae idololatriae colendi opponuntur. La Cerda interpretatur: quae oppositione quadam inter se differunt.

e. Bene quod] V. quae adnotavi ad cap. 5.

f. Cardeam] V. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 10. et ad De Spectac. cap. 13.

g. Forculum] Rigaltius adnotat in antiquis exemplaribus legi: *Foriculum* et *Foreculum.* Dubito.

h. Apollinem *Θυραῖον*] Macrob. Saturn. I, 9. „Etenim, sicut Nigidius quoque refert, apud Graecos Apollo colitur qui *Θυραῖος* vocatur, eiusque aras ante

Haec igitur ab initio praevidens spiritus sanctus etiam [20]ostia in superstitionem [21]ventura praececinit per antiquissimum [22]propheten Enoch. Nam [23]et alia ostia in balneis[k] adorari videmus. Si autem [24]sunt [25]qui in [26]ostiis [27]adorentur, ad eos et lucernae et laureae pertinebunt. Idolo feceris, [28]quicquid ostio feceris. Hoc in loco ex auctoritate quoque dei contestor, quia nec tutum est subtrahere [29]quodcumque uni fuerit ostensum utique omnium causa. Scio fratrem per visionem eadem nocte castigatum graviter, quod ianuam eius subito [30]adnuntiatis gaudiis publicis servi [31]coronassent. Et tamen non ipse coronaverat aut praeceperat; nam ante processerat, et regressus [32]reprehenderat factum. Adeo apud deum in huiusmodi[l] etiam [33]de disciplina familiae nostrae [34]aestimamur. Igitur quod [35]attineat ad honores regum vel imperatorum, satis praescriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere se-
Rom. XIII. 7. cundum apostoli praeceptum subditos magistratibus et principibus et potestatibus, sed intra limites disciplinae, quousque ab idololatria separamur. Propterea enim et illud exemplum trium [36]fratrum
Dan. III, 12 sq. praecucurrit, qui, alias obsequentes erga regem [37]Nabuchodonosor, honorem imaginis eius constantissime respuerunt[m], probantes [38]idololatrian esse quicquid [39]ultra humani honoris modum ad instar divinae sublimitatis [40]extollitur. Sic et Daniel, [41]cetera Dario subnixus,
Dan. VI, 5 sq. tamdiu fuit in officio, quamdiu a periculo disciplinae vacaret. Nam [42]ne id subiret, non magis leones regios timuit, quam [43]illi regios ignes. [44]Accendant igitur [45]quotidie lucernas, quibus lux nulla est,[n] [47]affigant postibus lauros postmodum arsuras[o], quibus ignes immi

20. hostia *Aφ*. 21. venturam *B*. 22. prophenenoch *Aφ*. 23. et alias *b. in secundis curis*. 24. sunt *AB*. eorum sunt *reliqui*. 25. qui *Ios. Scaliger*. quae *libri omnes*. 26. in hostiis *A*. 27. adornentur *Fr. Iunius, La Cerda*. 28. quicquid *Aβ*. 29. quodcumque *Aβ*. 30. adnuntiatis *AβB*. 31. coronarint *A*. 32. reprehenderat *ABCa*. deprehenderat *b. Latinius*. 33. de disciplina *ego*. disciplina *libri omnes*. 34. aestimamur *ABb*. aestimatur *Ca*. 35. attinet *Fr. Iunius*. 36. fratrum *A*. 37. Nabucodonosor *A*. 38. idololatrian *Aφ*. idololatriam *reliqui*. 39. ultra *om. Ab*. 40. extollit *Ab*. 41. caetera *Aβ*. 42. ne id *AB*. id ne *reliqui*. 43. illi *ABmgCab*. ille *B*. 44. Accedant *A*. 45. cotidie *B. pro more*. 46. affigant *A*. adfigant *B*.

fores eius celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem.“ Cf. Schol. ad Soph. Electr. v. 640. Spanh. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 144, et interpretes ad Arnob. Adv. Natt. VI, 12. Tertull. De Corona cap. 13.

i. Antelios daemonas] Cf. Tertull. De Corona cap. 13. et quae ibi adnotavero.

k. ostia in balneis] Suspicor fontium ostia, in nympharum honorem.

l. in huiusmodi] Cf. supra cap. 14.

m. respuerunt] Cf. quae adnotavi supra ad cap. 11.

n. quibus lux nulla est] Interdiu enim accensae lucem nullam habebant. Cf. Apolog. cap. 35.

o. postmodum arsuras] Postquam exaruerint. De hoc poenarum infernalium auspicio cf. Desid. Herald. Digress. I, 23. p. 247 sq. Par locus De Cultu Fem. cap. 6. „Male ac pessime sibi auspicantur flammeo capite.“ Cf. Ad Uxor. I, 6. „auspicia poenae suae.“ Hieron. ad

nent; illis [47]competunt et testimonia tenebrarum et auspicia poenarum. Tu lumen es mundi et arbor virens semper. Si templis renuntiasti, ne feceris templum ianuam tuam. Minus dixi: si lupanaribus renuntiasti, ne indueris [48]domui tuae faciem novi lupanaris[p].

Circa officia vero privatarum et communium[a] [1]sollemnitatum, Cap. XVI.
ut togae purae[b], ut sponsalium, ut [2]nuptialium, ut nominalium[c], nullum putem periculum observari de flatu [3]idololatriae, [4]quae intervenit. Causae enim sunt considerandae, quibus praestatur officium. Eas mundas esse opinor per semetipsas, quia neque vestitus virilis neque [5]anulus[d] aut coniunctio maritalis de alicuius idoli honore descendit. Nullum denique cultum a deo maledictum invenio, nisi muliebrem in viro. Maledictus enim, inquit, omnis qui Deut. XXII, 5.
muliebribus[e] induitur. Toga vero etiam [6]appellationis virilis est[f]. Nuptias quoque celebrari non magis deus prohibet quam nomen imponi. Sed his accommodantur sacrificia. [7]Sim vocatus [8]nec adsacrificii[g] sit titulus officii, et operae meae expunctio [9]quantum

47. competunt testimonia aut auspicia *A.* 48. domui *Ab.* domi *reliqui.*

Cap. XVI. 1. sollemnitatum *Aβ.* 2. nuptiarum *Bmg.* 3. idolatriae *A.* 4. quae *om. A.* 5. anulus *AβB.* 6. appellationis *ABb.* appellatione *Ca.* 7. Sim vocatus *Ab.* si invocatus *B.* Si in vocatu *Ca.* si sim vocatus *Fulv. Ursinus, La Cerda.* Si nec in vocatu *Latinius, Fr. Iunius.* 8. nec adsacrificii sit *b.* nec ad sacrificiis sit *A.* nec in sacrificiis *BCa. Fulv. Ursinus, La Cerda, Latinius, Fr. Iunius.* 9. quantum sibi libet *Ab.* quae tum sibi libet *B.* quid tum? si libet *Ca.*

Laetam: „Nec capillum irrufes, et aliquid ei de gehennae ignibus auspiceris.“

p. novi lupanaris] Apolog. cap. 35. „cur die laeto non laureis postes obumbramus nec lucernis diem infringimus. Honesta res est sollemnitate publica exigente *domui tuae induere habitum alicuius novi lupanaris.*“ Ad Uxor. II, 6. „et procedet (dei ancilla) de ianua laureata et lucernata, *ut de novo consistorio libidinum publicarum.*“ Cf. Propert. Eleg. I, 16, 7. Lauri et faces proprie ad nuptialia pertinebant. Cf. Hildebr. ad Apul. Metam. IV, 26. p. 277.

Cap. XVI. a. communium] Ut privatae sollemnitates dicuntur, quae uni tantum personae conveniunt, ita communes, quae duabus, ut sunt nuptiae, sponsalia. (La Cerda.) Cf. Casaub. ad Sueton. August. cap. 53. p. 239.

b. togae purae] Id est vestitus virilis (ut post exponitur) toga praetexta deposita. Erat autem haec toga pura candida, quam tirones Liberalibus vel magnae coronae die induebant primum die tirocinii sui, ὁλόλευκος τήβεννος, anno aetatis decimo septimo; prius enim praetextati erant. Cic. Epist. IX, 22. ad Atticum. Cf. De Corona. (Fr. Iunius.)

c. nominalium] Macrob. Saturn. I, 16. „Est autem dies lustricus, quo infantes lustrantur et nomen accipiunt; sed is maribus nonus, octavus est feminis.“ Eadem habet Paulus Diac. s. v. *Lustrici dies* p. 120. Muell. Gloss. Vet. „Nominalia, ὀνοματοθεσία.“ Cf. Becker Gallus I, p. 26., Lobeck Aglaoph. I, 434.

d. anulus] Cf. Barth. Adverss. I, 8. p. 61.

e. muliebribus] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 17.

f. appellationis virilis est] Appellatur etiam toga virilis, non simpliciter toga. (Rigalt.)

g. adsacrificii] Hunc locum in omnibus libris editis depravatissimum emendavimus ex codice Agobardi. Emendationem verissimam esse probabimus explicatione. Christianis gentilium dominio subditis frequentissimae occurebant rationes haesitandi consultandique an et quatenus potestatibus ethnicis imperan-

sibi libet[h]. [10]Utinam quantum sibi quidem, nec videre [11]possemus quae facere nobis nefas est. Sed quoniam ita [12]malus [13]circum

10. Utinam quantum sibi quidem *Ab.* Utinam quidem *reliqui.* 11. possemus *Ab.* possimus *reliqui.* 12. malis *Ca.* 13. circumdedit saeculum *Aβ.*

tibus aut vocantibus operae sive officia absque idololatriae periculo deberentur. Nimirum in familia forte aut comitatu praesidis sive proconsulis servi sunt et liberti, apparitores, scribae, librarii, praecones, inter hos et Christiani, et sollemnia quaedam incidunt, quorum occasione festa et sacrificia certo de more celebrantur: praeses aliqua procurari iubet ad easce sollemnitates pertinentia. Quid hic consilii capiet Christianus? Parebit imperanti? erit idololatriae fautor et administer. Obsequium negabit? erit adversus potestatem contumax. Certe idolorum cultum qualemcunque execratur deus. Sed et principum et potestatum iura confirmat. Nemini Christiano contumaciam indulget, immo cunctos ad obsequendi officium compellit. Hac in specie Tertullianus discrimen statuit, ut quod attineat ad honores regum vel imperatorum, satis praescriptum habeant Christiani, in omni se obsequio esse debere, secundum apostoli praeceptum, subditos magistratibus et principibus et potestatibus, sed intra limites disciplinae, quousque ab idololatria separamur. Circa officia vero privatarum et communium sollemnitatum, ut togae purae, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium nullum putem, inquit, periculum observari de flatu idololatriae, quae intervenit: causae enim sunt considerandae, quibus praestatur officium. Deinde obiicit: Sed his, nempe sponsalibus, nominalibus ac ceteris huiusmodi sollemnitatibus accommodantur sacrificia. Ipse continuo obiectionem solvit, sumpta persona servi seu liberti Christiani quem dominus gentilis adesse aut apparere sibi iussit filiove ob togae purae vel sponsalium sollemnia sacrificanti. Sim vocatus, inquit, dum officium meum aut opera mea non possit haberi pro adsacrificio, id est administratione seu participatione aut consensu sacrificii, utatur ille opera mea et officio meo, quantum sibi libet. Mox voto dictum castigat: Utinam quantum sibi quidem, quasi diceret: Utinam illud, quod proxime dixi, quantum sibi quidem, disiungi queat ab officio operave mea, ut iam dominus ille gentilis ad eas sollemnitates neminem vocaret Christianum, nec videre possemus quod facere nobis nefas est. Sed quoniam satanas ita circumdedit saeculum idololatria, licebit adesse in quibusdam, quae nos homini, non idolo officiosos habent. Deinde sententiam suam concludit: Ceterum, id est absque huius distinctionis indulgentia, quid facient servi vel liberti fideles, item officiales sacrificantibus dominis vel patronis vel praesidibus adhaerentes? Huius autem loci depravandi occasionem dedit minime intellecta vox *adsacrificti.* Etenim ignari significationis mutavere ac pro eo scripsere *in sacrificiis*, nullo sensu. *Adsacrificii* titulus dicitur quemadmodum *admilitiae* gratia [fr. 1. pr. de off. Praef. Praet. I, 11.] „Arcadius ait, cum apud veteres dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, magistros equitum sibi eligebant qui adsociati participales curae *admilitiae gratia* secundam post eos potestatem gererent.“ Sic legitur in Pandectis Florentinis, non ut vulgo *militiae gratia.* Magistri equitum admilitabant praefectis praetorio, eorumque cura dicebatur *admilitia*, quia additi et adsociati erant curae praefectorum praetorio. Sic etiam in adsacrificiis adsacrificare dicebantur qui propter sacrificium aderant sacrificanti, qui consilio sumptuve sacra facientem adiuvabant. Officii et operae expunctio est persolutio et praestatio. (Rigalt.) De interpretatione quidem consentio cum Rigaltio, sed verba aliter distinguo et struo, ut Septimius dicat: Si sim vocatus nec fiat, ut sacrificii titulum habeat meum ad quod sum vocatus officium, etiam opera mea expungatur in quantum sibi libet. De ellipsi condicionalis *si* notum est; ex Tertulliano, apud quem frequentissima est, aliquot exempla attuli ad De Corona cap. 11. De vocabulis *expunctio* et *expungere* alibi adnotatum est. Vocabula in modum *adsacrificii* conficta habes apud Tertullianum *adinvenire* Apolog. cap. 4. (certe ex auctoritate libri Fuldensis), *advivere* De Corona cap. 7. De Anima cap. 57., *adtradux* De Patientia cap. 5.

h. quantum sibi libet] Adv. Hermog. cap. 23. „Fuerit licet materia *quantum sibi licet,* vel potius Hermogeni.“

dedit saeculum idololatria, licebit adesse in quibusdam, quae nos homini, non idolo, officiosos habent. Plane ad sacerdotium et sacrificium vocatus non ibo (proprium enim idoli [14]officium est), sed neque consilio neque sumptu [15]aliave opera in eiusmodi fungar. Si propter sacrificium vocatus adsistam, ero particeps idololatriae: si me alia causa coniungit sacrificanti, ero tantum spectator sacrificii.

Ceterum quid facient servi vel [1]liberi fideles, item officiales Cap. XVII. sacrificantibus dominis vel patronis vel praesidibus [2]suis adhaerentes? Sed[a] si [3]merum quis sacrificanti tradiderit, immo [4]si verbo quoque aliquo sacrificio necessario adiuverit, minister habebitur idololatriae. Huius regulae memores etiam magistratibus [5]et potestatibus officium possumus reddere secundum patriarchas et ceteros maiores, qui regibus idololatris usque ad finem idololatriae apparuerunt. Hinc proxime disputatio [6]oborta est, an servus dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie idololatriae intactum se aut gratia aliqua aut astutia etiam praestare possit, secundum quod et Ioseph et Daniel mundi ab idololatria et dignitatem et potestatem [7]administraverunt [8]in ornamento et purpura praefecturae totius Aegypti sive Babyloniae. [9]Cedamus itaque succedere alicui posse, ut in quoquo honore [10]in solo honoris nomine incedat, neque sacrificet, neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet, non hostias locet, non [11]curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non [12]spectacula edat de suo aut de publico aut edendis praesit, nihil sollemne pronuntiet vel edicat, ne iuret quidem; iam vero quae sunt potestatis, [13]neque iudicet de capite alicuius vel pudore[b] — feras enim de pecunia[c] — neque damnet neque praedamnet[d], neminem vin-

14. est officium *A.* 15. alia vera opera *A.*

Cap. XVII. 1. liberti *b, Fr. Iunius.* 2. suis *om. Ab.* 3. mirum quis (quid *Aφ.*) sacrificantis *A.* 4. si vero quoque aliquos (alios quos *Aφ.*) *A.* 5. et potestatibus *om. A.* 6. oborta *ABb.* suborta *Ca.* 7. administraverint *B.* 8. in ornamento et purpura praefecturae *ego.* in ornamento praefecturae *b.* in ornamento exturae *A.* et in ornamento et purpura extitere *Fr. Iunius.* in ornamento et purpura extitere *reliqui.* 9. Cedamus *Ab.* Credamus *reliqui.* 10. in solo honoris *Ab. Ios. Scaliger.* ut in solo honoris *reliqui.* 11. curas temporum *Aβ.* 12. spectaculedat *Aβ.* 13. neque iudicia de capite alicuius vel pudore ferat, etiam de pecunia *Fr. Iunius.*

Cap. XVII. a. Sed] Sed ad hoc, inquit, respondere minime difficile esse potest, siquidem, secundum domini legem, si quis sacrificanti merum ad libandum tradiderit minister habebitur idololatriae.

b. de pudore] Interpretor de honore cum Fr. Iunio.

c. feras enim de pecunia] Possit ferri si de pecunia iudicet, non, si de capite aut pudore. La Cerda post *pecunia* ponit interrogationis signum et sic interpretatur: „Feras tu de pecunia minore malo? q. d. Non damnet capite, cum ferendum non sit malum minus, ut scilicet damnet de pecunia."

d. neque damnet neque praedamnet] Damnat iudex, praedamnat legislator.

ciat, neminem recludat[e] aut torqueat, si haec credibile est fieri posse.

Cap. XVIII. Iam vero de solo suggestu[a] et [1]apparatu honoris retractandum. Proprius habitus uniuscuisque est, tam ad usum quotidianum, quam ad honorem et dignitatem. Igitur purpura illa[b] et aurum cervicis ornamentum eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc praetextae vel trabeae vel palmatae et coronae aureae sacerdotum provincialium[c], sed non eadem condicione. Tantum enim honoris nomine [2]conferebantur his, qui familiaritatem regum merebantur. Unde et purpurati [3]regum vocabantur a purpura, sicut apud nos a toga candida [4]candidati, sed non ut suggestus ille sacerdotiis quoque aut aliquibus idolorum officiis adstringeretur. Nam si ita esset, utique tantae sanctitatis et constantiae viri statim habitus inquinatos recusassent, statimque apparuisset Danielem idolis non deservisse, nec Belem nec draconem colere, quod [5]multo postea apparuit. Simplex igitur purpura illa nec iam dignitatis [6]erat, sed ingenuitatis apud barbaros insigne. [7]Quemadmodum enim et Ioseph, qui servus fuerat, et Daniel, qui per captivitatem [8]statum verterat, civitatem Babyloniam et [9]Aegyp-

Cap. XVIII. 1. appratu *Aφ*. 2. conferebantur his *b*. conferebatur is *A*. conferebatur his *BCa*. 3. regum memorabantur a purpura *A*. 4. candida *om. A*. 5. multo poste *A*. 6. erat, sed ingenuitatis *om. A*. 7. Quemadmodum *ab*. Quemadmodo *Aβ*. Quodammodo *AφBC*. 8. statim *B*. 9. Aegyptiam *b*.

Utraque abstineat Christianus, nec de capite cuiuspiam aut legem aut sententiam ferat. (Rigalt.)

e. recludat] h. e. in carcere claudat, in vincula det. De hoc rariore verbi *recludere* significatione et usu v. Ruhnk. et Frotsch. ad Iul. Ruf. cap. 1. p. 224. ed. Lips., Duker. ad Flor. IV, 12. Locis apud Forcellinium et a Dirksenio in Manuali ex ICtorum libris indicatis addo Irenaei Adv. Haeres. IV, 14. (p. 301. ed. Grabe.) „qui non credunt et propter hoc fugiunt lumen eius, *in tenebras*, quas ipsi sibi elegerunt, iuste *recludet*.“ Concil. Toletan. VII. cap. 5. „Quos in cellulis *reclusos* sanctae vitae ambitio tenet.“ Plura suppeditabunt Hieronymi scripta et Acta Sanctorum.

Cap. XVIII. a. de suggestu] h. e. de ornatu. V. quae adnotavero ad De Corona cap. 13.

b. purpura illa] Cf. Casaub. ad Sueton. Aug. cap. 18.

c. sacerdotum provincialium] Praetextae magistratuum, trabeae deorum, regum sive imperatorum et augurum, palmatae triumphantium. Coronarum aurearum, quas sacerdotes provinciales gestabant, exempla habentur Antonini Elagabali et Aquileiensium apud Herodianum libro V, [cap. 3?] et VIII, [cap. 7?]. (Fr. Iunius.) Satis indecorum videtur coronas aureas dari sacerdotibus in provinciis, non etiam Romae. Hoc tamen innuit lectio vulgata *sacerdotum provincialium*. Quid? si disiungamus, ut aureae coronae fuerint sacerdotum, fuerint et provincialium, nempe magistratuum, de quibus ipse libri De Corona cap. 13. „Sunt et provinciales aureae, imaginum iam, non virorum capita maiora quaerentes.“ (Rigalt.) De aureis sacerdotum addo Prudent. Peristeph. X, 1011. „Summus sacerdos nempe sub terram scrobe Acta in profundum consecrandus mergitur, Mire infulatus, secta vittis tempora Nectens, *corona tum repexus aurea*, Cinctu Gabino sericam fultus togam.“ Item apud Epictetum I, 19. volens quidam adscribi in urbe Nicopoli inter sacerdotes Augusti proponens huius sacerdotii commoda inter alia ait *χρυσοῦν στέφανον φορήσω*.

tum sunt consecuti per habitum barbaricae ingenuitatis, sic penes nos quoque [10]fideles, si necesse fuerit, poterit [11]et pueris praetexta concedi [12]et puerilis stola, nativitatis insignia, non potestatis, generis, non honoris, ordinis, non superstitionis. [13]Ceterum purpura vel cetera insignia dignitatum et potestatum insertae dignitati et potestatibus idololatriae ab initio dicata habent profanationis suae maculam, cum praeterea ipsis etiam idolis [14]induantur praetextae et trabeae et laticlavi, fasces quoque et virgae praeferantur, et merito. Nam daemonia magistratus sunt [15]saeculi huius; unius collegii insignia fasces et purpuras gestant. Quid ergo proficies, si suggestu quidem utaris, opera eius [16]vero non administres? Nemo [17]in immundis mundus videri potest. Tunicam si induas inquinatam per se, poterit forsitan illa non inquinari per te, sed tu per illam mundus esse non poteris. Iam [18]nunc qui de Ioseph et Daniel argumentaris, scito, non semper comparanda esse vetera et nova, rudia et polita, coepta et explicita, servilia et liberalia. Nam illi etiam [19]condicione servi erant: tu vero [20]nullius servus, in quantum solius Christi, qui te etiam captivitate saeculi liberavit, [21]ex forma[d] dominica agere debebis. Ille dominus in humilitate [22]et ignobilitate incessit [23]domicilio incertus[e]: nam Filius, inquit, hominis non habet Luc. IX, 58.
ubi [24]caput collocet; vestitu incultus, neque enim dixisset, Ecce qui Matth. XI, 8.
teneris vestiuntur, in domibus regum sunt; vultu denique et
aspectu inglorius, [25]sicut et Esaias pronuntiaverat. Si [26]potestatis Es. LIII, 2.
ius quoque nullam ne in suos quidem exercuit, quibus sordido ministerio functus est, si [27]regem denique fieri conscius sui

10. fideli *Ab.* 11. et puerilis praetexta *b.* 12. et puerilis stola *ABb.* et puellis stola *Ca.* 13. Caeterum *Aβ.* 14. induantur *b, Latinius.* inquantum *BCa. Omittit A.* 15. seculi. huius collegii *b.* 16. eius vero *AB.* vero eius *Cab.* 17. in immundis *b.* inmundis *A.* immundis *reliqui.* 18. nunc quid (numquid *Aφ.*) Ioseph *A.* 19. condicione servi *ABb.* servi conditione *Ca.* 20. nullius inquilinatum solius *A.* nullius servus in quantum solus *B.* 21. ex forma *Ab.* et formareliqui. 22. et ignobilitate *om. A.* 23. domicilii *Petr. Ciacconius.* 24. caput suum collocet *a.* 25. sicut Esaias *A.* 26. potestatis ius quoque nullum *Ab.* potestatem quoque nullam *reliqui.* 27. regem *Ab.* regem se *reliqui.*

d. ex forma] *Forma* apud Septimium persaepe est modus, lex, ratio. Exempla sunt Apolog. cap. 2. „Suspecta sit vobis ista perversitas, ne qua vis lateat in occulto, quae vos adversus *formam*, adversus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret.“ Ibid. cap. 7. „cum vel *ex forma* omnibus mysteriis silentii fides debeatur.“ Ibid. cap. 47. „quod rerum *forma* non sustinet.“ Ad Natt. I, 2. „contra *formam* iudicandorum malorum iudicatis.“ Ibid. I, 7. „cum vel *ex forma* ac lege omnium mysteriorum silentii fides debeatur.“ Ibid. I, 9. „Sed quid ego mirer vana vestra, cum ex *forma* naturali coŋcorporata et concreta intercessit malitia et stultitia sub eodem mancipe erroris?“ Ibid. II, 3. „Quod si ita est, etiam mortalia sint necesse est, secundum animalis *formam*.“ De Testim. Animae cap. 4. „Omittamus nunc naturalem *formum* timendi mortem.“

e. domicilio incertus] Quidam *domicilio* esse dativum parum intellegentes correxere *domicilii.*

regni[f] refugit, plenissime dedit formam suis [28]derigendo[g] omni fastigio et suggestu [29]quam dignitatis quam potestatis[h]. Quis enim magis [30]his usus fuisset, quam dei filius? Quales et quanti eum[i] fasces producerent, qualis purpura [31]de humeris eius floreret[k], quale aurum de capite radiaret, nisi gloriam saeculi alienam et sibi et suis iudicasset? [32]Igitur quae noluit, reiecit, [33]quae reiecit, damnavit, quae damnavit, in pompa diaboli deputavit. Non enim damnasset, nisi non sua: alterius autem esse non possent, nisi diaboli, quae dei non sunt. Tu si diaboli pompam eierasti, quicquid ex ea attigeris, id scias esse idololatrian. Vel hoc te commonefaciat omnes huius saeculi potestates et dignitates non solum alienas, verum et [34]inimicas dei esse, quod per illas adversus dei servos supplicia [35]consulta sunt, per illas et poenae ad impios paratae [36]ignorantur[l]. [37]Sed et nativitas et substantia tua molestae tibi

28. derigendo *Fr. Iunius.* dirigendo *libri omnes.* 29. quam dignitatis *Ab.* tam dignitatis *reliqui.* 30. his *BCa.* iis *Ab.* 31. de umeris *A.* 32. Igitur quae *BCa.* Igitur quam *Ab.* 33. quam reiecit quam damnavit damnavit *A.* quam reiecit damnavit, quam damnavit *b.* 34. inimica dei *A.* 35. convulta sunt *A.* 36. ignorantur *ABCa.* irrogantur *b*, *Latinius, Fr. Iunius.* 37. Sed et *BCa.* Sed *reliqui.*

f. conscius sui regni] Dominus noster voluit rex hominum fieri, conscius regnum suum non esse regnum huius mundi. Eodem sensu in Apologetico [cap. 21.] dixit Caesares esse necessarios saeculo, verum Christianos non posse esse Caesares. (Rigalt.)

g. dirigendo] *Derigere* seu *dirigere* h. l. est solvi ac subsidere. Glossae Vett. [Philox. col. 390. Vulc.]: „*Ἀποπήσσομαι*, Derigeor.“ „*Ἀποπηγνύω*, Dirigeo.“ [Adde Gloss. Latino-Graecum ap. Vulcan. col. 68. „Deriguit, *Ἀπεπάγη*.,“ et Onomast. Graeco-Latinum ap. eundem col. 40. „Dirigeo, *πήγνυμαι*.“]. Legendum *Derigeo* vel *Dirigeo*. Riget statua, riget fastigium, riget quivis suggestus et habent in rigore velut superbiam, nec facile cedunt, immo resistunt, nam sunt in duritie stipata. Ea vero cum solvuntur, ut igne metalla et sole glacies, derigere dicuntur, quia iam non rigent. (Rigalt.) Fr. Iunius, qui *derigendo* restitui vult, explicat „deponendo“ et „destituendo“; La Cerda (qui etiam *de regendo* proposuit) *dirigendo* retinens per „mittendo“ et „demittendo.“ Sed ut Rigaltii hallucinationes omni usus substructione egent, ita vix minus de La Cerdae opinione dubium est an aptis exemplis firmari possit; certe ne in ullo quidem, quotquot ipse attulit, *dirigere* pro „missum facere“ vel „deponere“ usurpatum deprehenderis. Fr. Iunius recte quidem interpretatus est, vim et rationem verbi *derigere* tamen non percepit. Est enim eodem significatu positum, quo *frigere* Apolog. cap. 37. „At enim nobis *ab omni gloriae et dignitatis ardore frigentibus* nulla est necessitas coetus, nec ulla magis res aliena quam publica.“ Sic nos dicimus „kalt sein, starr sein, unempfindlich sein gegen etwas.“ Verba *omni fastigio et suggestu* pro dativis habeo, non pro ablativis.

h. quam dignitatis quam potestatis] V. quae adnotavi supra ad cap. 4.

i. quales et quanti eum] Leopoldus, cum corrigere vellet *quales ante eum*, parum memor fuisse videtur *quanti* de numero esse hic usurpatum, ut plerumque apud Tertullianum.

k. floreret] Cf. quae adnotavero ad Apolog. cap. 11.

l. ignorantur] Verissima est lectio vulgata, quam tuetur etiam codex Agobardi. Ait Tertullianus per iniquam saecularium potestatem adversus Christianos saevitiam fieri, quo minus religio Christiana proficiat, ac per hoc ignorari quae sint a deo poenae adversus impios paratae. Itaque omnes huius saeculi potestates et dignitates non solum alienas, verum et inimicas dei esse, adeoque Christianis dei cultoribus minime ambiendas aut suscipiendas. (Rigalt.)

sunt adversus [38]idololatriam. Ad evitandum[m] remedia deesse non possunt, cum et, si defuerint, supersit unicum illud[n], [39]quo felicior factus non in terris magistratus, sed in caelis.

Possit in isto capitulo etiam de militia definitum videri, [1]quae inter dignitatem et potestatem est. At nunc de isto quaeritur, an fidelis ad militiam converti possit, et an militia ad fidem admitti, etiam caligata[a] vel inferior [2]quaeque, cui non sit necessitas immolationum vel capitalium iudiciorum. Non convenit sacramento divino et humano, signo Christi et signo diaboli, castris lucis et castris tenebrarum; non potest una anima duobus deberi, deo et Caesari. Et virgam[b] [3]portavit Moyses, fibulam[c] et Aaron, [4]cingitur loro et Iohannes, [5]agmen agit et Iesus Nave, bellavit et populus, si placet ludere. Quomodo autem [6]bellabit, immo quomodo etiam in pace militabit[d] sine gladio, [7]quem dominus abstulit? Nam etsi Cap. XIX.

38. idololatrian *A.* idololatriam *reliqui. Ita etiam supra. Post vocem* evitandum *liber Agobardi pergit verbis* de minutiloquio aristotilis *in libri De Anima cap.* 6. 39. quod *b.*
Cap. XIX: 1. quae intra *Ios. Scaliger.* 2. quaeque *BCa.* quoque *b, Fulv. Ursinus.* 3. portabit *B.* 4. cingetur *B.* 5. aget *B.* 6. bellabit iam? *Fr. Iunius.* bellavit, immo *B.* 7. quae dominus *B.*

m. Ad evitandum] Fr. Iunius vult distingui: *tibi sunt. Adversus idololatriam ad evitandum* cett.

n. supersit unicum illud] Non deerunt remedia in ecclesia et apud Christianos contra hoc malum. Sed esto nullum sit remedium, ut aliter vitam agas, nisi cum his insignibus idololatricis, certe tibi deesse illud non potest, quo in caelis regnaturus es feliciore multo purpura et magistratu. Puto indicari martyrium q. d. Remedio passionis pro Christo obitae habebis in caelis purpuram martyris, cui magistratus nullus terrenus comparandus. (La Cerda.)

Cap. XIX. a. caligata] h. e. gregaria. V. Lips. De Milit. Rom. II, 9. p. 99. ed. Vesal., et interpretes ad Sueton. August. cap. 25. Vitell. cap. 7. Cf. Senec. De Brevit. Vitae cap. 17. Plin. Hist. Nat. VII, 43.

b. virgam] Virga vitea centurionum fuit. Plin. Hist. Nat. XIV, 1. Sil. Ital. VI, 43. XII, 465. Iuven. Sat. VIII, 247. XIV, 193. Tacit. Annal. I, 23.

c. fibulam] Uncinos aureos intellegit, quibus colligabantur superhumerale et rationale, quemadmodum lori nomine Iohannis Baptistae zonam pelliceam. (Iac. Pamelius.) *Fibulam* Fr. Iunius et La Cerda referunt ad clavos militares, qui in caligis militum et peronibus. Plin. H. N. IX, 18. XXII, 22. XXXVIII, 14. *Lorum* contra Iunius ad calones, La Cerda ad baltheum militarem.

d. quomodo etiam in pace militabit] In pace militare dicuntur qui etiam extra belli tempus in stationibus et praesidiis degunt armati aut in armis apparent principi ceterisque potestatibus ad iussa exequenda. Ea vero priscorum Christianorum disciplina fuit, ut quos fides in quavis militia deprehenderat, ii secundum Iohannis praescriptum in militia sua permanerent. Sed vix erat, ut qui ante fidem non militarent, post fidem nomina militiae darent sua. Immo plerique ante fidem milites, posteaquam ad fidem conversi fuerant, et cingulum et gladium deponebant. Itaque hanc etiam ob causam Christiani ethnicis odio ludibrioque fuere, tamquam inertes et ignavi ac denique imperii Romani hostes. Cum igitur hac invidia plurimum laborarent, tandem visum, tam abruptum et praeceps consilium sic temperare, ut pace ab ethnicis ecclesiae concessa Christiani etiam cum ethnicis militarent. Unde Septimius ipse in Apologetico „Navigamus, inquit, et nos vobiscum et militamus.“ Atque in hanc sententiam apertissimus Arelatensis Concilii canon tertius „De his qui arma proiiciunt in pace, placuit abstinere eos a communione.“ At Septimius noster in illo De Corona atque hoc etiam De Idololatria opere pro naturae suae austeritate Christianis

adierant milites ad Iohannem et formam observationis[e] acceperant, si etiam centurio crediderat, omnem postea militem dominus in Petro [8]exarmando discinxit. Nullus habitus licitus est apud nos illicito actui adscriptus.

Cap. XX. Sed enim cum conversatio divinae disciplinae[a] non factis tantum, verum etiam verbis periclitetur (nam [1]sicut scriptum est, Ecce
Matth. XII, 21. homo et facta eius[b], ita, Ex ore tuo iustificaberis), meminisse debemus [2]etiam in verbis quoque idololatriae incursum praecavendum aut de consuetudinis vitio aut timiditatis. Deos nationum
Exod. XXIII, 13. nominari[c] lex prohibet, non utique, [3]ne nomina eorum pronuntiemus, quae nobis ut dicamus conversatio extorquet. Nam id plerumque dicendum est: In templo Aesculapii illum habes, et, [4]In vico Isidis habito, et, Sacerdos Iovis factus est, et multa alia in hunc modum, quando et hominibus hoc genus nomina inducuntur. Neque enim Saturnum honoro, [5]si ita vocavero [6]eum suo nomine; tam non honoro, quam Marcum, si vocavero Marcum. Sed ait: Nomen
Exod. XXIII, 13. aliorum deorum ne [7]commemoremini[d], neque audiatur [8]de tuo ore.

8. examinando *B.*

Cap. XX. 1. sicut et scriptum *B.* 2. etiam *BCa.* esse *b*, *Fulv. Ursinus.* 3. ne *om. B.* 4. in vico *b.* vico *BCa.* 5. si quem ita *b*, *Fulv. Ursinus.* 6. eum suo *BCa.* suo *b*, *Fulv. Ursinus.* 7. commemoremini *BCa.* commemorabitur *b*, *Fulv. Ursinus.* 8. de tuo ore *B.* de ore tuo *Ca.*

omnibus etiam ecclesia nullis persecutionibus vexata omne militiae genus, omnem gladii usum adimit. (Rigalt.)

e. formam observationis] Cf. quae adnotavi supra ad cap. 17.

Cap. XX. a. conversatio divinae disciplinae] *Πολιτείαν* veteres ecclesiae doctores appellarunt certam vivendi rationem, certum vitae genus atque institutum, quod Latini quandoque *disciplinam,* quandoque *conversationem* interpretati sunt: atque harum vocum usum videntur ab ipsa Scriptura accepisse. Nam *πολιτεύεσθαι* ita interpretantur in Actis Apostolorum, et *πολίτευμα* apud B. Paulum ad Philippenses. Sic autem *ἀποστολικὴν πολιτείαν* dicit item Sozomenus II, 14., et Clemens Alexandrinus *Χριστιανῶν πολιτείαν* Paedag. I, 10. *„ταῦτα ὑποτύπωσιν Χριστιανῶν περιέχει πολιτείας.“* Et saepius. Sic *conversatio* apud Tertullianum et veteres alios locis infinitis. Tertull. De Virg. Vel. cap. 1. „Hac lege fidei manente cetera iam disciplinae et *conversationis* admittunt novitatem correctionis.“ (Desid. Heraldus Digress. II, 5. p. 288.) Addo ex Tertulliano Ad Natt. I, 10. „De reliqua vero *conversationis* humanae dispositione palam subiacet, quanta a maioribus mutaveritis.“ Ibid. II, 5. „si ista sentiuntur in civium *conversatione.*“ De Corona cap. 8. „nec apud saeculum nec in dei rebus nec in *conversationibus* Christi recognosci est.“ Ad Martyr. cap. 2. „Ipsam interim *conversationem* saeculi et carceris comparemus.“ Plura eius usus exempla ex Hieronymo aliisque scriptoribus attulit Heraldus l. l.

b. Ecce homo et facta eius] Scripturae hunc locum hactenus reperire non potui; quaerat diligens lector alicubi in editione LXX. interpretum. Habet eundem B. Augustinus Medit. cap. 39., sed sine adscriptione loci. (Iac. Pamelius.) Fr. Iunius suspicatur desumpta ex libro Enoch et esse coniuncta cum his, quae Tertullianus citavit supra cap. 4.

c. Deos nationum nominari] Cf. Gisb. Cuper. Monum. Ant. in Poleni Nov. Suppl. Thes. Antiqu. tom. II, p. 538.

d. commemoremini] Deponentiali verbi *commemorare* forma utitur etiam Augustin. Enarrat. in Psalm. LIV. „Homines malos, quos patitur, *commemoratus est.*“

Hoc praecepit, ne deos vocemus illos. Nam et in prima parte legis, Non sumes, inquit, nomen domini dei tui in vano, id est Exod. XX, 7
idolo. Cecidit igitur in idololatriam qui idolum nomine dei honoraverit. Quodsi deos dicendum erit[e], adiciendum est aliquid quo appareat, quia[f] non ego illos deos dico. Nam et scriptura deos nominat, sed adicit suos vel nationum; sicut David, cum deos nominasset, ubi ait, [9]Dei autem nationum daemonia. Sed hoc mihi Ps. CXV, 4.
ad sequentia magis praestructum est. Ceterum consuetudinis vitium est Mehercule dicere, Medius Fidius, accedente ignorantia quorundam, qui [10]ignorant iusiurandum esse per Herculem. Porro quid [11]erit deiratio per eos quos eirasti, quam praevaricatio fidei cum idololatria? quis enim, per quos deierat, non honorat?

Timiditatis est autem, cum te alius per deos suos obligat iura- Cap. XXI.
tione vel aliqua testificatione, et tu, ne intellegaris[a], quiescis. Nam aeque quiescendo confirmas maiestatem eorum, cuius causa [1]videberis obligatus. Quid refert, deos nationum dicendo deos an audiendo confirmes? [2]iures per idola, an ab alio adiuratus acquiescas? Cur non agnoscamus versutias satanae, qui, quod ore nostro perficere non potest, id agit, ut suorum ore perficiat per aures [3]inferens nobis idololatriam? Certe quisquis ille est, aut amica aut inimica congressione [4]adstringit. Si inimica, iam ad pugnam vocaris, et scis tibi dimicandum esse: si amica, quanto securius in dominum transferes [5]sponsionem tuam, ut dissolvas obligationem eius, per quem te malus honori idolorum, id est idololatriae, quaerebat annectere. Omnis patientia eiusmodi idololatria. Honoras eos, quibus impositis obsequium praestitisti. Scio quendam, cui dominus ignoscat, cum illi in publico per litem dictum esset: Iupiter tibi sit iratus, respondisse: Immo tibi. [6]Quid aliter fecisset ethnicus, qui Iovem deum credidit? Etiamsi non per eundem retorsisset maledictum, nec [7]per ullum Iovis similem, confirmaverat Iovem deum, per quem se maledictum indigne tulisse demonstraverat remaledicens. Ad quid enim indigneris [8]per eum, quem scis

9. dii *B.* 10. ignorantius iurandum *B.* 11. erit *b, Fulv. Ursinus, Latinius.* erat *BCa.*

Cap. XXI. 1. videris *Fr. Iunius.* 2. iurat *C.* 3. inferes *B.* 4. te adstringit *Latinius.* 5. sponsionem *B.* responsionem *Cab.* 6. Quid aliud *Latinius.* 7. per illum *B.* 8. per eum, quem *BCa.* per eum maledictus, quem *b, Fulv. Ursinus.*

e. deos dicendum erit] Eundem Hellenismum habes De Pallio cap. 4. „Physconem et Sardanapalum tacendum est.“ Cf. Vechneri Hellenolex. I, 33., Gronov. Observ. I, 7., Ruddim. Instit. Gr. II, 252. ed. Lips.

f. quia] V. quae adnotavi ad Ad Martyr. cap. 4.

Cap. XXI. a. ne intellegaris] sc. Christianus esse. Cf. supra cap. 13.

nihil esse? Nam si [9]insanis[b], iam esse confirmas, et erit [10]idololatriae professio timoris tui: quanto magis, cum per ipsum remamaledicis, eodem [11]Iovis honorem[c] facis, quo et ille, qui te provocavit? Fidelis autem in eiusmodi[d] ridere debet, non insanire, immo, secundum praeceptum, ne per deum quidem [12]remaledicere, sed plane benedicere per deum, ut et idola destruas et deum praedices et adimpleas disciplinam.

Cap. XXII. Aeque benedici [1]per deos nationum [2]Christo initiatus non sustinebit, [3]ut non semper reiciat[a] immundam benedictionem, et eam sibi in deum convertens emundet. Benedici per deos nationum, maledici est per deum. [4]Si dedero eleemosynam vel aliquid praestitero beneficii, et ille mihi deos suos vel coloniae genium[b] [5]propitios imprecetur, iam oblatio mea vel operatio idolorum honor erit, per quae benedictionis gratiam [6]compensat. Cur autem non sciat me dei causa fecisse, ut et deus potius glorificetur et daemonia non [7]honorentur in eo quod propter deum [8]feci? Si deus videt, quoniam[c] propter ipsum feci, pariter videt, quoniam[c] propter ipsum fecisse me nolui ostendere, et praeceptum eius idolothytum quodammodo feci. Multi dicunt, Nemo se debet promulgare; puto autem nec negare. Negat enim quicumque dissimulat in quacumque causa pro ethnico habitus, et utique omnis negatio idololatria est, sicut omnis idololatria negatio, sive in factis sive in verbis.

Cap. XXIII. Sed est quaedam eiusmodi species in facto et [1]in verbo bis acuta et infesta [2]utrimque, licet tibi blandiatur, quasi vacet in utroque, dum factum non videtur, quia dictum non tenetur. Pecuniam

9. insanus *B.* 10. idololatriae *BCa.* idololatria *b, Fr. Iunius, Latinius.* 11. Iovis *BCa.* Iovi *b, Fulv. Ursinus, Ios. Scaliger.* 12. remaledicere *Cab.* et maledicere *B.*

Cap. XXII. 1. per *om. B.* 2. Christo initiatus *Cab.* Christum Sationistus *B.* 3. ut non semper *BC. Fr. Iunius.* ut semper *ab.* 4. Si *BCa.* Si cui *b, Fulv. Ursinus.* 5. propicios *B.* 6. compensat *b, Fulv. Ursinus.* compensant *BCa.* 7. honorantur *B.* 8. feci? Si deus *ego.* feci? Sed deus *b, Fulv. Ursinus.* fecisse deus *B.* feci. Deus *Ca.*

Cap. XXIII. 1. in verbis acuta *Fr. Iunius.* in verbis cauta *alii.* 2. utrique *B.*

b. Nam si insanis] h. e. insane commoveris, ut paulo post „ridere debet, non *insanire.*“ (Fr. Iunius.)

c. Iovis honorem] *Iovis* scribendum esse ex vetustioribus libris, non *Iovi,* probant superiora „per quem te malus *honori idolorum,* id est idololatriae, quaerebat annectere.“

d. in eiusmodi] Cf. quod adnotavi ad cap. 14.

Cap. XXII. a. ut non semper reiciat] Christianus non sustinebit benedici per deos nationum, non sustinebit ut non semper reiciat immundam benedictionem h. e. reiciat semper. (La Cerda.)

b. coloniae genium] In marmoribus antiquis extant inscriptiones: GENIO COLONIAE. GENIO MVNICIPII. GENIO LOCI. GENIO FONTIS., immo et GENIO HORREORUM., aliae. (Rigalt.)

c. quoniam.] Cf. quae adnotavi ad Ad Martyr. cap. 4.

de ethnicis mutuantes sub pignoribus [3]fiduciatis[a] iurati cavent [4]et se negant; se scire volunt scilicet tempus persecutionis[b] et [5]locus tribunalis et [6]persona praesidis. Praescribit Christus non esse iurandum. Scripsi, inquit, sed nihil [7]dixi. Lingua, non littera occidit. Hic [8]ego naturam et conscientiam advoco: naturam, quia nihil potest manus scribere, etiamsi lingua in [9]dictando cessat immobilis et quieta, quod non [10]anima dictaverit; quamquam et ipsi linguae anima dictaverit aut a se conceptum aut ab alio traditum. Iam, ne dicatur, [11]Alius dictavit; hic conscientiam appello, an quod alius dictavit anima suscipiat et sive comitante sive residente lingua ad manum transmittat. Et bene, quod[c] in animo et conscientia [12]delinqui dominus dixit. Si, inquit, concupiscentia vel malitia in cor hominis ascenderit, pro facto [13]teneri[d]. Cavisti igitur, quod in cor tuum plane ascendit, quod neque ignorasse te contendere [14]potes neque noluisse. Nam cum caveres, scisti, cum scires, utique voluisti; [15]egisti tam facto quam cogitatu, nec potes leviore crimine [16]maius excludere, ut dicas falsum plane effici[e], cavendo quod non [17]facis. Tamen non negavi, Matth. V, 28.

3. fiduciatis *b* (*ex secundis curis*). fiduciati *BCa.* 4. et se negant; se scire volunt *ego.* et se necant, se scire volunt *B.* et sic negant. Scire volunt *Ca.* et sic negant scire. Volunt *b, Fr. Iunius.* 5. locus *B.* locum *reliqui.* 6. persona *B.* personam *reliqui.* 7. dixit *B.* 8. ego *Bb. Fulv. Ursinus.* ergo *Cu.* 9. dictando *B.* dictitando *reliqui.* 10. animae *B.* 11. alius dictavit *Cab.* aliquis dictarit *B.* 12. delinquit. *B.* 13. teneri *B. Fulv. Ursinus.* teneris *Cab.* 14. potes *b, Fulv. Ursinus.* potest *BCa.* 15. egisti tam facto *ego.* et est tam facto *B.* et es tam in facto *Cab.* et haeres tam in facto *Latinius, prob. Fr. Iunio.* 16. maius *b, Latinius, Fr. Iunius, La Cerda.* manus *BCa.* 17. facit tamen *B.*

Cap. XXIII. a. sub pignoribus fiduciatis] Creditor ethnicus Christiano pecuniam dedit sub pignoribus et iureiurando. Confectis iudiciarii contractus tabulis praescriptum est, quid praediorum obligaret, praeterea vero quid juraret. Iurari autem oportuit, quod sibi iurari voluerat creditor propria superstitione. Christianus lingua non iuravit, sed tabulas testes iuris iurandi, quod creditor exegerat, signavit. Quaeritur an idololatriae crimine teneatur. Debitor negat se teneri, eo quia cautionis seu fiduciae instrumentum signaverit non inquisito neque intellecto quid esset pro iureiurando perscriptum. Tertullianus contra teneri ait. Nam cum caveres, inquit, scisti. Ethnicum scilicet creditorem commodasse tibi pecuniam ea lege, ut caveres et pignoribus et iureiurando. Et cum scires, utique voluisti. (Rigalt.)

b. se scire volunt scilicet tempus persecutionis] Negant illi se iuratos cavisse. Quasi vero, inquit, tempore persecutionis iudiciariae hoc scire velint tribunal et praeses, utrum ille, in quem persecutio de pecunia reddenda instituta est, cum caveret, iurasse sibi conscius esse velit, nec ne. Sive iuraverit, sive iurasse se neget, non curant; iuratum praesumunt, et iure praesumunt, siquidem ille tabulas iurisiurandi testes signavit.

c. Et bene quod] Cf. adnot. ad cap. 5.

d. teneri] Haec est genuina scriptura veterum librorum, pro qua alii *teneris.* Pendet hic infinitivus ab praecedenti *inquit.* Fr. Iunius adnotat: Latinius „Videntur, inquit, recitari Montani verba, ita ut aliis litteris scribenda essent.“ Mihi non videtur, sed summa est verborum Christi, quae habentur locis quam plurimis. Pamelio assentior.

e. falsum plane effici] Levius illud crimen, quod imputatur, falsum plane effici, quippe quod non committas cavendo. Levius crimen est iurare, maius negare dominum Christum. Scripsi tantum, inquit, non iuravi; nec magis ne-

quia non iuravi. [18]Quoniam, etsi nihil tale fecisses, [19]sic tamen [21]dicereris deierare, [20]fecisse si consenseris. Non valet tacita vox in stilo, et mutus in litteris sonus. At enim Zacharias temporali vocis orbatione multatus cum animo conlocutus linguam inritam transit, [22]cum manibus suis a corde dictat et nomen filii sine ore pronuntiat: loquitur in stilo, auditur in cera [23]manus omni sono [24]clarior, littera omni ore vocalior. Quaere, an dixerit qui dixisse compertus est. Dominum oremus, ne qua nos eiusmodi contractus necessitas circumsistat et, si ita evenerit, [25]det [26]fratribus operandi copiam[f] vel nobis abrumpendae omnis necessitatis [27]constantiam, ne illae litterae negatrices vicariae oris nostri in die iudicii adversus nos proferantur signatae signis, non iam advocatorum[g], sed angelorum.

Cap. XXIV. Inter hos scopulos et sinus, inter haec vada et freta idololatriae velificata spiritu dei fides navigat, tuta si cauta, secura si attonita[a]. Ceterum inenatabile excussis profundum est, inextricabile [1]inpactis naufragium est, [2]inrespirabile[b] devoratis hypobrychium in idololatria. Quicumque fluctus eius offocant[c], omnis [3]vertex eius

18. Quoniam *B.* Immo *Cab.* 19. sic tamen *ego.* Si tamen *B.* tamen *reliqui.* 20. fecisse si *B.* si *reliqui.* 21. diceris *Fr. Iunius.* 22. cum manibus *ego.* eam manibus *B.* manibus *reliqui.* 23. manu *B.* 24. conclarior *B.* 25. det *Cab.* de *B.* 26. fratribus operandis copia *B.* 27. constantia *B.*

Cap. XXIV. 1. in pactis *B.* 2. inresperabile devoratis. Hypobricium in idololatria quicunque *B.* 3. vertex *BCa.* vortex *b.*

gavi, quia non iuravi. Tamen, respondet Tertullianus, tamen non falsum efficitur illud crimen, quoniam, etsi revera non iuratus esses, tamen, cum iurasse te signatura tua te ipsum convincat, iuratus necessario dicendus esses.

f. operandi copiam] Det fratribus copiam benefaciendi, eleemosynas dandi, ut ab illa necessitate subsidio eorum caveatur nobis. Sic operationem de eleemosyna proprie posuit De Virg. Veland. cap. 13. „vel quamcunque *eleemosynae operationem.*“ Ambros. De Offic. II, 16. „Plus clamat *operatori* bono debilitas, quam vox pauperis.“ Prudent. Psychomach. v. 572 sqq. opponit *Avaritiam* et *Operationem.* Infinitum eius usus exemplorum numerum invenies in Cypriani scriptis.

g. advocatorum] Advocatos dicit qui amico praesentiam suam commodabant signando, subscribendo, testimonio dicundo. Sic Varro De Re Rust. II, 5. „Tu vero, Murri, mihi veni *advocatus*, dum asses solvo Palilibus, si postea a me repetant, ut testimonium perhibere possis.“ (Rigalt.)

Cap. XXIV. a. si attonita] Qui attonitus, prae metu cautus atque attentus solet esse. Hinc saepius *attonitus* pro *intentus* et *attentus.* Tertull. De Fuga in Persec. cap. 1. „Sed quando deus magis creditur, nisi cum magis timetur? nisi in tempore persecutionis! Ecclesia *in attonito est.* Tunc et fides in expeditione sollicitior et disciplinatior“ cett. De Praescr. Haeret. cap. 43. „Ubi metus in deum, ibi gravitas honesta, et *diligentia attonita,* et cura sollicita“ cett. Cassian. Collat. II, 13. „(caritas) *attonita* semper pietate distenditur.“ Id. XII, 1. „Grata est mihi non solum *attonita* ad discendum vestra *mentis intentio,* sed etiam praepositae disciplinae quaestionis.“ Id. XII, 13. „*attonita consideratione* flammatus.“

b. inrespirabile devoratis hypobrychium] Quod barathrum est in terra, idem est in aqua vel mari *ὑποβρύχιον* devorans et exsorbens in submersione homines navigiaque. (Fr. Iunius.)

c. offocant] Paul. Diac. p. 192. ed. Muell. „*Offucare,* aquam in fauces absorbendam dare.“

ad inferos desorbet. Nemo dicat: Quis [4]tam tuto praecavebit? Exeundum de saeculo erit. Quasi non tanti sit exire, quam idolo latren in saeculo stare. Nihil esse facilius potest, quam cautio idololatriae, si timor eius [5]in capite[d] sit. Quaecumque necessitas minor est periculo tanto [6]comparata. Propterea spiritus sanctus consultantibus tunc apostolis vinculum[e] et iugum nobis relaxavit, ut idololatriae devitandae vacaremus. Haec erit lex nostra, quo expedita[f] hoc plenius administranda, propria [7]Christianorum, per quam ab ethnicis agnoscimur et examinamur, haec accedentibus ad fidem proponenda et ingredientibus in fidem inculcanda est, ut accedentes deliberent, observantes perseverent, non observantes renuntient sibi[g]. Viderimus enim si secundum [8]arcae typum et corvus et milvus et lupus et canis[h] et serpens in ecclesia erit. Certe idololatres [9]in arcae typo non [10]habetur. Nullum animal in idololatren figuratum est. Quod in arca non fuit, in ecclesia non sit[i].

4. iam tutus *Fr. Iunius.* 5. in capite sunt *B.* 6. comparato *B.* 7. Christianum *B.* 8. arcae typum *b, Latinius.* archetypum *BCa.* 9. in arcae typo *b, Latinius.* in archetypo *BCa.* 10. habet. Nullum *B.*

d. in capite sit] Si ante omnia atque in principe loco timor idololatriae sit. (La Cerda.)

e. vinculum et iugum nobis relaxavit] *Fibulam relaxare* dixit eodem sensu De Corona cap. 11. Ait: ideo ademptum est Christianis onus legis (Act. Apost. XV, 28 sqq.), ut abstineant ab immolatis vacentque uni tantum idololatriae. (La Cerda.)

f. quo expedita] De ellipsi comparativi magis v. adnot. ad De Testim. Animae cap. 2.

g. renuntient sibi] Desinant esse Christiani. (Rigalt.)

h. corvus et milvus et lupus et canis] Per corvum significat haereticum (Prosper Aquit. De Praedict. libro V., qui libro II. per eundem notat errabundum et vagantem; Drogon Episc. Ostiens. peccatorem. Citat La Cerda.), per milvum rapacem, per lupum sanguinarios aut insidiatores, per canes libidinosos, per serpentes astutos. Omnibus his, inquit, peior est idololatres, cuius nullus in arca Noë fuit typus aut allegoria.

i. in ecclesia non sit] Hincmarus Rem. Opusc. de Divort. Regis Chlotarii „Sicut in diluvio omnes perierunt, quos non arca continuit, ita nemo salvari potest qui fide recta et bonis operibus in unitate sanctae ecclesiae non permanserit. (La Cerda.)

APOLOGETICVM.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat codicem scriptum Parisiensem n. 1623., olim Claudii Puteani (*Aβ* ex collatione Steph. Baluzii, *Aφ* ex Hildebrandi).

B - - - Parisiensem secundum n. 1656.

C - - Parisiensem tertium, n. 1689. Huius libri quatuor tantum priorum capitum variantes excerptae sunt. Inde igitur a capite quinto signum *C.* vacabit.

D - - Parisiensem quartum, n. 2616.

E - - Gothanum, n. M. 50.

F - - Erlangensem, olim Heilsbronnensem.

G - - Leidensem, (n. 315.) Mss. Latin. Bibl. Publ. n. 2.

λ - - Fuldensem.

a - editionem priorem Beati Rhenani anni MDXXI.

b - - alteram Beati Rhenani anni MDXXIX. In hac libri Apologetici recensione B. Rhenanus usus erat excerptis ex codice scripto Gorziensi (*Gorz.*).

c - - Sigism. Gelenii (sive Franc. Zephyri) anni MDL.

d - - Iac. Pamelii anni MDLXXIX, emendatam ope librorum trium Vaticanorum (*Vatic.*), trium Belgicorum Elnonensis S. Amandi (*Elnon.*), Gandavensis S. Bavonis (*Gandav.*), Leodiensis (*Leod.*), aliorum.

e - - Desid. Heraldi anni MDCIII, emendatam ope librorum scriptorum duorum, Puteanei (hodie Paris. n. 1623.) et Bongarsiani (*Bong.*).

f - - Nicol. Rigaltii anni MDCXXXIV.

Praeterea passim a me citabuntur codex Vindobonensis n. 294., Florentinus, Mediceo-Laurentianus n. 13. plut. XXVI., Ambrosianus n. 51., Leidensis n. 108., Oxoniensis (cuius scripturae discrepantia est margini adscripta exempli editionis Heraldianae quod extat in bibliotheca Acad. Gottingensis n. E, 3, 6.), Erfurtanus, alii.

APOLOGETICVM.*

Si non licet vobis, Romani imperii antistites[a], in aperto [1] et edito, in ipso fere vertice civitatis praesidentibus ad iudicandum Cap. I.

*APOLOGETICVM (APOLLOGETICVM *F.*) *inscriptio est in EF, in Mediceo-Laurentiano, Oxoniensi, Erfurtano (bibl. Amplonianae), Vindobonensi, item in codice quondam Corbeiensi (qui memoratur in vetere catalogo edito in Naumanni Serapeo* a. 1841. *p.* 107.), *in libro Murbacensi (Montfauc. Bibl. Bibl. tom. II, p.* 1177.), *in libro bibl. monasterii B. M. de Becco (Montf. p.* 1250), *in libro bibl. monasterii S. Ebrulphi Uticensis (Montf. p.* 1269). APOLLOGICVM *habet Ambrosianus n.* 51. APOLOGYTICVM *est in A. et in codice bibl. coenobii Elnonensis S. Amandi (n.* 228. *V. Sander Bibl. Belg. Mss. p.* 51.), APOLOGITICVM *in G.*, APOLOGETICON *in libro Taurinensi (Pasin. Catal. Bibl. Reg. Taurin. Athenaei tom. II, fol.* 6). APOLOGETICVS *habent (BCD?) abcdef, liber Leidensis in Catal. Bibl. Publ. Univers. Lugduno-Batavae p.* 376., *liber Iac. Bongarsii, et sub hoc titulo, quem omnes, quod sciam, ante me editores indidere, vulgo enumeratur Tertulliani liber in bibliothecarum catalogis (Cf. Montfauc. Bibl. Bibl. tom. I, p.* 69. 524. 628. *tom. II, p.* 1401. *Catal. Bibl. Reg. tom. III, p.* 160. 172. 304. *tom. IV, p.* 504.). *Passim autem etiam iis codicibus scriptis, quibus* APOLOGETICVM *titulus est, accidisse, ut masculina forma* APOLOGETICVS *inscripti in bibliothecarum catalogis commemorarentur, testis est Catalogus Bibl. Regiae, in cuius tomo III, p.* 160. *liber Puteaneus, quem constat inscriptum esse* APOLOGYTICVM (*et in calce iterum* APOLLOGYTICVM), *sub vulgari inscriptione enumeratur. Quam uti praeferrent editores maxime movisse videtur locus Hieronymi in Epist. ad Magnum (tom. IV. p.* 656. *ed. Bened.): „Quid Tertulliano eruditius, quid acutius?* Apologeticus *eius et contra Gentes libri cunctam obtinent saeculi disciplinam.“ Sed eiusmodi testimonio non tantum tribuendum erat, ut venerandae aetatis ipsius opusculi exempla suam prae illo auctoritatem amitterent. Pariter quos vetustissimus ille Agobardi codex appellat* Ad Nationes, *Hieronymus l. l. appellat* Ad Gentes *libros, et quos eadem Epist. ad Magnum et in Catal. Scriptt. Eccles. laudat Arnobii libros septem* Adversus Gentes, *antiquissimus codex Regius n.* 1661. *habet inscriptos* Ad Nationes. *Nec quae a prioribus editoribus* Apologetici *titulo addita sunt verba* Adversus Gentes *ex antiquitatis fonte fluxisse putanda sunt, neque ullus in tanto numero liber ista tuetur praeter Taurinensem recentioris aetatis, qui, si Pasini catalogis credi potest, inscriptionem habet* TERTULLIANI APOLOGETICON CONTRA GENTES. *Iac. Pamelius tamen eo additamento non contentus novo amplificavit* Pro Christianis, *ex uno Vaticano libro (qui omnes pessimae notae sunt) et ex auctoritate Eusebii, Nicephori, Cedreni, apud quos citatur Tertulliani* ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ.

Cap. I. *Primum caput in veteribus libris titulum habet* DE IGNORANTIA.; *scripti addunt* CHRISTI IESV., *vel, ut alii habent,* IN CHRISTO IESV. *Unus Vaticanus habet* QVOD RELIGIO CHRISTIANA DAMNANDA NON SIT NISI QVALIS SIT PRIVS INTELLIGATVR. 1. et edito in ipso *Flf.* et edito ipso *ABCDEGbde. Gorziens. Erfurt. Ambros. Florent. Vindob. Oxon.* et in ipso *c.* et ipso *a.*

*APOLOGETICVM.] Hanc inscriptionem habent libri paene omnes. At in MS. Puteani scriptum reperimus *Apologyticum* vitiose pro *Apologeticum*, Latina forma,

palam [2]dispicere[b] et [3]coram examinare quid sit liquido[c] in causa Christianorum, si ad hanc solam [4]speciem[d] auctoritas vestra de

2. despicere *F. Vaticanus unus, Vindobonensis.* discribere *Gb. Vaticanus unus, Gorziensis, Florentinus.* 3. coronam *Florent.* 4. speciem *om. F. et Vindob.* si ad hanc solam tantum speciem *λ.* sed ad hanc solam speciem *a.*

ut *Satyricum* et similia. Sic inter opera Hieronymi legitur *Apologeticum ad Domnionem,* nisi tamen scripserat ipse *Apologeticus.* Siquidem Ad Pammachium [tom. IV, p. 243. ed. Bened.] „Apologeticum, inquit, tibi misi, quem *προσεφώνησα*“ cett. Est igitur Apologeticus *ἀπολογητικὸς λόγος.* Et sane in MS. Bongarsi liber hic inscribitur *Liber Tertulliani Apologeticus.* Utrumque in Glossario Papiae *Apologeticum* et *Apologeticus* liber, sed adiecta interpretatione plane ridicula. (Desid. Heraldus.) Isidor. Origg. VI, 8, 6. „*Apologeticum* est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim aut negatione sola positum est, et est nomen Graecum.“ Quae cum scriberet Isidorus, eum veri non absimile est vel ipsius Tertullianei opusculi titulum respexisse, a quo quidem scriptore non pauca eisdem verbis in suum Originum opus transtulit. Sic etiam Gregorii Nazianzeni *ἀπολογητικοῦ λόγου* vetus exemplar scriptum, quod asservatur in bibliotheca apud Atrebates (V. Haenel Catal. Librorum MSS. p. 33), inscriptionem habet „Gregorii Nazianzeni *Apologeticum.*“ Quod denique ad scripturam *Apologiticum,* quae in aliquot codicibus scriptis (ut etiam in Gloss. Vet. Erfurt., quod edidi in Jahn et Klotz Archiv a. 1847. p. 262.) reperitur, eam non temere vitiosam appellare debebat Heraldus. Monuit iam Salmasius ad Tertull. De Pallio p. 225. et p. 307. scribi *Apologiticum* pro *Apologeticum,* ut passim *Bilus* pro *Belus, birus* pro *berus, diatrita* pro *diatreta, colipia* et *dicteria,* quae Graecis sunt *κολήπια, δικτήρια.*

Cap. I. Inscriptio capitis DE IGNORANTIA vel DE IGNORANTIA IN CHRISTO IESV in libris scriptis propemodum omnibus cum libri inscriptione APOLOGETICVM coniuncta comparet. Quod si animadvertisset Cl. Ang. Maius, cum in vetere catalogo bibliothecae Corbeiensis enumeratum inveniret inter alia opera Tertulliani librum *De Ignorantia,* hunc profecto non in deperditorum eius scriptoris numero censuisset Spicileg. Rom. Vol. V, p. 207. Paris erroris ansam dare possit eiusdem bibliothecae idem catalogus, p. 203., ubi post Tertulliani librum *De Spectaculis* enumeratur liber *De Munere,* quem nunquam scripsit. *De Munere* enim est inscriptio capitis duodecimi libri *De Spectaculis* in libro scripto S. Agobardi et in veteribus editionibus.

a. Romani imperii antistites] Septimio Severo et Bassiano Antonino Caracallae librum inscriptum iudicavit Noesselt De Aetate Scriptt. Tertulliani I, p. 34. Muenter Primordia Eccl. Afr. p. 213. At Eusebius Hist. Eccles. V, 5. Tertullianum tradit apologiam suam *τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ προσφωνῆσαι.,* cui testimonio eo magis acquiesco prae illa opinione, cum nusquam totum per opus illi Caesares nominatim appellentur, id quod debebat exspectari, si eis revera inscriptum erat, cum ratio iusta inveniatur nulla quae auctorem ut aliter faceret movere potuerit. Gravissimum denique contra Noesseltium argumentum continet vocula *fere* in verbis „in ipso fere vertice civitatis praesidentibus“, quae intellegi nequit nisi de eis qui potestate summa inferiores sunt.

b. dispicere] Verbum ICtis usitatissimum pro *examinare, excutere.* Exempla ex Tertulliano adscripsi De Corona cap. 7. V. etiam Dirksen Manuale s. v. p. 293.

c. quid sit liquido] Intellege *probatum,* vel simile quid.

d. speciem] Verbum ICtorum, quod et alibi usurpat Tertullianus. Exhortat. Castit. cap. 1. „Tamen quoniam in ista *specie* carnis necessitas cogitatum movet.“ Cyprian. Epist. XVIII. „Ut, quando in unum convenerimus, de omnibus *speciebus* secundum ecclesiasticam disciplinam tractare possimus.“ (Desid. Herald.) *Species* est genus causae, casus, *ὑπόθεσις.* Cf. Ad. Natt. I, 18. „Respondete igitur ad singulas *species.*“ De Idololatria cap. 15. „De ista quoque *specie* quid videtur.“ Dirksen Manuale s. v. p. 901.

iustitiae diligentia[e] in publico aut timet aut erubescit inquirere[f], si denique, quod proxime accidit, domesticis [5]iudiciis[g] [6]nimis operata infestatio [7]sectae huius[h] [8]obstruit defensioni, liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum[i] ad aures vestras pervenire. [9]Nihil de causa sua deprecatur, quia nec de condicione miratur. Scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile [10]inimicos invenire, ceterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in caelis habere. Unum gestit interdum, ne ignorata damnetur. Quid [11]hic deperit legibus in suo regno [12]dominantibus, si audiatur? [13]An hoc magis [14]gloriabitur [15]potestas eorum, [16]quo etiam [17]auditam[k] damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, praeter invidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiae, no-

5. indiciis *abcd. Oxoniensis.* 6. animis operata λ. nimis onerata *ac.* 7. sectae huius infestatio (λ) *abcde.* 8. obstruit viam *Eabcd.* viam obstruit *D.* obstruit os λ. obstat *F.* 9. Nihil illa de causa (λ)*abcde.* 10. inimicum *G.* 11. hinc (λ)*abc.* 12. damnantibus *G. Florent.* 13. An *om.* λ. 14. gloriabit *G. Florent.* 15. potestates *G.* 16. quod *abc.* 17. auditam *ABCDEFGef. Oxon. Florent. Ambros. Vindob.* inauditam (λ)*abcd.*

e. de iustitiae diligentia] Haec verba spuria iudicarunt Cuiacius et Heraldus. Minime vero sunt. Modo struas cum *inquirere.* Usitatissimum est Afris scriptoribus *de* praepositionem ponere vi instrumentali. Cf. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 25.

f. aut erubescit inquirere] Observarunt et alii praesidibus quandoque vim veluti factam a vulgo superstitioso, neque ausos esse de suppliciorum atrocitate in Christianos quicquam remittere, aut de eorum innocentia amplius dispicere. Tertullianus cap. ult. huius libri „Sed hoc agite, boni praesides, meliores multo apud populum, si illis Christianos immolaveritis.“ Quare inter ceteras causas iniquitatis, quam in Christianorum causa magistratus adhibebant, numerat Iustinus *τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν τῶν δεισιδαιμόνων.* Idcirco igitur statim initio dixerat Tertullianus „Si non licet“ cett. Sane ista *ἀνθρωπαρέσκεια* fecit, ut Pilatus Christum, quem ipse iudicarat innocentem, Iudaeorum furori immolaret. (Herald.)

g. domesticis iudiciis] De horum verborum interpretatione non satis constat, cum quid proxime acciderit plane ignoremus. Heraldus *domestica iudicia* accipit pro „iudiciis privatis et veluti praeiudiciis et praesumptionibus, quibus quis obfirmatus et veluti domi instructus, id est apud se persuasus, doceri se non potest pati, neque ullis rationibus a sententia deduci.“ Alii, qui *domesticis indiciis* reponendum esse putant, intellegunt domesticorum et servorum apud magistratus in Christianos indicia. Ita Fr. Iunius et La Cerda. At videtur retinenda scriptura optimorum librorum, nec video, cur domestica iudicia non simplicius eiusmodi dici sumamus, de quibus Tertullianus infra cap. 3. loquitur, quae pater in filium, maritus in uxorem, dominus in servos Christianos factos exercet.

h. sectae huius] Ita Christiani vitae suae genus ab aliorum institutis diversum appellarunt. (Herald.)

i. vel occulta via tacitarum litterarum] Haec eo refert Morcellus Afr. Christ. tom. II, p. 49., quod nomina principum, quibus inscriptum sit Apologeticum, reticuerit auctor. Argutius quam verius, ut mihi videtur. Occulta via tacitarum litterarum opponitur alteri viae illi palam dispiciendi et coram examinandi quid sit liquido in causa Christianorum.

k. quo etiam auditam] Quo tandem modo legum vestrarum minuetur auctoritas, si Christiani audientur? An quia inauditos dammari *βασιλικώτερον* videtur *καὶ δεσποτικώτερον,* hacque in re maior est et exertior legum potestas? Atqui longe amplioris atque etiam solutioris potestatis est innocentiam quamvis auditam ac probatam damnare. (Herald.)

lentes audire quod auditum damnare non [18]possint. [19]Hanc itaque primam causam apud vos collocamus[l] iniquitatis [20]odii erga nomen [21]Christianorum. Quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit[m] qui videtur excusare, [22]ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines quod ignorant, etiam si [23]res meretur odium? Tunc [24]etenim meretur, cum [25]cognoscitur an mereatur. Vacante [26]autem meriti notitia, unde odii iustitia defenditur, quae non de eventu, sed de conscientia probanda est? Cum ergo propterea [27]oderunt[n] [28]homines, quia ignorant quale sit quod [29]oderunt, cur nun liceat eiusmodi [30]illud esse, quod non debeant odisse? Ita utrumque ex alterutro redarguimus, et ignorare illos, dum oderunt, et iniuste odisse, dum ignorant. Testimonium ignorantiae [31]est, quae iniquitatem dum excusat, condemnat[o], cum omnes qui retro[p] oderant, quia ignorabant [32]quale sit quod oderant, [33]simul[q] [34]desinunt ignorare, [35]cessant et odisse. Ex his fiunt Christiani, utique de converto, et incipiunt odisse quod fuerant, et profiteri quod oderant, et sunt tanti [36]quanti et denotamur[r]. [37]Obses-

18. possunt *Oxon. Vindob.* poterant λ. poterunt *Scioppius.* 19. Hanc igitur λ. 20. et odii *F. Vindob.* odium *abcd.* 21. Christianum *DFabcd.* 22. ignorantiae *Bongarsianus.* 23. res mereretur *bd.* 24. enim *F.* 25. ignoscitur *C.* agnoscitur *FG. Leidensis, Florentinus.* 26. aut *C.* 27. oderunt *ABCDEFλ. Ambros. Vindob. Leidens.* oderint *Gabcdef. Bongarsianus, Florentinus.* 28. homines *om.* λ. hii omnes *Ambros.* 29. oderent *G. Florent.* 30. esse illud *F.* 31. est *om. G. Florent.* 32. quale esset *Dab.* quale sit quod oderant *om.* λ*f.* 33. simul cum *F.* simul ut *CDGab. Florent.* 34. desinant *ab.* 35. cessent *abcd.* 36. quanti denotamur λ. denotantur *E (m. pr.) abce. Oxoniensis, Erfurtanus bibl. Amplonianae.* 37. Civitatem obsessam vociferantur *ab.* Obs. vociferant civ. *F. Vindob.*

l. causam apud vos collocamus] Ad dispiciendum et examinandum.

m. idem titulus onerat et revincit] Titulus est index, nota, elogium. De Paenit. cap. 1. „Horum bonorum unus est *titulus,* salus hominis." De Anima cap. 56. „Aut si qua pro certo iniuria est tardius sub terram detrudi, *titulus* autem iniuriae cessatio est sepulturae, perquam iniquum eam iniuria affici, cui non imputabitur cessatio sepulturae." Apolog. cap. 6. „Ventum est igitur ad secundum *titulum* laesae augustioris maiestatis." Ibid. cap. 39. „si quis de ea queritur eo *titulo,* quo de factionibus querela est." Ibid. cap. 42. „Sed alio quoque iniuriarum *titulo* postulamur." Ibid. cap. 49. „nullo *titulo* damnari licet quae prosunt." Cf. La Cerda ad Tertull. De Idol. cap. 1. *Onerat* h. e. obligat. Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 659. et quae adnotavi ad De Spectac. cap. 26. De verbo *revincere* dixi ad De Testim. Animae cap. 1.

n. Cum ergo propterea oderunt] *Cum* particulae causalis cum indicativo structae, qui usus Afri potissimum stili est, ingens exemplorum moles ex Tertulliani scriptis congeri posset. Piget. V. quae attulit Hildebrandus ad Apul. Metam. tom. I, p. 531. et ad Arnob. Adv. Natt. VII, 23.

o. dum excusat, condemnat] Supra dixerat „Quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit qui videtur excusare, ignorantia scilicet."

p. retro] h. e. antea. V. adnot. ad De Spectac. cap. 9.

q. simul] h. e. simul atque. Ad Natt. I, 5. „*Simul* quis intellexerit Christianum, mavult nocentem."

r. quanti et denotamur] Quanto numero esse nos vos ipsi animadvertitis clamando obsessam civitatem cett. Adiectiva *quanti* et *tanti* de numero fere usurpare solere Afros notum est. Exempla Tertulliani fere quaeque pagina suppeditat. V. quae Hildebrandus congessit ad Apul. Metam. VII, 9. p. 552 sq.

sam vociferantur civitatem; in agris, in castellis, in insulis [38]Christianos; omnem sexum, aetatem, condicionem, [39]etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi [40]detrimento maerent, nec tamen [41]hoc modo [42]ad aestimationem alicuius latentis boni promovent animos. [43]Non licet rectius suspicari, [44]non libet propius [45]experiri. [46]Hic tantum [47]curiositas humana torpescit. Amant ignorare, [48]cum alii gaudeant cognovisse. Quanto magis hos Anacharsis[s] denotasset inprudentes de prudentibus iudicantes [49]quam inmusicos de musicis![t] [50]Malunt [51]nescire, quia iam oderunt. [52]Adeo quod nesciant praeiudicant id esse quod, [53]si sciant, odisse [54]non poterant, quando, si nullum [55]odii debitum deprehendatur, optimum utique sit desinere iniuste odisse, si vero de merito constet, non modo nihil odii detrahatur, sed amplius adquiratur [56]ad perseverantiam, etiam [57]iustitiae ipsius [58]auctoritate. [59]Sed non ideo, inquit, [60]bonum, quia multos convertit: quanti enim ad malum [61]performantur? quanti transfugae in perversum? [62]Quis negat? tamen quod vere malum est, [63]ne ipsi quidem, quos rapit[u], defendere pro bono audent. Omne malum aut timore aut [64]pudore natura [65]perfudit. Denique[v] malefici gestiunt latere, [66]devitant apparere, trepidant [67]deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile [68]aut semper confitentur,

38. ob Christianos *Da.* 39 et iam *Gf.* et (λ)*abe. Oxon.* 40. de tormento *G.* 41. hoc modo *AE. Ambros. Oxon. Erfurt.* hoc ipso *BCFG.* hoc ipso modo (*D*) *abcdef.* ex hoc ipso modo λ. 42. ad extimationem *G.* ad existimationem *C. Leidensis.* 43. non libet rectius *c.* 44. non licet propius *cd.* non libet prius *G.* 45. expediri *abc.* 46. Sic tantum *c.* 47. humana curiositas *d.* urbana curiositas *Dab.* 48. cum alibi *Vonck. Lectt. Latt. p.* 98. 49. quam non musicos *abc.* quam inmusicos de musicis *om* λ. 50. Malint *c.* 51. nescire *om.* λ. 52. Adeo praeiudicant id esse quod non poterant odisse, si sciant, quando si nullum λ. 53. nesciant *ABCDEFG. Ambros. Leidens. Vindob. Florent.* nesciunt *abcdef.* 54. non poterunt *Fr. Iunius.* 55. odii meritum λ. 56. Ad perseverantiam — — auctoritate abutuntur. Sed *ab.* 57. iusti et ipsius *G. Florent.* iustitiae ipsius gloriae λ. 58. auctoritate (auctore *Flor.*) 59. Sed ideo *C. Leidensis.* 60. bonum praeiudicatur, quia λ. 61. performantur *AβDEFGcef. Bongars. Ambros. Erfurt. Vindob. Florent.* praeformantur (*AφBC*)*abd. Vaticani.* reformantur λ. 62. Qui negat *G.* 63. nec ipsi *Ambros.* 64. pudore aut timore *E. Ambros. Vindob.* 65. perfundit *G.* profundit *Florent.* 66. devitant apparere *om. f.* 67. deprensi *F., pro more, et Vindob.* adprehensi λ. 68. aut semper *om. D.*

s. Anacharsis] Diog. Laert. II, 8, 5. „Θαυμάζειν δὲ ἔφη, πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται.“ Plut. Solon. cap. 5.

t. inmusicos de musicis] *Μουσικοὺς* generaliter appellant Graeci homines eruditos et humanioribus litteris expolitos et *μουσικὴν ὅλην τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν*. Aristoph. Equit. [v. 188.] „ἀλλ', ὦγάθ', οὐδὲ *μουσικὴν* ἐπίσταμαι, πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς,“ ubi scholiastes: „ὅτι *μουσικὴν* τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν φησίν.“ (Herald.)

u. rapit] Ad Natt. I, 4. „non utique eo bonum praeiudicari, quia plerosque convertat et *sibi rapiat*, inquitis.“

v. Denique] h. e. ut unum afferam, ut uno exemplo fungar. Cf. quae adnotavero ad De Corona cap. 3.

certe [69]damnati[w] maerent. [70]Dinumerant [71]in semetipsos mentis [72]malae impetus[x], vel fato [73]vel astris imputant; nolunt enim suum esse, [74]quia malum agnoscunt. [75]Christianus vero quid simile? Neminem pudet, neminem paenitet, nisi plane retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus vel ultro confitetur, damnatus gratias agit. Quid hoc mali est, quod [76]naturalia[y] mali non habet, timorem, pudorem, tergiversationem, [77]paenitentiam, deplorationem? [78]Quid? hoc [79]malum est, cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est et [80]poena felicitas? Non potes dementiam dicere, [81]qui revinceris[z] ignorare.

Cap. II. Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur a vobis ipsis aliter tractamur quam pares nostri, id est ceteri nocentes, cum [1]eiusdem noxae eadem tractatio [2]deberet [3]intervenire? Quodcunque [4]dicimur, cum [5]alii dicuntur, [6]et proprio ore et mercenaria advocatione utuntur ad innocentiae suae commendationem. Respondendi, altercandi facultas patet, quando [7]nec liceat indefensos et inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis [8]nihil permittitur loqui quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum, sed illud solum [9]expectatur quod odio publico necessarium est, confessio nominis, [10]non examinatio criminis: quando, si [11]de aliquo nocente [12]cognoscatis, non statim

69. damnati *ABCEFGλdf, Erfurt. Oxon. Ambros. Florent. Leidens. Pamelii libri omnes.* condemnati (*D*)*abce.* 70. enumerant λ. deonerant *Latinius.* murmurant *Heumannus.* 71. in semetipsis *F.* in semetipso *G. Florent.* in semet ipsos *La Cerda.* semetipsos *Latinius.* inter semetipsos *Bernhardyus.* 72. malae ignaviam vel λ. 73. vel astris vel fato *G.* 74. quod malum *Fλf.* 75. Christianus vero quid *ABCEFbdf. Pamelii libri, Oxon. Florent. Ambros. Vindob.* Christianis vero quid *DE* (*m. sec.*) *ac. Erfurt.* Christianorum vero quod *G.* Christianos vero nihil λ. 76. naturalia (*D*)*Eλdef. Oxon. Erfurt. Pamelii libri.* natura alia *ABCFG. Florent. Vindob.* nam alia *Ambros.* naturam *abc.* 77. paenitentiam deplorationem *om. F. Vindob.* 78. Quid hoc *ABDFabcdef*(λ). *Oxon.* Quod hoc *CEG. Vindob. Leidens. Erfurt. Ambros.* 79. malum *ABCDEFG. Vindob. Florent. Leidens. Ambros. Erfurt. Oxon.* mali (λ)*abcdef.* 80. poena victoria λ. 81. quod revinceris λ*f.*

Cap. II. 1. eiusdem noxietatis λ*f.* eidem noxae *Leidens.* (*m. sec.*) 2. debet *Fλ. Vindob.* 3. pervenire *ab.* provenire *Leidens.* 4. dicimus *c.* 5. aliis *C. Leidens.* 6. et proprio et mercenario ore λ. 7. ne *BCG. Leidens. Florent.* 8. nil *BCG. Leidens.* 9. spectatur *Latinius, prob. Haverkamp.* 10. et non *cd.* 11. de alio nocente *cd.* 12. cognoscatis *AφBCDEFG. Ambros. Florent. Vindob.* cognoscitis (*Aβλ. Oxon.*) *abcdef.*

w. certe damnati] Cave, ne *certe* cum *maerent* coniungas, cum ad *damnati* pertineat. *Certe* h. l. est pro *certo,* ut Ad Natt. I, 1. „Amatis ignorare quod alii gaudeant invenisse; mavultis nescire quia iam odistis, quasi *certe* non odituros vos sciatis." et paulo post in pari loco „*certe* damnati maerent."

x. Dinumerant in semetipsos mentis malae impetus] Sibi ipsis confitentur, non aliis. Par locus est Ad Natt. I, 1. „Exprobrant etenim quod erant in semetipsos, malae mentis ab innocentia transitum vel fato imputant."

y. naturalia] Cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

z. revinceris] h. e. convinceris. Cf. supra not. m.

[13]confesso [14]eo nomen [15]homicidae vel [16]sacrilegi vel [17]incesti vel publici hostis, ut [18]de nostris [19]elogiis[a] loquar, contenti sitis ad pronuntiandum, [20]nisi et consequentia[b] exigatis, qualitatem facti, [21]numerum[c], locum, [22]modum, tempus, [23]conscios, socios. De nobis nihil tale, cum aeque [24]extorqueri [25]oporteret [26]quod cum falso[d] iactatur, [27]quot quisque iam infanticidia degustasset, [28]quot [29]incesta [30]contenebrasset[e], qui coci, qui canes adfuissent. O quanta illius praesidis [31]gloria, si [32]eruisset aliquem, qui centum iam infantes comedisset! [33]Atquin [34]invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cum provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam [35]gradu pulsis, [36]ipsa tamen multitudine perturbatus, quid [37]de cetero[f] ageret, consuluit [38]tunc Traianum imperatorem, adlegans praeter obstinationem non sacrificandi[g] nihil aliud se de [39]sacramentis eorum conperisse quam

13. confessio *a. Ambros.* 14. eo nomine *bc. Gorziensis. Ambros.* 15. homicidii *G.* homicidie *B.* 16. sacrilegii *AφCG. Leidens.* 17. incesti publici *BF. Florent. Leidens. Vindob.* 18. de vestris *d. Vaticanus unus.* 19. elogiis *E. (m. sec.) bdef.* eclogiis *c.* eulogiis *reliqui omnes.* 20. nisi ad consequentia *AφBC. Leidens.* nisi ex consequentia *Oxon.* 21. numerum *om. (Oxon.) acef.* 22. modum (*λ. Vindob.*) *abef. Gorziens., Ambros. Omittunt ABCDEFGcd.* 23. consocios *G.* consocios suos *Oxon. Post vocabulum* socios *novum caput incipiunt veteres libri, scripti cum titulo* CONTRA INQVISITIONEM., *pro quo unus Vaticanus* PERVERSITAS QVAE IN DAMNANDIS ET ABSOLVENDIS CHRISTIANIS OBSERVATVR., *typis excusi cum inscriptione* QVOD NOMEN IN CHRISTIANIS DAMNETVR NON CRIMEN. 24. extorquere *abcde.* 25. oportet *G. Ambros.* 26. quod cum falso *ABCDEG. Ambros. Florent. Oxon. Erfurt. Leidens.* quod quom falso *Vindobon.* quod tamen falso *F.* quod de falso *λ.* cum falso *ab.* quodcunque falso *cdef.* 27. quod quisque *ABCDEG. Ambros. Florent. Leidens. Erfurt.* 28. quod *ABCDEG. Ambros. Florent. Leidens. Erfurt.* 29. incerta *BC. Leidens.* 30. concelebrasset *ac.* 31. gloria fuisset si *λ.* 32 invenisset aliquem *c.* eruisset aliqua *G. Florent.* 33. Atquin (*Aφ*)*BCEGdf. Ambros. Oxon. Erfurt. Florent.* Ad quin *Aβ.* Ad quam *Leidens.* Atqui *DFλabce. Vindob.* Atque *Haverkamp.* 34. inveniemus *Oxon.* 35. de gradu *λ.* 36. ipse tamen perturbatus *F.* ipsa tamen multitudine proturbatus *Leidens.* tempore tamen perturbatus *Vindob.* 37. de ceteris *λ.* 38. tunc *om. c.* 39. sacramentis *ABCDEFGef. Erfurt. Oxon. Ambros. Vindob. Florent. Leidens. Gandav. Elnon., duo Vaticani.* sacramento *λ.* sacris *abcd.*

Cap. II. a. elogiis] V. adnot. ad De Corona cap. 5.

b. consequentia] Nam etsi fatetur aliquis maleficium, non statim eius confessionibus habetur fides. Nonnunquam enim aut metu aut qua alia de causa in se confitentur. Idcirco consequentia exiguntur, ut inde de veritatis confessione iudicetur. Nam quandoque ex circumstantiis confessionis mendacium deprehenditur. (Herald.)

c. numerum] Ad Natt. I, 2. „quotiens caedem egerit.“ Cf. Senec. De Clem. I, 9. „Occidere, inquam, me paras. Adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum.“

d. cum falso] h. e. falso. Cf. Hand Tursellin. II, p. 158.

e. contenebrasset] h. e. tenebris texisset. De Praescript. Haeret. cap. 12. „Nemo ab eo illuminatur, a quo *contenebratur*.“ De Ieiun. cap. 10. „in qua a sexta *contenebratus* orbis defuncto domino lugubre fecit officium.“ De re cf. cap. 7.

f. de cetero] Cf. Ad Scap. cap. 3.

g. non sacrificandi] Sic infra „excludimur enim, si facimus quae faciunt *non Christiani*.“ cap. 35. „id est ne *non Christianis*.“ cap. 44. „Nemo illic

coetus antelucanos ad canendum [40]Christo [41]et deo[h], et ad [42]confoederandam disciplinam[i], homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam et cetera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit [43]hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. O sententiam necessitate[k] confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et [44]mandat puniendos ut nocentes. Parcit et saevit, dissimulat et animadvertit. Quid [45]temetipsam, censura[l], circumvenis? Si damnas, [46]cur non et inquiris? si non inquiris, cur [47]non et

40. et Christo *e.* 41. et deo *ABCDEFGλabcdef. Oxon. Erfurt. Florent. Ambros. Leidens. Vindob.* ut deo *Haverkamp.* 42. conferendam *BCGc. Leidens. Florent.* conferandam *Erfurt.* 43. hos inquirendos *D.* 44. mandat puniendos *ABCFGλbdf. Gorz. Leidens. Ambros. Vindob. Florent. et libri Pamelii omnes.* mandat puniri *DEace. Oxon. Erfurt.* 45. temetipsam *ABCEGf. Ambros. Florent. Leidens. Vindob. Erfurt., prob. Fulv, Ursinus et Havercampus.* temetipsum *DFabcde.* 46. cur non inquiris *d.* cur nostrum quaeris *G. Florent.* cur et non inquiris *F.* 47. non absolvis *G.*

Christianus, nisi plane tantum Christianus, aut si et aliud, iam *non Christianus.*" Ad Natt. I, 16. „Intentatis, et sunt paria vestris etiam *non sacramentis.*" Ibid. II, 3. „Scitum deum e deo nasci, quemadmodum de *non deo non deum.*"

h. Christo et deo] Ios. Scaliger ad Eusebii Chron. p. 207. una cum Heraldo probat „Christo *ut* deo" ex Plinio Epist. X, 97. contra librorum optimorum et paene omnium fidem. Sic etiam De Spectac. cap. 25. liber Agobardi et princeps editio cum aliis praebent *„ἀπ' αἰῶνος* alii omnino dicere nisi deo *et* Christo."

i. ad confoederandam disciplinam] Id est quasi foedere ac sacramento simul et *ὁμοθυμαδὸν* sanciendam. Optime igitur ista cum praecedenti notatione conveniunt. Praefectus urbi apud Prudentium in martyrio Laurentii [Peristeph. II, 65.] „Hunc esse vestris orgiis Moremque et artem proditum est, Hanc *disciplinam foederis* Libent ut auro antistites." Ceterum *disciplinam* male vertit Eusebius *ἐπιστήμην*. Vocabulum est a militia sumptum, quemadmodum et *sacramentum.*" (Herald.) Euseb. Hist. Eccl. III, 33. Tertulliani verba sic vertit *„Καίτοι εὑρήκαμεν καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐπιζήτησιν κεκωλυμένην. Πλίνιος γὰρ Σεκοῦνδος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίου, κατακρίνας Χριστιανούς τινας καὶ τῆς ἀξίας ἐκβαλὼν, ταραχθεὶς τῷ πλήθει διηγνοει τί αὐτῷ λοιπὸν εἴη πρακτέον. Τραιανῷ οὖν τῷ βασιλεῖ ἀνεκοινώσατο λέγων ἔξω τοῦ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς εἰδωλολατρεῖν οὐδὲν ἀνόσιον ἐν αὐτοῖς εὑρηκέναι. Ἐμήνυε δὲ καὶ τοῦτο· ἀνίστασθαι ἕωθεν τοὺς Χριστιανοὺς καὶ τὸν Χριστὸν θεοῦ δίκην ὑμνεῖν καὶ πρὸς τὸ τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν διαφυλάσσειν, κωλύεσθαι φονεύειν, μοιχεύειν, πλεονεκτεῖν, ἀποστερεῖν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Πρὸς ταῦτα ἀνέγραψε ὁ Τραιανὸς τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μὲν, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι."* Cf. Euseb. Chron. p. 209. ed. Scalig. Nicephor. Hist. Eccl. III, 17. Hieronymus Chron. a. MMCXXIV., p. 165. ed. Scalig. ita habet: „Plinius Secundus cum quandam provinciam regeret et in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus quaesivit de Traiano quid facto opus esset, nuntians ei praeter obstinationem non sacrificandi et antelucanos coetus ad canendum quendam Christum ut deum nihil apud eos reperiri; praeterea ad confoederandam disciplinam vetari ob his homicidia, furta, adulteria, latrocinia et his similia. Ad quae commotus Traianus rescripsit hoc genus quidem inquirendos non esse, oblatos vero puniri oportere."

k. necessitate] Priore in editione interpretatus sum *necessario.* Retraho sententiam. *Necessitas* hic est pro angustiis.

l. censura] Cap. 39. „ibidem etiam exhortationes, castigationes et *censura* divina." Ad Natt. I, 10. „potiorem habuit senatus *censuram* quam impetum vulgi."

absolvis? Latronibus [48]vestigandis[m] per universas provincias militaris statio [49]sortitur[n]. In reos maiestatis et publicos hostes omnis homo miles est; [50]ad socios, ad conscios usque inquisitio extenditur. Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset [51]actura inquisitio [52]quam [53]oblationem. Damnatis [54]itaque oblatum quem nemo voluit requisitum, qui, puto, iam non ideo [55]meruit poenam, quia nocens est, sed quia non requirendus [56]inventus est. Itaque nec in illo ex forma[o] malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus [57]tormenta adhibetis ad confitendum, solis Christianis ad negandum, cum, si malum esset, nos quidem negaremus, [58]vos vero confiteri [59]tormentis compelleretis. Neque enim [60]ideo non putaretis requirenda quaestionibus scelera, quia certi essetis admitti ea ex nominis confessione, qui hodie de confesso homicida, scientes homicidium [61]quid sit, nihilominus [62]ordinem extorquetis admissi. [63]Quo perversius, cum praesumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de [64]confessione decedere, ut negantes nomen pariter utique negemus et scelera, de quibus ex confessione nominis praesumpseratis. Sed, opinor, non vultis nos perire, quos pessimos creditis. Sic enim soletis[p] dicere [65]homicidae [66]Nega, laniari [66*]iubere

48. investigandis *CGc. Leidens.* 49. sortitur *om. G. Florent.* 50. et conscios inquisitio usque *D.* ad consocios usque ad inquisitionem *G. Florent.* ad consocios inquisitio usque *Havercamp.* ad conscios inquisitio usque *λabce.* 51. actura esset *DE.* 52. cum *BC.* 53. oblatio *DFabd. Vind.* 54. itaque *ABCEFGλ. Ambros. Leidens. Vindob. Florent. Erfurt.* ergo *D abcdef.* 55. meruit ideo poenam *Dλbe.* meruit poenam ideo *F.* 56. inventus est *om. D.* est *om. a.* 57. tormenta adhibetis *ACEF. Erfurt. Vindob.* tormenta adhibitis *G. Florent.* tormenta exibetis *Ambros.* adhibetis tormenta (*Dλ*) *abcdef.* 58. non vero *Da.* nos ergo *Leidens.* 59. tormentis. Nec enim *G. Florent.* 60. ideo putaretis non requirenda *cd.* ideo non putaretis inquirenda *Ambros.* 61. quod sit *cd.* quo cito quod scit *G.* quod cito *Florent.* 62. hominem extorquetis *D.* ordinem exquiritis *λ.* 63. quod perversius est cum *λ. In F. verba* qui hodie — — — a nominis confessione *omissa sunt.* 64. de confesso *c.* de confessis *G.* 65. homicida *F.* homicidas *cd.* 66. Negatis *cd.* 66*. iube *F. Ambros. Oxon. Latinius.* debere *λ.*

m. Latronibus vestigandis] Mos ab Augusto introductus bono publico. Sueton. Aug. [cap. 32.] „Grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit.“ Exemplum secutus Tiberius et praetergressus [Sueton. Tiber. cap. 37.] „inprimis tuendae pacis a grassaturis et latrociniis seditionumque licentia curam habuit.“ (Herald.) Intellegendi sunt latrunculatores et diocmitae, quos Novellae *λῃστοδιώκτας* et *βιοκωλύτας* appellant. V. interpretes ad Iul. Capitol. M. Anton. Philos. cap. 32. Hildebrand. ad Apul. Metam. VII, 7. p. 541.

n. sortitur] Non. p. 471. Merc. „*Sortirent* pro *sortirentur*. Varro Rerum Humanarum lib. XX: cum venerint, censores inter se *sortiant*.“ Ibid. „*Sortiunt*. Ennius Cresfonte: an inter se *sortiunt* urbem atque agros?“

o. ex forma] Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 18.

p. Sic enim soletis] Opinor, inquit, non aliter vos agitis circa homicidas et sacrilegos et nocentissimum quemque. Nempe soletis illum ad negandum hortari, hunc tormentis laniari iubere si confiteri perseveraverit. Immo simul atque crimina confessi sunt, tormentis eximuntur. Cur aliter agitis circa nos,

sacrilegum, si confiteri [67]perseveraverit. [68]Si non ita agitis circa [69]nos nocentes, [70]ergo nos innocentissimos [71]iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseverare, quam [72]necessitate, non iustitia damnandam [73]a vobis sciatis. Vociferatur homo: Christianus sum. Quod est dicit; tu vis audire quod non est. [74]Veritatis extorquendae praesides de nobis solis mendacium [75]elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod quaeris an sim. [76]Quid me torques in perversum? Confiteor, et torques: quid faceres, si negarem? Plane aliis negantibus non facile fidem accommodatis: nobis, si negaverimus, statim creditis. Suspecta [77]sit [78]vobis ista perversitas, ne qua vis lateat in occulto, [79]quae vos [80]adversus formam, adversus naturam iudicandi, contra ipsas quoque [81]leges ministret[q]. [82]Nisi fallor enim, leges malos erui[r] iubent, non abscondi, confessos damnari praescribunt, non absolvi. Hoc [83]senatusconsulta, hoc [84]principum [85]mandata definiunt. Hoc imperium, cuius ministri estis, civilis, non tyrannica [86]dominatio [87]est[s].

67. perseveratis *Ambros.* 68. Si vere ita *F.* 69. nos *om. λ.* 70. erga *BCλ. Leidens.* 71. iudicatis cum *om. λ.* 72. necessitate iniustia *Leidens.* 73. a vobis putatis. Vociferatur *λ.* 74. Veritati *EG. Erfurt.* 75. audire laboratis *λ.* 76. qui me *BC,* 77. fit nobis *d. Erfurt.* sit nobis *Dab. Ambros. Florent.* 78. nobis illa *F.* 79. quae nos *Dab.* 80. adversum formam *F. Vindob.* 81. leges instiget *F.* leges infestet *Fulv. Ursinus.* 82. Nisi fallor enim *ABCDEFG. Ambros. Florent. Vindob. Leidens. Erfurt.* Nisi enim fallor *abcdef.* 83. senatusconsultum *Dab.* senatu consulti *G. Florent.* senatus consulit *F. Vindob.* senatum consultit *BC.* 84. principium *BC. Leidens.* 85. mandatum *C. Leid. Vindob.* 86. damnatio *c.* 87. vestra est *abcd.*

quos tamquam nocentes tractatis, nisi quia nos innocentissimos existimatis? si quidem non vultis nos in confessione nostra perseverare, quam scitis non legum iustitia, sed necessitate esse damnandam.

q. ministret] Hoc tacite significat Tertulljanus, agitari eos et ad hanc perversitatem impelli a malis daemonibus et insinceris spiritibus, qui ipsorum menti vim faciant. Neque enim esse verisimile homines sapientissimos violata omni iudicjorum forma et natura, ipsis etiam legibus calcatis adversus Christianorum nomen ita furere, nisi vis aliqua latens eos concitaret. Tractat idem argumentum Iustinus Martyr Apologia I. *Vis* autem hic proprie. Tertull. De Anima [cap. 1.] „Etsi post deos et cum deis daemonia deputantur penes poëtas et philosophos. Nondum enim Christianae potestatis documenta processerant, quae *vim* istam perniciosissimam nec unquam bonam, antiqui erroris artificem, omnis veritatis avocatricem sola traducit." (Herald.) Eandem vim daemonicam Christianis infestam notat infra cap. 27. Cf. Ad Natt. I, 3.

r. erui] Verbum forense. Sic supra „O quanta illius praesidis gloria, si *eruisset* aliquem qui centum iam infantes comedisset!" cap. 7. „Dicimur tamen semper, nec vos quod tam diu dicimur *eruere* curatis. Ergo aut *eruite,* si creditis, aut nolite credere, qui non *eruistis.*" Cf. Ad Natt. I, 2 et 6. Ibid. I, 16. „Semel plane *erui* potest de sacramentis nostrae religionis, opinor." Symmach. Epist. IX, 6. „Debita ab obnoxiis servis *eruenda* mandavi." Id. X, 62. „A quibus pleraque servitia palatinus Eusebius iussus *eruere.*" V. Iuret. in Symmach. Epist. VIII, 109. p. 154. Dirksen Manuale s. v. p. 329.

s. tyrannica dominatio est.] Heraldus apposite citat Apul. Metam. X, [cap. 6.] „ut rite et more maiorum iudicio reddito et utrimque secus allegationibus examinatis *civiliter* sententia promeretur, nec ad instar barbaricae feritatis vel *tyrannicae impotentiae* damnaretur aliquis inauditus."

Apud tyrannos enim tormenta etiam pro poena [89]adhibebantur[t]: apud [89]vos soli [90]quaestioni [91]temperatur[u]. Vestram illis [92]servate legem[v] usque ad confessionem [93]necessariam, et iam si confessione [94]praeveniantur, vacabunt: sententia opus est: debito poenae nocens [95]expungendus est[w], non eximendus. Denique nemo [96]illum gestit absolvere. [97]Non licet hoc velle, ideo nec cogitur quisquam negare. Christianum hominem omnium scelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturae [98]totius inimicum existimas, et cogis negare, ut absolvas quem non poteris absolvere nisi negaverit. Praevaricaris [99]in leges. [1]Vis ergo neget se nocentem, ut eum facias innocentem, [2]et quidem [3]invitum iam, nec de praeterito reum. Unde ista perversitas, ut etiam illud non recogitetis, sponte confesso magis credendum esse quam per vim neganti? vel ne compulsus negare[x] non ex fide [4]negarit et absolutus [5]ibidem post

88. adhibebantur *ADEe. Bongarsii liber, Erfurt. Oxon.* adhibeantur *BC. Ambros. Vindob. Leidens.* adhibentur *FG (λ) abcdf. Florent.* 89. nos soli *BCde. Leidens.* vos solos *λa.* vos styli *c.* 90. quaestiones *Gc.* quaestionis *Florent.* 91. temperatur *ABCDEFλade. Bongars. liber, Ambros. Vindob. Oxon. Erfurt. Leidens.* temperantur *Gbcf. Gorziens. Florent.* 92. servare *D.* servire *abcd.* 93. necessariam. Quẽ *Ambros.* necessarium: et si *abcd.* necessariam et si *Oxon.* Et iam si (necessariam *deleto*) *Haverc.* si (*reliquis omissis*) *f. Omittunt G. Florent.* 94. praeveniatur *Ambros.* 95. expugnandus *FGc. Erfurt. Vindob. Florent.* 96. illum nemo *Dabcd.* 97. nobis non licet *ab.* 98. totius naturae *F.* 99. ita leges *Fulv. Ursinus.* 1. Vis ut neget *λ.* 2. equidem *Da.* 3. invitum non de *Da.* invitum nec de *b. Gorziens.* de imminente iam non de *F.* 4. negaret et *BCG. Leidens. Florent.* neget et *F.* 5. ibi post *F.*

t. adhibebantur] Haec vera est scriptura librorum optimorum auctoritate firmata. Respicit Tertullianus priscos illos Phalaridas, de quibus antiquae memoriae.

u. temperatur.] Tormenta ad eruendam veritatem adhibentur, qua patefacta cessant. (Herald.)

v. Vestram illis servate legem] Servate, inquit, illis (tormentis scilicet) legem vestram, ad confessionem usque necessariam. Sed si iam confessi fuerint, vacabunt tormenta, neque erunt necessaria. Iudicio erit opus. (Herald.)

w. debito poenae nocens expungendus erit] Noxii quique debent poenas. Damnati dicuntur servi poenae, supplicio sumpto dedisse poenas intelleguntur. Itaque in peragenda cognitione exactor poenarum de tabella seu matricula damnati cuiusque nomen cum elogio seu causa citatum simul supplicio sumpto expungebat. Sic peracta cognitione damnatorum omnium nomina in catalogo cernebantur expuncta et debito poenae nocentes expuncti. (Rigalt.) Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 353. Salmas. De Usuris p. 147., et quae adnotavero infra ad cap. 35.

x. vel ne compulsus negare non ex fide negarit] Bernhardyus V. Cl. correxit Hildebrandi (ad Arnob. Adv. Natt. I, 10.) et meam sententiam, qui statuimus hoc *ne* praepositum esse interrogativum. Est enim dubitativum illud, apud Graecos *μὴ* indicativo aptum. Exempla ex Tertulliano sunt Apol. cap. 3. „Nemo retractat, *ne* ideo bonus Gaius et prudens Lucius, quia Christianus.“ Ibid. cap. 7. „ut nemo recogitet, *ne* primum illud os mendacium seminaverit.“ Cf. Ad Natt. I, 7. Apol. cap. 15. „Ceterum si adiciam — — sub isdem vittis et apicibus et purpuris thure flagrante libidinem expungi, nescio, *ne* plus de vobis dei vestri quam de Christianis querantur.“ Ibid. cap. 9. „legite *necubi* relatum sit.“ Ibid. cap. 26. „Videte igitur, *ne* ille regna dispenset cuius est et orbis qui regnatur et homo ipse qui regnat, *ne* ille vices dominationum ipsis temporibus in saeculo ordinarit, qui“ cett. Ibid. cap. 35. „digna ratio persuasit fidem et

tribunal[z] [6]de vestra rideat aemulatione[a] [7]iterum Christianus? [8]Cum igitur [9]in omnibus nos aliter [10]disponitis[b] [11]quam ceteros nocentes, [12]ad unum [13]contendendo, [14]ut de eo nomine excludamur (excludimur enim si [15]faciamus quae faciunt non Christiani), intellegere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam [16]ratio aemulae operationis[c] insequitur hoc primum [17]agens, ut homines [18]nolint scire pro certo quod se nescire pro certo sciunt. Ideo et credunt de nobis quae non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse quae [19]malunt [20]credidisse[d], ut nomen[e] illius [21]aemulae rationis inimicum praesumptis, non probatis criminibus de sua sola confessione [22]damnetur. Ideo torquemur confitentes et punimur perseverantes [23]et absolvimur negantes, quia nominis proelium est. Denique quid [24]de tabella[f] recitatis illum

6. vestrum de vestra λ. 7. inter Christianos *Gb. Gorziens. Florent.* 8. Cur igitur λ. 9. in omnibus aliter nos λ. in omnibus in nos aliter *abcd.* 10. disponitis *ABCDEFGλbef. Leidens. Ambros. Florent. Oxon. Erfurt. Vindob. Gorziens.* disponatis *cd.* disquiratis *a.* 11. in ceteros *abcd.* 12. id unum *abcdef.* ad unam *BC. Gorziens.* ad unum *reliqui omnes.* 13. contenditis *b. Gorziens.* contendunt *G. Florent.* concedendo *D.* 14. ut de isto nomine λ. 15. faciamus *ABCEG. Ambros. Leidens. Florent. Erfurt.* facimus *DFλabcdef. Vindob.* 16. ratio aemulae rationis *Bernhardyus.* 17. agentes homines ut *a.* agentes ut homines *d.* 18. nolunt *Aφ* (*m. pr.*) *BC. Vindob. Leidens.* 19. mallint *F.* 20. credi esse *f. Latinius. Havercamp.* 21. aemulae rationis *ABCDEFaef. Ambros. Vindob. Leidens. Erfurt. Oxon. Pameliani omnes.* aemulae operationis λ. aemulationis *Gbcd. Gorziens. Florent.* 22. damnet λ. 23. et absolvimur negantes et punimur perseverantes *F.* 24. quod de *FG. Fulv. Ursinus. Reposueram* qui de.

veritatem vestram demonstrare, *ne* forte et isthic deteriores Christianis reperiantur." Ibid. cap. 48. „propterea persuasum quis habeat, *ne* forte bubulam de aliquo proavo suo obsonet?" Ad Natt. I, 4. „Nemini subvenit, *ne* ideo bonus quis et prudens, quia Christianus." Ibid. I, 8. „Verum recogitate, *ne* quos genus tertium dicitis principem locum obtineant." Ibid. I, 10. „considerate etiam atque etiam, *ne* vobiscum communicemus crimen istud," et deinde „nescio, *ne* plus de vobis dei vestri quam de nobis querantur." Haec sufficiant. Ex Arnobio exempla collegit Hildebrandus l. l. p. 20. *Ex fide.* Ad Natt. I, 18. „per deos quidem vestros *ex fide* deieretis." Apolog. cap. 35. „Plane ceteri ordines pro auctoritate religiosi *ex fide.*" Ibid. cap. 42. „Sed cetera vectigalia gratias Christianis agent *ex fide* dependentibus debitum."

z. post tribunal] Huius breviloquentiae exempla produxi ad Scorp. cap. 11.

a. aemulatione] De usu vocum *aemulus* et *aemulatio* apud Tertullianum cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

b. disponitis] *Disponere* usurpat Tertullianus quomodo Graeci *διατίθεσθαι.* Sed notanda est huius verbi significatio apud Clementem Alexandr. Strom. IV., ubi *διατίθεσθαι* dicit male habere, vexare et infestare: *ἐπεὶ δυοῖν θάτερον, ἢ καλόν τι ἔσται δωγμὸς διὰ τὴν βούλησιν τοῦ θεοῦ, ἢ ἀνθρωποι οἱ διατιθέντες καὶ θλίβοντες.*" Orig. Contra Cels. III. „*διατιθέντες οἱ πάλαι Αἰγύπτιοι τὸ Ἑβραίων γένος.*" (Herald.)

c. aemulae operationis] Daemonum significat, de qua re dixit supra.

d. credidisse] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 5.

e. nomen] Christianum nomen. Sic cap. 3. „Ut quisque *hoc nomine* emendatur, offendit."

f. de tabella] Ex periculo, ex libello. Martyr. Cypriani „Et his dictis decretum *ex tabella recitavit:* Thascium Cyprianum gladio animadverti placet." Pontius V. Cypriani „Legit itaque *de tabula* iam sententiam iudex." Acta Martyr. Scilli-

Christianum? Cur non et homicidam? [25]Si homicida Christianus, cur non et incestus vel quodcunque aliud [26]esse nos creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus [27]scelerum pronuntiare? Christianus [28]si nullius criminis nomine reus est, valde [29]incestum, si soljus nominis, [30]crimen est.

Quid? quod ita plerique clausis oculis in odium eius inpingunt, Cap. III. ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant nominis exprobrationem. Bonus vir [1]Gaius Seius, tantum quod Christianus. Item alius: [2]Ego miror Lucium Titium[a] sapientem virum repente factum [3]Christianum. Nemo [4]retractat, [5]ne ideo[b] bonus Gaius et prudens Lucius, quia Christianus, [6]aut ideo Christianus, quia prudens et bonus. Laudant quae sciunt, vituperant quae ignorant, et id quod sciunt eo quod ignorant [7]inrumpunt, cum sit iustius occulta de manifestis [8]praeiudicare quam manifesta de occultis [9]praedamnare. [10]Alii, quos retro ante hoc nomen[c] vagos, viles, improbos noverant,

25. Sed homicida *Dabc.* Sit homicida *Ambros.* si et homicida *Fulv. Ursinus.* 26. esse nos *ABCFGef. Florent. Ambros. Leidens. Vindob. Oxon.* nos esse *Eλbcd. Erfurt.* non esse *Da.* 27. scelera *F.* 28. si nullius criminis nomine reus est *FGc. Florent.* si nullius criminis nomen reus est *ABC. Vindob. Leidens.* si nullius criminis reus est, nomen *DEabde. Ambros. Oxon. Pamelii libri.* si nullius criminis nomen est *λf. Havercamp.* 29. incestum *ABCDEFG. Florent. Vindob. Ambros. Bongars. Leidens. Erfurt.* ineptum *λf. Havercamp.* infestum *abcde.* (*Oxon.*) *libri Pamelii.* 30. crimen est, valde infestum. *Havercamp.*

Cap. III. DE NOMINIS EXPROBRATIONE *capitis inscriptio est in libris manu exaratis. Vatic. unus ap. Pamelium habet* DE ODIOSO CHRISTIANITATIS TITVLO. *In vett. editionibus est:* ODIOSISSIMVM SINE CAVSA CHRISTIANVM ESSE NOMEN. 1. Gaius sed malus tantum quod *G.* Gaius Seius sed malus tantum quod *Dabcd.* 2. Ego miror Lucium Titium *λ. Havercampus.* Ego miror Lucium *f.* Nego Lucium *E* (*m. sec.*). *Oxon. Erfurt.* Ego Lucium *Dabcd.* Ego tytum *F.* egoticum *Vindobon.* Ego Titium *ABCEGabcde. Bongars. Leidens. Ambros.* 3. Christianum defero. Nemo *abcd.* 4. tractat *F. Vindob.* 5. non ideo *ab.* 6. qui ideo *F.* 7. inrumpunt *ABCDEFGλ. Oxon. Leidens. Ambros. Vindobon. Erfurt.* corrumpunt *abcdef.* 8. praedicare *G.* 9. damnare *G. Oxon.* 10. Aliis *C. Leidens.*

tan. ap. Baron. Ann. tom. II. (ap. Muenter Primor. Eccl. Afr. p. 222.) „Haec cum essent *ex tabella recitata*“ cett. Pollet. Hist. Fori Rom. p. 529.

Cap. III. a. Ego miror Lucium Titium] Secutus sum codicem Fuldensem. *Nego*, quod pro *Ego miror* ex codd. Gothano, Erfurtano et Oxoniensi edideram, ut nunc mihi, ita iam pridem Bernhardyo V. Cl. displicuit. Cum plurima pars scriptorum librorum ita haec verba distinguat, tamquam praegressa *Lucium Titium sapientem virum repente factum Christianum* a sequentibus *Nemo retractat* apta sint, facile est intellegere, quid errori eius, qui exemplar archetypum, ex quo Puteaneus cum reliquis praeter Fuldensem derivati sunt, scripsit, ansam dare potuerit. De personis fictis *Gaio Seio* et *Lucio Titio* v. Dirksen Manuale s. v. p. 873. et p. 552. Cf. Augustin. De Civ. Dei II, 24. „Deinde cum esset in Asia bellum Mithridaticum gerens, per *Lucium Titium* ei mandatum est a Iove, quod esset Mithridatem superaturus.“

b. ne ideo] De hoc *ne* v. quae adnotavi supra ad cap. 2.

c. retro ante hoc nomen] Cf. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 9. et ad Scorpiac. cap. 11.

[11]ex ipso [12]denotant[d] [13]quod [14]laudant. Caecitate odii [15]in suffragium inpingunt: [16]Quae mulier! quam lasciva[e], quam festiva! [17]Quis iuvenis! [18]quam lascivus, [19]quam amasius! Facti sunt Christiani! Ita nomen emendationi imputatur[f]. Nonnulli etiam de utilitatibus suis cum odio isto paciscuntur[g], contenti iniuria[h], dum ne [20]domi habeant quod oderunt. Uxorem iam pudicam maritus [21]iam non [22]zelotypus, [23]filium iam subiectum pater retro[i] patiens abdicavit, servum iam [24]fidelem dominus olim mitis ab oculis [25]relegavit[k]; ut quisque [26]hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non [27]est bonum [28]quanti odium Christianorum. [29]Nunc igitur, si nominis odium

11. ex hoc ipso λ. 12. quo denotant laudant *Fulv. Ursinus. Ios. Scaliger.* 13. quod *ADEae. Oxon. Erfurt. Ambros. Bongars. Pamelii libri omnes.* quo *BCFλbdf.* cum *G. Omittit c.* 14. laudent *F.* collaudant *DFae.* 15. in suffragium enarrantes. 16. Quae mulier qui lasciva qui festiva *G.* Quod mulier, quod lasciva, quod festiva *Fulv. Ursinus.* 17. Quis *AβDE. Ambros. Erfurt. Oxon. Vindob.* Qui *BCFGλabcdef.* Quod *Fulv. Ursinus.* 18. quam lascivus *Bongars.* (*m. sec.*) *Ambros. Fulvii Ursini codex teste Latinio.* quam lucius *ABCDEFe. Oxon. Erfurt. Vindob. Bongars. Havercampus.* qui lutius *G.* quam Lusius *λf.* quod Lucius *ab. Gorziens.* qui Lucius *cd.* quod lascivus *Fulv. Ursinus.* 19. quod amasius *Fulv. Ursinus.* Quinti amasius *b. ex Gorziensi.* qui amasius *G.* 20. domi *om. E. Erfurt.* ne domi — — iam non *om. G.* 21. iam om. *FGc.* 22. zelotypus eiecit. *λf. Havercamp.* 23. filium iam subiectum pater *λf. Havercamp.* subiectum pater filium *F.* filium subiectum pater *abcde. Oxon. Ambros.* subiectum pater *ABCDEG. Leid. Erfurt. Vindob.* 24. fidelem iam *c.* 25. religavit *ABCG. Vindob.* 26. hoc nomen datur *E.* hoc nomen cularetur *D.* hoc datur *Erfurt. Oxon.* 27. est bonum esse *ab.* 28. quanti est odium *acdf.* quam odium *λ.* 29. Nunc ergo *Erfurt.* Nec igitur *G.* Igitur *λ.*

d. denotant] *Denotare* pro *turpitudinis nota infligere* vel *vituperare, criminari* proprie ICtorum est. Cod. Theodos. XVI, 5, 6. (De Haeret.) „suis apertis criminibus *denotentur.*“ Tertull. Apol. cap. 1. „et sunt tanti, quanti et *denotamur,*“ et ad finem eiusdem capitis „Si *denotatur,* gloriatur, si accusatur, non defendit.“ Cf. Ad Natt. I, 2. Ad Natt. I, 5. „Cur nos soli contra instituta naturae pessimi de bono *denotamur?*“ Ibid. I, 14. „Quid itaque nostrum unicum (deum) *denotatis?*“

e. lasciva] *Lasciva* sane hic non *ἀσελγής,* sed hilarior paulo puella ac solutioribus moribus, certe ludicra et prorsus argutula, quemadmodum loquitur Apuleius. Sic istam vocem saepissime emollit Martialis. (Herald.)

f. emendationi imputatur] *Nomen* videlicet Christiani. Nam apud gentes Christiani nomen pro crimine est. Itaque homini quamvis probo et emendato imputatur Christiani nomen tamquam alicuius criminis probrum. (Rigalt.)

g. cum odio isto paciscuntur] De Veland. Virg. cap. 8. „Contenta erat veritas *pacisci cum consuetudine,* ut tacite consuetudinis nomine frueretur sè vel ex parte.“ Tantum igitur est nonnullorum odium, ut illius causa de propriis etiam utilitatibus remittant aliquid. (Herald.)

h. iniuria] *Iniuria* hic est pro damno. Sic cap. 38 „Si oblectari novisse nolumus, nostra *iniuria* est, si forte, non vestra.“ cap. 40 „Haec utique non sine *iniuria* incolentium accidere potuerunt.“ cap. 44 „Atenim illud detrimentum reipublicae tam grande quam verum nemo circumspicit, illam *iniuriam* civitatis nullus expendit.“

i. retro] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 9. Sit uxor adultera, inquit, sit filius nebulo, sit servus nequam, dum non sint Christiani. *Filium subiectum* dicit de quo pater queri desierat, quem *μὴ ἀνυπότακτον* Paulus.

k. relegavit] In opus rusticum scilicet, in pistrinum, lapidicinas et cetera eiusmodi opera, quibus servorum delicta puniebantur. (Herald.)

est, [30]quis nominum reatus[l]? Quae accusatio vocabulorum, [31]nisi si aut barbarum [32]sonat aliqua vox nominis, aut infaustum aut maledicum aut inpudicum? Christianus vero, [33]quantum interpretatio est[m], de unctione deducitur. [34]Sed et cum perperam [35]Chrestianus[n] pronuntiatur a [36]vobis (nam nec nominis [37]certa est notitia [38]penes vos), de suavitate vel benignitate conpositum est[o]. [40]Oditur[p] itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. [41]At enim secta oditur in nomine utique sui auctoris. Quid novi, si aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit? Nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur Platonici, Epicurei, Pythagorici? etiam a locis conventiculorum et stationum suarum Stoici, Academici? [42]aeque medici ab Erasistrato et gramma-

30. quis nominis *Dab.* quis nomini *EF.* 31. nisi aut *Dabe.* 32. sonet aliqua *F.* sonet aliquid *Fulv. Ursinus.* 33. interpretatione de *G.* 34. Sed et cum *ABCDEG λabdef. Ambros. Erfurt. Leidens. Oxon. libri Pamelii.* Sed cum *c.* Sed et *F. Vindob.* 35. Chrestianus *Fbcdef. Ambros.* Christianus *reliqui omnes.* 36. nobis *D.* 37. est certa *b.* est *ace.* certa est *om. F.* 38. penes suos *G.* 39. impositum *G.* 40. Oditur ergo *abcd.* 41. At vero *Oxon.* Aut enim *G.* 42. aeque *(Aβ)Eλdf. Oxon. Erfurt. libri Pamelii.* atque *(ABCD)FGabc. Vindob. Leidens.* neque *e.*

l. reatus] *Reatus* proprie est condicio reorum pendente iudicio, deinde etiam pro ipsa culpa vel crimine accipitur. Sic saepius apud Afros scriptores, et inprimis apud Tertullianum. Cf. infra „is probabit et nomen malum dignum odio de *reatu* sectae et auctoris.“ Ad Natt. I, 3 „si [qui *reatus* est nominum, si qua accusatio vocabulorum.“ De Spectac. cap. 5 „Sed haec satis erunt ad originis de idololatria *reatum.*“ De Idol. cap. 1 „iam in his aeque idololatria de homicidii *reatu* non liberatur.“ Ibid. cap. 11 „Denique in alia causa non levioris *reatus* praeiudicium istud observo.“ Ex Apulei scriptis exempla congessit Hildebrandus ad Apul. Metam. VII, 9. p. 550. et ad I, 16. p. 51.

m. quantum interpretatio est] Ad Natt. I, 3 „Christianum vero nomen, *quantum* significatio est, de unctione interpretatur.“ Scorpiac. cap. 5 „In tantum vita martyrio deputabitur, *quantum* morti idololatria.“ De Idol. cap. 16 „Sim vocatus, nec adsacrificii titulus officii, et operae meae expunctio *quantum* sibi libet.“ Adv. Hermog. cap. 23 „Fuerit licet materia, *quantum* sibi licet.“

n. Chrestianus] Lactant. Inst. Div. IV, 7 „Exponenda huius nominis ratio est propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera *Chrestum* solent dicere,“ ad quem locum v. Buenemanni adnotata. Cf. Sueton. Claud. cap. 25 „Iudaeos impulsore *Chresto* assidue tumultuantes Roma expulit,“ et interpretes ad Taciti Ann. XV, 44.

o. de suavitate vel benignitate compositum est.] *Χρηστός* suavis est, *χρηστότης* suavitas vel benignitas. Glossae Philoxeni: „*Χρηστός,* frugalis, suavis, utilis, iocundus.“ Verba illa Evangelii: *ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός* veteres convertebant: Iugum enim meum *suave* est. Et Tertullianus Adv. Marcion. IV, [17.] verba ista B. Lucae: *ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς* vertit: quia ipse *suavis* est adversus ingratos et malos.“ Beatus quoque Hieronymus *χρηστότητα* interpretatur *suavitatem et benignitatem* ad Epist ad Galat. cap. 5. „*Benignitas,* inquit, *sive suavitas,* quia apud Graecos *χρηστότης* utrumque sonat, virtus est lenis, blanda, tranquilla et omnium bonorum apta consortio, invitans ad familiaritatem sui, dulcis eloquio, moribus temperata“ cett. (Herald.)

p. Oditur] Hieronym. Epist. XLIII. „*Odiremur* a mundo.“ Cf. Tertull. Adv. Marcion. IV, 16 „benedici *odientes.*“ Ibid. IV, 35 „Non *odies* fratrem tuum in animo tuo.“ De Anima cap. 10 „Qui hominem *odiit,* ut nosset.“ Cf. Cic. Philipp. XIII, 19. Apul. De Dogm. Plat. III, p. 265. „optandi, vovendi, irascendi, *odiendi,* invidendi“ cett. Cf. Vossii Aristarch. tom. II, p. 888. ed. Eckstein.

tici ab Aristarcho, coci etiam ab Apicio? nec tamen quemquam offendit professio nominis cum institutione [43]transmissa ab institutore. Plane, [44]si qui [45]probavit malam sectam [46]et ita malum [47]et auctorem, [48]is probabit et nomen malum dignum odio de reatu sectae et auctoris, ideoque ante odium nomínis conpetebat prius [49]de auctore sectam [50]recognoscere vel auctorem de secta. At nunc utriusque inquisitione et agnitione neglecta [51]nomen detinetur[q], nomen expugnatur, et ignotam sectam, [52]ignotum et auctorem vox sola praedamnat, [53]quia [54]nominantur, non [55]quia [56]revincuntur[r].

Cap. IV. Atque [1]adeo quasi praefatus [2]haec ad [3]sugillandam odii erga nos publici iniquitatem, iam de causa innocentiae consistam[a], nec tantum refutabo quae nobis obiciuntur, sed etiam in ipsos retorquebo [4]qui obiciunt, ut ex hoc quoque [5]sciant homines in Christianis non esse quae [6]in se nesciunt esse, [7]simul uti erubescant accusantes non dico pessimi optimos[b], [8]sed iam, ut volunt, conpares suos. Respondebimus ad singula [9]quae in occulto admittere dicimur, [10]quae illos palam admittentes invenimus[c], in quibus sce-

43. transmissi λf. 44. si quis *F. Erfurt.* 45. probavit *ABCEFGcef. Oxon. Leidens. Vindob. Erfurt. libri Pamelii.* probet λ. *Gorziens.* probat *bd.* probant *Da.* 46. et item *F.* 47. et auctorem *ABCDEFGabef. Oxon. Leid. Erfurt. Vindob.* etiam auctorem *cd. In* λ. *extat* si qui probet malum auctorem et malam sectam. 48. is probavit et *b.* is et probabit *D.* is probabitur *Leidens.* 49. de auctoritate *G.* 50. cognoscere *F.* 51. nomen denotatur, nomen *Fr. Iunius. La Cerda.* 52. ignotumque auctorem *F. Vindob.* 53. quod *F.* 54. nominatur *DGλb. Gorziens.* 55. quod *F.* 56. revincitur *Gλb. Gorziens. Leidens.*

Cap. IV. 1. ideo *E (m. pr.) EFabe. Oxon. Erfurt.* 2. hic *G.* 3. suggillandum *F. Leidens. Vindob.* sigillandum *G.* 4. quae *Gc.* 5. sciant omnes *abcef.* 6. in se non nesciunt λf. quae in — — esse *om. G.* 7. simul — — optimos *om. λ.* 8. sed etiam λ. 9. quae occulte *F. Vindob.* 10. quae palam adinveniuntur λf. et quae palam adinveniuntur *Havercamp.*

q. nomen detinetur] Fr. Iunius reponendum putavit *nomen denotatur,* et eum secutus est La Cerda. Haec contrapono exempla. Tertull. Ad Natt. I, 3 „*Detinetis* igitur in hominibus innoxiis etiam nomen innoxium nostrum.“ Ibid. I, 16 „Quid enim tale in vobis *detinebo?* „Ad Uxor. II, 8 „Quam huius amentiae causam *detineam,* nisi fidei imbecillitatem, pronam semper in concupiscentiam saecularium gaudiorum?“ Cyprian. De Habitu Virg. pag. 99. ed. Oxon. „Ut enim impudica circa homines et incesta fucis lenocinantibus non sis corruptis violatisque quae dei sunt, peior adultera *detineris.*“ Cf. Tertull. Scorp. cap. 9 „Ex illa enim negatione tantundem *tenebitur,* qua se Christianum negando Christum in se negans etiam ipsum negavit.“ Est autem *detinere* idem quod *tenere* h. e. obligare, obnoxium efficere. V. quae eius usus exempla ex Ctorum libris attulit Dirksen Manuale s. v. p. 949. Cf. Iac. Gothofredum ad Tertull. Ad Natt. I, 3. qui *detinere* interpretatur *praeiudicio reum iudicare.*

r. revincuntur] Cf. adnot. ad De Testim. Animae cap. 1. Adde Dirksen Manuale s. v. p. 847.

Cap. IV. a. consistam] V. quae adnotavi ad De Idolol. cap. 13.

b. erubescant accusantes non dico pessimi optimos] De structura verbi erubescere cf. De Corona cap. 7. „Sed et de mendacio *erubescenda* est coronae *origo.*“ De Fuga in Persecut. cap. 10 „Malo miserandum quam *erubescendum.*“ De formula *non dico* cf. De Fuga in Persecut. cap. 10. „sed illum *non dico* in mari et terra, verum in utero etiam bestiae invenio.“

c. admittentes invenimus] De verbo

lesti, in quibus vani, in quibis damnandi, in quibus inridendi deputamur. Sed quoniam, cum ad omnia [11]occurrit veritas nostra, postremo legum [12]obstruitur auctoritas adversus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges aut ingratis[d] necessitas obsequii praeferatur veritati, [13]de legibus prius [14]concurram vobiscum [15]ut cum tutoribus legum. [16]Iam primum [17]cum dure definitis di cendo: [18]Non licet esse [19]vos! et hoc sine ullo retractatu huma niore praescribitis, vim profitemini et iniquam [20]ex arce dominationem[e], si ideo negatis licere, [21]quia vultis, non quia debuit non licere. Quodsi, [22]quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio [23]id non debet licere quod male fit, et [24]utique hoc ipso

11. occurrerit *Gc.* 12. obstruatur *G.* obstruit *F.* adstruitur *a.* adstruatur *cd.* 13. de quibus prius *c.* 14. excurram *G.* consistam *λf.* 15. et cum *λ.* ut cum tutoribus legum *om. F. Vindob.* ut cultoribus legum *G. Post* legum *in vetustis libris incipit caput quartum, quod in ABCDEG. Oxon. Leidens. Ambros. Erfurt. Vindob. inscriptum est* DE INLICITO; *in uno Vaticano ap. Pamel.* QVOD LEGES PRINCIPVM ET SENATVSCONSVLTA NONNVNQVAM ERRARE POSSVNT ATQVE ADEO REPVRGARI., *in ab.* DE LEGIBVS ROMANORVM QVOD QVOTIDIE VETERES ABROGANTVR ET NOVAE FERVNTVR. 16. Nam *F.* 17. cum iure *λ. Havercamp.* quam dure *ab.* 18. non licet esse vos dicendo *B.* 19. vos: hoc si sine *ab.* 20. exercetis *bd., ex Gorziensi.* ex arce *reliqui.* 21. quia non vultis *λ.* 22. quia non debet licere, ideo noluistis licere *λ.* 23. id quod non debet *c.* 24. hoc ipso utique *Oxon.*

adinvenire, quod hic suppeditat liber Fuldensis, cf. quae adnotata sunt ad De Idol. cap. 16. ad vocem *adsacrificium.*

d. ingratis] h. e. velis nolis, *ἀκουσίως.* Cf. infra cap. 27 „*ingratis* resistimus." cap. 48 „*ingratis* experieris conditionis tuae legem." Scorpiac. cap. 10 „carcer in caelo carens sole aut *ingratis* luminosus." Adv. Valentin. cap. 26 „defunctus *ingratis* subiaceret."

e. iniquam ex arce dominationem] *Ex arce* est *ἐξ ἀκροπόλεως*, id est e tyrannorum nido *καὶ ὁρμητηρίῳ.* Calpurn. Flaccus Declam. VI. „Iam pridem te arci nostrae tua fortuna minatur; supra civilem hanc aequationem divitiae te elevaverunt." Themist. Euphrades Orat. I. „*καὶ καθαιρετέον ἐξ ἀκροπόλεως τὴν τυραννίδα.*" Quinctil. Declam. CCLXXIV. „Hominem occidere non licet, tyrannum licet. Expugnare domum non fas est, arcem expugnabit optimus quisque." — — Philo De Agric. eleganter ait quod civitati tyrannus est, id animo ac corpori esse *τὸν θηριωδέστατον νοῦν*, atque utrique veluti arcem aliquam incubare: *τύραννος γὰρ ἐκ φύσεως ἐχθρὸς, πόλεων μὲν ἄνθρωπος, σώματος δὲ καὶ ψυχῆς καὶ τῶν καθ' ἑκάτερον πραγμάτων τὴν ἀκρόπολιν ἐπιτετειχὼς ἑκάστῳ ὁ θηριωδέστατος νοῦς.*" Zonaras in Nicephoro Phoca scribit imperatori huic conflatum populi odium cum ob alias causas, tum quod regiam muro cinxisset: „*ἀκρόπολιν δὲ οἱ πολῖται,* inquit, *τοῦτο καὶ τυραννεῖον καθ' ἑαυτῶν γενόμενον ἔκρινον.*" Recte igitur *ex arce.* Sic etiam *ἐξ ἀκροπόλεως* proverbialiter apud Graecos. Herodianus libro I. „*εἶθ' ὥσπερ ἐξ ὀχυρᾶς ἀκροπόλεως ἐπιθῆται τῇ ἀρχῇ.*" et libro VII. „*ἀλλ ἵνα ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως τοῖς τυραννίδος ἔργοις σχολάζοι.*" Recte etiam *iniquam dominationem.* Nam qui *ex arce* aliquid statuit aut agit, non agit ex aequo. Hinc Quinctilianus [Declam. CCLXVII.] in depositore tyrannidis ad arcem flentis: „Si vero hoc est quod animum meum torqueat, quod ex illo fastigio descenderim, quod ex aequo vivam." (Herald.) Addo illud Ismeniae „*Αἱ γὰρ ἀκροπόλεις τῶν τυράννων καλίαι.*" Iuvenal. Sat. X, 306: „nullus ephebum Deformem saeva castravit in arce tyrannus." Vet. Gloss. ad verba Prudent. Pass. Laurentii v. 119 „Arx imperiosa dignitatis tutela." Cf. Tacit. Ann. XI, 31. XV, 69. Quinctil. Instit. Orat. VII, 4, 22.

praeiudicatur licere quod bene fit. Si bonum invenero esse quod lex [25]tua prohibuit, [26]nonne ex illo [27]praeiudicio prohibere [28]me non potest quod, si malum esset, iure prohiberet? Si lex tua erravit, [29]puto, ab homine concepta est; neque enim de caelo ruit[f]. Miramini hominem [30]aut errare potuisse [31]in lege condenda aut [32]resipuisse in reprobanda? [33]Non enim et ipsius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso [34]iudicarit? Nonne et vos [35]cotidie experimentis inluminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem [36]et squalentem silvam legum novis principalium rescriptorum et edictorum securibus [37]truncatis et caeditis[g]? Nonne [38]vanissimas[h] Papias leges, quae ante liberos suscipi cogunt quam [39]Iuliae matrimonium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem heri Severus, constantissimus [40]principum[i], exclusit[k]? Sed et

25. tua *om. λ.* 26. minime ex illo *a.* nomen, ex illo *c.* 27. praeiudico *f. Havercamp. Om. C.* 28. me potest *a.* me non potes *F. Vindob.* me non potuit *G.* eam non posse *f. Havercamp.* 29. puta ab homine concepta neque *F.* 30. aut *om c.* 31. in lege condenda errare potuisse *F.* 32. resipisse *B. Vindob. Leid.* recepisse se *c. unus Vaticanus.* recepisse *G.* 33. Nonne et *BGcd.* 34. iudicaret *G.* vindicaret *F.* 35. cottidie *F. Vindob., pro more.* 36. et *om. G.* 37. ruspatis *λ.* rustatis *f.* ruscatis *Havercamp.* runcatis *Ios. Scaliger.* 38. novissimas *G.* 39. Iuliae permittunt matrimonium *Fulv. Ursinus.* 40. principium *G. Leidens.*

f. neque enim de caelo ruit] De Testim. Animae cap. 6 „Non Latinis nec Argivis solis anima *de caelo cadit.*" Quinctilian. Instit. Orat. I, 6 „Non enim, cum primum fingerentur homines analogia *demissa caelo* formam loquendi dedit." Cf. Tertull. Apolog. cap. 10 (cf. Ad Natt II, 12.) „ex consuetudine humana, qua ignoti vel ex inopinato apparentes *de caelo* supervenisse dicuntur."

g. securibus truncatis et caeditis] V. quae adnotavero ad De Corona cap. 10.

h. vanissimas Papias leges] Suetonius [Octav. cap. 34.] auctor est Augustum leges retractasse, quasdam vero ex integro sanxisse, atque inter istas Iuliam De Marit. Ordinibus aliquando severius emendasse. Quod sic accipiendum mihi videtur, ut post Iulias rogationes ipse iam senior, quod scribit Tacitus [Ann. III, 25.] Papias sanxerit, hoc est Iulias aliquanto severius emendatas. Nempe cum Iuliae a sponsalibus ad nuptias, *πρὸς παρασκευήν* inquit Dio [LIV, 16. LVI, 7. cf. Sueton. l. l.], triennium indulsissent, longius hoc visum Augusto. Papias igitur ferri iussit, quae tempus sponsas habendi biennio coarctarent, ita ut biennio post contracta sponsalia cives Romani liberorum quaerendorum causa nuptias inire cogerentur, ne quaesita longiore sponsarum immaturitate tempus traherent, per quod honoribus ac praemiis maritorum fruerentur, cum tamen rem ipsam fructumque nuptiarum, nimirum liberos, imperio Romano negarent. Itaque Papiae leges in virgine annorum duodecim statim elapso sponsaliorum biennio nuptias fieri, ac per hoc liberis operam dari iubebant, cum Iuliae nedum matrimonium contrahi nisi post triennium exigerent. *Vanissimas* autem leges dicit quae de liberis suscipiundis studiosius cogitarent, quod non immerito vanum stultumque videbatur Christianis finem saeculorum instare credentibus et vitae mortalis in aeternam commutandae desiderio suspirantibus. (Rigalt.) *Vanissimas* ideo potius a Tertulliano putaverim Papias dictas esse, quod morum corruptelae communi, cui obstruere Augustus voluit, medelam satis idoneam per illas afferri non potuisse senserit Tertullianus.

i. Severus, constantissimus principum] Cf. Lamprid. V. Commodi p. 52. C. (ed. Salm.) „Severus imperator *amantissimus nominis sui.*" Spartian. V. Severi p. 69. 2 (ed. Salm.) „ut esset imperator *vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus.*"

[41] iudicatos in partes secari a creditoribus[l] leges erant, consensu tamen publico crudelitas postea erasa [42] est[m], in pudoris notam capitis poena [43] conversa est. Bonorum adhibita [44] proscriptio suffundere maluit hominis sanguinem[n] quam effundere. [45] Quot adhuc [46] vobis [47] repurgandae [48] latent leges, quas[o] neque annorum [49] numerus neque conditorum dignitas commendat, [50] sed aequitas sola? et ideo cum iniquae recognoscuntur, merito damnantur, [51] licet damnent[p]. Quomodo iniquas dicimus? Immo, si nomen puniunt, etiam stultas: si vero facta, [52] cur de solo nomine [53] puniunt facta, quae in aliis de admisso, non de nomine [54] probata defendunt[q]? [55] Incestus sum, cur non [56] requirunt? [57] Infanticidia[r] cur non [58] extorquent? In deos, in Caesares [59] aliquid committo, cur non audior [60] qui habeo [61] quo purger? Nulla lex [62] vetat [63] discuti quod prohibet admitti, quia neque iudex iuste ulciscitur, nisi cognoscat admissum esse quod non licet, [64] neque civis fideliter legi obsequitur ignorans quale

41. iudicatos retro in partes *λf.* 42. est et in *abcd.* 43. conversa bonorum *abcdef.* 44. prescriptio *Aβ.* proscriptione *bcde.* 45. Quod *ABDE. Bongars. Erfurt.* 46. vobis *om. Oxon.* vos *be.* 47. repugnandae *DFG. Leidens.* 48. leges latent *CDabcde.* 49. numerus *om. λ.* 50. sed aequalitas sola *FG. Vindob.* 51. licet et damnentur, quomodo *λ.* licet non damnentur, cum *b. ex Gorziensi.* licet damnentur, cum *c.* licet damnent, cum *ade.* licet damnent, quoniam *Oxon.* 52. cur in nobis de solo *f. et Havercampus, ex coniectura Fulvii Ursini.* 53. puniuntur *Fulv. Ursinus.* 54. probanda definiunt *f. Fulv. Ursinus.* probanda defendunt *Havercamp.* 55. Incestuosus sum, cur *Da.* Incestum cur *b., ex Gorziensi.* 56. requiritur *F.* 57. infanticidia *ADEλab. Leidens. Oxon. Erfurt. Gorziens.* infanticida *BCGcdef.* infanticidia cur non extorquent *om. F.* 58. extorquentur *D.* 59. incestum aliquod *G.* 60. si quid habeo *f. Fulv. Ursinus.* quid habeo *ab.* 61. quod purger *G.* vero purger *Leidens.* quo purget *E.* 62. vetat *om. A.* prohibet *Bongars.* notat *Oxon.* non *E (m. sec.) Erfurt.* 63. discutit *Oxon.* 64. neque cuius *E (m. pr.). Erfurt.* neque quis *DE (m. sec.) ab.*

k. exclusit] h. e. exterminavit, abrogavit. De Idol. cap. 11 „Ille quidem si *excluserit* daemonium, non sibi placeat de fide; neque enim inimicum *exclusit.*" Ibid. cap. 23 „neque potes leviore crimine mains *excludere.*" De Pudic. cap. 8 „Sic et haeretici easdem parabolas quo volunt tribuunt, non quo debent aptissime *excludunt.*" Adv. Marcion. I, 1 „ubera *excludunt.*" Ad Natt. I, 10 „*Exclusa* ubique antiquitas in negotiis."

l. indicatos in partes secari a creditoribus] Respicit ad legem XII tabularum de Nexis. V. Gell. N. A. XX, 1. Dio Cass. Exc. Mai 12. Quinctil. Instit. Orat. III, 6, 84. Salmas. De Usuris p. 545 sqq. Casaub. ad Sueton. Octav. cap. 13. Walter Gesch. des Roem. Rechts p. 767 sq. Haec decemviralis abrogata est a. CCCCXXIX. lege Poetelia. Liv. VIII, 28. Cic. De Republ. II, 84. Dionys. Fr. XVI, 9.

m. erasa est] Eraduntur de tabulis abrogatae leges.

n. suffundere maluit hominis sanguinem] V. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 10. Optatus Milevit. libro II. „Fundentes sanguinem, non corporis, sed pudoris."

o. quas] *Τὸ quas* non ad *leges repurgandas* referri debet praecise, sed generaliter ad *leges.* Quasi diceret: Leges neque annorum numerus neque conditorum dignitas commendat, sed aequitas sola. (Rigalt.)

p. licet damnent] Quantumvis damnent.

q. defendunt] h. e. vindicant. Adv. Marcion. I, 26 „Cur enim prohibet admitti quod non *defendit* admissum?" Ibid. II, 18 „Mihi defensam et ego *defendam.*" Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 255.

r. infanticidia] Quae nos committere vulgus calumniatur.

sit quod [65]ulciscitur lex. Nulla lex sibi soli conscientiam iustitiae suae debet, sed eis a quibus obsequium expectat. Ceterum suspecta lex [66]est quae probari se non vult, inproba autem, si non probata [67]dominetur.

Cap. V. Ut de origine aliquid [1]retractemus eiusmodi legum, vetus erat decretum, ne [2]qui deus ab imperatore consecraretur nisi a senatu [3]probatus. Scit[a] M. Aemilius[b] de deo suo [4]Alburno. [5]Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit; homo iam [6]deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in saeculum [7]introivit, [8]adnuntiata sibi ex Syria [9]Palaestina, quae illic veritatem [10]ipsius [11]divinitatis [12]revelaverant[c], detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia

65. ulciscitur. Nulla lex *λf.* 66. est, si probari *λ. Havercamp.* 67. dominatur *λ. Havercamp.*

Cap. V. CONTRA IDOLA *inscriptum est caput quintum in ABCDEG. Vindob. Leidens. Erfurt. Oxon. In uno Vaticano ap. Pamelium est* QVOD ERRONEA FVIT LEX DEFINIENS NON LICERE CHRISTIANVM ESSE ET IDEO ABROGANDA. *Editiones ab. habent* QVOD ROMANI PRINCIPES CHRISTIANVM NOMEN PROBARINT ET QVI ODERINT ET TIBERII DECRETVM DE CHRISTO ADORANDO 1. tractemus *Oxon.* 2. quis *F. Vindob. Om c.* 3. probatus sit. In *G.* probatus sit. M. *Vindob. Leidens.* probatus sit. Sicut M. *F.* probaretur M. *D.* probaretur, ut M. *abc.* probatus, ut M. *d.* 4. aburno *G. Leidens.* albueno *F.* 5. fecit: et hoc *c.* 6. deo *om. λ.* 7. intravit *λf.* 8. adnuntiata *λf.* adnuntiatam *a.* adnuntiatum *reliqui omnes.* adnuntiato *Ios. Scaliger.* 9. Palaestina quae *AβFλbef. Vindob. Leidens.* Palaestinaque *Ga. Ambros.* Palaestine quae *E. Erfurt. Oxon.* Palaestina quod *(AφBD)cd.* 10. ipsius *ABEFb. Vindob. Ambros. Leidens. Erfurt.* istius *λf.* illius *DGacde. Omittit Oxon.* 11. divinitas *Ambros.* divini *Havercamp.* 12. revelaverant *λ.* revelarant *f.* revelaverat *ABEFGb. Ambros. Leidens. Erfurt. Vindob. Oxon.* revelarat *Dacde.* revelatae *Rhenanus.*

Cap. V. a. Scit] De Baptismo cap. 5 „*Sciunt* opaci quique fontes." Ibid. cap. 9 „*Sciunt* Pilati manus — — *scit* lancea militis."

b. M. Aemilius] Adv. Marcion. I, 18 appellatur Metellus qui deum Alburnum consecravit. Tertulliani hunc locum transtulit Euseb. H. E. II, 2., sed, peioris fortasse notae exemplari usus, non satis accurate, sic: *„Ἵνα δὲ καὶ ἐκ τῆς γενέσεως διαλεχθῶμεν τῶν τοιούτων νόμων, παλαιὸν ἦν δόγμα μηδένα θεὸν ὑπὸ βασιλέως καθιεροῦσθαι, πρὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῆναι. Μάρκος Αἰμίλιος οὕτως περί τινος εἰδώλου πεποίηκεν Ἀλβούρνου. Καὶ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν λόγου πεποίηται, ὅτι παρ' ὑμῖν ἀνθρωπεία δοκιμῇ ἡ θεότης δίδοται. Ἐὰν μὴ ἀνθρώπῳ θεὸς ἀρέσῃ, θεὸς οὐ γίνεται· οὕτως κατά γε τοῦτο ἄνθρωπον θεῷ ἵλεων εἶναι προσήκει. Τιβέριος οὖν, ἐφ' οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν, ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος τούτου, ἔνθα πρῶτον ἠρξατο, τῇ συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται. Ἡ δὲ σύγκλητος, ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο, ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀποφάσει ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις."* Cf. Niceph. II, 8.

c. quae illic veritatem ipsius divinitatis revelaverant] Sive librum Fuldensem sequeris, sive cum reliquis scribis *annuntiatum — — quod illic — — revelaverat,* sensus idem evadit. De Tiberio Christi consecratore v. praeter Euseb. II, 2. etiam Oros. VII, 4. (cf. Gregor. Turon. I, 24.) Chrysost. Homil. XXVI. ad Epist. II. ad Corinth. Cellar. Dissert. Acad. p. 303 sqq. Fabric. Codex Apocryph. I, 217. Braun Diss de Tiberii Christum in deorum numerum referendi consilio. Bonn. 1834.

[13]non ipse probaverat, respuit, Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Consulite commentarios vestros[d], illic reperietis primum Neronem in hanc sectam [14]cum maxime Romae orientem Caesariano gladio [15]ferocisse. [16]Sed tali dedicatore[e] damnationis nostrae etiam [17]gloriamur. Qui enim scit illum[f], intellegere potest non nisi grande [18]aliquod bonum a Nerone damnatum. Temptaverat et [19]Domitianus[g], portio Neronis de crudelitate, [20]sed qua et homo[h], facile coeptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat. Tales semper nobis [21]insecutores, iniusti, impii, turpes, quos et ipsi damnare [22]consuestis, [23]a quibus damnatos restituere soliti estis. Ceterum de tot exinde principibus [24]ad hodiernum divinum humanumque sapientibus edite aliquem debellatorem Christianorum! At [25]nos e contrario edimus protectorem, si litterae M. Aurelii[i] gravissimi imperatoris [26]requi-

13. ipse non *D.* non in se *Gcd. Havercamp.* 14. cum maxime *ABDFef. Ambros. Leidens.* tum maxime *EGabcd. Vindob. Erfurt. Oxon.* maxime *λ.* 15. graccho surrexisse *G.* 16. Sed *om. λ.* 17. gloriemur *DEab. Erfurt.* 18. aliquod bonum grande *DE. Erfurt.* aliquid bonum grande *ab.* aliquod grande bonum *λ.* 19. Domitianus praenomine Neronis *ac. Ios. Scaliger ad Euseb. Chron. p.* 149. 204 *sq.* Domitianus pro nomine *Fulv. Ursinus.* Dom. praemonitu Ner. *Wouwerenius.* 20. sed quia et *DEabc. Oxon. Erfurt.* quia et *λ.* sed quid? *Fulv. Ursinus.* 21. persecutores *Fulv. Ursinus.* 22. consuetis *G.* consuevistis *Haverc.* 23. et a quibus *cd.* 24. usque ad hodiernum *Gd.* 25. nos contrario *abe. Leidens.* 26. inquirantur *G.*

d. Consulite commentarios vestros] Euseb. H. E. II, 25 „*Ἐντύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν, ἐκεῖ εὑρήσετε πρῶτον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας ὠμὸς ἦν εἰς πάντας, διώξαντα. Τοιούτῳ τῆς κολάσεως ἡμῶν ἀρχηγῷ καυχώμεθα. Ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκεῖνον νοῆσαι δύναται, ὡς οὐκ ἄν εἰ μὴ μέγα τι ἀγαθὸν ἦν ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι.*“ Cf. Niceph. III, 10.

e. tali dedicatore] V. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 1. Cf. Scorpiac. cap. 15 „Vitas Caesarum legimus, orientem fidem Romae primus Nero cruentavit.“ De Nerone primo Christianorum persecutore v. Euseb. H. E. IV, 24. Niceph. II, 37. Hieron. ad annum MMLXXXIV. Lactant. De Mortibus Persec. cap. 2. Oros. VII, 8. Augustin. De Civ Dei XVIII, 52 Sulpic. Sever. H. S. II, 29.

f. Qui enim scit illum] *Scire* pro *nosse* Cap. 21 „Sed et vulgus iam *scit* Christum ut hominem aliquem.“ Cap. 22 „*Sciunt* daemones philosophi.“ Ad Natt. I, 17 „festivos libellos quos statuae *sciunt*.“ Ad Scap. cap. 2 „quos nos daemonas *scimus*.“ De Anima cap. 46 „Alexandrum qui *sciunt*, leonem anuli recognoscunt.“ Cf. Salmas. ad Script. Hist. Aug. p. 115. F. et p. 453. A. Apul. Metam. VI. 23. p. 476. ed. Hildebr.

g. Temptaverat et Domitianus] Euseb. H. E. III, 20 „*Πεπείρακέ ποτε καὶ Δομετιανὸς ταὐτὸ ποιεῖν ἐκείνῳ, μέρος ὢν τῆς τοῦ Νέρωνος ὠμότητος, ἀλλ', οἶμαι, ἅτε ἔχων τι συνέσεως, τάχιστα ἐπαύσατο, ἀνακαλεσάμενος καὶ οὓς ἐξηλάκει.*“ Cf. Niceph. III, 10. Praeterea adeundi sunt Hieron. ad annum MMCX. Lactant. De Mort. Persecut. cap. 3. Oros. VII, 7. Sulpic. Sever. H. S. II, 31. Dodwell Dissert. Cypr. XI, §. 16. p. 71. Scripturam *Domitianus praenomine Neronis*, quae irrepsit in editionem priorem Beati Rhenani et in Sigismundi Gelenii, frustra nititur tueri Ios. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 149. et p. 204 sq.

h. sed qua et homo] h. e. sed in quantum prae Neronianae sua crudelitatis portione non omnem humanitatem abiecerat.

i. si litterae M. Aurelii] Additae sunt ad calcem Apologiarum Iustini Martyris.

rantur, quibus [27]illam Germanicam sitim[k] Christianorum forte militum[l] [28]precationibus [29]impetrato [30]imbri discussam [31]contestatur. Sicut non palam ab eiusmodi hominibus poenam dimovit, ita alio modo palam dispersit[m], adiecta etiam [32]accusatoribus damnatione, et quidem [33]tetriore[n]. Quales [34]ergo leges istae quas adversus nos soli [35]exercent impii, iniusti, turpes, [36]truces, vani, [37]dementes? quas Traianus[o] ex parte frustratus est vetando inquiri Christianos, quas nullus Hadrianus, quamquam omnium [38]curiositatum explorator[p], nullus Vespasianus, quamquam Iudaeorum debellator[q], nullus Pius, [39]nul-

27. illam *om. c.* 28. depraecationibus *D.* 29. imperato *Leidens.* 30. imbre *ab.* 31. contestatur. Qui sicut non palam *c.* contestatur. Qui sicut palam *aed.* contestatur sicut palam *D.* 32. accusatorum *λ.* 33. detriore *Erfurt.* deteriore *F. Vindob. Post vocem* tetriore *in ABDEGab. Ambros. Vindob. Leidens. Erfurt. Oxon. novum caput incipit, quod inscriptum est* DE LEGIBVS., *in editis ab.* QVANTVM A PIETATE ET MAIORVM SVORVM MORIBVS ROMANI DESCIVERINT. 34. ergo truces leges *b., ex Gorziensi.* 35. exequuntur *λf. Havercamp.* 36. truces *om. Dab. Haverc.* 37. dementes, vani *Dab.* varii, dementes *c.* vani *om. G.* 38. curiositatum omnium *DFabcdef.* 39. nullus Severus *Vaticanus unus et liber Leodiensis.* nullus nero *G. In λ. totus hic locus ita scriptus extabat:* quos nullus Vespasianus, quamquam Iudaeorum debellator, nullus Adrianus, quamquam curiositatum omnium explorator, nullus Pius, nullus Verus impressit.

Cf. Ios. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 222 sqq. De ipso miraculo cf. Euseb. H. E. V, 5. Niceph. IV, 12. Gregor. Nyss. Or. II. in XL. Martyres (tom. II. Opp. p. 937). Oros. VII, 15. Capitolin. V. M. Antonini cap. 24. Id. V. Heliog. cap. 9. Claudian. De VI Consulatu Honorii v. 342 sqq. Dio Cass. LXXI, 9. Xiphil. p. 270. Zonaras Ann. XII, 2. Georg. Cedr. I, p. 439. ed. Bonn. Tertull. Ad Scap. cap. 4. Hieron. Chron. ad annum CLXXIV p. Chr., qui Tertulliani verbis utitur. Adde Diar. Antiquar. a. 1834. p. 206 sqq.

k. Germanicam sitim] Similiter cap. 19. in libri Fuld. segmento „Iliacum exitum.“ Ad Scap. cap. 3 „in illo exitu Byzantino.“

l. Christianorum forte militum] h. e. militum qui forte Christiani erant.

m. dispersit] h. e. deminuit, diremit, irritam reddidit. Est vocabulum ICtorum. V. Dirksen Manuale s. v. p. 293.

n. damnatione, et quidem tetriore] M. Aurelii Epist. ad Senat. p. 102. Opp. Iustini Mart. ed. Colon. *„αὐτόθεν οὖν ἀρξάμενοι συγχωρήσομεν τοῖς τοιούτοις εἶναι Χριστιανοῖς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιοῦτον αἰτησάμενοι ὅπλον ἐπιτύχωσι . τὸν δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστιανόν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι . εἰ δὲ εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ ὅτι Χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσαγόμενον Χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον, ἢ ὅτι Χριστιανός ἐστι μόνον · τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον ζῶντα καίεσθαι . τὸν δὲ Χριστιανὸν ὁμολογήσαντα καὶ συνασφαλισάμενον περὶ τοῦ τοιούτου, τὸν πεπιστευμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μετάνοιαν καὶ ἀνελευθερίαν τὸν τοιοῦτον μὴ μετάγειν.“* Cf. Euseb. H. E. IV, 13. V, 21.

o. Traianus] Arguit falsitatis Tertullianum et Hieronymum noster Bisciola tom. II. Horar. II, 19. dicens id non Traiano convenire, sed Nervae, auctoribus Dione et Eusebio, atque adeo reponendum est *Traianus Nerva*; ut in historia martyrum, quam citat. (La Cerda.)

p. quamquam omnium curiositatum explorator] Suidas v. *Ἁδριανός „φιλοτιμίᾳ τε γὰρ ἀπλήστως ἐχρῆτο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τἆλλα πάντα καὶ τὰ βραχύτατα ἐπετήδευε. — — Ἠτιῶντο μὲν δὲ ταῦτά τε αὐτοῦ, καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς τό τε περίεργον καὶ πολύπραγμον.“* Si vera essent, inquit, quae de Christianis vulgus iactare solet, sane Hadriano, omnium curiositatum exploratori, aliquid eruere contigisset. Sed nihil eruit, ideoque leges in Christianos non sanxit.

q. quamquam Iudaeorum debellator] Christianos a gentibus vulgo ad Iudaeos relegari solitos esse notum est.

lus Verus[r] inpressit[s]. Facilius[t] [40]utique pessimi ab optimis quibusque, ut ab aemulis[u], quam a suis sociis eradicandi iudicarentur.

Nunc [1]religiosissimi legum et paternorum institutorum protectores et [2]ultores respondeant velim de sua fide et honore et obsequio erga maiorum consulta, si a nullo [3]desciverunt[a], [4]si in nullo exorbitaverunt, si non necessaria et aptissima quaeque disciplinae oblitteraverunt. Quonam illae leges abierunt sumptum et ambitionem comprimentes[b]? quae centum aera non amplius in coenam subscribi[c] iubebant nec amplius quam unam inferri gallinam, et eam non saginatam, quae patricium, quod [5]decem pondo argenti habuisset, pro magno [6]ambitionis titulo senatu submovebant, quae theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant[d], quae [7]dignitatum et honestorum natalium insignia[e] non temere nec inpune Cap. VI.

40. itaque *cd.*

Cap. VI. 1. religiosissime *G. Leidens. Vindob.* 2. ultores *ABDGλd. Vindob. Leidens. libri Pamelii omnes.* cultores *Eabcef. Ambros. Oxon. Erfurt.* institutores *F.* 3. desciverunt *ABE. Leid. Erfurt.* 4. si in illo exorbitarunt *c.* 5. decem pondera *F.* 6. ambitionis titulo *ABEFG. Leidens. Vindob. Erfurt.* titulo ambitionis *Dabcdef.* 7. dignitatum *AφBFGλabdf. Vindob. Leidens. Gorziens. duo Vaticani.* dignitatem *AβDEce. Erfurt. Oxon.*

r. Verus] Verum cum dicit Tertullianus, utrumque imperatorem intellegit, et Marcum praecipue. De Severo [cuius nomen reponendum hic statuit Iac. Pamelius] idem dicere non poterat. Siquidem persecutiones sub eo excitatae causam dederunt huic Apologetico. (Herald.) Baronius Ann. tom. II, p. 134. solum Marcum Verum intellegit. Cf. Muenter Primordia Eccl. Afr. p. 21. et p. 170 sqq. De *Veri* et *Severi* nominum confusione cf. etiam Salmas. ad Scriptt. H. A. p. 114.

s. inpressit] h. e. persequendas mandavit et inculcavit. De Pallio cap. 4 „habes spectare, quod Caecina Severus graviter senatui *impressit,* matronas sine stola in publico." Cf. Apolog. cap. 18 „Sed quo plenius et *impressius* tam ipsum quam dispositiones eius adiremus." Adv. Marcion. III, 8 „mors Christi negatur, quam tam *impresse* apostolus immandat." Exhort. Cast. cap. 3 „alte et *impresse* recogitandum esse dico." De Carne Christi cap. 12 „Et ut *impressius* dixerim, animae anima sensus est."

t. Facilius] h. e. potius, aptius, rectius. Cf. quae adnotavero ad De Corona cap. 10.

u. aemulis] V. adnotata ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

Cap. VI. a. si a nullo desciverunt] Indicativo pro coniunctivo uti in interrogatione, quam dicimus, indirecta, ut Graeci solent, inprimis Afrorum est scriptorum. Ex Tertulliani scriptis exempla cumulare non opus est, cum quaeque fere pagina eiusmodi suppeditet. Dedi aliquot ad libri Ad Martyr. cap. 2. Ex Arnobio exempla collegit Hildebrandus ad eius I, 27. et III, 6. Cf. eundem ad Apul. Metam. I, 25. p. 70. et quos ibi laudat. De *si* particula pro *an* posita cf. adnotata ad libri Ad Mart. cap. 2.

b. sumptum et ambitionem comprimentes] De legibus censoriis v. Gell. N. A. II, 24. Macrob. Sat. II, 13. Plin. H. N. VIII, 15. X, 50. XXXIII, 11. Valer. Max. II, 9, 4. Boxmann Diss. Ant. Iur. De Legg. Rom. Sumpt. LB. 1816.

c. subscribi] V. quae adnotavi ad De Idol. cap. 13.

d. quae theatra — destruebant] V. Tertull. De Spectac. cap. 10. Appian. B. C. I, 28. Plin. H. N. XVII, 25. Valer. Max. II, 4, 2. Cf. Augustin. De Civ. Dei I, 32. Lips. ad Tacit. Ann. XIV, 20. p. 245. De dativis *stuprandis moribus* cf. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 3.

e. insignia] Dignitatum et honestorum natalium h. e. magistratuum, nobilium et ingenuorum, insignia sunt anuli aurei,

usurpari sinebant? Video enim et centenarias[f] coenas a centenis iam sestertiis dicendas, et in lances ([8]parum est si[g] senatorum et non libertinorum vel adhuc flagra rumpentium[h]) argentaria metalla producta. Video et theatra nec singula satis esse nec nuda[i]; [9]nam ne vel hieme voluptas inpudica frigeret, primi Lacedaemonii [10]penulam ludis [11]excogitaverunt[k]. Video et inter matronas [12]atque prostibulas nullum de habitu discrimen[l] [13]relictum. Circa feminas quidem etiam illa maiorum instituta ceciderunt quae modestiae, quae sobrietati patrocinabantur, cum aurum [14]nulla norat praeter unico digito quem sponsus [15]obpignorasset pronubo anulo[m], cum mulie-

8. est enim si *cd.* 9. nam *om. λ.* 10. penulam nudis *Gc.* odium paenulae ludis *λf. Havercamp.* 11. excogitarunt *abc.* 12. atque prostitutas *F.* 13. derelictum *F. Leidens.* 14. nulla membra norant praeter unicum digitum *c.* nulla norat praeter unicum digitum *FG. Leidens. Vindob.* 15. obpignorasset *ABDFGλabcd.* oppignerasset *Eef.* (*Oxon. Vindob.*) *Erfurt.*

[*]insignes vestes, lunati calcei, alia. Pertractat haec omnia diligenter Petr. Faber Semestr. II, 6 et 22.

f. centenarias] V. adnot. ad De Corona cap. 14.

g. parum est si] Cap. 21 „*parum, si* non et prophetae retro." Ad Natt. II, 8 „*Parum est, si* etiam hominem consacrarunt." De Patient. cap. 3. „*Parum hoc, si* non etiam proditorem suum secum habuit." De Fuga in Persecut. cap. 13 „*Parum* denique est, *si* unus aut alius ita eruitur." De Idol. cap. 7 „*Parum sit, si* ab aliis manibus accipiant." Apol. cap. 21 „*Multum est, si* eos adhibeam." Cf. De Corona cap. 8 „*Plus est, quod* et Christus vestietur." Scorpiac. cap. 9 „*Plus est* autem, *quod* et confusioni confusionem comminatur." Ad Mart. cap. 4 „*Longum est, si* enumerem." De Idol. cap. 2 „*prius est, uti* adversus abundantiam idololatriae praemuniamur."

h. adhuc flagra rumpentium] h. e. plagipatidarum et flagritribarum, ut Plauti verbis utar Pseud. I, 2, 5. Mostell. II, 1, 9. Capt. III, 1, 12. Cf. Iuvenal. Sat. VI, 378. Similiter „ferularum fractores" parasitos appellat Sidon. Apollin. III, 13.

i. nec nuda] Haec verba cum Ludovico de la Cerda olim interpretatus sum de velis theatrorum ad arcendum colorem vel frigus (de quibus cf. Plin. H. N. XIX, 1, 5. Propert. Eleg. IV, 1, 15. cum interprett. Tertull. De Spectac. cap. 29.), sed hodie paenitet. Loci ratio demonstrat per *nuda* theatra intellegendos esse spectatores et histriones nullo crassiore vestimenti genere contra frigus munitos.

k. penulam ludis excogitaverunt.] Lacedaemonii, dura et bellica gens, ad militares potius expeditiones etiam hieme obeundas, quam ad ludos aut theatra, penulas graves ac prae pondere odiosas excogitassent. Itaque Tertullianus ridendo dicit „Nam ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedaemonii odium penulae [sic edidit Rigaltius ex auctoritate libri Fuld.] excogitaverunt. *Odium penulae,* ut initio libri De Corona „Gravissimas penulas posuit, relevari auspicatus." Etiam gausapinas illas ponderosas fuisse innuunt illa Martialis Epigr. XIV, 145. lemmata penulae gausapinae. „Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est, Ut me vel media sumere messe velis." (Rigalt.) De penula videsis Bartholinum De Penula (Hafn. 1670.) in Graevii Thes. tom. VI. Lips. Elect. I, 13 et 25. Salmas. ad Scriptt. H. A. p. 6. Cf. Becker Gallus tom. II, p. 93 sqq.

l. nullum de habitu discrimen] Hoc queritur Tertullianus etiam De Cultu Fem. II, 12 „Quanto autem magis blasphemabile est, si, quae sacerdotes pudicitiae dicimini, impudicarum ritu procedatis cultae et expictae? Aut quid minus habent infelicissimae illae publicarum libidinum victimae? quas si quae leges a maritalibus et matronalibus decoramentis coërcebant, iam certe saeculi improbitas quotidie insurgens honestissimis quibusque feminis usque ad errorem dinoscendi coaequavit."

m. pronubo anulo] V. Plin. H. N. XXXIII, 1. Ruperti ad Iuvenal. Sat. XI, 43.

res usque [16]adeo vino [17]abstinerentur[n], ut matronam ob resignatos cellae vinariae loculos sui[o] inedia [18]necarint, sub Romulo vero quae vinum attigerat, inpune [19]a Metennio[p] marito trucidata [20]sit. Idcirco et oscula propinquis offerre [21]etiam necessitas erat, ut spiritu [22]iudicarentur. Ubi est illa felicitas matrimoniorum de moribus utique prosperata, [23]qua per annos ferme sexcentos[q] ab urbe condita nulla repudium domus scripsit? [24]At nunc in feminis prae auro nullum leve est membrum, prae vino nullum [25]liberum est osculum, repudium vero iam et votum est, quasi matrimonii fructus. Etiam circa ipsos deos vestros [26]quae prospecte decreverant patres vestri, [27]idem vos obsequentissimi rescidistis. Liberum Patrem cum mysteriis [28]suis consules senatus auctoritate non modo urbe, sed universa Italia eliminaverunt[r]. [29]Serapidem et Isidem et [30]Arpocratem cum suo cynocephalo Capitolio prohibitos [31]inferri[s], id est curia

16. a vino λ. *Havercamp.* 17. abstinerentur *ABGλdef. libri Pamelii, Oxon. Vindob. Leidens.* abstinerent *DEFabc. Erfurt.* 18. necaverint *Oxon.* 19. Metennio *AφBEF. Vindob. Ambros. et quatuor codices Pamelii.* Metenio *AβD.* Metemo *Oxon.* Metellonio (*quae scriptura orta videtur ex scriptura* Metenio *cum emendatione* Metello *conflata. Certe in E. conspicitur* llo *syllaba voci superaddita.*) *Erfurt.* Metannio *Leidens.* Metenino *G.* Mecenio *abef. Havercamp.* Maecenio *cd.* 20. sit *ABEFGd. quatuor Pamelii libri, Vindob. Leidens. Oxon. Erfurt. Ambros.* est *Dλabcef.* 21. etiam *ABEFGλd. quatuor libri Pamelii, Leidens. Vindob. Oxon. Erfurt. Omittunt hoc* etiam *AβDabcef.* 22. diiudicarentur λ. indicarentur *abcd. Erfurt.* 23. quae per *AφBDEG. Oxon. Leidens. Vindob.* 24. At *om. aef.* 25. liberum osculum *D.* 26. quae prospecte *AβEFGdef. Vindob. Ambros. Oxon. Erfurt. libri Pamelii omnes.* quae specte λ. quae perspecte *AφBDabc. Leid.* 27. idem *Aβ.* ipsi *G.* iidem *reliqui.* 28. suis *om. Dabce.* 29. Serapidem isiden *E. Erfurt.* 30. arpocraten *EF. Erfurt.* 31. inferri *om. λf.*

n. usque adeo vino abstinerentur] V. Plin. H. N. XIV, 13. Gell. N. A. X, 23. Valer. Maxim. II, 1. Serv. ad Aen. I, 738. Interprett. ad Iuven. Sat. VI, 1. Athen. Deipnosoph. I, 13. Plutarch. Quaest. Rom. 6.

o. sui] *Sui*, hoc est propinqui, agnati, gentiles. (Rigalt.)

p. Metennio] Egnatium *Metellum* nominat Valer. Max. VI, 3, 9. Egnatium *Mecenium* Plin. H. N. XIV, 13. (cod. Chiffl. *Maetennium*), et in loco Servii ad Aen. I, 738. libri tam scripti quam editi variant inter *Metenius, Methenius, Metennius, Mezeinus, Mecennius, Mezentius.* Perizon. ad Aelian. V. H. II, 38. probat *Metennius.*

q. qua per annos ferme sexcentos] V. Gell. N. A. IV, 3. Valer. Max. II, 1, 4. Cf. Tertull. De Monog. cap. 9.

r. sed universa Italia eliminaverunt.] De senatusconsulto De Bacchanalibus coërcendis v. Liv. XXXIX, 8 sqq. Valer. Max. I, 3. Augustin. De Civ. Dei VI, 9. Fiedler Gesch. des Roem. Staates p. 370 sqq. Haubold Antiqu. Rom. Monum. Legg. p. 5. ed. Spangenb. Tabula aenea venerandae vetustatis, olim in Bruttiis reperta, servatur hodie in bibliotheca Palat. Vindob. Fidam eius imaginem chalcographica arte expressam catalogis istius bibliothecae a se concinnatis et publicatis inseruit V. Cl. Endlicher.

s. Capitolio prohibitos inferri] V. Valer. Maxim. I, 3. et interpretes ad Arnob. Adv. Natt. II, 73. Cynocephalus est Anubis, de quo cf. Plut. De Iside et Osir. cap. 44. Diod. Sic. I, 87. Iuvenal. Sat. VI, 534. Apul. Metam. XI, 11. Arnob. Adv. Natt. VI, 25. Minuc. Fel. Octav. cap. 21. Firm. Mat. De Errore Prof. Relig. cap. 2. Novum depulsis istis peregrinis numinibus templum a triumviris decretum est quindecim annis post, a. U. C. 711. V. Dio Cass. XLVII, 15. Zoëga Nummi Aegypt. Imperat. p. 253 sqq.

deorum[t] pulsos, Piso et Gabinius consules non utique Christiani eversis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium et otiosarum superstitionum vitia cohibentes. His vos restitutis summam maiestatem contulistis. Ubi religio, ubi veneratio maioribus [32]debita a vobis? Habitu, [33]victu, instructu, [34]sensu, ipso denique sermone proavis [35]renuntiastis. Laudatis semper [36]antiquitatem, et nove de die vivitis. Per quod ostenditur, dum a bonis maiorum institutis deceditis, ea vos retinere et custodire quae non debuistis, [37]cum quae debuistis non [38]custodistis. Ipsum adhuc quod videmini fidelissime tueri a patribus traditum, in quo principaliter reos transgressionis Christianos [39]destinastis, studium dico deorum colendorum, [40]de quo maxime erravit antiquitas, licet Serapidi iam Romano aras restruxeritis, licet Baccho iam Italico furias vestras [41]immoletis[u], suo loco ostendam [42]proinde despici et neglegi et destrui a vobis adversus maiorum auctoritatem. Nunc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, [43]ut viam mihi ad manifestiora [44]purgem.

Cap. VII. Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii[a] et [1]pabulo inde, et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet [2]tenebrarum, libidinum impiarum [3]in verecundiam [4]procurent[b].

32. dedita *D.* 33. victu et instructu *Dabc.* victu instructa? *F.* 34. censu *Havercamp.* 35. renuntiatis *F.* 36. antiquos et nove *λf. Havelc.* 37. cumque debuistis *AβF.* 38. custodistis. Adhuc (Adhoc *F.*) *ABDEFGd. Vindob. Oxon. Leid. Erfurt. libri Pamelii omnes.* custoditis. Adhuc *abcef.* custodistis. Ipsum adhuc *λ.* 39. destinastis *ABDEFλabc. Vindob. Erfurt. Leid.* destinatis *Gdef.* (*Oxon.*) *Gandav. Elnon.* 40. de *om. Gf.* 41. immoletis *Fλ.* immolaritis *abcd.* immolaveritis *ef. Leidens.* 42. perinde *c.* 43. ut viam mihi ad *ABEFλef. Vindob. Erfurt. Oxon.* ut iam mihi *G. Leidens.* ut iam mihi ad *D.* ut iam inde ad *abcd.* 44. pergam *abcd.*

Cap. VII. *Caput septimum in ab. inscriptum est* QVOD GRAVISSIMIS ACCVSATI SCELERIBVS CHRISTIANI NVNQVAM TAMEN CONVICTI SINT. 1. pabulo Iudae *a. Leidens.* pabulo crudae *c. Latinius.* 2. tenebrarum et libidinum *abcde.* tenebras, tum *f. Fulv. Ursinus.* tenebrarum in libidinum *λ.* 3. in verecundiam *egσ.* inverecundiam *ABDEFGf. Bongars. Erfurt. Oxon. Leidens. Vindob. Ambros. Fulv. Ursinus.* verecundiam *λ.* inverecundia *bcde. Olim emendaveram* in verecundiam. 4. procurrent *Leid.* occurrent *G.*

t. curia deorum] Cf. De Spectac. cap. 7. „— — quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moveantur, sciunt homines illius urbis in qua *daemoniorum conventus* consedit." Ibid. cap. 12 „Pluribus enim et asperioribus nominibus amphitheatrum consecratur *quam Capitolium. Omnium daemonum templum est.*"

u. furias vestras immoletis] Cf. De Spectac. cap. 10 „Quae privata et propria sunt scenae, de gestu et fluxu corporis mollitiae Veneris et Libero *immolant,* illi per sexum, illi per luxum dissolutis.", ad quem locum vide quae adnotavimus.

Cap. VII. a. de sacramento infanticidii] Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 9. Tatian. Orat. ad Graec. cap. 42. Iustin. Mart. Dial. c. Tryph. p. 227. Id. Apol. II, p. 70. Athenag. Leg. pro Chr. p. 38. Irenaeus ap. Oecumen. Comment. in Petri Epist. I, 2.

b. libidinum impiarum in verecundiam procurent] Scriptum existimo *et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet, tenebrarum et libidinum piarum inverecundia procurent,* id est quod incestum eversis luminibus canes hac ratione lenocinium quasi facientes procurent, primum obscu-

Dicimur tamen semper, nec vos quod tam diu dicimur eruere[c] curatis. [5]Ergo aut eruite, si creditis, aut nolite credere, qui non [6]eruistis. De vestra [7]vobis dissimulatione praescribitur[d] non esse quod nec ipsi audetis eruere. Longe aliud munus [8]carnifici [9]in Christianos imperatis, non ut dicant quae faciunt, sed ut negent quod sunt. [10]Census[e] istius disciplinae, ut iam edidimus, a Tiberio [11]est. Cum odio sui coepit [12]veritas. Simul atque apparuit, inimica [13]est. Tot hostes [14]eius quot extranei, et quidem [15]proprie ex aemulatione[f] Iudaei, ex concussione[g] milites, ex natura [16]ipsi etiam [17]domestici nostri[h]. [18]Cotidie obsidemur, cotidie prodimur, [19]in ipsis plurimum coetibus et congregationibus nostris opprimimur. Quis umquam taliter vagienti infanti supervenit? Quis cruenta, ut invenerat, Cyclopum et [20]Sirenum ora [21]iudici [22]reservavit? Quis vel [23]in uxoribus aliqua inmunda vestigia [24]deprehen-

5. Ergo — — eruistis *om. Leidens.* 6. eruitis *Fλc.* 7. nobis *ab.* 8. carnificii *EF(λ)ab. Leidens. Vindob. Oxon. Erfurt.* 9. in Christianis *FG.* 10. Sensus *Leidens.* 11. est *om. G.* 12. veritas simul atque apparuit *ABDEλabef. Leidens. Bongars. Erfurt.* simul veritas atque apparuit *Gcd.* veritas. atque ut apparuit *F.* 13. est *ABDEFGλ. Bongars. Leidens.* esse *abcdef. (Oxon. Vindob. Erfurt.)* 14. eius tot *λ.* ei quot *F.* 15. proprie *ABDEFGcd. Leidens. Oxon. Erfurt.* proprii *abef. (Vindob.)* 16. etiam ipsi *λ.* 17. domesticis nostris *ab.* 18. cottidie *F. Vindob., pro more.* 19. in ipsis etiam plurimum *λ.* 20. Sirenum *ABbd. Gorziens. Leidens. et Vaticanus unus.* syrenum *FG.* Sirenarum *DEacef. Oxon. Vindob. Erfurt.* 21. iudicii *a.* indicium *c.* iudicium *G.* 22. reseravit *Dabd. Leidens.* 23. in uxoribus unquam immunda *λ.* 24. deprendit *F. Vindob., pro more.*

ritate tenebrarum, quae pudorem omnem interimunt et inverecundiae procurant, deinde etiam eo praetextu, quod eae libidines *καὶ μίξεις* piae sint ac religiosae. Haec enim omnia Christianis existimabant ex religionis necessitate perpetranda. Quare postea: „Piaculum enim admiseris, nisi incestum feceris.“ (Herald.) Canes tenebrarum, per quas fierent incesta, lenones dicuntur, qui, dum procurant incesta, lumina evertendo et noctem inducendo libidinum impiarum certe verecundiae consuluisse quodammodo possint videri. Horreret lux visura quas impudicitias pudicae tenebrae iam contegunt.

c. eruere] V. adnot. ad cap. 2.

d. De vestra vobis dissimulatione praescribitur] *Dissimulationem* dicit inquisitionis omissionem. *Praescribere* ex usu IC-torum est exceptione perimere adversarii intentionem, nostrum *einwenden, einwand machen.* Frequentissime usurpat Tertullianus. Apol. cap. 47 „Expedite autem *praescribimus* adulteris nostris illam esse regulam veritatis quae veniat a Christo transmissa per comites ipsius.“ Ad Natt. I, 4 „*Praescribitur* enim vobis non posse crimina obicere quae neque institutum dirigit neque prolatio adsignat neque sententia adnumerat.“ Ibid. I, 20 „Quodsi *praescribitur* vobis errorem amare et odisse veritatem, cur quod amatis et odistis non noveritis?“ Ad Natt. II, 1 „si tantam perversitatem una *praescriptione* discuti liceret.“ Cf. Dirksen Manuale s. v. *Praescriptio* et *Praescribere* p. 747 sq.

e. Census] V. quae adnotavero ad De Corona cap. 13.

f. aemulatione] Cf. adnotata ad De Fuga in Persec. cap. 2.

g. concussione] V. quae adnotavero ad De Fuga in Persec. cap. 12.

h. ex natura ipsi etiam domestici nostri.] „*Ἀντιθετὸν γὰρ ἐπίταν τῷ κρατοῦντι τὸ κρατούμενον*,“ inquit Heliodorus in eodem argumento Aethiopicae Historiae libro VII. (Herald.) Rescriptum Antonini apud Theophilum: „*φύσει οἱ δοῦλοι τοῦ δεσπότου πολέμιοι.*“ Et proverbium apud Senecam: „Quot servi totidem hostes.“ (La Cerda.)

dit? Quis talia facinora cum invenisset, celavit aut vendidit [25]ipsos trahens homines[i]? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? immo a quibus prodi potuit? Ab ipsis enim reis non utique, cum vel ex forma[k] [26]omnibus mysteriis silentii [27]fides debeatur. Samothracia et [28]Eleusinia [29]reticentur, quanto magis talia [30]quae prodita interim etiam humanam animadversionem [31]provocabunt, [32]dum divina servatur[l]? Si ergo non [33]ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. Et unde extraneis notitia, cum semper etiam [34]piae initiationes[m] arceant profanos [35]et arbitris caveant? [36]Nisi si impii [37]minus metuunt. Natura famae omnibus [38]nota est. Vestrum est: Fama malum [39]qua non [40]aliud velocius ullum. [41]Cur malum fama? [42]quia velox? [43]quia index? an quia plurimum mendax? [44]quae ne tunc quidem, cum aliquid veri [45]adfert, sine mendacii vitio est, detrahens, adiciens, demutans de veritate. [46]Quid? quod ea [47]illi condicio [48]est, ut non nisi cum mentitur perseveret et tamdiu [49]vivit quamdiu non probat, siquidem, [50]ubi probavit, cessat esse et quasi officio nuntiandi [51]functa rem tradit, [52]et exinde res

25. ipsos vendens homines *c.* ipsos tradens homines *Rhenanus.* 26. omnium mysteriorum *λ.* 27. fides adhibeatur *Dab.* fides debebatur *G. Vindob.* 28. Eleusina *Dc.* 29. si reticentur *F.* 30. quae magis prodita humanam *a.* prodita interim etiam humanam *b.* quae prodita interiment, iam humanam *c.* quae prodita matri humanam *D.* 31. provocabant *Gc.* 32. dum divina servatur *f. Latinius.* dum divina servantur *ABDEFGcde. Leidens. Vindob. Oxon. Erfurt.* quam divina servantur *a.* quam dum divina servantur *b.* dum divinitas (*leg.* divinitus) servatur *λ.* 33. Ipsi sunt proditores sui *λ.* 34. piae (*Aβ*)*λef. Havercamp.* impiae *AφBDEFGabcd. Oxon. Leidens. Erfurt. Vindob.* 35. etiam ab arbitris caveant *λ.* et ab arbitris caveant *Haverc.* et arbitris caveatur *a.* et arbitros caveant *cd.* et arbitris careant *F.* 36. nisi impii *λ. Erfurt.* si impii *G.* 37. nimis *a. Post vocabulum* metuunt *in vetustis libris scriptis incipit caput septimum cum inscriptione* DE INFANTICIDIO *in ABDG. Leidens., in Erfurt. Oxon.* DE FAMA., *in Vindob.* DE FAMA INCESTI., DE FAMA INCESTVS *in aliis scriptis,* INANIS EST FAMA QVAE CHRISTIANIS OBICITVR *in Vaticano uno, teste Pamelio. In ab. incipit caput octavum cum titulo* NON ESSE CREDENDVM FAMAE. 38. nota est vestrum. Est fama *Fc.* nota est, utrum est fama *Da.* 39. qua *A* (*m. sec.*) *λ.* quia *A* (*m. pr.*) *G.* quo *reliqui.* 40. aliud *om. D.* 41. Cur ea malum *c.* Cur fama malum *d.* Circa malum *G.* 42. an quia *λ.* 43. quia index *om. Dab.* 44. quae nec *DE. Oxon. Erfurt.* quia nec *G.* 45. defert *λ. Havercamp.* 46. Quid? quod *om. G.* 47. illi *om. E. Erfurt.* 48. est *om. Erfurt.* 49. vivat *F.* 50. uti *F.* 51. functam *ABG. Vindob.* 52. et *om. λcd.*

i. celavit aut vendidit ipsos trahens homines] Quaesitores criminum facinora vendere dicuntur qui scelera vestigando deprehensa pretio corrupti non deferunt ad tribunalia. Quis autem credat facinorosos potuisse facinora sua redimere, cum ipsi quotidie ad proconsulem pertraherentur? (Rigalt.) Cf. Ad Natt. I, 7 „Quis enim proditionem criminis alicuius sine crimine ipso aut vendit aut redimit?“

k. ex forma] V. adnotata ad De Idol. cap. 18.

l. dum divina servatur] Animadversio scilicet, quae servatur in supremi illius iudicii diem. (Rigalt.) Placuit Latinii emendatio. Facili mutatione possis etiam *dum in divinas servantur* (sc. animadversiones) vel *dum divinae servantur.*

m. piae initiationes] Cf. Ad Natt. I, 7 „Oro vos, extraneis unde notitia, cum etiam iusta et licita mysteria omnem arbitrum extraneum caveant?“

tenetur, res nominatur[n]. Nec [53]quisquam dicit verbi gratia, [54]Hoc Romae aiunt factum, aut, Fama est illum provinciam sortitum, sed, Sortitus est ille provinciam, et, Hoc factum est Romae. [55]Fama, nomen incerti, locum non habet ubi certum est. An [56]vero famae credat [57]nisi inconsideratus? [58]Quia sapiens non credit incerto[o]. [59]Omnium est aestimare[p], quantacunque illa ambitione[q] diffusa sit, quantacunque asseveratione constructa, quod[r] ab uno aliquando [60]principe exorta sit necesse [61]est. Exinde in traduces[s] linguarum et aurium [62]serpit, et ita [63]modici seminis vitium cetera rumoris [61]obscurat[t], ut nemo recogitet, [65]ne primum [66]illud os[u] mendacium

53. quisquam famam dicit *F.* quispiam dicit *Erfurt.* 54. Hoc Romae (Romam *G.*) aiunt (aut *A.* meavit *G.*) factum *ABFGλdef. Vindob. Leidens. Pamelii libri.* Fama est hoc Romae factum *DEabc. Oxon. Erfurt.* 55. Fama incerti est *ab.* Fama incerti *D.* 56. vero *om. λ.* 57. nisi si *λ.* 58. Qui sapiens est non credit. In certo omnium *λ.* 59. Omnium est e scientia. res quantacunque illa *F.* Omnium est existimare, quantacunque *c.* Omnium est existimare, quantacunque illa *Da.* 60. principio *G.* 61. est, et exinde *F.* 62. serpit *ABFG. Vindob.* serpat *DE(λ)abcdef. Leidens. Oxon. Erfurt.* 63. modicum *F.* 64. obscurant *c.* 65. num primum *cd.* unum ne *Oxon. Bongars. prob. Herald.* 66. illud os *om. Da.*

n. res nominatur] Exscripsit hunc locum Isidorus Origg. V, 27 „Famae autem nomen certiloquium non habet, quia plurimum mendax est, adiciens multa vel demutans de veritate; quae tamdiu vivit quamdiu non probatur. At, ubi probaveris esse, cessat, et exinde res nominatur, non fama."

o. Quia sapiens non credit incerto] Facile esset corrigere *Qui sapiens* vel *Qui est sapiens.* Sed hoc dicit Septimius. Ubi certum est, fama locum non habet, quae incerta est. Famae non credit nisi inconsideratus. Cur non credit? Quia sapiens non credit incerto.

p. Omnium est aestimare] De Corona cap. 8 „nec in conversationibus Christi *recognosci est.*" Ibid. cap. 10 „Per haec enim floribus *frui est.*"

q. ambitione] h. e. ambitu. V. quae adnotavi ad De Idol. cap. 1.

r. quod] De particula *quod* pro accusativo cum infinitivo posita v. adnotata ad libellum Ad Mart. cap. 4. Adde Dirksen Manuale s. v., qui ex ICtorum scriptis exempla suppeditat.

s. traduces] Amat Septimius hoc vocabulo uti. Cf. gemellum locum Ad Natt. I, 7. Apol. cap. 9 „simul error impegerit, exinde *tradux* proficiet incesti, serpente genere cum scelere." Ibid. cap. 21 „Manet integra et indefecta materiae matrix, etsi plures inde *traduces* qualitatis mutueris." Ad Natt. I, 4 „*tradux* mali nominis plectitur." Ibid. I, 13 „cui deputabitur quod de *traduce* provenit?" Ibid. I, 16 „tot inde *traduces* ad incestum." De Testim. Animae cap. 3 „suae etiam damnationis *traducem* fecit." Scorpiac. cap. 9. „cum *traduce* spiritus sancti in nos quoque spectasset etiam persecutionis obeundae disciplina." De Praescriptt. Haeret. cap. 32 „apostolici seminis *traduces* habeant." De Patient. cap. 5 „et *traducem* illum eius, quod a malo hauserat, facit." De Anima cap. 9 „qui flatus est et spiritus *tradux.*" Isidorus, qui locum exscripsit, Origg. V, 27, 26 „Fama autem dicta, quod fando, id est loquendo pervagatur *per traduces linguarum et aurium serpens.*"

t. cetera rumoris obscurat] Ad Natt. I, 7 „et modicum originum vitium rumoris obscurat.", quo loco nos prohibere pati non debemus, quominus in gemello Apologetici loco vetustorum librorum auctoritatem sequamur. Faciles et promptae sunt coniecturae, quales: modici seminis *initium* cetera rumoris *obscurant*, vel: modici seminis *vitium certa* rumoris *obscurat*, vel, quod Bernhardyo V. Cl. placuit: modici seminis *vitium cetera rumoribus obscurat.* Sed non puto corrupta, quia sunt obscurius dicta. Recte Ludovicus de la Cerda, „Vitium, inquit, modici seminis, quod insperserit ille princeps, obscurat ceteras proprietates rumoris, ut nemo iam recogitet, num primum illud os principis mendacium seminaverit."

u. ne primum illud os] De hoc *ne*

seminaverit, quod saepe fit aut ingenio aemulationis[v] aut arbitrio suspicionis aut non nova sed ingenita quibusdam mentiendi voluptate. Bene autem quod [67]omnia tempus revelat[w], testibus etiam vestris proverbiis atque sententiis, [68]ex dispositione naturae, quae ita ordinavit, ut nihil diu lateat, etiam quod fama [69]non distulit[x]. Merito [70]igitur fama tamdiu [71]conscia sola est scelerum [72]Christianorum. Hanc indicem adversus nos profertis, quae quod aliquando iactavit [73]tantoque spatio in opinionem corroboravit usque adhuc probare non [74]valuit, ut fidem naturae ipsius appellem [75]adversus eos qui talia [76]credenda esse praesumunt.

Cap. VIII. Ecce proponimus horum facinorum mercedem. Vitam aeternam [1]repromittunt[a]. Credite interim. De hoc enim quaero, an et qui [2]credideris tanti habeas ad eam tali conscientia [3]pervenire. Veni, demerge ferrum in infantem nullius[b] inimicum, nullius reum, omnium filium[c], vel, si alterius[d] officium est, tu modo adsiste morienti homini antequam vixit, fugientem animam novam [4]expecta, excipe rudem sanguinem, [5]eo panem tuum satia, vescere libenter. Interea discumbens dinumera loca, ubi mater, ubi soror; nota di-

67. tempus omnia *F.* 68. ex dispositione divinae naturae λ. 69. non *om. F.* 70. ergo *Erfurt.* 71. sola conscia est *cd.* 72. Christianorum. Quod dicitur, semper est, quia quod est, desinit dici. Hanc indicem λ. 73. tantoque temporis spatio λ. (*Leidens.*) *Haverc.* 74. *Post vocem* valuit *in DEabcdef. Oxon. Erfurt. et omnibus libris Pamelii (praeter unum A.) caput novum incipit.* 75. adversus eos appellem *F.* 76. esse credenda *F.*

Cap. VIII. *Post vocem* praesumunt *caput octavum incipit in ABFG. Vindob. cum inscriptione* DE FAMA INCESTI (INCESTVS *G.*). *In E. Oxon. Erfurt. et plerisque Pamelii est* DE INFANTICIDIO ET INCESTO., *in uno Vaticano* FLAGITIA QVIBVS INFAMANTVR NEDVM FALSA SVNT SED DE CHRISTIANIS INCREDIBILIA. *In ab., qui nonum caput inchoant, legitur inscriptio* QVOD QVAE DE INFANTICIDIIS OBIICIVNTVR NOBIS FALSA OMNINO SINT ET QVOD SACRA HVMANO SANGVINE IPSI POTIVS POLLVANT. 1. repromittimus *Ios. Scaliger.* 2. crediderit, tanti habeat λ. 3. perveniretur *F.* 4. specta *Gc.* 5. et panem *DF.*

dubitativo v. quae adnotavi supra ad cap. 2.

v. ingenio aemulationis] De vocabulo *aemulatio* v. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

w. Bene autem quod omnia tempus revelat] A. Gellius N. A. XII, 11 „Propterea versus istos Sophoclis prudentissimi poetarum in ore esse habendos dicebat: *πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς πάνθ' ὁρῶν καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.* Alius quidam veterum poetarum, cuius nomen mihi nunc memoriae non est, veritatem temporis filiam esse dixit.“ De formula *Bene, quod* cf. adnotata ad De Idol. cap. 5.

x. distulit] h. e. disseminavit. Cf. Terent Heautontim. Prol. v. 16. Liv. XXXIV, 49. Corn. Nep. Dione cap. 10.

Cap. VIII. a. repromittunt] Haec facinora.

b. nullius] V. adnotata ad De Corona cap. 10. Tertullianum exscripsit Minuc. Fel. Octav. cap. 30 „Illum iam velim convenire, qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis aut sanguine. Putas posse fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quisquam illum rudem sanguinem novelli et vixdum hominis caedat, fundat, exhauriat? Nemo hoc potest credere nisi qui possit audere.“

c. omnium filium] h. e. omnium pari benevolentia et caritate dignum.

d. alterius] V. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 15.

ligenter, ut, cum tenebrae ceciderint caninae, non erres. Piaculum [6]enim admiseris nisi incestum feceris. Talia initiatus et consignatus[e] vivis in aevum. Cupio respondeas, [7]si tanti aeternitas. Aut si non, [8]ideo nec credenda. Etiamsi credideris, nego te velle; etiamsi volueris, nego te posse. Cur ergo alii [9]possint, si vos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? [10]Alia nos, opinor, natura; [11]Cynopaene aut [12]Sciapodes[f]? Alii ordines dentium, alii ad incestam libidinem nervi? Qui ista credis de homine, potes et [13]facere. Homo es et ipse, quod et Christianus. [14]Qui non potes facere, non debes credere. Homo est enim et [15]Christianus et quod et tu. Sed ignorantibus subicitur et [16]inponitur[g]. Nihil enim tale

6. enim feceris, nisi *λ*. 7. sit tanta *c*. 8. ideo ne. 9. possunt, si *Eabcd*. volunt, si *D*. 10. Alia non opinor *Da*. Alii non opinor *λ*. 11. Cynopaene aut (*D*) *f. Haverc*. Cynopennae aut *ABEFG. Bongars. Elnon. Gandav. Erfurt. Vindob*. Cynopenae aut *λae* (*Oxon.*) *Salmas. in. Solin. p.* 707. Cyclopes aut *b. Fulv. Ursinus*. Cynophanes aut *cd*. 12. Sicapodes *BG. Vindob*. siapodes *D*. sycapodes *F*. 13. facere. Tu homo *abc*. 14. Si non potes *F*. 15. Christianus et quod et tu *ABdef*. Christianus et quod tu *Vindob*. Christianus, quod et tu *DEFG*(*λ*)*abc. Oxon. Erfurt*. 16. apponitur *F*.

e. Talia initiatus et consignatus] *Μεμυημένος καὶ ἐσφραγισμένος*. Qua de re observabamus plura ad Arnobii librum tertium [p. 130. ed. LB.], ubi hunc locum explicabamus. (Herald.) Cf. Adv. Valentin. cap. 1 „Nam et illa Eleusinia, haeresis et ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est. Idcirco et aditum prius cruciant, *diutius initiant, quam consignant,* cum epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent, atque ita tantam maiestatem exhibere videantur, quantam praestruxerunt cupiditatem.“, ad quem locum plura adnotabimus.

f. Cynopaene aut Sciapodes] Magno consensu libri veteres *Cynopennae* pro *Cynopaene,* id est *Cynopesne. Cynopes* Tertulliano *Cynopae*, ut *Sirenae* supra cap. 7. [v. locum] et *Amazona* Adv. Marc. I, 1. Cynopes autem sive Cynopae sunt Cynocephali, homines caninis capitibus, de quibus ex Indicis Ctesiae [v. Ctesiae Fragm. ed. Lion. Ind. fr. 20., fr. 33. (Tzetz. Chil. VII, 714.), fr. 34. (Aelian. H. A. IV, 46.), fr. 53. (Gell. N. A. IX, 4.). Cf. quos laudat Lion. p. 189.] Plinius H. N. VII, 2., atque his subiungit etiam Sciapodas. Habet autem Tertullianus a Plinio non pauca. Augustinus quoque De Civ. Dei XVI, 8. Sciapodas recenset et mox Cynocephalos. Notandum obiter, quod idem Augustinus tradidit huiusmodi hominum vel quasi hominum genera in maritima platea Carthaginis musivo picta fuisse, ex libris, ut ipse ait, deprompta velut curiosioris historiae. (Rigalt.) Recte Rigaltius. Sed iuvat addere etiam Salmasii de scriptura loci iudicium, quod proposuit in Exercitt. Plin. p. 707., etsi non spero id apud multos probatum iri. „*Cynopenae*, inquit, sunt *κυνοπεῖναι*, quasi qui canina fame laborent eaque edant quae canes, utpote capitibus ac dentibus caninis praediti. Ita hoc nomen compositum, ut *γεωπεῖναι*, qui iidem sunt ac *γηφάγοι*. Hesych.: „*Γηφάγοι, πένητες, ἄποροι.*“ Idem: „*Γεωπεῖναι, οἱ γῆς πεινῶντες καὶ ἀπορούμενοι.*“ At *κυνοπεῖναι* sunt qui talia edunt qualia canes. Latine extulit *Cynopenae*, ut *κύπειρον, cyperum.* Sic „*empeneticam* facere“ apud Caelium in Epistolis *τὴν ἐμπεινητικήν*“ cett. De Sciapodibus Hesych.: „*Σκιάποδες οἱ ἐν Λιβύῃ πλατεῖς ἔχουσι τοὺς πόδας καὶ ποιοῦσι σκιὰν αὐτοῖς ἐν τῷ καύματι.*“ Steph. Byzant.: „*Σκιάποδες, ἔθνος Αἰθιοπικόν, ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Αἰγύπτου.*“

g. subicitur et inponitur] Hoc obicere poterant: Atqui ignorantibus imponitis. Quasi, inquit, quae de Christianis asseverantur, non sint omnibus nota. Sane in re pervagata non esset facile cuiquam imponere. (Herald.)

[17]de Christianis [18]asseverari sciebant observandum utique sibi et omni vigilantia investigandum[h]. [19]Atquin[i] volentibus initiari [20]moris est, opinor, prius patrem illum sacrorum[k] adire, quae praeparanda [21]sint [22]describere[l]. Tum [23]ille: Infans tibi necessarius adhuc tener, qui nesciat[m] mortem, qui sub cultro tuo rideat; item panis, [24]quo sanguinis [25]virulentiam [26]colligas; praeterea candelabra et lucernae et canes aliqui et offulae, quae illos ad eversionem luminum [27]extendant[n]: ante omnia cum matre et sorore tua venire debebis. Quid, [28]si noluerint vel nullae fuerint? [29]quid [30]denique singulares Christiani[o]? [31]Non erit, opinor, [32]legitimus Christianus nisi frater aut filius. [33]Quid nunc, et si ista omnia ignaris praeparantur? Certe postea [34]cognoscunt et sustinent et ignoscunt. Timent plecti[p], [35]si

17. a Christianis *F.* 18. asseverare *c.* 19. Atqui *DFbc.* Atque *e.* (*Oxon.*) 20. mos est *F.* (*m. sec.*) 21. sunt *FG.* 22. discribere *A.* 23. ille infanti necessarius *DE.* illi infans necessarius *E. m. sec.* 24. qui sanguinis *b.* 25. virulentiam *A* (*m. pr.*) *BDEFGabc. Erfurt. Oxon. Vindob.* iurulentiam *A* (*m. sec. sed antiqua*) *λdef. quinque Pamelii codices scripti.* 26. colligat *b.* 27. extundant *F.* 28. si venire noluerint *λ.* 29. Quid (*ΑφΒ. Vindob.*) *λabcdef.* Quod *ΑβDEG. Erfurt.* Quot *F.* 30. denique sine pignore singulares *λ.* 31. Non eris *λ.* Non enim *F.* 32. legitimus, non Christianus *F.* 33. Quid tum, etsi *acd.* 34. reggnoscunt et sustinent *F.* cognoscunt et cernunt *Oxon.* 35. qui, si proclament, defendi *f. Havercamp.*

h. et omni vigilantia investigandum.] Nihil enim tale de Christianis asseverari sciebant quod utique observandum sibi et omni vigilantia investigandum esset.

i. Atquin] h. e. Attamen, immo. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 6.

k. patrem illum sacrorum] Ad Natt. I, 7 appellatur „magister sacrorum." Et primarius sacerdos, hierophanta et sacris praepositus, praesertim in Mithrae sacris. Cf. Chifflet. Geminiae Matris Sacrorum titulus sepulchralis explic. Antverp. 1634. 4. Occurrit is titulus in plurimis lapidibus. Orell. Collect. Inscr. Latt. n. 1491. 1919. 1920. 2354. Reines Synt. Inscr. I, 46, Gruter. XXVIII, 2. CCCXV, 5. MCII, 2. Adde Apul. Metam. XI, 22.

l. describere] Apul. Metam. XI, 22 et 23. „De opertis adyti profert quosdam libros litteris ignorabilibus praenotatos, partim figuris cuiuscemodi animalium concepti sermonis compendiosa verba suggerentes, partim nodosis et in modum rotae tortuosis capreolatimque condensis apicibus a curiositate profanorum lectione munita. Indidem mihi praedicat (sc. sacerdos Mithrae praecipuus) quae forent ad usum teletae necessario praeparanda. Et protinus naviter et aliquanto liberalius partim ipse partim per meos socios coëmenda procuro." Quod *procurare* et *praeparare* Apuleius, hoc *describere* dicit Tertullianus.

m. nesciat] *Nescire* hic est pro *non nosse*, ut saepius *scire* pro *nosse*. Cf. quae adnotavi ad cap. 5.

n. extendant] h. e. provehant, proritent, proripiant. Quinctil. Declam. III, 13 „Ad altiorem se honorum gradum extendere." Cf. Muncker ad Fulgent. Mythol. I, p. 612.

o. singulares Christiani?] Quibus nulli consanguinei eiusdem sectae. Sequenti aevo *singulares* dixerunt *τοὺς μονάζοντας*, nempe qui a singularitate censeantur, ut inquit B. Hieronymus. Sulpic. Sever. Dial. I „Alium aeque *singularem* virum vidimus, parvo tugurio, in quo nonnisi unus recipi posset, habitantem." (Herald.) Rectius *singulares* interpreteris non quibus nulli eiusdem sectae consanguinei, sed quibus omnino nulli.

p. Timent plecti] Atqui fortasse, inquiunt, haec omnia quae ad teletam istam sunt necessaria etiam nescientibus ipsis parantur. Atqui, respondet Tertullianus, haec omnia ipsi postea cognoscunt et probant. Neque dicendum est metum iis inferri ne proclament aut fugiant. Nam si vel tantillum proclamarent, nemo non iis suppetias ferret. Praeterea semel egressi nunquam rever-

proclament, qui defendi merebuntur, [36]qui etiam ultro perire [37]malint quam sub tali conscientia vivere. Age nunc timeant, cur etiam [38]perseverant? Sequitur enim, ne ultra velis id te esse quod, si prius scisses, non fuisses.

[1]Haec quo magis refutaverim, a vobis fieri ostendam partim Cap. IX.
in [2]aperto, partim in occulto, per quod forsitan et [3]de nobis credidistis. Infantes penes Africam Saturno [4]immolabantur[a] palam usque [5]ad proconsulatum Tiberii[b], [6]qui eosdem sacerdotes in eis-

36. quin etiam *cd.* 37. malunt *Gλ.* mallint *F.* 38. perseverent (*λ*)*ab.*

Cap. IX. 1. Haec que *DF.* (*cum rasura.*) Haec quoque *DEG. Erfurt. Vindob.* 2. aperto et partim *Daef.* (*Vindob.*) 3. de *om. G.* 4. immolabant *F.* 5. ad consulatum *D.* ad proconsulem *Ios. Scaliger.* 6. qui ipsos sacerdotes *λf. Havercamp.*

terentur postea, quod tamen faciunt. (Herald.)

Cap. IX. a. Saturno immolabantur] Humana sacrificia Saturno facta fuisse tradunt Diod. Sic. XIII, 86. cf. XX, 14. Iustin. XVIII, 6. Plato Polit. p. 315. Plut. De Sera Num. Vind. p. 256. A. Tatian. Or. ad Graec. cap. 46. Orig. C. Cels. V, p. 249. Tertull. Scorp. cap. 7. Prudent. C. Symmach. II, 296 sqq. Athanas. C. Gentes p. 21. Sext. Empir. Hypotyp. III, 24. Minuc. Fel. Octav. cap. 30. Lactant. Inst. Div. I, 21. Hieron. in Esai. XIII, 46. August. De Civ. Dei VII, 19. Oros. IV, 6. Cf. Muenter Historia Relig. Carthag.

b. ad proconsulatum Tiberii] Quod de Tiberii proconsulatu scribit hoc loco Tertullianus viros eruditissimos et totius antiquitatis peritissimos torsit non immerito. Nodum aut solvit aut scidit Ios. Scaliger scribens ad Isaacum Casaubonum [Epist. 66. Cf. Casaub. ad Scriptt. H. A. p. 8 sq.], a quo de huius loci interpretatione fuerat interrogatus. Legendum igitur existimabat *usque ad proconsulem Tiberii*, ut sit ista Tertulliani mens, infanticidia Africae fuisse a Tiberii legato sive propraetore Tiberii iussu, cuius edicto etiam cruenta Gallorum sacrificia sublata fuerint [Plin. H. N. XXX, 1], abolita. Legatum Caesaris, qui et legatus praetorius et pro praetore dicebatur, Proconsulem quoque Caesaris, velut Augusti, Tiberii cett., fuisse appellatum observat idem Scaliger in ea ad Casaubonum, ipseque adeo Casaubonus in notis suis ad Spartianum in Hadriani vita. (Herald.) Tiberius saepe proconsul fuit, sed videtur magnum illum proconsulatum hoc loco attingere, de quo Suetonius in Tiberio cap. 21. legem per consules latam, ut provincias cum Augusto communiter administraret simulque censum ageret. Nam in eo proconsulatu Augustus praesignificationibus motus vota salutaria fecit, et vota quae in proximum lustrum suscipi mos erat, collegam suum Tiberium nuncupare iussit, ut idem in Augusto narrat cap. 97., quapropter *votivae cruces* a Tertulliano appellantur. Quod autem Iosephus narrat Antiq. Iud. XVIII, 7., id non adversus sacerdotes Saturni, sed Isidis, nec Tiberio proconsule, sed imperatore gestum. (Fr. Iunius.) Dicit Tertullianus in proconsulatu Tiberii saevitiam istam viguisse. Sciant pueri non istum esse Tiberium illum, qui mox fuit imperator, sed cognominem alium. Nam qui de Tiberio imperatore accipiunt, toto errant caelo. Vide Claud. Salmasium dicto loco [in Spart. Vita Hadriani cap. 3. p. 35. (p. 9 sq. ad. Paris. 1620.), cui cum Rigaltio et ego in ea re adstipulor, quod genuina sit scriptura *ad proconsulatum Tiberii*, quodque eum proconsulatum ad Tiberium principem referre loci ratio vetet nec referre necesse sit.] et id clarissime apparebit. (La Cerda.) Vidit Scaliger quid res et antiquitas Romana posceret; nec Salmasii disputatio in Spart. Hadr. cap. 3. p. 35. quicquam effecit nisi ut miremur nomen proconsulis, qui Tiberio principe Africam regeret, non ascribi. Scaligerum probat etiam Boettigerius, de sacrificiis Poenorum humanis tradens, Ideen zur Kunstmyth. I, p. 374. Possis tamen a ductibus litterarum proxime *ad proconsularem Tiberii.* (Godofr. Bernhardyus.)

dem arboribus[c] templi sui [7]obumbratricibus scelerum votivis [8]crucibus exposuit[d], teste [9]militia patriae nostrae[e], [10]quae id ipsum munus illi proconsuli functa est. Sed et nunc in occulto [11]perseveratur[f] hoc sacrum facinus. [12]Non soli vos contemnunt Christiani[g], nec [13]ullum scelus in perpetuum eradicatur aut mores suos [14]aliqui[h] [15]deus mutat. Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis[i] utique non parcendo [16]perseverabat, quos quidem ipsi

7. obumbratricibus *ABDE* (*m. sec.*) *FGλabcdef. Oxon. Erfurt. Ambros.* obumbrati ribus *Vindob.* obumbrantibus *alii.* 8. crucibus vivos exposuit *λ. Havercamp.* cervicibus exposuit *E.* (*m. pr.*) *Oxon.* 9. militia patris *λ.* militiae patriae *D.* 10. quae ad ipsum *λ.* 11. perseveratur *ABDEGef.* perseverat *F*(*λ*)*abcd.* 12. Non solum *F. Vindob. Oxon.* 13. illud scelus *G.* ullum facinus *λ.* 14. aliquis *DFλac.* 15. deus cum propriis filiis mutat. Saturnus *Da.* 16. perseverabit *F. m. pr.* perseverasset, sed *λ.*

c. in eisdem arboribus] In eiusdem templi, cuius erant, sacerdotes arboribus scelerum votivis crucibus exposuit.

d. scelerum votivis crucibus exposuit] Fuisse circa templa arbores sacras, quibus anathemata suspenderentur, nota res est. Apul. Metam. VI, 3. „Videt dona speciosa et lacinias auro litteratas ramis arborum postibusque suffixas.“ Schol. Aristoph. Plut. [v. 942.] ad haec Pluti verba *„Καὶ ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δὴ μάλα „Ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτῳί“, ὅτι,* inquit, *ἐπὶ τῶν κοτίνων, καὶ ἄλλων δένδρων πανταχοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς προσπατταλεύουσι τὰ ἀναθήματα.“* An igitur causa haec fuit, cur arbores istas *votivas cruces* appellaret hoc loco Tertullianus? Nam quae notat Iunius [Cf. supra ad verba *ad proconsulatum Tiberii*], ea sunt mera somnia. (Herald.) Tiberius iste Africae proconsul ex votivis arboribus votivas fecit cruces, in quibus scelerati illi sacerdotes pulchre pendebant, tanquam anathemata ex voto. (Rigalt.) Olim moris erat ad fores templorum arbores pangere. Plin. H. N. XII, 1. Sulpic. Sever. V. S. Martini cap. 10. Cf. Vergil. Aen. II, 714. Apul. Florid. cap. 1., morem vero arboribus vota affigendi praeter documenta ab Heraldo adlata testantur etiam Apul. Florid. l. l. Arnob. I, 39. (ad quos locos v. interpretes) Lactant. ad Statii Theb. IX, 194. Augustin. Serm. De Temp. p. 241. Cf. Burm. ad Ovid. Metam. VIII, 723. 745., sed vereor, ut de hoc more lucem Tertullianus capiat. *Votivus* saepe ponitur de re exoptanda et de eo quod ex voto succedit. Apul. Metam. V, 20 *„votivis* nuptiis hominem te iungemus homini.“ Ibid. VIII, 30 „deamque *votivo* suspiciens hospitio.“ Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 101 f. Hinc *scelerum votivas cruces* malim interpretari cruces sacerdotibus illis pro sceleribus suis exoptandas et tamquam communi voto imprecatas iudicioque probatas.

e. teste militia patriae nostrae] Liber Fuldensis teste militia *patris nostri.*“ Tertulliani patrem centurionem fuisse proconsularem narrat Hieronym. De Vir. Illustr. cap. 53. et Chron. ad annum XVI. Severi Imper.

f. perseveratur] V. adnot. ad De Patient. cap. 5. *Sacrum facinus* Heraldus recte explicat religiosum. La Cerda vult esse detestabile facinus.

g. Non soli vos contemnunt Christiani] Sed ea est perversitas morum, ut sacrum hoc et execrandum facinus perseveret in occulto, unde vos non solum contemnunt Christiani, sed et gentiles, cum videant nunquam aboleri semina flagitiorum, aut mores suos aliquis deus mutet. (La Cerda.) Vereor ne haec sit vera loci interpretatio: Perseveratur, inquit, etiamnunc in occulto hoc sacrum facinus, quamquam gravissimis exemplis in eos qui commiserant olim vindicatum erat. Hinc apparet non solos Christianos legum vestrarum et institutorum contemptus vobis insimulandos fuisse (cf. supra cap. 6), sed etiam ipsos sacrorum vestrorum antistites, sed ipsos deos vestros eius criminis reos teneri, apparet etiam hoc, leges vestras tantum non posse, ut ullum scelus in perpetuum eradicent aut ut optimae ipsae cum scelesto aliquo deo aequum certamen ineant.

h. aliqui] Cf. adnotata ad cap. 23.

i. extraneis] Familiare hoc vocabulum est Tertulliano de omni, qui non eiusdem est domus, familiae, nationis, lin-

parentes sui offerebant et [17]libentes [18]respondebant[k] et infantibus blandiebantur, ne lacrimantes immolarentur[l]. Et tamen multum homicidio parricidium differt. Maior aetas apud Gallos Mercurio [19]prosecatur[m]. Remitto [20]fabulas Tauricas[n] theatris suis. [21]Ecce in illa religiosissima urbe Aeneadarum[o] piorum est Iupiter quidam[p]

17. libantes *F.* libenter *DG.* 18. respondebant *ABDEFGλdef. Vindob. Oxon. Erfurt.* exponebant *abc.* 19. prosecatur *ABDEabcde. Oxon. Erfurt.* prosequatur *G.* praesecatur *Vindob.* prosecabatur *λf. Haverc.* 20. fabulas Tauricas *ADE. Oxon. Erfurt.* tabulas tauricas *BFG.* Tauricas fabulas (*λ. Vindob.*) *abcdef.* 21. Sed et in illa *λ.*

guae, sacrorum, societatis vel cuiusvis certae vitae condicionis. Apol. cap. 1 „Scit (sc. veritas) se peregrinam in terris agere, inter *extraneos* facile inimicos invenire." Ibid. cap. 7 „Tot hostes eius (sc. veritatis) quot *extranei.*" Paulo post „Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut *extranei.* Et unde *extraneis* notitia, cum semper etiam piae initiationes arceant profanos?" Ibid. cap. 9 „filios exponitis suscipiendos ab aliqua praetereunte misericordia *extranea.*" Ibid. cap. 16 „quia nec verebatur *extraneos* arbitros vana cultura." Ibid. cap. 25 „Peregrinos enim deos non putem *extraneae* genti magis fautum voluisse quam suae." Ibid. cap. 31 „inspice dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi supprimimus, et plerique casus ad *extraneos* transferunt." et paulo post „licet *extranei* a turbis aestimemur." Ad Natt. I, 17 „*extraneae* nationes." Ibid. I, 18 „ingenia mitiora et mentes hominum etiam in *extraneos.*" Ibid. I, 20 „in *extraneos* casti, in vosmet ipsos incesti." Ibid. II, 13 „incesti in suos, impudici in *extraneos.*" Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 358 sq.

k. respondebant] V. adnot. ad De Corona cap. 11.

l. ne lacrimantes immolarentur.] Hoc enim nefas erat. Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 30, qui exscripsit Tertullianum „Merito ei (sc. Saturno) in nonnullis Africae partibus a parentibus infantes immolabantur, blanditiis et osculo comprimente vagitum, ne flebilis hostia immoletur." Tertull. Ad Scap. cap. 2 „Sed nec religionis est cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non vi, cum et hostiae ab animo libenti expostulentur." Apol. cap. 28. Interprr. ad Apul. Metam. VI, 3.

m. apud Gallos Mercurio prosecatur.] Pompon. Mela III, 2. Iustin. XXVI, 2. Lucan. Phars. I, 44. Tertull. Scorp. cap. 7. Lactant. Inst. Div. I, 21. Minuc. Fel. Octav. cap. 30. Augustin. De Civ. Dei VII, 19. Paul. Diac. De Gestis Langob. I, 10. Schedius De Diis Germ. p. 155. Creuzer Symbol. tom. VI, p. 412. Plin. H. N. XXX, 1 „Namque Tiberii Caesaris principatus sustulit Druidas eorum. — — Non satis aestimari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum." Sueton. Claud. cap. 25 „Druidarum religionem apud Gallos dirae immanitatis et tantum civibus sub Augusto interdictam penitus abolevit."

n. fabulas Tauricas] Athanas. c. Gentes p. 21. „*Σκύθοι γὰρ οἱ καλούμενοι Ταῦροι τῇ παρ' αὐτοῖς παρθένῳ καλουμένῃ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων, καὶ οσους ἂν λάβωσι τῶν Ἑλλήνων, εἰς θυσίαν ἀναφέρουσι, τοσοῦτον ἀσεβοῦντες κατὰ τῶν ὁμογενῶν ἀνθρώπων καὶ οὗτως ἐλέγχοντες τῶν θεῶν αὐτῶν τὴν ὠμότητα, ὅτι οὓς ἡ πρόνοια ἀπὸ θαλάσσης ἐκ κινδύνων διέσωσε, τούτους αὐτοὶ κατασφάττουσι· μονονουχὶ κατὰ τῆς προνοίας γινόμενοι, ὅτι τὴν ἐκείνης εὐεργεσίαν τῇ ἑαυτῶν θηριώδει ψυχῇ καταχρύπτουσιν.*" Cf. Tertull. Adv. Marc. I, 1. Minuc. Fel. Octav. cap. 30. Hygin. Fab. CXX. Valer. Flacc. Argon. II, 301.

o. religiosissima urbe Aeneadarum] Iustin. Novell. XLVII. „*Αἰνείας ἡμῖν ὁ Τρῶς βασιλεὺς τῆς πολιτείας ἐξάρχει Αἰνειάδαι τε ἡμεῖς ἐξ ἐκείνου καλούμεθα.*" Cf. Tertull. De Corona cap. 12. Ad Natt. II, 17. Pii cognominantur Aeneadae de Aenea.

p. Iupiter quidam] De Iove Latiari deque cruentis eius sacrificiis v. Athanas. c. Gent. pag. 21. Tatian. Or. ad Graec. cap. 46. Porphyr. *Περὶ ἀποχῆς*

quem ludis suis humano [22]sanguine proluunt. [23]Sed bestiarii[q], inquitis. [24]Hoc, opinor, minus quam hominis? An hoc turpius, quod mali hominis? certe tamen de homicidio funditur. O Iovem Christianum et solum patris filium [25]de crudelitate[r]! Sed quoniam de infanticidio nihil interest sacro an arbitrio [26]perpetretur[s], [27]licet parricidium homicidio intersit[t], [28]convertar ad populum. [29]Quot [30]vultis ex his circumstantibus et in Christianorum sanguinem [31]hiantibus, ex ipsis etiam vobis iustissimis et severissimis in nos praesidibus apud conscientias pulsem, qui natos sibi liberos [32]enecent[u]? [33]Siquidem et de genere necis differt, utique crudelius in aqua spiritum [34]extorquetis aut frigori et fami et canibus exponitis[v]. Ferro enim mori aetas quoque maior [35]optaverit[w]. Nobis vero semel[x] [36]homicidio interdicto etiam conceptum [37]utero, dum adhuc sanguis

22. sanguine proluunt *ABEFG. Oxon. Vindob. Erfurt.* proluunt sanguine (*Dλ*)*abcdef.* 23. Sed bestiariorum *Db.* Sed bestiarum *FGa.* 24. Opinor hoc* *DEab. Erfurt.* 25. de crudelitate *om. c.* 26. patretur *λ.* 27. licet de parricidio intersit *λf. Havercamp.* 28. convertat *Da.* 29. Quod *AβDEFa. Oxon. Gorziens.* Quem *E. m. sec. superscr.* 30. multis ex his *F.* 31. inhiantibus *λ. prob. Davis. ad Cic. De N. D. I,* 30. 32. enectent *ab.* 33. Si quid et de necis genere differt *λ.* Si quid et de genere necis? Differt *Havercamp.* Si quid de genere necis differt *F.* 34. torquetis *λ.* aut fami aut canibus exponentes *λ.* 35. exoptaverit *D.* optavit *acd.* optabit *b.* 36. homicidio semel (*D*)*λcdef.* homicidio semper *ab.* 37. uterum *λ.*

ἐμψύχων II, p. 35. Theophil. Ad Autolyc. I, p. 267. Tertull. Scorp. cap. 7. Cypr. De Spectac. p. 111. Prudent. c. Symmach. I, 379. Min. Fel. Octav. cap. 30. Lactant. Inst. Div. I, 21. Ios. Scalig. ad Hieron. Chron. p. 56.

q. bestiarii] Damnati vel auctorati ad bestias, ut depugnaret.

r. de crudelitate] De praepositionis *de* vi instrumentali adnotatum est ad De Spectac. cap. 25. Iovem dicit Christianum, quia pariter atque Christus, quae erat de huius cultu fama, humanis sacrificiis gaudeat, prognatum patre sibi non dissimili, cuius scilicet de crudelitate, qua ceteram prolem devoraverat, solus ex pluribus filiis reliquus factus sit.

s. sacro an arbitrio perpetretur] Transeamus, inquit, ab infanticidiis, quae iubente religione perpetrabant, ad ea quae quotidie a volentibus ac nemine cogente patrantur. (Herald.) Nihil interest, infantes sacrificio cruento impendantur, an pro arbitrio fastidioque parentum recens nati frigori, fami, canibus exponantur. (Rigalt.)

t. licet parricidium homicidio intersit] Nos solum infanticidae, vos etiam parricidae.

u. qui natos sibi liberos enecent.] De hoc more cf. Dion. Halic. II, 15. Dio Cass. XLV, 1. Sueton. Octav. cap. 65. Plin. Epist. X, 71 sqq. Digest. XXV, 3, 4. Cod. Theodos. IX, 14, 1. Cod. VIII, 52. Novell. CLIII. Bynkershoek De Iure Occid. Vend. et Expon. Lib. (in eius Opusc. Var. Argum. LB. 1719.) in eius Opp. Omn. tom. I, p. 319 sqq. Noodt Opp. tom. I, p. 565 sqq. Rein Röm. Criminalrecht p. 441 sqq.

v. et canibus exponitis] Minuc. Fel. Octav. cap. 30. „Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere. Sunt quae in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri nominis exstinguant et parricidium faciant antequam pariant.

w. aetas quoque maior optaverit.] Quanto igitur humanior ferri in tenellis infantibus usus?

x. semel] V. adnot. ad De Fuga in Persec. cap. 2.

in hominem [38]delibatur[y], dissolvere non licet[z]. Homicidii festinatio est [39]prohibere nasci, nec refert natam quis eripiat animam an [40]nascentem disturbet. Homo est et qui est futurus; [41]etiam fructus omnis iam in semine est. De sanguinis pabulo et [42]eiusmodi tragicis ferculis legite, [43]necubi[a] relatum sit ([45]est apud Herodotum[b], opinor), [46]defusum brachiis sanguinem [47]ex alterutro degustatum nationes quasdam foederi conparasse. Nescio quid et sub [48]Catilina[c] degustatum est. [49]Aiunt et apud quosdam gentiles Scytharum defunctum quemque a suis comedi[d]. Longe excurro. Hodie [50]istic Bellonae [51]sacratus sanguis de femore proscisso [52]in palmulam ex-

38. delibatur *Fλabcde.* deliberatur (delibatur) *ABDEGf. Vindob. Oxon. Erfurt. Bongars.* delibratur *Fr. Iunius.* 39. prohiberi *e.* 40. nascentium *ac.* nascentibus *F. Vindob.* 41. et fructus hominis iam *c.* 42. eiusmodi tragicis fabulis *λ.* huiusmodi erogatis ferculis *F.* huiusmodi tragicis fabulis *Vindob.* 43. necubi *AβDEGabcdef. Oxon. Ambros. Vindob. Erfurt.* nuncubi (*AφB*). *Fulv. Ursinus.* ubi *F.* 45. est *om. λ.* est apud Herodotum opinor *om. c.* 46. diffusum *FGabcd. Vindob.* 47. et alterutro *λ.* 48. Catilina tale degustatum *λf. Haverc.* 49. Aiunt apud *DGabc.* 50. isthic *λ.* et hic *Fulv. Ursinus et Haverc.* 51. sacratus *ABDEFCabcde. Vindob. Ambros. Oxon. Erfurt.* sacratos *f.* sacratur *Fulv. Ursinus.* secator *λ.* secatur *Havercamp.* 52. in palmulam *ABDEFGabdef. Bongars. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros.* in palmula *λ.* in parmulam *c.* in parmula *Havercamp.*

y. delibatur] Rigaltius defendit scripturam *deliberatur* his verbis: Dixit *conceptum utero,* ergo iam delibatum. Itaque hic non est legendum *delibatur,* sed *deliberatur,* hoc est, dum adhuc dubitatur, an concepta utero semina coibunt in fetum; quem sensum neminem puto vel modice sobrii iudicii his Tertulliani verbis extorsurum, rectius dicam, inculcaturum. Delibatur sanguis, detrahitur et derivatur, a ceteris corporis partibus ad alendum uteri fetum. Cf. Gloss. Vet. ap. Ang. Maium Class. Auct. tom. VI, p. 520. „Delibatur, sanguis detrahitur." Verba *deliberare, delibrare* et *delibare* saepius confundi in libris scriptis docent loci Gell. N. A. XV, 8. Lucret. III. 1100. Cic. De Invent. II, 58.

z. dissolvere non licet.] Medicaminibus epotis, ut ait Minuc. Fel. Oct. cap. 30., ad quem locum v. interpretes. Cf. Tertull. Exhort. Castit. cap. 12. „*dissolvas* medicaminibus conceptum." Hieron. ad Eustoch. de Custodia Virg. cap. 5. „Aliae vero sterilitatem praebibunt et necdum sati homicidium faciunt. Nonnullae cum se senserint concepisse de scelere, abortii venena medicantur." Augustin. Serm. De Tempore CXXI. „Nulla mulier potiones ad abortum accipiat, nec filios conceptos aut iam natos occidat." Cf. Idem Ad Valer. De Nuptiis et Concupisc. I, 15. Pollux Onom. II, 2. IV, 25. Clem. Apost. Const. VII, 3. Ambros. Hexaem. V, 18. Athenag. pro Christ. p. 43. Lactant. Inst. Div. VI, 20. Concil. Bracav. cap. 78. Conc. Herd. cap. 3. Conc. Ancyr. cap. 20. Suidas, Harpocration et Hesych. s. v. *Ἀμβλωθρίδιον.* Paul. Digest. V, tit. 23. Cuiac. Observatt. XIX, 9.

a. necubi] h. e. ne alicubi. De hoc *ne* dubitativo v. adnotata ad cap. 2.

b. apud Herodotum] Herodot. IV, 70. De aliis populis cf. Pomp. Mela II, 1. Tacit. Ann. XII, 47. Valer. Max. IX, 11, 3. Ext. Iul. Solin. cap. 20. Interprett. ad Minuc. Felic. Octav. cap. 30. Laurent. Lydus De Re Milit. p. 203.

c. sub Catilina] Sallust. Catil. cap. 22. Flor. IV, 1. Suidas s. v. *Λούκιος Σέργιος Κατιλῖνος.*

d. a suis comedi.] De Massagetis hoc affirmat Strabo XI, pag. 513. Cf. XV, p. 710. Herodot. II, 38. III, 97. IV, 26. Plin. H. N. VII, 1. Lucian. De Luctu p. 306. et De Amicitia p. 37. tom. II, ed. Voss. Tertull. Adv. Marcion. I, 1. Idem de Derbicibus tradunt Hieronym. Adv. Iovin. II, 7. et Euseb. Praepar. Evang. I, 12.

ceptus [53]et esui datus signat[e]. Item illi qui munere in arena noxiorum [54]iugulatorum sanguinem recentem de iugulo decurrentem [55]exceptum avida siti comitiali morbo [56]medentes[f] auferunt[g], ubi sunt[h]? item illi qui de arena ferinis obsoniis coenant[i], qui de apro, qui de cervo petunt? Aper ille quem cruentavit, [57]conluctando detersit[k]. Cervus ille in gladiatoris [58]sanguine iacuit. [59]Ipsorum ursorum [60]alvei[l] appetuntur [61]cruditantes adhuc de visceribus huma-

53. et esui datus signat *ego.* esui datus *f.* et usui datus signat **λ**. et siti datus signatur *F.* et sui datus signat *ABDEG. Bongars. Ambros. Oxon. Erfurt.* et (et *om. e.*) suis datus signatis *Dabe.* suis datur signatis *cd.* esu candidatos signat *Havercamp.* et haustui datus signat *Priorius.* 54. rigulatorum **λ**. 55. exceptum *om.* **λ**. de iugulo decurrentem exceptum *om. f.* 56. medentes auferunt (**λ**)*abcf. Fulv. Ursinus.* medentes hauserunt *reliqui omnes.* 57. conculcando *G.* cum luctando *Ambros.* luctando *ab.* 58. sanguinem iactavit **λ**. sanguine iactavit *abde.* 59. Ipsorum ursorum *ABEG***λ***def. Bongars. Erfurt. Vindob. Oxon.* Aprorum, ursorum *F.* Ursorum *Dabc.* 60. alvi *F.* 61. cruditantes **λ***cdef.* cruditantibus *ABEG. Bongars. Ambros. Erfurt.* cruditatibus *Oxon. Vindob.* crudelitatibus *F.* trucidantibus *Dab.*

e. et esui datus signat.] Rigaltius pro *sacratus* edidit *sacratos,* quod praeferrem, si scriptorum auctoritate ulla esset stabilitum. Neque postulat obiectum sequens *signat,* et *Bellonae* sive pro dativo habes sive pro genitivo, res eadem est. De verbo *signare* cf. adnotata ad Adv. Valent. cap. 1. De Bellonariis eorumque receptionis ritu hodie inter omnes constat. Cf. sis interpr. ad Minuc. Felic. Oct. cap. 30. et ad Horat. Serm. II, 3, 223. Lamprid. Commodo cap. 5. Martial. Epigr. XII, 57. Lucan. I, 565. Lactant. Inst. Div. I, 21. Salmas. ad Tertull. De Pall. p. 355. Dempster Paralip. ad Rosini Antiqu. Rom. IV, 10.

f. comitiali morbo medentes] Avida sitis eorum fuisse videtur, qui manantem sanguinem ex ipsis vulneribus ut viventibus poculis sorbebant calidum spirantemque, ut una ipsam animam ex osculo vulnerum. Sic enim efficacissimum putabant, cum plagis ne ferarum quidem admoveri ora mos sit humanus. Quae verba sunt Plinii H. N. XVIII, 1. obscena haec et nefanda remedia detestantis. (Rigalt.) Cf. Aret. Cappad. IV, 175. Scrib. Larg. cap. 12. Cels. III, 23.

g. auferunt] In nostris legitur *hauserunt.* Illud Rhenani, *auferunt,* magis consonat iis, quae sequuntur *coenant — petunt,* atque hic noster in eiusmodi temporum continuationibus accurate servandis satis ubique oculos intendere videtur. (Rigalt.) Verum quidem *auferunt.* Solent enim statim postquam hauserunt, praecipiti cursui sese mandare, quo sanguis cum sanguine confundatur atque consuescat. Haec enim superstitio hodie quoque passim apud nostrates obtinet.

h. ubi sunt?] Nonne vestrum?

i. qui de arena ferinis obsoniis coenant] Structurae huius verbi *coenare* cum simplici ablativo alterum exemplum non habeo. Facile erat corrigere: qui de *arenae* f. o. coenant. De re cf. Apul. Metam. IV, 14 „Passim per plateas plurimas cerneres iacere semivivorum corporum ferina naufragia. Tunc vulgus ignobile, quos inculta pauperies sine delectu ciborum tenuato ventri cogit sordentia supplementa et dapes gratuitas conquirere, passim iacentes epulas accurrunt."

k. conluctando detersit.] Aper iste, de quo petunt, pugnando et colluctando detersit sanguinem eius, quem cruentavit et confecit. Quare aper ille cruore humano respersus est. Minuc. Felic. Octav. cap. 30 „Non dissimiles et qui de arena feras devorant infectas et illitas cruore." (Herald.)

l. alvei] Recte *alvei,* etsi primaria γραφῇ et προφορᾷ *alvi,* ab alendo, ut vult Festus; non ob eam tamen, quam affert, causam, sed quia pars ista proprie alitur, ceterae per eam. Lycophron „— — οὐδ' ἐπίανεν βορὰ Νηδύν." (Herald.) Gloss. Philox. „*Alveus,* γαστὴρ, κύτος." Gloss. Erfurt. (a me edit. in Jahn et Klotz Archiv a. 1847. p. 273) „*Albeus,* venter."

nis. [62]Ructatur proinde ab homine caro pasta [63]de homine. Haec qui editis, quantum abestis [64]a conviviis Christianorum? Minus autem et illi faciunt qui libidine fera humanis [65]membris inhiant, quia vivos vorant[m]? minus humano sanguine [66]ad spurcitiam consecrantur, quia futurum sanguinem lambunt? Non edunt infantes plane, sed magis puberes. Erubescat error vester [67]Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in [68]epulis esculentis[n] habemus, qui propterea [69]suffocatis quoque et [70]morticinis abstinemus, [71]ne quo modo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto. Denique[o] [72]inter temptamenta Christianorum botulos[p] etiam cruore [73]distensos admovetis[q], [74]certissimi scilicet inlicitum esse penes illos per quod exorbitare eos vultis. Porro quale est[r], ut quos sanguinem [75]pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis, nisi forte [76]suaviorem eum experti? Quem quidem [77]et ipsum [78]proinde examinatorem Christianorum [79]adhiberi oportebat ut foculum, ut acerram[s]. [80]Proinde enim probarentur sanguinem huma-

62. Ructatur deinde ab *c.* Ructatur ab λ. 63. de homine est *F.* 64. a *om. F. Vindob.* 65. membris vibrant *G.* 66. a spurcitia *Gc.* 67. Christianos qui *ab.* Christianis insultare qui *F.* 68. epulis *inducit Ios. Scaliger.* 69. suffocatis quoque *ABEFG. Erfurt. Vindob.* quoque in suffocatis *D.* quoque suffocatis *abcdef.* 70. morticiniis *b.* 71. ne quo modo *ABEF. Oxon. Erfurt.* ne quoque *Gd. aliquot libri Pamelii.* ne quo *(D)abcef. (Vindob.)* 72. in tormenta λ. 73. distensos *ABEF. Vindob. Erfurt.* distentos *DGabcdef.* 74. certissimi — — eos vultis *om. c.* scilicet *om. Havercamp.* 75. pecudis horrere λ. 76. suaviorem experti estis. Quem quid et λ. 77. et *om. DGabc.* 78. perinde *c.* 79. adhiberi oportebat ut foculum, ut acerram *ABEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* adhiberi ut foculum, ut acerram oportebat *Dabcdef.* 80. Perinde *c.*

m. quia vivos vorant?] Notantur fellitatores. Minuc. Fel. Oct. cap. 28 „qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt.“ Cf. Martial. Epigr. II, 61. Iuven. Sat. II, 79. cum interpr. Auson. Epigr. CXX. Senec. De Benef. IV, 31. Quaestt. Natt. I, 16. Epist. ad Lucil. LXXXVII. Firm. Matern. Astron. VI, 31. VII, 16. VIII, 3. Eustath. ad Il. IX, 129. Suid. s. v. *Λεσβίσαι.*

n. in epulis esculentis] Vocem *epulis* spuriam iudicavit Ios. Scaliger.

o. Denique] V. adnot. ad de Corona cap. 3. De re adnotat Heraldus haec: Sic in asperrima illa persecutione contra Iudaeos Alexandriae Flacco excitata suillae carnes oblatae, de quibus qui gustaverant, dimittebantur, qui abstinebant cruciabantur. Hac de re Philo pluribus in Flacci historia.

p. botulos] Botuli sunt intestina carne et sanguine farta cum condimentis. V. interpretes ad Fest. s. v. et ad Arnob. Adv. Natt. II, 42. Apic. II, 5.

q. admovetis] Sanguine abstinebant Christiani. V. Clem. Alex. Paedag. II, 1. Clem. Constit. Apost. VI, 12. Augustin. C. Faust. Manich. XXXII, 13. Leo Imper. Novell. LVIII. Euseb. H. E. V, 1. Min. Fel. Octav. cap. 30. Curcellaeus De Esu Sang. cap. 13.

r. Porro quale est] Formulae *quale est,* qua haud raro utitur, exempla adscripsi ad De Fuga in Persecut. cap. 5. De significatu particulae *porro* v. adnot. ad De Corona cap. 7.

s. ut foculum, ut acerram.] Foculum, *ἐσχάραν, ἐσχαρίδα περιφορητήν,* acerram *λιβανωτρίδα.* Haec circumferebatur et offerebatur Christianis, ut inde thus sumerent, quod vel in foculum vel in acerram vel in bustum arae inicerent. Tertull. Adv. Marcion. I, 27 „Quid non in persecutionibus statim oblata acerra animam negatione lucraris?“ Basilius in Iulittae martyris encomio: „*καὶ εὐθὺς λιβανωτὸς καὶ ἐσχάρα, καὶ πρόταξις τοῖς δικαζομένοις ἀρνουμένην*

num [81] adpetendo quemadmodum sacrificium respuendo, [82] alioquin [83] negandi [84] si non gustassent, [85] quemadmodum [86] si immolassent, et utique non deesset vobis in auditione[t] custodiarum et damnatione [87] sanguis humanus[u]. Proinde incesti qui magis quam quos ipse Iupiter docuit[v]? Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert[w]. Sed et Macedones suspecti[x], quia, cum primum Oedipum tragoediam audissent, ridentes incesti dolorem, [88] *Ἤλαυνε*[y], di-

81. appetendo Christiani qui sacrificium λ. 82. alioqui *c.* 83. negandi *BFGcd. Vindob.* necandi *ADEλabef. Erfurt. Oxon. Bongars. Fulv. Ursinus.* 84. si non gustassent *AβEFGλabc. Vindob. Erfurt. Oxon.* si gustassent (*AφBD*)*def. Bongars. Fulv. Ursinus.* 85. quemammodum *A. pro more.* 86. si immolassent *ABDEFGλabc. Vindob. Erfurt. Oxon.* si non immolassent *def. Bongars. Fulv. Ursinus.* 87. sanguinis humani *G.* 88. *Ἤλαυνε*, dicebant, *εἰς τὴν μητέρα ego.* *ΕΛΑΥΝΕ* dicebant *ΕΙΣΤΗΝΑΛΙΓΕΡΑ A.* elaune dicebatis ten matera *Agobardi liber Ad. Natt. I,* 16. *ἔλλυνε* dicebant *εἰς τὴν ἀλλιγέρα Elnon. Gandav. teste Pamelio.* elline dicebant eis tena ligera *B. alii.* *ἐλαγγαε* aiebant *μετεραν* λ. emyne dicebant *εἰctHNαM*tepa *E. Erfurt.* *ἔμινε* (emyne *Oxon.*) *εἰς τὴν μητέρα Oxon. Bongars.* eanyne dicebant *ΕΙSTHNAEPA Vindob.* (*Graeca sunt a m. sec.*) ea a. y. ne dicebant cittum epa *F.* dicebant epala *G.* emene dicebant *Da.* *μεμηνε* dicebant *b.* *ἔμεεν* dicebant *εἰς τὴν μητέρα cd.* *ἔμηνε* dicebant *εἰς τὴν μητέρα e.* *ΕΛΑΥΝΕ* dicebant *ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΙΤΕΡΑ f.* *ἤλαυνε* dicebant *τὴν ματέρα Iac. Gothofredus et Havercamp.* *ἐβίνει* dicebant *τὴν μητέρα Io. Clericus Bibl. Ant. et Mod. tom. XV, p.* 106.

μὲν τὸν Χριστὸν ἀπολαύειν τῶν νόμων καὶ τῆς ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας." Prudent. in corona Eulaliae [Perist. III, 121 sqq.] „Haec, rogo, quis labor est fugere? Si modicum salis eminulis Thuris et exiguum digitis Tangere virgo benigna velis?" (Herald.)

t. auditione] h. e. iudicio, cognitione, audientia. Cod. Theodos. XI, 30. cap. 67. de Appell. et Poena „inferiorum iudicum sacra desideratur *auditio*." Ibid. VIII, 4, 26 „*Auditionem* huius legis intercessione depulsam."

u. sanguis humanus.] Sententia evidens, cum dicitur proinde probatum iri Christianos ex appetitu sanguinis humani, si ita esset, ac probari ex recusatione sacrificiorum solent, alioquin negandum fore Christianos esse, si non gustarent sanguinem, quem tantopere dicuntur appetere. Confirmatur hoc sequentibus, cum Tertullianus inquit commode illis sanguinem persaepe adesse ex reorum, qui in custodia fuerunt, damnatorum suppliciis, ut appetentiam sanguinis in Christianis explorare possent. (Fr. Iunius.)

v. ipse Iupiter docuit?] Qui matrem et filiam constupravit (Clem. Alex. Protr. cap. 2. p. 13. Potter. Arnob. Adv. Natt. V, 20 sqq.), sororem sibi coniugem fecit (Clem. Alex. l. l. Tatian. Ad Gr. cap. 13. et 16. Athenag. Legat. cap. 16. et 27. Tertull. Apol. cap. 14. Minuc. Fel. Octav. cap. 31. Arnob. Adv. Natt. V, 9. IV, 35. Firm. Mat. De Err. Prof. Relig. cap. 4. Augustin. De Civ. Dei IV, 10. Paulin. Nolan. Adv. Paganos v. 56 sqq.).

w. Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert.] V. Brisson. De Regno Pers. II, 155. p. 493 (229). Kanne ad Conon. IX, p. 86. Lucian. De Sacrif. tom. I, p. 364. ed. Voss. Diog. Laërt. I, 7. prooem. et X, 11, 9. Tatian. Ad Gr. cap. 45. Clem. Alex. Strom. III, p. 431. Clem. Recognit. IX, 20. Minuc. Fel. Octav. cap. 31.

x. Macedones suspecti] Voc. *suspecti* equidem suspectum habeo in notatione Macedonum, quos diverso moris impuri genere laborasse tradit scriptor Pythagoricus in Galei Opusc. Mythol. p. 712. Corrigendum videtur *stupri periti*. (Godofr. Bernhardyus.)

y. *Ἤλαυνε*] *Ἔμηνε* vera si lectio est, hoc sibi volebant Macedones: Quaenam ista tandem tanti doloris causa? In matrem coepit furere et eam adamare? Si autem altera lectio magis placet *ἤμεεν*, asperius notantur impuri homines, quasi impium illud flagitium non pluris fecerint, quam si Oedipus in matrem imminxisset [Cf. Pers. Sat. VI, 53 „Patriciae immeiat vulvae." Catull. LXVII, 30 „Qui ipse sui gnati minxerit

cebant, *εἰς τὴν μητέρα.* Iam nunc recogitate quantum liceat erroribus ad incesta miscenda, suppeditante [89]materias passivitate luxuriae[z]. Imprimis filios exponitis suscipiendos ab aliqua [90]praetereunte misericordia [91]extranea[a], vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis[b]. Alienati generis necesse est quandoque [92]me-

89. materia λ. *In Da. legitur* ad incestas miscere pessumitate luxuriae, *in c.* ad incesta miscenda suppeditare materias passim invitante luxuria. 90. praetereunte matre extranea (extranea *om. D.*) *Dabc.* praetereunte misericordi *Ios. Scaliger.* 91. extraneae *d. In D. absunt verba* extranea vel adoptandos melioribus. 92. memoriam dispesci λ.

in gremium."]. Verum haec mihi nequaquam satisfaciunt, propeque est ut scriptum existimem *ἐμίηνε εἰς τὴν μητέρα,* matrem incestavit. Nam *μιαίνειν* hac in re proprium et *μιαροί* saepe incesti. (Herald.) *Ἔλαννε εἰς τὴν μητέρα.* Dicti acumen intelleget qui meminerit Oedipum regem ac bellatorem fuisse adeoque exercitus ducem: Graeci autem dicunt *ἐλαύνειν* quod Latini agere, ducere, movere, *ἄγειν τὸν στρατόν.* Cum igitur primus scenam Oedipus intravit dolens infelicitatem suam, ob incestum quod ignorans cum matre patraverat, Macedones rem omnibus diris execrandam iocosa dicti huiusce ambiguitate exceperunt: Age duc in matrem! quasi metropolin aliquam subacturus. At ille miser matrem propriam subegerat, *γάμῳ,* ut ait Sophocles, *ἀγάμῳ.* (Rigalt.) Incerta scriptura, incerta sensus explicatio. Librorum scriptorum et maior et melior pars *ἐλαύνειν* verbum tuetur et praepositionem *εἰς.* Hinc reponendum videbatur *Ἤλαννε εἰς τὴν μητέρα.* Rem plenius enarrat Tertullianus Adv. Natt. I, 16 „cum primum scenam eorum Oedipus intravit trucidatus oculos, risu ac derisu exceperunt. Tragoedus consternatus retracta persona, Numquid, ait, domini, displicui vobis? Responderunt Macedones: Immo tu quidem pulchre, at scriptor vanissimus, si finxit, aut Oedipus dementissimus, si ita fecit. Atque exinde alter ad alterum *Ἤλαννε,* dicebat, *εἰς τὴν μητέρα*" h. e., ut ego quidem interpretor: Descendebat ad matrem usque. Hoc scilicet dicto probarunt Macedones incesti quidem eiusmodi dolore sese haud magnopere commoveri, utpote levioris peccati, certe non tanti, ut qui commiserit oculos sibi effodiendi iustam causam haberet, praesertim cum in vetulam matrem peccaverit, tanto piaculo minime dignam. Hanc veram loci interpretationem esse puto. Godofr. Bernhardyus V. Cl. emendat *Ἔλαννε δὶς τὴν μητέρα!,* tamquam dixerint Macedones: Age, iterum incesta matrem, delictum tuum eo non gravius evadet! Sagacissima sane et elegantissima emendatio, cui totus faverem, si faveret ipse Tertullianus in gemello libri Ad Natt. loco. Ibi enim narrantur Macedones illa verba non Oedipodi tragoedo acclamasse, sed alterum ad alterum dixisse. Minus refragarer, si quis libri Fuldensis, quem *„ἔλαγγαε aiebant μετεραν"* habere adnotatum est, scripturam ita corrigere vellet: *„Ἐλάγχανε, aiebant, τὴν μητέρα,"* eo sensu, ut dixerint: Quid magni commisit iste Oedipus, ut sibi oculos effoderet? Incidit in matrem.

z. passivitate luxuriae.] Infra et Ad Natt. I, 16. dicit „saltus ubique luxuriae." De voc. *passivitate,* proprio Tertullianei stili, cf. adnot. ad De Corona cap. 8., ubi quos ex Tertulliani scriptis adnotavi locis haec adde exempla. Salvian. De Gub. Dei VII, p. 218 „Quis coniugi fidem reddidit, immo, quantum ad *passivitatem libidinis* pertinet, quis non coniugem in numerum ancillarum redegit?" Firm. Matern. Astron. IV, 8 „*Passivos in coitu* faciet, et nunquam in uxorum amoribus perseverantes."

a. ab aliqua praetereunte misericordia extranea] Quinctil. Declam. CCVI „Alia tamen condicio est eorum, quibus *obvium patrem* quaerit exponentium paupertas." Lactant. Div. Inst. XX, 6 „Quid illi, quos falsa pietas cogit exponere? Non possunt innocentes existimari, qui viscera sua in praedam canibus obiciunt et, quantum in ipsis est, crudelius necant, quam strangulassent. Quis dubitet, quin impius sit, qui *alienae misericordiae* locum non tribuit." Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 31.

b. emancipatis] Exponendo.

moriam dissipari[c], [93]et simul error inpegerit[d], exinde iam tradux[e] proficiet incesti serpente genere cum scelere. Tunc deinde quocunque in loco, domi, peregre, trans freta comes est libido, [94]cuius ubique saltus[f] facile possunt alicubi ignaris filios[g] pangere vel ex aliqua [95]seminis portione[h], [96]ut ita sparsum genus per commercia humana concurrat in memorias suas[i], [97]neque eas [98]caecus incesti sanguinis[k] agnoscat. Nos ab isto eventu diligentissima et fidelissima castitas sepsit, [99]quantumque ab stupris et ab omni post matrimonium excessu[l], tantum et ab incesti casu tuti sumus. Quidam

93. et semel λ. 94. cuiusque ubique λ. 95. seminis sparsione *f. Havercamp.* 96. ut ita sparsum (*Aβ*)*f. Haverc.* ut ita spersum λ. uti asparsum *Aφ.* uti aspersum *BDEFabcde. Oxon. Vindob. Erfurt.* uti aspersum *G.* veluti aspersum *Fulv. Ursinus.* 97. ne quis eas λ. 98. caecus *ABλ.* cetus *E. Erfurt.* coetus *Dabcdef.* (*Oxon.*) coitus *Fulv. Ursinus.* cetum *G.* tecum *F. Vindob.* 99. quantumcunque *D. Vindob.*

c. quandoque memoriam dissipari] Perperam explicat La Cerda verba „memoriam dissipari" per „generationem extendi", cum *dissipari* h. l. sit disturbari et aboleri. Fuldensis liber pro *dissipari* habet *disperci*, quod emendandum in *dispergi*. De re cf. Clem. Alex. Paedag. III, 3 „ἀλλ' οὐδὲ συνίασιν οἱ ταλαίπωροι, ὡς τὸ ἄδηλον τῆς συνουσίας πολλὰς ἐργάζεται τραγῳδίας· παιδὶ πορνεύσαντι καὶ μαχλώσαις θυγατράσιν ἀγνοήσαντες πολλάκις μίγνυνται πατέρες, οὐ μεμνημένοι τῶν ἐκτεθέντων παιδίων, καὶ ἄνδρας δείκνυσι τοὺς γεγεννηκότας ἀκρασίας ἐξουσία." Minuc. Fel. Octav. cap. 31 „Merito igitur incestum penes vos saepe deprehenditur, semper admittitur. Etiam nescientes, miseri, potestis in inlicita proruere; dum Venerem promisce spargitis, dum passim liberos seritis, dum etiam domi natos alienae misericordiae frequentes exponitis, necesse est in vestros recurrere, in filios inerrare." Lactant. Div. Inst. VI, 20 „Quae autem possint vel soleant accidere in utroque sexu, vel per errorem quis non intelligit? quis non ignorat? Quod vel unius Oedipodis declarat exemplum duplici scelere confusum." Cf. Iust. Mart. Apol. I, p. 70.

d. et simul error inpegerit] Impegerit parentes in alienati generis incestum. Potest autem verbum *impingere* eodem iure et pro intransitivo accipi, ut dicatur ipse error impingere vel impingi in incestum. Cf. Apol. cap. 3 „quod ita plerique clausis oculis in odium eius *impingunt*." De *simul* pro *simul atque* posito cf. adnotat. ad cap. 1.

e. tradux] V. adnot. ad cap. 7.

f. ubique saltus] Coniungit in hunc modum saepius cum substantivis adverbia pro adiectivis. Apol. cap. 17 „iterum Christianus." Ibid. cap. 5 „tot exinde principes." Ibid. cap. 25 „adhuc regnum." Ibid. cap. 48 „rursus ac rursus resurrectio." Ad Natt. I, 12 „intus cruci." Ibid. I, 16 „ubique saltus luxuriae." Ibid. II, 5 „artificis intus et domini." De Spectac. cap. 1 „solatia extrinsecus oculorum et aurium."

g. filios] h. e. liberos. V. Verheyk ad Eutrop. p. 116. Muncker ad Fulgent. Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. IV, 16. et ad Apul. Metam. II, 7. p. 88 sq.

h. vel ex aliqua seminis portione] Vel ex quantulacunque seminis portione. Licet enim fiat saepius, ut vana et irrita sit coitio cum muliere quapiam semel patrata, tamen et contrarium usus passim docet.

i. in memorias suas] h. e. in origines suas, ita ut filia a patre stupretur, filius matrem incestet.

k. caecus incesti sanguinis] *Caecus*, quod hic optimi libri praebent, si ponitur pro *ignarus*, cum genitivo strui solet. Cf. Quinct. Instit. Orat. I, 10. Gell. N. A. XII, 13. Claudian. De Raptu Pros. I, 138. Sed etiam vulgata scriptura habet, unde defendatur. *Coetus* enim passim poni de concubitu exempla docent adlata ab Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. IV, 22. Cf. Wakef. ad Lucret. I, 1016.

l. excessu] h. e. exorbitatio. De Spectac. cap. 2 „neque genitalia (sc. sumpsimus) ad *excessus impudicitiae*. Cf. Apolog. cap. 22 „(daemones infligunt)

multo securiores totam vim huius erroris [1]virgine continentia depellunt[m], senes pueri. [2]Haec in vobis esse si consideraretis, proinde in Christianis non esse perspiceretis. [3]Idem [4]oculi renuntiassent [5]utrumque. Sed [6]caecitatis duae species [7]facile concurrunt, ut qui non vident [8]quae sunt, videre videantur quae non sunt. [9]Sic per omnia ostendam. [10]Nunc de manifestioribus dicam.

Deos, inquitis, non colitis, [1]et pro imperatoribus sacrificia Cap. X. [2]non penditis. Sequitur ut eadem ratione pro aliis non sacrificemus, quia nec pro nobis [3]ipsis, semel[a] deos non [4]colendo. Itaque [5]sacrilegii et maiestatis rei convenimur[b]. Summa haec causa, [6]immo

1. virgine *ABEGef. Oxon. Vindob. libri Pamelii omnes.* virginea *F(λ)abc.* virgini *D.* virginis *Erfurt.* 2. Si haec in vobis esse considerare tis *D(λ)abef.* 3. Idem *AβEFGcd. Erfurt. libri Pamelii.* Iidem (*AφBDλ. Vindob.*) *abef.* 4. oculi *om. Gc. Erfurt.* 5. utrisque *Erfurt.* 6. coecitati *ab.* 7. facile *om. Da.* 8. quae sunt videre *ABDEGcd. Vindob. Oxon. Erfurt.* quae sunt et videre *F(λ)bef.* quaerant et videre *a.* 9. Sic per omnia nunc ostendam *e. Omittit haec verba c.* ostendam *om. Dab.* 10. Nunc de manifestis. Deos *λf. Havercamp.*

Cap. X. DE NON COLENDO IDOLO (DE COLENDO IDOLA *A. m. pr.*) *ABDE. Vindob. Erfurt. Oxon.* DE NON COLENDO IDOLA *G.* DE NON COLENDIS IDOLIS *aliquot libri Pamelii.* QVOD SATVRNVS IVPITER ET ALII DII HOMINES FVERINT ET NON VERE DII *Vaticanus unus.* DEOS QVOS COLUNT NON ESSE DEOS *ab.* 1. et imperatorum *F. Vindob.* 2. non impenditis *Dacdcf.* 3. ipsis. Scimus deos *ab.* 4. colendos *Dab.* 5. sacrilegi *F. Vindob.* 6. immota est *Da.*

animae repentinos et extraordinarios per vim *excessus.*" De Corona cap. 7 „ab originibus usque ad profectus et *excessus* rei." De Anima cap. 27 „*Excessus,* non status est impudicus. — — *Excessus* vero maledictus, adulteria et stupra et lupanaria." De loco cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 31 „At nos pudorem non facie, sed mente praestamus. Unius matrimonii vinculo libenter adhaeremus; cupiditate procreandi aut unam scimus aut nullam; convivia non tantum pudica colimus, sed et sobria. Nec enim indulgemus epulis aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus; casto sermone, corpore castiore plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur; tantum denique abest incesti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio." Cf. Iustin. Mart. Apol. I, p. 27. Athenag. Pro Christ. cap. 28.

m. virgine continentia depellunt] Talis Proculus ille, cuius meminit Adv. Valentin. [cap. 5] „Proculus noster *virginis senectae* dignitas." *Senex puer,* qui ad senectam usque puerilem virginitatem servaverat. (Rigalt.) Adde Tertull. De leiun. cap. 6 „*Virgo saliva.*" Plin. H. N. XXXIII, 33 „*virginem terram* nactus." Inscr. ap. Fabrett. p. 53. n. 308 „Hoc *monumentum virginem* comparaverunt." Martial. Epigr. I, 67 „*virginis chartae.*"

Cap. X. a. semel] *ein für allemal.* Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

b. sacrilegii et maiestatis rei convenimur.] Transiit Tertullianus ad eas criminationes, quae a rebus manifestis ac minime controversis sumebantur. De re igitur conveniebat; de consecutione et de crimine non item. Nam ex eo, quod Christiani deos gentium non colerent nec pro imperatoribus sacrificareut, sacrilegii et impietatis, tum maiestatis conveniebantur. Fatebantur autem Christiani diis gentium cultum se nullum impendere, neque pro imperatorum salute iisdem immolare. Sed inde effici negabant sacrilegos se esse ac maiestatis reos. Non erat igitur solicitanda vulgata lectio *et pro imperatoribus sacrificia non impenditis.* Nam Cuiacius legebat *et imperatoribus sacrificia non impenditis.* MS. Tuteani habet *non penditis.* Sed bene *non impenditis.* Tertullianus De Idol. cap. 6 „Colis autem non spiritu vilissimi nidoris alicuius, sed tuo proprio, nec anima pecudis *impensa,* sed anima tua." (Herald.) *Convenire,* forense verbum satis frequens apud Tertullianum, significat *tenere, iudicio adgredi, accusare.* Sic Ad Natt. I, 17 „Vanitatis sacrilegia *conve-*

tota est, et utique digna cognosci, si non praesumptio aut iniquitas iudicet, altera quae [7]desperat, altera quae recusat veritatem. Deos vestros colere [8]desinimus [9]ex quo illos non esse cognoscimus. Hoc igitur exigere debetis, uti probemus non esse illos deos, et idcirco non colendos, quia tunc demum coli debuissent, si dei fuissent. Tunc et Christiani puniendi, [10]si quos non colerent, quia putarent non esse, constaret illos deos [11]esse. Sed nobis, inquitis, dei sunt. Appellamus et provocamus [12]a vobis ad conscientiam vestram: illa nos iudicet, [13]illa nos damnet, si poterit negare [14]omnes istos deos vestros homines fuisse. [15]Si et ipsa inficias ierit, de suis antiquitatum instrumentis revincetur[c], de quibus [16]eos didicit, testimonium perhibentibus ad hodiernum et civitatibus in quibus nati sunt, et regionibus in quibus aliquid [17]operati vestigia reliquerunt, in quibus etiam sepulti demonstrantur. [18]Nunc ergo per singulos decurram, tot ac tantos, novos, [19]veteres, barbaros, Graecos, Romanos, peregrinos, captivos[d], adoptivos, proprios, communes, [20]masculos, feminas, rusticos, urbanos, nauticos, militares? Otiosum [21]est etiam titulos persequi, [22]ut colligam in compendium, et hoc non quo cognoscatis, [23]sed recognoscatis. [24]Certe enim oblitos [25]agitis. Ante Saturnum deus penes vos nemo est, ab illo

7. disperat *A.* desperet *λa.* 8. desivimus *F.* desiimus *c.* 9. ex quo illos non esse recognovimus *F.* et statim cognovimus *λ.* 10. si eos *λ.* 11. esse. Sed apud vos, inquitis, constat deos esse illos. Appellamus *λ.* 12. a vobis ipsis ad conscientiam *λ.* 13. illa vis nos damnet *F.* illa condemnet *λ.* 14. omnes deos istos *F.* omnes istos *E. Erfurt. Oxon.* 15. Si et ipsa inficias ierit *Aβλef.* Si (Sic *F.*) et ipsa inficia si erit *EFG. Vindob. Erfurt.* Sed et ipsa inficias (*AφB*) si ierit *AβBDbcd.* Si et ipsa inficias si ierit *a.* 16. eos dicit *A.* dicit eos *E. Erfurt.* dicit *a.* 17. operati aliquid *F.* 18. Nec ergo *Vindob.* Nec ego *cdef.* Num ergo *F(λ)b.* 19. veteres, servos, barbaros *ab.* veteres, barbaros, servos *D.* 20. masculinos *ab.* 21. est enim *λ.* 22. ut *om. b.* 23. sed ut *λ.* 24. certi *λ.* 25. *Post voc.* agitis *in veteribus libris novum caput incipit, decimum in scriptis ABDEG. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros. cum titulo* DE SATVRNO ET IOVE., *undecimum in excusis cum inscriptione* QVOMODO VETERVM DII PLANE MORTALES FVERE ET QVARE CUM HOMINES ESSENT FACTI SINT AB HOMINIBVS DII.

niam." Ibid. I, 1 „Scio plane qua responsione soletis redundantiae nostrae testimonium *convenire.*" Apolog. cap. 31 „Qui magis inimici et persecutores Christianorum, quam de quorum maiestate *convenimur* in crimen?" Ibid. cap. 35 „In secundum sacrilegium *convenimur* Christiani."

c. instrumentis revincetur] Cf. adnot. ad De Corona cap. 7., et ad De Test. Animae cap. 1. La Cerda apte citat Prosper. De Vita Contemplat. III, 31 „De suis quoque litteris istorum revincantur ineptiae."

d. captivos] Prudent. c. Symmach. II, 347 „Innumeros post deinde deos virtute subactis Urbibus et claris peperit sibi Roma triumphis, Inter fumantes templorum armata ruinas Dextera victoris simulacra hostilia cepit Ex captiva domum venerans ceu numina vexit." Arnob. Adv. Natt. III, 39 „Quodsi opinio Cornificii vera est, imprudens Cincius invenitur, qui urbium victarum deos afficit potestate Novensilium." Tertull. Apol. cap. 25 „Tot igitur sacrilegia Romanorum quot tropaea, tot de deis quot de gentibus triumphi, tot manubiae

census[e] totius vel potioris [26]et notioris divinitatis. Itaque quod de origine constiterit, id et de posteritate conveniet. Saturnum itaque, [27]si quantum litterae [28]docent[f], neque [29]Diodorus Graecus[g] aut [30]Thallus[h] neque Cassius Severus[i] aut Cornelius Nepos[k] neque ullus commentator [31]eiusmodi antiquitatum aliud quam hominem [32]promulgaverunt, [33]si quantum rerum argumenta[l], nusquam invenio fideliora quam apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post multas expeditiones [34]postque Attica hospitia[m] consedit, exceptus a Iano, vel Iane[n], [35]ut Salii volunt. Mons quem [36]incoluerat, Saturnius dictus, civitas quam [37]depalaverat[o], Saturnia usque nunc est, tota

26. et notioris *ABEG. Erfurt.* et nobilioris *F. Vindob.* vel notioris *Dabcdef.* 27. si quantum *ABDEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* quantum *abcdef.* 28. docent *om. λ.* 29. theodorus *FGc. Vindob.* 30. Tallus *abce.* 31. eiuscemodi *d. ex codd. scriptis nescio quibus.* huiusmodi *c.* 32. promulgarunt *c.* 33. si quaeras *abcd.* 34. postquam *ae. libri aliquot Pamelii.* 35. ut si alii *Vindob.* ut alii *F. Fulv. Ursinus.* 36. coluerat *Dabc.* 37. debellaverat *Dabc.* depellaverat *G.*

quot manent adhuc simulacra captivorum deorum.“ Cf. imprimis Macrob. Saturn. III, 9.

e. census] V. quae adnotavero ad De Corona cap. 13.

f. si quantum litterae docent] Si quid litterae docent.

g. Diodorus Graecus] Respicit Diodor. V, 77.

h. Thallus] Thallum Syriacum historiam diligenter tractasse auctor est Africanus apud Euseb. Praepar. Evang. X, 3. et Euseb. Chron. I, p. 14. Meminere eius praeter Tertull. Apol. cap. 10 et 19., et Ad Natt. II, 12., Iustin. Mart. Paraen. p. 7 (p. 10.), Theophil. ad Autolyc. III, p. 274. Minuc. Fel. Octav. cap. 22. Lactant. Inst. I, 13.

i. Cassius Severus] Vossius de Histor. Latin. I, 21. Cassium hunc recte docet non esse Severum illum clarissimum rhetorem, de quo cf. Dial. De Orat. cap. 19. Sueton. Vitell. cap. 2. Senec. Exc. Contr. praef. Tacit. Ann. I, 72., sed Cassium Heminam, et Severi nomen ex glossemate imperiti alicuius librarii irrepsisse putat. De glossemate valde dubito, praesertim cum etiam Ad Natt. II, 12. idem scriptoris nomen inter eosdem occurrat. Rectius iudicaveris Tertulliano humani aliquid accidisse, ut Heminam Cassium cum Severo confunderet, quemadmodum etiam in aliorum scriptorum nominibus passim peccarunt ecclesiastici patres, et ipse Tertullianus, ut suis locis ostendam. Neque Minuc. Fel. Octav. cap. 22. et Lactant. Instit. I, 13., qui Cassii scriptoris huius item inter Diodorum, Thallum, Nepotem meminerunt, cum Severi nomen non addant, alia causa id induxisse censendi videntur, quam quod errorem deprehenderint. Ceterum Vossio assentitur etiam Weichertus De Varii et Cassii Parm. Vita p. 183. Tertullianum lapsu memoriae Cassium Severum, cuius nomen longe notissimum erat, pro Cassio Hemina protulisse iudicavit etiam Godofr. Bernhardyus V. Cl.

k. Cornelius Nepos] In Chronicis suis. Cf. Gell. N. A. XXVII, 21.

l. si quantum rerum argumenta] Si quid rerum argumenta docent.

m. Attica hospitia] V. Macrob. Saturn. I, 10 „Philochorus Saturno et Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit, eosque deos pro Iove terraque coluisse instituisseque ut patres familiarum et frugibus et fructibus iam coactis passim cum servis vescerentur“ sqq. Cf. Pausan. Att. XVIII, 6. Buttm. Mythol. II, p. 52.

n. vel Iane] Ianus vel Ianis dicitur ab antiquo *io*, id est *eo*, ut etiam Iana iniens luna novellaque dicta Varroni De Re Rust. I, [37.]. Etsi prope est, ut cum aliis legam *a Iano vel Eano, ut Salii volunt.* Nam ut *eo* fit ex *io*, unde participium *iens*, sic *Eanus* ex *Ianus*, *Epona* pro *Ipona*. Et *e* litteram pro *i* veteres usurpasse auctor est Quinctil. Instit. V, 6., et antiqua marmora contestantur. Quin et Cornificius Etymorum lib. III. „Cicero, inquit, non Ianum, sed Eanum nominat, ab eundo;“ auctor Macrob. Saturn. I, 9. (Franc. Iunius.)

o. quam depalaverat] *Depalare* pro-

denique Italia post Oenotriam Saturnia cognominabatur[p]. Ab ipso primum [38]tabulae et imagine [39]signatus nummus, et inde aerario praesidet[q]. Tamen si homo Saturnus, utique ex homine, et quia ab homine, non utique [40]de caelo et terra. Sed cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici quorum et omnes possumus videri. Quis enim non caelum [41]ac terram [42]matrem ac patrem venerationis et honoris gratia appellet? vel ex consuetudine humana, qua ignoti vel ex inopinato adparentes de caelo supervenisse dicuntur. Proinde Saturno [43]repentino ubique caelitem [44]contigit dici; nam et terrae filios vulgus vocat quorum genus [45]incertum est[r]. Taceo quod ita [46]rudes adhuc homines agebant, ut cuiuslibet novi viri adspectu quasi divino commoverentur, cum hodie iam politi quos ante paucos dies luctu [47]publico mortuos sint confessi, in deos consecrent. Satis iam de Saturno, licet paucis. Etiam

38. tabula *ab*. 39. et signatus λ. 40. e caelo λ. 41. ac terram *ABEFG. Erfurt. Vindobon.* aut terram λ. et terram *Dabcdef.* 42. matrem ac patrem *ABEFabdef. Vindob.* patrem ac matrem *G.* patrem aut matrem λ. matrem et patrem (*DE. Erfurt.*) *c.* 43. repentino adventu ubique *abcd.* repentino adventu utique *Fulv. Ursinus.* 44. contingit *DGc. Erfurt.* 45. in incerto est. λ. *Haverc.* 46. rudes tunc λ. 47. publico humatos mortuos λ.

prie est palis cingere, palis defixis terminos designare vel delimitare, ut docent Inscriptt. apud Orell. n. 3688. 3689. Cf. Vitruv. IX, 8. Hermas Past. I, 5 „eique assignavit vineam praecipiens, ut vitibus iungeret palos ..... cumque *depalasset* vineam illam" sqq. Id. III, 5 „ingressus est vineam, quam cum *depalatam* vidisset decenter ...., ex facto hoc servi sui gaudium cepit." Cf. Tertull. Adv. Hermog. cap. 29 „Omnia opera sua deus consummavit, incultis primo elementis *depalans* quodammodo mundum, dein exornatis velut dedicans." Id. Adv. Marcion. V, 6 „Nam quod architectum se prudentem affirmat, hoc invenimus significari *depalatorem* disciplinae divinae." Adde Id. Ad Natt. II, 12.

p. post Oenotriam Saturnia cognominabatur.] De breviloquentia quae inest verbis *post Oenotriam* v. quae adnotata sunt ad Scorpiac. cap. 11. De re cf. Dion. Halic. I, 12. Serv. ad Aen. I, 536. VII, 85. Aristot. Polit. VII, 9. p. 464. Wechel. De Saturnia et urbe et terra v. Fest. p. 322. Muell. Varro De L. L. V, 42. Ovid. Fast. VI, 31. Cf. Macrob. Saturn. I, 7. Augustin. De Civ. Dei VII, 2.

q. et inde aerario praesidet.] De Saturno litterarum inventore nummorumque signatore testantur etiam Macrob. Saturn. I, 7. Minuc. Fel. Octav. cap. 22. Cyprian. De Idol. Vanit. cap. 2. Isidor. Origg. XVI, 18. Paulinus Nolanus in carmine adv. Paganos v. 73 sqq. nummorum signationem attribuit Iano, cum Athenaeo Deipnos. XV, p. 692. Aerarium in aede Saturni fuisse notum est. V. Serv. ad Georg. II, 502. ad Aen. VIII, 311. Varro De L. L. V, 181. Festus p. 2. Muell. Cf. ad totum hunc Tertulliani locum Minuc. Felix l. l. Cyprian. l. l. Lactant. Instit. I, 11. Tertull. Ad Natt. II, 12.

r. terrae filios vulgus vocat quorum genus incertum est.] Praeter Minucium Felicem et Lactantium, qui Tertullianum exscripserunt, cf. Quinctil. Instit. III, 8 „Multum auctoritatis adfert vetustas, ut iis qui terra dicuntur orti." Cic. ad Att. I, 13 „et huic terrae filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo." Liv. I, 8 „vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem mentiebantur." Serv. ad Georg. I, 9 „Achelous terrae filius fuisse dicitur, ut solet de his dici, quorum per antiquitatem latent parentes."

Iovem [48]ostendemus tam hominem quam ex homine, et deinceps totum [49]generis examen tam mortale quam seminis sui [50]par[a].

[1]Et quoniam sicut [2]illos homines fuisse non [3]audetis negare, Cap. XI. ita post mortem deos factos instituistis adseverare, causas quae hoc exegerint retractemus. Inprimis quidem necesse est concedatis [4]esse aliquem sublimiorem deum et mancipem [5]quendam divinitatis[a], qui ex hominibus deos fecerit. Nam neque sibi illi sumere [6]potuissent divinitatem, quam non habebant, [7]nec alius praestare eam non habentibus nisi qui proprie [8]possidebat. Ceterum si [9]nemo esset qui deos faceret, frustra praesumitis deos factos auferendo factorem. Certe quidem si ipsi se facere potuissent, nunquam homines fuissent, possidentes [10]scilicet condicionis melioris potestatem. Igitur si est qui faciat deos, revertor [11]ad causas examinandas faciendorum ex hominibus deorum, nec ullas invenio, [12]nisi si ministeria et auxilia officiis divinis desideravit ille magnus deus. Primo indignum est, ut alicuius opera indigeret, et quidem mortui, cum dignius ab initio [13]deum aliquem fecisset qui mortui [14]erat operam desideraturus. Sed nec [15]operae locum video. Totum enim hoc mundi corpus sive innatum et [16]infectum[b] secundum Pythagoram, sive [17]natum factumve secundum Platonem, semel utique [18]in ista constructione dispositum et instructum et ordinatum cum

48. ostendimus *cd.* 49. generis ipsius *λ.* 50. par est. *DEab.* paret *E. m. sec. et Vindob.* pater (*aut* pater est.) *Meursius Crit. Arnob. p.* 227. *et Wopkens Misc. Observ. tom. X, p.* 38.

Cap. XI. 1. Sed quoniam *λ.* 2. illos *om. ace.* 3. debetis *F.* 4. esse *om. F. Vocabulum* aliquem *desideratur in ed. Haverc.* 5. quidem *Gb. Gorziens.* 6. potuissent sumere *Dabcdef.* sumere debuissent *G.* 7. nec aliis *EGac.* 8. possidebant *ac.* 9. nemo est *λ.* 10. scilicet condicionis melioris *ABFG. Vindob.* scilicet melioris condicionis *DEabcdef.* scilicet apud se melioris *λ. Haverc.* 11. ad examinandas rationes faciendorum deorum ex hominibus *F.* 12. nisi ministeria *E.* nisi si mysteria *c.* 13. deus *Da.* 14. operam erat *F.* 15. operae. *ABGbcdef. Vindob. Gorziens.* operi *Da. Oxon.* operis *F.* 16. infactum *Dab.* 17. natum et factum *Dabcdef.* 18. in hac constructione *abcd.* in ipsa conceptione *λ. Haverc.*

s. quam seminis sui par.] Quam auctoris sui simile. De structura adiectivi *par* cf. Apolog. cap. 11 „*horum* autem *pares* deus ille *maiestatis* suae consortio adscivit.“ De Spectac. cap. 19 „quod homo *par eius* tam nocens factus est, ut tam crudeliter impendatur.“ De Patientia cap. 15 „quod ipsa diversitas mali et boni aequaliter *magnitudinis par* est.“ Cf. Cic. Pis. cap. 4. Phaedr. IV, 15. Lucan. Pharsal. X, 382.

Cap. XI. a. et mancipem quendam divinitatis] Quasi magnarium quendam divinitatis negotiatorem. Mancipes Asconius [in Divin. Verr. cap. 10.] interpretatur principes publicanorum, redemptores. Sic apud auctores iuris mancipes viarum, salinarum etc. Sic et Tertullianus libro de Idololatria [cap. 1.] dixit *mancipes* idolorum. (Rigalt.) V. adnot. ad De Idolol. cap. 1.

b. sive innatum et infectum] De hisce philosophorum placitis v. Cic. Tusc. I, 28, 70. Acad. II, 37, 118. De Nat. Deor. I, 8. II, 33. III, 13. Plat. Tim. p. 28. B. Diog. Laërt. III, 41, 71. Apul. De Dogm. Plat. I, 8. Euseb. Praep. Evang. I, 8. Tatian. Ad Graecos cap. 41. Wyttenb. in Comm. de Placito Immort. (ante Plat. Phaed.) p. XXII., et quae congesserunt interpretes ad Min. Felic. Octav. cap. 34. et Arnob. Adv. Natt. II, 56.

[19]omni rationis gubernaculo inventum est. Imperfectum non potuit esse quod [20]perfecit omnia[c]. Nihil Saturnum et Saturniam gentem expectabat. Vani erunt homines, nisi certi sint a primordio et pluvias de caelo ruisse et sidera radiasse et lumina floruisse[d] et tonitrua mugisse et ipsum Iovem quae in manu eius [21]inponitis fulmina timuisse[e], item omnem frugem ante Liberum et Cererem et Minervam[f], immo ante illum aliquem principem [22]hominem de terra exuberasse, quia nihil [23]continendo et sustinendo homini prospectum post hominem [24]potuit inferri. Denique invenisse dicuntur necessaria ista vitae, non instituisse. Quod autem invenitur, fuit, et quod fuit, non eius deputabitur[g] qui invenit, sed eius qui instituit; erat enim antequam inveniretur. Ceterum si propterea Liber deus quod vitem demonstravit, male cum Lucullo actum est, qui primus [25]cerasia[h] ex Ponto Italiae promulgavit[i], quod non est propterea consecratus [26]ut frugis novae auctor, qui ostensor. Quamobrem si ab initio et instructa et certis exercendorum officiorum suorum rationibus dispensata universitas constitit, vacat ex hac parte causa [27]adlegendae humanitatis in divinitatem, quia quas illis

19. omnis λ. 20. perficit *Dabcef.* 21. inponitis *ABGλ. Vindob.* ponitis *DEFabcdef. Erfurt. Oxon. In c. verba* et ipsum Iovem — — timuisse *desiderantur.* 22. hominum λ. 23. condendo λ. 24. potuit inveniri λ. 25. cerasia *ABEFG. Vindob. Ambros. Oxon. Erfurt.* cerasa (*D*)*abcdef.* cerasa (?) Romanis λ. 26. ut frugis novae auctor (novae frugis *E. Erfurt. Oxon.*) quia ostensor *ABEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* ut novae frugis auctor quia inventor et ostensor (*Dλ*)*abcdef.* 27. adlegendae *A* (*m. pr.*) *BG* (λ) *bcdef. Vindob.* (*Oxon.*) allegandae (alligandae *Aβ. m. sec.*) *ADEFa. Erfurt.*

c. quod perfecit omnia.] Imperfectus esse non potuit mundus, quo facto censentur omnia perfecta. Nulla enim illius pars Saturnum, Iovem, aut aliquid illius, expectabat ad consummationem sui. (La Cerda).

d. et lumina floruisse] Tertull. [De Patient. cap. 2 „Qui *florem lucis* huius super iustos et iniustos aequaliter spargit.“ De Idol. cap. 18 „Qualis purpura de humeris eius *floreret?*“ Adv. Marcion. IV, 42 „Ceterum adversario laeso caelum *luminibus floruisset,* magis sol radiis insultasset“ sqq. Cf. Salmas. ad Tertull. De Pallio p. 119. Herald. ad Tertull. Apol. cap. 11. et Digress. I, 7. p. 204 sq. Omnia quae propria sunt herbis et floribus, igni et luci tribuuntur. V. Sophocl. Electr. v. 42. Aeschyl. Prometh. v. 22 sqq. (ubi v. Porson.), Peerlkamp. ad Horat. Epod. XVI, 33. p. 503. Kopp. ad Mart. Cap. II, §. 206. p. 245. Interprr. ad Lucret. I, 899. III, 222. IV, 451. Hildebr. ad Apul. Metam. VIII, 15. p. 696., qui praetĕrea laudat Sidon. Apoll. I, 6. Taubm. ad Plauti Curcul. I, 2, 1. Gronov. ad Gell. N. A. III, 9.

e. fulmina timuisse] Minuc. Fel. Octav. cap. 22 „Illic Iovis fulmen cum Aeneae armis in incude fabricatur, cum caelum et fulmina et fulgura longe ante fuerint quam Iuppiter in Creta nasceretur et flammas veri fulminis nec Cyclops potuerit imitari nec ipse Iuppiter non vereri.“

f. et Minervam] Libero et Cereri tertia additur Minerva ut oleae inventrix. Cf. Arnob. Adv. Natt. I, 38.

g. deputabitur] V. adnotata ad De Idolol. cap. 4.

h. cerasia] Scripturam optimorum librorum firmat etiam codex Agobardi Ad Natt. II, cap. 16., et Gloss. Vet. in Ang. Maii Auct. Class. tom. VI, p. 515: „*Cerasia*, poma cerasi.“ De cerasiis ab Lucullo primum in Italiam invectis cf. Athen. Deipnos. II, 11. Plin. H. N. XV, 25. Ammian. Marcell. XXII, 8. Serv. in Vergil. Georg. II, 18. Hieronym. ad Eustoch. Ep. 19.

i. promulgavit] Codex Agobardi libri

[28]stationes et potestates distribuistis, tam fuerunt ab initio quam et fuissent etiamsi deos istos non creassetis. Sed convertimini ad causam aliam, respondentes conlationem divinitatis meritorum remunerandorum fuisse rationem. Et hinc [29]conceditis, opinor, illum deum deificum iustitia praecellere, [30]qui non temere nec indigne nec prodige tantum praemium dispensarit. Volo igitur merita recensere, [31]an eiusmodi sint, ut illos in caelum extulerint et non potius in imum tartarum [32]mersèrint, quem carcerem poenarum infernarum [33]cum vultis adfirmatis[k]. Illuc enim abstrudi solent impii quique in parentes [34]et incesti in sorores et [35]maritarum adulteri et virginum raptores et puerorum contaminatores et qui saeviunt et qui occidunt et qui furantur et qui decipiunt et quicunque similes sunt alicuius dei vestri, [36]quem neminem[l] integrum a crimine aut vitio probare poteritis, nisi hominem negaveritis. [37]Atquin ut [38]illos homines fuisse non [39]possitis negare, etiam istae notae accedunt quae nec deos postea factos credi permittunt. Si enim [40]vos talibus puniendis praesidetis, si conmercium, colloquium, convictum malorum et turpium probi quique [41]respuitis, horum autem pares deus ille maiestatis suae consortio [42]adscivit, quid ergo damnatis quorum collegas adoratis? Suggillatio est [43]in caelo vestra iustitia. Deos [44]facite criminosissimos quosque, ut placeatis deis vestris[m]. Illorum est honor consecratio coaequalium.

28. rationes *F.* 29. conceditis *A(m. pr.)BGf. Vindob.* concedetis *A(m. sec.)DEFabcde. Gorziens. Oxon. Erfurt. Pro* hinc *in c. est* hic, *in a.* huic. 30. qui non *ABFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* qui nec *DEabcdef.* quod non *λ.* 31. utrum eiusmodi *F.* 32. demerserint *λ. Haverc.* 33. cum (quom *Vindob. pro more*) vultis *ABEFG(λ)bdef. Gorziens. Erfurt. Oxon. Vindob. Pamelii libri.* cum multis *Dac. Haverc.* 34. et incesti in sorores *ABEFG. Vindob. Erfurt. Oxon.* et in sorores incesti *Dabcdef. Particulam* et *om. D. et Oxon.* 35. maritatarum *EG. Erfurt. Oxon.* 36. Quem hominem integrum — — negaveritis? *ac.* Quemne enim integrum — — negaveritis? *Latinius, prob. Iunio.* 37. Atqui *ab.* 38. homines illos *λ. Haverc.* 39. potestis *λ. Haverc.* 40. vos talibus *ABFG. Vindob.* talibus vos *DEabcdef. Erfurt.* 41. respuistis *DFG. Vindob.* 42. adscivit *ABEFGλdef. Vindob. Erfurt. Oxon.* accivit *c.* adstruit *Da.* abstruit *b. Rhenanus.* 43. in caelum *λ. Haverc.* 44. facitis *Dabd. Vaticanorum unus.*

Ad Natt. II, cap. 16. in gemello loco habet *provolgavit.* Cf. De Idolol. cap. 22 „Multi dicunt, Nemo se debet *promulgare;* puto autem, nec negare.“ De Pallio cap. 3 „varias indumentorum formas *promulgavere.*“ Apolog. cap. 10 „neque Diodorus — — neque ullus commentator eiusmodi antiquitatum aliud quam hominem *promulgaverunt.*“ De verbis *provulgare* et *promulgare* a librariis passim confusis cf. adnotata crit. ad Apul. De Magia cap. 84.

k. cum vultis adfirmatis.] Cum vituperio hoc dicit, inconstantiam nationum notans, ad libitum nunc negantium infernas poenas et ridentium, nunc adfirmantium et metuentium.

l. quem neminem] „Quem neminem“ dixit pro „quorum neminem,“ respectu eorum quae praecedebant „alicuius dei vestri.“

m. Deos facite criminosissimos quosque, ut placeatis deis vestris.] Cum dii vestri tot sint flagitiis cooperti, euge, criminosissimos quosque in eorum nu-

Sed [45]ut omittam huius indignitatis retractatum, probi et integri et boni [46]fuerint. [47]Quot tamen potiores viros apud inferos reliquistis? aliquem de sapientia [48]Socratem[a], de iustitia [49]Aristiden, de militia [50]Themistoclem, de sublimitate Alexandrum, de felicitate [51]Polycraten, [52]de copia Croesum, de eloquentia [53]Demosthenen. Quis ex illis deis vestris gravior et sapientior Catone, iustior et [54]militarior Scipione? quis sublimior Pompeio, felicior Sylla, copiosior Crasso, eloquentior Tullio? Quanto dignius istos deos ille adsumendos expectasset, praescius utique potiorum? Properavit, opinor, et caelum semel [55]clusit, et nunc utique melioribus apud inferos [56]musitantibus° erubescit.

Cap. XII. Cesso iam [1]de isto, ut qui sciam me ex ipsa veritate demonstraturum [2]quid non sint, cum ostendero [3]quid sint. Quantum igitur de [4]deis vestris, nomina solummodo video [5]quorundam veterum mortuorum et fabulas audio et sacra de fabulis recognosco: quantum autem de simulacris ipsis, nihil [6]aliud reprehendo [7]quam materias sorores esse vasculorum instrumentorumque communium[a]

45. ut *om. FG. Vindob.* 46. fuerunt *DFGa.* 47. quod tamen *AβDEGa. Vat.* viros *om. F.* 48. Socraten *E. Erfurt.* 49. Aristiden *ABE. Erfurt.* Aristidem *reliqui.* 50. Themistoclen *E. Erfurt.* 51. Polycraten *ABE. Vindob. Erfurt.* Polycratem *reliqui.* 52. de copia Croesum *om. cd.* 53. Demostenen *ABE. Erfurt.* Demosthenem *reliqui.* 54. militatior *λ. Haverc.* 55. clausit *F.* 56. musitantibus *AβEFG. Vindob. Erfurt. Ambros.* mussitantibus *typis excusi omnes.*

Cap. XII. *Caput duodecimum in ab. inscriptum est* QVAM VANA DEORVM SIMVLACHRA., *in ABDEG. Vindob. Oxon. Erfurt., in quibus undecimum est,* DE SIMVLACRIS., *in Vaticano uno apud Pamelium* SIMVLACRA COLERE ALIENVM EST PRORSVS AB OMNI RATIONE. 1. istis *Dabcdef.* 2. quod non sint *Oxon. Herald.* qui non sint *G.* 3. quod sint *ABEG. Erfurt. Bongars.* 4. deis istis *λ.* 5. quorum *Da.* statuas quorundam *λ.* 6. aliud reprehendo *ABDEGabe. Vindob. Erfurt. Oxon. Bongars. Ambros.* aliud deprehendo (deprendo *F. pro more*) *Fcdf.* amplius deprehendo *λ. Haverc.* 7. quam matres sorores esse *ab. Haverc.* quam materias esse *c.* quam materias sorores *λ.*

merum adlegite, ut hac ratione gratiam ab iis ineatis. Eorum enim est honor consecratio coaequalium. (Herald.)

n. aliquem de sapientia Socratem] De praepositione *de* vi instrumentali posita cf. quae adnotata sunt ad De Spectac. cap. 25. Pronominis *aliquis* nominibus propriis per emphasin additi in Tertulliani scriptis multa exempla occurrunt. Sic cap. 12 „idem estis qui *Senecam aliquem* pluribus et amarioribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis." Cap. 15 „quod corpus impurum et ad istam artem effeminatione productum *Minervam aliquam* vel Herculem repraesentat." Cap. 19 „*aliqui Manethon* Aegyptius et Berosus Chaldaeus." Cf. cap. 50 „*aliqua* Carthaginis *conditrix*." et cap. 5 „quas *nullus Hadrianus, — — nullus Vespasianus, — — nullus Pius, nullus Verus* inpressit."

n. melioribus apud inferos musitantibus] Iniuriam istam quoquo modo concoquentibus. (Herald.)

Cap. XII. a. materias sorores esse vasculorum instrumentorumque communium] Prudentius in Martyrio Romani [Peristeph. X, 300.] „Non erubescis, stulte pago dedite, Te tanta semper perdidisse obsonia, Quae diis ineptus obtulisti talibus, Quos trulla, pelvis, cantharus, sartagines, Fracta et liquata contulerunt vascula." Eleganter autem *sorores vasculorum.* Sic omnino Philo De Vita Contemplativa [p. 610., al. p. 890.] „*ὧν τὰ ἀδελφὰ μέρη καὶ συγγενῆ λουτροφόροι γεγόνασι καὶ ποδόνιπτρα καὶ ἄλλα ἄττα τῶν ἀτιμοτέρων,*

vel ex [8]isdem vasculis et instrumentis quasi [9]fatum consecratione mutantes licentia artis [10]transfigurante, [11]et quidem [12]contumeliosissime et in ipso opere sacrilege, [13]ut revera nobis maxime, qui propter [14]ipsos deos plectimur, solatium poenarum [15]esse possit quod eadem et ipsi patiuntur ut fiant. Crucibus et stipitibus inponitis Christianos. Quod simulacrum non prius argilla deformat cruci et stipiti superstructa[b]? in patibulo primum corpus [16]dei vestri dedicatur[c]. Ungulis [17]deraditis latera Christianorum. At in

8. hisdem *Aβ*. hiisdem *E. Erfurt.* eisdem *F.* 9. factum *λ*. 10. transfiguratae *G.* 11. equidem *F.* 12. contumeliose *c.* 13. et revera *λ*. 14. ipsos deos *ABEFG. Vindob. Erfurt. Oxon.* deos ipsos *Dabcdef.* 15. esse potuit quod eadem ipsi *F.* esse possit quod eadem ipsi *Vindob.* 16. dei nostri *Da.* de vestris *F. Vindob.* domini *G.* 17. eraditis *λ*.

ἃ πρὸς τὰς ἐν σκότῳ χρείας ὑπηρετεῖ μᾶλλον ἢ τὰς ἐν φωτί." (Herald.) Georg. Palam. „*ἀδελφά φασι καὶ ὁμόχροα καὶ τῆς αὐτῆς κεραμείας.*" Cf. Tertull. De Idol. cap. 7 „manus matres idolorum." Quod ad rem cf. cap. 13 „Domesticos deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis pignerando, venditando, demutando, *aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva,* ut quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur, ut quisque dominus sanctiorem expertus est et domesticam necessitatem." Instin. Mart. Apol. I, 9 „*ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες θεοὺς ἐπονομάζουσιν.*" Minuc. Fel. Octav. cap. 23 „Deus enim ligneus rogi fortasse vel infelicis stipitis portio suspenditur, caeditur, dolatur, runcinatur. Et deus aereus vel argenteus de immundo vasculo, ut saepius factum Aegyptio regi, conflatur, tunditur malleis et incudibus figuratur, et lapideus caeditur, scalpitur, et ab impurato homine laevigatur, nec sentit suae nativitatis iniuriam, ita ut nec postea de vestra veneratione culturam, nisi forte nondum deus, saxum est, vel lignum vel argentum." Arnob. Adv. Natt. VI, 14 „Simulacra ista, quae vos terrent quaeque templis in omnibus prostrati atque humiles adoratis, ossa, lapides, aera sunt, argentum, aurum, testa, lignum sumptum ex arbore aut commixtum glutinum gypso, ex ornatibus fortasse meretriciis aut ex muliebri mundo, camelinis ex ossibus aut ex Indici animalis dente, ex cacabulis, ollulis, ex candelabris et lucernis, aut ex aliis obscenioribus vasculis congesta, conflata in has species ducta sunt atque in formas, quas cernitis, exierunt, fornacibus incocta figulinis, ex incudibus et malleis nata, grossis rasa, discobinata de limis, serris, furfuraculis, asceis secta, dolata, effossa, terebrarum excavata vertigine" sqq. Cf. Athenag. Legat. pro Christ. cap. 23. Phot. Bibl. p. 553. 556. Gataker Advers. Miscell. II, 19. col. 371. Cf. Esai. cap. 44, 12 sqq.

b. cruci et stipiti superstructa?] Stipam hic intelligit, qua amphorae cum extruuntur, ut ait Festus, firmari solent. Est nimirum stipa crux seu patibulum, cui argillam imponunt plastae, ut simulacra quae velint deforment. Graeci vocant *κάνναβον*, ut testis Iosephus Scaliger. Tertullianus infra: „Diximus originem deorum vestrorum a plastis in cruce induci." Quam sane stipam Tertullianus hic vocat stipitem. (La Cerda.) Cf. Scalig. ad Fest. s. v. *Stipatores.* Lips. De Cruce cap. 10. Tertull. Ad Natt. I, 12 „Nam omne simulacrum, seu ligno seu lapide desculpitur seu aere defunditur seu quacunque alia locupletiore materia producitur, plasticae manus praecedant necesse est. Plasta autem lignum crucis in primo statuit, quoniam ipsi quoque corpori nostro tacita et secreta linea crucis situs est. Quod caput emicat, quod spina derigitur, quod humerorum obliquatio excedit, si statueris hominem manibus expansis, imaginem crucis fecerit. Huic igitur exordio et velut statumini argilla desuper intexta paulatim membra complet et corpus struit et habitum quem placuit argillae intus cruci ingerit; inde circino et plumbeis modulis praeparatio simulacri in marmor, in lutum vel aes vel quodcunque placuit deum fieri transmigratura."

c. dedicatur.] V. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 1.

deos vestros per omnia membra validius incumbunt asciae et runcinae et scobinae[d]. Cervices ponimus[e]. Ante plumbum et [18]glutinum et gomphos sine capite sunt dei vestri[f]. Ad bestias impellimur. Certe quas Libero et Cybele [18b]et Caelesti applicatis[g]. Ignibus urimur. Hoc et illi a prima quidem massa. In metalla damnamur. Inde censentur[h] dei vestri. [19]In insulis relegamur. Solet et [20]in insula [21]aliqui deus [22]vester aut nasci aut mori. Si per haec con-

18. glutini et corephos sine capite sunt dei vestri. *λ*. Glutinum et gomphosis capiti sunt diis vestris. *Ios. Scaliger.* 18b. et Cereri *abcd.* 19. in insulis relegamur *DFGabcde. Oxon.* in insulis religamur *ABE. Vindob. Erfurt.* in insulas relegamur *λf.* 20. in insulis *Dcd.* 21. aliqui *ABEef. Erfurt. Oxon.* aliquid *G.* aliquis *DFabcd. Vindob.* 22. vester nasci *F.*

d. asciae et runcinae et scobinae.] Quibus simulacra deasciata, quemadmodum latera Christianorum bisulcis unguis sulcata et effossa. Prudentius in agone Romani: „Deasciato supplicare stipite." (Herald.) Prudent. Peristeph. I, 44 „Illa virgas et secures et *bisulcas ungulas* Ultro fortis expetebat Christi amore interrita." Cf. Id. ibid. III, 133 in passione Eulaliae „Nec mora, carnifices gemini Iuncea pectora dilacerant, Et latus *ungula* virgineum Pulsam utrimque et ad ossa secat Eulalia numerante notas." Lactant. De Mort. Persecut. cap. 16 „Nihil adversus te verbera, nihil *ungulae*, nihil ignis" sqq. Cod. Theodos. IX, 16. c. 6. De Malef. „Sic eculeo deditus, *ungulisque sulcantibus latera* perferat poenas." Plura exempla suppeditabit Du Cangius s. v. Ungula ex Cypriano et Actis Sanctorum. Imago ungulae extat in Prudentio Arevali tom. II, tab. VII.

e. Cervices ponimus.] Sic Graeci *κεφαλὴν ἀποτίθεσθαι*. B. Chrysostom. Serm. de S. Iuliano *„ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ οὗ τὰς κεφαλὰς ἀπέθεντο, τί οὐ ποιήσει;"* (Herald.)

f. sine capite sunt dei vestri.] Locus hic torsit mirifice viros doctissimos. Eum emendare tentat Ios. Scaliger in Sphaeram Manilii barbaricam hoc modo: *„Cervicem ponimus ante plumbum. Glutinum et gomphosis capiti sunt diis vestris."* Sane summi viri emendatione nihil erat opus. Peccatum in distinctionibus tantum. Sic igitur lege: *Cervices ponimus: ante plumbum et glutinum et gomphos sine capite sunt dii vestri.* Atqui, inquit, cervices et capita nobis amputantur. Sed et dii vestri antequam plumbati sint et glutino ac gomphis compacti et constricti, ante plumbaturam et gomphosim, sine capite sunt. (Herald.) De plumbatura cf. Minuc. Felic. Octav. cap. 23 „Quando igitur hic nascitur? Ecce funditur, fabricatur, scalpitur. Nondum deus est. Ecce *plumbatur*, construitur, erigitur. Nec adhuc deus est." De glutino vel pice ad hunc usum Heraldus citat Prudent. c. Symmach. I, 436 „mollis si bractea gypsum Texerat, infido rarescit *glutine* sensim." Lucianus in Iove Tragoedo *„ὁ σὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν ἀγοραῖος, ὁ παρὰ τὴν ποικίλην· πίττης γοῦν ἀναπέπλησται ὅσημέραι ἀναπλαττόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν."* Item de gomphis apposite Lucianus in Gallo *„ἐκείνων γὰρ ἕκαστος τὰ ἐκτὸς ὁ μὲν Ποσειδῶν ἢ Ζεύς ἐστι πάγκαλος, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, κεραυνὸν ἢ ἀστραπὴν ἢ τρίαιναν ἔχων τῇ δεξιᾷ· ἢ δὲ ὑποκύψας ἴδῃς τὰ ἔνδοθεν, ὄψει μοχλούς τινας καὶ γόμφους καὶ ἥλους διαμπὲξ πεπερονημένους καὶ κορμοὺς καὶ σφῆνας καὶ πίτταν ὑπόπηλον"* cett. In Agone Thyrsi „Mundum ista simulacra regere non possunt, quia ipsa magis reguntur *gomphis* ferreis et plumbo et saxo." Adde Basil. Homil. XXIV. de Legendis Libris Gentil. *„καὶ ὅγε Μίλων ἀπὸ τῆς ἀληλειμμένης ἀσπίδος οὐκ ἐξωθεῖτο, ἀλλ' ἀντεῖχεν ὠθούμενος οὐχ ἧττον ἢ ἀνδριάντες οἱ τῷ μολύβδῳ συνδεδεμένοι."*

g. quas Libero et Cybele et Caelesti applicatis.] Tigres et leones. Caelestis enim in nummis et gemmis conspicitur passim cum leonibus aut leoni insidens. V. Dactylioth. Gorlaeo-Gronov. n. 566. Boissard. Antiqu. IV, p. 95. Vaill. Numism. Imper. tom. II, p. 228. Eckhel Doctr. Numm. tom. VII, p. 183.

h. Inde censentur] Inde originem habent. V. quae adnotavero ad De Corona cap. 13.

stat divinitas aliqua, [23]ergo qui puniuntur, [24]consecrantur, et numina erunt dicenda supplicia[i]. Sed plane non sentiunt has iniurias et contumelias [25]fabricationis suae dei vestri, sicut nec obsequia. O impiae voces, o sacrilega convicia! Infrendite, [26]inspumate! Idem estis qui [27]Senecam aliquem pluribus [28]et amarioribus de vestra superstitione perorantem [29]reprehendistis[k]. Igitur si statuas et imagines frigidas [30]mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milvi et mures et araneae intellegunt[l], nonne laudem [31]magis quam poenam merebatur repudium agniti erroris? [32]Possumus enim videri laedere eos quos certi sumus omnino non esse? Quod non est, nihil [33]ab ullo patitur, quia non est.

Sed nobis dei sunt, [1]inquis. Et quomodo vos e contrario Cap. XIII.
impii et sacrilegi et inreligiosi erga deos [2]vestros deprehendimini, [3]qui, quos praesumitis esse, [4]neglegitis, quos timetis, [5]destruitis,

23. ergo cum qui *Dab.* 24. consecrentur et numina essent *F.* 25. fabricationis suae *ABEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* suae fabricationis *Dabcdef.* 26. insputate *b.* 27. Senecam aliquam pluribus *liber Pithoei. Ios. Scaliger.* se nequam aliquem pluribus *G.* 28. et a maioribus *DGa.* et maioribus *Fcd.* 29. reprehendistis *ABEDabcde. Erfurt. Oxon. Ambros.* reprendistis *F. et Vindob. pro more,* non reprehendistis *liber Pithoei. Fulv. Ursinus.* probetis *λ.* probatis *f. Haverc.* 30. mortuorum vestrorum *λ.* 31. magis merebatur quam poenam *F.* 32. Possumus autem *λ.* Possimus enim *E.* 33. ab eo patitur qui est *λ. Havercamp.*

Cap. XIII. 1. inquis *A (test. Baluzio et Heraldo) DEFGaf. Vindob. Erfurt.* inquitis *(AφBφλ)bcde. (Oxon.)* 2. nostros *a.* illos *λ.* istos *Haverc.* 3. ut quos *λ.* 4. neglegatis *λ.* 5. destruatis *λ.*

i. et numina erunt dicenda supplicia.] Nempe quia deos efficiunt et conferunt divinitatem. Sic ad artificem idolorum libro de Idolol. cap. 6 „Plus es illis quam sacerdos, cum per te habeant sacerdotem. Diligentia tua numen illorum est.“ (Herald.)

k. qui Senecam aliquem pluribus et amarioribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis.] Scripsit Seneca librum contra superstitiones. Meminit Augustin. De Civ. Dei VI, 10 sqq. De pronomine *aliquis* nomini proprio addito notavi ad caput praegressum.

l. quas milvi et mures et araneae intellegunt] Id est, quarum stuporem cognoscunt, ut vobis exemplo esse possint. Plane geminus est Clementis Alexandrini locus in Protreptico [p. 46.], ubi, postquam magnifica illa simulachra ab hirundinibus et eiusmodi animalibus condigne tractari dixit, adiicit: „παρ᾽ ὧν οὐδ᾽ αὐτὴν τὴν ἀναισθησίαν τῶν ἀγαλμάτων ἐκμανθάνετε.“ Arnob. adv. Natt. VI, [16.]: „Erubescite ergo vel sero atque ab animantibus mutis vias rationis accipite, doceantque vos eadem nihil numinis inesse simulachris“ cett. Hic autem *intelligere* est cognoscere. Ammian. Marcell. „Librabit suffragiis puris merita recte secusque factorum: facile ut sciant boni se *intelligi*.“ Tertull. De Idol. cap. 21 „Timiditatis est autem, cum te alius per deos suos obligat iuratione vel aliqua testificatione et tu ne *intellegaris* quiescis.“ (Herald.) Sciunt non esse deos, sed aera, vel saxa vel ligna. In iis ergo nidulantur: immo haec ipsa, quae pro diis colitis, inquinari contumelia non verentur. Nempe id sibi per ipsos impune fore intelligunt. Huc pertinet lepida illa Priapi Horatiani deieratio: „Mentior at si quid merdis caput inquiner albis Corvorum.“ (Rigalt.) Minuc. Felic. Octav. cap. 24 „Quanta vero de diis vestris animalia muta naturaliter iudicant? Mures, hirundines, milvi non sentire eos sciunt, norunt, inculcant, insident ac, nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant. Araneae vero faciem eius intexunt et de ipso capite sua fila suspendunt.“ Cf. Lactant. Instit. II, 4. Augustin. in Psalm. CXIII. fol. 898. Baruch VI, 19.

quos etiam [6]vindicatis, inluditis? Recognoscite [7]si mentior. Primo [8]quidem, cum alii alios colitis, [9]utique quos non colitis, offenditis. Praelatio alterius [10]sine alterius contumelia non [11]potest procedere, quia nec electio sine reprobatione[a]. Iam [12]ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando offendere non timetis. Nam ut supra [13]praestrinximus[b], status dei cuiusque in senatus aestimatione pendebat. Deus non erat quem homo consultus noluisset et nolendo [14]damnasset. Domesticos deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis pignerando, venditando, demutando aliquando in [15]caccabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva[c], ut quisque contritus atque [16]contusus est, dum diu colitur, [17]ut quisque dominus sanctiorem expertus [18]est domesticam necessitatem[d]. Publicos aeque publico iure foedatis, quos in hastario vectigales ha-

6. iudicatis *Da.* 7. si mentior *ABFGλdf. Vindob.* si mentiar *DEabce. Haverc. Erfurt. Oxon.* 8. quidem cum *A(m. sec. sed antiqua)λ.* qui cum *ABDEG. Oxon. Erfurt.* quia cum *Fabcdef. Vindob.* 9. utique non colitis *A. (m. pr.)* utique quem non colitis *A. (m. sec. sed antiqua.)* 10. sine contumelia alterius *cd.* 11. potest esse *λ.* 12. ergo *om. λ.* 13. praestrinximus *ABDEGc.* praestruximus *d.* perstrinximus *Fabef. Vindob. Oxon. Erfurt.* 14. *Post vocabulum* damnasset *in vett. libris incipit novum caput, in scriptis duodecimum, cui titulus in ABDEG. Vindob. Oxon. Erfurt. aliis* DE LARIBUS., *plenior in uno Vaticano* DE LVDIBRIO IN DEOS TVM LARES ID EST DOMESTICOS TVM PVBLICOS., *decimum tertium in ab. cum simplici illa inscriptione* DE LARIBVS. 15. caccabulum *AEλ. Erfurt. Vindob.* tactabulum *Oxon.* caccabulo *BG.* cacabulum *DF. Verba* aliquando in caccabulum de Saturno *om. c.* 16. contusus *ADEGλcdef. Erfurt. Oxon. Ambros.* concussus *BFab. Vindob.* 17. ut quisque dominus *ABEFGbde. Vindob. Oxon. Erfurt. Pameliani omnes.* ut quisque deum *λf. Haverc.* ut quisque dominum *ac. Latinius.* et quisque dominum *D.* 18. est et domesticam *c.*

Cap. XIII. a. quia nec electio sine reprobatione] „*Καὶ γὰρ τοῦτο καταφρονητικὸν τὸ μὴ ἀξιοῦν ὧν πάντας καὶ αὐτόν;*“ inquit Aristot. Rhetor. II, 2. Addit Tertullianus „quia nec electio sine reprobatione.“ Idem ait Basilius in Asceticis: „*καὶ πάντως ἐκ τοῦ τινας αἱρεῖσθαι τοὺς λοιποὺς ἀποδοκιμάζειν.*“ Hinc cum Helvidius Priscus legatos, qui ad Vespasianum mitterentur, a magistratibus iuratis sorte eligi censuisset, Marcellus sorte legendos censuit. „Sed Marcelli studium, inquit Tacitus Histor. IV, 6., proprius rubor excitabat, ne aliis electis posthabitus crederetur.“ (Herald.)

b. Nam ut supra perstrinximus] Servavimus lectionem editionis Venetae, quam ms. Puteani confirmat. Alibi *praestruximus*, non bene. Perstrinxit enim id obiter Tertullianus [supra cap. 5.]. (Herald.)

c. in caccabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva] Ergo Saturnus inter Lares. Ita est: Lares appellabant non solum *domuum genios*, ut eos appellat Ausonius, sed quoslibet deos domi privata religione consecratos, et quos in Lrario saepius asservabant. *Deos cubiculares* appellat Suetonius in Augusto. Sane propriae artis patronum in aedibus suis quisque dedicabat et statuebat, tabernarius Bacchum, leno Venerem, faber Vulcanum, pistor Cererem, et ita ceteri. Hinc pistor ille apud Apul. Miles. IX, [cap. 23.]: „Iuro per istam ego sanctam Cererem me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus credere.“ Dicit *per istam*, nempe quam digito commonstrabat domi consecratam et positam. (Herald.) De caccabulo et trulla v. interpretes ad Arnobium Adv. Natt. IV, 14., ubi eadem res pertractatur. Immunda vasa intellegere non necessarium est. Cf. etiam quae adnotata sunt a me supra ad cap. 12.

d. sanctiorem expertus est domesticam necessitatem.] Proba lectio. Ridet Tertullianus religionem illam domesticae necessitati, quam idcirco sanctiorem appellat, quandoque posthabitam. (Herald.)

betis[e]. [19]Sic Capitolium, sic olitorium forum petitur; sub eadem voce praeconis[f], sub eadem hasta, sub eadem [20]adnotatione quaestoris[g] divinitas [21]addicta conducitur. Sed enim [22]agri tributo onusti [23]viliores, hominum capita [24]stipendio censa ignobiliora (nam [25]hae sunt notae captivitatis), dei vero qui magis tributarii, magis sancti, immo qui magis sancti, magis tributarii[h]. Maiestas quaestuaria efficitur. Circuit cauponas religio mendicans[i]. Exigitis mercedem pro solo templi, [26]pro aditu sacri. Non licet deos

19. Sic Capitolium, sic olitorium *ABDEaf. Erfurt. Oxon.* Si Capitolium sicolitorium *FG.* Sic Capitolium sic colitorium *Vindob.* si Capitolium, si olitorium *cde. Rhenanus.* Sic capitolium sicut olitorium (*λ*)*b.* 20. advocatione *F.* 21. abdicta condicitur *F. Vindob.* 22. agi *DEG. Erfurt. Oxon.* age *F.* 23. vilioris *λ.* 24. dispendio censet *F.* 25. hae *ABGλdef.* (*Vindob.*) *Haverc.* haec *DEFabc.* (*Oxon.*) *Erfurt.* 26. pro auditu sacri *G. Vindob.* pro aditu sacrarii *λ.*

e. in hastario vectigales habetis.] Ipse libro I, [cap. 10] ad Nationes dixerat: „Quos in hastarium regessistis.“ Hastarium igitur est liber hastarius, seu tabularium et regestum vectigaliorum, quae sub hasta et voce praeconis quinquennio quoque addici redemptoribus solebant. Sic foricae conducebantur, sic forum olitorium et alia huiusmodi publica. Nam et Serapea et Capitolia eodem iure proscripta. Denique sub eadem hasta Capitolium et olitorium addicebatur petenti redemptori. Sed quid transibat ad redemptorem ea addictione? Hoc videlicet, ut olitorio foro in quinquennium addicto ex mercimoniis, quae inibi toto eo tempore proponerentur, certas stipes cogeret. Similiter Capitolio conducto exigeret mercedes pro iis quae notat ipse Tertullianus Ad Natt. I, 10 „pro solo templi, pro aditu sacri, pro stipibus, pro ostiis.“ (Rigalt.) Non opus est ut cum Rigaltio vocem *hastarium* nova significatione positam existimemus pro libro hastario, tabulario vel regesto. Hastarium est locus, ubi venditiones et locationes publicae instituebantur, proprie, ubi proscriptorum bona vendebantur. Gloss. Vet. in Ang. Maii Auct. Class. tom. VI, p. 526 „Hastarium, statio, ubi vendebantur bona proscriptorum.“ Onomast. Vulcan. col. 62. „Hastarium *λαφυροπωλεία.*“ Gloss. Vet. Lat. P. Danielis ap. Adv. Turneb. Adv. XXVIII, 5 „Hastarium, ubi proscriptorum bona venduntur.“

f. sub eadem voce praeconis] Notum quare dixerint antiqui *sub praecone subiicere* et *subiicere voci praeconis*, quid item *de lapide emere.* Sed et ita Graeci locuti sunt. Demosthenes de Corona praefecturae navalis: *„καὶ γάρ τοι πάντα δι' αὐτὴν ποιοῦνται, καὶ μονονουχὶ ὑπὸ κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινά.“* Lucianus de Mercede Conductis: *„μηδ' ὥσπερ τις Βιθυνὸς ὑπὸ μεγαλοφώνῳ τῷ κήρυκι ἀπεμπολῆσθαι.* Hinc *κήρυκα ἐπιστήσαι* apud eundem in Elencho: *„ὃς καθάπερ ἀνδράποδα παραγαγὼν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ πολητήριον τὸν κήρυκα ἐπιστήσαι ἀπεμπόλησεν.“* (Herald.) De his praeconibus cf. Dio Cass. XLVI, 14. Interprett. ad Cic. pro Quinct. cap. 15. et Horat. Serm. I, 6, 86.

g. sub eadem adnotatione quaestoris] Errant Gothofredus ad Tertull. Ad Natt. I, 10. p. 105. et Havercampus *adnotationem* interpretantes per *exactionem* (utitur hoc vocabulo Tertullianus in gemello libri Ad Natt. loco, quem modo citavi), ut sit cura, sollicitudo, ut res care locetur. Adnotatio est relatio addictionis cum nomine emptoris in tabulas. V. Dirksen Manuale Latin. Font. Iuris Civ. Rom. s. v. *Adnotatio, et Adnotator* p. 30.

h. magis tributarii.] Id est qui plus emolumenti conferunt heris suis et sacerdotibus, a quibus curantur. (Herald.)

i. Circuit cauponas religio mendicans.] Ariolatur Havercampus haec verba ex gemello loco Ad Natt. I, 10. interpretans non de circumforaneis sacerdotibus et agyrtis, sed de invitatione publica ad locationem. De Magnae Matris et Isidis sacerdotibus stipes mendicantibus, si placet, adeas Perizon. ad Aelian. V. H. IX, 8. Interprett. ad Apul. Metam. VIII, 24. Minuc. Felic. Octav. cap. 24. Commodian. Instr. I, 17, 12. Augustin. De Civ. Dei VII, 26. Clem. Alex. Protrept. cap. 3. Lobeck Aglaoph. p. 645.

[27]gratis nosse; venales sunt. [28]Quid omnino ad honorandos eos facitis quod non etiam mortuis vestris conferatis? Aedes proinde, aras proinde[k]. Idem habitus et insignia in statuis. Ut aetas, [29]ut ars, ut negotium mortui fuit, ita deus est[l]. [30]Quo differt ab epulo Iovis silicernium[m]? a [31]simpulo obba[n]? ab haruspice [32]pollinctor? Nam et haruspex mortuis apparet[o]. Sed digne imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicatis, quibus et viventibus eum [33]addicitis. Accepto [34]ferent dei vestri, immo gratulabuntur, quod pares [35]eis fiant domini sui. Sed cum [36]Larentinam publicum scortum, velim [37]saltim Laidem aut Phrynen, inter Iunones et Cereres [38]et Dianas adoretis, cum Simonem Magum statua et inscriptione Sancti

27. gratis nosse *ABEFG. Erfurt. Vindob.* nosse gratis *Dabcdef.* 28. Quid non omnino adorandos *F.* Quid omnino adorandos *G.* Quid omni adorandos *Vindob.* Quid omnino ad inhonorandos *λ.* 29. ut ars, negotium *c.* 30. Quo differt *ABDFGlabcdef. Vindob. Oxon.* Quid differt *E. Oxon. Erfurt.* 31. simpuvio *c.* 32. polinctor *EF. Erfurt.* pollictor *G.* 33. adiicitis *c.* 34. ferant *Gorziens.* ferrent *a.* 35. ei *acd.* 36. Larentinam *ABGdef. Vindob. Pamelii libri omnes.* Larentiam *Dabc.* Laurentinam *EF. Erfurt.* 37. saltim *ABE. Erfurt.* saltem *reliqui.* 38. et Dianas adoretis *ABEF.* et Dianas adore eius *G.* ac Dianas adoretis *Da.* ac Dianas adoratis *bcdef.* adoratis *λ.*

k. Aedes proinde, aras proinde.] Nam sepulchra superba potentioribus et nobilioribus extructa et paene ad formam templorum, et aras ibidem, in quibus diis Manibus sacrificia fierent. Hinc et ipsa sepulchra passim templa dicebantur, ut affirmat Nonius p. 464. Merc. Sil. Ital. XV, 260 „Magnanima invidia virtus caret, Alta sepulchri protinus exstruitur caeloque educitur ara." Cf. Vergil. Aen. IV, 457 sqq. Lucian. Necyomant. p. 336. ed. Voss. „*οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους καὶ ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς καὶ στήλας καὶ εἰκόνας*" sqq.

l. ita deus est.] Vergil. in funere Miseni Aen. VI, 232 „At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum Inponit, suaque arma viro, remumque tubamque." Graphice Lucianus in Scytha [p. 592. ed. Graev.] „*Καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο· ἔτι καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο τῇ λαιᾷ μὲν τόξον ἔχων ἐντεταμένον, τῇ δεξιᾷ δὲ βιβλίον, ὡς ἐδόκει.*" Quemadmodum igitur dii, prout crat eorum aetas, forma, habitus denique atque ars, effingebantur, ita et mortui. (Herald.)

m. Quo differt ab epulo Iovis silicernium?] Eiusmodi epulum Iovis memorant Liv. XXV, 2. et XXVII, 36. Gell. N. A. XII, 8. Silicernium est convivium funebre. Fest. p. 294. Muell. Donat. ad Terent. Adelph. IV, 2, 48. Serv. ad Vergil. Aen. V, 92. Non. Marcell. p. 48. Merc.

n. a simpulo obba?] Nam ut simpulo vinum in sacrificiis libabatur, ita obba diis Manibus. Vet. Glossae: „Obba, *ἄμβιξ, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν.*" (Herald.) De simpulo cf. Fest. p. 337. Muell. Varro De L. L. V, 26. Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. IV, 31. De obba cf. etiam Non. pag. 146. et pag. 545. Merc.

o. ab haruspice pollinctor? Nam et haruspex mortuis apparet.] Quod pollinctor in humanis, id haruspex in divinis. Ille procurat humana cadavera, hic victimas deis caesas. De pollinctore cf. Kirchm. De Funer. Rom. I, 9. Becker Gall. II, p. 276 sq. Funerum et sacrorum arbitros, designatorem et haruspicem coniungit Tertullianus De Spectac. cap. 10. Cf. Scorpiac. cap. 7 „Si noster quoque deus propriae hostiae nomine martyria sibi depostulasset, quis illi exprobrasset funestam religionem et lugubres ritus et aram rogum et *pollinctorem sacerdotem?*"

Dei inauguratis[p], cum de [39]paedagogiis aulicis nescio quem[q] [40]synodi deum[r] facitis, licet non nobiliores dei [41]veteres, tamen contumeliam a vobis deputabunt hoc et [42]aliis licuisse [43]quod solis antiquitas contulit.

[1]Volo et ritus vestros recensere: non dico quales sitis in sacrificando, cum enecta et tabidosa [2]et scabiosa quaeque mactatis, cum de opimis et integris supervacua quaeque truncatis, capitula[a] Cap. XIV.

39. pedagogis aulicis *EFGλ. Erfurt. Vindob.* paedagogiis (paedagogis *Da.*) aut aulicis *Dabc.* 40. synodi *Df. Erfurt.* sinhodi *AB.* sinodi *EG.* sin hodie *Vindob.* sui hodie *F.* Cinhothi *λ.* cynaedum *abcde.* 41. veteres vestri *λ.* 42. alii *λ.* 43. quod soli ab antiquitate praeceperant (perceperant *f.*) *λf. Havercamp.*

Cap. XIV. *Caput novum, quod decimum tertium est in scriptis libris, in ABDEG. Vindob. Oxon. Erfurt. aliis inscriptum est* DE SACRIFICANDO., *in ab.* DE SACRIFICANDI RITV ET QVID POETAE DE DIIS FABVLATI SINT. 1. Nolo *G. Haverc.* 2. et scabiosa *om. λ.* et saniosa *a.*

p. cum Simonem Magum statua et inscriptione Sancti Dei inauguratis] Hoc habet Tertullianus ex Apologetico II. [p. 69. ed. Paris.] Iustini Martyris, qui in litteris Romanis tam facile decipi potuit quam in Graecis Vergilius, cum *Inarimen* dixit pro eo quod Homerus dixerat *εἰν Ἀρίμοις*. Statuas positas legimus SANCTO SANCO SEMONI DEO FIDIO, alias SEMONI SANCO, alias SANCO FIDIO SEMO PATRI. Quodsi cuipiam C. Baronius Iustinum falli ne hac quidem in re potuisse persuaserit, is certe habet quod opinioni faveat, profanam illam veterum circa huiusmodi deos ac titulos vesaniam. (Rigalt.) Cf. interpretes ad Euseb. H. E. II, 13. et ad Iren. Adv. Haeres. I, 21. De Simone Mago, de quo silent ethnici scriptores, v. praeterea Tertull. De Idol. cap. 9. Niceph. H. E. II, 27. Constit. Apost. VI, 9. Cyrill. Hierosol. Catech. VI, 14. 15. Ambros. Hexaëm. IV, 8. 33. Augustin. Haeres. cap. 6. et Serm. III. de SS. Petro et Paulo. Isidor. Pelus. Epist. I, 13. Theodoret. Haeret. Fab. I, 13. Maxim. Taur. Homil. V. in Natal. SS. Petri et Pauli. Epiphan. Haer. I, p. 31. Sulpic. Sever. H. S. II, 42. Arnob. Adv. Natt. II, 12. Mazocchi Comment. in Vet. Marm. S. Neapolit. Eccl. Kalend. (Neap. 1755.) tom. III, p. 871 sqq. et Laelius Bisciola Hor. Subsec. (Colon. Agripp. 1618.) tom. II, l. X, c. 4. Cf. Goerres Christl. Mystik III, 107 sqq.

q. de paedagogiis aulicis nescio quem] Significatur Antinous Adriani *δοῦλος* (ut vocat Hegesipp. ap. Euseb. H. E. IV, 8.), ab eo post mortem in deos relatus, quem Tertullianus memorat etiam Ad Natt. II, 10. De Corona cap. 12. Adv. Marc. I, 28. Cf. de eo Salmas. et Casaub. ad Spartiani Hadr. cap. 14. Dio Cass. LXIX, 10. ibique Reimari adnot., Plin. H. N. II, 9. Pausan. VIII, 9, 4. Tatian. c. Graecos cap. 16. Athenag. pro Christ. cap. 26. Iustin. Mart. Apol. II, p. 72. Orig. c. Cels. III, 36. p. 470. ed. Bened. Euseb. Chron. ad a. CXXXII. p. Chr. Niceph. H. E. VII, 26. et X, 36. Muratori Inscriptt. 24, 6. Spanh. De Usu et Praest. Numism. diss. XI, p. 333. V, p. 271. IX, p. 567. K. Levezow: Ueber den Antinous. (Berl. 1808.) Paedagogia erant loca in aedibus, ubi pueri ad delicatiores usus et ministeria destinati sub paedagogo suo versabantur. V. interpretes ad Sueton. Neron. cap. 28. Senec. Epist. XCVI. Ulpian. Dig. XXXVII, 7, 12. Lips. ad Tacit. Ann. XII. Excurs. p. 539. Passim paedagogia sunt ipsi pueri eorumve coetus. Cf. Senec. De Vita Beata cap. 17. Epist. CXXIII. Antinoum Hadriani *παιδικὰ* fuisse in vulgus notum est.

r. synodi deum] *Synodi deum facere* est in synodum et collegium deorum cooptare, ut interpretatur Salmasius ad Spartiani Hadr. cap. 14., qui omnino de hoc Tertulliani loco videndus est. Synodus deorum autem apud Graecos erat duodecim deorum quos magnos appellabant. Aegyptiacis deis tanquam *πάρεδρον* additum Antinoum testatur vetus lapis Romae repertum inscriptus: *ΑΝΤΙΝΟΩ ‖ ΣΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ ‖ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ ‖ Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΠΡΟΦΗΤΗΣ.*, quem citat Casaub. ad Spartian. Hadr. p. 29. Habet etiam Gruter. Inscr. LXXXVI, 1.

Cap. XIV. a. capitula] Capitula hic sunt abiecta partium *ἀκροτηριάσματα* atque resegmina, quae de sacrorum ritu

et ungulas, quae domi quoque pueris vel canibus destinassetis[b], cum de decima Herculis[c] nec tertiam partem in aram eius inponitis ([3]laudabo magis sapientiam, quod de perdito aliquid eripitis), sed conversus ad litteras vestras, quibus informamini ad prudentiam [4]et liberalia officia, quanta invenio ludibria! deos inter se propter Troianos et Achivos ut gladiatorum paria congressos depugnasse, Venerem humana sagitta sauciatam, [5]quod filium suum Aenean paene interfectum ab eodem Diomede rapere vellet[d], Martem tredecim mensibus in vinculis paene consumptum[e], Iovem, ne eandem vim a ceteris caelitibus experiretur, opera cuiusdam monstri liberatum[f], et nunc flentem [6]Sarpedonis casum[g], nunc foede [7]subantem in sororem sub commemoratione non ita dilectarum [8]iampridem amicarum[h]. Exinde quis non poeta ex auctoritate principis [9]sui dedecorator invenitur deorum? Hic Apollinem Admeto [10]regi pascendis pecoribus addicit, ille Neptuni structorias operas [11]Laomedonti locat[i]. Est et [12]ille de lyricis (Pindarum dico) qui [13]Aesculapium canit avaritiae merito, [14]quia medicinam nocenter exercebat[k],

3. Laudabo *ABDEFGd. Vindob. Erfurt.* Laudo (*λ. Oxon.*) *abcef. Haverc.* 4. et liberalia *ABFGf. Erfurt. Vindob.* et ad liberalia *DEabcde.* 5. quod filium suum — — rapere vellet *om. f.* quod filium suum Aeneam ne interimeretur rapere voluisset *λ.* Aenean *pro vulgata* Aeneam *habent ABEdf. Vindob. Erfurt. Pro* rapere *in F. est* recipere. 6. Sarpedonis causa *λ.* 7. cubantem *A(m. sec.) E. Erfurt.* 8. iampridem *om. λ.* 9. sui decorator *Gc.* dedecorator *E. Erfurt.* 10. regi *om. λ.* 11. Laomedontis *E. Erfurt.* 12. ille *om. b.* 13. Aescolapium *AB.* Aesculapium *reliqui.* 14. quia *ABEFGaf. Vindob. Erfurt. Oxon.* qua *(Dλ)bcde. Haverc.*

in prosicio erant. Cf. Salmas. ad Solin. p. 90. Interprett. ad Fest. s. v. Ablegmina. Kopp. ad Mart. Cap. I, §. 9. p. 36. Arnob. Adv. Natt. VII, 25.

b. quae domi quoque pueris vel canibus destinassetis] Hoc idem olim querebatur ille, cuius versus extant apud Porphyr. *περὶ ἀποχῆς* libro II. *„Τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνειμένος Εὖπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς Ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πνουμένης, ἃ καὶ κυσὶ πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα Χαίρειν ἅπαντας καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;“* (Herald.)

c. de decima Herculis] Cf. Macrob. Saturn. III, 12. Dionys. Halic. I, 40. Diodor. Sic. IV, 21. Athen. Deipnos. V, 65. Plut. Crasso cap. 2., Sulla cap. 35. Hartung. Relig. d. Roem. II, p. 27 sqq.

d. ab eodem Diomede rapere vellet] Homer. Il. V, 330. Vergil. Aen. XI, 277. De universo loco cf. Clem. Alex. Protr. p. 31. Arnob. Adv. Natt. IV, 25. Min. Fel. Octav. cap. 22.

e. in vinculis paene consumptum] Homer. Il. V, 385 sqq. Nonn. Dionys. V, 585 sqq. Philostrat. V. Apoll. VII, 12.

f. opera cuiusdam monstri liberatum] Vergil. Aen. X, 567. ibique Serv.

g. nunc flentem Sarpedonis casum] Hom. Il. XVI, 458 sqq.

h. iampridem amicarum] Homer. Il. XIV, 312 sqq.

i. Laomedonti locat.] Narrant Hom. Il. XXI, 443 sqq. ibique Eustath. Hygin. Fab. 49. Cf. Tatian. Or. ad Gr. cap. 35. Firm. Matern. De Errore Prof. Relig. cap. 12. Commodiani Instruct. I, 11.

k. quia medicinam nocenter exercebat] Etenim fabulantur Aesculapium adversus fata, hoc est adversus voluntatem Iovis, mortuos quosdam ingenti pretio captum ad vitam revocasse. Pindar. Pyth. III. Antistr. 3. Apollod. III, 10. Cf. Clem. Alexandr. Protrept. p. 25. Athenag. Leg. pro Christ. cap. 25. Theodoret. Cur. Affect. Gr. III, tom. IV, p. 767, Sch.

fulmine [15]iudicatum. Malus Iuppiter, si fulmen illius est[1], impius in nepotem, invidus in artificem. [16]Haec neque vera prodi neque falsa confingi apud religiosissimos oportebat. [17]Nec tragici quidem aut comici parcunt, [18]ut non aerumnas vel errores domus alicuius dei [19]praefentur[m]. Taceo de philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliam deorum quercum [19b]et hircum et canem deierabat[n].

15. iudicatum *ABDEFGλf. Erfurt. Oxon. Vindob. Havercamp.* vindicatum *abcde. Bongarsianus liber.* 16. Haec neque vero proinde λ. 17. Ne tragici quidem λ. 18. et non *f. Haverc.* 19. praefentur *ABEde. Vindob. Erfurt. Oxon. libri Pamelii omnes.* profertur *G.* praefantur *f. Haverc.* praeferantur (*h. e.* praefarentur) λ. praeferentur *D. Ambros.* proferant *F.* prae se ferant *c.* praeferant *ab.* 19b. et hircum *om.* λ.

l. si fulmen illius est] His verbis innuit Septimius falso gentium consensu tradi fulmen ullum esse Iovis, qui avus Aesculapii fuerit. Esse autem dei summi, dei veri, dei unius, dei Christianorum, qui Aesculapium quendam medicum eo quia praevaricatione venalis medicinae vivos ad mortem, non mortuos ad vitam ageret, fulmine percusserit. Itaque Asclepiadas, huius facinoris infamiam ut obruerent, fabulam posteris narrasse, Asclepium a Iove tactum fulmine, quia mortuos ad vitam revocasset. Fabulatores vero scelestissimos fuisse arguit Septimius, talia de Iove suo mentitos, ut impio in nepotem, invido in artificem. Notatur etiam haec fabula Ad Natt. II, 14. (Rigalt.)

m. ut non aerumnas vel errores domus alicuius dei praefentur.] Quid dicam de tragicis, qualis est Sophocles, quid de comicis, qualis est Aristophanes? qui vix incipiunt opus absque praefatu alicuius calamitatis quae deo acciderit. (La Cerda). Ad Natt. I, 10 „Et tragici quidem aut comici pepercerunt, ut non aerumnas ac poenas dei praefarentur.“ La Cerdam Septimii verba non recte intellexisse in aperto est. Ceteri editores et interpretes silent. Nodum agnoscis in verbo *praefari,* quo hic utitur pro: in primaria causa esse, auctorem esse et tanquam caput, ex quo aerumnae illae et errores defluant. Ut enim praefationes et prologi fabularum in initiis et veluti capitibus proponuntur, ita deorum scelera et rixae in tragicorum et comicorum fabulis earumque materiis fere repraesentant initia aerumnarum et errorum magnorum domuum. Sic trium dearum rixa causa fuit Troiani belli Atridarumque deinceps domus infelicitatis. Sic Herculi tot nunquam labores et aerumnae perferenda fuissent, nisi Iunonem maritalis adulterii vindicem in se habuisset, nec magis Oedipus in matrem aberrasset, nisi prius per Apollinis anceps et fallax responsum domui suae in multos annos alienatus fuisset.

n. quercum et hircum et canem deierabat.] Pro quercu platanum habemus apud plurimos scriptores. Theoph. ad Autolyc. libro III: „*ἢ Σωκράτην τι ὀμνύειν τὸν κύνα καὶ τὸν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον.*“ Habes hic canem, anserem et platanum. Eadem apud Philostrat. V. Apoll. VI, 19 [p. 257. Olear.]: „*ἐγένετό τις Σωκράτης Ἀθηναῖος ἀνόητος, ὃς τὸν κύνα καὶ τὸν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον θεούς τε ἡγεῖτο καὶ ὤμνυ.*“ Lucianus in Icaromenippo: „*οἱ δὲ κατὰ κυνῶν καὶ χηνῶν καὶ πλατάνων ἐπώμνυντο.*“ Canis et platanus apud eundem in *Βίων Πράσει,* ubi deierat Socrates: „*καὶ μὴν ὀμνύω γέ σοι τὸν κύνα καὶ τὴν πλάτανον οὕτως ταῦτα ἔχειν.*“ Canis et anser apud Porphyr. *Περὶ ἀποχῆς* libro III. [§. 16. p. 250. Rhoer.]: „*Οὐδὲ Σωκράτης τὸν κύνα καὶ τὸν χῆνα ὀμνὺς ἔπαιζεν.*“ De hirco testimonium habemus apud scholiasten Aristophanis e Socratis libro XII. *Κρητικῶν,* ubi Rhadamanthum huius iurisiurandi auctorem laudat: „*Ῥαδάμανθυς δοκεῖ διαθεξάμενος τὴν βασιλείαν δικαιότατος γεγενῆσθαι πάντων ἀνθρώπων. Λέγεται δὲ αὐτὸν πρῶτον οὐδένα ἐᾶν ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλὰ ὀμνῦναι κελεῦσαι χῆνα καὶ κύνα καὶ κρίον καὶ τὰ ὅμοια.*“ Nota *καὶ τὰ ὅμοια.* Nam per animalia quaelibet iurabant. Porphyrius l. l.: „*Σωκράτης δὲ καὶ ὤμνυς κατ᾽ αὐτῶν· καὶ ἔτι πρὸ αὐτοῦ Ῥαδάμανθυς.*“ Causam autem huius iurisiurandi adfert Apollonius apud Philostratum l. l., nempe ne

Sed propterea damnatus est Socrates, [20]quia deos [21]destruebat. Plane olim[o], id est semper, veritas odio est. Tamen cum [22]paenitentia sententiae Athenienses [23]et criminatores Socratis postea [24]afflixerint et imaginem eius auream in templo collocarint, [25]rescissa damnatio testimonium Socrati [26]reddidit[p]. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit[q], et Romanus Cynicus Varro trecentos Ioves, [27]sive Iupitros [28]dicendos, sine capitibus [29]introducit[q].

20. qui *DE.* 21. destruxit *Oxon.* 22. paenitet *λ.* 23. ut criminatores *ABEFGλ. Vindob. Erfurt.* criminatores *d.* 24. efflixerint *λ.* afflixerit *D.* affluxerunt *G.* 25. rescissa damnatione *λ.* recisa damnatio *F.* recissa damnatio *Vindob.* 26. reddit *EFG. Vindob. Erfurt.* reddiderunt *λ.* 27. sive Iupitros *ABFG. Vindob. Ambros.* Iupiteros *D (qui invertit* Iupiteros sive Ioves) *Eλ. Erfurt. libri Pamelii omnes.* Iupiteres *abcdef.* 28. dicendos *ABDEFG. Ambros. Vindob. Erfurt.* dicendum *(λ)abcdef.* 29. introducit *ABDFGdef. Haverc. Pamelii omnes, Erfurt. Vindob. Ambros.* inducit *λ.* introduxit *Eabc.* introducunt *Oxon.*

per deos iuretur: „*ὤμνυ γὰρ ταῦτα, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ' ἵνα μὴ θεοὺς ὄμνυ,*“ quam etiam causam adferebat modo scholiastes Aristophanis. (Herald.) Tertullianus Ad Natt. I, 10: „In contumeliam deorum quercum et canem et heram iurat.“ Sed non video quid in contumeliam deorum iuraret Socrates hac iurandi formula: *Νὴ τὴν Ἥραν.* Nam etsi aërem intelligeret, tamen et Iunonem pronuntiabat. Dixerit igitur Tertullianus *hircum*, sicut alii *χῆνα*, alii *κρίον* seu, quod verius videtur, crispante sono praecedentis vocabuli *quercum* repercussae aures, inter quercum et hircum ambiguae, utrumque ad veloces digitos pertulerint, ut iam, oblitterato quod perperam irrepsit, tantum legi debeat: *quercum et canem deierabat.* Nam et in Fuldensi nihil praeterea reperiri aiunt. (Rigalt.) Nihil tribuendum est libro Agobardi, ubi non habet quod aliunde satis constat. Neglegentissime enim excusus est totque praesertim omissis laborat, ut vere incautius is agere videatur, qui ex eiusmodi vitiis ea petat, quae suspecta esse minime possunt videri. In loco Ad Natt. I, 10. pro *herum* omnino *hircum* rescribendum est, facillima emendatione. Id vocabulum tuetur insuper testimonium Suidae s. v. *Χῆνα ὀμνῦναι.* „*Ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν Ῥαδάμανθος ἐκέλευε κατὰ χῆνος καὶ κρίου ὀμνῦναι, οὐχ, ὡς τινες, Σωκράτης.*“ Cf. Id. s. v. *Λάμπων ὄμνυσι τὸν χῆνα ὅταν ἐξαπατᾷ.* Cf. Menag. ad Diog. Laërt. II, 40. tom. III, p. 358. ed. Lips. Lydus De Iurament. III, 23.

o. olim] h. e. vulgo. Cf. interpretes ad Vergil. Aen. V, 125. Heindorf. ad Horat. Sat. I, 1, 25. Arnob. Adv. Natt. V, 48. VI, 10.

p. testimonium Socrati reddidit.] Cf. Diog. Laërt. II, 5, 23. VI, 1, 4. et Menag. ad eiusdem II, 4., qui cum Is. Casaubono et Desid. Heraldo *aeream* pro *auream* hoc Tertulliani loco putat reponendum. Athenienses etiam sacellum Socrati consecrasse tradit Marin. V. Procli cap. 10. p. 22. (p. 9. Boisson.) Fabric.

q. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit] Dixerat modo sat fore sibi unum hic Socratis nomen atque exemplum. Iam veluti oblitus eius quod dixerat, etiam Diogenis indeque Romani Cynici Varronis mentionem addit. De Diogene haec adnotavit Desid. Heraldus: Quod *Diagoras* legendum putat Pamelius, aut de alio Diogene locum istum intelligendum, nae is egregie fallitur. Et Diogenes et Diogenis discipuli ac Cynici omnes nescio quid in Herculem ludebant, quem quasi sectae suae principem praedicabant, seque cum baculo ubique terrarum eius exemplo oberrare ad domanda et subigenda vitiorum monstra. Quod cum Apuleius et alii docent tum Lucianus omnium disertissime in *Βίων Πράσει.* Ibi emptor Diogenem interrogat: „*ζηλοῖς δὲ τίνα;*“ Respondet Diogenes „*Ἡρακλέα.*“ Tum emptor: *τί οὖν οὐχὶ καὶ λεοντῆν ἀμπέχῃ; τὸ μὲν γὰρ ξύλον ἔοικας αὐτῷ.*“ Diogenes: „*τουτί μοι λεοντῆ τὸ τριβώνιον· στρατεύομαι δὲ, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἐπὶ τὰς ἡδονὰς, οὐ κελευστὸς, ἀλλὰ ἑκούσιος, ἐκκαθάραι τὸν βίον προαιρούμενος.*“ Et in Lapithis Cynicus nescio quis Herculem sectae suae *θεὸν καὶ ἀρχηγέτην* diserte profitetur. His testi-

Cetera lasciviae ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. [1]Dispicite Lentulorum et Hostiliorum [2]venustates[a], Cap. XV.

Cap. XV. *Caput novum, quod in scriptis est decimum quartum, in ABDEG. Erfurt. Vindob. Oxon. aliisque inscriptum est* DE FABVLIS ET MIMIS DEORVM ET FOEDITATIBVS (SORDITATIBVS *Oxon.*)., *in ab.* QVAM SINT FOEDA QVAE IN THEATRIS AC SCENA DE DIIS REPRAESENTANTVR. 1. Despicite *DFG. Vindob.* 2. vetustates *DElα. Erfurt. Oxon.*

moniis ab Heraldo adlatis addo Iulian. Imperat. Orat. VI: „Ὁ κυνισμὸς οὔτε Ἀντισθενισμός ἐστιν οὔτε Διογενισμός. Λέγουσι μὲν γὰρ οἱ γενναιότεροι τῶν κυνῶν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἡρακλῆς, ὥσπερ οὖν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἡμῖν τις αἴτιος κατέστη, οὕτω δὲ καὶ τούτου τοῦ βίου παράδειγμα τὸ μέγιστον οὗτος κατέλιπεν ἀνθρώποις.“ Legenda est etiam lepidissima illa confabulatio Diogenis et Herculis apud Lucian. Vol. I, p. 298 sqq. ed. Graev. Denique inter ipsius Diogenis scripta apud Diog. Laërt. VI, 12, 80. memoratur tragoedia Herculis nomine inscripta, quam si quis ab Tertulliano hic praesertim respici coniectaverit, equidem non multum refragabor.

r. sine capitibus introducit.] Tertullianum hic Varronis Saturas Menippeas sive Cynicas significare dixi iam in Commentatione ad Fragmenta earum Saturarum a me annis aliquot abhinc edita p. 48. et p. 238 sq. Aliter placuit Leop. Krahnero in doctissimo libello De Causis Corr. Relig. Rom. p. 52. et post eum Rud. Merkelio in Prolegg. ad Ovidii Fast. p. CCXXI., qui illam Iovum ἀκεφάλων cohortem ad Varronis Rerum Divinar. atque Humanarum libros referunt. Krahnerus nuperrime hanc rem retractavit in Comment. De Varrone ex Marciani Capellae Satura Supplendo (Neubrandenburg 1846. 4.) cap. 1. p. 9. Putat perstringi a Tertulliano opinionem Varronis de Iove mundo eoque rotundo humanaque figura melius carente ex Stoicorum doctrina. At praeterquam quod Cynici cognomen, quo hic ornatur Varro, perquam verisimile reddit eius Menippeas notari, et ipsa loci ratio, cum enumerentur qui quoquo modo deorum illusores exstiterint, de quonam genere scriptorum Varronis rectius cogitare nos permittit, utrum de serio, an de ludicro? Quomodo vero Iovis ceterorumve deorum irrisor aut delusor Varro appellandus est, si Iovis numine reliquos deos tanquam comprehendi et ad unum eum fontem omnes esse referendos statuit? (Augustin. De Civ. Dei VI, 11.) Estne hoc illudere? an docere, an philosophari? Verbum *introducere* autem quid vulgatius, quid aptius h. l. significat, quam in sermone, quales erant pleramque partem illae Menippeae Varronis, veluti in scenam spectandos producere? Sed sive Saturas sive Antiquitatum Varronis libros respexisse rectius censendus sit Tertullianus, si verba eius sine praeiudicio examinaverimus, hoc simpliciter velle videbitur, Varronem irridentem superstitionem illam, quae, cum natura sequatur eiusdem nominis et capitis unum tantum posse deum esse, ingentem eiusdem deorum numerum sibi effinxerit, tot Iovum perquam varii cognominis multitudinem lepide et facete perstrinxisse atque ad unum caput, ad unum Iovem redegisse. Faciunt ad rem etiam verba Minucii Fel. Octav. cap. 21: „Quid ipse Iuppiter vester? modo imberbis statuitur, modo barbatus locatur, et cum Hammon dicitur, habet cornua, et cum Capitolinus, tunc gerit fulmina, et cum Latiaris, cruore perfunditur, et cum Feretrius, non aditur, et, ne longius multos Ioves obeam, tot sunt Iovis monstra quot nomina.“ Quod denique scriptorum librorum auctoritatem et fidem secutus *Iupitros* edidi, quamquam facilis erat corrigere *Iupiteres* (v. Priscian. VI, col. 595, 19. ed. Putsch. Varro De L. L. VIII, 33. Muell.), tamen novare nolui, eo minus, cum, si sunt Menippearum Saturarum illi Ioves trecenti, Varro et nomine eorum nove declinando nescio quid ludere voluisse probabiliter existimari possit.

Cap. XV. a. Lentulorum et Hostiliorum venustates] De Hostilio mimographo, quem liber Agobardi Ad Natt. I, 10. *Hostium* appellat, nihil constat. Cf. Weichert. Poët. Roman. Reliqu. p. 17. Lentulum Tertullianus memorat De Pallio cap. 4., et Hieronymus Adv. Rufin. II, p. 414. (tom. IV. ed. Bened.): „Et quasi mimum Philistionis vel *Lentuli* ac Marulli stropham eleganti sermone confictam,“ et schol. ad Iuvenal. Sat. VIII, 186. Cf. Bothe Fragm. Comic. (Poët. Latt. Scen. Fragm. V, 2.) p. 270. Schneider ad Varron. De Re Rust. II, 3. p. 419.

utrum mimos an deos vestros in iocis et strophis[b] [3]rideatis: moechum [4]Anubin[c], et masculum Lunam[d], et Dianam flagellatam, [5]et Iovis mortui testamentum recitatum, et tres Hercules famelicos inrisos[e]. Sed et histrionum [6]litterae[f] omnem foeditatem eorum designant. Luget Sol filium [7]de caelo iactatum laetantibus vobis, [8]et Cybele [9]pastorum suspirat fastidiosum[g] non erubescentibus vobis, et sustinetis Iovis elogia[h] cantari, et Iunonem, Venerem,

3. rideatis *om. c.* 4. Anubin *ABE. Erfurt.* Anubim *DFGabcdef. Vindob.* 5. et Iovis mortui — — famelicos inrisos *om. λ.* 6. latera *c.* 7. de caelo iactatum *ABEFG. Vindob. Erfurt. Oxon.* iactatum de caelo *Dabcde.* detractum de caelo *λf.* 8. et Cybele — — erubescentibus vobis *om. c.* 9. pastorum suspirat *ABG.* suspirat pastorum *Vindob.* suspirat pastorem *F.* pastorem suspirat *DEabcdef. Oxon. Erfurt.*

b. et strophis] Strophae sunt nequitiae, versutiae, tricae, doli. Adv. Marcion. III, 10 „quando dignius necessitas fidem quam stropham administrasset?“ De Spectac. cap. 29 „satis etiam canticorum, satis vocum, nec fabulae, sed veritates, nec *strophae,* sed simplicitates:“ Aldhelm. De Virgin. cap. 6. Plin. Epist. XVIII, 1. Martial. Epigr. IX, 8. Hieronym. l. l.

c. moechum Anubin] Fabulae huius vel tituli originem Io. Clericus Bibl. Anc. et Moderne tom. XV, p. 107. repetit ex narratiuncula illa, quam habet Iosephus Antiqu. Iud. XVIII, 4.

d. et masculum Lunam] Iocus fortasse petitus ab sermone Orientalium, qui Lunam tam masculinis quam femininis nominibus appellabant, unde et dei Luni mentio apud Spartianum in Caracallo. (Herald.) Testimonium Spartiani est Carac. cap. 6. Cf. de deo Luno praeterea Amm. Marcell. XXIII, 3, 2. Herodian. IV, 13. Euseb. Praep. Evang. III, 3. Procl. in Timae. IV, 251.

e. et tres Hercules famelicos inrisos.] Herculis voracitatem traduxerunt poëtae paene omnes Homerum patriarcham suum sequuti; qua de re Athen. Deipnos. lib. X. Quapropter gloriabatur apud Philostratum De Vita Apoll. V, 8. iuvenis *ἀδδηφάγος,* hac se ratione non minorem gloriam consequuturum quam olim consequutus fuisset Hercules, cuius tuburcinationes non minus fuisse celebratas ait quam eiusdem aerumnas: *καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα ἴσως ἀκούεις, ὡς καὶ τὰ σιτία αὐτοῦ παραπλησίως τοῖς ἄθλοις ἤδετο.* (Herald.) Cf. Philostrat. Imagg. II, 13: „*ἀλλὰ τοῦ θράσους ὀργίζεται τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Θειοδάμας, ὅτι ἀροῦντι αὐτῷ ἐπιστὰς ἀποσφάττει τὸν ἕτερον τῶν βοῶν καὶ σιτεῖται, σφόδρα ἐθὰς ὢν τοῦ τοιούτου σιτίου.*“ Cf. Lactant. Instit. I, 21. et quae ibi Buenem. laudat.

f. histrionum litterae] Histriones hic peculiariter appellat comoedos et tragoedos, quorum scientiam saecularis litteratura dispungit, quomodo idem loquitur De Spectac. [cap. 18.] Hac igitur de causa „histrionum litterae“ hoc loco. (Herald.)

g. et Cybele pastorum suspirat fastidiosum] Attin, quem pastorem fuisse tradunt Theocrit. X, 40. Philostr. Ep. I, 39. p. 930. Arnob. Adv. Natt. IV, 35. Paulin. Nolan. Adv. Gent. Carm. v. 39. Cybeles amorem enarrat Arnob. Adv. Natt. V, 6 sqq. Genitivus *pastorum,* quem ex fide optimorum librorum restitui pro accusativo *pastorem,* qui in vulgatis habetur, Graeco more est positus. Cf. De Spectac. cap. 6 „reliqui ludorum de natalibus et sollemnibus regum et publicis prosperitatibus et municipalibus festis superstitionis causas habent.“ Apul. De Magia cap. 37 „peregregiam tragoediarum.“ Ibid. cap. 38 „apud antiquos philosophorum.“ Id. De Mundo cap. 31 „fictorum probum“, ad quae verba Hildebrandus citat Eckstein. ad Vossii Aristarch. tom. III, p. 1060. et Oudend. ad Apul. Apolog. p. 480. Burm. ad Quinctil. Instit. I, 4.

h. Iovis elogia] Iovis furtorum et criminum titulos. De voc. *elogium* v. adnotata ad De Corona cap. 5. De re cf. Arnob. Adv. Natt. VII, 33 „Ponit animos Iuppiter, si Amphitryon fuerit actus pronuntiatusque Plautinus, aut si Europa, si Leda, Ganymedes fuerit saltatus aut Danaë, motum compescit irarum?“ Cf. Id. IV, 35 „et quod nefarium esset auditu, gentis illa genetrix Martiae regnatoris et populi procreatrix arcana saltatur Venus et per

Minervam a pastore iudicari. [10]Ipsum quod imago dei vestri [11]ignominiosum caput et famosum vestit[i], quod corpus inpurum et ad istam [12]artem effeminatione productum Minervam [13]aliquam vel Herculem repraesentat, nonne violatur maiestas et divinitas constupratur [14]laudantibus vobis[k]? Plane religiosiores estis in cavea, ubi super sanguinem humanum, super inquinamenta poenarum [15]proinde saltant dei vestri argumenta et historias noxiis ministrantes, nisi quod et ipsos deos vestros saepe noxii induunt[l]. Vidimus aliquando castratum [16]Attin, [17]illum deum ex [18]Pessinunte, et qui vivus ardebat, Herculem induerat. Risimus et inter ludicras meridianorum[m] crudelitates Mercurium mortuos [19]cauterio examinantem, vidimus et Iovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo [20]deducentem[n]. Singula ista quaeque adhuc investigare [21]quis posset?

10. Ipsum quod (que *G.*) *ABDEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* Quid quod *abcdef(λ).* 11. ignominiosum *ABEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* ignominiosissimum *(λ)Dabcdef.* 12. arcem *Dλ.* 13. aliquem *E. Erfurt.* 14. laudantibus *ABDEFGabcde. Vindob. Erfurt. Oxon. Ambros.* plaudentibus *λf. Haverc.* 15. proni *F.* 16. Attin *ABEF. Ambros. Erfurt. Vindob.* Attem *G.* Atten *c.* Atyn *Dabdef.* 17. illum deum vestrum e *λ.* 18. Pessinunta *ABEF. Erfurt. Oxon. Vindob.* pessiminta *G.* 19. cantherio *a.* canterio *D.* 20. diducentem *Ios. Scaliger.* 21. investigare quis posset (possit *AφBφ. Oxon.*) *AβBEFGf. Vindob. Oxon. Erfurt.* quis posset investigare *Dabcd.* investigare qui posset *e.*

affectus omnes meretriciae vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari. Saltatur et magna sacris compta cum infulis Mater et contra decus aetatis illa Pessinuntia Dindymene in bubulci unius amplexu flagitiosa fingitur appetitione gestire, necnon et illa proles Iovis Sophoclis in Trachinis Hercules pestiferi tegminis circumpetitus indagine miserabiles edere inducitur heiulatus, violentia doloris frangi atque in ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione consumi. Quin et ille in fabulis maximus ipse regnator poli sine ulla nominis maiestatisque formidine adulterorum partes agere introducitur, atque ut fallere castitatem alienarum possit familias matrum, ora immutare pellacia et in species coniugum corporis simulatione succedere.“ Fabularum eiusmodi argumenti catalogum habes apud Liban. pro Saltat. p. 273 sq. Cf. Sidon. Apollin. Carm. XXIII, 267 sqq. Mueller de Genio Saeculi Theodos. II, p. 105 sqq.

i. ignominiosum caput et famosum vestit] Haec verba totum histrionis caput ipsius dei quem repraesentabat persona convestitum fuisse significant; quod apertissime declarat Gabius Bassus ap. Gell. N. A. V, 7. (Rigalt.)

k. laudantibus vobis?] Non solum spectantibus, sed probantibus ac laudantibus.

l. nisi quod et ipsos deos vestros saepe noxii induunt.] Quandoque enim noxii deorum aliquorum aut etiam insignium virorum *πάθη* veris poenis repraesentabant. Sic Prometheum Laureolus *ἀρχιληστὴς* repraesentavit, Laureolum postea plures, Orpheum alius, alius Mucium Scaevolam, de quibus in Amphitheatro Martialis. (Herald.) V. Martial. Spectac. Epigr. 7. 8. 21. Auson. Idyll. 33. Sueton. Ner. cap. 12.

m. meridianorum] Sub meridiem, dum vacat arena, producebantur vilia quaedam gladiatorum paria, quibus non galea, non scutum, nec ullae mortis morae, homicidia mera. Ad haec spectacula nonnulli dimisso ad prandium populo persedebant. (Rigalt.) Cf. Lips. Saturn. II, 15. et interpretes ad Sueton. Claud. cap. 34. Senec. Epist. I, 7.

n. cum malleo deducentem.] Et Mercurio et Diti seu Plutoni virgam tribuunt poëtae. Animas autem ille deducebat, iste cadavera. [Cf. Sueton. Ner. cap. 39 „Orcus vobis ducit pedes.“] Itaque per iocum et risum qui Mercurium induerat mortuos explorabat virga ferrea candenti; hoc illi cauterium excitandis animarum reliquiis, languentibus forte, an

Si honorem inquietant divinitatis[o], si maiestatis [22]vestigia obsoletant[p], de contemptu [23]utique censentur[q] tam eorum qui eiusmodi factitant quam eorum quibus factitant. [24]Sed ludicra ista sint. Ceterum si adiciam, quae non minus conscientiae omnium recognoscent, [25]in templis adulteria conponi[r], inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerumque aedituorum et sacerdotum tabernaculis sub [26]isdem vittis et apicibus et purpuris[s] thure flagrante[t] libidinem

22. vestigia obsoletant *ABDEGbcde. Vindob. Oxon. Ambros. Erfurt. Gorziens.* vestigia adsoletant *a.* fastigia obsoleant *F.* fastigium adsolant *λ. Haverc.* fastigia adsolant *f.* 23. itaque *Ambros.* 24. Sed ludicra ista sunt. Sed ludicra ista sint. *cd.* Sed ludicra ista. Sint *Haverc.* 25. in templo *F.* 26. hisdem *Aβ.* eisdem *F.*

pigris. Qui vero Plutonem, cum virga quidem incedebat, sed armata malleo, quo facilius contunderet, si quid animae latentis in illis gladiatorum a pugna recentium cadaveribus intereundum forte rebellaret. Malleum et clavam Graeci *ῥάβδον* vocant et *νάρθηκα*. (Rigalt.)

o. Si honorem inquietant divinitatis] Inquietare honorem divinitatis dicit Tertullianus quasi honoris illius statum turbare. Sic libro De Carne Christi statim initio: „Qui fidem resurrectionis ante istos Sadducaeorum propinquos sine controversia moratam student *inquietare*." (Herald.) Addo Ad Natt. I, 10. gemellum locum, et De Spectac. cap. 15 „spiritum sanctum — — non dolore *inquietare*." Amat Tertullianus hoc verbo uti. Cf. Apol. cap. 38. De Corona cap. 11. De Spectac. cap. 23.

p. si maiestatis vestigia obsoletant] Maiestatis vestigia obsoletare est inquinare ea et obsolefacere ut fere nulla compareant. Cf. Scorpiac. cap. 6 „qui vestitum *obsoletassent* nuptialem." Gloss. Arabico-Latin. ap. Vulcan. col. 708 „Obsolito, obtero, vel inquino." Gloss. Isid. ap. Vulcan. col. 689: „Obsoletatus, pollutus, inquinatus." Quam scripturam liber Fuldensis exhibet *fastigium adsolant*, eam praebet etiam liber Agobardi Ad Natt. I, 10. in loco gemello.

q. de contemptu utique censentur] Hoc est, aestimationem et originem suam eiusmodi ludicra habent in contemptu quo habentur dei tam apud eos qui ista repraesentant, quam apud eos qui spectant. Sic supra cap. 12. dixerat „in metalla damnamur: *inde censentur* dii vestri. V. quae de vocabulorum *census* et *censere* apud Tertullianum significatu adnotavero ad De Corona cap. 13. Havercampus locum non intellexit, interpretatus: „contemptum inducunt et ignominiam tam diis quam hominibus."

r. in templis adulteria conponi] De Pudic. cap. 5 „Ego quidem Idololatria saepissime moechiae occasionem subministro. Sciunt luci mei et mei montes et vivae aquae ipsaque in urbibus templa, quantum evertendae pudicitiae procuremus." V. Ovid. A. A. I, 77 sqq. et III, 365 sqq. Sueton. Tiber. cap. 44. Martial. Epigr. I, 68. Iuven. Sat. VI, 488. IX, 23 sqq. Petron. Satyr. cap. 21. Min. Fel. Octav. cap. 25. cum interpretibus.

s. sub isdem vittis et apicibus et purpuris] Sub isdem vittis quae alias deorum honori et adorationi inserviunt. De vittis sacerdotum cf. interpretes ad Propert. IV, 6, 6. et ad Vergil. Eclog. VIII, 64. Cf. De Pallio cap. 4. De apice cf. Fest. s. v. Varro ap. Gell. N. A. IX, 15. Serv. ad Vergil. Aen. II, 683. X, 270. Sacerdotum primariorum purpureas aut purpura intextas fuisse vestes docet Firm. Matern. Mathes. III, 19 „Faciet sacerdotum principes et qui in ipsis sacerdotiis purpureis aut auratis vestibus induantur." Quinctil. Declam. CCCXL „Ego vobis allego etiam ipsum illud sacrum praetextatum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus, quo infirmitatem puericiae sacram facimus ac venerabilem." Artemidor. II, 3 „*ποικίλην δὲ ἐσθῆτα ἔχειν ἢ ἀλουργίδα ἱερεῦσι μὲν καὶ θυμελικοῖς καὶ σκηνικοῖς καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον μόνοι τεχνίταις συμφέρει.*" Hic etiam fuit Gallorum Matris Deum vestitus. Apul. Metam. VIII, 27 „Quidam tunicas albas, in modum lanciolarum quoquoversum fluente purpura depictas cingulo subligati." Cf. Clem. Alexandr. Paedagog. II, 10. Matth. Aegyptius De SConsulto De Bacchanal. in Poleni Thes. Antiqu. Supplem. tom. I, p. 822. n. g.

t. thure flagrante] Si scriptorum librorum vel unus meliorum annueret, reposuissem *fragrante*. Vulgaris error est

expungi[u], [27]nescio, ne plus[v] de vobis dei vestri quam de Christianis querantur. Certe sacrilegi de vestris semper adprehenduntur. Christiani [28]enim templa nec interdiu [29]norunt[w]; spoliarent forsitan ea et ipsi, si et ipsi ea adorarent[x]. Quid ergo colunt qui talia non colunt? [30]Iam quidem intellegi subiacet[y] veritatis esse cultores qui mendacii non [31]sint, nec errare amplius in eo in quo errasse se recognoscendo [32]cessaverunt. Hoc prius capite et omnem hinc sacramenti nostri ordinem haurite, repercussis [33]ante tamen opinionibus falsis.

[1]Nam et, ut quidam, somniastis caput asininum esse deum nostrum. Hanc Cornelius Tacitus suspicionem [2]eiusmodi *dei* inseruit. Is enim [3]in quinta historiarum suarum[a] [4]bellum Iudaicum exorsus ab origine gentis etiam de ipsa tam origine quam de nomine et religione gentis quae voluit argumentatus Iudaeos [5]refert Aegypto expeditos[b] sive, ut putavit, [6]extorres [7]vastis Arabiae in Cap. XVI.

27. nescio plusne *cd.* 28. enim *om. Dab.* 29. norunt; polluerent forsitan *Latinius.* 30. Iam quod *G.* 31. sunt *F.* 32. cessaverunt *ABEFGcd. Erfurt. Vindob.* cessaverint *Dabef.* 33. ante *om. abc.*

Cap. XVI. *Caput decimum sextum, quod in scriptis libris est decimum quintum, in ABEG. Erfurt. Vindob. Ambros. Oxon. aliisque titulum habet* DE CAPITE ASININO ET DE CETERIS INSIGNIBVS QVAE VIDENTVR COLERE., *in Vaticano uno* QVOD CHRISTIANI NON CAPVT ASININVM ADORENT VT EIS INPINGEBANT SED VERVM DEVM ET SIGNVM CRUCIS. *In Dab. inscriptio est* DE CAPITE ASININO ET CETERIS INSIGNIBVS QVORVM CVLTVRA CHRISTIANIS OBIICIEBATVR. 1. Nam et ut quidam *AE. Ambros. Erfurt.* Nam ut quidam *Aφ (m. pr.) BφDFGλd. Vindob. Haverc.* Nam et quidam *df.* Nam quidam *ab.* Iam ut quidam *c.* 2. eiusmodi dei inseruit *ego.* eiusmodi (huiusmodi λ.) inseruit *ABDEFGλabcdef. Ambros. Vindob. Oxon. Erfurt.* Iudaismo inseruit *Fr. Iunius.* 3. in quinta *ABDEFGef. Bongars. Erfurt. Oxon. Ambros. Vindob.* in quinto *abcd.* in quarto λ. 4. de bello Iudaico λ. 5. infert *c.* 6. exterminatos λ. *Haverc.* 7. in vastis Arabiae locis *cd.* vastis Arabiae in locis et λ. *Haverc.*

librariorum confundere *flagrare* et *fragrare.*

u. libidinem expungi] Cf. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 10.

v. nescio, ne plus] V. quae adnotavi supra ad cap. 2.

w. Christiani enim templa nec interdiu norunt] Nedum nocturno tempore, quo de vestris surgunt in illa grassaturi sacrorum spoliatores. Latinius pro *spoliarent* rescribi volebat *polluerent.* Rationem non deprehendo.

x. si et ipsi ea adorarent.] Sic *προσκυνεῖν ναόν* saepe apud Iosephum. Veluti lib. XIII, cap. 5 „*καὶ τὸ ἐν Γαριζὶν προσεκύνουν ἱερόν.*“ Demetrius cap. 5 eiusdem libri „*ἵνα μηδὲ εἷς Ἰουδαῖος ἄλλο ἔχῃ ἱερὸν προσκυνεῖν ἢ μόνον τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις.*“ Valer. Max. I, 6 „Tuas aras tuaque sanctissima templa, Dive Iuli, veneratus oro, ut propitio ac faventi numine“ cett. Sic *βωμοὺς προσκυνεῖν,* aras colere, adorari, etiam precari et aris supplicare; nempe quia ibi collocata deorum simulacra. (Herald.)

y. intellegi subiacet] In promptu est, *ὑπόκειται.* Ad Natt. I, 10 „De reliqua vero conversationis humanae dispositione *palam subiacet* quanta a maioribus mutaveritis“ sqq.

Cap. XVI. a. Is etiam in quinta historiarum suarum] Sic etiam infra „Atenim idem Tacitus *in eadem historia* refert.“ In loco gemello Ad Natt. I, 11. liber Agobardi praebet „in *quarta* historiarum,“ vitio ni fallor librarii. Sed etiam in Apologetici loco Fuldensis liber habet „in *quarto* historiarum.“

b. Aegypto expeditos] In libro Ad Natt. I, 11. scripserat „Iudaeos refert *in expeditione*“ cett., et in Glossis expeditio dicitur *ἔξοδος εἰς πόλεμον,* in

locis aquarum [8]egentissimis, cum siti macerarentur, onagris, qui forte de pastu potum petituri [9]aestimabantur[c], indicibus [10]fontis usos ob eam gratiam consimilis bestiae [11]superficiem consecrasse[d]. Atque ita inde [12]praesumptum opinor nos quoque ut Iudaicae [13]religionis propinquos [14]eidem simulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, sane ille mendaciorum loquacissimus, in eadem historia refert Gneum Pompeium, cum Hierusalem cepisset [15]propterea templum [16]adisset speculandis Iudaicae religionis arcanis, nullum illic reperisse simulacrum. Et utique, si id colebatur quod aliqua effigie repraesentabatur, nusquam magis quam in sacrario suo exhiberetur, eo magis, [17]quia nec verebatur extraneos arbitros[e],

8. egentissimos cum *bce.* 9. aestimarentur *λ.* 10. fontis *λf. Haverc.* (*Vindob.?*) fontibus *reliqui omnes.* 11. super faciem *λ.* effigiem *ab.* 12. praesumptum opinor *AEef. Erfurt. Haverc.* pressum opinor *BFG. Vindob.* opinor praesumptum *Dabcd.* 13. religionis *om. c.* 14. eodem *λ.* 15. propterque *F.* praetereaque *c.* propterea quod *a.* 16. adisset *ABEG.* adiisset *reliqui.* 17. quia nec verebatur extraneos unam culturam *G.* quia verebatur extraneos vana cultura *c.* quia verebatur extraneos arbitros vana cultura *d.*

aliis ἔξοδος ἐκδημητικὴ στρατιωτῶν. Hic tamen expeditos Aegypto Iudaeos dicit quasi de tristi Aegyptiorum iugo liberatos, non extorres aut exules, ut putavit Tacitus. (Rigalt.) Iudaeos ab Aegyptiis finibus pulsos profectos esse praeter Tacit. Histor. V, 3. refert etiam Iustin. Hist. XXXVI, 2.

c. aestimabantur] Verte: „Von denen man zufällig auf die vermuthung kam, dass sie von der weide zum tränken gehen würden.“ *Aestimare* pro opinari non semel usurpat Tertullianus. Apolog. cap. 21 „Quem igitur solummodo hominem praesumpserant de humilitate, sequebatur uti magum *aestimarent* de potestate.“ Ibid. cap. 31 „Cum enim concutitur imperium, concussis etiam ceteris membris eius utique et nos, licet extranei a turbis *aestimemur*, in aliquo loco casus invenimur.“ Ad Natt. I, 7 „Si nihil tale probetur, grande nescio quid *aestimari* oportet, cuius compensatio tantarum atrocitatum tolerantia constat.“ Cf. Ibid. I, 11. Apol. cap. 1 „nec tamen hoc ipso modo ad *aestimationem* alicuius latentis boni promovent animos.“ Ibid. cap. 24 „Nunc ut constaret illos deos esse, nonne conceditis de *aestimatione* communi aliquem esse sublimiorem et potentiorem?“ Ibid. cap. 45 „Vobis autem humana *aestimatio* innocentiam tradidit.“ Cf. Ad Natt. I, 1 De Anima cap. 9 „Sed nos corporales quoque illi inscribimus lineas, non tantum ex fiducia corporalitatis per aestimationem, verum et ex constantia gratiae per revelationem.“ Cf. Buenem. ad Lactant. Epit. cap. 57. p. 1306. Kopp ad Mart. Capell. II, §. 102. p. 143. Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. II, 56.

d. consimilis bestiae superficiem consecrasse.] Suid. s. v. Ἰούδας καὶ Ἰουδαῖος· ὅτι Δαμόχριτος ἱστορικὸς περὶ Ἰουδαίων φησί· Χρυσῆν ὄνου κεφαλὴν προσεκύνουν, καὶ κατὰ τριετίαν ξένον ἀγρεύοντες προσέφερον, καὶ κατὰ λεπτὰ τὰς σάρκας διέξαινον, καὶ οὕτως ἀνῄρουν.“ V. Ioseph. c. Apion. II, p. 475. (al. p. 542.) Plut. Sympos. IV, 5. Diodor. Sicul. lib. XXXIV. fragm. tom. X, p. 99., qui narrat Antiochum Epiphanen in Iudaeorum sacrario invenisse imaginem viri prolixa barba asello insidentem. Minuc. Fel. Octav. capp. 9. et 28. Wagenseil. Dissert. Epistol. ad Fechtium. p. 110. vel Acta Erudit. 1693. p. 228.

e. quia nec verebatur extraneos arbitros] Retraximus veram lectionem, quam Aldi et Rhenani editiones repraesentarant et mss. nostri confirmant. Hoc igitur ajt: Si quod fuisset apud Iudaeos simulacrum, sane illud in sacrario fuisset, tum quia locus est collocandis simulacris, tum etiam quia arbitros non verebantur inibi: solis enim sacerdotibus adire licitum, inquit. (Herald.)

quamquam vana cultura[f]. Solis enim sacerdotibus adire [18]licitum; etiam conspectus ceterorum velo [19]oppanso interdicebatur. Vos tamen non negabitis et iumenta omnia et [20]totos cantherios[g] [21]cum sua Epona coli a vobis. Hoc forsitan [22]inprobamur, quod inter cultores omnium [23]pecudum bestiarumque asinarii tantum sumus. Sed et qui crucis nos religiosos putat, [24]consecraneus erit noster. Cum lignum aliquod propitiatur[h], viderit habitus[i], [25]cum materiae qualitas eadem [26]sit, viderit forma, dum id ipsum dei corpus sit. Et tamen quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica[k], et Ceres [27]Pharia[l], quae sine effigie rudi palo et [28]informi ligno [29]prostant[m]?

18. licitum, etiam conspectus *ABDEGef. Vindob. Erfurt. Oxon.* licitum, et conspectus *Fabcd.* licitum erat, etiam conspectui *λ.* 19. oppasso *Aφ (m. pr.) d.* appanso *G.* 20. coctos *Da.* 21. cum sua Epona coli *ABλf. Haverc.* cum sua Eponia coli *E. Erfurt. Oxon.* cum sue pene coli *F.* cum suae ponaculi *G.* cum sua Hippona coli *Dabcde.* 22. improbandum *Dabcde.* 23. pecodum *A.* peccudum *B.* 24. consectaneus erit noster *F.* consectaneus noster erit *c.* consecraneus noster erit *Dab.* 25. cum *AβEFGab. Erfurt.* dum (*AφBφDφ*) *cdef. Haverc.* quando *λ.* 26. est *λ.* 27. Pharia *λf.* faria *Bongars.* fariam *ABE. Oxon.* pariam *Erfurt.* farina *FG.* farra *D.* farrea *abcde. probb. Meurs. Crit. Arnob. p.* 227. *et Th. Canter. V. L. II*, 25. 28. infirmo *λ.* 29. prostant *λd. Vatic. unus.* prostrat *ABEG. Erfurt.* prostat *Dabcef.* prostant. postera est omne robur *praebent F. Vindob. In c. pro* Pars *est* par.

f. quamquam vana cultura.] Sunt haec per ablativum, non per nominativum accipienda. Dicit vanam culturam, quae deorum simulacra communi venerationi subtrahat.

g. totos cantherios] Non superficiem aliquam *καὶ τὴν ἄνω μορφήν*, sed totos atque integros cantherios. (Herald.) Minuc. Fel. Octav. cap. 28 „nisi quod vos et totos asinos (non solum caput asininum, de quo antea dixerat Minucius) in stabulis cum vestra bella (ita emendat Rigaltius pro vulg. *vel*) Epona consecratis et eosdem asinos cum Iside religiose adoratis (ita emendo pro *devoratis*, quod libri scripti habent). De mulorum dea Epona cf. schol. Iuvenal. Sat. VIII, 157. Plut. Paralip. Min. cap. 29. tom. II, p. 312. Prudent. Apoth. v. 197. Muncker ad Fulgent. p. 773. Hildebr. ad Apul. Metam. III, 27. p. 202 sq. Hartung Relig. d. Roemer tom. II, p. 154.

h. propitiatur] h. e. placatur, adoratur, colitur. De Spectac. cap. 12 „quoniam animos defunctorum humano sanguine *propitiari* creditum erat."

i. viderit habitus] Nihil refert qualis sit habitus, quae forma. V. quae adnotavero ad De Corona cap. 13.

k. Pallas Attica] Palladis simulacrum aliquod lapidem quadratum memorat Pausan. Arcad. cap. 32 „*εἰσὶ δὲ ὑποκατα-βάντι ὀλίγον θεοὶ (παρέχονται δὲ καὶ οὗτοι σχῆμα τετράγωνον, Ἐργάται δέ ἐστιν αὐτοῖς ἐπίκλησις) Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἐργάνη καὶ Ἀπόλλων Ἀγυιεύς.*" Et apud Euseb. Praepar. Evang. III, 8. narratur Lindi Athenae fuisse simulacrum *λεῖον ἕδος*. Cf. Clem. Alex. Protrept. p. 40. ed. Pott., Arnob. Adv. Natt. VI, 6. cum interprett., et Mueller Archaeol. d. Kunst. § 66. p. 44 sqq. ed. alt.

l. et Ceres Pharia] Aegyptiorum est Isis. „Isis Faria" appellatur in nummis apud Eckhel Doctr. Numm. tom. VIII, p. 140., „Faria" in vet. kalendario apud Gruter. Inscr. 138. Cf. Apul. Metam. XI, 2. cum interprett. Lips. De Cruce cap. 5. De rudi eius simulacro praeter Tertulliani testimonium non extat. Meursius (Crit. Arnob. pag. 227.) et Theod. Canterus (V. L. II, 25.) pro *Phariam* reponunt *farream*, quam scripturam contra meliorum librorum auctoritatem defendunt frustra ex Aeliani V. H. I, 27., ubi memoratur *Σιτοῦς ἄγαλμα Δήμητρος*. Cf. Athen. Deipnos. III, 73. p. 109. Eustath. ad Homeri Il. II. p. 201, 20.

m. prostant.] Pars librorum scriptorum praebet *prostrat*, quod vitium ortum existimo inde, quod pristinae scripturae *prostat* superscriptam litteram *n* in vetustioribus aliquot exemplaribus, qua significaretur emendatio *prostant*, incu-

Pars crucis est omne robur quod erecta statione defigitur. Nos, si forte[n], integrum et totum deum colimus. Diximus[o] originem deorum vestrorum [30]a plastis de cruce induci. Sed et Victorias adoratis[p], [31]cum in tropaeis cruces intestina sint [32]tropaeorum[q]. [33]Religio Romanorum tota castrensis [34]signa veneratur[r], signa iurat,

30. a plaustris de cruce *a.* a plastris de cruce *F. Vindob.* a plastis in cruce *λ.* 31. cum tropheis intestina *λ.* tropheis *pro* tropaeis *est in ABDEFGabc. Vindob. Erfurt., celeris.* 32. tropaeorum (*libri scripti et abc. iterum praebent* tropheorum) *pro glossemate habet Haverc. Alii coniecerunt* adoratis in tropaeis, cum cruces intestina sint tropaeorum, *alii* cum adoratis in tropaeis, cruces intestina sunt tropaeorum, *sed adversantibus vett. libris, quorum quidem tantum DG., uterque deterioris notae,* sunt *pro* sint *praebent, in ceteris tamen cum reliquis consentiunt.* 33. Religio tota *λf. Haverc.* 34. signa adorat *λ.*

riosiores librarii pro *r* littera sumpserint, temere in verbum *prosternere* illico sese impacturi.

n. si forte] V. quae adnotavero ad De Corona cap. 5.

o. Diximus] Supra cap. 12.

p. Sed et Victorias adoratis] Quae Victoriae non a plastis figurantur, sed rudi manu militari.

q. intestina sint tropaeorum.] Ita appellat Tertullianus stipites ac trabes interiores, quibus spolia appensa erant, quae omnia non tantum simplicis crucis faciem, verum et affixi hominis imitabantur, inquit Minuc. Felix [Octav. cap. 29.], ita ut stipites illi interiores essent veluti intestina. Hinc igitur Iudaeorum indignatio, quum contra patrium morem theatra atque amphitheatra fuissent Hierosolymis ab Herode constituta, ibique Caesaris tropaea fixa; quae Iudaeos vel maxime turbarunt, quum ea statuas armis ornatas atque circumdatas esse existimarent. *„Πάντων δὲ μᾶλλον,“* inquit Iosephus Antiqu. Iud. XV, 2 *„ἐλύπει τὰ τρόπαια· δοκοῦντες γὰρ εἰκόνας εἶναι τοῖς ὅπλοις περιειλημμένας, ὅτι μὴ πάτριον ἦν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα σέβειν, οὐ μετρίως ἐδυσχέραινον.“* Varro in Bimargo [ap. Non. p. 55. Merc.]: „Ideo fuga hostium Graece vocatur *τροπή*. Hinc spolia capta, fixa in stipitibus appellantur *τρόπαια*.“ Habes hic finem, materiam ac formam tropaeorum. Finem, nempe ut victoriae monumenta apud posteros extarent: materiam, lignum. Ait enim Varro „fixa in stipitibus.“ Atque hoc notandum obiter est, quia crucis ac tropaei materiam eandem esse hinc cognoscimus. Iosephus loco modo citato narrat Herodem, cum Iudaeos videret tropaea praecipue abominari, quod imaginum figuram imitarentur, detractis spoliis atque ornamentis omnibus ostendisse iis nihil ea esse praeter rudes et informes stipites, sicque Iudaeorum compressam indignationem atque in risum conversam. *„Καὶ δείξας τὰ τρόπαια, τίποτε δοκεῖ αὐτοῖς ταῦτα ἐπύθετο· τῶν δ᾽ ἐκβοησάντων, ἀνθρώπων εἰκόνας, ἐπιτάξας ἀφαιρεθῆναι τὸν ἐπιθέσιμον κόσμον ἐπιδείκνυσιν αὐτοῖς γυμνὰ τὰ ξύλα· τὰ δ᾽ εὐθὺς ἦν ἀποσυληθέντα γέλως.“* Cur autem e ligno, non e solidiore materia tropaea effingerent, causam adfert Syracusanus ille apud Diodor. Siculum libro XII. [immo XIII, 24. p. 560.], ne bellorum atque dissidiorum monumenta aeterna essent. Statuebatur igitur arbor, ac decisis ramis et stipiti erecto transversum lignum immittebatur sustinendis hostium spoliis. Plutarchus in Romulo: *„δρῦν ἔτεμεν ὑπερμεγέθη καὶ διεμόρφωσεν ὥσπερ τρόπαιον καὶ τῶν ὅπλων τοῦ Ἄκρωνος ἕκαστον ἐν τάξει περιήρμοσε καὶ κατήρτισεν.“* Claudian. libro I. [v. 338. et v. 345.] in Rufin. „ — Si laetior adsit Gloria, vestita spoliis donabere quaercu! — —. Qui nunc de more tropaeis Ditat et hostiles suspendit in arbore cristas.“ Hoc Graeci dicunt *τρόπαιον κοσμεῖν*. Plutarch. in Agesilao: *„ἱστάναι δὲ καὶ κοσμεῖν τρόπαιον ὡς νενικηκότας.“* Unde et *τὸν ἐπιθέσιμον κόσμον* dicebat loco modo laudato Iosephus. (Herald.)

r. tota castrensis signa veneratur] De signorum militarium veneratione v. Lips. ad Tacit. Ann. I, 19., ubi aquilae „propria legionum numina“ vocantur. Hinc illa inungi quoque solita pariter ut deorum imagines tradit Plin. H. N. XIII, 3. Ioseph. Antiqu. Iud. VI, 32 *„κομίσαντες τὰς σημαίας εἰς τὸ ἱερὸν, ἔθυσάν τε αὐταῖς αὐτόθι“ κτλ.* Sozom. H. E. I, 4. de labaro agens *„Σημεῖον*

[35]signa omnibus deis praeponit[s]. Omnes illi imaginum suggestus [36]in signis[t] monilia [37]crucum sunt; [38]siphara[u] illa vexillorum et

35. signa *om. bc.* 36. in signis *λ. Haverc. Lipsius Epist. Quaestt. V*, 15. insignes *reliqui omnes.* 37. crucum *ABEFGλf. Oxon. Erfurt. Vindob. Pameliі libri omnes.* crucium *abcde.* circum *D. Post verba* crucum sunt *interserit λ.* Laudo diligentiam. 38. siphara *f. Haverc.* sifara *ABEFG. Oxon. Vindob. Erfurt.* si farra *D.* syphara *λ.* sypara *abcde.*

δὲ τοῦτο, inquit, *τιμιώτατον, καθότι ἀεὶ ταῦ βασιλέως ἡγεῖσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι νενόμισιο παρὰ στρατιωτῶν.*" Claudian. in Rufin. II, 366 „Augustus veneranda prior vexilla salutat." Herodian. IV, 4 „*εἰς τὸν νεὼν, ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται.*" Suet. Calig. cap. 14. Lips. De Re Milit. Rom. IV, 3 sqq.

s. signa iurat, signa omnibus deis praeponit.] Liv. XXVI, 48 „et obstringere periurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas sacramentique religionem." Lucan. Pharsal. I, 230 sqq. „— Per signa decem felicia castris, perque tuos iuro quocumque ex hoste triumphos, Pectore si fratris gladium iuguloque parentis Condere me iubeas." Tacit. Ann. XIV, 16 „Adiecit, iureiurando Paeti cautum apud signa, astantibus iis quos rex testificando misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum." Tacit. Ann. II, 17 „Interea pulcherrimum augurium, octo aquilae petere silvas et intrare visae, imperatorem advertere. Exclamat: Irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum numina." Cf. Id. Histor. III, 10 „mox conversus ad signa et bellorum deos." Senec. Epist. XCVI.

t. Omnes illi imaginum suggestus in signis] Proponunt e libris *in signis.* Sed quoniam libri nostri a vulgata lectione *insignes* nihil variant, eam tantisper retinui. Deorum nonnullorum ac imperatorum imagines signis fuisse additas res nota est et ab aliis observata. Sed profecto non erant omittenda quae scribit Iosephus Antiqu. Iud. XVIII, 4. Praesides aut procuratores qui a Caesare in Iudaeam mittebantur solitos ornamenta illa ac suggestus imaginum signis detrahere, ne violari religionem suam, quae imagines omnes respuebat, Iudaei existimarent. Quapropter cum contra consuetudinem Pilatus signa cum iis simulacris Hierosolyma intulisset, Hierosolymitanos ita turbatos scribit, ut Pilatum quamquam in proposito obstinatum et perniciem ni quiescerent minitantem obtestari numquam destiterint, donec is tandem signa Hierosolymis iussisset amoveri: Imagines autem appellat eo loco Iosephus *προτομὰς Καίσαρος.* Atque haec illius verba notanda sunt: „*καὶ διὰ τοῦτο οἱ πρότερον ἡγεμόνες ταῖς μὴ μετὰ τοιῶνδε κόσμων σημαίαις ἐποιοῦντο εἴσοδον τῇ πόλει.*" Hac eadem de causa Vitellius quum contra Aretam duceret, Iudaea decedere atque alio iter flectere Iudaeorum precibus atque obtestationibus coactus est: „*ὥρμημένῳ δ' αὐτῷ,* inquit Ioseph. Antiqu. Iud. XVIII, 7., *διὰ τῶν Ἰουδαίων ἄγειν τὸν στρατὸν, ὑπαντιάσαντες ἄνδρες οἱ πρῶτοι παρῃτοῦντο τὴν διὰ τὰς χώρας ὁδόν· οὐ γὰρ αὐτοῖς εἶναι πάτριον περιορᾶν εἰκόνας εἰς αὐτὴν φερομένας, πολλὰς δ' εἶναι σημαίας ἐπικειμένας.*" Monilia autem appellat hic quaelibet ornamenta. (Herald.) Suggestus imaginum vocantur parmulae sive clypeoli qui in orbem signis appendebantur, ita ut multae essent gradationes, altiores, depressiores, velut tabulata et circuitus in turribus visuntur. In illis depictae erant imagines imperatorum qui consecrati et inter divos relati erant vel qui etiamnum adhuc imperabant, ut ex Lipsiano loco [Lips. Epist. Quaestt. V, 15., quem cf.] de Vitelli imagine liquet. Suggestus vero illi imaginum ut monilia crucum egregie apparent in nummo Tiberii apud Seguin. Select. Num. p. 109. Cui simillimi duo, quorum alter Germanici Caesaris est, occurrunt apud Spanhem. De Usu et Praest. Numism. p. 120. Cf. alter, denarius Gentis Valeriae, apud eundem p. 558. (Havercamp.) De vocabulo suggestus quem significatum habeat apud Tertullianum adnotavero ad De Corona cap. 13.

u. siphara] Siphara et siparia seu suppara sunt vela puellarum, vexillorum, theatrorum Lucano, Senecae, Festo. Atque etiam siphari navigiorum Arriano Epict. III, 3 „*βυθιζομένου δὲ τοῦ πλοίου σύ μοι παρελθὼν ἐπαίρεις τοὺς σιφάρους.*" (Rigalt.) V. interpretes ad Fest. v. *Siparium.* (p. 340 sq. Muell.) et ad Iuven. Sat. VIII, 86. Isidor. Origg. XIX, 3, 4. Hildebr. ad Apul. Metam. X, 29.

[39]cantabrorum[v] stolae crucum sunt. Laudo diligentiam. Noluistis [40]incultas et nudas cruces consecrare. Alii plane humanius et verisimilius solem credunt deum nostrum. Ad Persas, [41]si forte[w], deputabimur, licet solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum [42]ubique in suo clypeo[x]. Denique inde suspicio quod innotuerit nos ad orientis regionem precari[y]. Sed et plerique vestrum [43]adfectatione aliquando et caelestia adorandi ad solis ortum labia vibratis. Aeque si diem solis laetitiae indulgemus, alia longe ratione [44]quam religione solis secundo loco ab eis sumus qui diem Saturni otio et victui decernunt exorbitantes et ipsi a Iudaico

39. candelabrorum *c.* labarorum *ab.* 40. incultas et nudas *ABEFG. Vindob. Erfurt.* nudas et incultas *Dabcdef.* 41. sic forte *c.* 42. utique *f.* 43. affectatione aliquando caelestia *F.* affectatione aliquando et certa caelestia *λ.* in affectatione aliquando ut caelestia *cd.* 44. quam de religione *λ. Haverc.* qua religione *BG.*

v. cantabrorum] Vet. Gloss.: „Cantabra, vexilla, pallia.“ Unde hoc vexilli genus *cantabrum* dictum sit nescitur. Habet id vocabulum solus Tertullianus, hoc et altero Ad Natt. I, 12. loco, et Minuc. Felix Octav. cap. 29., qui ex Tertulliano transcripsit. Adr. Turnebus Advers. XV, 16. *contabra* scribi vult. Baronius Ann. a. 312. n. 33. putat oriundum a Cantabris, Hispaniae populo, a quibus debellatis id genus vexilli Romani receperint. *„Cantabrarii“* inter vexilliferos recenset Cod. Theodos. XIV, 7, 2.

w. si forte] V. adnotata ad De Corona cap. 5.

x. habentes ipsum ubique in suo clypeo.] In suo cyclo seu disco. Plin. H. N. XXXV, 3. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, unde et nomen habuere clypeorum. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto cuiusque qui fuerit usus illo. Huiusmodi clypeorum forma erat orbiculata, unde et strongylam dixit Tertullianus libro De Pallio [cap. 4.]. Atque hic solem nos habere ait in suo clypeo, quia sol ipse sibi clypeus est, et vultum eius velut in clypeo cernimus. In clypeis autem praeter vultum plerumque exprimebatur et thorax. Unde etiam hoc obiter monebimus in Trebellii Claudio [p. 203. ed. Salm.] sic legendum: „Illi clypeus aureus senatus totius iudicio in Romana curia collocatus est, ut nunc videtur, expresso thorace vultus.“ (Rigalt.) De Persis Solis cultoribus cf. Brisson. De Regno Pers. II, 1. Rhode Heil. Sage p. 250 sqq. De clypeorum sculpturis cf. Liv. XXXV, 10. Digest. IX, 3, 5. Gloss. Isidori: „Clypei, ubi imagines proponuntur.“ Fabric. Bibliogr. Antiqu. p. 562. Lips. Annal. ad Milit. Rom. p. 435 sqq. tom. III, ed. Vesal. Desid. Herald. Digress. I, 12. Salmas. ad Scriptt. H. A. p. 325 sq. Adde insignem locum Flavii Vopisci Aurel. p. 210. ed. Salm. „Data est ei praeterea, quum legatus ad Persas isset, patera qualis solet imperatoribus dari a rege Persarum, in qua insculptus erat Sol eo habitu quo colebatur in templo in quo mater eius fuerat sacerdos.“ Vocabulum denique clypeum sive cum Rigaltio de ipso solis disco sumpseris, sive caelum eo significari verius tibi persuaseris, non multum refert, cum certe sententia sit clara. Clypeum de caelo posuit Ennius ap. Varr. De L. L. VII, 73. ed. Muell., item Ovid. Metam. XIII, 110.

y. nos ad orientis regionem precari.] De hoc veterum Christianorum ritu v. Auct. Quaestt. et Respons. ad Orthod., quae Iustino Mart. falso adscribuntur, Quaest. CXVIII. Damascen. De Fide Orthod. IV, 13. Basil. De Spir. Sancto cap. 27. Plures excitat Fabric. Bibliogr. Antiqu. p. 361. Etiam apud ethnicos id moris iam antea obtinuisse constat. V. Burm. ad Valer. Flacc. III, 437. Ovid. Fast. IV, 777. Apul. Metam. II, 28. cum interpr. Brouer. De Adorat. Vet. p. 195 sqq. Cf. Hygin. Grom. cap. 4 „Antiqui architecti in occidentem templa recte spectare scripserunt, postea placuit omnem religionem eo convertere ex qua parte caeli terra illuminabatur.“

more[z], quem ignorant. Sed nova iam dei nostri [45]in ista proxime civitate editio publicata est, ex quo [46]quidam frustrandis bestiis mercenarius noxius[a] picturam proposuit cum eiusmodi inscriptione: DEUS CHRISTIANORUM [47]*ONOKOIHTHΣ*[b]. Is erat auribus asininis,

45. in ista proxime civitate *ABDEGf. Vindob. Erfurt.* in ista proxima civitate *F.* in ista civitate proxime *abcde.* 46. quidam (quidem *d.*) in frustrandis *Dabcd.* 47. *ONOKOIHTHΣ.* Is erat *ego.* Onochoitis (Onochoites is *Aβ.*) erat *AB. et aliquot Pamelii libri.* Onochoites is erat *λ.* Onochoisitis (Onochoetisis *E. m. sec. sed antiqua*) erat *DE. Erfurt.* Onechoitissis erat *G.* Onochottusis erat *F. Vindob.* oc nehottisis erat *Ambros.* Onochoili erat *Oxon.* Onochotasis erat *Bongars.* Onochorsitis erat *duo Vaticani.* Ononychitis. Erat *ab.* Ononychites. Is erat *cd.* Ononychitis. Is erat *e.* Onochoetes. Is erat *f.* Onokoitis. Is erat *Haverc.* Ὀνοχαίτης. Is erat *I. Croi Specim. Coniectur. p.* 30 *sq. Alii aliter. De libri Agobardini scriptura v. adnot. crit. ad Ad Natt. I,* 14.

z. exorbitantes ipsi a Iudaico more] Pungit Romanorum superstitionem incuriosam, sabbata utpote cum Iudaeis celebrantium et tamen ab eorum lege exorbitantium. Cf. ad hunc locum etiam Ad Natt. I, 13. De die Saturni Romanis religioso v. interpretes ad Ovid. Rem. Am. v. 219. et ad A. A. I, 415. Tibull. I, 3, 18. Horat. Sat. I, 9, 69. Pers. Sat. V, 184. Iuven. Sat. XIV, 96. Tacit. Histor. V, 4.

a. frustrandis bestiis mercenarius noxius] Haec verba illustrat I. Fr. Gronov. Observatt. I, 10 „Censemus, inquit, Tertullianum ludere ὀξυμώρῳ. Proprie mercenarius non est noxius nec noxius est mercenarius, etsi uterque bestiarius. Generali tamen usu vocis tam mercenarius quam damnatus in ludum est noxius, quia nonnisi scelestus et desperatus huc descendebat, ut in ludum se addiceret. Perinde est ergo quasi diceret: parabolanus non quidem sententia iudicis, sed mercede noxius. Bestiis frustrandis mercenarius noxius est bestiarius mercede noxius. Cassiodorus: „Actus detestabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere, quas fortiores se non dubitant invenire. *Sola est ergo in fallendo praesumptio, unicum in deceptione solatium.*“ Cui interpretationi addo insuper Rigaltii verba: Noxium dicit mercenarium, qui toties bestias frustraverat elusis ac declinatis agilitate sua ferorum dentibus, quasi non bona fide versatus, cum ad eos sese locasset. Cf. Ad Natt. I, 14.

b. *ONOKOIHTHΣ.*] Mirificarum hallucinationum ista inscriptio genetrix facta est tantamque vocabulorum nove et inaudite fictorum messem egit quantam vix unquam putaverim alteram. Alii figurarunt dei illius nomen Ὀνοκοίτην, quod significaret de cantherina admissura prognatum, alii *Ononychiten,* quod asinungulum, alii *Onocorsiten* ab *ὄνος* et *κόρση,* alii *Ononychotis* ab *ὄνος* et *ὄνυξ* et *οὖς* (Ioh. Bapt. Pius Syll. Adn. Poster. III, 109. in Gruteri Lamp. Crit. I, p. 511.), alii (Gothofred. ad Tertull. Ad Natt. I, 14.) *Onochoëten* ab *ὄνος* et *χοητὴς* (quod vocabulum qui finxit interpretatus est sacerdotem, patrem sacrorum), alii Ὀνοχαίτην, alii aliter. Plura de huiuscemodi variis dei asinini interpretationibus ipsiusque de fabulae origine si cupias discere, adeas interpretes ad Minuc. Felic. Octav. cap. 28. (ed. Ouzel. p. 84.), Iac. Gothofred. l. l., Korthold. De Calumniis in Vett. Christianos sparsis cap. 1., I. Croium Specim. Coniectur. in Orig. Iren. Epiphan. cett. p. 30 sq., Ern. Aug. Schulzium Exercitt. II. De Ononychoto Deo Christianis Quondam Adficto in Exercitt. Philol. fascic. I. (Berol. 1755.) ex idolo Thartak, Samaritanis a Iudaeis afficto, hocce monstrum natum esse docentem, et Muenterum in Primord. Eccl. Afr. p. 167. Ego nomen rescribo *ONOKOIHTHΣ* vel *ONOKOHTHΣ,* et hoc verum esse persuasum habeo. Derivatur ab *ὄνος* et verbo *κοιᾶσθαι,* a quo ipso Is. Vossius ad Catull. p. 84. *incohare* verbum sacrorum deducit. Hesychius: „Κοιᾶται, ἱερᾶται.“ Idem: „Κοιώσατο, ἁφιερώσατο, καθιερώσατο.“ Idem: „Κοίης, ἱερεὺς Καβείρων, ὃ καθαίρων φονέα· οἱ δὲ Κόης.“ Cf. Bochart. Geogr. S. p. 747. Le Moyne ad Var. Sacra p. 290. Lomeier Lustr. Vet. p. 122. Guthberl. De Diis Cabiris p. 70. Ὀνοκοίτης igitur vel Ὀνοκοήτης est *asinarius sacerdos.* Emendationis veritatem et ipsa scripturae corruptela comprobat. Cum enim meliores Apolo-

altero pede ungulatus, librum gestans et togatus. Risimus et nomen et formam. Sed illi [48]debebant adorare statim biforme [49]numen, quia et canino et leonino capite [50]commixtos, [51]et de capro et de ariete cornutos, et a lumbis hircos, et a cruribus serpentes, [52]et planta vel tergo alites deos receperunt[c]. Haec ex abundanti[d], ne quid rumoris [53]inrepercussum quasi de conscientia praeterissemus. Quae omnia conversi iam ad demonstrationem religionis [54]nostrae repurgavimus.

Cap. XVII. Quod [1]colimus, deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento[a] elementorum, corporum, spirituum verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit, de nihilo expressit, in ornamentum maiestatis suae, unde et Graeci nomen mundo

48. debeant *D.* debuerant *λ.* 49. nomen *a.* 50. commixtos *ABDEF. Vindob. Erfurt. Ambros.* commistos *Gabcdef.* 51. et capro et de ariete cornutos et lumbis hircos *F.* et de capro et de ariete cornutos a lumbis hircos *Vindob.* 52. et a planta *λ. Haverc.* 53. inpercussum *c.* 54. nostrae repurgavimus. *ABdef. Gandavensis liber.* nostrae repurgabimus. *DE(λ)abc. Erfurt. Oxon.* nostrae repugnavimus. *G.* repurgamus *F. Vindob.*

Cap. XVII. *Caput decimum septimum, quod in libris scriptis est decimum sextum, in ABEG. Vindob. Oxon. Erfurt. et aliis inscriptum est* DE DEO., *plenius in uno Vaticano* QVOD DEVS VNVS SIT MVLTIS ARGVMENTIS PROBARI POSSE., *in D.* DE DEO QVEM CHRISTIANI COLVNT., *in ab.* QVOD VNVS SIT DEVS ET VERVS MVLTIS ARGVMENTIS PROBARI POSSE. 1. colimus et nos *Da.* colimus nos *d., ex uno Vaticano.*

getici codices scripti praebeant *Onochoites,* vel *Onochoitis,* facili opera agnosces litteram *h* esse profectam a librariis vulgo, ut supra cap. 9. in nomine *Ctesiae* factum est, litterae *c* litteram *h* in Graecis addentibus; littera autem *i* exprimit Graecorum *η* vocalem. Etiam propius accedit scriptura libri Agobardi Ad Natt. I, 14., qui uno quidem loco *Onochoetae,* duobus alteris *Onocholetes* praebet, littera *i* per errorem in *l* mutata. Huius dei Onocoietae imaginem in figura asini palliati, qui nescio quid auditoribus suis uno pede porrecto tradere videtur, in gemma antiqua, quam edidit Stephanonius (Gemmae antiquitus sculptae a P. Stephanonio Vicentino collectae et declarationibus illustratae. Venet. 1646. tab. 30. Cf. Lucae Holstenii Epistt. ad diversos ed. Boissonade. Paris 1817. p. 173.) cum Luca Holstenio et Frid. Muentero indubitanter agnosco. Muenterus eam gemmam aere incisam et expressam exhibet in Primord. Eccl. Afr. p. 218.

c. et planta vel tergo alites deos receperunt.] Canino capite fingebatur Anubis, leonino Mithras, cornuti erant Hammon, Panes, Satyri, qui idem etiam a lumbis hirci, a planta vel tergo alites Mercurius, Victoriae, alia numina. Serapidis a cruribus serpentis imaginem recenset Montfaucon Diar. Ital. p. 443. Cf. Passeri Luc. III, 70. Guigniaut Le Dieu Serapis p. 9., et serpentipedes erant etiam Gigantes. Macrob. Saturn. I, 20. Apollod. I, 61. Ovid. Trist. IV, 7, 17.

d. ex abundanti] Nempe quod haec confutare non fuerit admodum necesse. Seneca De Benef. [I, 11.] „Iam cetera *ex abundanti* veniunt delicatos factura." Quinctil. Instit. IV, 5 „Quia addit *ex abundanti:* Etiamsi id non fuisset" cett. Id. ibid. V, 6 „Aut si praeter alia causae instrumenta adiicit *ex abundanti* hanc quoque conscientiae suae fiduciam." Passim apud Tertullianum. B. Hieronymus *ex superfluo* dicit Adv. errores Ioh. Hierosolymitani: „Verum haec *ex superfluo* dicta sint." Graeci dicunt *ἐκ περιουσίας.* Clem. Alex. Paedagog. libro I. „*ἔξεστι δὲ ἡμῖν ἐκ περιουσίας πρὸς τοὺς φιλεγκλήμονας ἐπαποδύσασθαι.*" (Herald.) V. quae adnotavero ad libri Ad Scap. cap. 2.

Cap. XVII. a. instrumento] Cf. adnot. ad cap. 18.

[2]*κόσμον* accommodaverunt[b]. Invisibilis est, etsi videatur; incomprehensibilis, etsi per gratiam repraesentetur[c]; inaestimabilis, etsi humanis [2b]sensibus aestimetur. [3]Ideo verus et tantus [4]est[d]. Ceterum quod videri [5]communiter, quod comprehendi, quod aestimari potest, minus est et oculis quibus occupatur, et manibus quibus contaminatur[e], et sensibus quibus invenitur: quod vero inmensum est, soli sibi notum est. [6]Hoc quod est, [7]deum aestimari facit[f], dum aestimari non capit[g]. [8]Ita eum vis magnitudinis et notum hominibus [9]obicit et ignotum. Et haec [10]est summa delicti nolentium recognoscere quem ignorare non possunt. Vultis ex operibus [11]ipsius tot ac talibus, quibus continemur, [12]quibus sustinemur, quibus oblectamur, [13]etiam quibus exterremur, vultis ex animae ipsius testimonio [14]conprobemus? Quae licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis [15]circumscripta, licet libidinibus [16]et concupiscentiis evigorata, licet falsis deis exancillata[h], cum tamen re-

2. cosmon *ABFG. Vindob.* cosmum *E. Erfurt.* 2b. sensibilis *c.* 3. adeo *Gcd.* 4. est *om. λ.* 5. communiter *om. λ.* 6. Hoc quod est *ABDEFGabcde. Vindob. Erfurt.* Hoc est quod *λf. Haverc.* 7. deum *AφBDEλabcdef. Haverc. Erfurtensis liber.* Dnm̃ (*h. e.* Dominum) *Aβ.* dominum *G.* divinum *Vindob.* dum *F.* 8. Ita enim *abc.* Tanta enim *Fulv. Ursinus.* 9. obiecit *Dabcde. Bongars. Oxon.* 10. est *om. c.* 11. ipsis tot ac talibus *D.* istius tot ac (et *F.*) talibus *FG. Vindob.* 12. quibus sustinemur *om. c.* 13. et quibus exterremur *F.* etiam quibus exercemur *Erfurt.* 14. comprobemus *om. λ.* 15. circumsepta *F.* 16. et *AβEFGabcd. Erfurt. Ambros.* ac (*AφBφDφ. Vindob.*) *ef. Haverc.*

b. Graeci nomen mundo *κόσμον* accommodaverunt.] V. Varro ap. Valer. Prob. in Vergil. Ecl. VI, 31. Plin. H. N. II, 4, 3.

c. per gratiam repraesentetur] Forte legendum *reprehensetur*, ut respondeat suo opposito *incomprehensibili*, et sic idem erit, quod comprehenditur per gratiam, scilicet fidei, spei et caritatis, vel, si mavis, eucharistiae, ubi corpus dei contrectamus. Veruntamen nihil mutandum. (La Cerda.) Per gratiam hominibus se repraesentat deus per mundum suum, quem in ornamentum maiestatis suae expressit.

d. Ideo verus et tantus est.] Ideo verus est quia videtur, per gratiam repraesentatur et humanis sensibus aestimatur. Tantus, quia nihilominus invisibilis est, incomprehensibilis et inaestimabilis. Haec igitur intelligenda sunt *κατ' ἄλλο*. (Herald.)

e. contaminatur] Hoc est tangitur. Contaminatus contactus, intaminatus intactus. (Rigalt.) Gloss. Vet. in Ang. Mai Auctor. Class. tom. VI, p. 518 „*Contaminare*, contingere.“ *Attaminare* pari sensu usurpavit Ambros. De Inst. Virg. cap. 16 „Ne, quaeso, tetigeris, ne *attaminaveris* quae sunt istius saeculi, sed semper in psalmis, in hymnis et canticis spiritualibus abducas te ab huius saeculi conversatione.“

f. Hoc quod est, deum aestimari facit] Explicat Tertullianus quomodo deus sensibus nostris aestimetur ac comprehendatur. Quod est immensum, inquit, sibi soli notum est, nec potest capi aut comprehendi nisi ab infinito. Atque hoc ipsum deum aestimari facit id quod est, id est, hinc deprehendimus ac cognoscimus deum esse immensum, incomprehensibilem et infinitum, quia a nobis comprehendi atque aestimari non potest. (Herald.)

g. dum aestimari non capit.] V. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

h. exancillata] h. e. servitio dedita. Apul. De Dogm. Plat. I, 13 „cetera enim membra *ancillari* et subservire capiti.“ Cf. Non. s. v. *Ancillantur*. p. 70 sq. ed. Merc. Arnob. Adv. Natt. VII, 13 „*ancillatum* servuli paribundis trepidationibus imitatus.“ Gloss. Vet. „*Ἐργομωχεύω, ancillor*, adsecto, adulor.“ Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 427.

sipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua [17]valitudine, et sanitatem suam [18]patitur[i], [19]deum nominat, [20]hoc solo, quia proprie verus hic unus. Deus bonus et magnus, et Quod [21]deus dederit omnium vox est. [22]Iudicem quoque contestatur illum Deus videt, et Deo commendo, et Deus mihi reddet[k]. O testimonium animae naturaliter Christianae! Denique pronuntians haec non ad Capitolium, sed ad caelum respicit. Novit enim sedem dei vivi ab illo, et inde descendit.

Cap. XVIII. Sed [1]quo plenius et inpressius[a] tam ipsum [2]quam dispositiones eius et voluntates [3]adiremus, adiecit [4]instrumentum litteraturae[b], [5]si qui velit de deo inquirere, et [6]inquisito invenire, et invento credere, et credito deservire. [7]Viros enim [8]iustitiae innocentia dignos deum nosse et ostendere a primordio in saeculum emisit spiritu [9]divino [10]inundatos, quo praedicarent deum unicum esse, qui universa condiderit, qui hominem de humo [11]struxerit (hic enim [12]est verus Prometheus, qui saeculum certis temporum dispositionibus et exitibus [13]ordinavit), exinde [14]quae signa [15]maiestatis suae iudicantis ediderit per imbres, per ignes, [15b]quas demerendo sibi

17. valitudine, sanitatem λ. 18. potitur *f. Latinius.* 19. dominum *G.* et deum *abc.* 20. hoc solo quia proprie verus (versus *BG.*) hic unus deus bonus et magnus *ABDEFGcde. Vindob. Oxon. Erfurt.* hoc solo nomine quia proprio dei veri. Deus magnus, deus bonus λ*f. Haverc.* solum quia proprie verus hic unus deus, bonus et magnus *ab.* 21. deus *om. D.* 22. iudex quoque contestatur illud (illum *E.*) *DE.* iudices quoque cum testatur illum *a.*

Cap. XVIII. 1. quod *G.* 2. quam *om.* (*AφBφ*). 3. adiret *F.* adoremus *G.* 4. instrumentum adiecit *Dabcdef.* 5. si qui *ABEλdef. Erfurt. Oxon. Vindob. Pamelii libri.* si quis *F.* si quid *Dabc.* sed quidquid *G.* 6. inquisitum *Fcd. Vindob.* 7. Et viros *ab.* 8. iustitia, innocentia *a.* iustitia ac innocentia *b.* iustitia et innocentia *cdef.* 9. divino *om. c.* 10. mundatos *Dab.* mandato *G.* 11. instruxerit *Eabe.* 12. est *om. c.* 13. ordinavit *ABDEFGλabcde. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros.* ordinaverit *f. Haverc.* 14. quae *AβDEFGλabcde. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros.* qui (*AφBφ*) *f. Haverc.* *Fulv. Ursinus.* 15. maiestatis suae indicantis *Da.* maiestati suae vindicandae *b. Fulv. Ursinus.* maiestatis suae iudicandis *F.* 15b. quas *f. Haverc.*

i. et sanitatem suam patitur] V. quae adnotavero ad cap. 21.

k. et Deus mihi reddet.] V. De Testim. Animae cap. 2. Minuc. Fel. Octav. cap. 18 „Audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam deum dicunt, et Deus magnus est, et Deus verus est, et Si deus dederit! Vulgi iste naturalis sermo est, an Christiani confitentis oratio?“ Cyprian. De Idol. Vanit. p. 15. (ed. Oxon.)

Cap. XVIII. a. inpressius] V. adnot. ad cap. 5.

b. instrumentum litteraturae] Instrumentum Tertullianus amat ponere pro apparatu. Ita modo supra cap. 17. dixerat „*instrumentum* elementorum.“ Sacros libros eodem vocabulo iterum designat initio cap. 19 „Primam *instrumentis* istis auctoritatem suam antiquitas vindicat.“ Cf. ibid. „Multis *instrumentis* cum digitorum supputariis gesticulis adsidendum est.“ et cap. 21 „quoniam edidimus antiquissimis Iudaeorum *instrumentis* sectam istam esse suffultam.“ et cap. 46 „nec mirum si *vetus instrumentum* ingenia philosophorum interverterunt.“ Scorpiac. cap. 15 „Et si fidem commentarii voluerit haereticus, *instrumenta* imperii loquentur.“ De Corona cap. 7 „De suis enim *instrumentis* saecularia probari necesse est.“

disciplinas determinaverit[c], [16]quae ignoratis [17]et desertis [18]et observatis his praemia destinarit, [18b]ut qui producto aevo[d] isto iudicaturus sit suos cultores in vitae aeternae [19]retributionem, profanos in ignem aeque perpetem [20]et iugem, suscitatis omnibus ab initio defunctis et reformatis et [21]recensitis ad utriusque meriti [22]dispunctionem. Haec et nos risimus aliquando. De vestris [23]sumus. Fiunt, non nascuntur [24]Christiani[e]. Quos diximus praedicatores, prophetae de officio [25]praefandi vocantur. Voces eorum itemque virtutes, quas ad [26]fidem divinitatis edebant, in thesauris litterarum manent, [27]nec istae latent. [28]Ptolemaeorum eruditissimus, [29]quem Philadelphum supernominant, et omnis litteraturae [30]sagacissimus,

16. quas ignoratis *f. Haverc.* quibus ignoratis *Fulv. Ursinus.* 17. et desertis *b.* et deseritis *ABDEFGλacde. Vindob. Oxon. Erfurt.* aut desertis *Fulv. Ursinus.* aut deseritis *f. Haverc.* 18. et observatis his λ. *Fulv. Ursinus.* et observantibus his *ABEFGae. Vindob. Oxon. Erfurt.* et observandis his *b.* sed observantibus iis *D.* Sed et observantibus his *c.* Sed et observantibus *d.* sed observantibus *f. Haverc.* 18 b. ut qui producto *ABEFGcde. Vindob. Oxon. Erfurt.* ut qui prodacto *Haverc. ex coniectura Desid. Heraldi.* et qui producto *Dab.* qui producto *f. Fulv. Ursinus.* ut qui peracto λ. 19. restitutionem λ. *Haverc.* dispositionem *Vaticanus unus.* 20. et iugem *om. Dab. Oxon.* 21. recensis λ. recensetis *ΔβE. Erfurt.* 22. dispunctionem (depunctionem *F.*). et nos *F. Vindob.* 23. sumus *ABEF. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros.* fuimus *Dabcdef. Haverc.* 24. *Post vocem* Christiani *in libris veteribus incipit novum caput, decimum septimum in scriptis omnibus, cum titulo* DE PROPHETIS. *in ABDEG. Erfurt. Vindob. Oxon. aliis. In ab. inscriptum est* QVOD PTOLEMAEI PHILADELPHI OPERA SACRAE LITTERAE IN GRAECAM LINGVAM SVNT TRALATAE. 25. praefandi *ABFλbdef. Vindob. Gorziens. Gandav. Elnonensis.* prophetandi *DEGac. Erfurt. Oxon.* 26. finem *ace.* 27. nec istae latent *ABDEFλab. Vindob. Erfurt. Oxon.* nec iste ne latent *G.* nec istae nunc latent *cdef.* 28. Ptolomaeum *F. Vindob.* Ptolomaeorum *scriptum extat, non* Ptolemaeorum, *in libris fere omnibus, et sic constanter. Pro* eruditissimus *in F. Vindob. est* eruditissimum. 29. Ptolemaeus, quem Philadelphum supernominant, rexit omni (*leg.* rex et omnis) λ. 30. sapientissimum *F. Vindob.*

c. quas demerendo sibi disciplinas determinaverit] Legis et evangeliorum disciplinas significat, quibus coli voluerit, et quibus se propitium praebuerit. (Rigalt.)

d. producto aevo] Hoc est ad finem producto et consummato. Heraldus voluit „*prodacto* aevo." Cuius equidem verba adscribo: Fortasse *prodacto*, id est consummato et peracto. Sic libro de Paenit. [cap. 10.] „Intolerandum scilicet pudori domino offenso satisfacere, saluti *prodactae* reformari." De Anima cap. 48 „certiora et colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore *prodacto* sopore." De Pudic. [cap. 8.] „Minor filius *prodacta* substantia," *οὐσίας ἀναλωθείσης.* Nam *prodigere ἀναλίσκειν.* Plautus in Nervolaria ap. Festum [p. 229. Muell.] „*Productae* prodigium esse inamatorem addecet." Praestantiss. Scaliger legebat „*Pollucte.* Prodigum esse amatorem addecet." Legerim „*Prodactae.* Prodigum esse amatorem addecet." Quasi quaesierit aliquis: Quid factum tot minis? vel quid eiusmodi, ac responderit alter: Prodactae cett. B. Hieronymus obiurgatione Sabiniani diaconi: „Sed prodita patris substantia porcorum siliquis delectaris." Usi sumus cod. ms. in quo scriptum erat „*prodata* patris." Lege *prodacta.* (Herald.)

e. Fiunt, non nascuntur Christiani.] De Testim. Animae cap. 1 „Non es, quod sciam, Christiana: fieri, non nasci, soles Christiana." Hieronym. ad Laetam. tom. IV, p. 590. Benedict.: „Despuat licet et irrideat epistolam meam, et me vel stultum vel insanum clamitet; hoc et gener eius faciebat antequam crederet. Fiunt, non nascuntur Christiani." Ambros. De Virg. cap. 2 „Hoc nos magisterium non

cum studio bibliothecarum [31]Pisistratum[f], opinor, aemularetur, inter cetera memoriarum[g], quibus aut vetustas aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu [32]Demetri Phalerei[h] grammaticorum tunc probatissimi, cui praefecturam mandaverat[i], libros a Iudaeis quoque postulavit[k], [33]proprias atque vernaculas litteras, quas soli habebant. Ex ipsis enim et ad ipsos semper prophetae peroraverant[l], scilicet ad domesticam dei gentem ex patrum gratia. Hebraei retro qui nunc [34]Iudaei. Igitur et litterae Hebraeae et eloquium.

31. Pisistratum opinor *Fef.* Pisistratarum opinor *ABEG. Vindob. Erfurt.* Pisistratum ut opinor *D(λ)abcd. Pro* aemularetur *in G. est* aemulatur. 32. demetri phalerii *AB.* Demetrii falerii *E. Erfurt. Oxon.* Demetrii phalerii *FG. Vindob.* 33. proprias atque *ABDEFGλf. Erfurt. Ambros. Oxon. Vindob.* proprias scilicet atque *abcde.* 34. *Post vocabulum* Iudaei *in libris scriptis incipit caput decimum octavum, in veteribus editis decimum nonum, quod caput in ABDEG. Vindob. Erfurt. aliisque inscriptum est* DE SCRIPTVRIS DOMINICIS., *in Oxoniensi* DE SCRIPTVRIS DIVINIS., *in ab.* QVANTA SIT SACRAE SCRIPTVRAE ANTIQVITAS ET DE MOYSIS CAETERORVMQVE PROPHETARVM AETATE.

invenimus, sed accepimus; sic instituit mystici carminis doctrina Christi."

f. Pisistratum] Is primus Athenis bibliothecam publicam condidit. Gell. N. A. VI, 17. Isidor. Origg. VI, 3, 3. Athen. Deipnos. I, p. 3. Suid. s. v. *Ὅμηρος.* Cf. interprr. ad Aelian. V. H. XIII, 14. et VIII, 2. Cic. de Orat. III, 34.

g. memoriarum] Memoriae sunt historici libri vel annales. Sic infra cap. 19 „et urbes insignes historiarum et canas *memoriarum.*" Ad Natt. II, 12 „Saturnus in terris humanae qualitatis apud veteres *memorias* recensetur." Adv. Iud. cap. 1 „scripturarum sacrarum *memorias.*" Minuc. Fel. Octav. cap. 7 „Specta de libris *memorias*" cett. Id. ibid. cap. 31 „*Memoriae* et tragoediae vestrae incestis gloriantur." Cf. Apolog. cap. 9 „ut ita sparsum genus per commercia humana concurrat in *memorias* suas", ubi *memorias* interpretare genealogias.

h. ex suggestu Demetri Phalerei] De Demetrio Phalereo v. praeter Menag. ad Diog. Laert. V, 78 sqq. et Perizon. ad Aelian. V. H. III, 17. Bonamy in Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. VIII, p. 157 sqq. H. Dohrn De Vita et Rebus Demetrii Phalerei (Kil. 1825.), et praesertim, quod hunc Tertulliani de illo locum adtineret, Valeken. Diatr. de Aristobulo Iudaeo §. XVIII. Ritschl Bibl. Alexandr. p. 15. Parthey Das Alex. Museum p. 35 sqq. et p. 68 sqq. *Suggestus* est suggestio, suasio, hortatus. Ulpian. Digest. XXVII, 8, 1 „si *ex suggestu* eorum praeses dederit curatores."

i. cui praefecturam mandaverat] Bibliothecae. Ioseph. Antiqu. Iud. XII, 2 „*δόξας οὖν ὁ βασιλεὺς ἄριστα τὸν Δημήτριον φιλοτιμούμενον περὶ τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν βιβλίων ὑποτίθεσθαι,*" et „*Δημήτριος, ὁ Φαληρεύς, ὃς ἦν ἐπὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως.*" Pseudaristeas: „*καταταχθεὶς ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης Δημήτριος ὁ Φαληρεύς.*"

k. a Iudaeis quoque postulavit] Ioseph. libro XII „*τὰ τῆς Ἰουδαίων νομοθησίας βιβλία.*" Ac deinceps semper hos libros vocat *Νόμον,* ut ab illis Septuaginta nihil praeter pentateuchum allatum aut in Graecam linguam translatum fuisse videatur. Hilarius quoque prologo in Psalmos ait septuaginta senioribus a rege Ptolemaeo transferendae in Graecum sermonem totius Legis curam mandatam fuisse. At Clemens Alex. Strom. I. conversas ab iis in sermonem fuisse refert *τὰς γραφάς, τάς τε τοῦ νόμου καὶ τὰς προφητικάς.* Irenaeus quoque apostolos tradit, ac deinceps horum sectatores, prophetica omnia ita adnuntiavisse quemadmodum seniorum interpretatio continet. Et tamen ab apostolis citata quaedam ex prophetis Hieronymus notavit, quae in illa Septuaginta Interpretum versione non reperiuntur; qua de re gravis est viri illius doctissimi querela, praefationibus in Pentateuch. et Tradit. Hebr. (Rigalt.)

l. peroraverant] Cf. quae adnotata sunt ad De Idol. cap. 7.

Sed ne notitia vacaret, hoc quoque [35]a Iudaeis Ptolemaeo [36]subscriptum est[m] [37]septuaginta et duobus interpretibus indultis, quos Menedemus quoque philosophus, [38]providentiae vindex, de sententiae communione suspexit[n]. Adfirmavit haec vobis etiam [39]Aristaeus[o]. Ita in Graecum stilum [40]exaperta[p] [41]monumenta reliquit. Hodie apud Serapeum[q] Ptolemaei bibliothecae [42]cum ipsis Hebraicis [43]litteris exhibentur. Sed et Iudaei palam lectitant. Vectigalis libertas[r];

35. a Iudeis ptholomeo (ptolomaeo *E. Erfurt. Vindob.* ptolemaeo *F.*) *ABEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* Ptolemaeo a Iudaeis *Dabcdef.* 36. rescriptum est *λ.* 37. septuaginta duobus *d.* 38. providentiae vindex *ABFGλbcdef. Vindob. Gorziens.* providentiae iudex *Ambros. Erfurt.* pro provinciae iudex *Vaticanus unus.* provinciae iudex *E. Oxon.* provinciae Iudaeae *Da.* 39. Aristaeus (Aristeus *Ambros.* aritheus *G.* Aristheus *BFG. Vindob.*) *ABFGλf. Vindob. Ambros.* Aristaeas *DEabcde. Erfurt. Oxon.* 40. exaperta *Gasp. Scioppius.* ex aperta *λ.* exerta *Latinius.* exaperto *Haverc.* ex aperto *reliqui omnes.* 41. monimenta *Fλ. et edd. aliquot.* monumento *Dab.* 42. cum ipsis *om. FG. Vindob.* 43. litteris *om. BFGλ. Vindob.*

m. subscriptum est] Subscriptum et concessum est a Iudaeis Ptolemaeo hoc, ne notitia vacaret, septuaginta et duobus interpretibus indultis. De verbo *subscribere* cf. adnotata ad De Idol. cap. 23. *Indulgere* est gratificari, largiri, concedere. Cf. supra cap. 16 „si *diem* solis laetitiae *indulgemus.*“ Est vocabulum inprimis ICtorum. V. Dirksen Manuale s. v. p. 461., qui nubem exemplorum suppeditat.

n. de sententiae communione suspexit.] Recte observavit Iunius communionem istam sententiae non esse de LXX Interpretum in sacrorum librorum interpretatione convenientia intelligendam, sed de ea quam cum Menedemo communem habebat *περὶ προνοίας* opinione. Quod ex Iosephi ipsiusque adeo Pseudaristeae scriptis facile est colligere. Quod autem de stupenda illa LXX Interpretum convenientia veteres tradiderunt, paucis verbis confutat Hieronymus Apolog. adv. Rufinum: „Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriae mendacio suo extruxerit, quibus divisi eadem scriptitarint, cum Aristeas eiusdem Ptolemaei *ὑπερασπιστὴς*, et multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud interpretem esse.“ (Herald.) De Menedemo cf. Menag. ad Diag. Laert. III, 144. (133.) H. Hody De Bibl. Text. Orig. (Oxon. 1750.) cap. 8. *Suspicere* h. e. est revereri et admirari. Apolog. cap. 33 „Sed quid ego amplius de religione atque pietate Christiana in imperatorem? quem necesse est *suspiciamus*, ut eum quem dominus noster elegit.“

o. Aristaeus.] De hoc v. Van Dale Dissert. super Aristea. (Amstelod. 1705.) H. Hody l. l. Fabric. Bibl. Gr. III, p. 666 sqq. Cf. Gallandi Bibl. Patr. tom. II, p. 771 sqq. Cellar. Dissert. Acad. (Lips. 1715.) Diss. XIII. De LXX Interpretibus.

p. exaperta] Ita rescripsi Gasp. Scioppium et Fuldensem librum secutus, cum vulgata scriptura *ex aperta* sanam sententiam efficiat nullam. Exaperire in Graecum stilum est recludere, convertere, transferre in Graecum sermonem.

q. Hodie ‘apud Serapeum] Cf. Ios. Scaliger. ad Euseb. Chron. p. 134. Chrysost. Orat. I. adv. Iud. tom. I, p. 595. Morell. *„Καὶ μέχρι νῦν ἐκεῖ* (in Serapeo) *τῶν προφητῶν αἱ ἑρμηνευθεῖσαι βίβλοι μένουσι.“* De loco diversus abit Epiphan. De Ponder. et Mensur. §. 11. p. 168 *„Αἱ βίβλοι εἰς Ἑλληνίδα ἐκτεθεῖσαι ἀπετέθησαν ἐν τῇ πρώτῃ βιβλιοθήκῃ τῇ ἐν τῇ Βρουχίῳ οἰκοδομηθείσῃ· ἔτι δ᾽ ὕστερον καὶ ἑτέρα ἐγένετο βιβλιοθήκη ἐν τῷ Σεραπίῳ, μικροτέρα τῆς πρώτης, ἥτις καὶ θυγάτηρ ὠνόμασται αὐτῆς, ἐν ᾗ ἀπετέθησαν οἱ τοῦ Ἀκύλα καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος καὶ τῶν λοιπῶν ἑρμηνεῖαι, μετὰ διακοσιοστὸν καὶ πεντηκοστὸν ἔτος.“*

r. Vectigalis libertas] Vectigalis libertas dicitur quam Iudaei vectigali redimunt, id est pensitatione annua, ut libere in synagogas suas et cultum suum convenire possint; cuiusmodi libertatem hoc quoque tempore in Germania et Italia obtinent. (Fr. Iunius.) Recte Xiphilin.

vulgo [44]aditur sabbatis omnibus. Qui [45]audierit, inveniet deum[s]; qui etiam studuerit intellegere, cogetur et credere.

Cap. XIX. [1]Primam instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas vindicat. Apud vos quoque religionis est instar, fidem [2]de temporibus adserere. [Auctoritatem litteris praestat antiquitas summa. Primus enim prophetes Moyses, qui mundi conditionem et generis humani [3]pullulationem et mox ultricem iniquitatis illius aevi vim cataclysmi de praeterito exorsus est, per vaticinationem[a] usque ad suam aetatem et deinceps per res suas futurorum imagines edidit, penes quem et temporum ordo digestus ab initio supputationem saeculi praestitit. Superior invenitur annis circiter trecentis quam ille antiquissimus penes [4]vos Danaus in [5]Argos transvenisset, Troiano denique proelio ad mille annos ante est, unde et ipso Saturno. Secundum enim historiam Thalli, qua relatum est bellum Assyriorum et Saturnum Titanorum [6]regem cum Iove dimicasse, ostenditur bellum cccxx et duobus annis Iliacum exitum[b] antecessisse. Per hunc Moysen etiam illa lex propria Iudaeis a deo missa est. Deinceps [7]multa et alii prophetae vetustiores litteris vestris. Nam et qui ultimo cecinit, aut aliquantulo praecucurrit[c] aut certe concurrit aetate sapientiae auctoribus, etiam latoribus legis. Cyri enim et Darii regno fuit Zacharias, quo in tempore Thales, physicorum princeps, sciscitanti [8]Croeso nihil certum de divinitate respondit[c], turbatus scilicet vocibus prophetarum. Solon[d] eidem regi finem
Psalm. XXXIX, 5. longae vitae intuendum praedicavit non aliter quam prophetae. Adeo

44. additur *FG. Vindob.* inditur *invenit Lipsius in aliquo scripto teste La Cerda.* 45. adierit *f.*

Cap. XIX. 1. Primam igitur instrumentis **λ**. *Haverc.* 2. de tempore adserere **λ**. *Post quae verba quod uncinis inclusi segmentum solus habet Fuldensis liber.* 3. pullulatione **λ**. 4. nos **λ**. 5. Argo **λ**. 6. reges **λ**. 7. multi *Haverc.* 8. Cyro **λ**.

Epit. Dion. Cassii LXVI, 7. (p. 1082. ed. Reimar.) in Vespasiano: „*καὶ ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας τῷ Καπιτωλίῳ Διὶ κατ' ἔτος ἀποφέρειν.*“, ad quae verba v. Reimari adnotata. Ioseph. Antiqu. Iud. VII, 6 „*φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ' οὐσιν Ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δράχμας ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν.*“ Cf. interpretes ad Sueton. Domit. cap. 12. et ad Iuven. Sat. III, 13.

s. Qui audierit, inveniet deum] Facile erat cum Rigaltio rescribere „Qui *adierit.*“ Sed hoc dicit Tertullianus: Qui audierit vocem dei in sacris istis libris reconditam, deum ipsum inveniet.“

Cap. XIX. a. per vaticinationem] Est enim veri vatis nosse et praesentia et futura et praeterita. Cf. Homer. Il. I, 80. Ovid. Met. I, 17. Vergil. Georg. IV, 392. Suid. s. v. *Τρίπους.*

b. exitum] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 9.

c. nihil certum de divinitate respondit] Diog. Laert. I, 9, 36. Plutarch. Conviv. Sept. Sapient. p. 135. Cf. infra cap. 36.

d. Solon] Plutarch. Solon. cap. 27. Herodot. I, 32. Lucian. Contempl. tom. I, p. 349. ed. Graev.

respici potest tam iura vestra quam studia de lege deque divina doctrina concepisse. Quod prius est, hoc sit semen necesse est. Inde quaedam nobiscum vel prope nos habetis. De sophia amor eius philosophia vocitatus est, de prophetia affectatio eius poeticam vaticinationem deputavit[e]. Gloriae homines si quid invenerant, ut proprium facerent, adulteraverunt. Etiam fructibus a semine degenerare contigit. Multis adhuc de vetustate modis consisterem[f] divinarum litterarum, si non maior auctoritas illis ad fidem de veritatis suae viribus quam de aetatis annalibus suppetisset. Quid enim potentius patrocinabitur testimonio earum, nisi dispunctio cotidiana saeculi totius, cum [9]dispositiones regnorum, cum casus urbium, cum exitus gentium, cum status temporum ita omnibus respondent, quemadmodum ante milia annorum praenuntiabantur? Unde et spes nostra, quam ridetis, animatur, et fiducia, quam praesumptionem vocatis, corroboratur. Idonea est enim recognitio praeteritorum ad disponendam fiduciam futurorum. Eadem voces praedicaverunt utramque partem, eadem litterae notaverunt. Unum est tempus apud illas quod apud nos separari videtur. Ita omnia quae supersunt [10]improbata, *probata* sunt nobis, quia cum illis quae probata sunt tunc futuris praedicabantur. Habetis, quod sciam, et [11]vos Sibyllam, quatinus appellatio ista [12]verae vatis dei veri passim super [13]ceteros qui vaticinari videbantur usurpata est. [14]Sunt vestrae Sibyllae nomen de veritate mentitae, quemadmodum et dei [15]vestri.] Omnes itaque [16]substantias omnesque materias, origines, ordines, [17]venas veterani cuiusque stili [18]vestri, gentes etiam plerasque et urbes insignes [19]historiarum et canas memoriarum[g], ipsas denique effigies litterarum, indices custodesque rerum et (puto adhuc minus dicimus) ipsos inquam deos vestros, ipsa templa et oracula et sacra unius interim prophetae scrinium[h] saeculis vincit, in quo videtur

9. dispositiones *Leopoldus.* dispositione λ. 10. improbata, probata sunt nobis *Leopoldus.* improbata sunt nobis λ. in probato sunt nobis *Gasp. Scioppius.* 11. nos λ. 12. verae vatis *Havercamp.* vera vates λ. 13. ceteras quae *Havercamp.* 14. Sunt *ego.* sicut λ. sciunt *Haverc.* 15. nostri λ. 16. substantiae omnesque materiae λ. 17. venas *om. c.* 18. nostri λ*a.* 19. historiarum et canas memoriarum *ABEFG. Bongars. Erfurt. Vindob.* historiarum et caussas memoriarum *D.* historiarum causas et memoriarum *acde.* historias et causas memoriarum *b.* historiarum canas et memoriarum *Haverc.* canas memoriarum *f.* historiarum arcana et memoriarum λ.

e. deputavit] Hoc est abscidit, decerpsit, ut surculum de arbore.

f. consisterem] V. adnot. ad De Idol. cap. 13.

g. et canas memoriarum] Urbes canas memoriarum dicit quarum vetustissimarum mentio fit in annalibus libris. De voc. *memoriae* cf. quae adnotavi supra ad cap. 17.

h. scrinium] Libri. Cf. Horat. Sat. I, 1, 120. Pers. Sat. I, 106.

thesaurus collocatus totius Iudaici sacramenti [20]et inde iam nostri. Si quem audistis interim[i] Moysen, [21]Argivo Inacho pariter aetate est. Quadringentis paene annis (nam et septem minus[k]) Danaum, et ipsum apud vos vetustissimum, praevenit, [22]mille circiter cladem Priami antecedit[l], [23]possem etiam dicere quingentis [24]amplius et Homerum[m], habens quos sequar. Ceteri quoque prophetae etsi Moysi postumant[n], extremissimi[o] tamen eorum non retrosiores [25]reprehenduntur[p] primoribus vestris [26]sapientibus et legiferis et historicis? Haec quibus ordinibus probari possint non tam diffi-

20. et inde iam (iam et *E. Erfurt.*) nostri. Si quem audistis interim Moysen *Eλ. Erfurt.* et inde iam nostri si quem audistis. XVIIII. DE MOYSE PROPHETA. Interim Moysen *Aβ. Ambros.* et inde etiam nostri si quidem audistis. XVIIII. Interim Moysen *AφBφ.* et inde iam et nostri siquidem audistis. XVIIII. DE MOYSE PROPHETA. Interim Moysen (Moysem *D.*) *DG.* et inde iam et nostri si quem audistis. DE MOYSE PROPHETA. CAPIT. XVIIII. Interim Moysen *Vindob.* et inde etiam nostri. Si quem audistis interim Moysen *def. Pamelianorum quatuor.* et inde iam nostri si quem audistis. Interim Moyses *F.* et proinde etiam nostri. Siquidem audistis interim Moysen *Fulv. Ursinus.* 21. Argivo Inacho pariter aetate est. Quadringentis paene annis, nam et septem (nam septem λ.) minus *ABDEFGλef. Erfurt. Vindob. Ambros. Oxon.* Argivo Inacho parem aetate octingentis pene annis ante U. C. Centum (ante U. C. Nam et centum *c.*) septuaginta *abc.* Argivo Inacho par est aetate: quadringentis *d.* 22. mille circiter *ABDEFGλcdef. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros.* trecentos circiter annos *ab.* 23. possum dicere etiam λ. 24. amplius *om. a.* 25. reprehenduntur *ABDEG. Erfurt. Oxon. Bongars.* reprenduntur *Vindob.* deprenduntur *F.* deprehenduntur *abcdef. Pro* retrosiores *Meursius Crit. Arnob. p.* 228. *volebat* retrorsiores. 26. sapientibus et elegiferis *E. Oxon. Erfurt.* sapientibus legiferis *ab. Post verba* et historicis *in libris veteribus novum caput incipit, decimum nonum in E. Oxon. Erfurt., vigesimum in ABDFGab. Ambros. Vindob. aliisque. In ABDEG. Erfurt. Vindob. Oxon. Ambros. inscriptio est* DE STATV TEMPORVM., *plenior in uno Vaticano* QVOD ANTIQVITAS SCRIPTVRARVM POSSIT ET MOSIS AETATE ET SVPPVTATIONE TEMPORVM FACILE PROBARI. *Excusi ab. habent* QVOD ET VETVSTISSIMIS SCRIPTORIBVS ET RERVM PRAEDICTARVM EVENTV VERITAS PROBETVR.

i. Si quem audistis interim] Huius usus pronomen *aliquis* cum nominibus propriis struendi aliquot exempla adduxi supra ad cap. 11. *Interim,* antequam alios in testimonium advocavero.

k. nam et septem minus] Praecesserat *paene,* quo iam haec verba Septimii *ἀκριβείας* suae testes referas. Moysen Inacho parem aetate faciunt praeter Tertullianum Tatianus quoque, et Clemens Alexandrinus et Iosephus et Porphyrius, ut alios taceam. Cf. Euseb. Praepar. Evang. X, 3.

l. mille circiter cladem Priami antecedit] Cf. Theophil. ad Autolyc. III, p. 131. C. (ed. Paris.) Lactant. Instit. Div. IV, 5.

m. possem etiam dicere quingentis amplius et Homerum] Cf. Tatian. Orat. ad Gr. cap. 49. Euseb. Praepar. Evang. X, 3.

n. postumant] Hoc est aetate inferiores sunt. De Resurr. Carnis cap. 45 „Omnis enim consummatio atque perfectio, etsi ordine *postumat,* effectu tamen anticipat."

o. extremissimi] Amant talia Afri. Sic Apul. De Magia cap. 98. et Tertullian. De Cultu Femin. II, 1. tuentur superlativum *postremissimum.* Item Gell. N. A. XV, 12. Sic *minimissimus* reperitur bis apud Arnob. Adv. Natt. V, 7. et 14., sic *novissimior* in Actis Pass. SS. Perpetuae et Felicitatis praefat. His adde *pessimissimum* ap. Senecam. Epist. LXXXI. et Sext. Empir. Adv. Mathemat. IX, p. 627. ed. Fabric. *ἐλαχιστότατον.* Cf. Vossii Aristarch. II, p. 687. ed. Eckst.

p. retrosiores reprehenduntur] h. e. retrahuntur. Adiectivum *retrosior* nove finxit Septimius de adverbio *retro,* quo uti solet pro *antea.* Exempla dedi ad De Spectac. cap. 9.

cile est nobis exponere quam [27]enorme, nec arduum, sed interim[q] longum. Multis instrumentis cum digitorum [28]supputariis gesticulis[r] adsidendum est, [29]reseranda antiquissimarum etiam [30]gentium archiva, Aegyptiorum, Chaldaeorum, Phoenicum, [31]advocandi municipes[s] eorum per quos notitia subministrata est, [32]aliqui [33]Manethon [34]Aegyptius et Berosus Chaldaeus, [35]sed et Hieromus[t] Phoenix, Tyri rex, sectatores [36]quoque ipsorum [37]Mendesius Ptolemaeus et Menander Ephesius[u] et Demetrius [38]Phalereus et rex Iuba[v] et [39]Apion

27. enorme, et arduum. Sed interim longum multis *ab.* enorme, nec arduum, sed interim longum dinumerare. Multis λ. 28. subputatoriis gesticulis asserendum est λ. 29. reservanda *ABE (m. pr.) FG.* 30. gentium arcana *Vaticanus unus.* 31. advocandi municipes eorum per quos *ABEFGf. Vindob. Erfurt.* advocandi per quos λ. advocandi eorum municipes per quos *abd. Bongars.* advocandi etiam municipes per quos *cd.* 32. aliqui *λabcdef.* alioquin *ABDEFG. Vindob. Erfurt. Bongars. Gorziens.* 33. Manethos λ. 34. Aegyptius et Hebraeus et Chaldaeus λ. 35. sed et Hieromus Phoenix Tyri rex *ego.* sed et Hiromus (Iromus *f. Haverc.*) Tyri rex *f. Haverc. ex emendatione Ios. Scaligeri.* et Proemis Phoenix Tyriorum rex λ. *In ABDEFGabcde. Oxon. Erfurt. Vindob. aliisque corrupte extat* sed et Hieronimus (*sic ABDG. Bongars. Alii variant inter* Hieronymus, Ieronimus *et* Ieronymus) Phoenix Tyri (tyrii *ABDEG. alii.* tyrum *F. Vindob.*) rex. 36. quoque ipsorum *ABFG. Vindob.* eorum *DEabcdef. Erfurt. Oxon.* 37. medesius *ABE. Erfurt. Oxon. Pro* Ptolemaeus *in plerisque scriptis est* Ptolomaeus. 38. Phalerius *ABEG. Vindob. Erfurt.* valerius *F.* 39. Apion *ABFGab.* Appion *reliqui.*

q. interim] Dum graviora restant edisserenda.

r. cum digitorum supputariis gesticulis] Veteres per digitos computasse notum est; de qua omni supputandi ratione accuratissime disputavit Beda De Indigitat. Opp. I, p. 132. Cf. Colv. et ceteri interprr. ad Apul. De Magia cap. 89., ubi Hildebrandus laudat Schneider. Ecl. Phys. Vol. II, p. 317 sqq. Iacobs. ad Anthol. Gr. Vol. II. P. III, p. 242. Gronov. ad Plaut. Mil. Glor. II, 2, 48. Reimar. ad Dion. Cass. p. 1195. Salmas. ad Spartiani tom. II, p. 578. Kopp. ad Mart. Capell. II, §. 202. p. 142. et VII, §. 729. p. 581. et VII, §. 745. p. 599. Id. Palaeogr. Crit. II, 3. §. 230. tom. III, p. 279. Bedae liber cum notis Vineti extat in Graev. Thes. Antiqu. Vol. XI, p. 1699 sqq. Ceterum quid per *instrumenta* significetur, aperient exempla quae protuli supra ad cap. 18.

s. municipes] Municipes, inquit Paul. Digest. L, 16, 228., sunt qui eiusdem municipii vel universim eiusdem patriae sunt.

t. Hieromus] Ἱέρωμος appellatur apud Theophilum ad Autolycum III, p. 131 sqq., apud alios passim Εἴραμος, passim Χείραμος dicitur. *Hiromus* scribit Ios. Scaliger De Emend. Tempor. p. 38. et in Fragm. eidem operi adnexis p. 26., *Hieronymi* nomen, plurimorum codicum scripturam, vindicare enititur cum Desid. Heraldo (qui *Hieronymus Phoenix Syriae rector* rescribendum putavit), Le Nourry Diss. in Tertulliani Apolog. Cap. VI, artic. 5. inprimis ex verbis Iosephi Antiqu. Iud. I, 4 „*Μῶχος καὶ Ἑστιαῖος καὶ πρὸς αὐτοῖς ὁ Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος, οἱ τὰ Φοινικὰ συνταξάμενοι συμφωνοῦσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις.*“, et altero Adv. Apion. p. 1050 „*Ἱερώνυμος γὰρ οὐδαμοῦ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐμνημόνευσε, καί τοι σχεδὸν ἐν τοῖς τόποις διατετριφώς.*“ Sed frustra. De Hieromi scriptis cf. Theophil. l. l. Clem. Alex. Strom. III, p. 325. Du Fresne ad Chron. Alexandr. p. 91. De Manetho v. Voss. De Histor. Graec. I, 14. pag. 125 sqq. (ed. Westerm.) De Beroso Idem ibid. I, 20. p. 120 sqq.

u. Mendesius Ptolemaeus et Menander Ephesius] Cf. de his Euseb. Praepar. Evang. X, 3. Clem. Alex. Strom. I, p. 140. et III, p. 320. Theoph. ad Autolyc. III, p. 132. (ed. Paris.) Tatian. ad Graec. cap. 58. et 59. (cum Worthii adnot.) Ioseph. c. Apion. I, p. 1042. Meziriac. ad Ovid. Heroid. II, p. 147. Ebert. Diss. Sicul. p. 145 sqq. Voss. de Histor. Gr. p. 467. (ed. Westerm.) Dodwell. Dissert. de Peripl. Hannonis p. 28.

v. et rex Iuba] De Iuba scriptore,

et Thallus [40]et si quis istos aut probat aut revincit[w], [41]Iudaeus Iosephus, antiquitatum Iudaicarum vernaculus vindex[x], Graecorum etiam censuales[y] conferendi, [42]ut quae quando sint gesta[z] [43]aut [44]concatenationes temporum aperiantur, per quae luceant annalium numeri; peregrinandum est in historias et litteras orbis. Et tamen quasi [45]partem iam probationis intulimus[a], cum per quae probari possint [46]aspersimus. Verum differre praestat, [47]vel ne minus persequamur festinando vel diutius evagemur persequendo.

Cap. XX. Plus iam [1]offerimus pro ista dilatione maiestatem scriptura-

40. et si quis *ABDEFG. Vindob. Erfurt. Oxon.* et qui istos *abcdef.* 41. Iudaeus Iosippus λ. 42. ut *ego.* et *libri omnes.* 43. aut *AβEFG. Vindob. Ambros. Erfurt.* ut (*AφBφDφ*) *abcdef.* 44. concenationes *G.* contentationes *Vindob.* cum catenationes *Ambros.* contenationes *liber Contii.* continuationes *Contius.* 45. partem *DEFabcdef. Oxon. Erfurt.* patrem *ABG. Bongars. Elnon. Gandav. Vaticani tres. Probat Fr. Iunius.* 46. aspeximus *Vaticanus unus prob. Iunio.* 47. vel ne *ABFG. Vindob. Erfurt.* ne vel *DEabcdef.*

Cap. XX. 1. offeremus *G.*

cuius mentio fit apud Athenaeum, Plutarchum, Stephanum Byzant., Suidam, Tatianum, alios, cf. Voss. De Histor. Graec. II, 4. Sevin. in Mém. de l'Académie des Inscr. IV, p. 457 sqq. Clinton. Fast. Hellen. III, p. 203. et p. 551. De Apione (de orthographia nominis cf. Coteler. ad Clement. Recognitt. X, 52. Worth. adn. crit. ad Tatian. Or. ad Graec. cap. 59. p. 130.) v. Fabricii Bibl. Gr. I, p. 503 sqq. et VII, p. 50. Burigny in Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXXVIII, p. 171 sqq. De Demetrio cf. supra ad cap. 18., et de Thallo cap. 10.

w. revincit] Hoc est confutat. Cf. adnotata ad librum De Test. Animae cap. 1. Verte haec verba: und wenn (sonst) einer diese (genannten) bestätigt oder widerlegt. Toto caelo errarunt qui haec verba ad Iosephum referenda putabant; inter quos et ego olim, ut hodie libere fateor.

x. antiquitatum Iudaicarum vernaculus vindex] V. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 186.

y. Graecorum etiam censuales] Quos dicat censuales non adeo facile est indagatu. Fr. Iunius explicat libros „in quibus recensentur Olympiades illorum et similia," sed addere supersedit unde sententiam suam confirmet. Speciosa La Cerdae est aliorumque interpretatio, censuales esse scriptores, librarios videlicet ipsos illos, scribas tabellionesque, qui archiva procurent et acta publica conficiant; de quibus cf. Cod. Theodos. IV, 8, 1. XIV, 1, 1. VI, 2, 6. X, 25, 1. (Dirksen Manuale s. v. p. 130.) Orell. Inscr. Lat. Coll. n. 155. Symmach. Epist. IV, 8. X, 36. Capitol. Gordiano cap. 12. Io. Lydus De Magistr. H, 30. Sed vereor de veritate, donec aliquis ex Tertulliani aliorumve eius aevi scriptorum libris censualem pro rerum scriptore dici posse probaverit. Mihi quidem *censuales* videntur scriptores qui origines populorum rerumque primordia tradunt. Meminisse enim Septimium verbo *censeri* vulgo uti pro oriundum esse, originem habere, quemadmodum substantivo *censu* pro ipsa origine. Huius usus exempla attuli ad libri De Corona cap. 13.

z. quae quando sint gesta] De hoc genere duas interrogationes in uno membro iungendi cf. adnot. ad De Fuga in Persec. cap. 8.

a. Et tamen quasi partem iam probationis intulimus.] Lego *quasi patrem iam probationis intulimus* ex mss. fide, id est caput, fontem; nam de vetustate et maiestate dicit distincto ordine. Vetustatem ut probationis patrem hactenus indicavit, post ad matrem nutriciamque diligentissimam et fidelissimam scripturae sacrae, id est maiestatem, transiturus est. (Fr. Iunius.) MSS. Puteani et Bongarsii *patrem,* quam lectionem nonnulli amplectuntur. Male. Iam, inquit Tertullianus, partem probationis implevimus, quum scriptorum nomina, unde testimonia petenda sunt, summatim proposuimus. (Herald.)

rum, [2]si non vetustate divinas probamus, [3]si dubitatur antiquitas[a]. [4]Nec hoc tardius [5]aut aliunde[b] discendum. Coram sunt quae docebunt, mundus et saeculum et [6]exitus[c]. Quicquid agitur, praenuntiabatur; quicquid videtur, audiebatur. Quod terrae [7]vorant urbes[d], quod insulas maria [8]fraudant, quod [9]externa atque interna[e] bella [10]dilaniant, quod regnis regna [11]conpulsant, quod fames et lues et locales [12]quaeque clades et [13]frequentiae plerumque mortium vastant[f], quod humiles sublimitate, sublimes humilitate mutantur[g], quod iustitia rarescit, [14]iniquitas increbrescit, bonarum omnium disciplinarum cura torpescit, quod etiam officia temporum et elementorum

2. si non vetustate divinas probamus (probas *Ambros.*) *ABDEFGλac. Vindob. Ambros. Bongars.* si non vetustatem: divinas probamus *bdef.* 3. si dubitatur antiquitas *ADEλac. Ambros. Erfurt. Bongars.* antiquas *BFGbdef. Vindob.* 4. ne hoc *Dλac. Vindob.* 5. an *G.* 6. exitus rerum. Quicquid *λ.* 7. vorarant *λ.* 8. fraudarent *λ.* 9. interna et externa *λ.* 10. dilaniarent *λ.* 11. conpulsantur *F.* conpensant *Oxon.* 12. quoque *F.* 13. frequentiae plerumque mortium *ABEFλde. Ambros. Erfurt. Oxon. Pameliani omnes.* frequentium plerumque montium (motium *D.*) *Da.* frequentiae plerumque montium *Vindob.* efferventium plerumque montium *b.* frequentiae plerumque mortuae *c.* frequentiae plerumque montide *G.* frequentiae pleraque montium *f. Haverc., ex coniectura Fulvii Ursini.* 14. et iniquitas *abcdef. Pro* increbrescit *in G. et Vindob. est* increbescit.

Cap. XX. a. si dubitatur antiquitas.] Quoniam igitur scripturarum nostrarum vetustatem pluribus non adstruimus *τὸ νῦν ἔχον*, ecce plus offerimus. Nam earum maiestatem proponemus, unde divinas eas esse efficiemus, si fortasse de antiquitate dubitetur. *Si dubitatur antiquas* pro „an sint antiquae," phrasi Tertullianea, id est paulo audaciori, nisi mavis cum mss. nostris et quibusdam editionibus *si dubitatur antiquitas.* (Herald.) Reposui genuinam scripturam: *maiestatem scripturarum, si non vetustate divinas probamus, si dubitatur antiquitas,* pro ea quae in vulgatis exemplaribus obtinet: *maiestatem scripturarum, si non vetustatem: divinas probamus, si dubitatur antiquitas.* Sed sensus non multum diversus. Nec refert, utrum illud alterum *si* per epanaphoram putes repetitum, an pro „siquidem" positum. Fr. Iunius: „Est enim apposita prudenter condicio duplex, una ab eo qui tradit, *si non vetustate divinas probamus;* nam potest etiam qui tradit aut in re ipsa errare aut in tradendi modo: altera ab iis quibus traditur, *si dubitatur antiquitas,* et quamvis satis probata non satis percipitur. Non enim omnes percipimus omnia ut traduntur, sed prout a nobis ea possunt percipi."

b. aliunde] Hoc est e longinquo et longe petitis argumentis.

c. exitus.] Id est *ἀπόβασις*, eventus eorum quae praedicta fuerant. (Herald.)

d. Quod terrae vorant urbes cett.] De toto hoc loco cf. supra cap. 19. segmentum libri Fuldensis, infra cap. 40., et De Pallio cap. 2.

e. externa atque interna] Sunt accusativi.

f. frequentiae plerumque mortium vastant] Rigaltius aliique pro *mortium* scripserunt *montium* interpretantes: „Leones, ursi et aliae id genus bestiae, quibus montes frequentantur, campi vastantur." Ridiculum hoc, ne dicam ineptum. Mortes sunt eorum quae praemisit malorum tristissimi exitus, scilicet famis, luis locaiumque cladium, quibus illae per gradationem adduntur. *Plerumque* est accusativus, et idem ac si dixisset „plerasque regiones." De plurali *mortes,* si tanti est, adeas Baluzium ad Lactant. De Mortt. Persecutt. p. 8. ed. Bauldri, et quos citat Hildebrandus ad Apul. Metam. VIII, 30. p. 744.

g. sublimes humilitate mutantur] De structura cf. Horat. Od. I, 34, 12. et I, 16, 26. et Epist. I, 1, 100. Plin. Epist. V, 16.

munia [15]exorbitant[h], quod et monstris et portentis naturalium[i] forma turbatur, [16]providenter scripta sunt. Dum patimur, leguntur; dum recognoscimus, probantur. Idoneum, opinor, testimonium divinitatis [17]veritas divinationis[k]. Hinc igitur apud nos futurorum quoque fides tuta est, iam scilicet probatorum, quia cum illis, quae cotidie probantur, [18]praedicebantur. [19]Eaedem voces sonant[l], [20]eaedem litterae notant, idem spiritus pulsat, unum tempus est divinationi futura [21]praefanti. Apud homines, si forte[m], distinguitur, dum expungitur[n], dum ex futuro praesens, [22]dehinc ex praesenti praeteritum deputatur[o]. Quid delinquimus, oro vos, [23]futura quoque credentes, qui iam [24]didicimus illi per duos gradus credere?

15. exorbitantur *Dab.* 16. providentiae *λ. Haverc.* 17. veritatem *abc.* 18. praecidebantur (*h. e.* praecinebantur) *D.* praedicabantur *Fλ. Vindob.* praedicabant *G.* 19. Eaedem *DEFabcf. Vindob. Erfurt. Oxon.* Eadem *ABλde. Pameliani omnes. Haverc.* easdem *G.* 20. eaedem *om. E. Erfurt.* eadem *λde. Pamelii libri. Haverc.* 21. praefanti *BFGcde. Vindob.* praefati *D.* praefandi *AEλf. Ambros. Erfurt. Bongars.* praefari *ab.* 22. dum hinc *FG. Vindob.* futuro *λ. Havercamp.* 24. didicimus illi *ABEF. Vindob. Erfurt. Oxon.* didicimus (dicimus *a.*) illis *DGabcdef.*

h. exorbitant] Exorbitare proprie est orbita excedere, deinde pro leges suas migrare, a modo praescripto deviare, aberrare et peccare. Amat Septimius hoc verbo uti. Apol. cap. 6 „si nullo desciverunt, si in nullo *exorbitaverunt.*“ Ibid. cap. 9 „per quod *exorbitare* eos vultis.“ Ibid. cap. 16 „*exorbitantes* et ipsi a Iudaico more.“ Cf. Ad Natt. I, 13, Ibid. II, 2 „*exorbitantes* scilicet ab initio sapientiae.“ De Idol. cap. 8 „sine *exorbitatione* disciplinae.“

i. naturalium] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

k. veritas divinationis.] Intelligit sacra prophetarum vaticinia. (Rigalt.) Tertull. De Anima cap. 28 de Moyse „Decursus generis humani ab exordio mundi per singulas nativitates nominatim temporatimque digessit, satis probans divinitatem operis ex divinatione vocis.“ Eleganter quoque Origines libro contra Celsum VI „*τὸ γὰρ χαρακτηρίζον τὴν θεότητα ἢ περὶ μελλόντων ἐστὶν ἐπαγγελία, οὐ κατ᾽ ἀνθρωπίνην φύσιν λεγομένων καὶ ταῖς ἐκβάσεσι κρινομένων, ὅτι θεῖον πνεῦμα ἦν τὸ ταῦτα ἀπαγγέλλον.*“ (Herald.)

l. Eaedem voces sonant] Exitus eorum quae scripturis nostris praedicta sunt futuris, quae praedicta etiam, sed nondum adimpleta sunt, fidem satis adstruere debet. Eaedem enim litterae sunt quae extant hodie, eaedem voces quae aures nostras feriunt, idem spiritus tam ea quae iam exitum sortita sunt praenuntiavit, quam quae adhuc futura sunt. Eodem argumento utitur Iustinus Mart. Apolog. II. „*ἐπειδὴ τοίνυν τὰ γενόμενα ἤδη πάντα ἀποδείκνυμεν πρὸν ἢ γενέσθαι προκεκηρύχθαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀνάγκη καὶ περὶ τῶν ὁμοίως προφητευθέντων, μελλόντων δὲ γενέσθαι, πίστιν ἔχειν ὡς πάντως γενησομένων.*“ Et quae sequuntur. (Herald.)

m. si forte] V. quae adnotavero ad De Corona cap. 5.

n. expungitur] V. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 10.

o. dehinc ex praesenti praeteritum deputatur.] Divinationi futura praefanti, inquit, tempus unum est, neque in his quae futura praedicat intervalla ponit aut novit ulla. Propheta enim omnia quae vaticinatur veluti praesentia habet et videt: solum apud homines distinguitur tempus, dum completur, dum res modo futura iam praesens fit et dehinc ex praesenti mox praeterita censetur. Duos gradus quos in sequentibus dicit sunt praeteritum et praesens tempus.

Sed quoniam edidimus antiquissimis Iudaeorum instrumentis[a] [1]sectam istam esse suffultam [2]quam aliquanto novellam[b], ut Tiberiani [3]temporis, plerique sciunt, profitentibus [4]nobis quoque, fortassean hoc [5]nomine de statu eius retractetur[c], [6]quasi sub umbraculo insignissimae religionis, [7]certe licitae, aliquid propriae praesumptionis abscondat, vel quia praeter aetatem neque de victus exceptionibus neque de solemnitatibus dierum neque de ipso signaculo corporis[d] neque de consortio nominis cum Iudaeis [8]agimus, quod utique oporteret si eidem deo manciparemur[e]? Sed et vulgus iam [9]scit Christum [10]ut hominum aliquem[f], qualem Iudaei iudicaverunt, [11]quo facilius quis nos hominis cultores [12]existimaverit. Verum neque de Christo erubescimus, [13]cum sub nomine eius deputari et damnari iuvat, neque [14]de deo aliter praesumimus. Ne- Cap. XXI.

Cap. XXI. *Caput vigesimum primum, quod in E. Erfurt. Oxon. vigesimum est, in ABE. Erfurt. Vindob. Oxon. inscriptum habet* DE CHRISTO ET IVDAEIS., *in Pamelii libris* DE IVDAEIS ET CHRISTO., *in D.* DE CHRISTO ET QVID CHRISTIANI DIFFERANT AB HEBRAEIS ET DE DIVINIS PERSONIS., *in ab.* QVID CHRISTIANI DIFFERANT AB HEBRAEIS ET QVISNAM CHRISTVS QVOMODOVE PASSUS. 1. sectam nostram *F.* 2. quam aliquando *abc.* quam scient aliquando λ. 3. temporibus ortam plerique sciunt λ. *Pro* Tiberiani *in* λ*abe. est* Tiberii. 4. vobis *d., ex uno Vaticano.* 5. nomen de statu eius retractet *F.* 6. quasi ab *F. Vindob.* 7. certae licentiae aliquid et propriae *abcd.* 8. agamus *AF. Vindob.* 9. sciunt λ. 10. ut hominum aliquem *ABEG. Vindob.* ut hominem aliquem *F. Erfurt.* ut aliquem hominum (hominem *D.*) *Dabcdef.* hominem utique aliquem λ. *Haverc.* 11. quo facilius qui *Ea. Erfurt.* quos facilius quis *G. Vindob.* 12. existimaverint *a.* 13. ut quos sub λ. *Haverc.* 14. de deo aliquid praesumimus aliter. *abc.* de deo aliter sumus λ.

Cap. XXI. a. instrumentis] Cf. adnot. ad cap. 18.

b. aliquanto novellam] Apol. cap. 47 „Nec mirum, si vetus instrumentum ingenia philosophorum interverterunt. Ex horum semine etiam *nostram hanc novitiolam paraturam* viri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias adulteraverunt“ cett.

c. fortassean hoc nomine de statu eius retractetur] Sed fortasse, inquit Tertullianus, arbitrabuntur nonnulli nos quum dicimus sectam istam Iudaeorum monumentis atque instrumentis esse suffultam, haec eo dicere, ut sub umbraculo religionis celeberrimae, certe licitae ac minime vetitae, latere possimus, quum tamen secta nostra multo sit recentior, nec aetate solum a Iudaica religione, sed et ceremoniis, victus exceptionibus, dierum solemnitatibus, ipsa denique appellatione differat. Hac igitur de causa rem paulo altius repetendam ait. (Herald.)

d. signaculo corporis] Ita circumcisionem appellant, quod et alii observarunt. Haec eadem autem exprobrat Christianis Tryphon apud Iustinum Martyrem: „ἐκεῖνο δὲ ἀποροῦμεν μάλιστα, εἰ ὑμεῖς εὐσεβεῖν λέγοντες καὶ τῶν ἄλλων οἰόμενοι διαφέρειν κατ' οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεσθε, οὐδὲ διαλλάσσετε ἀπὸ τῶν ἐθνων τὸν ὑμέτερον βίον, ἐν τῷ μήτε τὰς ἑορτὰς, μήτε τὰ σάββατα τηρεῖν, μήτε τὴν περιτομὴν ἔχειν, καὶ ἔτι ἐπ' ἄνθρωπον ἐλπίδας ποιούμενοι.“ (Herald.) Minuc. Fel. Octav. cap. 31 „Sic nos denique non *notaculo corporis*, ut putatis, sed innocentiae ac modestiae signo facile dinoscimur.“ Cf. Herald. Digress. II, 1. et quae ipse adnotavi ad De Spectac. cap. 24.

e. si eidem deo manciparemur?] Cf. adnot. ad De Idol. cap. 1.

f. ut hominum aliquem] Sed et vulgus, inquit, Christum iam novit fuisse hominem, quippe qui a Iudaeis condemnatus et crucifixus fuerit, unde fit etiam, ut nos hominis cultores existiment, non autem dei illius quem Iudaei colunt. (Herald.)

cesse est igitur [15]pauca de Christo [16]ut deo. Dudum Iudaeis erat [17]apud deum gratia ubi et insignis iustitia et fides originalium auctorum[g]; unde illis et generis magnitudo [18]et regni sublimitas floruit et tanta felicitas, [19]ut de dei [20]vocibus, quibus edocebantur, de promerendo deo et non offendendo [21]praemonerentur. Sed quanta [22]deliquerint, [23]fiducia patrum inflati ad declinandum, derivantes[h] a disciplina in profanum [24]modum, etsi ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum[i]. Dispersi, palabundi, [25]et soli et caeli sui extorres vagantur per orbem sine homine', sine deo rege, quibus nec advenarum iure terram patriam [26]saltim vestigio [27]salutare conceditur[k]. Cum haec illis sanctae voces praeminarentur, [28]eadem[l] semper omnes ingerebant fore uti sub extimis [29]curriculis saeculi [30]ex omni iam gente et populo et loco cultores sibi adle-

15. pauca dicamus de λ. 16. ut deo. Dudum *ego.* ut deo totum. *AβDEG. Vindob. Ambros. Erfurt. Oxon.* ut deo. Totum *AφBφ.* ut de deo totum. *λabcde.* ut deo dicamus. *F.* ut deo. Tantum *f. Haverc., ex coniectura Fulvii Ursini.* 17. apud deum gratia, ubi et insignis iustitia et fides (fidis *Aβ.*) *ABDEFGabcde. Vindob. Oxon. Ambros. Erfurt.* apud deum praerogativa ob insignem iustitiam et fidem λ. apud deum gratia ob insignem iustitiam et fidem *f. Haverc.* 18. et rei *D.* 19. ut de dei *AβDEFabc. Erfurt. Vindob.* unde dei *G.* ut dei (*AφBφ.*) *def. Haverc.* de dei λ. 20. vocibus affuit, quibus et docebantur, promerendo λ. *Verba* quibus edocebantur *om. f.* 21. praemonebantur λ. 22. deliquerint *AφBDFabcf. Haverc. Ios. Scaliger.* dereliquerint *AβEGde. Ambros. Erfurt. Oxon. Vindob. Pameliani omnes.* 23. fiducia patrum inflati ad declinandum derivantes a disciplina *ABDEFGabde. Vindob. Oxon. Ambros. Erfurt. Pamelii omnes.* fiducia patrum inflati declinantes a disciplina *c.* fid. patrum infl. deviantes ab disciplina *f. Ios. Scaliger.* fid. patrum infl. ad delirandum a disciplina *Haverc.* fid. patrum infl. ad declinandum deviantes a disciplina *Latinius ex cod. ms. Fulv. Ursini.* ex fiducia patrum inflati ad delirandum disciplinam λ. 24. modis λ. 25. et soli et caeli sui *ABFG. Vindob.* et caeli et soli sui *DEabcdef. Erfurt. Oxon.* 26. saltim *ABEG.* saltem *reliqui.* 27. salutari *AG. Vindob.* salutaris *B.* 28. eaedem semper omnes *Ff. Haverc.* eaedem fere semper omnes *d., ex Vaticanis.* 29. curricula *FG. Vindob.* 30. ex illo iam *F.*

g. originalium auctorum] Patriarcharum.

h. derivantes] Participium *derivantes* struendum est etiam cum *quanta.* Sic firmatur simul scriptura *deliquerint.* Verbum *declinare* h. l. idem paene valet quam, quo alibi utitur, *exorbitare.* Cf. adnot. ad cap. 20.

i. exitus hodiernus ipsorum.] Cf. Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 165. De vocabuli *exitus* apud Tertullianum usu peculiari cf. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 9.

k. salutare conceditur.] Hoc enim post Barchochebae defectionem iis interdictum ab Hadriano fuerat. Eusebius Hist. Eccl. IV, 6 „*τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μήδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος ἐγκελευσαμένου.*“ Non solum igitur patriam suam adire, sed et e longinquo aspicere prohibiti sunt. Huc etiam pertinet quod scribit Tertullianus adversus Iudaeos cap. 13 „Et exinde, quod interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Iudaeorum.“ (Herald.) Cf. Scalig. ad Eusebii Chron. p. 216.

l. eadem] H. e. pari modo, simul. Cap. 19. (in segmento libri Fuldensis) „Idonea est enim recognitio praeteritorum ad disponendam fiduciam futurorum: *eadem* voces praedicaverunt utramque partem, *eadem* litterae notaverunt.“ Cf. Burm. ad Quinctil. Declam. XVII, 5. p. 336. et cap. 19. p. 348. Lindem. ad Plaut. Mil. Gl. II, 3. 32. et Parei Lex. Plautin. s. v. Quod ad rem pertineret

geret deus multo fideliores in quos [31]gratiam transferret, pleniorem [32]quidem ob disciplinae [33]auctioris capacitatem[m]. Venit igitur [34]qui ad reformandam et inluminandam eam venturus a deo [35]praenuntiabatur, Christus ille filius dei[n]. Huius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister, [36]inluminator atque deductor[o] generis humani [37]filius dei adnuntiabatur: non quidem ita genitus, ut erubescat [38]in filii nomine aut de patris [39]semine. Non de sororis [40]incesto nec de stupro filiae [41]aut coniugis alienae deum patrem passus est[p] squamatum aut cornutum aut plumatum, [42]amatorem in auro [43]con-

31. gratiam conferret *F.* gratiam suam transferret *D.* 32. quidem *om. λ.* 33. auctioris *ABDEFGc. Vindob. Erfurt.* auctoris *Fλdef.* (*Oxon.*) *Pamelii libri.* et auctoris *a.* altioris *b., ex Gorziensi.* 34. quia *F. Vindob.* 35. praenuntiatur *ABG. Vindob. Verba* Venit igitur — — filius dei *om. f. Haverc.* 36. et inluminator *F.* 37. dei *om. F. Vindob.* filius dei *om. G.* 38. de filii *λ. Haverc.* 39. semine, sicut de concubitu tauri, non *λ.* 40. incestu *G. Vindob.* 41. aut de coniugis *λ.* aut coniugio *F. Vindob.* 42. amatorem in auro *ABD(E)FGλabe. Vindob.* (*Erfurt.*) *Oxon.* (*Ambros.*) amatorem aut in auro *cd.* amatorem aut in aurum *F. Fulv. Ursinus.* amatorem in aurum *Haverc.* 43. conversum. Danaidis (de nardis *G.*) Iovis ista sunt *ABDEFGde. Oxon. Ambros. Erfurt. Vindob. Pamelii libri, quorum codicum pars minor punctum post* Danaidis *habet.* conversum Danaes. Iovis et ista sunt *λ.* conversum Danaes Iovis. et ista sunt *a. et b., quae altera punctum ante* Iovis *habet.* conversum. Iovis ista sunt *c.* conversum. Iovis enim ista sunt *f. Haverc., cum Fulv. Ursino.*

cf. Deuteronom. XXXII, 26. Psalm LIX, 12. Esai. I, 7. Ezech. V, 10. Hos. III, 10. et X, 3. Amos IX, 9. Tertull. Adv. Iud. capp. 11 et 13.

m. pleniorem quidem ob disciplinae auctioris capacitatem.] Disciplina auctior, quam Christus tradit, et capaciores fecit plenioris gratiae.

n. Christus ille filius dei.] Cyprian. De Idol. Vanit. p. 15. ed. Oxon. „Quod vero Christus sit et quomodo per ipsum nobis salus venerit, sic est ordo, sic ratio. *Iudaeis primum erat apud deum gratia.* Sic olim iusti erant, sic maiores eorum religionibus obediebant. *Inde illis et regni sublimitas floruit et generis magnitudo provenit.* Sed illi negligentes, indisciplinati et superbi postmodum facti *et fiducia patrum inflati,* dum divina praecepta contemnunt, datam sibi gratiam perdiderunt. Quae vero fuerit illis profana vita, quae contracta sit violatae religionis offensa, ipsi quoque testantur, qui etsi voce tacent, exitu confitentur: *dispersi et palabundi vagantur, soli et caeli sui profugi,* per hospitia aliena iactantur. Nec non deus ante praedixerat fore, *ut vergente saeculo et mundi fine iam proximo ex omni gente et populo et loco cultores sibi allegeret deus multo fideliores et melioris obsequii,* qui indulgentiam de divinis muneribus haurirent, quam acceptam Iudaei contemptis religionibus perdidissent. *Huius igitur indulgentiae, gratiae disciplinaeque arbiter et magister, sermo et filius dei mittitur,* qui per prophetas omnes retro *illuminator et doctor* (Codd. mss. Lambethanus, Thuanei, Veronensis, S. Victoris Parisiensis et S. Michaelis in Periculo Maris praebent *deductor*) *humani generis praedicabatur.*“

o. deductor] V. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

p. deum patrem passus est] Verbo *pati* Tertullianus uti solet quo Graeci *πάσχειν*, pro experiri, nancisci. Cf. supra cap. 13 „et *sanitatem* suam *patitur.*“ Adv. Marcion. I, 2 „*passus* infelix huius praesumptionis *instinctum.*“ Ibid. II, 2 „At nunc *negotium patitur* deus.“ De Virg. Veland. cap. 1 „proprium iam *negotium passus* meae opinionis.“ Ibid. cap. 5 „mulier — — quae *virum passa sit.*“ Ibid. cap. 11 „*pati novum illud* quod alterius aetatis est,“ et paulo post „*nuptias pati.*“ De Anima cap. 4 „post definitionem census *quaestionem* status *patitur.*“ Ibid. cap. 33 „quod *exequias* convivium *patitur.*“ Scorpiac. cap. 1 „ut (fides) et alias de suo tuta sit, cum suos *scorpios patitur.*“ Quod ad rem, memineris Iovem sororem in matrimonio habuisse, Alcmenen Amphitryonis uxorem gravidam effecisse,

versum Danaidis[q]. Iovis ista sunt [44]numina vestra[r]. Ceterum[s] dei filius nullam [45]de impudicitia habet matrem; etiam quam videtur habere, [46]non nupserat. Sed prius substantiam edisseram, [47]et ita nativitatis qualitas [48]intellegetur. Iam [49]ediximus[t] deum universitatem hanc mundi verbo et ratione et virtute molitum. Apud vestros quoque sapientes [50]*ΛΟΓΟΝ*, id est sermonem atque rationem, constat artificem videri universitatis. Hunc enim [51]Zeno[u] determinat [52]factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit; eundem et fatum vocari et deum et animum Iovis et necessitatem omnium rerum. [53]Haec Cleanthes[v] in [54]spiritum congerit, quem permeatorem universitatis adfirmat. [55]Et nos autem [56]sermoni atque rationi itemque virtuti, per quae omnia molitum deum ediximus, propriam [57]substantiam spiritum inscribimus, cui et sermo insit [58]pronuntianti et ratio adsit disponenti et virtus praesit perficienti. Hunc ex deo prolatum [59]didicimus et prolatione generatum[w] et idcirco filium [60]dei

44. numina vestra *ABDEGabc. Vindob. Oxon. Erfurt.* et numina vestra *de.* nomina vestra *Vindob.* humana vestra *λ.* numina vestri *f. Haverc.* nomina vestri *F. Fulv. Ursinus.* 45. de pudicitia *c. Haverc.* 46. non *om. Dab.* 47. et ita *ABFGλdef. Vindob.* (*Oxon.*) *Pamelii libri.* ita *c.* et iam *DEab. Erfurt.* 48. intelligitur *e.* 49. diximus *Fλ. Vindob.* 50. *ΛΟΓΟΝ om. G. spatio vacuo relicto, Vindob. habet a m. sec. et in Erfurt. extat bis.* 51. Zeno *om. λ.* Zenon *ab.* 52. factitorem *Fa. Vindob.* factorem *G.* 53. hic Cleantes *G.* Hunc Cleantes *F.* 54. spiritu *Dac.* 55. Et nos autem *AβDEG. Ambros. Erfurt. Oxon. Pamelii libri.* nos autem *F.* (*Vindob.*) Et nos etiam *ΑφΒφ*(*λ*)*abcdef. Haverc.* 56. sermonem atque rationem itemque virtutem *λ.* 57. substantiam spiritus inscribimus *abc.* substantiam asscribimus *λ.* 58. pronuntianti *ABEGλcd.* (*Oxon.*) *Erfurt.* praenuntianti *DFbef. Vindob.* praenuntiari *a.* 59. dicimus *λc.* 60. dei *om. ace.*

filiam Proserpinam sub specie squamati monstri, draconis, constuprasse, quemadmodum sub tauri Europam et Pasiphaën, sub cygni Ledam, sub aurei imbris Danaën.

q. amatorem in auro conversum Danaidis.] Erat cum *Danaidis* sumerem pro dativo pluralis deminutivae formae *Danaidion*, qua videlicet significatae sint mulierculae amatorum auro sui voluptatem vendentes. Cum tamen et liber Fuldensis et pars veterum editorum *Danaës* praebeat, malo *Danaidis* sumere pro genitivo singularis deminutivi *Danais*, ut „aurum Danaidis" sit aurum quod Danaë experta est. De *in* praepositione cum ablativo structa pro accusativo cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 3.

r. Iovis ista sunt numina vestra.] Repetas ad haec ex praecedentibus *passa sunt.* Iovis ista stupra, inquit, vestra numina sunt passa, non Christi mater.

s. Ceterum] Non solum non de stupro aut incesto genitus est dei filius, sed ne de ulla quidem impudicitia habet matrem, si quidem non ex ullis nuptiis natus est, quemadmodum homines. Per *impudicitiam* igitur h. l. proprie coitum, nuptias naturali lege praescriptas significat. Quamquam rectius feceris particulam *ceterum* interpretando per *at, sed, immo.* Exempla eius usus, apud Tertullianum frequentissimi, indicavi ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

t. Iam ediximus] V. cap. 17.

u. Zeno] Cf. Diog. Laert. VII, 68, 135 sqq. et ibi interprr. Cic. De Nat. Deor. I, 14. Minuc. Fel. Octav. cap. 19. Lactant. Instit. Div. I, 20. cum interprr.

v. Cleanthes] Cf. Minuc. Fel. Octav. l. l. Lactant. Inst. Div. I, 5, 19. Herm. Irris. Gentil. Philos. cap. 14.

w. Hunc ex deo prolatum didicimus et prolatione generatum] Haec quomodo possint explicari commode nullus video. Egregie autem B. Ignatius Epist. ad Magnesianos: „εἷς θεός ἐστιν ὁ παντοκράτωρ, ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος, οὐ ῥητὸς, ἀλλ' οὐσιώ-

et deum dictum ex unitate substantiae. Nam et deus spiritus. [61]Et cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa; [62]sed sol erit in radio, [63]quia solis est radius nec separatur substantia sed [64]extenditur. Ita de spiritu spiritus et de deo deus [65]ut lumen de lumine accensum. Manet integra et indefecta [66]materiae matrix, etsi plures inde [67]traduces[x] qualitatis mutueris: ita et quod [68]de deo profectum est, deus est et dei filius et unus ambo. [69]Ita et de spiritu spiritus et de deo deus modulo [70]alternum [71]numerum, gradu non statu fecit[y], et a matrice non recessit sed excessit. Iste igitur dei radius, ut retro semper praedicabatur, delapsus in virginem quandam et in utero eius caro [72]figuratus nascitur homo deo [73]mixtus. [74]Caro spiritu instructa nutritur, [75]adolescit, adfatur, docet, operatur et Christus est[z]. [76]Recipite interim hanc fabulam, similis est vestris[tz], dum ostendimus quomodo Christus [77]probetur et qui penes

61. Et *ABDFGf. Oxon. Vindob.* Etiam *E(λ)abcde.* 62. et *F.* 63. quia sol est *F. Paulo post* seperatur *A. pro more.* 64. expanditur *λ., in quo etiam omissa quae sequuntur* Ita de spiritu spiritus et de deo deus. 65. et lumen de lumine accensum *λ. Vindob.* et de lumine lumen accensum *F.* 66. materia *λ. Haverc.* 67. traduces qualitatis *ABλd. Oxon. Pamelii libri.* traduces qualitates *EF. Erfurt.* traducis qualitatis *G.* traduces qualitatum *abcef. Gorziens.* (*Vindob.*) traduces qualitatem *D. Pro* mutueris *in a. vitiose exaratum est* metueris. 68. de deo perfectum *a.* de coelo perfectum *G.* 69. Ita et de *ABDFGf. Vindob.* Ita de *Eabcde. Oxon. Erfurt.* 70. alter *λ.* alterum *f. Haverc. cum Fulv. Ursino.* 71. numerum non gradu sed statu fecit *G.* non numero, gradu non statu fecit *f. Haverc., cum Fulv. Ursino.* 72. figuratur *G. Vindob.* figurata *cd.* 73. mixtus *ABDEF. Vindob. Oxon. Erfurt.* mistus *G., cum pleraque editorum parte.* 74. Caro spiritu structa *λ.* Caro vel spiritus instructa *Oxon.* 75. adoliscit *A.* 76. Fabulam recipite interim hanc *F. Vindob.* 77. probetur. Sciebant et qui *Haverc. et Fulv. Ursinus.* probetur. Sciebant qui *f.*

δης· οὐ γάρ ἐστι λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα, ἀλλ' ἐνεργείας θείκης οὐσίας γεννητή, ὃς πάντα κατεναρέστησε τῷ πέμψαντι αὐτόν." (Herald.)

x. traduces] Cf. adnot. ad cap. 7.

y. modulo alternum numerum, gradu non statu fecit] Modulus iste fortean fuerit. Alius a filio pater est, qua pater, non qua deus. Alius a patre filius est, qua filius, non qua de deo deus. Alius a patre et filio spiritus, qua spiritus, non qua cum deo patre et filio deus est. Nam cum est unus a patre et filio spiritus, uno spiritu, una substantia pater et filius et spiritus unum sunt, quod unum deus est. Sic Adv. Prax. [cap. 9.] „Non tamen diversitate alium filium a patre, sed distributione, nec divisione alium, sed distinctione, quia non sit idem pater et filius, vel modulo alius ab alio." Et [cap. 14.] „Visibilem vero filium agnoscamus pro modulo derivationis." Itaque modus et modulus est certarum rerum secundum sui generis rationes dispositio, ordinatio, oeconomia." (Rigalt.) Addo Adv. Prax. cap. 2 „Tres autem non statu, sed gradu, nec substantia, sed forma, nec potestate, sed specie. Unius autem substantiae, et unius status, et unius potestatis, quia unus deus, ex quo et gradus isti et formae et species in nomine patris et filii et spiritus sancti deputantur."

z. operatur et Christus est.] Cyprian. De Idol. Vanit. p. 15. (ed. Oxon.) „Hic est virtus dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria. Hic in virginem illabitur, carnem spiritu sancto cooperante induitur, deus cum homine miscetur. Hic deus noster, hic Christus est, qui mediator duorum hominem induit, quem perducat ad patrem. Quod homo est, esse Christus voluit, ut et homo possit esse quod Christus est."

tz. similis est vestris] Sic Tatianus Orat. ad Graecos cap. 36. in eadem materia „*Διόπερ ἀποβλέψαντες*, inquit,

vos [78]eiusmodi fabulas aemulas ad destructionem veritatis [79]istiusmodi praeministraverint[a]. Sciebant et Iudaei venturum esse Christum, scilicet quibus prophetae loquebantur. Nam et nunc adventum eius expectant, nec alia magis inter nos et illos conpulsatio est quam quod iam venisse non credunt[b]. Duobus enim adventibus eius significatis, primo, qui iam expunctus est in humilitate conditionis[c] humanae, secundo, qui concludendo saeculo imminet [80]in sublimitate divinitatis exertae, primum non intellegendo [81]secundum, quem manifestius praedicatum sperant, unum existimaverunt. [82]Ne enim intellegerent pristinum, crediturі, si intellexissent, et consecuturi salutem, si credidissent, [83]meritum fuit [84]delictum eorum. Ipsi legunt ita scriptum mulctatos [85]se sapientia et intellegentia et oculorum et aurium fruge[d]. [86]Quem igitur hominem solummodo

78. eiusmodi *om. f.* huiusmodi *G.* 79. istiusmodi praeministraverunt *Haverc.* istius aemulas (*quod voc. antea om.*) praeministraverunt *f.* 80. in sublimitate paternae potestatis acceptae divinitatis exertae *λ.* 81. et secundum quem manifestius praedictum *c. Pro* sperant *λ. habet* sperabant. 82. Nec intellexerunt *λ.* Nec vero intellegerent *Oxon.* Nec enim intellegerent *G.* 83. merito *F.* 84. delictorum. *b. Pro* Ipsi *F. et Vindob. praebent* si. 85. se *om. FG. Vindob. Verba* et oculorum *om. F. Vindob.* 86. Quem igitur (ergo *E. Erfurt.*) hominem solummodo *ABEF. Vindob. Erfurt. Oxon.* Quem igitur solum hominem modo *Dabcde.* Quem igitur hominem *G.* Quem igitur solummodo hominem *f. Haverc.*

πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπομνημονεύματα, κἂν ὡς ὁμοίως μυθολογοῦντας ἀποδέξασθε.“

a. ad destructionem veritatis praeministraverint.] Recipite interim, inquit, hanc fabulam (si ita vobis dicere placet) de Christo, qua eum ut lumen de lumine accensum, ut radium solis de ipso sole enatum, ita deum de deo ex virginis intactae utero prognatum commentati sumus. Nonne vos similia, cum, ut unum afferam, narratis Iovem vestrum sub aurei imbris specie Danaën iniisse et matrem effecisse? Recipite igitur, inquam, hanc interim fabulam, dum ostenderimus, quomodo Christus per se probetur, et quinam sint qui vobis eiusmodi fabulas aemulas, eoque consilio eas praeministraverint ut veritatem istiusmodi destruerent atque labefactarent. Praeministratores autem eiusmodi fabularum denotat daemonas, de quibus per totum sequens caput disputaturus est.

b. quam quod iam venisse non credunt.] Cf. Adv. Iud. cap. 7. et 14. *Conpulsatio* est discordia, dissidium, aemusatio. Apolog. cap. 38 „aemulis studiolum *conpulsationibus* inquietaret.“ Ibid. rap. 20 „quod regnis regna *conpulcant*.“

c. conditionis] Cf. adnot. ad De Corona cap. 6.

d. et oculorum et aurium fruge.] V. Esai. VI, 10. Cf. Adv. Iud. cap. 11. Minuc. Fel. Octav. cap. 33 „Sed Iudaeis nihil profuit, quod unum et ipsi deum aris atque templis maxima superstitione coluerunt. Ignorantia laberis, si priorum aut oblitus aut inscius posteriorum recordaris. Nam et ipsi deum nostrum (idem enim omnium deus est), quamdiu eum caste, innoxie religioseque coluerunt, quamdiu praeceptis salubribus obtemderaverunt, de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de servientibus reges, modici multos, inermi armatos dum fugiunt, insequentes dei iussu et elementis adnitentibus obruerunt. Scripta eorum relege, vel, si Romanis magis gaudes, ut transeamus veteres, Flavi Iosephi vel Antonii Iuliani de Iudaeis require: iam scies nequitia sua hanc eos meruisse fortunam, nec quidquam accidisse, quod non sit his, si in contumacia perseverarent, ante praedictum. Ita prius eos deseruisse conprehendes quam eos desertos, nec, ut impie loqueris, cum deo suo captos, sed a deo, ut disciplinae transfugas, deditos.“ Cyprian. De Idol. Vanit. p. 15. (ed. Oxon.) „Sciebant et Iudaei Christum esse venturum. Nam

praesumpserant de humilitate, sequebatur [87]uti magum aestimarent de potestate[e], cum ille verbo [88]daemonia de hominibus [89]excuteret, caecos [90]reluminaret, leprosos purgaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitae, elementa ipsa [1]famularet[f] compescens procellas et freta ingrediens, ostendens [2]se esse verbum dei, id est *ΛΟΓΟΝ*, illud primordiale, primogenitum, virtute et ratione comitatum et spiritu [3]fultum, eundem qui verbo omnia [4]et faceret et fecisset[g]. Ad doctrinam vero eius, [5]qua revincebantur[h] magistri primoresque Iudaeorum, ita exasperabantur, maxime [6]quod ingens ad eum multitudo [7]deflecteret, ut postremo oblatum Pontio Pilato, Syriam tunc [8]ex parte Romana procuranti[i], violentia

87. uti (ut *FG.*) magum *ABDFGλbcdef. Vindob. Pithoei codex.* uti magnum *Ea. Erfurt. Ambros. Pamelii libri. Pro* aestimarent *in Gλ. extat* existimarent, *et antea* insequebantur *pro* sequebatur *in λ.* 88. demones *F. Vindob.* 89. excuteret verbo caecos *λ.* 90. reluminaret *ABGdef. Gandav. Vaticanus unus.* (*Vindob.*) illuminaret *DEFλabc. Erfurt. et aliquot Pamelii libri.* 1. famularent *D.* famularentur *F. Vindob.* 2. se esse (sese *acd.*) verbum dei id est *ΛΟΓΟΝ* illud *ABDEFabcde. Gorziens. Oxon. Erfurt. Ambros. Vindob.* sese *ΛΟΓΟΝ* dei id est verbum illud *f. Haverc.* sese *λόγον* id est verbum dei illud *Fulv. Ursinus.* se esse verbum dei ..... aliud *G.* se esse filium et illum olim a deo praedicatum et ad omnium salutem natum verbum dei illud *λ.* 3. fultum *ABDFλf.* suffultum *G. Gandav. Elnon. Vaticanus unus.* stultum *E. Erfurt.* sanctum *unus Vatic.* instructum *abcde.* 4. et *om. d. Verba* eundem qui verbo omnia et faceret et fecisset *om. f.* 5. quia *abcef.* 6. quod ingens ad eum *ABEFG. Vindob. Ambros. Erfurt.* quod ad eum ingens *Dabcdef. Haverc.* 7. conflueret *λ.* 8. ex parte Romanam *λ.* ex plebe Romana *G. Pro* procuranti *F. habet* procurantem, *Ambros.* procurati.

hic illis semper prophetis admonentibus adnuntiabatur. Sed significato duplici eius adventu, uno qui exercitio et exemplo hominis fungeretur, altero qui deum fateretur, non intelligendo primum adventum, qui passione praecessit occultus, unum tantum credunt, qui erit in potestate manifestus. Quod autem hoc Iudaeorum populus intelligere non potuit, delictorum meritum fuit. Sic erant sapientiae et intelligentiae caecitate multati, ut qui vita indigni essent, haberent vitam ante oculos, nec viderent.

e. uti magum aestimarent de potestate] Cf. cap. 23, Euseb. Praep. Evang. III, 8. Arnob. Adv. Natt. I, 43., ubi v. Heraldum et reliquos interpretes. Ignatius Epist. ad Philippenses: „*Ἰουδαίοις συμμαχεῖ εἰς ἄρνησιν, Ἕλλησιν εἰς συκοφαντίαν μαγείας.*“

f. famularet] Cyprianus: „cogeret sibi elementa famulari.“ Nam cum sint a deo creata, certe ad nutum ei ut domino famulantur. „*Θεῷ δέ*, inquit Philo dissertatione de Vita Mosis, *οὐ μία μοῖρα τοῦ παντὸς, ἀλλ' ὁ σύμπας κόσμος ὑποβέβληται καὶ τὰ τούτου μέρη πρὸς ἃς ἂν ἐθέλῃ χρείας ὡς δεσπότῃ δοῦλα ὑπηρετεῖ.*“ (Herald.) *Famulare* significatu activo pro famulari facere, *δουλοῦν* habes etiam cap. 39 „non qua penes vos parasiti adfectant ad gloriam *famulandae* libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi.“

g. et fecisset.] Cyprian. De Idol. Vanit. p. 16. ed. Oxon. „Itaque cum Iesus Christus, secundum a prophetis ante praedicta, verbo et vocis imperio daemonia de hominibus excuteret, paralyticos restringeret, leprosos purgaret, illuminaret caecos, claudis gressum daret, mortuos rursum animaret, cogeret sibi elementa famulari, servire ventos, maria obedire, inferos cedere, Iudaei qui illum crediderant hominem tantum de humilitate carnis et corporis, existimabant magum de licentia potestatis.“

h. qua revincebantur] De veritate scilicet disciplinae Christianae. De verbo *revincere* cf. adnot. ad librum De Test. Animae cap. 1.

i. Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana procuranti] Immo Iudaeam. Silanus autem erat Syriae praeses, Pilatus *ἡγεμών*, ut constat ex Iosepho Antiqu. Iud. XVIII, 3 et 4. Tertullianum

suffragiorum [9]in crucem Iesum dedi sibi extorserint. Praedixerat et ipse ita facturos; [10]parum si non et prophetae [11]retro[k]. Et tamen suffixus [12]multa mortis illius propria ostendit insignia[l]. Nam spiritum cum verbo sponte [13]dimisit[m], praevento carnificis officio[n]. Eodem momento dies [14]medium orbem signante sole[o] subducta est. Deliquium utique [15]putaverunt[p] qui id quoque super Christo praedicatum [16]non scierunt[q]. Et tamen eum mundi casum relatum [17]in arcanis vestris habetis. [18]Tunc Iudaei detractum et sepulchro con-

9. in crucem ihesum dedi sibi *ABDEFGabcde. Oxon. Vindob. Erfurt.* in crucem dedi sibi *λf. Haverc.* 10. parum si non *AβDEF. Oxon. Erfurt. Bongarsianus.* parum sine *G.* parum hoc si non (*AφBφ*)*abcdef. Haverc.* 11. retro. Et tamen *ABFGλf. Bongars. Oxon. Vindob.* retro etiam. Tamen *DEabcde. Erfurt.* retro. Et tandem *Nic. Rigaltius.* 12. *Verba* multa — — insignia. Nam *om. λf. Haverc.* 13. demisit *ADE. Erfurt. Pro* praevento *D. habet* praeeunte. 14. media *λ. Haverc.* 15. putaverunt quid quoque *AβEG. Erfurt.* put. quod quoque *Vindob.* put. qui quoque *F.* 16. non scierunt, ratione non deprehensa negaverunt, et tamen *λf. Haverc.* 17. arcanis *ABFλf. Bongars. Vindob. Erfurt. Pameliani quinque.* archivis *DEGabcde.* (*Oxon.*) 18. Hunc *f., cum Fulv. Ursino.*

autem secutus est etiam B. Cyprianus. (Herald.) Item Lactant. Inst. Div. IV, 18. et Epit. cap. 45., ubi Pontius Pilatus legatus appellatur. Cf. etiam Reines. Epist. 55. p. 505.

k. parum si non et prophetae retro.] De formula *parum si* vel *parum si non,* Tertulliani stilo satis usitata cf. adnot. ad cap. 6. De Corona cap. 8. De adverbio temporis *retro* cf. adnotat. ad De Spectac. cap. 9. De re cf. Adv. Iud. cap. 8.

l. Et tamen suffixus multa mortis illius propria ostendit insignia.] Et tamen mortis illius et ab ipso et a prophetis praenuntiatae multa, cum cruci affixus esset, propria ostendit insignia, quae non praedicta erant. Hallucinatus est Rigaltius cum *tandem* pro *tamen* corrigendum censeret.

m. Nam spiritum cum verbo sponte dimisit] Hoc primum erat insigne. Respicitur ad illud „*Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου! Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέπνευσεν.*“ (Luc. XXIII, 46.)

n. praevento carnificis officio.] Solebant enim carnifices crura eorum suffringere ad accelerandam mortem. Clare Origenes libro III. c. Celsum: „*καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, προλαβὼν τοὺς ἐπὶ τῶν ἀνασκολοπιζομένων δημίους ὑποτέμνοντας τὰ σκέλη τῶν σταυρομένων, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ὑποτέμνοντας, ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον τιμωρίαν τίσωσιν.*“ Lactant. Instit. Div. IV, 26 „Suffixus itaque Christus quum spiritum deposuisset, necessarium carnifices non putaverunt ossa eius suffringere, sicut eorum mos ferebat.“ Hunc morem Iudaeis fuisse peculiarem docet eruditissimus Lipsius Commentario de Cruce. (Herald.) Cf. Arnob. Adv. Natt. I, 62. Lips. De Cruce II, 14.

o. medium orbem signante sole] *Orbem* dicit cursus sui orbem, quo caelum percurrit sol. Alii ipsum cursum interpretari maluerunt, et *signare* per cludere vel absolvere, quomodo usurpatum est id verbum apud Martial. Epigr. IV, 45 „Ut qui prima novo *signat* quinquennia lustro.“ Quin Havercampus *signare* pro obscurare vel occultare positum autumat, pariter atque in illo loco ap. Iob. IX, 7., de deo qui „soli dat iussa sua, nec oritur, *signat*que stellas.“ Sed facilius multo atque aptius videtur *signare* pro „ornare“ h. l. accipere. Sic Claudian. Nupt. Hon. et Mar. v. 272 „si Bacchus amator Dotali potuit caelum *signare* corona.“ Cf. Vergil. Aen. VI, 781.

p. Deliquium utique putaverunt] V. Scaliger ad Eusebii Chron. p. 186. et De Emendat. Tempor. p. 561. Bynaeus De Morte Christi III, 8. Cf. Augustin. De Civ. Dei III, 15. Oros. VII, 4.

q. praedicatum non scierunt.] Amos. VIII, 9. 10. Ierem. XV, 9. Cf. Tertull. Adv. Iud. 10. Lactant. Instit. Div. IV, 19. Videtur hoc dicere velle Septimius: Qui id quoque super Christo praedicatum nesciebatis, deliquium vulgaris generis esse putavistis, in hoc tamen parum vobis constantes, cum eum mundi ca-

ditum [19]magna etiam militari manu custodiae diligentia [20]circumsederunt, ne, quia praedixerat tertia die resurrecturum se a morte, discipuli furto amoliti cadaver fallerent suspectos[r]. [21]Sed ecce tertia die concussa repente terra, et mole revoluta quae obstruxerat sepulchrum, et [22]custodia pavore disiecta, nullis apparentibus discipulis nihil in sepulchro repertum est praeterquam [23]exuviae sepulti. Nihilominus tamen [24]primores, quorum intererat et scelus divulgare et populum vectigalem et [25]famularem [26]sibi a fide revocare, subreptum a discipulis iactitaverunt. [27]Nam nec ille se in vulgus eduxit, ne impii errore liberarentur, [28]ut et fides, non mediocri praemio destinata, difficultate constaret. Cum discipulis autem quibusdam apud Galilaeam, [29]Iudaeae regionem, ad quadraginta dies egit docens eos quae docerent. Dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi per orbem circumfusa nube in caelum est [30]receptus, [31]multo verius quam apud vos adseverare [32]de Romulo Proculi solent[s]. Ea omnia [33]super Christo Pilatus, et ipse iam pro sua con-

19. magna etiam militaris custodiae *λf. Haverc.* 20. circumserunt *G.* circumsepserunt *Vaticanus unus.* 21. Sed ecce tertia die *ABFG. Vindob.* Sed ecce die tertia *DEabcdef. Oxon. Erfurt.* Sed ad diem tertiam *λ.* 22. custodiae *ABG.* 23. exuviae sepulchri *f.* exuvias sepulturae *λ.* 24. primores Iudaeorum, quorum *λ.* 25. familiarem *Fλ. Vindob. Oxon. et Vatic. unus.* 26. sibi a fide revocare *ABDEFacef. Erfurt. Oxon. Pamelii libri omnes.* sibi ad fidem revocare *Gbd. Gorziens. Bongars. Ambros.* sibi a fide avocare *λ.* 27. Nam nec ille in vulgus se *F.* Nec ille nam se in vulgus *Erfurt.* Iam nec ille se in vulgus *Haverc.* 28. sed ut fides *λ.* ut et fides *G.* 29. Iudaeae regionis ad quinquaginta dies *λ.* 30. ereptus *λf. Haverc.* 31. multo melius *Daef.* 32. de Romulis *λf. Haverc.* 33. de Christo *F.*

sum tanquam rem memorabilem in arcanis vestris archivis atque tabulariis relatum habeatis.

r. suspectos.] Hoc est suspicaces. De Cultu Fem. II, 4 „Infidelis contra etiam *suspectam* habet.“ Ad Uxor. I, 1. „Nec me putes propter carnis tuae integritatem mihi perseverandam, de contumeliae dolore *suspectum* insinuare iam hinc tibi consilium viduitatis.“ Cf. Hildebrand. ad Apul. Metam. IX, 20. p. 801.

s. de Romulo Proculi solent.] Idcirco *Proculi* numero multitudinis, quia id non semel affirmatum, neque in Romuli causa tantum. Iustinus Martyr in omnibus consecrationibus id facitatum asseverat. Apologet. II: *καὶ τὶ γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ᾽ ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανίζεσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ὀμνύντα τινὰ προάγεται ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα.*“ Sane in Augusti funere ac postea in Drusillae consecratione idem fuisse affirmatum a viris ordinis senatorii constat ex Suetonio et Dione. Nam de aquila quae e pyrae fastigio dimittebatur, quasi principis animam in caelum vehens, res est nota. Eo autem pertinere videtur quod scribit Artemidorus II, 20., morem fuisse antiquum potentiores omnes vita functos aquilis insidentes ac vehentes effingere: *„ὀχεῖσθαι δὲ ἀετῷ, βασιλεῦσι μὲν καὶ μεγιστᾶσι καὶ πλουσίοις ἀνδράσιν ὅλεθρον μαντεύεται. ἔθος γὰρ παλαιὸν ἀποθνήσκοντας τούτους πλάσσειν τε καὶ γράφειν ἐπ᾽ ἀετῷ ὀχουμένους καὶ διὰ τῶν τοιούτων δημιουργημάτων τιμᾶν.*“ Ceterum ad hoc mendacium pertinet et hic Tertulliani locus libro de Spectaculis cap. ultimo: „Ubi gaudeam, ubi exultem, spectans tot ac tantos reges, qui in caelum recepti nuntiabantur, cum ipso love et ipsis suis testibus in imis tenebris congemiscentes?“ (Herald.)

scientia Christianus, Caesari [34]tunc Tiberio nuntiavit[t]. Sed et Caesares credidissent super Christo, si aut Caesares non essent [35]necessarii saeculo[u], [36]aut si et Christiani potuissent esse Caesares. [37]Discipuli quoque diffusi per orbem [38]ex praecepto magistri dei paruerunt, qui et ipsi a Iudaeis [39]insequentibus multa perpessi utique pro fiducia veritatis libenter Romae postremo [40]per Neronis saevitiam sanguinem Christianum seminaverunt. Sed [41]monstrabimus vobis idoneos testes Christi ipsos illos [42]quos adoratis. Multum est si[v] eos adhibeam [43]ut credatis Christianis [44]propter quos non creditis Christianis. Interim hic est ordo [45]nostrae institutionis, hunc [46]edidimus et sectae et nominis censum[w] cum suo auctore. Nemo iam infamiam [47]incutiat[x], nemo aliud existimet, [48]quia nec fas est ulli de sua religione [49]mentiri. Ex eo enim quod aliud a se coli dicit quam colit, negat quod colit, [50]et culturam et honorem in alterum [51]transfert, et transferendo iam non colit quod negavit. Dicimus, et palam dicimus, et vobis torquentibus lacerati et [52]cruenti vociferamur: Deum colimus per Christum[y]. Illum ho-

34. tum *cd.* Caesari *om. D.* 35. necessarii saeculo *ABEFG. Erfurt. Vindob.* saeculo necessarii *Dabcdef.* 36. aut et *λ.* aut et si *F.* aut *D.* 37. Discipuli vero *λ.* 38. ex *om. f.* 39. persequentibus *Dλ.* 40. post Neronis *G.* 41. monstrabimus *Fλbde. Haverc.* demonstrabimus *c.* monstravimus *ABDEGaf. Erfurt. Vindob. Bongars.* 42. quos narratis *Da.* 43. ut credatis Christiani *Haverc., cum Desid. Heraldo.* 44. propter quos non creditis Christianis *om. cd. Post haec verba in veteribus libris novum caput incipit, quod est vigesimum secundum in ABDab. Vindob., vigesimum primum in E. Erfurt. Oxon. Vindob. Inscriptio in ABDE. Erfurt. Oxon. aliisque est* DE DEO OMNIPOTENTE ET CHRISTO., *in G.* DE CHRISTO ET OMNIPOTENTE., *in ab.* DE CHRISTO ET DAEMONIBVS EORVMQVE VIRIBVS ET ACTIONIBVS. 45. noster *E. Erfurt.* 46. edimus *λ. Haverc. Verba* et sectae *om. D.* 47. concutiat *λ.* 48. quia nefas *E. Oxon. Erfurt.* 49. mentiri. Eo enim *λf.* 50. et culturam *om. λf. Haverc.* 51. transfert *DEabcdef. Erfurt. Oxon.* transferet *ABF. Vindob.* transferret *G.* 52. cruentati vociferamur *λ. Haverc.* cruenti vociferamus *F. Vindob.* cruenti vociferari *G.*

t. Caesari tunc Tiberio nuntiavit.] Cf. Fabricii Codex Apocryph. N. T. I. p. 214 et 298 sqq. III. p. 455. Tob. Eckhard Non-Christianorum de Christo Testim. p. 114 sqq. Franc. Buddeus Comm. de Pontio Pilato Evang. Veritatis Teste (in eius Meditt. Sacris) p. 67. Pseudopilati epistolae extant etiam in ed. Colon. Opp. Dionysii Areopagitae p. 757. et in ed. Barraeana Opp. Tertulliani inter notas ad cap. 5. Apologetici. Adde Euseb. H. E. II, 2.

u. si aut Caesares non essent necessarii saeculo] Hoc est imperio Romano, quod tamdiu duraturum dicebant quamdiu saeculum. Ex illo videlicet Pauli: Tantum qui tenet, teneat. Fl. Vopiscus de Aureliano „Hic finis, inquit, Aureliano fuit, principi necessario magis quam bono." (Rigalt.) Cf. Rigalt. ad De Idol. capitis 18. ea verba „si regem denique fieri conscius sui regni refugit."

v. Multum est si] Cf. adnot. ad cap. 6.

w. censum] V. quae adnotavero ad De Corona cap. 13.

x. Nemo iam infamiam incutiat] Recte Heraldus: Nemo iam rumusculos illos, qui ad religionem nostram infamandam dissipantur, incutiat, id est obiiciat atque opponat; nemo aliud existimet praeter id quod profitemur, quia, si quidquam dissimularemus, iam fidem nostram abnegaremus.

y. Deum colimus per Christum.] Cyprian. de Idol. Vanitate cap. 7. p. 16. (ed. Oxon.): „Hunc magistri eorum atque primores, hoc est quos et doctrina ille et sapientia revincebat, accensi ira et in-

minem [53]putate, [54]per eum et in eo se cognosci et coli deus vult. [55]Ut Iudaeis respondeamus, [56]et ipsi dominum [57]per hominem Moysen colere didicerunt: ut Graecis occurram, Orpheus Pieride, Musaeus Athenis, Melampus Argis, [58]Trophonius Boeotiae initiationibus homines obligaverunt[z]: ut ad vos quoque dominatores [59]gentium adspiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operosissimis superstitionibus oneravit[a]. Licuerit et Christo commentari divinitatem, [60]rem propriam, non [61]qua [62]rupices[b] et adhuc feros homi-

53. putari *Gorziens.* putare *G.* 54. per eum et in eo se cognosci et coli deus vult (vult deus *AβF.*) *ABEFG. Erfurt. Vindob. Oxon.* per eum se cognosci et coli deus voluit λ. per eum et in eo se cognosci vult deus et coli *Dabcdef. Haverc.* 55. Ut autem Iudaeis respondeamus *d., ex libro Gandavensi.* Ut Iudaeis respondeam λ. *Haverc.* 56. et ipsi dominum *ABG.* et ipsi deum *DEFabcdef. Vindob. Erfurt.* et ipsum deum *Oxon.* 57. per Moysen λ. *Haverc.* per hominem Mosem *D.* hominem per Moysen *BG.* 58. trophenius *ABG.* trophinius *E. Erfurt. Oxon.* trophemus *F. Vindob.* tryphonius λ. *Pro* Boeotiae *in plerisque scriptis est* boetiae, *in aliis* cetiae, cethie, oecie. 59. gentium convertar λ. 60. rem propriam *om.* λ. 61. qua *ABDEFλ. Vindob. Erfurt. Oxon.* quo *A. m. sec.* quae *G.* quia *a.* qui *bcdef. Haverc.* 62. rudes λ.

dignatione provocati postremo detentum Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat, tradiderunt, crucem eius et mortem suffragiis violentis ac pertinacibus flagitantes. Hoc eos facturos et ipse praedixerat, et prophetarum omnium testimonium sic ante praecesserat, oportere illum pati, non ut sentiret tantum mortem, sed ut vinceret, et cum passus esset, ad superos denuo regredi, ut vim divinae maiestatis ostenderet. Fidem itaque rerum cursus implevit. Nam et crucifixus praevento carnificis officio spiritum sponte dimisit, et die tertio rursus a mortuis sponte surrexit. Apparuit discipulis suis talis ut fuerat, agnoscendum se videntibus praebuit, simul iunctus et substantiae corporalis firmitate conspicuus ad dies quadraginta remoratus est, ut de eo ad praecepta vitalia instrui possent et discerent quae docerent. Tunc in caelum circumfusa nube sublatus est, ut hominem quem dilexit, quem induit, quem a morte protexit, ad patrem victor imponeret, iam venturus a caelo ad poenam diaboli et ad censuram generis humani, ultoris vigore et iudicis potestate, per orbem vero discipuli magistro et deo monente diffusi praecepta dei in salutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, caecos et ignaros ad agnitionem veritatis ocularient. Ac ne esset probatio minus solida ac de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa poenarum genera tentantur. Dolor, qui veritatis testis est, admovetur, ut Christus dei filius, qui hominibus ad vitam datus creditur, non tantum praeconio vocis sed et passionis testimonio praedicaretur. Hunc igitur comitamur, hunc sequimur, hunc habemus itineris ducem, lucis principem, salutis auctorem, caelum pariter et patrem quaerentibus et credentibus pollicentem. Quod est Christus, erimus Christiani, si Christum fuerimus imitati."

z. initiationibus homines obligaverunt] De Orpheo et Musaeo eorumque sacris v. in universum Lobeckii Aglaophamum; de Melampode Creuzer Symbol. IV, 34 sqq. et inprimis Eckermanni dissertationem: Melampus und sein Geschlecht. (Götting. 1840.); de Trophonio Olfr. Muelleri Orchomenon p. 132 sqq. Cf. Panofka Terrakot. des Berlin. Museum p. 112. Gerhard Prodrom. I, p. 54. et id. in Archaeol. Zeitschrift a. 1843. p. 1 sqq.

a. Pompilius Numa, qui Romanos operosissimis superstitionibus oneravit.] Cf. Tertull. De Praescriptt. Haeret. cap. 40. Arnob. Adv. Natt. II, 12. et VII, 26. Kopp ad Mart. Capell. I, §. 63. p. 104. Hartung Relig. der Roemer I, p. 212 sqq.

b. rupices] V. Festum s. v. *Squarrosi* p. 329. et s. v. *Petrones* p. 206. ed. Muell. Gell. N. A. XIII, 9. Tertull. De Anima cap. 6. et De Pallio cap. 4., cum adnot. Salmasii pag. 283.

nes [63]multitudini tot numinum demerendorum attonitos[c] efficiendo ad humanitatem temperaret, [64]quod Numa, [65]sed qui iam expolitos et ipsa urbanitate deceptos in agnitionem veritatis [66]oculareta. Quaerite [67]igitur [68]si vera est ista divinitas Christi. Si ea est [69]qua cognita [70]ad bonum quis reformatur, sequitur [71]ut falsae renuntietur, conperta inprimis illa [72]omni ratione[e] quae [73]delitiscens[f] sub nominibus et imaginibus mortuorum quibusdam signis et miraculis et oraculis fidem divinitatis operatur.

Cap. XXII. Atque [1]adeo dicimus esse substantias quasdam [2]spiritales. [3]Nec novum nomen est. Sciunt [4]daemones philosophi[a], Socrate ipso [5]ad daemonii arbitrium exspectante. Quidni? cum [6]et ipsi daemonium [7]a pueritia adhaesisse dicatur, [8]dehortatorium plane a bono[b].

63. multitudini tot numinum *DE. Erfurt.* multitudini tot nominum *Aβλ. Haverc.* multitudini tot hominum *G. Vindob.* multitudine tot hominum *F.* multitudine tot numinum *AφBφbcdef.* multitudinem tot numinum *a. Pro* demerendorum *a. habet* demendorum, *at in marg.* demendo. 64. quo Numa *λ.* quod numina *D.* 65. sed quod iam *λ.* sed quia iam *AφBφEFG. Vindob. Erfurt.* sed iam quia *Oxon.* 66. occularet *AB. Oxon. Vindob.* conculcaret *G.* 67. igitur *AφBFG. Vindob.* ergo *DEabcdef. Erfurt. Oxon.* 68. si vera sit *λ.* 69. quia *F.* 70. ad bonum quis reformatur *ABFGdef. Vindob.* ad bonum quis reformetur *Ec. Erfurt. Oxon. Ambros.* quis reformetur ad bonum *Dab.* 71. ut falsae renuntietur conperta *ADλde. Erfurt. Oxon.* ut falsa renuntietur conperta *BGb.* ut falsa (false *F.*) renuntietur quaevis alia contraria comperta *EFf. Haverc.* ut false renuntientur comperta *a.* ut falsae renuntiet, comperta *c.* 72. omni ratione *om. λf.* 73. delitiscens *AB.*

Cap. XXII. 1. ideo *E. m. pr. Erfurt. Oxon.* 2. spirituales *DF. Vindob. Erfurt.* 3. Nec novum nomen est. *AφBFG. Vindob.* Nec nomen novum est. (*Aβ. Oxon.*) *cdef.* Nec novum est nomen. *DEab.* 4. daemonas *λcdef.* 5. ad daemonis *λ.* a daemonio *b.* 6. et *om. λ.* 7. adhaesisse a pueritia *Dabcdef.* 8. Dehortatorium plane a bono daemones. Sciunt *Fulv. Ursinus.* dehortatorium plane a bono. Daemonas sciunt *f.* dehortando plane a bono. Omnes sciunt *ab.*

c. attonitos] De huius vocabuli significatu dixi ad De Idol. cap. 24.

d. in agnitionem veritatis oculareta.] Cyprian. l. l. „caecos et ignaros ad agnitionem veritatis *oculari*.“ Cf. Tertull. De Paenit. cap. 12 „Hirundo si excaecaverit pullos, novit illos *oculare* rursus de sua chelidonia.“ De Pudic. cap. 8 „vestibus purpura *oculandis*.“

e. illa omni ratione] Sic praebent libri. Notat daemonas. Cf. cap. 2 „sed nomen quod quaedam *ratio* aemulae operationis (sc. daemonum) insequitur.“

f. delitiscens] Sic praebent Parisinorum librorum optimi, cum in vulgatis sit *delitescens*. Illam scripturam tuentur passim scripti libri vetustate et bonitate insignes, ut Parisinus ille Arnobii Adv. Natt. VI, 21. Minuc. Felicis Octav. cap. 27., ut palimpsestus ille Ciceronis Orat. pro Tullio §. 33., ut plures Ciceronis de Nat. Deor. II, 49. extr., ut optimus Florentinus ille tertius Apulei Metam. IX, 40. et Florid. IV, 19., ut venerandae denique aetatis ille et Agobardinus Tertulliani Ad Natt. I, 16. De verbis Tertulliani cf. Minuc. Felix l. l. „Isti igitur impuri spiritus, daemones, ut ostensum a magis, a philosophis, et a Platone, *sub statuis et imaginibus consecrati delitiscunt* et adflatu suo auctoritatem quasi praesentis numinis consequuntur“ sqq.

Cap. XXII. a. Sciunt daemones philosophi] Cf. Euseb. Praepar. Evang. V, 4. Augustin. De Civ. Dei XVIII. 14. Min. Felic. Octav. cap. 26. cum interprr. De verbo *scire* pro *nosse* posito cf. supra adnot. ad cap. 5.

b. dehortatorium plane a bono.] Tertull. De Anima cap. 1 „Socrates facilius diverso spiritu agebatur, siquidem aiunt daemonium illi a puero adhaesisse, pessimum revera paedagogum, etsi“ cett. Cf. Maxim. Tyr. Diss. XIV. et XV., quae totae sunt de Socratis daemonio.

Omnes sciunt poëtae[c]; [9]etiam vulgus indoctum [10]in usum [11]maledicti frequentat[d]. Nam et [12]Satanan, principem huius mali generis, proinde de propria conscientia [13]animae eadem execramenti voce pronuntiat[e]. Angelos quoque etiam Plato non negavit[f]. Utriusque nominis testes [14]esse vel magi adsunt[g]. Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens daemonum evaserit[h], damnata a deo cum generis [15]auctoribus et cum eo quem diximus principe, apud litteras sanctas [16]ordo cognoscitur. Nunc de operatione eorum satis erit exponere. Operatio eorum est hominis eversio. Sic malitia spiritalis a primordio auspicata est in hominis exitium. Itaque corporibus quidem et valitudines infligunt et aliquos casus acerbos, animae vero repentinos et extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad utramque substantiam hominis [17]adeundam subtilitas et tenuitas sua. Multum spiritalibus [18]viribus licet, ut invisibiles et insensibiles in [19]effectu potius quam in actu suo

9. et iam *f. Haverc.* et *Erfurt.* 10. in usum *DEGlabcdef. Gorziens.* in usu *ABF. Erfurt. Vindob. Oxon.* 11. maledicti frequentat. Nam et *AφBGldef.* maledictis frequentat. Nam et *DEFb. Gorz. Erfurt. Oxon. Vindob.* maledictis frequentant *a.* maledicti frequentant *c.* 12. satanan *AB.* sathanan *EF. Vindob. Erfurt.* sathanem *G.* 13. animae eadem execramenti *λf.* animae eadem (eandem *G.*) ex sacramenti *ABDEFGab. Vindob. Oxon. Erfurt. Bongars.* anima eadem ex sacramenti *cde.* animae eadem et sacramenti *Fulv. Ursinus.* 14. esse vel magi adsunt. *ABEFf. Vindob. Erfurt. Bongars.* vel magi adsunt. *Haverc.* ecce vel magi adsunt. *Herald.* esse vel magi deus *G.* esse vel magi adserunt. *λ. Oxon.* esse vel magos asserunt *Dabcde.* 15. auctoribus et quem diximus principem aut litteras *λ.* 16. ordo *AβEFGλ. Vindob. Erfurt.* ordine (*AφBφDφ*) *abcdef. Pro* cognoscitur *in D. est* agnoscitur. 17. adeundam *AEFcdef. Bongars. Erfurt. Oxon.* ad eundem *BG. Vindob.* adeundam mira *λ. Haverc.* laedendam *b.* alendam *Da.* 18. viribus licet et invisibiles *ab.* 19. affectu *DEFGa. Vindob.* affectum *Erfurt.*

c. Omnes sciunt poëtae] Maximus Tyrius Diss. XIV, 5 *„Τί δὴ νῦν; ἀποροῦντες περὶ τοῦ δαιμονίου τοῦ Σωκράτους, Ὁμήρῳ συνεγένοντο διηγουμένῳ αὐτῷ ἐκείνῳ ἃ διηγεῖτο; Περὶ μὲν τοῦ Ἀχιλλέως, ὅτι ἐν ἐκκλησίᾳ στρατιωτικῇ δημηγορῶν διενεχθεὶς πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα σπώμενος τὸ ξίφος, ὡς παίσων, κωλύεται ὑπὸ δαιμονίου. Ἀθηνᾶν καλεῖ τὸ δαιμόνιον. Αὕτη γὰρ“* cett.

d. in usum maledicti frequentat.] Quid? Satanae vocabulum et Romani unquam usurpavere in maledictis aut execrationibus? Neutiquam sane. Sed malorum daemonum principem Satanam pronuntiavere pronuntiando: *Malum.* (Rigalt.) V. Rigaltii notam ad De Testim. Animae cap. 2.

e. execramenti voce pronuntiat.] Nihili est Heraldi opera librorum veterum scripturam *ex sacramenti voce pronuntiat* tuendo interpretantis: Dicit autem *ex sacramenti voce,* quia formula erat: Abrenuntio Satanae cett.

f. Plato non negavit.] Angelos vertit daemonas. De re v. Platon. Sympos. pag. 327. Maxim. Tyr. Diss. XXVII. Apul. De Dogm. Platon. I, 11. Cf. Mart. Capella I, §. 154. p. 207. Kopp. Augustin. De Civ. Dei IX, 19.

g. testes esse vel magi adsunt.] Graecismus. Adsunt testimonio dicundo. De re v. Arnob. Adv. Natt. I, 43. Minuc. Fel. Octav. cap. 26. cum interpretibus.

h. corruptior gens daemonum evaserit] V. adnotata ad De Idol. cap. 9. Cf. Ioseph. De Bello Iud. VII, 33. *„τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια,* inquit, *ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα τοῖς ζῶσιν ἐνδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας.“* Iustin. Mart. Apol. II: *„οἱ γὰρ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι καὶ δι-πτούμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντας.“*

[20]appareant, si poma, si fruges nescio [21]quod aurae [22]latens vitium in flore praecipitat, in germine [23]exanimat, in pubertate convulnerat, [24]ac si caeca ratione [25]temptatus aër pestilentes haustus suos [26]offundit. Eadem igitur obscuritate contagionis adspiratio daemonum et angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus et amentiis [27]foedis aut saevis libidinibus cum erroribus variis, quorum iste potissimus [28]quo deos istos captis et circumscriptis [29]hominum mentibus [30]commendat[i], ut et sibi pabula propria nidoris et sanguinis [31]procuret simulacris [32]imaginibus [33]oblata[k]. Et quae [34]illi [35]accuratior pascua est, [36]quam ut hominem [37]e cogitatu verae divinitatis [38]avertat praestigiis [39]falsis? Quas et ipsas [40]quomodo operetur expediam. Omnis spiritus [41]ales est. Hoc angeli et daemones. Igitur momento ubique sunt; totus orbis illis locus unus est; [42]quid ubi geratur[l] tam facile sciunt quam [43]adnuntiant. Velocitas divini-

20. apparent si *G.* apparent. Ac si *Rhenanus.* 21. quid *F. Erfurt.* 22. latentis *λ.* 23. examinat *ABGc.* 24. ac *om. b.* 25. turbatus *F. Vindob.* 26. offundit *ABEFdef. Gandav. Elnon. Erfurt. Vindob.* effundit *DGabc.* 27. foedis aut saevis *ABEFGλd. Pamelii omnes, Oxon. Erfurt. Vindob.* foedis ac saevis (scevis *D.*) *Dabcef.* 28. quod eos istos *AβDEG. Erfurt.* quod eos ipsos *abcde.* 29. hominum *om. λ.* 30. commendat *BFGλcef. Vindob.* commedat *AD.* comedat *Eabd. Gandav. Elnon. Oxon. Erfurt. Bongars. Vaticanus unus.* 31. curet *λ.* 32. et imaginibus *λ. Haverc.* 33. oblata *om. λ.* immolata *F.* 34. illi *ABDEFGabcde. Pameliani omnes, Vindob. Oxon. Erfurt.* illis *λf. Haverc.* 35. accuratiora pascua sunt *c.* 36. quam ut hominem (*Aβ*) *ef.* quam hominem *AφBDEG.* quod hominem *F.* qua hominem *ab.* hominem *cd.* nisi ut hominem *λ.* 37. e cogitatu *ADEabcde. Vindob. Erfurt. Oxon. Ambros.* et cogitatu *B.* ecogitatum *G.* a cogitatu *F.* a recogitatu *λf. Haverc.* 38. avertat *ABDEFGabcde. Erfurt. Oxon.* avertant *λf. Haverc.* (*Vindob.*) 39. falsae divinationis? quas *λf. Haverc.* 40. quomodo operetur *Fbcde.* quomodo operentur *λaf. Haverc.* (*Vindob.*) quomodo ut operetur *AβBD. Erfurt.* quomodo ut operentur *Aφ.* quomodo oportet *G.* 41. ales. hoc et angeli *λf.* 42. quid (quis *G.*) ubi geratur *ABDEGλef. Bongars. Vindob. Oxon. Erfurt.* quid igitur geratur *F.* quid (quod *c.*) ubique geratur *abcd.* 43. adnuntiant *ABEFGλ. Bongars. Erfurt. Vindob.* enuntiant *Dabcdef. Haverc.*

i. captis et circumscriptis hominum mentibus commendat] Agitat igitur vis daemonum hominum mentes diversis erroribus, quorum vel hic est praecipuus, quod hac ipsa ratione eadem daemones deceptis ac circumscriptis hominum mentibus commendat, cum homines ita vexatos ac male habitos impellit, ut sacrificiis deos sibi placare ac propitiare conentur. (Herald.)

k. simulacris imaginibus oblata.] Male Zephyrus et eum secutus Pamelius ista referunt ad magica sacrificia, quibus animae a magis evocabantur. Occurrit saepe apud veteres, Iustinum, Athenagoram, Minucium, Origenem, alios denique omnes ea quae hic tangitur opinio de daemonum *λιχνείᾳ*, quos existimabant nidorem sacrificiorum consectari pascique de cnissis, quae evomunt ardentia viscera. Deos igitur gentium dicit Origenes esse *δαιμόνια λιχνὰ, καὶ περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰ αἵματα καὶ τὰς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀποφορὰς καλινδούμενα.* Huc etiam alludebat B. Chrysostomus Sermone de S. Romano: „*μὴ γὰρ βωμὸς τοῖς συναλλάγμασιν αὐτοῦ μεσιτεύει, αὕτη τῶν σῶν δαιμονίων ἡ λίχνος προσαίτησις.*“ Et Porphyrius ipse libro II. *περὶ ἀποχῆς* malos daemones ait „*χαίρειν λοιβῇ τε κνίσσῃ, δι᾽ ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν πιαίνεται.*“ (Herald.) Simulacra dicit *εἴδωλα.* Hinc tollenda erat particula *et* ante *imaginibus*, ex auctoritate optimorum librorum.

l. quid ubi geratur] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 8.

tas creditur, quia substantia ignoratur. Sic et auctores interdum videri volunt eorum quae adnuntiant. Et sunt plane malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam. Dispositiones etiam dei et [44]tunc prophetis contionantibus [45]excerpunt et nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita et hinc sumentes quasdam temporum sortes aemulantur divinitatem, dum furantur divinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperent in [46]eventus sciunt Croesi, sciunt Pyrrhi[m]. Ceterum testudinem decoqui cum carnibus [47]pecudis Pythius eo modo [48]renuntiavit quo supra diximus; momento apud Lydiam [49]fuerat. [50]Habent de incolatu[n] aëris et de vicinia siderum et de commercio nubium caelestes sapere paraturas[o], ut et pluvias, quas iam sentiunt, repromittant. [51]Benefici plane et [52]circa curas valitudinum[p]. [53]Laedunt enim primo, dehinc remedia praecipiunt ad [54]miraculum nova sive contraria, [55]post quae desinunt laedere, et curasse creduntur. Quid [56]ergo de ceteris ingeniis[q] vel etiam viribus fallaciae spiritalis [57]edisseram? phantasmata Castorum[r], et aquam cribro gestatam[s], et navem cingulo promotam[t],

44. tunc *ABEFGλef. Vindob. Erfurt. Oxon. Bongars.* nunc *Dabcd.* 45. exceperunt *λf. Haverc.* 46. eventum *GA.* 47. pecoris *λ.* pecudum *F.* 48. denuntiavit *FG. Vindob.* 49. fuerant *λ.* 50. habent *Fabcdef.* habens *ABDEG. Erfurt. Vindob. Ambros.* habentes *λ.* 51. Venefici *λ. Haverc.* beneficii *DFa.* 52. circa medicinas valitudinum *λ.* 53. laedent enim primum dehinc remedia percipiunt *G.* 54. miracula *F. Vindob.* 55. postquam *DFabc. Pro* desinunt *in G. est* definiunt. 56. ego *b.* 57. edisseram, dum oracula profitetur, dum miracula exercet. phantasmata *λ.*

m. sciunt Croesi, sciunt Pyrrhi.] De Croeso v. Herodot. I, 47., de Pyrrho Ennius ap. Cicer. de Divin. II, 56. Cf. Lucian. Dial. Deor. XVI. Hieronym. in Esai. cap. 41. Euseb. Praepar. Evang. V, 10.

n. incolatu] Atqui *incolatum* pro *παροικίᾳ* usurparunt. B. Hieronymus in Epist. ad Galat. cap. 4 „Agar autem, quae interpretatur *παροικία*, id est *incolatus*, sive peregrinatio, sive mora." B. Ambrosius de Abrahamo „Omnes in hoc *incolatu* hospites sumus." (Herald.) Addo Tertull. Ad Natt. II, 5 „nisi quod hominum *incolatui* denegavit enormitas frigoris aut caloris." De Corona cap. 13 „Ab ipso *incolatu* Babylonis illius in Apocalypsi Ioannis submovemur."

o. caelestes sapere paraturas] *Paratura* est vox Tertullianei stili. Cf. quae exempla produxi ad De Spectac. cap. 4. De structura verbi *habere* cum infinitivo cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

p. Benefici plane et circa curas valitudinum.] Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 26. fin. Tatian. Orat. ad Gr. cap. 31. Arnob. Adv. Natt. I, 48. Maxim. Tyr. Diss. XIX. 3. Psellus de Operat. Daemon. p. 145. Reiff. ad Artemidor. II, p. 452. et interprr. ad Cic. de Divinat. I, 43.

q. ingeniis] Cf. adnot. ad De Corona cap. 8.

r. phantasmata Castorum] Cf. Cic. Tuscul. I. 12. Valer. Max. I, 8, 1 et 2. Flor. I, 11. et II, 12. Minuc. Fel. Octav. capp. 7 et 27. Lactant. Divin. Instit. II, 8 et 17.

s. aquam cribro gestatam] Plin. H. N. XXVIII, 2. Valer. Max. VIII, 1. Augustin. de Civ. Dei X, 16.

t. navem cingulo promotam] Ovid. Fast. IV, 305 sqq. Liv. XXIX, 14. Solin. Polyh. cap. 7. Iulian. Orat. V, p. 159 sq. Minuc. Fel. Octav. cap. 7. Arnob. VII, 49. Augustin. de Civ. Dei X, 16. Hieronym. adv. Iovin. I, 16.

et barbam tactu inrufatam[u], [58]ut numina lapides crederentur, [59]ut deus verus [60]non quaereretur?

Cap. XXIII. Porro, [1]si et magi phantasmata edunt et iam defunctorum [2]infamant animas[a], si pueros in eloquium oraculi [3]elidunt[b], si multa

58. ut *ABDEFGλcdef. Erfurt. Vindob. Oxon.* et ut *a.* ut et *b. Haverc.* 59. ut deus *ABEG. Vindob. Erfurt.* et deus *Dλabcdef. Haverc.* nec deus *F.* 60. non crederetur. *D.* quaereretur. *F.* non quae effecerint. λ.

Cap. XXIII. *Caput novum in ABEGab. Vindob. Erfurt. Oxon. aliisque inscriptum est:* DE FANTASMATIBVS (FANTASMATE *G.*) MAGIAE (MAGICIS *E. Erfurt.* MAGICAE *Gab.*) ET DAEMONIIS. 1. et si *FG. Vindob.* 2. infamant *ABDEFGλf. Bongars. Erfurt. Oxon. Vindob. Pamelianorum quinque.* inclamant *abcde.* 3. elidunt *ABDEFGf. Vindob. Erfurt. Bongars.* edunt λ. eliciunt *abcde.*

u. barbam tactu inrufatam] V. Sueton. Vita Neron. cap. 1.

Cap. XXIII. a. defunctorum infamant animas] Libri nostri habent *infamant animas*, et fortasse melius. Amat enim Tertullianus verbis uti quae ex consequenti aut accidenti rem ipsam significent. Quoniam igitur hac ratione quasi traducuntur animae evocatae, idcirco infamare dixerit pro inclamare et evocare, atque hac evocatione quasi infamiam incutere. Sic libro De Anima cap. 7 „Itaque mendacium visui obiicitur, quod remos in aqua inflexos vel infractos adseverat adversus conscientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadeat, quod aequalissimam porticum angustiorem in ultimo *infamet.*“ Id est angustiorem exhibeat atque hoc pacto quasi depretiet detracta aequalitate, qua praecipue censebatur. Ceterum inter primas magorum praestigias, quas daemonum sibi assistentium ope ludebant, numerat animarum ac spirituum evocationes, *ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις* dicit Iustinus Apolog. II. Hinc et *ψυχαγωγούς* appellatos docet Maxim. Tyrius Diss. XXII. *Phantasmata* autem dicit Tertullianus, quia magi sensibus nostris illudunt ac visus nostros praestigiis occaecantibus fallunt, ut non videamus ea quae sunt, dum videre nos putamus quae non sunt, nisi *μέχρι φαντασίας*, quemadmodum loquitur Origenes libro I. contra Celsum: „*καὶ ψυχὰς ἡρώων ἀνακαλούντων, δεῖπνά τε πολυτελῆ καὶ τραπέζας καὶ πέμματα καὶ ὄψα τὰ οὐκ ὄντα δεικνύντων, καὶ ὡς ζῶα κινούντων οὐκ ἀληθῶς ὄντα ζῶα, ἀλλὰ μέχρι φαντασίας φαινόμενα τοιαῦτα.* Sophoclis scholiastes: „*μάγους ἐκάλουν τοὺς ψευδεῖς φαντασίας περιτιθέντας.*“ Sic auctor Quaestionum et Responsionum, quae Iustino Martyri falso tribuuntur, Samuelem a Pythonissa revera excitatum negat, sed *κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δαίμονος τοῦ τὰς ὄψεις φαντάσαντος.* Cf. Tertull. de Anima cap. 57. (Herald.)

b. si pueros in eloquium oraculi elidunt] Consternunt. Enim incantati corruebant veluti caduci, posteaque nescientes sui excitabantur in eloquium oraculi et multa praesagio praedicebant. Eiusmodi praestigias narrat Apuleius de Magia [cap. 42 sqq.] libro. (Rigalt.) Rigaltium in verbis Tertulliani sic interpretandis praecesserat iam Desid. Heraldus, praeter cuius ad h. l. adnotata de hoc genere vaticinationis adeas Iustin. Mart. Apol. I, 18. Io. Sarisber. Policrat. II, 28. Bonifac. Histor. Ludicr. VIII, 21. Casaub. ad Spartiani Did. Iulianum cap. 7. et Elmenhorst. ad Gennad. p. 195 et p. 200. At mihi rectius sensisse videtur Franc. Iunius, qui Tertulliani verba de cruento puerorum sacrificio interpretatur, de quo genere vaticinationis testes sunt Philostrat. V. Apoll. VIII, 5. Ammian. Marcell. XXIX, 2. Dio Cass. LXXIII, 16. Lucan. Pharsal. VI, 554 sqq. Euseb. H. E. VIII, 14. IX, 9. et Vit. Constant. I, 36. Clem. Recognitt. II, 13. Neque aliter nisi pro necare verbo *elidere* uti solet Tertullianus. De Spectac. cap. 18 „Primos homines diabolus *elisit.*“ Scorpiac. cap. 6 „Sed si certaminis nomine deus nobis martyria proposuisset, per quae cum adversario experiremur, ut, a quo libenter homo *elisus est*, eum iam constanter *elidat*“ cett. Cf. adnot. ad librum Ad Scap. cap. 4. Minuc. Fel. Octav. cap. 30 „Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere *elidere.*“

miracula circulatoriis praestigiis ludunt[c], si et somnia immittunt[d] habentes semel[e] invitatorum angelorum et daemonum adsistentem[f] sibi potestatem, per quos et caprae et mensae divinare[g] [4]consuerunt, quanto magis [5]ea potestas de suo arbitrio et pro suo negotio studeat totis viribus operari quod alienae [6]praestat negotiationi? Aut si eadem et angeli et daemones operantur quae et dei vestri, ubi est ergo praecellentia divinitatis, [7]quam utique superiorem omni potestate credendum est? Non ergo dignius praesumetur ipsos esse qui se deos [8]faciant, cum eadem edant quae faciant deos credi, [9]quam pares angelis et daemonibus deos esse? Locorum differentia [10]distinguitur, opinor, [11]ut a templis deos [12]existimetis quos alibi deos non dicitis; ut aliter [13]dementire videatur qui sacras turres [14]pervolat, aliter qui tecta viciniae transilit, et alia vis pronuntietur [15]in eo qui genitalia vel lacertos, [16]alia qui sibi [17]gulam prosecat[h]. Compar exitus furoris et una ratio est [18]instigationis.

4. consuerunt *AβEG. Erfurt.* consueverunt *libri editi.* 5. ea *ABDEFabef. Oxon. Vindob. Ambros. Erfurt.* illa *Gcd.* 6. praestant *Fa.* 7. quae utique superior omni potestate credenda est *λ.* 8. faciunt *F.* 9. quam pares angeli et daemones esse *λ.* quam impares angelis et daemonibus deos esse *E. Oxon. Erfurt.* 10. distinguit *λ. Haverc. Fulv. Ursinus rescribi vult* distinguit, ut opinor, a templis. 11. ut in templis *λ.* 12. aestimetis *Flf.* 13. dementire (demetire *Vindob.*) *Aβ (m. pr.) BDFGλdef. Pamelii libri, Vindob. et Ambros.* dementare *Aβ (m. sec.) Eabc. Erfurt.* dementitare *Oxon.* 14. praevolat *G.* 15. in illo *F.* 16. alia in eo qui *λ. Haverc.* 17. gulam prosecat. Compar *cdef. Haverc.* gulam prosecat. compara *Elnon. Gandav. Vaticanus unus.* gulam prosecat cum par *DEab. Erfurt. Vaticanus unus.* gulam perfectam compera *G.* gulam laceratam conparat. *F.* gulam prosectam compara (compar *AB. m. sec.*) *ABλ. Vindob.* 18. investigationis *ac.*

c. circulatoriis praestigiis ludunt] Cf. Philostrat. Vit. Apoll. VI, 6. Lactant. Div. Inst. II, 15. interprr. ad Arnob. Adv. Natt. I, 43., ad Apul. Metam. I, 4., ad Minuc. Felic. Octav. cap. 26. Bulenger. de Theatro I, 40. Onuphr. Panvin. de Lud. Circens. I, 14. et ad eum Argoli in Graevii Thes. Antiqu. Rom. tom. IX, p. 153.

d. et somnia immittunt] Cf. Iren. Adv. Haeres. I. 12. et 24. Euseb. H. E. IV, 7. Iustin. Apol. I, 18. Galen. Simpl. Med. X, 275. Io. Sarisber. Policrat. I, 10.

e. semel] V. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

f. adsistentem] Hinc *παρέδρους* appellabant, de quibus Iustinus Martyr, Irenaeus, Eusebius, Epiphanius, ipse denique Tertullianus libro de Anima, alii. Lucianus de Calumnia, ubi de Hephaestione: „*καὶ τέλος ἔθνον παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ.*“ (Herald.) Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 26 „Eos spiritus daemonas esse — — Socrates novit, qui ad nutum et arbitrium *adsidentis sibi daemonis* vel declinabat negotia vel petebat,“ ad quae verba Davisius citat Euseb. H. E. IV, 7 „*Ἐπὶ μεγάλοις δὲ μονονουχὶ σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις, ὀνειροπόμποις τε καὶ παρέδροις δαίμοσι.*“ Rufin. H. E. II, 13 „Utens adminiculo *assistentis* sibi et *adhaerentis daemonicae potestatis*, quam *πάρεδρον* vocant.“ Sulpic. Sever. Dial. III, 8 „Quod intellexerit egisse se semper *assidentis*, sibi *daemonis* voluntatem.“ Cf. Anton. Dale de Falsa Prophet. p. 279 sqq. Tertull. De Anima cap. 28.

g. et caprae et mensae divinare] De caprae divinatione cf. Euseb. Praepar. Evang. II, 10. Clem. Alex. Protrept. p. 16. Sozom. H. E. VI, 35. Fabric. Bibliogr. Antiqu. p. 410. Mensae divinationis descriptionem habes apud Amm. Marcellin. XXIX, p. 387 sq. ed. Vales.

h. alia qui sibi gulam prosecat.] Significat Bellonarios et Gallos. Tertullianum exscripsit Minuc. Fel. Octav. cap. 27 „Hi sunt et furentes quos in publicum

Sed hactenus verba; iam hinc demonstratio rei ipsius, [19]qua ostendemus unam esse utriusque nominis qualitatem. Edatur hic [20]aliqui ibidem sub [21]tribunalibus vestris[i] quem daemone [22]agi constet. Iussus a quolibet Christiano [23]loqui spiritus ille tam se daemonem confitebitur [24]de vero quam alibi [25]dominum de falso. Aeque producatur aliquis [26]ex his qui de deo pati [27]existimantur[k], qui [28]aris inhalantes numen [29]de nidore concipiunt[l], [30]qui ructando curantur, qui anhelando [31]praefantur[m]. Ista ipsa [32]Virgo Caelestis pluviarum

19. quam *ABEFG. Erfurt.* 20. aliqui ibidem sub *ABG. Vindob. Bongars. Oxon. Pithoei liber.* aliquis ibidem sub *EF. Erfurt.* ibidem sub λ. aliquis sub *Dabcdef. Haverc.* 21. tribunali vestro λ. 22. angi *ab.* 23. loqui se spiritus *G.* 24. in vero est quam alibi deum quod in falso est λ. 25. dominum *ABG. Bongars.* deum *DEFabcdef. Vindob. Erfurt. Oxon.* 26. ex his *ABFG.* ex iis *DEabcdef. Voc.* Aeque *om. G.* 27. existimatur *DE. Erfurt.* 28. aris inhiantes *F.* aris malentes *G.* aeris malentes *D.* aeris maleficum *abc.* aris inhalantibus λ. 29. de imbre *D.* 30. qui ructando (ructuando λ. ruptando *G.*) curantur *ABDEFGλabcde. Ambros. Vindob. Erfurt. Oxon.* qui ructando conantur *f.* qui ructando curvantur *Haverc.* 31. praefantur *ABEFGλd. Erfurt.* profantur *Dabcef. Ambros.* (*Oxon. Vindob.*) 32. vis caelestis *c.* vox caelestis *Da.* ut caelestium *G.*

videtis excurrere, vates et ipsi *absque templo;* sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur. *Par et in illis instigatio daemonis, sed argumentum dispar furoris.*"

i. Edatur hic aliqui ibidem sub tribunalibus vestris] Rem vocat ad tribunalia, quo lis melius iudicetur. (La Cerda.) Pronomine *aliqui* uti pro *aliquis* Tertullianei est stili. Exemplis probare supersedeo. Cf., si placet, interpretes ad Cic. de Republ. I, 44. p. 179. Moser. Gronov. ad Gell. N. A. XI, 13. XV, 2. Id. Observ. in Eccles. Auctt. p. 21. Eckstein. ad Vossii Aristarch. tom. III, p. 939. et quos citat Hildebr. ad Apul. Florid. I, 1.

k. qui de deo pati existimantur] Tangit vates, ariolos et ceteros fanaticos qui vi numinis interiori agitari se fingebant, atque ostendit obiter Tertullianus non a deo aut vi aliqua divina motus istos concitari, sed a daemonibus. *Qui de deo pati existimantur* ait verbis significantissimis. Virgilius [Aen. VI, 97 sqq.]: „At Phoebi nondum patiens immanis in antro Bacchatur vates, magnum si pectore possit Excussisse deum. Tanto magis ille fatigat Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo." Hi sunt quos *ἐνθεούς, θεολήπτους, θεοφόρους, θεοφορουμένους, θεοκατόχους, ἐνθεαστικούς, ἐνθουσιαστικούς* Graeci dicunt. (Herald.) De vi praepositionis *de*, originem et instrumentum indicandi, iam alibi dictum est. Cf. quae adnotata sunt ad De Spectac. cap. 24.

l. qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt] Hinc *arioli* dicti. Isidor. Origg. VIII, 9 „Arioli vocati, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus daemonum responsa accipiunt." Iul. Firmicus Mathes. III, 7 „Faciet etiam in templis manere sordide et sic semper incedere, et qui nunquam tondeant comam, et qui aliquid velint quasi a diis dictum hominibus nuntiare, quales solent esse in templis qui vaticinari consueverunt." (Herald.)

m. qui ructando curantur, qui anhelando praefantur.] Ructando igitur veluti sanantur et anhelando, quasi deo inspirante, profantur. „— Sed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument." Graphice de tota hac scena Apul. Metam. [VIII, 27.]: „Inter haec unus ex illis bacchatur effusius ac de imis praecordiis anhelitus crebros referens velut numinis divino spiritu repletus simulabat sauciam vecordiam, prorsus quasi deum praesentia soleant homines non sui fieri meliores, sed debiles effici et aegroti." (Herald.) Rigaltius emendaverat *qui ructando conantur;* conari enim dici nitentes et parturientes; Havercampius *qui ructando curvantur.* Sed neutrum probari potest. Recte interpretatus est Heraldus. Qui enim deo pleni sunt deque deo affecti patiuntur, eructando sanantur anhelandoque praefantes concepto numine liberantur.

[33]pollicitatrix[n], [34]ipse iste Aesculapius[o] medicinarum demonstrator, [35]aliam diem morituris [36]Socordio et [37]Tenatio et [38]Asclepiodoto [39]sumministraturi, [40]nisi se daemones confessi fuerint Christiano mentiri non audentes, ibidem illius Christiani procacissimi sanguinem [41]fundite[p]! Quid [42]isto opere manifestius? Quid hac probatione fidelius? Simplicitas veritatis in medio est. Virtus illi sua adsistit; [43]nihil suspicari licebit. [44]Magia aut aliqua[q] eiusmodi fallacia fieri [45]dicitis? Non dicetis, si oculi vestri et aures [46]permiserint vobis. Quid autem [47]inici potest adversus id quod ostendi-

33. sollicitatrix *F.* 34. ipse iste *ABE. Erfurt.* ipse ille *G.* iste ipse *DFabcdef. Vindob. Pro* Aesculapius *in λ. est* Aescopius, *id est* Aescolapius. 35. aliam diem morituris *ego.* alia die morituris *ABDEFf. Ambros. Vindob. Erfurt. Oxon. Elnon. Gandav. Bongars.* alia die moriturus *λ.* alia demorituris *Ga. Leodiensis liber, tres Vaticani.* alias demorituris *bcde.* 36. socrodio *G.* secordio *Erfurt. Ambros.* scordii *bcd.* socordi *e.* 37. thenacio *Vindob.* Thanatio *f. Haverc.* tanatio *λ.* denatio *ABDGa. Elnon. Gandav. Bongars. Oxon.* denacio *F.* denacō *Ambros.* denati *e.* denatii *bcd.* 38. asclepiadoto *Bongars. Oxon. Ambros. Gandav. Elnon.* asclepio docto *G.* Asclepiadoti *bcde.* 39. sumministraturi *ego.* sumministratur *ABDEGa. Bongars. Ambros.* subministrator *λbcde. Oxon. Erfurt. Vindob. Gandav. Elnon.* vitae sumministrator *f. Haverc.* 40. ubi se *G.* 41. fundere *G.* 42. illo *G.* 43. nil *G.* 44. magica *Gc. Pro* eiusmodi *in F. et Vindob. extat* huiusmodi. 45. dicitis? Non dicetis si *ego.* dicitis non dicetis. Sed *G.* dictis non dicetis si *ABDEF. Erfurt. Oxon. Bongars. Vindob.* dicetis si *λf. Haverc.* Dictis non stetis si *abcde.* 46. permiserint *a.* praemiserunt *G.* 47. inici *AF.* (*Vindob.*) *Bongars. Elnon. Gandav.* iniici *f.* incipi *BG. Vaticanus unus.* niti *b.* inniti *DEacde. Oxon. Erfurt.*

n. Ista ipsa virgo Caelestis pluviarum pollicitatrix] De dea Caelesti v. Muenter Relig. der Karthag. p. 30 sqq. (p. 62. ed. alt.) Spon. Miscell. Erud. Antiqu. Sect. III, tab. 46. in Tolani Suppl. Thes. Antiqu. p. 835 sq. Creuzer ad Cic. de Nat. Deor. I, 30. Boettiger Ideen zur Kunstmyth. II, p. 213. Cf. supra cap. 12. et infra cap. 24. Orelli Inscr. Latt. I, n. 1972 sqq. Hildebr. ad Apul. Metam. VI, 4. Cf. Tertull. Ad Natt. II, 8. Lips. Epist. Quaestt. V, 22. Petr. Faber Semestr. III, 2. Est illa Carthaginiensium Iuno, virgo appellata etiam Apuleio l. l., quam cum aërem interpretentur veteres (Cic. de Nat. Deor. II. 26. Cornut. de Nat. Deor. 3.), unde descendant pluviae, cur hic *pluviarum pollicitatrix* vocetur a Tertulliano Caelestis divinare in promptu est. Meminerunt Caelestis praeter eos quos laudavi etiam Augustin. de Civ. Dei II, 4. Salvian. de Gubernat. Dei VIII, p. 164. (ed. Rittershus.) Trebell. Pollio Vit. XXX Tyrann. in Celso p. 198. et Iul. Capitol. Vit. Pertinacis p. 55. (ed. Salm.) Amm. Marcell. XXII, p. 226. (ed. Vales.) Victor. Uticens. De Persecut. Vandal. I, 3. Prosper de Praediction. cap. 38.

o. Aesculapius] Liber Fuldensis praebet *Aescopius* h. e. Aescolapius, ut scriptum erat supra cap. 14. in duobus optimis Parisiensibus. Et ita passim etiam in aliis vetustis membranis.

p. sanguinem fundite!) Ex coniectura restitui locum ideo paene desperatum, quia ad quamnam historiolam hic respiciat Tertullianus plane ignotum est. Videtur, si quid video, hoc dici: Socordio cuidam et Tenatio et Asclepiodoto a Virgine Caelesti et Aesculapio daemonibus ad mortem usque vexatis, cum qui exorcizaret Christianus adesset, a daemonibus fuisse promissum sese aliam mortis diem eis sumministrare velle, si se daemones esse non confessi fuerint, at hos Christiano mentiri non ausos esse. Iam, pergit, daemones illi, qui simplicem Christianum metuendum esse vobis in hac causa satis aperte confessi estis, agite, si potentia vestra revera divina est, fundite statim procacissimi Christiani sanguinem, qui vos precibus suis pellere aggressus est!

q. aliqua] h. e. alia qualibet. Cf. interprr. ad Vergil. Aen. II, 48. Ruhnken. ad Vell. Paterc. I, 17, 7. Wolf et Orelli ad Cic. Tusc. III, 14, 29. Plures

tur nuda sinceritate? Si altera parte [48]vere dei sunt, cur [49]sese daemonia mentiuntur? An ut nobis obsequantur? Iam ergo [50]subiecta est Christianis divinitas vestra, [51]nec divinitas deputanda est quae subdita est homini et, si quid [52]ad dedecus facit, [53]aemulis suis[r]. Si altera parte daemones sunt vel angeli, cur se alibi pro deis agere respondent? Nam sicut illi qui dei habentur daemones se dicere noluissent, si vere dei essent, scilicet [54]ne se de maiestate deponerent, ita et isti, quos [55]directo daemonas nostis, non auderent alibi pro deis agere, si aliqui omnino dei essent, quorum nominibus utuntur. [56]Vererentur enim abuti [57]maiestate [58]superiore sine dubio et timendorum[s]. [59]Adeo nulla est divinitas ista [60]quam tenetis, quia, si esset, neque a [61]daemoniis [62]adfectaretur in confessione neque a deis negaretur. Cum ergo utraque pars concurrit [63]in confessionem deos [64]esse negans, agnoscite unum genus esse, id est [65]daemonas, verum utrobique[t]. [66]Iam deos quaerite. [67]Quos enim praesumpseratis, daemonas esse cognoscitis. [68]Eadem vero opera nostra ab eisdem deis vestris non tantum hoc detegentibus quod neque ipsi dei [69]sint neque ulli alii, etiam illud in continenti[u] [70]cognoscitis, [71]qui sit vere deus, et an [72]ille et an unicus quem

48. veri dei *F.* vera dei *Oxon.* naturae dei *G.* 49. se daemonia *F. Vindob.* sese daemonas λ. 50. subiecta est Christianis *ABDEGλd. Bongars. Erfurt. Oxon. Vindob.* subiecta Christianis *abcef.* suspecta est Christianis *F.* 51. nec utique divinitas λ. *Haverc.* 52. ad decus *Fab.* 53. aemulo suo λ. 54. ne se de maiestate deponerent *ABEf. Erfurt. Vindob.* ne sedem maiestatis deponerent *G.* ne de maiestate se deponerent *Dabcde. Haverc.* ne de maiestate deponcrentur *F. Pro* vere *in F. Vindob. extat* veri. 55. directe daemones nostis (noscis *G.*) *FG. Vindob.* 56. verentur *F. Vindob.* 57. maiestatem *ABd.* 58. superiore *ABDEFabcc. Erfurt. Oxon. Vindob.* superiorum *Gλf. Haverc., Franc. Iunius.* superiorem *d.* 59. Ideo *Dae.* 60. quam timetis *F. Vindob.* 61. daemonibus *F. Erfurt.* 62. adfectaretur (effectaretur *B.*) in confessione neque (nec *F.* ne *Vindob.*) a deis *ABDEFG abde. Bongars. Erfurt. Vindob. Oxon.* affectaretur, neque in confessione a diis *c.* adfectaretur neque in confessione neque a deis λ. adfectaretur neque a deis *f. Haverc.* 63. in confessione *B. Erfurt.* 64. esse se negans λ. 65. daemones *G. pro more. In λ. abest vocabulum* verum. 66. deos iam *F.* 67. quos eum praesumpseratis daemonas *a.* quos enim praesumpseratis deos esse, iam daemonas λ. 68. Et eadem *E. Erfurt.* 69. sunt neque alii. Sed etiam *c.* 70. cognoscetis λ. agnoscitis *Dab.* 71. quid sit vere deus *ABDG.* quod sit vere deus *Vindob.* qui sit verus deus *F.* 72. illic *E. Erfurt.*

excitat Hildebr. ad Apul. Metam. VI, 29. et ad Arnob. Adv. Natt. V, 29.

r. aemulis suis.] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

s. maiestate superiore sine dubio et timendorum.] Haec est lectio veterum editionum et codd. nostrorum. Non improbo Iunii coniecturam *maiestate superiorum sine dubio et timendorum.* (Herald.)

t. verum utrobique.] Verum genus de duobus positis unum restat daemonum. Deus daemonem mentitus non magis potest deus cogitari quam daemon deum mentitus.

u. in continenti] h. e. confestim, *συνεχῶς.* Tertull. De Praescr. Haeret. cap. 5. „*in continenti* haereses subiungit." Ex ICtorum libris multa exempla eius locutionis proponit Dirksen Manuale s. v. p. 211.

Christiani [73]profitemur, et an ita credendus [74]colendusque, ut fides, ut disciplina disposita est Christianorum. [75]Dicent ibidem[v]: Et quis ille Christus cum sua fabula? si homo communis conditionis? [76]si magus? [77]si post mortem de sepulchro a discipulis subreptus? si [78]nunc denique penes inferos? si non in caelis [79]potius, et inde venturus cum totius mundi motu, [80]cum orbis horrore, cum planctu omnium, [81]sed non Christianorum, ut dei virtus et dei spiritus [82]et sermo et sapientia et ratio et dei filius? [83]Quodcunque ridetis, rideant et illi vobiscum; negent Christum omnem [84]ab aevo animam restituto corpore iudicaturum, dicant hoc [85]pro tribunali, si forte[w], Minoëm et Rhadamanthum secundum consensum Platonis et poëtarum [86]hoc esse sortitos; suae [87]saltim ignominiae et damnationis notam refutent. [88]Renuntiant se immundos spiritus esse, quod [89]vel ex pabulis eorum, sanguine et fumo et [89]putidis rogis pecorum, [90]et impuratissimis linguis ipsorum vatum intellegi debuit: [91]renuant ob malitiam praedamnatos [92]se in eundem iudicii diem cum omnibus cultoribus [93]et operationibus suis. [94]Atquin omnis haec nostra [95]in illos dominatio et potestas [95b]de nominatione Christi valet[x] [96]et de commemoratione eorum quae sibi a deo per arbitrum Christum imminentia exspectant. Christum timentes in deo et deum in Christo [97]subiciuntur servis dei et Christi. Ita de contactu deque af-

73. profitentur *F.* 74. colendusque et fides *λ.* colendusque est ut fides *D.* 75. Dicent ibidem: et quis (et quid *Aφ.*) *AβBDEFG. Oxon. Vindob. Erfurt.* Dicent ibidem: ecquis *abcde.* Dicant ibidem: ecquis *f.* dicentibus nobis idem et quis *λ.* 76. si magne *G.* si magnus *DE. Erfurt.* nec magus *Oxon.* 77. si post crucem *λ. Haverc.* 78. hunc *λ.* 79. ocius *λ. Haverc.* 80. cum orbis horrore *ABEGλ. Vindob. Erfurt.* cum horroris horrore *F.* cum horrore orbis *Dabcdef.* 81. si non *DGbd. Gorziens.* non *a.* 82. ut ratio, ut dei filius et dei omnia. Quodcunque *λ.* 83. Quod cum *ab.* quotcunque *Vindob. Pro* rideant *in G. est* rident. 84. abebo *B.* habebo *AG.* ab eo *F.* 85. pro *om. λ.* 86. hoc *om. λf. Haverc.* 87. saltim *ABE. Erfurt.* 88. Renuntiant *ABDE. Vindob. Oxon. Erfurt.* Renuntient *FGabcde.* Renuant *λf. Haverc.* 89. putidis rogiis *AB.* putridis rogis *Vindob.* 90. et impurissimis *c.* impuratissimis *Aβ.* 91. rennuant *Aβ. Vindob.* renudant *E. m. sec.* remittant *G. Pro* debuit *in cd. erat* debuerit, *et pro* vatum *in F. Vindob.* fatum. 92. se eundem dicere *F.* se eundem diem *Vindob.* se in eundem diem *G.* 93. et operationibus *ABDEGac. Vindob. Erfurt. Omittit F.* et operatoribus *bdef. Haverc. Pamelii aliquot libri et Gorziens.* 94. Atquin *ABDEGd. Erfurt. Vindob.* Atqui *Fabcef. Haverc.* 95. in illis *Gcd.* 95b. de nominatione *ABFcdef. Vindob. Oxon.* denominatione *E. Erfurt.* de dominatione *λ.* dominatione *a.* de nomine *b. Gorziens.* 96. et de comminatione *a.* et commemoratione *G. Pro* eorum *F. habet* ipsorum. 97. proiciuntur *F. m. pr.* proicientur *F. m. sec.*

v. ibidem] Cf. adnot. De Fuga in Persecut. cap. 1.

w. si forte] Cf. adnot. ad De Corona cap. 5.

x. de nominatione Christi valet] Notabilis est in hanc sententiam Irenaei locus II, 5. „Domini nostri nomini, inquit, subiecta sunt omnia. Et propter hoc Iudaei usque nunc hac ipsa advocatione daemonas effugant.“ (Rigalt.) Arnob. Adv. Natt. I, 46 „cuius (Christi) nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatibus“ cett. Prudent. Apotheos. v. 438 sqq. Gregor. Nazianz. Carm. 61.

flatu nostro, contemplatione et repraesentatione ignis illius [98]correpti etiam de corporibus nostro imperio excedunt inviti et dolentes et vobis praesentibus erubescentes. Credite illis, cum [99]verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mentitur, [1]quin potius ad honorem. Magis fides [2]proxima[y] est adversus semetipsos confitentes quam pro semetipsis negantes. Haec denique testimonia deorum vestrorum Christianos facere [3]consuerunt; [4]quam plurimum illis credendo [5]in Christo domino credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostrae [6]fidentiam aedificant[z]. [7]Colitis illos, [8]quod sciam, etiam de sanguine Christianorum. Nollent [9]itaque vos tam fructuosos, tam officiosos sibi [10]amittere, vel ne a vobis [11]quandoque a Christianis [12]fugentur, si illis sub Christiano, volente vobis veritatem probare, mentiri [13]liceret[zz].

Cap. XXIV. Omnis ista confessio illorum qua se deos [1]negant esse quaque non alium [2]deum respondent[a] praeter unum, cui nos mancipamur[b], satis idonea est ad depellendum [3]crimen laesae maxime Romanae religionis. Si enim non [4]sunt dei pro certo, nec religio pro certo

98. correpti etiam *Erfurt.* correcti etiam *G.* 99. verum *om. Dace.* 1. sed potius λ. 2. proxima *ABDEFGf. Bongars. Vindob. Erfurt. Pamelii libri.* prona *abcde. Pro* adversus *in c. est* in adversus. 3. consuerunt *ABEf. Erfurt.* consueverunt *DFGabcde. Vindob.* 4. quam *ABDEFG. Erfurt.* quia *abcdef. Haverc.* (*Vindob. Oxon.*) 5. in Christo domino credimus *ABDEGabdef. Erfurt. Oxon. Vindob.* in Christum dominum credimus *F. Fulv. Ursinus.* Christo domino credimus *c.* per Christum et in deum credimus λ. 6. fidentiam *ABDFGdef. Vindob. Pamelianorum quatuor.* fiduciam *Eabc. Erfurt.* 7. At colitis *cd.* 8. quod scitis esse de sanguine *a.* quod scientia etiam de sanguine *G.* qui sitiunt sanguinem *F.* 9. ubique λ. 10. admittere *Da. In F. pro* tam officiosos *extat* quam officiosos. 11. quandoque a Christianis *ABFG. Vindob.* quandoque an Christianis *Ef. Erfurt.* quandoque Christianis *Dabcde.* 12. fugarentur *Fulv. Ursinus.* 13. non liceret *F.*

Cap. XXIV. 1. negant esse quamquam non *D.* negantes esse quoque non *F.* negantes se quoque non *G. Vindob.* 2. deum *om. F.* 3. crimen laesae publice (publicae *Haverc.*) et maxime λ. *Haverc.* laesae maxime *F. Vindob., omisso voc.* crimen. 4. sunt *om. F.*

y. magis proxima] h. e. manifestior, praesentior, promptior. Cf. De Idol. cap. 11 „Ecce *magis proximum* praeiudicium.“ Ad Natt. II, 12 „Si qua ergo vel vestris divinioribus litterisve vestris superioribus, sed idcirco *magis proximis* quoniam illius aetatis, *fides adiacet,* satis“ cett. Minuc. Fel. Octav. cap. 19 „nonne apertius, *proximius,* verius?“ Apul. De Magia cap. 9 „tam *proxumum* argumentum.“ Cf. Gronov. Observv. I, 23. Barth. Advv. VIII, 9. p. 380.

z. fidentiam aedificant.] Cf. adnot. ad librum ad Martyras cap. 3.

zz. mentiri liceret.] Itaque, inquit, si daemonibus mentiri liceret Christiano exorcizanti veritatemque vobis probanti, profecto ita agerent, ut vos tam fructuosos, tam officiosos sibi non amitterent, immo ne a vobis ipsis quandoque Christianis exorcizarentur.

Cap. XXIV. a. respondent] h. e. spondent, adfirmant. De Test. Animae cap. 3 „Et esse et abominationem sustinere execrationes tuae *respondent.*“ Cf. Dirksen Manual. s. v. p. 841.

b. cui nos mancipamur] Cf. ad De Idol. cap. 1.

est: si religio non est, [5]quia nec dei pro certo, nec nos pro certo rei sumus laesae religionis. At e contrario in vos [6]exprobratio resultavit, qui mendacium colentes veram religionem veri dei non modo neglegendo, quin insuper expugnando, [7]in verum committitis crimen verae [8]inreligiositatis. [9]Nunc ut constaret illos deos esse, nonne [10]conceditis de aestimatione communi aliquem esse [11]sublimiorem et potentiorem, velut principem mundi perfectae [12]potentiae et maiestatis? Nam et sic plerique disponunt divinitatem, ut imperium summae [13]dominationis esse penes unum, [14]officia eius penes multos velint, ut Plato Iovem [15]magnum[c] in caelo comitatum exercitu describit deorum pariter et daemonum. Itaque oportere et procurantes et praefectos et praesides pariter [16]suspici[d]. Et tamen quod facinus admittit qui magis ad Caesarem promerendum et [17]operam et spem suam transfert nec appellationem [18]dei ita ut imperatoris [19]in aliquo [20]principe confitetur[e], cum [21]capitale esse iudicetur alium praeter Caesarem et dicere et audire? Colat alius deum, alius Iovem, alius ad caelum [22]manus supplices tendat, alius ad aram [23]Fidei[f],

5. quia nec dei pro certo, nec nos (nos *om. D.*) pro certo rei sumus *ABDFGλf. Vindob.* quia nec dii, nec pro certo rei sumus *bcd.* nec pro certo rei sumus *ae. In E. Erfurt. Oxon. verba* Si enim non sunt dei — — — rei sumus laesae religionis *absunt.* 6. exprobratio resultavit *ABDEGacef. Erfurt. Vindob. Oxon.* exprobratiores alutavit *B. m. pr.* exprobatio (exprobratio *Haverc.*) re ista resultabit *λ. Haverc.* exprobratio resultabit *Fb.* 7. in verum *ABDEFλf. Vindob. Erfurt. Oxon.* in vero *G.* verum deum *c.* deum verum *abde. Pro* committitis *in G. extat* committis. 8. religiositatis *Gλ.* 9. Nunc *ABDEFGd. Vindob. Erfurt. Oxon. Pameliano-rum quatuor.* Nam *abcef.* 10. concederitis *λ.* 11. potentiorem et sublimiorem *G.* 12. potentiae et maiestatis *Ff. Fulv. Ursinus et Haverc.* potentiae maiestatis *Aβ.* peritiae maiestatis *AφBDEG. Erfurt. Oxon. Vindob.* peritiae et maiestatis *abcde.* maiestatis *λ.* 13. divinationis *FG. Vindob.* 14. officia vero eius *λ.* 15. magno G. 16. suspici *ABGcdef. Haverc.* (*Vindob.*) suscipi *DEab. Erfurt. Oxon. Vaticanus unus.* suscipere *F.* (*om. voc.* et, *quae inde sequitur.*) suspicari *λ.* 17. operam *DFabcdef. Vindob.* opera *ABEG. Erfurt. Oxon. Pameliani omnes.* 18. dei ita ut *inducit Ios. Scaliger.* ut dei ita et *Fr. Iunius.* 19. in aliquo *FGcd.* in alio quam *f. Haverc.* (*Vindob.*) in aliquam *A.* in aliq *B.* in aliquem *DEabe. Erfurt. Oxon.* 20. principe *ABFGf. Vindob.* principem *DEabe. Erfurt. Oxon.* principum *cd.* 21. capitalis *λ.* 22. manus supplices *ABFG. Vindob.* supplices manus *reliqui cum Oxon. et Erfurt.* 23. Fidei, alius (*D*)*cdef.* fidie (fidie *Aβ.*) alius *AB.* phidiae manus alius *G.* fidie manus alius *E. Erfurt.* fidei manus, alius *Fab. Vindob.* Fidem manus alius *λ.*

c. ut Plato Iovem magnum] Plat. Phaedr. p. 246. A. Cf. Arnob. Adv. Natt. III, 30. Athenag. Leg. pro Chr. cap. 21. (p. 94. ed. Oxon.) cum Decharii adnot., Toup. ad Longin. Sect. XV. §. 4. p. 322. ed. Weiske.

d. suspici.] Cf. adnot. ad cap. 18.

e. in aliquo principe confitetur] Et tamen, inquit, quantum facinus admittit qui, quo magis Caesarem promereat, operam suam et spem in eius potius ministros transfert, et qui appellationem dei ita ut imperatoris non in aliquo summo principe confitetur? Tanto profecto hic gravius admittit, quanto deus maior est Caesare, praeter quem alium ita dicere et audire vel solum capitale iudicatur. Haec verborum genuina sententia est, quam editores pravis atque perversis mutationibus prorsus interfecerant.

f. aram Fidei] Liv. I, 21. Augustin. De Civ. Dei IV, 20. Hartung Relig. der Roemer II, p. 264 sq.

alius si hoc putatis, nubes [24]numeret orans, alius lacunaria[g], alius suam animam deo suo voveat, [25]alius hirci[h]. Videte enim ne et hoc ad inreligiositatis [26]elogium concurrat, adimere libertatem religionis et interdicere [27]optionem divinitatis, ut non liceat mihi colere quem velim, sed cogar colere quem nolim. Nemo se ab invito coli [28]volet, ne homo quidem. Atque [28]adeo et Aegyptiis permissa est tam vanae superstitionis potestas avibus et bestiis consecrandis et [30]capite damnandis qui aliquem huiusmodi deum [31]occiderit[i]. Unicuique etiam provinciae et civitati suus deus est, ut Syriae [32]Astartes[k], ut Arabiae [33]Dusares[l], ut [34]Noricis Be-

24. numerat *FG. Vindob.* munerat *B.* 25. alias hircum *λ.* 26. eologium *Αφ.* eulogium *BDFG. Vindob. Pro* concurrat *G. habet* excurrat. 27. optione *λ.* 28. volet *ABDEFGλf. Vindob. Erfurt. Oxon.* vellet *abcde.* 29. adeo *ABFGcd. Vindob.* ideo *DEabef. Erfurt. Oxon.* 30. capite damnandis *ABFλdef. Pamelii libri. Vindob.* capite damnandi *DEab. Erfurt.* pice damnandis *Gc.* 31. occiderit *ABDEFGλabde. Oxon. Erfurt. Vindob. Pamelii libri.* occiderint *cf. Haverc.* 32. Astartes *EFabcdef. Erfurt. Oxon. Pamelii libri.* adstartes *ABD. Vindob. Ambros.* astarces *G.* Adargatis (Atargatis *Haverc.*) *λ. Haverc.* 33. Dusares *Haverc.* Duzares *λ.* dysares *AE. Pamelii libri, Erfurt. et Vindob.* disares *BGdef.* dysores *F.* dissares *Ambros.* diasares *Dabc.* 34. Noricis Belenus *f. Haverc.* Noricis Belienus *λ.* norici belenus *ABde. Elnon. Gandav. Valicanus unus.* norici helenus *G.* nolicibelenus *Ambros.* norici tibelenus *D.* Norico Tibilenus *a.* Norico Tibelenus *bc.* nori cybelenus *EF. Vindob. Erfurt.*

g. alius, si hoc putatis, nubes numeret orans, alius lacunaria] Sic enim de Christianis et Iudaeis blaterabant nationes. Iuvenalis [Satir. XIV, 97]: „Nil nisi praeter nubes et caeli lumen adorant.“ Quomodo legebat Scaliger. Christiani quoque, quando in areis ac coemeteriis cogebantur, dicebantur nubes numerare, et quia in conventiculis suis nulla habebant simulacra, quibus supplicarent, sed sursum oculos tollebant, dicebantur quoque lacunaria numerare. (Herald.)

h. suam animam deo suo voveat, alius hirci.] Hoc etiam obiiciebant Christianis, nullis eos sacrificiis deum promereri. Respondebant illi hostiam deo acceptam ac litabilem esse animum purum ac mentem sinceram. Minuc. Fel. Octav. [cap. 32.] „Hostias et victimas domino offeram, quas in usum mei protulit? Uti reiciam ei suum munus ingratum est, cum sit litabilis hostia bonus animus et pura mens et sincera sententia.“ (Herald.)

i. occiderit.] Adeo cum nec homo, nedum deus, ab invito aliquo coli velit, Aegyptii vel tantam vanae superstitioni suae potestatem indulgent, ut non solum aves et bestias suas consecrent, sed etiam capite damnent, si quis aliquem huiusmodi deum occiderit. Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 28 „Nonne et Apim bovem cum Aegyptiis adoratis et pascitis? nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodilis, belluis ceteris et avibus et piscibus, quorum aliquem deum si quis occiderit, etiam capite punitur,“ ad quem locum v. quae congesserunt interpretes.

k. Astarte] De Syria dea v. interpretes ad Ovid. Metam. IV, 45. ad Min. Fel. Octav. cap. 6., ad Cic. de Nat. Deor. III. 15. et ad Luciani Syriam Deam., Salm. ad Solin. p. 405. Reland. de Vet. Lingua Pers. in Dissert. Misc. II, p. 144 sqq. Selden de Diis Syris II, 3. p. 262 sqq. Cf. Tertull. Scorp. cap. 3., ubi masculus deus est.

l. Dusares] Hesychius: *„Δουσάρην, Διόνυσον Ναβαταῖοι, ὡς φησιν Ἰσίδωρος.“* Stephanus Byzant.: *„Δουσάρη, σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου· θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἄραψιν καὶ Δαχαρηνοῖς· οἱ δὲ ἐνοικοῦντες Δουσαρηνοί, ὡς Δαχαρηνοί.“* Cf. Maxim. Tyr. Diss. VIII, 8. p. 142. ed. Reiske, et ibi Davis., Bochart. in Phaleg. II, 14. p. 126., Movers Phoen. I, p. 337 sqq.

lenus[m], ut Africae [35]Caelestis[n], ut [36]Mauritaniae reguli sui[o]. Romanas, ut opinor, [37]provincias edidi, nec tamen [38]Romanos deos earum, quia Romae non magis coluntur quam qui [39]per ipsam quoque Italiam municipali consecratione censentur: [40]Casiniensium [41]Deluentinus, [42]Narniensium [43]Visidianus, [44]Asculanorum Ancharia, [45]Volsiniensium [46]Nortia[p], [47]Ocriculanorum Valentia[q], Sutrinorum [48]Hostia; Faliscorum [49]in honorem Patris [50]Curis [51]et accepit cognomen Iuno[r]. Sed nos soli arcemur a religionis proprietate. Lae-

35. Caelestus *Dabc.* 36. mauretaniae *A.* 37. provintias *Aβ. pro more.* 38. Romanos deos earum *ABEGdef. Pamelii libri et Erfurt.* romanis deos eorum *F.* romanos deos eorum *Vindob.* Romani dei earum *λ.* Romanos dominos earum *Dabc.* 39. per *om. λ. Pro* ipsam *in A. legitur* ipsũ, *signo ~ a m. sec. addito; item in G. Pro* Italiam *Aφ. m. pr. habet* italia, *B.* taliã. 40. Casiniensium (*Aφ Bφ*) *λdef. Haverc.* Casianensium *AβFG. Vindob. Ambros., item libri Pamelii, nisi quod pars eorum* Cassianensium *praebet.* Casianiensium *E. Erfurt.* Caliamensium *Oxon.* Crustuminiensium (Crustumeniensium *D.*) *Dabc.* 41. Deluentinus *ABDEFGλabf. Vindob. Oxon. Ambros. Pamelianorum pars.* Deluentinius *Erfurt.* Dementinus *Pamelii aliquot libri.* 42. Narniensium *E(λ)abcdef. Erfurt.* Narmensium *D.* Narnensium *ABFG. Vindob. Ambros. Agobardi liber Ad Natt. II*, 8. 43. Visidianus *ABFGf., quinque Pamelii libri et Vindob.* Viridianus *DE(λ)abcde. Erfurt. Oxon. Ambros.* Viridiana *Leodiensis liber.* 44. Asculanorum *d., ex libro Leodiensi et emendatione Adr. Turnebi Advers. XVII*, 24. Aesculanorum *ABDEF(λ)abcef. Vindob. Oxon.* esculanorum *G. Erfurt.* etsculanorum *Ambros.* Faesulanorum *Reines. Synt. Inscr. II*, 23. *p.* 257. 45. Volsinensium *F.* Volsimensium *Vindob.* 46. Nortia *EFGλ. Erfurt. Vindob.* norcia *A.* norsia *B.* Nora *Ambros.* Nursia *abef.* Nercia *Vaticanus unus et liber Leodiens.* Nersia *cd. Gandav. Elnon.* 47. Ocriculanorum *ABFλdef. Vindob. et libri Pamelii.* Oriculanorum *DE.* Oriculiniorum *Erfurt.* Ocriculatorum *Ambros.* Cericulanorum *G.* Otriculanorum *abc.* 48. Hostia *λ. Haverc.* Hortia *D.* norcia *A.* norsia *B.* Nortia *EFGabcdef. Vindob. Erfurt. Oxon. Ambros.* 49. in honorem patris *λf. Haverc.* in honore patris *ADEFG. Vindob. Ambros. Erfurt.* in more patris *B.* in honorem est patris *a.* in honore est pater *cde.* Iuno curitis et pater *b.* 50. Curis *abcdef. Haverc.* Chumis *λ.* curris *ABDEG. Erfurt. Vindob. Ambros.* turris *F.* 51. et accepit *ABDEGλaf. Ambros. Vindob. Erfurt.* et accipit *F.* unde accepit *bcde.*

m. Belenus] V. Nic. Loëns. Misc. Epiphyll. V, 15. Scalig. Lectt. Auson. I, 10., interpretes ad Herodian. VIII, 3., Le Moyne ad Varia Sacra p. 622. Voss. Theol. Gent. II, 17. Casaub. et Salmas. ad Capitolini Maximianum cap. 22. et Aurelianum cap. 39. Della Torre Monum. Vet. Antii p. 253 sqq. Gruter Thes. Inscr. p. 37, 4. Reines. Synt. Inscr. I, 52. p. 102. Creuzer Symbol. II, p. 156. Grimm Deutsche Mythol. II, p. 274.

n. Caelestis] V. quae adnotavi supra ad cap. 23.

o. ut Mauritaniae reguli sui.] Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 23. Arnob. Adv. Natt. I, 36. Cyprian. De Idol. Vanit. cap. 1. Lactant. Div. Instit. I, 15. cum interpretibus. Isidor. Origg. VIII, 11. Mythogr. Vatic. II. prooemio., Salmas. ad Solin. p. 199. Movers. Phoen. I, p. 418 sqq.

p. Nortia] Cf. interpretes ad Mart. Capellam I, 21. Liv. VII, 3. Iuven. Sat. X, 74. Mueller Etrusk. II, p. 54. Inscr. ap. Spon. Misc. Ant. p. 90. (in Graevii Thes. Antiqu. Rom. tom. IV. p. 846 sq.) Reinesii Inscr. I, 131.

q. Valentia] Eius deae nomen servatum est in vetere lapide Ocriculi reperto ap. Gruterum Thes. Inscr. II, 12. (Murat. 95, 5. Orelli I, 1869.): PRO SALVTE ITVS AC ‖ REDITVS D. N. SANCTIS ‖ SIMI ..... ‖ TI. AVG. AEDICVLAM ‖ CONCILII DEORVM ‖ DEARVMQVE ‖ AVRELIVS FAVSTVS ‖ PROT. DIVINI LATERIS ‖ AVG. N. EX VISV DEAI ‖ VALENTIAE ‖ S. P. F. C.

r. Faliscorum in honorem Patris Curis et accepit cognomen Iuno.] Verte: zur ehre für den vater Curis der Faliscer empfing die Iuno sogar ihren bei-

dimus Romanos nec Romani habemur [52]qui non Romanorum deum colimus. Bene quod[s] omnium deus est, cuius velimus [53]aut nolimus omnes sumus. Sed apud vos quodvis colere ius est [54]praeter deum verum, quasi non hic [55]magis omnium sit deus cuius omnes sumus.

Cap. XXV. [1]Satis quidem mihi videor probasse [2]de falsa et vera divinitate, cum demonstravi [3]quemadmodum probatio consistat, non modo disputationibus, [4]nec argumentationibus, sed ipsorum etiam [5]testimoniis quos deos creditis, ut nihil iam ad hanc causam sit retractandum. Quoniam tamen Romani nominis [6]proprie mentio occurrit, non omittam congressionem, quam provocat illa praesumptio dicentium Romanos pro merito religiositatis [7]diligentissimae[a] in tantum sublimitatis [8]elatos, ut orbem occuparint, [9]et adeo deos esse, ut praeter ceteros floreant qui illis officium praeter ceteros faciant. [10]Scilicet ista merces [11]a Romanis deis pro gratia expensa

52. qui non *ABDEFG. Vindob. Erfurt.* quia nec λ. quia non *abcdef. Haverc.* 53. aut nolimus *DEadef. Oxon. Erfurt. Pamelii libri.* ac nolimus *AFG. Bongars.* ac nolumus *B. Vindob.* nolimus (λ)*bc.* 54. praeter deum verum *ABDEFabef. Vindob. Ambros. Oxon. Erfurt.* praeter verum deum *cd.* praeter deum *G.* 55. magis omnium sit deus cuius *ABEFGcde. Erfurt. Oxon. Vindob.* magis omnium sit cuius λ*f.* magnus omnium sit deus cuius *Dab.*

Cap. XXV. *Caput vigesimum quintum, quod in Aab. Vindob. aliisque est vigesimum quartum, in E. aliisque vigesimum tertium, in ABEG. Oxon. Vindob. Erfurt. et aliis inscriptionem habet:* DE RELIGIOSITATE ROMANORVM., *in ab.* DE RELIGIONE ROMANORVM., *pleniorem in uno Vaticano:* QVOD MAGNA FVIT PRAESVMPTIO ROMANORVM CREDENTIVM OB RELIGIONEM DEORVM SVORVM MVNDI SE IMPERIVM OCCVPASSE. 1. Satis quidem mihi *ABEG. Erfurt.* Satis quid mihi *Vindob.* Satis mihi quidem *Dabcdef. Voc.* videor *om. Erfurt., voc.* probasse *om. D.* 2. de vera et falsa *G. Voc.* cum *om. Oxon.* 3. quemammodum *Aβ. constanter. Voc.* probatio *om. c. Pro* consistat *in F. est* constat. 4. nec argumentationibus *om. G.* ac argumentationibus *F.* 5. testimoniis de Romanis quos deos λ. 6. proprie mentio occurrit (*AφBφDφ. Vindob.*) *abcdef. Haverc.* propriae (proprie *EF. Erfurt.*) menti occurrit *A* (*testibus Steph. Baluzio et Desid. Heraldo*) *E. Erfurt. Bongars.* propriae mentis occurrit *G.* proprie intercedit auctoritas λ. 7. diligentissimae *om. D.* diligentissime λ*c.* 8. elatos et in positos ut orbem λ. 9. et ideo deos ut *F.* 10. Si ista *abcd.* 11. a Romanis deis (diis *D.* de his *B.*) pro gratia *ABDEGf. Bongars. Oxon. Erfurt.* Romanis a diis pro gratia *Fabcde. Vindob.* Romano nomini a deis praerogativa λ.

namen. Breviloquentiam adverte Septimii, cum hoc dicere velit: Faliscorum deum esse Patrem Curim', et quidem tantae auctoritatis deum, ut in eius honorem vel ipsa Iuno cognomen sortita sit. De Iunone Curiti v. Festum s. v. Caelibari Hasta (p. 62. Muell.) cum interprr. Plut. Quaest. Rom. 87. Ovid. Fast. II, 560. Serv. ad Verg. Aen. I, 21. Orell. Inscr. I, 1303. Hartung Relig. der Roemer II, p. 72.

s. Bene quod] Cf. adnot. ad De Idol. cap. 5.

Cap. XXV. a. religiositatis diligentissimae] Valer. Maxim. I, 8. „Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo custodiendoque pertinax deorum indulgentia semper excubuit, quod tam scrupulosa cura parvula quoque momenta religionis examinare videtur, quia nunquam remotos ab exactissimo cultu cerimoniarum oculos habuisse nostra civitas existimanda est."

est. [12]Sterculus[b] et [13]Mutunus[c] et [14]Larentina provexit imperium. Peregrinos enim deos non putem extraneae genti magis [15]fautum voluisse quam suae, et patrium [16]solum, in quo nati, adulti, nobilitati [17]sepultique sunt, transfretanis dedisse. Viderit[d] Cybele, si urbem [18]Romanam ut memoriam Troiani generis adamavit, [19]vernaculi sui scilicet adversus [20]Achivorum arma protecti, [21]si ad ultores transire prospexit, [22]quos sciebat Graeciam Phrygiae [23]debellatricem subacturos. Itaque maiestatis suae in urbem conlatae grande documentum [24]nostra etiam aetate proposuit, cum Marco Aurelio apud [25]Sirmium reipublicae exempto die [26]sexto decimo Kalendarum Aprilium[e] archigallus ille [27]sanctissimus die nono Kalendarum earundem, quo sanguinem inpurum lacertos quoque castrando [28]libabat,

12. Sterculus *ABDEFGλf. Erfurt. Pamelii libri et liber Agobardi Ad Natt. II*, 17. Sterculius *abcde. Haverc.* 13. Mutunus *λef. Elnon. Gandav. et liber Agobardi Ad Natt. II*, 11. muthunus *ABE. Erfurt.* muchunus *DF. Vindob.* mutianus *G.* Mutinus *abd. Vaticanus unus.* Mucunius *c.* 14. Larentina *ABFGdef. Vindob. Pameliani omnes.* Larentia (*λ*)*abc.* Laurentia *D.* Laurentina *E. Erfurt. Oxon.* 15. fautum *Dabcdef.* fatum *ABEFG. Vindob. Erfurt. In λ. extat* genti potius quam suae maluisse nec patrium. 16. solium *d., ex Gandav.* 17. sepulti transfretanis dedisse *F. Pro* transfretanis *in λ. est* transfretaneis. 18. Romanam ut memoriam *ABDEFdef. Vindob. Erfurt. Oxon. Pamelii libri.* Romanam et memoriam *G.* Romam ut memoriam *abc.* Romanam ob memoriam *λ.* 19. vernaculis suis scilicet adversus Achivorum arma protectis *bc.* 20. Archivorum *E. Oxon. Erfurt.* Argivorum *E. m. sec., et Vaticanus unus.* 21. si ad ultores (adultores *AE. Erfurt. Bongars.*) transire *ABEef. Erfurt. Bongars.* si adulatores transire *Vaticanus unus.* si ad ultores ire *Oxon.* si ad ultores transferre *λ.* si adulteros transire *DFGac. Vindob.* si ad eos ultra transire *d.* si ultro ad eos transire *b.* 22. quo *AφF. Vindob.* 23. debellatricem *DEλabcdef. Erfurt. Oxon.* debellatorem *ABFG. Vindob. Ambros.* 24. nostra (*E. Erfurt.*) etiam aetate *ABEFλef. Vindob. Erfurt. Oxon.* nostrae etiam aetati (aetatis *D.*) *DGabcd.* 25. Syrmium *λ.* sermium *AB.* servium *G. Vindob.* serenium *F.* 26. sexto decimo *ABFGf. Vindob.* decimo sexto *d.* decima sexta *c.* XVI. *Eabe. Erfurt. In λ. est* apud Syrmium subito interempto die XVIII. Kal. April. 27. impurissimus die *λ.* 28. libavit *F. Vindob.*

b. Sterculus] Cf. Buenemann. ad Lactant. Div. Inst. I, 20. interprr. ad Augustin. De Civ. Dei XVIII, 15. Prudent. Perist. II, 449. Macrob. Sat. I, 7. Plin. H. N. XVIII, 15. Isidor. Origg. XVII, 1. Hartung Relig. der Roemer II, p. 128.

c. Mutunus] Cf. Buenemann. ad Lactant. l. l., interprr. ad Augustin. De Civ. Dei IV, 11., ad Arnob. Adv. Natt. IV, 11., ad Priap. 73., Fest. s. v. Guil. Veris. I, 23. Salm. ad Solin. p. 219. Turneb. Advv. XVII, 23. Lips. Elect. II, 19. Burm. ad Anthol. Lat. II, p. 544. Hartung Rel. der Roemer II, p. 258. Adde Pitt. d'Ercolano tom. III, tab. 26. p. 178 sqq. Antiqu. Hercul. (Bronzi) tom. II, tab. 94. p. 382. Panofka Terrak. des Berl. Mus. p. 67. et p. 106. Ceterum Rigaltio assentior, qui vocabula *Mutunus* et *Tutunus* derivat a *meo* et *tuo* inter venereos amplexus vocabulis, in adnot. ad Tertull. Ad Natt. II, 11. De Larentina alibi adnotatum est.

d. Viderit] Cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

e. die sexto decimo Kalendarum Aprilium] Dio Cass. LXXI, 33. unum diem addit, dum diem XVII. Martii ponit. In Chronico contra Paschali M. Antoninus dicitur die VIII. Aprilis obiisse. Cf. etiam Scalig. ad Euseb. Chron. p. 225. Sanguinis dies, quo archigallus sanguinem impurum libabat praeter pudenda etiam lacertos castrando, in Kalendario Constantini Magni notatus est ad nonum Kal. April. Cf. Salmas. de Hyle Iatr. p. 3. Casaub. ad Ael. Lampridium p. 167. Matth. Aegypt. ad S. C. De Bacchanalibus in Suppl. Nov. Thes. Antiqu. tom. I, p. 819. Zoëga Bassirel. I, p. 102. n. 117. et Abhandl. p. 179. Sanguinem *impurum* dici quippe ex abscisis genitalibus pro-

[29]pro salute imperatoris Marci iam intercepti[f] solita aeque imperia mandavit[g]. O nuntios tardos! o [29b] somniculosa diplomata! quorum vitio excessum imperatoris non ante Cybele cognovit, [30]ne deam talem riderent Christiani. Sed non statim et Iupiter Cretam suam Romanis [31]fascibus concuti sineret, oblitus antrum illud [32]Idaeum et aera Corybantia et [33]iocundissimum illic nutricis [34]suae odorem[h]. Nonne omni Capitolio tumulum [35]illum suum praeposuisset, ut ea potius orbi [36]terrae praecelleret quae cineres Iovis texit? [37]Vellet Iuno Punicam urbem [38]posthabita Samo dilectam ab Aeneadarum[i] [39]gente deleri? [40]Quod sciam

[41]hic illius arma,
Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua [42]fata sinant, iam [43]tum tenditque fovetque[k].

Misera illa coniunx Iovis et soror adversus fata non valuit! Plane

Fato stat[l] Iupiter [44]ipse.

Nec tantum tamen [45]honoris fatis Romani dicaverunt dedentibus sibi Carthaginem adversus destinatum votumque Iunonis quantum

29. pro salute imperatoris Marci iam intercepti (intercepta *F. Vindob.*) *ABEFGe. Bongars. Erfurt. Oxon. Vindob.* pro salute imperatoris Marci iam interempti *Dabcd.* pro salute Marci iam interempti *λ.* pro salute Marci iam intercepti *f.* 29b. somnicolosa *AB.* 30. Nae deam (deum *c.*) *acdf.* 31. fascibus (*ΑφΒφDφ*)*F*(*λ*)*abef. Vindob.* facibus *AβE. Erfurt.* fascibus suis *c.* facibus illum *d.* fascibus illam *Haverc.* facibus excuti *G.* 32. ydreum *AB.* idreum *G.* ydeeum *E. Erfurt.* 33. iocundissimum *ABEF.* 34. sui *c.* 35. illum *om. abcde.* 36. terrae *λef.* terre *ABDEG. Erfurt.* terra *Fabcd. Vindob.* 37. Vellet et Iuno *λ. Haverc.* 38. posthabitam *DE. Erfurt.* 39. genere *Dabcde.* gente non *F.* 40. Quod sciam *ABD EFGλef. Vindob. Erfurt. Oxon.* Quod si *abcd.* 41. tunc *λ.* 41b. huc *B.* 42. facta *B.* 43. tunc *λ.* 44. esse *e.* 45. honoris fatis Romani dicaverunt *ABEFf. Vindob. Erfurt.* honoris Romani dicaverunt fatis *Dabde. Haverc.* honorem Romani dicaverunt fatis *c.* honoris fati romanis dicaverunt *G.*

fluentem recte iudicat Gisb. Cuperus in Harpocrat., in Poleni Novo Suppl. Thes. Antiqu. tom. II, p. 465.

f. iam intercepti] Haec est lectio veterum editionum et nostrorum codd., quam mutaverat Rhenanus. Atqui *interceptum* hic eleganter dicit Tertullianus; Glossarium [Philoxeni col. 122. ed. Vulc.]: „*Interceptus, ἀποθανών.*“ Suetonius in Tiberio [cap. 7.]: „mox dissedit, et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret, *intercepto* communis filii pignore, qui Aquileiae natus infans extinctus est.“ Proprie *interceptus*, *μεσολαβηθεὶς ὑπὸ τῆς πεπρωμένης*, ut loquitur Diodorus Siculus compluries. Atqui dicit Pamelius fuisse quorundam opinionem [cf. Dio Cass. LXXI, 31.] Marcum veneno fuisse sublatum et idcirco legendum hic *interemti*. Nae errat vir eruditus nimis pueriliter. Suetonius in Claudio [cap. 1.]: „Unde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto revocatumque ex provincia et, quia cunctaretur, *interceptum* veneno.“ (Herald.)

g. solita aeque imperia mandavit.] Solita, aeque ut antea, eo die mandaverat imperia sacerdotibus, ut vota facerent pro salute Caesaris.

h. nutricis suae odorem.] V. Callim. Hymn. in Iov. v. 46. Hygin. Astron. II, 13. Arnob. Adv. Natt. IV, 14. 25. cum interprr. Cf. ad verba Tertulliani Minuc. Fel. Octav. cap. 22. Lactant. Div. Inst. I, 11. 45.

i. Aeneadarum] Cf. supra cap. 9.

k. fovetque.] Vergil. Aen. I, 16 sqq.

l. stat] Paret atque acquiescit.

[46]prostitutissimae lupae [47]Larentinae. Plures deos vestros regnasse certum est. Igitur si conferendi imperii tenent potestatem, cum ipsi regnarent, a quibus acceperant [48]eam gratiam? Quem coluerat Saturnus et Iupiter? Aliquem, opinor, [49]Sterculum. [50]Sed postea Romani [51]cum indigenis suis, etiam si qui non [52]regnaverunt? Tamen [53]regnabantur ab aliis nondum cultoribus suis, ut qui nondum dei habebantur[m]. [54]Ergo aliorum est regnum dare, quia [55]regnabatur multo ante quam isti dei [56]inciderentur[n]. Sed quam vanum est [57]fastigium Romani nominis religiositatis meritis deputare, cum post imperium [58]sive adhuc regnum[o] [59]religio profecerit. Age iam, rebus religio profecerit[p]? Nam etsi a [60]Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res

46. prostitutae *F.* prostratissimae *λ. Haverc.* 47. Larentinae *def. Haverc.* Laurentinae *ABDEFGλ. Oxon. Erfurt. Vindob.* Larentiae *abc. Post* Larentinae *in veteribus libris novum caput incipit, quod in ABDEGab. Vindob. Oxon. Erfurt. inscriptum est* DE REGNO DEORVM. 48. eam gratiam? Quem *Fbcdef. Haverc.* eam gratiam quam *ABDEa. Vindob. Erfurt. Ambros.* ipsam gratiam quam *G.* 49. Sterculum *BFλf. Erfurt.* stercolum *ADEG. Vindob. Ambros.* Sterculium *abcde.* 50. sed postea Romani *EF. Erfurt. Oxon.* sed postea Romam *A.* sed postea Romanam *BG.* sed Romani postea *Da.* sed postea apud Romam *λ.* sed Romae postea *bcdef.* (*Vindob.*) *Haverc.* 51. cum indigenis suis etiam si qui *EFcd. Vindob. Oxon. Erfurt.* cum indignis suis etiam si qui *ABG.* cum indigenis cultoribus suis etiam si qui *Dab.* cum inditamentis (*Gasp. Scioppius emendat* indigitamentis) suis etiam si qui *λ.* cum indigenis: etiam si qui *ef. Haverc.* 52. regnaverint *G.* negarunt *D.* regnarunt *abcdef. Haverc.* 53. regnabantur *ABGλ. Vindob. Probant Ios. Scaliger et Fr. Iunius.* regnabatur *DEFabcdef. Oxon. Erfurt. Ambros.* 54. Ergo alienum est *D.* Reg . . aliorum *G.* 55. negabatur multum *G.* 56. inciderent *Vindob.* indicerentur *D. Fr. Iunius. In λ. est* inciderentur. Auctis age iam rebus religio profecerit. Sed quam vanum *cett.* 57. fastigium *DEλabcdef. Erfurt. Oxon. Vindob.* fastidium *ABFG.* 58. sive hoc regnum *λ.* 59. religio profecerit (proficerit *AB. Ambros.*). Age iam rebus religio profecerit (proficerit *AB. Ambros.* profecerint *D.*). Nam *ABDEGacde. Erfurt. Ambros. Vindob.* religio profecerit. Nam *Fλ. Oxon.* provectis iam rebus religio profecerit. Nam *b.* au[illegible] iam rebus religio profecerit *f. Haverc.* 60. Numa popilio *λ.*

m. ut qui nondum dei habebantur.] Dixerat: Igitur si dei tenent imperii conferendi potestatem, cum ipsi regnarent, a quibus acceperant eam gratiam? Quem coluerat Saturnus et Iupiter? Aliquem Sterculum, opinor, summi imperii aliquando gratificatorem eum pro sua religione, ipse summus deorum imperator, nacturus. Sed, pergit, praeter illos antiquissimos deos, Saturnum et Iovem, Romani postea cum indigenis suis Quirinis coluerunt etiam quos minime reges fuisse constat. At, dico, si reges non fuerunt, tamen hoc inde patet, eos ab aliis fuisse regnatos, scilicet a Saturno et Iove, priusquam hos ipsos Sterculi illi Romani, qui nondum dei habebantur, sui cultores sint nacti. Quae cum ita sint, cumque qui maiores sunt dei non habeant a quibus regnum acceperint, neque minores, qui postea demum dei sunt facti, illis tribuisse cogitari possint quod ipsi non habebant, sequitur, ut princeps aliquis, summus et unus deus statuendus sit.

n. inciderentur.] Erant qui *indicerentur* scribi voluerunt. Rationem non video. *Incidere* h. l. est pro insculpere vel statuis effingere.

o. post imperium sive adhuc regnum] V. quae adnotavero ad Scorp. cap. 11.

p. rebus religio profecerit?] Rei Romanae eiusque amplitudini et maiestati religio profecerit? De structura verbi *proficere* cf. infra cap. 47. „hoc *mihi proficit* antiquitas praestructa divinae litteraturae."

divina apud Romanos constabat. [61]Frugi religio et pauperes ritus et nulla Capitolia certantia [62]ad caelum[q], sed [63]temeraria[r] de cespite altaria, et vasa adhuc Samia, et nidor [64]ex illis, et deus ipse nusquam. Nondum enim tunc ingenia Graecorum atque Tuscorum fingendis simulacris[s] urbem [65]inundaverant. [66]Ergo non ante religiosi Romani quam magni, ideoque [67]non ob hoc magni, quia religiosi. [68]Atquin quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo [69]de inreligiositate provenit? Ni fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quaeritur et victoriis propagatur. Porro[t] bella [70]et victoriae captis et eversis [71]plurimum urbibus constant. Id negotium sine [72]deorum iniuria non est. [73]Eaedem strages moenium et templorum, pares caedes civium et [74]sacerdotum, nec dissimiles rapinae sacrarum divitiarum et profanarum. Tot igitur sacrilegia Romanorum quot [75]tropaea, tot de deis quot de gentibus triumphi, tot manubiae quot manent [76]adhuc simulacra captivorum deorum[u]. Et ab hostibus [77]ergo suis sustinent adorari et illis imperium sine fine [78]decernunt quorum magis iniurias quam [79]adolationes[v] remunerasse debuerant. Sed qui nihil sentiunt tam impune laeduntur quam frustra coluntur. Certe non potest [80]fidei convenire, ut religionis meritis excrevisse videantur qui, ut [81]suggessimus, religionem aut laedendo [82]creverunt aut crescendo laeserunt.

61. fruge *G.* fruges *F. Vindob.* 62. ad caelum *ABDEFG. Vindob. Erfurt. Oxon. Bongars.* coelo *abcdef.* 63. temporaria *λ.* 64. exilis *Flf.* 65. invaderant *D.* nudaverant *G.* 66. Non ergo *FG. Vindob.* 67. non propterea magni *λ.* 68. Atqui *Fabcdef.* 69. ob irreligiositatem *c.* 70. vel *D.* 71. plurimis *D.* 72. iniuria deorum *G.* 73. Caedem *G.* Adest *F. Vindob.* Eadem *λ. Idem paulo post pro* moenium *praebet* et moenium. 74. sacerdotem *Aφ.* 75. trophea *vel* trophaea *libri omnes tam scripti quam editi. Pro* tot de deis *in AB. est* tot deis, *in G.* quot deis, *in FG.* tot dies *sed m. sec. F. habet superscriptum* edes *pro* dies. 76. adhuc *om. F. Vindob.* 77. ergo *om. λ.* 78. dederunt *F.* 79. adolationes *ABd. Bongars. Gandav. Elnon. Vindob.* adulationes *DEFGabce. Erfurt. Oxon.* adorationes *f.* 80. fides *λ.* 81. gessimus *FG. Vindob.* 82. exercuerunt *D.*

q. certantia ad caelum] Caelum attingere certantia. Martial. Epigr. X, 51, 13 sq.: „Nec Capitolini summum penetrale tonantis Quaeque nitent caelo proxima templa suo."

r. temeraria] Liber Fuldensis praebet *temporaria*, id quod reponi voluit etiam Iul. Minutoli Diss. V. de Templis sect. 1., in Sallengre Thes. tom. I, p. 112. Temeraria altaria sunt subitaria et ad praesentem necessitatem subito extructa; *βωμοὺς αὐτοσχεδίους* appellant Iamblich. de Vit. Pythagorae libro I, 31. Dion. Halic. I, 40. cf. id. III, 67. Cf. Apul. de Deo Socratis prol. p. 106 „quasi velut in maceria lapides *temerario* interiectu poni necesse est."

s. ingenia Graecorum atque Tuscorum fingendis simulacris] V. Plin. Hist. Nat. IV, 7.

t. Porro] Cf. adnotata ad de Corona cap. 7.

u. captivorum deorum]. Cf. supra cap. 10.

v. adolationes] Ita scriptum in libris nostris, et sane saepius ita scribebant *adolari, adolatio*, cett. Adulationes igitur dicit, quia cultus illi non erant veri cultus nec a sincera mente, sed ficti et simulati, quales adulatorum et assentatorum. Quare et Maximus Tyrius Dissert. IV. virum pium dei amicum esse dicebat, superstitiosum autem adulatorem: „*ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ, ὁ δὲ δεισιδαίμων κόλαξ θεοῦ.*" (Herald.)

Etiam illi quorum regna conflata sunt in imperii Romani summam[w], cum ea amitterent, sine religionibus non fuerunt.

Videte igitur, ne[a] [1]ille regna dispenset cuius [2]est et orbis qui regnatur[b] et homo ipse qui regnat, ne ille vices dominationum [3]ipsis temporibus in saeculo [4]ordinarit qui ante omne tempus [5]fuit et saeculum corpus temporum fecit[c], [6]ne ille civitates extollat aut deprimat sub quo [7]fuit sine civitatibus aliquando [8]gens hominum. Quid erratis? prior est [9]quibusdam deis suis [10]silvestris Roma[d], ante regnavit [11]quam tantum ambitum Capitolii extrueret. [12]Regnaverant et Babylonii ante Pontifices, et Medi ante Quindecimviros, et Aegyptii ante Salios, et Assyrii ante Lupercos, et [13]Amazones ante Virgines [14]Vestales. Postremo si Romanae religiones regna [15]praestant, nunquam retro[e] Iudaea regnasset despectrix [16]commu- Cap. XXVI.

Cap. XXVI. *Hoc caput in ABDEGab. Erfurt. Vindob. Oxon. aliisque inscriptum est* DE REGNO DEI., *plenius in uno Valicano* QVOD SOLVS DEVS CVIVS EST ORBIS TERRARVM REGNA CONTVLIT. 1. illa *ABF (m. pr.) Gc. Oxon. Vindob.* 2. est orbis qui regnatur et homo qui regnat *F.* 3. ipsis *om. λ.* 4. ordinarit *ABEFGc. Vindob. Erfurt.* ordinaverit *Dabdef.* 5. fuit qui saeculum *λ. Haverc.* 6. nec *E. Erfurt.* 7. fuit sine civitatibus aliquando *ABFG. Vindob.* aliquando sine civitatibus *DEabcdef. Oxon. Erfurt.* 8. gens *ABFGβ. Vindob.* genus *DEabcde. Erfurt. Oxon. Pamelii libri.* 9. quibusdam discipulis suis *Gc.* 10. silvestris *om. λ., et codex scriptus alius quem, teste La Cerda, olim inspexit Rykius.* 11. quam tantum ambitum Capitolii exstrueret *λbf.* quam tantum ambitum Capitolii extrueretur *ABDEG. Erfurt.* quam tantus ambitus Capitolii extrueretur *F. Vindob.* 12. Regnaverant *ABG.* Regnaverunt *reliqui.* 13. Amazonas *G. Vindob.* 14. Vestae *λ.* 15. praestarent *F.* 16. omnium istarum *F. Vaticanus unus.*

w. conflata sunt in imperii Romani summam] Ad Natt. II, 17. „Idem regna dispensat, et nunc penes Romanos eam summam tanquam pecuniam de multis nominibus exactam in unam arcam congregavit."

Cap. XXVI. a. Videte igitur, ne] Cf. adnotata ad cap. 2.

b. qui regnatur] Cf. cap. 25 „tamen *regnabantur* ab aliis nondum cultoribus suis."

c. et saeculum corpus temporum fecit] Saeculum appellat hic mundum, *τὸν κόσμον, τὸν βίον,* ut satis ostendunt praecedentia. Ergo deus tempora dispensat *καὶ ταμιεύεται,* ac vices dominationum distinxit atque temperavit in saeculo, quippe qui et ipse tempora fecit, quatenus saeculum, quod est corpus temporum et in quo consistit tempus, fecit. Sic omnino philosophatur Philo dissertatione de dei immortalitate, ubi disputat deo omnia esse praesentia: „*δημιουργὸς δὲ καὶ χρόνου θεός,* inquit, *καὶ γὰρ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πατὴρ, πατὴρ δὲ χρόνου κόσμος, τὴν κίνησιν αὐτοῦ γένεσιν ἀποφήνας ἐκείνου· ὥστε υἱωνοῦ τάξιν ἔχειν πρὸς θεὸν τὸν χρόνον*" cett. Paulo post: „*ὥστε οὐδὲν παρὰ θεῷ μέλλον τῷ καὶ τὰ τῶν χρόνων ὑπηγμένῳ πέρατα.*" (Herald.) Corpus temporum est collectio seu comprehensio complurium annorum aut saeculorum. Sic corpus Homeri, omnia scripta Homeri. Augustinus dixit ordinem saeculorum a deo conditum tamquam pulcherrimum carmen ex quibusdam etiam antithetis honestatum de Civ. Dei IX, 18. (Rigalt.) Adde Cassian. Collat. I, 3, qui dixit „*corpus fraternitatis.*", et Theodoret. V, 9. qui „*σῶμα ἐκκλησίας.*"

d. silvestris Roma] Cf. Vergil. Aen. VIII, 348 „Hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit, Auro nunc, olim silvestribus horrida dumis." Propert. Eleg. IV, 1. init. „Hoc, quodcunque vides, hospes, qua maxima Roma est, Ante Phrygem Aenean collis et herba fuit." Silvestris Roma est igitur prisca.

e. retro] V. adnotata ad De Spectac. cap. 9.

nium istarum divinitatum, cuius et deum victimis et templum donis et gentem foederibus aliquamdiu [17]Romani honorastis[f], numquam dominaturi eius[g], [18]si deo non deliquisset ultimo in Christum.

Cap. XXVII. Satis haec adversus [1]intentationem [2]laesae divinitatis, [3]quo non videamur laedere eam [4]quam ostendimus non esse. Igitur provocati ad sacrificandum obstruimus gradum[a] [5]pro fide conscientiae nostrae, qua certi sumus ad quos ista [6]perveniant officia sub imaginum prostitutione et humanorum nominum consecratione. Sed quidam dementiam existimant[b], quod, cum possimus et sacrificare in praesenti et inlaesi abire manente apud animum proposito, obstinationem saluti praeferamus. Datis scilicet consilium, quo vobis abutamur; sed agnoscimus, unde talia suggerantur[c], [7]quis totum hoc agitet,

17. Romani *om. f. Fulv. Ursinus rescribit* aliquando o Romani. 18. si deo non deliquisset (deliquissent *F. Vindob.*) ultimo in Christum *ABDEFGabcde. Vindob. Oxon. Erfurt.* si non ultimo deliquisset in Christum *λf. Haverc.*

Cap. XXVII. *Hoc caput in ABDEGab. Erfurt. Vindob. Oxon. inscriptum est* DE SPIRITV DAEMONIACO (DAEMONICO *AφBφDφ.*)., *plenius in uno Vaticano* QVOD DAEMONES INCITENT CONTRA NOS GENTES QVIA LICET CHRISTIANIS SVBIICIANTVR SVNT TAMEN SERVI CONTUMACES. 1. intentationem *ADEFf. Bongars. Elnon. Gandav. Vindob.* intentionem *BGλabcde. Haverc.* 2. laesae religionis ac divinitatis *λ. Haverc.* 3. quod *abcde.* 4. quam *om. λ. Haverc.* 5. pro fidé *ABDEabdef. Erfurt. Oxon. Vaticanus unus.* perfidiae *FGλc. Vindob.* 6. pertineant *D.* 7. qui totum hoc agitent *a.*

f. Romani honorastis] Legimus alicubi apud Iosephum dona fuisse Hierosolymam ab Augusto vel Livia missa, et M. Agrippa, cum esset Hierosolymam ab Herode invitatus, *θεῷ ἑκατόμβην κατέθυσεν*, teste Iosepho Antiqu. Iud. XVI. 2. (Herald.)

g. dominaturi eius] Apul. Asclep. cap. 39 „*catholicorum dominantur.*“

Cap. XXVII. a. obstruimus gradum] V. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 8.

b. Sed quidam dementiam existimant] In agone Petri Balsami: „Praeses dixit Quid insanis Petre? Sacrifica. Alioqui te poenitebit.“ Item in agone Iuliani Antiocheni: „Nam si te sanum reddidero, magnum apud principes amorem consequar. Nam et ipsi rerum domini tuae non parum condolent insaniae.“ (Herald.)

c. unde talia suggerantur] Apposite ad hunc locum B. Augustinus sermone de S. Cypriano: „Noverat, inquam, Cyprianus, quum a consule audiret: Consule tibi! quod caro et sanguis stolide, hoc diabolum dicere subdole, atque intuebatur in uno corpore duos, istum oculis, illum fide. Nolebat enim iste mori, nolebat ille coronari.“ Nota formulam *Consule tibi.* In agone Macrae virginis: „Quam sibi exhiberi iubens ait *Consule tibi!* ne florem iuventutis amittas.“ Quandoque *Miserere tui.* Extat in agone Vincentii, ubi etiam responsio apposita ad hunc locum. „Ait autem (praeses scil.): *Miserere tui*, Vincenti, ne florem perdas nunc primum vernantis aetatis. At ille spiritu sancto repletus ait: O virosa diaboli lingua! Quid in me non facias, qui deum et dominum nostrum Iesum Christum tentare voluisti? Non timeo supplicia, quaecunque iratus impegeris. Hoc magis formidini est, quod fingis te velle misereri.“ Euseb. Hist. Eccles. IV, 15. in agone Germanici: „*βουλομένου γέ τοι τοῦ ἀντυπάτου πείθειν αὐτὸν, προβαλλομένου τε τὴν ἡλικίαν καὶ ἀντιβολοῦντος κομιδῇ νέον ὄντα καὶ ἀκμαῖον οἶκτον ἑαυτοῦ λαβεῖν μὴ μελλῆται.*“ Item apud eundem in agone Polycarpi: „*ἀνῃρώτα ὁ ἀντύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος, καὶ ὁμολογήσαντος ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι λέγων Αἰδέσθητι σοῦ τὴν ἡλικίαν, καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ἃ σύνηθες αὐτοῖς ἐστι λέγειν.*“ Idem ibidem VIII, 7. de Philoromo et Philea: *πρὸς δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ παρακαλοῦντος, ὡς ἂν αὐτῶν οἶκτον λάβοιεν, φειδώ τε παίδων καὶ γυναικῶν ποιήσαιντο.*“

et quomodo nunc astutia suadendi nunc duritia saeviendi ad constantiam nostram deiciendam operetur. Ille scilicet spiritus [8]daemoniacae et angelicae paraturae[d], qui noster ob divortium aemulus[e] et ob dei gratiam invidus de mentibus vestris[f] adversus [9]nos proeliatur occulta inspiratione modulatis et subornatis ad omnem quam in primordio exorsi sumus[g] et iudicandi perversitatem et saeviendi iniquitatem. Nam licet subiecta sit nobis tota vis daemonum et eiusmodi [10]spirituum, [11]ut nequam [12]tamen et servi [13]metu nonnunquam [14]contumaciam miscent, et laedere gestiunt quos alias verentur. Odium enim etiam timor [15]spirat. Praeterquam et desperata condicio eorum ex praedamnatione solatium reputat fruendae interim malignitatis de poenae mora[h]. Et tamen [16]adprehensi subiguntur et condicioni suae [17]succidunt, et quos de longinquo oppugnant, de proximo obsecrant. Itaque [18]cum vice rebellantium ergastulorum[i] sive carcerum vel metallorum vel hoc genus poenalis servi-

8. daemonicae *Aβ. Vindob.* 9. vos praeliatur *Aφ.* nos praeliantur *Aβ.* 10. spirituum *ABDEFGλd. Pamelii libri, Erfurt. Oxon. Vindob.* spiritus *abcef.* 11. et nequam *λ.* 12. tamen et servi *ABDEFG. Vindob. Erfurt. Oxon.* tamen servi *λabcdef. Haverc.* 13. metu *ABDEG. Erfurt. Oxon.* metum *Fλ. (Vindob.)* metui *abcdef. Haverc.* 14. contumaciae *λ.* contumacia *FG.* 15. inspirat *λ. Haverc. Mox pro* praeterquam et *in f. est* Praeterque et, *in ed. Haverc. vero* Praeterquam quod, *ex coniectura Latinii et Fulvii Ursini.* 16. apprensi *F. Vindob., pro more.* 17. succinunt *c.* parent atque succedunt *λ.* 18. dum vice repugnantum vel (et *Haverc.*) rebellantium *λ. Haverc.* dum more bellantium *F.* quom vicere bellantium *Vindob.*

Idem eodem libro in agone Petri Apselami: „*μυρία μὲν λιπαροῦντας, τὸν δὲ δικαστὴν καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ὡς ἂν ἐλεήσειέ τε αὐτὸν καὶ τῆς ἰδίας φείσαιτο νεότητός τε καὶ ἀκμῆς, ὑπεριδών.*“ Aliam etiam formulam proponit Tertullianus in Scorpiaco cap. 11 „Ipsi denique praesides cum cohortantur negationi „Serva animam tuam!“ dicunt, et „Noli animam tuam perdere!“ (Herald.)

d. paraturae] Cf. adnotata ad De Spectac. cap. 4.

e. aemulus] Cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

f. de mentibus vestris] Tanquam ex arce. (Rigalt.)

g. in primordio exorsi sumus] In primordio libri collocavimus et inde exordium disputationis nostrae fecimus.

h. de poenae mora.] Immundi spiritus scientes reservari se ad poenam in diem iudicii solatium quaerunt poenarum in ipsa illa mora temporis, ut interim sese expleant omnigena bonorum afflictione et fruantur malignitate sua. (Havercamp.) „*De* poenae mora“ h. e. dum poena moram habet, dum poena differtur. De praepositionis *de* vi instrumentali vel causali cf. adnot. ad De Spectac. cap. 25.

i. rebellantium ergastulorum] Dicere poterant Nationes: Si tanta vestra est in deos nostros, quos daemonas existimatis, potestas, ut eos prout lubentia est subigatis et vobis parere cogatis ingratiis, qui fit ut tantis vos calamitatibus premant, tantas concitent adversus vos persecutionum tempestates, iisque saepe vos obruant? Respondet igitur Tertullianus, idem accidere quod quandoque in Italia, Scythia, Lacedaemone, alibi contigit, ut, quemadmodum ibi servi adversus dominos arma sumpserunt eosque etiam iustis praeliis fatigarunt, ita daemones quandoque adversus Christianos, in quorum potestate sunt, insurgant, atque eos etiam incursionibus suis aliquomodo vexent. Ergastula igitur, carceres, metalla dicit servos in ergastulis, carceribus ac metallis compeditos. Addit „et hoc genus poenalis servitutis,“ quia eo detrudebantur servi nequam et poenam commeriti. (Herald.)

tutis erumpunt [19]adversus [20]nos, in quorum potestate sunt, certi [21]et inpares se esse et hoc magis [22]perditos[k], ingratis[l] resistimus [23]ut aequales et repugnamus perseverantes in eo quod oppugnant et illos nunquam magis detriumphamus quam cum pro fidei obstinatione damnamur.

Cap. XXVIII. [1]Quoniam autem facile iniquum [2]videretur liberos homines invitos urgeri ad sacrificandum (nam et alias divinae rei [3]faciundae libens animus [4]indicitur)[a], certe ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur ad honorem deorum, quos ultro sui causa placare deberet, ne prae manu esset[b] [5]iure libertatis dicere: Nolo mihi Iovem propitium; tu [6]quis es? Me conveniat Ianus [7]iratus ex qua velit fronte; quid tibi mecum est? [8]Formati estis ab [9]isdem utique spiritibus, [10]uti nos pro salute imperatoris sacrificare cogatis, et inposita est tam vobis necessitas cogendi quam nobis obligatio [11]periclitandi. Ventum est igitur ad secundum titulum laesae augustioris maiestatis, siquidem [12]maiore formidine et callidiore timidi-

19. adversus *ABFGλ. Vindob.* adversum *DEabcdef. Oxon. Erfurt.* 20. nos praeliantur (praeliaturi *emend. Haverc.*) in quorum *λ.* 21. et impares se esse *ABDEFG. Pamelii libri. Vindob. Oxon. Erfurt.* impares se esse *abcdef.* etiam perisse *λ.* 22. proditos *Havercamp.* proditor *G.* 23. et aequales et repugnamus (pugnamus *D.*) *Da.*

Cap. XXVIII. *Caput novum inscriptum est in ABE. Erfurt. Oxon. Elnon. Gandav.* DE GENIO IMPERATORIS., *in DG. Vindob.* DE REGNO IMPERATORIS., *in Vaticano uno* QVOD GENTES PROPRIAM RELIGIONEM PARVIPENDANT TIMENTES MAGIS IMPERATOREM QVAM IOVEM., *in ab. denique* QVOD PLVS HONORIS IMPERATORIBVS SVIS EXHIBEANT QVAM DEIS. 1. Sed quoniam facile *λ.* 2. videtur *Gcd.* 3. faciundae *ABdf. Pamelii libri.* faciendae *DEGabce. Vindob. Oxon. Erfurt.* favende *F.* 4. indicitur *ABDGdef. Pamelii libri.* inducitur *EFabc. Vindob. Erfurt. Oxon.* 5. de iure *F.* 6. quis *ABEFGf. Vindob. Erfurt. Oxon.* qui *Dabcde. Haverc.* 7. iratus qua velit *λ.* 8. Informati *E (m. sec.) c. Erfurt.* 9. hisdem *AβG.* hiisdem *E. Erfurt.* eisdem *λ.* iisdem *reliqui.* 10. uti nos *ADEF. Erfurt. Vindob.* ut in hos *B.* ut nos *Gabcdef.* 11. pereclitandi *AφBφ.* 12. maiori formidine et callidiori *FG. Vindob.* maiore formidine et calidiore *λ. Haverc.*

k. et hoc magis perditos] Haec lectio explicari potest, ut dicat Tertullianus daemones de pernicie sua et quasi clade certos esse, quippe qui sint impares. Sed in hac sententia quid acuminis? Malim igitur: *Et hoc magis perditi*, id est, et idcirco, quia se vident impares, haec veluti proelia desperatius obeuntes. Perditi igitur *ἀπονενοημένοι* ac omni salutis spe deposita nihil non audentes: *οὐδὲν γὰρ ἀλκιμώτερον ἀπογνώσεως* scribit verissime Iosephus. (Herald.)

l. ingratis] Hoc est odiosis, importunis. (Rigalt.) Cum igitur tanto furore in nos irruant nequam illi et rebelles spiritus, etsi scimus eos esse veluti mancipia nostra, iis tamen nulla habita tantisper iuris nostri ratione et veluti aequales, id est aequalis condicionis, cogimur iis resistere. (Herald.) Cum instar rebellantium servorum erumpant daemones adversum nos, in quorum potestate sunt, *nos ingratis resistimus ut aequales*, id est, cum sint nostri servi, resistimus omnino et praeter nostrum decorum, et ideo ingratis q. d. cum servis fustuario debuissemus agere, et ideo non aequa est pugna. (La Cerda.) Recte Heraldus et La Cerda. De voc. *ingratis* cf. adnot. ad cap. 4.

Cap. XXVIII. a. libens animus indicitur] Cf. supra cap. 9.

b. prae manu esset] Cf. De Testim. Animae cap. 4 „*prae manu occurrit* dicere.“ Scorpiac. cap. 10 „fulmina *prae manu sunt.*“

tate Caesarem observatis quam ipsum de Olympo Iovem. [13]Et merito, si sciatis. [14]Quis enim ex viventibus [15]quilibet non mortuo [16]potior? Sed nec hoc [17]vos ratione facitis potius quam [18]respectu praesentaneae potestatis: adeo et in isto inreligiosi [19]erga deos vestros [20]deprehendemini, [21]cum plus timoris humano [22]dominio dicatis. [23]Citius[c] denique apud vos per omnes deos quam per unum genium Caesaris peieratur.

Constet igitur prius, si isti, quibus sacrificatur, salutem [1]im- Cap. XXIX.
peratoribus vel cuilibet homini [2]impertire possunt, et ita nos crimini [3]maiestatis addicite, si angeli aut daemones substantia pessimi spiritus beneficium aliquod operantur, si perditi conservant, si dam-

13. etiam merito *Eab. Erfurt.* 14. Quid enim? *Ff. Haverc. Salmasius ad Tertull. De Pallio p.* 366. *ex libro scripto, nescio quo.* 15. quilibet non mortuo *Aβ* (*Aφ. m. sec.*) *BFGf. Vindob. Salmas. l. l.* quolibet non mortuo *Aφ. m. pr.* cuilibet non mortuo *Aβ. m. sec.* non cuilibet mortuo *DEabcde. Erfurt. Oxon.* quilibet non omni mortuo *λ. Haverc.* 16. potior est? *λ.* 17. vobis *G. Vindob.* 18. respectu (respectui *G.*) repraesentaneae *Gde. Vindob. Vaticanus unus. Haverc., et Casaub. ad Sueton. Claud. cap.* 34. representande *F.* 19. deos vestros erga *Da.* 20. deprehendemini *AEd. Pamelii libri et Erfurt.* deprehendimini (deprendimini *F. Vindob., pro more*) *reliqui libri.* 21. qui plus *λ. Haverc.* 22. domino *DFGλc.* 23. In civitatibus denique *a.*

Cap. XXIX. *Hoc caput in ADEGab. Vindob. Oxon. Erfurt. Vaticano uno, Gandav. Elnon. aliisque inscriptum est* AN POSSINT (POSSVNT *G.*) PRODESSE IDOLA., *plenius in altero Vaticano* DII NEC CAESAREM NEC ALIVM IVVARE POSSVNT QVARE MERITO CAESAR MAGIS HONORANDVS QVAM ILLI. 1. imperatori *Fλ. Haverc.* 2. inpertire possunt *AB.* impartire possint *G.* impartiri possunt *E. Erfurt.* impertiri possint *F.* impartiri possint *Vindob.* impertiri possunt *Dabcdef.* 3. maiestatis *om. Dacef. Haverc.*

c. Citius] Minutius Felix [Octav. cap. 29.]: „Et est eis *tutius* per Iovis genium peierare quam regis.“ Sane deos iniuriarum suarum ac violati numinis ultores existimabant, sed imperatorum, quorum repraesentanea erat potestas, ut loquitur Tertullianus, maiestatem qui violabant, praesentibus ii poenis multabantur, quod ostendebamus pluribus ad Arnobii librum primum [pag. 19. ed. LB.]. Idcirco igitur per genium Caesaris peierare multo erat periculosius quam per ipsum de Olympo Iovem. Quapropter Nicolaus Damascenus in ea accusatione quam adversus Syllaeum coram Augusto instituit apud Iosephum XVI, 9. hoc ille, sed quasi negligenter et *ἐν παρόδῳ* observabat, Syllaeum quum per Augusti genium fidem suam obligasset, nihil eorum tamen quae in se receperat praestitisse: *„τελευταῖον δὲ ἐν Βηρυτῷ τούτων ἐναιτίου Συλλαίου τὴν σὴν τύχην ἐπομόσαντος, ἢ μὲν ἐντὸς ἡμερῶν τριάκοντα παρέξειν τὰ χρήματα· ὧν οὐδὲν ποιήσαντος.“* Oratorie ac callide id in narratione ac veluti aliud agens inserebat ille quo res esset Augusto verisimilior. Sed quum Rubrio crimini daretur violato periurio nomen Augusti, recte respondit Tiberius „Iusiurandum perinde aestimandum, quam si Iovem fefellisset. Deorum iniurias diis curae.“ Apud Tacitum libro I. [Annal. cap. 73.] Iam enim rebus humanis exemtus Augustus atque in numerum deorum relatus iniuriarum suarum ac violati numinis vindex erat habendus. (Herald.) Harmenopulus Prompt. Iur. Civ. lib. VII, tit. 1 *„Οὐδεὶς κατὰ τοῦ θεοῦ ὀμόσας κινδυνεύει· ἱκανὸς γὰρ ὁ ὅρκος ἔχειν τιμωρὸν τὸ θεῖον, εἰ κατὰ τοῦ θεοῦ γέγονεν. Εἰ δὲ κατὰ βασιλέως κατά τινα θερμότητα ὤμοσέ τις, συγχωρεῖται. Ὁ ἐπὶ χρήμασι κατὰ τοῦ βασιλέως ὀμόσας καὶ ἐπιορκίσας ῥοπαλίζεται.“* Cf. Lips. ad Tacit. Ann. l. l. p. 36. De iuramento per Caesarum genios cf. Hansen de Iureiur. Vet. cap. 16. in Graevii Thes. Antiqu. tom. V. p. 841. Fabric. Bibliogr. Ant. XII, 9., interprr. ad Sueton. Iul. Caes. cap. 85. et Calig. cap. 27.

nati liberant, si denique, [4]quod in conscientia vestra est, mortui vivos tuentur. [5]Nam utique[a] suas primo statuas et imagines et aedes [6]tuerentur, quae, ut opinor, Caesarum milites [7]excubiis salva praestant[b]. Puto autem, [8]eae ipsae materiae de metallis Caesarum veniunt, et tota templa de nutu Caesaris constant. Multi denique dei habuerunt Caesarem iratum. Facit ad causam, si et [9]propitium, cum illis aliquid [10]liberalitatis aut privilegii confert. [11]Ita qui sunt in Caesaris potestate, [12]cuius et toti sunt, quomodo habebunt salutem Caesaris in potestate, ut eam praestare [13]posse videantur, quam facilius ipsi a Caesare [14]consequantur? Ideo [15]ergo committimus in maiestatem [16]imperatoris, quia illos [17]non subicimus rebus suis, quia non ludimus de officio salutis [18]ipsorum qui eam non putamus in manibus esse plumbatis. Sed vos [19]inreligiosi, qui eam quaeritis ubi non est, petitis a quibus dari non potest, [20]praeterito eo in cuius [21]est potestate. Insuper [22]eos debellatis [23]qui eam sciunt petere, qui etiam [24]possunt impetrare, dum sciunt petere.

Cap. XXX. Nos enim pro salute imperatorum deum [1]invocamus[a] aeter-

4. quod (quos λ.) in conscientia vestra (nostra *a.*) est *AFadef. Vindob. Pamelii libri.* quod conscientia vestra est *DGc. Haverc.* in conscientia vestra est *Eb. Oxon. Erfurt.* 5. Nam *ABDEFG. Erfurt. Vindob. Oxon.* iam *abcdef. Haverc.* 6. vindicarent quae λ. 7. excubiis *AEG(λ)abc. Erfurt. Oxon. Pamelii aliquot libri.* excubiis suis *BDFdef. Vindob. Vaticanus unus.* 8. eae ipsae materiae *A.* ea et ipse materiae *B.* et ipsae materiae *D.* hee ipsae materiae *E. Erfurt.* ea ipse materiae *G.* ipsa materies *F.* et hae ipsae materiae λ. *Haverc.* hae ipsae materiae *abcdef.* 9. propitius illis *abce.* 10. aut liberalitatis λ. *Haverc.* 11. confert. Itaque sunt *AφEa. Erfurt.* praestat. Itaque sunt *Oxon.* 12. cuius et nunc et toti sumus λ. cuius et tuti sunt *E. m. sec. Verba* in Caesaris potestate, cuius et toti sunt *om. G., et in a. desiderantur verba* cuius et toti sunt, quomodo habebunt salutem Caesaris in potestate. 13. posse *om. F.* 14. consequantur *ABGdef. Vindob. Haverc.* consequuntur (consecuntur *F.*) *DEFabc. Erfurt. Post vocabulum* consequantur *in vett. libris incipit caput novum, quod in ABEG. Erfurt. Oxon. Vindob. inscriptum est* DE POTESTATE IMPERATORVM (IMPERATORIS *Oxon.*)., *plenius in ab.* IMPERATORES A DEO ESSE QVORVM SALVTEM CHRISTIANI A DEO VERO SVPPLICES PETANT QVI EAM DARE SOLVS POTEST. 15. enim committimus λ. *Haverc.* 16. imperatoris *AβDEG. Erfurt.* imperatorum *AφBφFabcdef. Vindob.* 17. nos subicimus *Da.* 18. ipsorum *ABDEFG(λ)abf. Vindob. Erfurt.* eorum *cde. Haverc. Pro* qui eam *in F. est* quodque eam. 19. inreligiosi *ABEFGbd. Gorziens. Erfurt.* religiosi *Dλacef.* (*Vindob.*) *Haverc.* 20. praeteritis eum λ. Pretereo *F.* 21. potestate est *cd.* 22. eos *om.* λ. 23. qui etiam eam *F.* 24. possunt (*AφBφDφ*) *E(λ)bd. Erfurt.* possint (*Aβ*) *acef. Haverc. In FG. Vindob. verba* qui etiam possunt impetrare dum sciunt petere *desiderantur.*

Cap. XXX. 1. invocamus et unum deum verum *F. Vindob.* vocamus aeternum deum verum *Eab. Oxon. Erfurt.*

Cap. XXIX. a. Nam utique] Editi libri habent *iam utique,* et distinguunt: addicite. *Si* angeli aut daemones — — — tuentur, *iam* utique cett.

b. excubiis salva praestant.] Cf. De Corona cap. 11 „Iam et stationes aut alii magis faciet quam Christo? et dominico die, quando nec Christo? et excubabit pro templis, quibus renuntiavit?" Cf. Arnob. Adv. Natt. VI, 20.

Cap. XXX. a. Nos enim pro salute imperatorum deum invocamus] In agone

num, deum verum, [2]deum vivum, quem et ipsi imperatores propitium sibi praeter ceteros [3]malunt. Sciunt quis illis dederit imperium, sciunt, [4]qua homines, [5]quis et animam, sentiunt [6]eum esse deum solum in cuius solius potestate sunt[b], a quo [7]sint secundi, post quem primi, ante omnes et super omnes [8]deos. Quidni? cum super omnes homines, qui utique vivunt et mortuis [9]antistant. [10]Recogitant quousque [11]vires imperii sui valeant, et ita deum intellegunt; adversus quem valere [12]non possunt, per eum [13]valere se cognoscunt. Caelum denique debellet imperator, caelum captivum triumpho suo invehat, [13b]caelo mittat excubias, caelo vectigalia imponat. Non potest. Ideo magnus est quia caelo minor est. Illius enim est ipse [14]cuius et caelum est et omnis creatura. Inde est imperator [15]unde et homo antequam imperator, inde potestas illi unde et spiritus. [16]Illuc suspicientes Christiani manibus expansis[c],

2. et deum vivum *abc.* 3. mallent *λ.* *In D. extat* quem sibi imperatores propitium praeter ceteros malunt. 4. qua *ABDFλdef. Pamelii libri, Vindob.* quia *E.* que *Erfurt.* quis *Gc.* qui *ab.* 5. quis et animas *Gc.* qui et animas (anima *D.*) *Dab.* 6. eum esse deum *Adef. Pamelii libri.* deum eum esse *BFG. Vindob.* eum deum esse *DEabe. Erfurt.* deum esse *c.* 7. sint *ABG.* sunt *reliqui.* 8. deos. Quidni cum super omnes homines *ABEbdef. Oxon. Erfurt. Pamelii libri.* deos qui diu? cum super (semper *D.*) omnes homines *Da.* deos, homines *FGc. Vindob.* homines *λ. ceteris omissis.* 9. antistent *b.* antestant *λ. (Vindob.) Haverc.* 10. Recogitent *λ.* 11. vires (fines *F.*) imperii sui *ABFGλdef. Vindob. Pamelii libri.* vires imperii *DEabc. Erfurt.* 12. nemo potest *F.* 13. se valere *Fcd.* 13b. caelo mittat excubias, caelo vectigalia imponat *om. c.* 14. cuius est caelum et *c.* 15. unde est et homo *d.* unde et Caesar homo *Oxon.* 16. Illuc sursum suspicientes *λ. Haverc. Pro* suspicientes *AφBφDφG. habent* suscipientes.

Cypriani „Paternus ait: Nobilium imperatorum ad me scripta venerunt, ut si qui diis cerimonias execrantur immolare, ad sacrificandum compellantur inviti. Exquisivi de nomine tuo. Quid respondes? Sanctus Cyprianus respondit: Nullos deos novi, nisi unum et verum, qui fecit terram et caelum et quae in iis sunt. Huic deo nos Christiani deservimus, hunc deprecamus diebus ac noctibus et pro salute populi et *pro statu imperatorum vestrorum.*" Sic et in agone Sebastiani et sociorum: „Quem Diocletianus ad se convocari ait: Ego te inter primos palatio meo semper habui et contra salutem meam in deorum iniuriis hactenus latuisti. Sebastianus respondit: *Pro salute tua semper Christum colui* et pro statu orbis imperii Romani illum qui in coelis est semper adoravi."

b. deum solum in cuius solius potestate sunt] Sane *solum* et *solius* dicit h. l. Tertullianus, ut notet *τὴν πρὸς ἑτέρους ἀντιδιαστολήν.* Nempe principes in dei summi solius, non in ceterorum deorum, quos gentiles etiam adorabant, esse potestate. Sed quae sequuntur satis convincunt, quod h. l. dicitur *πρός τι*, simpliciter quoque esse verissimum, qua de re alii. (Herald.)

c. manibus expansis] *Manibus expansis* dicit Tertullianus proprie; quod quomodo sit intelligendum ostendunt sequentia: Sic itaque nos ad deum expansos ungulae fodiant, cruces suspendant cett. Sic enim expansi figuram crucis referebant. Prudentius in martyrio Fructuosi [Peristeph. VI, 103 sqq.]: „Nexus denique, qui manus retrorsus In tergum revocaverant revinctas, Intacta cute decidunt adusti. Non ausa est cohibere poena palmas *In morem crucis ad Patrem levandas*', Solvit brachia, quae Deum precentur." In actis eiusdem martyrii: „Cumque exustae fuissent fasciolae, quibus eorum manus fuerant colligatae, positis genibus de resurrectione securi *in signum tropaei dominum precabantur.*". Disertissime Tertullianus ipse libri de Oratione cap. 11

quia [17]innocuis, capite [18]nudo, quia non erubescimus[d], denique sine monitore[e], quia de pectore [19]oramus, precantes sumus semper pro

17. innocui *F.* 18. nudato λ. 19. oramus. Precantes sumus semper pro *Aβ EFGλcd. Erfurt. Oxon.* oramus. Precantes sumus omnes semper pro (*AφBφDφ*)*abe.* (*Vindob.*) *Haverc.* oramus pro *f. reliquis omissis.*

„Nos vero *non attollimus tantum, sed etiam expandimus, et dominica passione modulamur.*“ Hoc igitur est quod „manibus adorare“ dicit idem Tertullianus libri de Idololatria cap. 7. Nam *adorare* est *προσεύχεσθαι,* ut alibi ostendebamus. Addit Tertullianus „quia innocuis.“ Allevabant igitur manus ad deum, nempe quas sciebant esse puras et innocentes. Tertullianus de Oratione cap. 11 „Quando et ipsis manibus spiritales munditiae sunt necessariae, ut a falso, a caede, a veneficiis, ab idololatria ceterisque maculis, quae spiritu conceptae manuum opera transiguntur, purae alleventur.“ Eleganter Philo dissertatione de Humanitate: *„καὶ καθαρὰς, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις τροπικώτερον, παρθένους χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας.“* (Herald.) Augustin. de Cura pro Mortuis Agenda cap. 5. „Nam et orantes de membris sui corporis faciunt quod supplicantibus congruit, cum genua figunt, *cum extendunt manus,* vel etiam prosternuntur solo, et si quid aliud visibiliter faciunt“ cett.

d. capite nudo, quia non erubescimus] Perstringit obiter Tertullianus gentilium morem, qui velato capite ad deos adibant, et idcirco addit „quia non erubescimus.“ — — Philo libro de Sacrificiis eos qui sibi bene conscii sunt et quorum animus nullo scelere pollutus est neque contaminatus ad deum accedere atque hostias suas ei offerre iubet: si quis contra malis libidinibus infestatur, aut mente est minus sedata minusque pura, eum *ἐγκαλυψάμενον* quiescere atque impudentiam suam et audaciam cohibere monet: *„ὅτῳ δὲ,* inquit elegantissime, *ἐγκάθηνται καὶ ἐλλοχῶσι πλεονεξίαι καὶ ἐπιθυμίαι τῶν ἀδίκων, ἐγκαλυψάμενος ἡρεμείτω, τὴν ἀναίσχυντον ἀπόνοιαν καὶ τὸ λίαν θράσος, ἐν οἷς εὐλάβεια λυσιτελὴς, ἐπισχών.“* (Herald.) Cf. Matth. Brouer in dissert. de Vett. ac Recent. Adorationibus cap. 13. (in Poleni Suppl. Nov. Thes. Antiqu. tom. II. p. 984.) et interprr. ad Plut. Quaest. Rom. 10. Quinctil. Inst. Orat. V, 1.

e. sine monitore] Qui deos precabantur, per eorum numina ac potestates, unde multinomines quandoque erant, eos obtestabantur. Apul. Metam. lib. VI. [cap. 2.]: „Per ego te frugiferam tuam dextram istam deprecor, per laetificas messium cerimonias, per tacita sacra cistarum, miserandae Psyches animae supplicis tuae subsiste!“ Iterum eodem libro [cap. 4.]: „Magni Iovis germana et coniuga, sive tu Sami, quae querulo partu vagituque et alimonia tua gloriatur, tenes vetusta delubra, sive celsae Carthaginis, quae te“ cett. „quam cunctus oriens Zygiam veneratur et omnis occidens Lucinam appellat, sis meis extremis casibus Iuno Sospita“ cett. Item Metam. lib. XI. [cap. 2.]: „Regina caeli, sive tu Ceres alma frugum parens originalis, quae repertu laetata filiae“ cett. „Seu tu caelestis Venus, quae primis rerum exordiis“ cett. „Seu Phoebi soror, quae“ cett. „Seu nocturnis ululatibus horrenda Proserpina, quoque nomine, quoque ritu, quoque facie te fas est invocare“ cett. Quo igitur plures erant deorum potestates, plures quoque appellationes erant, quas ne quid diis demulcendis omitterent, simul omnes saepius oggerebant. Hinc eadem Milesia „dea multinominis“ id est multarum potestatum et inde diversa quoque nomina consequuta [Ibid. cap. 22.]: „Adest tibi dies votis assiduis exoptatus, quo deae multinominis divinis imperiis per istas meas manus piissimis sacrorum arcanis insinueris.“ [Cf. Apul. Metam. XI, 5 „cuius numen unicum multiformi specie, ritu vario, *nomine multiiugo* totus veneratur orbis.“] Qui ergo omnia illa numina atque inde profecta nomina minus habebant cognita, ii *monitorem* adhibebant, qui ea sibi subiiceret. Atque huc referenda puto ea Senecae verba quae ex libro eius de Superstitione excerpsit B. Augustinus [De Civ. Dei VI, 10.]: „In Capitolium perveni. Pudebit publicatae dementiae, quod sibi vanus furor attribuit, officii. Alius numina deo subiicit, alius horas Iovi nuntiat, alius lictor est, alius unctor“ cett. Iustus Lipsius in Electis legendum existimat *nomina,* tanquam diis adstiterint sui nomenclatores, qui salutantium sive adorantium nomina velut nesciis ingererent. Sane de istis monitoribus locum intel-

omnibus imperatoribus. Vitam illis prolixam[f], imperium securum, domum tutam, exercitus fortes[g], senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, [20]quaecunque hominis et Caesaris [21]vota sunt, [22]haec ab alio orare non possum quam a quo [23]me scio consecuturum, quoniam et ipse est qui solus praestat et ego sum cui impetrare debetur, famulus eius, qui eum [24]solus[h] observo, [25]qui propter disciplinam eius occidor, qui ei offero opimam et maiorem

20. et quaecunque *Dabef. Haverc.* 21. sunt vota *F.* 22. Hoc *DG.* 23. me scio *ABEFd. Vindob. Erfurt.* scio me *Dabef.* sciam me *c.* me sciam *G.* 24. solus *ABGef. (Vindob.) Bongars. Haverc.* solum *DEFabcd. Erfurt. Oxon.* 25. qui propter disciplinam eius occidor *om. Dace.* qui pro disciplina eius occidor *λ. Haverc.*

ligendum existimo, qui deorum nomina ac potestates et diversa numina precantibus subiiciebant. Quare nescio an legendum: „Alius *numina dei* subiicit.“ (Herald.) Apud ethnicos monitor praeibat preces, ac de scripto quidem, ne quid verborum praeteriretur aut praeposterum diceretur, rursusque alius custos erat, qui attenderet, alius qui faveri linguis iuberet. Plin. Hist. Nat. XXVIII, 2. (Rigalt.)

f. vitam illis prolixam] Prudentius in agone S. Romani [Peristeph. X, 421 sqq.] „Accingere ergo quisquis es, nequissime, Pro principali rite nobiscum deos Orare vita.“ Respondet Romanus „Numquam pro salute et maximis Fortissimisque principis cohortibus aliter precabor, quam fidele ut militent“ cett. Theodoret. II, 19 „*ἱκετεύοντες* (scil. *οἱ ἐπίσκοποι*) *ὑπὲρ τῆς βασιλείας τε καὶ σωτηρίας καὶ εἰρήνης, ἣν ἡ θειότης εἰς τὸ διηνεκές σοι χαρίεῖται.*“ Euseb. de Vita Constantini IV, 45 „*οἱ δὲ μὴ διὰ τούτων χωρεῖν οἷοί τε θυσίαις ἀναίμοις καὶ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο, ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, αὐτοῦ δὲ βασιλέως, ὑπὲρ τοῦ τοσούτων αἰτίου παίδων τε αὐτοῦ θεοφιλῶν ἱκετηρίοις εὐχὰς τῷ θεῷ προσαναφέροντες.*“

g. exercitus fortes] Nam saepe accidebat, ut si qua expeditio pararetur a principe, tum Christiani vel maxime vexarentur, quod votis, quae pro eorum salute et victoriis proque exercituum fortitudine nuncupabantur, interesse nollent. Hinc praefectus ille apud Prudentium in agone Romani [Peristeph. X, 417 sqq.]: „Placanda nobis pro triumphis principis Delubra, faustus ut secundet gloriam Procinctus, utque subiugatis hostibus Ductor quietum fraenet orbem legibus. Accingere ergo“ cett. Hac igitur de causa pro exercitibus etiam nominatim precabantur Christiani, ne imperatorum suorum expeditionibus parum favere existimarentur. Quapropter vereor ut sibi parum caverit Prudentius, quum Romanum introduxit ita respondentem, ut pro exercitibus aliud se precibus suis flagitaturum negaret, quam ut dei cognitione illuminarentur, qua de re alibi. S. Sebastianus, qui sub Diocletiano coronatus est, in antiquis martyrologiis: „Iniquis subreptionibus animos imperii vestri templorum pontifices obsidentes suggesserunt de Christianis falsa commenta, dicentes eos reipublicae adversarios, quorum orationibus ipsa respublica melioratur et crescit, qui pro imperio vestro et pro salute Romani exercitus orare non cessant.“ Dicit autem exercitus *fortes* proprio epitheto, ut in epistola illa quae apud Flavium Vopiscum in D. Aureliano: „*Felices ac fortes exercitus* senatui populoque Romano.“ (Herald.) Cyprian. Ad Demetrianum p. 192. ed. Oxon. „et tamen pro arcendis hostibus et imbribus impetrandis et vel auferendis vel temperandis adversis rogamus semper et preces fundimus; et pro pace ac salute vestra propitiantes ac placantes deum diebus ac noctibus iugiter atque instanter oramus.“ Arnob. Adv. Natt. IV, 36 „Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari: cur immaniter conventicula dirui; in quibus summus oratur deus, pax cunctis et venia postulatur magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus et resolutis corporum vinctione.“

h. solus] Soli Christiani deum observare norunt ac colere. (Rigalt.)

hostiam[i] quam ipse mandavit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam, non grana thuris unius assis, [26]Arabicae arboris lacrimas[k], nec duas meri guttas[l], nec sanguinem reprobi [27]bovis mori optantis[m], et post omnia inquinamenta etiam conscientiam spurcam: ut mirer, [28]cum hostiae probantur penes vos[n] a vitiosissimis sacerdotibus, [29]cum cuivis prae-

26. non Arabicae *cef.* non a radice *a.* 27. hominis mori *Dabcd.* 28. cum hostiae probantur *ABEGdef. Vindob. Erfurt. Oxon.* cum hostiae probentur *Dabc.* quomodo hostiae probantur *F.* 29. cum cuivis praecordia *ego.* cum quibus praecordia *AGDEFG. Bongars. Oxôn. Vindob. Ambros. Erfurt.* cur praecordia (*λ*) *abcdef. Haverc.*

i. maiorem hostiam] Tertull. ad Scapul. cap. 2 „Itaque et sacrificamus pro salute imperatoris, sed deo nostro et ipsius, sed quomodo praecepit deus, pura mente.“ Id nempe est quod auctor Expositionis Fidei, quae inter opera Iustini Martyris, sub finem illius opusculi dicit *θύειν θεῷ θυσίας αἰνέσεως καὶ σπένδειν δεήσεις εἰλικρινεῖς.*“ Eleganter Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphone *„ὅτι μὲν οὖν καὶ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι τέλειαι μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ θεῷ θυσίαι καὶ αὐτός φημι· ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, καὶ ἐπ' ἀναμνήσει τε τῆς τροφῆς αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς, ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους, ὃ πέπονθε, δι' αὐτοῦ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, μέμνηται.“* Sic autem *ὕμνον θύειν* dicit etiam Heliodor. Aethiop. libro III. *„καὶ ὕμνον ἀποθύει τῷ θεῷ τεταραγμένος κατὰ τοῦ ὕπνους.“* Ceterum „maiorem atque opimam hostiam“ quum ait Tertullianus, utitur verbis propriis, quod satis notum est. (Herald.) Cf. supra cap. 6 „licet Baccho iam Italico *furias vestras immoletis.*“ De re adde Minuc. Felic. Octav. cap. 32 „Hostias et victimas domino offeram, quas in usum mei protulit, ut reiciam ei suum munus? Ingratum est; cum sit litabilis hostia bonus animus et pura mens et sincera conscientia. Igitur qui innocentiam colit, deo libat, qui fraudibus abstinet, propitiat deum, qui hominem periculo subripit, opimam victimam caedit. Haec nostra sacrificia, haec dei sacra sunt.“ Euseb. de Vita Constantini IV, 10 *„καθαρὰν δὲ μόνην διάνοιαν καὶ ψυχὴν ἀκηλίδωτον παρὰ ἀνθρώπων ἀπαιτεῖ, τάς τε ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας πράξεις ἐν τούτῳ σταθμώμενος.“* Similes locos ex aliis scriptoribus suppeditabunt Elmenhorstius et Ouzelius ad Minuc. Felicis l. l.

k. Arabicae arboris lacrimas] Cf. Arnob. Adv. Natt. VII, 28 „Nam ne forte ignoretis, quid aut unde sit tus istud, viscum est ex corticibus profluens, ita etiam ex amygdalo, ceraso *lacrimabili destillatione* coalescens.“

l. duas meri guttas] Cf. Arnob. Adv. Natt. VII, 36 „Vos mero, vos ture arbitramini diis addi et eorum augescere dignitates, nos monstrum et prodigium iudicamus, quod quisquam hominum credit aut augustiorem fieri deum fumo aut *ex roribus exiguis vini* ipsum sibi ab hominibus ducere satis sancte atque honorifice supplicatum.“

m. reprobi bovis mori optantis] Reprobum bovem mori optantem appellat Tertullianus bovem nullius pretii, moribundum et paene confectum. Tangit enim gentilium in sacrificiis *σμικρολογίαν*, quam clarius exagitabat supra cap. 13 „Non dico quales sitis in sacrificando, cum enecta et tabidosa et scabiosa quaeque mactatis.“ Appellat autem „reprobum bovem“, qui reprobari atque ab altaribus arceri debuerat, cum hostiae probarentur.“ (Herald.)

n. cum hostiae probantur penes vos] Hostias probatas fuisse ex Luciano et aliis notum est; *ἐξετάζειν* dicit Lucianus, alii etiam quandoque *δοκιμάζειν*. Herodotus libro II. [cap. 38]: *„Τοὺς δὲ βοῦς τοὺς ἔρσενας τοῦ Ἐπάφου εἶναι νομίζουσι, καὶ τούτου εἵνεκα δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε.“* Porphyrius *περὶ ἀποχῆς: „ἐθύοντο δὲ τῇ Ἥρᾳ, καὶ ἐδοκιμάζοντο καθάπερ οἱ ζητούμενοι καθαροὶ μόσχοι καὶ συσφραγιζόμενοι.“* Atque hoc idem in lege observabatur, ut et in causa ista diabolus dei dispositiones sit aemulatus. Id etsi ex libris sacris notum est, omittere tamen non possum elegantem Philonis locum libro de Agricultura: *„ἄτοπον γὰρ ἱερέων μὲν πρόνοιαν ἔχειν ὡς ὁλόκληροι τὰ σώματα καὶ παντελεῖς*

cordia potius victimarum quam ipsorum sacrificantium examinantur. [30]Sic itaque nos ad deum expansos ungulae fodiant[o], cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent, bestiae insiliant: paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani. [31]Hoc agite, boni praesides, extorquete animam deo supplicantem pro imperatore. Hoc erit crimen, ubi veritas [32]dei et devotio est.

[1]Adolati nunc sumus imperatori et mentiti vota quae diximus, Cap. XXXI.
[2]ad evadendam scilicet vim. [3]Plane proficit ista fallacia. Admittitis [4]nos enim probare quodcunque defendimus[a]. Qui ergo [5]putaveris nihil nos de salute Caesarum curare, inspice dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi supprimimus et plerique casus ad extraneos transferunt. [6]Scitote ex illis praeceptum [7]esse nobis ad redundantiam benignitatis[b] etiam pro inimicis deum [8]orare et persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici et persecutores Christianorum [9]quam de quorum maiestate convenimur in crimen[c]? Sed etiam nominatim atque manifeste, Orate, inquit, I. Timoth. 2, 2.

30. Sic ita nos *f*. Si itaque nos *Latinius*. 31. Hoc boni praesides agite *F*. Hoc te boni agri praesides *G*. hoc te boni agi praesides *Vindob*. 32. est dei et devotio *λ*. *Verba* Hic erit crimen, ubi veritas dei et devotio est *om. f*.

Cap. XXXI. *Capitis inscriptio in ABDEGab. Erfurt. Oxon. Vindob. aliisque est* DE ORATIONE PRO INIMICIS. 1. Adolati *AB. Elnon. Gandav.* Adulati *reliqui libri*. 2. ad evadendum *c*. 3. Tamen proficit *λ*. 4. nos enim *ABEGf. Vindob. Oxon.* enim nos *DFabcdef. Haverc. Pro* Admittitis *G. habet* Admittis. 5. putas *abcde*. 6. Scito *Gd. Haverc*. 7. est *G. Haverc*. 8. exorare *G*. 9. quam quorum *F*. quam deorum *Vindob*.

ἔσονται, τῶν δὲ καταθυομένων ζώων, ὡς οὐδὲν οὐδεμίᾳ τοπαράπαν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ βραχυτάτῃ χρήσεται λώβῃ· καὶ τίνας δεῖ καὶ ὅσους ἐπ' αὐτὸ τοῦτο χειροτονεῖν τὸ ἔργον, οἷς ἔνιοι μωμοσκόπους ὀνομάζουσιν, ἵνα ἀμωμα καὶ ἀσινῆ προσάγηται τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα." Nota obiter *μωμοσκόπων* denominationem, de qua male vulgo. Clemens Alexandrinus Stromate IV: „*ἦσαν δὲ καὶ ταῖς τῶν θυσιῶν προσαγωγαῖς παρὰ τῷ νόμῳ οἱ τῶν ἱερείων μωμοσκόποι.*" (Herald.)

o. ungulae, fodiant] De ungulae instrumento iis quae adnotavi supra ad cap. 12. iam hos adde locos ex martyrologiis. Vita Theodoti quae legitur Novemb. „*Ungulis* excarnificatus, dum costae nudarentur." Vita Priscae, nobilissimae virginis Romanae, quae celebratur die XVIII. Ian. „In ergastulo trium dierum inedia afflicta in equuleo suspenditur, et *ungulis ferreis* excarnificata in rogum iniicitur." Vita S. Epicteti martyris ipsum Epictetum et B. Astionem „Latronianus iussit in equuleum levari et fortiter *ungulis ferreis radi*." Adde et Valerian. Homil. XVI. „Quare autem ille flammas non securus adspiciat, aut quare tortoris *ungulas* expavescat, quem tam pretiosa gratia remunerationis expectat?" et Tertull. De leiun. cap. 12 „et contra *ungulas* corneus, praemisso iam sanguinis succo." Ibid. „ut paucis *ungulis* titillatus."

Cap. XXXI. a. defendimus.] Nihil proficit eiusmodi fallacia, quandoquidem admittitis nos et provocatis ad probandum quodcunque defendimus h. e. asserimus.

b. ad redundantiam benignitatis] Sic *περιουσίαν φιλανθρωπίας* dicit eleganter Philo Dissert. de Humanitate: „*ἵνα ἐν τοῖς νόμοις πᾶσιν ἀσκήσαντες πολλῇ τινι περιουσίᾳ χρώμεθα φιλανθρωπίας.*" Sic *ἐπιδαψιλεύεσθαι τὸ ἐπιεικὲς* dicit eleganter eodem libro: „*ἐπιδαψιλευόμενος δὲ τὸ ἐπιεικὲς πάλιν πλουσίους αὐτῷ καὶ καθακόρως χρῆται.*" (Herald.)

c. convenimur in crimen] Cf. infra cap. 35 „de qua in secundum sacrilegium *convenimur*." „Convenire in crimen" est crimine adgredi, criminari, accusare. V. quae adnotavi supra ad cap. 10.

pro regibus et pro principibus et potestatibus, ut omnia [10]tranquilla sint vobis. Cum enim concutitur imperium, concussis etiam ceteris membris eius utique et nos, licet extranei a turbis [11]aestimemur, in aliquo loco casus invenimur.

Cap. XXXII. Est et alia maior necessitas nobis orandi pro imperatoribus, [1]etiam pro omni statu imperii rebusque Romanis, [2]qui vim maximam universo orbi imminentem[a] ipsamque [3]clausulam saeculi[b] acerbitates horrendas comminantem Romani imperii commeatu[c] scimus retardari[d]. [4]Itaque nolumus experiri, [5]et dum precamur [6]differri, Romanae diuturnitati favemus[e]. [7]Sed et iuramus, sicut non per

10. tranquilla sint vobis. Cum *f.* (*Vindob.*) *Haverc.* tranquillae sint vobis. Cum λ. tranquilla sint. Vobiscum *ABDEFGabcde. Oxon. Erfurt. Bongars.* 11. aestimemur *om. λf. Haverc.*

Cap. XXXII. *Capitis inscriptio in ABDG. Vindob. est* ITEM (ITEM *om. G. Vindob.*) PRO IMPERIO ET POTESTATE IMPERATORIS (IMPERATORVM *BD. Vindob.* ROMANORVM *G.*), *in E. Erfurt. Oxon.* DE EADEM RE., *in ab.* QVARE ETIAM PRO IMPERII ROMANI SALVTE CHRISTIANI ORENT. *Vaticanus unus habet* QVOD CHRISTIANI PRO IMPERATORIBVS PRECANTVR DVM ORANT SAECVLI CLAVSVLAM RETARDARI. 1. et pro omni statu *F.* et ita universo orbe et statu λ. 2. qui vim *ABDEFGλf. Bongars. Vindob. Erfurt.* quod vim *abcde.* 3. clausulam *ABDEλabdef. Oxon. Erfurt.* (*Vindob.*) *Pamelii libri.* clausuram *c.* cladem *FG.* 4. Itaque nolimus *B.* Itaque volumus *F.* Ita quae nolumus *Latinius.* 5. ea dum *Latinius, prob. Fr. Iunius et Havercampus.* 6. differre *F. Vindob.* 7. Sed et sic iuramus non λ. Sed et iuramus sicut tum *F.*

Cap. XXXII. a. vim maximam universo orbi imminentem] Conflagrationem obscure significat. (Rigalt.)

b. clausulam saeculi] Cf. adnot. ad De Idol. cap. 9.

c. commeatu] Cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 9.

d. scimus retardari] Paulus cum ad Ecclesiam Thessalonicensium scriberet non venturum diem domini priusquam imperium Romanum defecisset, rem aevo illo abominatissimam verbis quaesitissimis obscuravit. Eodem consilio Tertullianus hoc ad proceres Romanos Apologetico rem eandem significaturus tam ingeniose colores obduxit, ut etiam placere potuerit. Et consimili schemate ad Scapulam proconsulem „Christianus, inquit, nullius est hostis, nedum imperatoris, quem sciens a deo suo constitui necesse est ut et ipsum diligat et revereatur et honoret et salvum velit cum toto Romano imperio, quousque saeculum stabit: tamdiu enim stabit.“ Ac iam pridem Romana res abiit pessum et commeavit Romani imperii pompa. Venit defectio, et sublatum est de medio quod obstare dicebatur. Et tamen durasse mundum legimus et stare saeculum sentimus. Quid? vanam esse dicimus Pauli sententiam? Apostoli tanti tamque eximie a domino selecti? Absit. Nam et verissimam credimus et iam olim disiecti Romanorum imperii rudera calcamus. Quid ergo? iam pridem quoque advenisse dicimus hominem peccati? hominem perditionis? cuius mysterium etiam tunc Paulo scribente agitabatur. Venisse inquam iam pridem, sed nostrum illud pridem in quae tempora proferatur si quaerimus, nihil agimus. Immo satis impie quaerimus. Obiecit dominus curiositati nubem, adorandam nobis, non submovendam. Sufficiat intueri quod aperit Petrus, unum diem apud dominum perinde esse ut annos mille, et mille annos ut diem unum. Venerit homo ille nequissimus, sive hominum nequissimorum numerus, et iam anni supra millesimum surgant, quid anni mille milibus centies centenis in immensam aeternitatem continuandis comparati? Si quid hac in re temporis etiam humana cogitatione brevissimi promiserant sibi veteres, bene ac sapienter fuerint decepti. Et bene fallimur, si secundum illos quoque sic decipimur, ut simus ad diem illum velut semper instantissimum vigiles, quem solus Pater novit, ut pendula expectatione sollicitudo fidei probetur. (Rigalt.)

e. et tum precamur differri, Romanae diuturnitati favemus.] De veterum Chri-

genios Caesarum[f], ita per salutem eorum[g], quae est augustior omnibus geniis. Nescitis genios daemonas dici et inde diminutiva voce

stianorum precibus pro mora finis v. Semleri Selecta Capita H. E. I, 48. Hoeckel de Precibus Christ. pro Mora Finis (Argentor. 1751.). Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 109. Cf. Tertull. Apol. cap. 39. et Ad Scapul. cap. 2.

f. per genios Caesarum] Id etiam defectionis argumentum videbatur, quod Caesaris genium, per quem sanctissimum *καὶ φρικωδέστατον* gentibus erat iusiurandum, Christiani iurare nollent. Idcirco sicut diis immortalibus immolare, ita et per Caesaris genium iurare iubebantur. In agone Polycarpi apud Euseb. Hist. Eccles. IV, 15 „*ὅμοσον τὴν Καίσαρος τύχην· μετανόησον, εἶπε Αἶρε τοὺς ἀθέους.*“ Sic in actis proconsularibus martyrum Scillitanorum: „Saturninus proconsul dixit: Dicente te de mysterio non inferam mala. Tantum iura per genium regis nostri. Speratus dixit: Ego imperatoris mundi genium nescio, sed caelesti deo meo servio, quem nullus hominum vidit nec videre potest.“ Observat doctissimus Cardinalis Baronius hoc iusiurandum a Christianis praesides ac proconsules exegisse, quod eos ab imperatoribus defectionem moliri suspicarentur. Sane Christianorum erga imperatores fidem suspectam eos habuisse et ideo modis omnibus cavisse, ut eam obligarent, dubium nullum est. Hinc Saturnini quae modo observabamus verba: Tantum iura per genium regis nostri. Sed hoc sacramenti genus esse antiquissimum et ab imperatoribus statim initio constituti imperii constringendis hominum servitutem nondum satis aequo animo ferentium animis introductum atque hinc plurimis, qui novum hoc et inusitatum adulationis genus induere non possent, pestem creatam satis constat. Etsi Augustum principem sapientissimum ac moderatissimum hoc sacramenti genus non solum remisisse, sed et compressisse scribit Dio lib. LVII: „*οὔτε ὀμνύναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν αὐτοῦ τύχην συνεχώρει.*“ Sic Graeci paene semper interpretantur „deierare per genium Caesaris,“ *ὀμνύναι τὴν τοῦ Καίσαρος τύχην.* Idem Dio lib. LVIII. de honoribus Tiberio et Seiano coniunctim habitis: „*καὶ ηὔχοντο ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁμοίως καὶ ἔθυον καὶ τὴν τύχην αὐτῶν ὤμοσαν.*“ Nam ab uniuscuiusque genio bonam vel malam hominis fortunam pendere existimabant, unde *εὐτυχεῖς καὶ εὐδαίμονες, δυστυχεῖς καὶ δυσδαίμονες* rem unam atque eandem significant. Apul. Metam. [VIII, 20.] utrumque coniungit: „Per fortunas vestrosque genios sic ad meae senectutis spatia validi laetique veniatis, decepto seni subsistite!“ Origenes contra Celsum libro ultimo modo *τύχην*, modo *δαίμονα* dicit. (Herald.) Cf. etiam supra cap. 28.

g. per salutem eorum] Christiani igitur per salutem Caesaris iurare non verebantur, quippe quem salvum et incolumem votis omnibus exoptarent, ut ait hoc loco Tertullianus. Sic in pactionibus suis ac contractibus salutem principum saepius interponebant, ut constat ex lege Si quis XLI. C. de Transact. Beatissimus pater Basilius in Psalmum XIV. notat hoc non tam esse iusiurandum quam *θεραπείαν πρὸς τοὺς ἀκούοντας*, genus quoddam obtestationis, quo auditorum animi concilientur ac confirmentur: „*εἰσὶ δέ τινες λόγοι*, inquit, *σχήματα μὲν ὅρκων ἔχοντες, οὐχ ὅρκοι δὲ ὄντες, ἀλλὰ θεραπεία πρὸς τοὺς ἀκούοντας, ὡς ὁ Ἰωσὴφ, τὸν Αἰγύπτιον οἰκειούμενος, νὴ τὴν ὑγείαν ὦμννε Φαραώ· καὶ ὁ ἀπόστολος τὴν πρὸς Κορινθίους ἀγάπην ἑαυτοῦ παριστῶν ἔφη νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.*“ Sane Iulio Caesari primo datum, ut per eius genium ac salutem iuraretur. Antonius in illius laudatione apud Dionem lib. XLIX: *οἱ δ' ἐπεῖδον ἀποθνήσκοντα ἄνδρα, ὑπὲρ οὗ δημοσίᾳ κατ' ἔτος εὔχεσθαι ἐψηφίσαντο καὶ οὗ τήν τε ὑγείαν τήν τε τύχην ὤμνυσαν.*“ Xylander vertit: per valetudinem. Debuit: per salutem; *σωτηρίαν* alii dixerunt. Idem Dio lib. LIX. de Caia per salutem et genium Incitati equi dilectissimi deierante: „*τήν τε σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ τὴν τύχην ὦμνυ.*“ Zonaras in Constantino: „*καὶ κατὰ τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως εὐθὺς ἐξωμόσατο.*“ Haec eadem adulatio privatis etiam indulta. B. Hieronymus uxoris insolentis superbiam notans: „Vocanda domina, celebrandus natalis eius, iurandum per salutem illius, ut sit superstes optandum.“ Sic et per salutem suam ipsorum iurabant. l. V. l. XXXIII. D. de Iureiurando. Apul. Metam. IX. [cap. 30.]: „Repente suam suorumque carorum salutem quam sanctissime adiurans adseverat.“ Alibi apud eundem „adiurare per salutem suam“ est obtestari aliquem interposita per sa-

daemonia? Nos iudicium dei [8]suspicimus[h] in imperatoribus, qui gentibus illos praefecit. Id in eis scimus esse quod deus voluit, [9]ideoque et salvum volumus [10]esse quod deus voluit et pro magno [11]id iuramento habemus. Ceterum daemonas, id est genios, adiurare[i] consuevimus, [12]ut illos de hominibus exigamus, non deierare, [13]ut eis honorem divinitatis conferamus.

Cap. XXXIII. Sed quid ego amplius de religione atque pietate Christiana [1]in imperatore? [2]quem necesse est suspiciamus ut eum quem dominus noster [3]elegit, ut merito dixerim: Noster est magis Caesar, [4]a nostro deo constitutus. Itaque [5]ut meo plus ego illi operor in salutem, [6]siquidem non solum ab eo postulo eam qui [7]potest praestare, aut [8]quod talis postulo qui merear impetrare, sed etiam quod temperans maiestatem Caesaris infra deum magis illum commendo deo, [9]cui soli subicio. Subicio autem cui non adaequo. Non enim deum imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, [10]vel quia nec ipse se deum volet dici. Si homo sit, interest [11]homini[a] deo cedere. Satis [12]habeat

8. suscipimus *AG.* 9. ideoque et salvum volumus esse quod deus voluit *om. DEFGabce. Oxon. Erfurt. Vindob. Sed salva praestant ea verba ABλdf. Elnon. Gandav.* 10. esse *om. λ. Haverc.* 11. id iuramento *ABEFGcdf. Erfurt. Oxon. Vindob. Gorziens.* adiuramento *λb.* adiumento *Dae.* 12. ut ex hominibus illos exigamus *G.* ut illos ex hominibus exigamus *F. Vindob.* ut illos de hominibus expellamus *λ.* 13. ut eis *ABE (m. sec.) FG. Vindob. Erfurt.* ut illis *DEabcdef. Haverc.*

Cap. XXXIII. *Capitis inscriptio in ABEG. Oxon. Erfurt. est* PRO IMPERATORE., *in DF. Vindob.* DE IMPERATORE., *in ab.* IMPERATOREM HOMINEM ESSE NON DEVM. 1. in imperatore *ABDEG.* in imperatorem *reliqui.* 2. quam *ab.* 3. elegit, ut merito *ABEFGde. (Vindob.) Oxon. Erfurt. Pamelii libri.* elegerit. ut merito *Dabc.* elegit? et merito *f. Haverc.* 4. ut a nostro *Dabcd.* 5. ut meo *ABEFG (λ)bcde. Vindob. Oxon.* ut in eo *Da.* in eo *Erfurt.* et in eo *f. Fulv. Ursinus, Haverc.* 6. si quidem (si quid *Oxon. Vindob.*) non solum ab eo postulo eam qui *ABDEFGabcde. Oxon. Erfurt. Vindob.* quod non solum ab eo postulo eam qui *f. Fulv. Ursinus.* non solum quod eam ab eo postulo qui *λ. Haverc.* 7. potest praestare, aut quod talis postulo qui *om. c.* 8. qui *F.* 9. cui soli eum subiicio *λ.* 10. quia vel *F. Pro* ipse se deum *in G. est* ipse deum., *et deinde pro* sit *B. habet* scit. 11. hominis *c.* 12. habet *Fλf. Vindob.*

lutem suorum adiuratione. Sic igitur Metam. II. [cap. 20.]: „Sed cum instantia Byrrhaenae, quae cum adiuratione suae salutis ingratis cogebat effari, perfecit ut vellet.“ Idem Metam. IX „Idque per spes prosperas eius orabat adiurans.“ B. Hieronymus in cap. 1. Epist. ad Tit. Comm. VII: „Accusationis occasio est, adiuratum per regem frequentius non bibisse.“ (Herald.) Adde Iuret. ad Symmach. Epist. III, 55.

h. suspicimus] Cf. supra ad cap. 18.

i. adiurare] h. e. *ἐξορκίζειν.* La Cerda citat P. Pithoei Advv. II, 8. et Cyprian. ad Demetr. „O si audire velles et videre, quando a nobis *adiurantur* et torquentur spiritalibus flagris.“, Prochorum Vita Iohannis cap. 36 „Nec multo post ascendit de flumine lupus dixitque illi Iohannes: *Adiuro* te, spiritus immunde: dic quot annos in hoc habitasti loco? Daemon respondit: septuaginta.“ Steph. Durantus De Ritib. Eccl. I, 19 „Tertio *exorcizamus sive adiuramus* ipsos, ter simul in faciem eorum et aures insufflando,“ quae sunt verba Synodi Constantinopolitanae sub Theodosio.

Cap. XXXIII. a. interest homini] Adverte insolitam verbi *interest* structuram. Alterum eius exemplum proferre non possum.

appellari imperator[b]. Grande et hoc nomen est, quod a deo traditur. Negat [13]illum imperatorem qui deum dicit; nisi homo sit non est imperator. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggeritur enim [14]ei a tergo: Respice post te! [15]Hominem te memento[c]! [16]Et utique hoc magis gaudet tanta se gloria coruscare, ut illi [17]admonitio condicionis suae sit necessaria. Minor erat, si tunc deus diceretur, [18]quia non vere diceretur. Maior est qui revocatur, ne se deum existimet.

Augustus, imperii formator[a], ne dominum quidem dici se vole- Cap. XXXIV.
bat[b]; et hoc enim dei est cognomen. Dicam plane imperatorem

13. ille *Oxon.* 14. ei *om. Aφ.* 15. Hominem te memento (mento *B.*) *ABEFGf. Vindob. Erfurt.* hominem memento te *Dabcde.* hominem te, hominem memento *λ.* 16. Et utique *ABFGλdef. Vindob. Pamelii libri.* Etiam utique *DEab. Erfurt.* Etiam *c.* 17. monitio *λ.* 18. quia non vere diceretur *om. DEa. Tuentur ABFGλbcdef. Gorziens. Vindob.*

Cap. XXXIV. *Inscriptio capitis in ABEG. Vindob. Erfurt. Oxon. aliisque est* DE (PRO *G.*) AVGVSTO IMPERATORE., *in ab.* NEC DOMINVM NISI MORE COMMVNI IMPERATOREM ESSE APPELLANDVM.

b. Satis habeat appellari imperator.] Horat. Od. III, 6, 5 „Dis te minorem quod geris, imperas."

c. Hominem te memento.] De hoc more v. praeter interprr. ad Sueton. Octav. cap. 91. et Bulenger. de Triumphis cap. 17. Isidor. Origg. XVIII, 2, 6 „Quod vero a carnifice contingebantur (sc. triumphantes), id esse indicium, ut ad tantum fastigium evecti mediocritatis humanae commonerentur." Cf. Plin. Hist. Nat. XXVIII, 4 „Similis medicina linguae, ut sit exorata a tergo fortuna gloriae carnifex." Hieronym. ad Paulam tom. IV. p. 55. ed. Bened. „Monitor quidam humanae imbecillitatis apponetur in similitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhaerebat per singulas acclamationes civium dicens: Hominem te esse memento!"

Cap. XXXIV. a. Augustus imperii formator] Verissimum elogium. Iulius enim imperium inchoaverat tantum ac veluti depalaverat, at Augustus formavit et constituit. „Reformatorem" eundem appellat libro de Anima cap. 46. At „imperii formator" apud Ammianum Marcellinum non eadem *ἐνεργείᾳ*, sed pro principe tantum ad imperium capessendum idoneo. Sic enim in oratione Valentiniani lib. XXVI. [p. 312. ed. Vales.]: „Quod erat igitur in manu positum vestra, nondum electo imperii formatore, utiliter et gloriose complestis." (Herald.)

b. ne dominum quidem se dici volebat] Rei maiestatis habebantur Christiani quod honores imperatoribus tribui solitos minuere, quosdam etiam suggillare viderentur. Nam primum ad honores divinos quod adtinet, eos non solum iis deferre detrectabant, sed plane damnabant et improbabant, quod ostendebat superiori capite Tertullianus. Eodem pertinet quod is disputat toto hoc capite de domini appellatione, quam quidem dicit Caesari minime negari a Christianis, quando more communi usurpatur, quum autem Caesarem ita appellant dominum, ut eum dei loco constituant, qui est proprie ac primario dominus omnium gentium, rex regum ac dominus dominantium, tum Christianos, qui sacrilegii caput suum nolunt obstringere, hac appellatione Caesarem prosequi palam recusare atque aspernari. Tota autem haec disputatio digna est quae serium lectorem advertat. Occurrunt enim in antiquis martyrologiis et aliis quibusdam scriptis loca nonnulla unde suspicari possit aliquis Caesares a Christianis pro dominis atque imperatoribus suis non fuisse habitos, qua de re quia disputatio paulo est diffusior, diatribam separatim dabimus. Ceterum pagani quum fideles ad sacrificandum compellerent, simul etiam quandoque hanc appellationem ab iis nominatim exigebant. Locus est hac de re insignis in celeberrimo illo Polycarpi agone apud Eusebium Hist. Eccles. lib. IV, 32: „*ἔπειθον παραχαθεζόμενοι καὶ λέγοντες, τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν Κύριε Καῖ-*

dominum, [1]sed more communi, sed quando non cogor, ut dominum dei vice dicam. Ceterum liber sum illi. Dominus enim meus unus est, [2]deus omnipotens aeternus, idem qui et ipsius. Qui [3]pater patriae est, quomodo dominus est? Sed et gratius [4]est nomen pietatis quam potestatis[c]. Etiam [5]familiae magis patres quam domini vocantur[d]. [6]Tanto abest[e] ut imperator deus debeat dici, [7]quod non potest credi [8]non modo[f] turpissima sed et perniciosa [9]adolatione. [10]Tamquam si [11]habens imperatorem [12]alterum appelles, nonne maximam et [13]inexorabilem offensam contrahes eius quem habuisti, etiam ipsi timendam quem appellasti? Esto religiosus in deum, qui vis illum propitium imperatori. Desine alium [14]deum credere atque ita et hunc deum dicere cui [15]deo opus est. Si non de mendacio erubescit [16]adulatio eiusmodi hominem deum appellans, timeat [17]saltim de infausto[g]. [18]Maledictum est ante apotheosin deum Caesarem [19]nuncupari.

Cap. XXXV. Propterea igitur [1]publici hostes Christiani, [2]quia imperatoribus

1. sed more communi *om. λf.* 2. deus omnipotens aeternus *AβDEλab. Erfurt.* deus omnipotens et aeternus (*AφBφ*)*ef. Haverc.* deus omnipotens aeternus deus *F.* omnipotens deus aeternus *Gcd. Vindob.* 3. patriae pater *F. Vindob. In λ. extat* Quomodo qui pater patriae est, dominus est? 4. est nomen *ABEFG. Vindob. Erfurt.* nomen est *Dabef. Haverc.* nomen *c.* 5. familiae *om. F. Vindob. Pro* etiam *in G. est* et ideo. 6. Tanto autem abest *d., ex libris scriptis nescio quibus.* 7. quod non potest credi *verba in λ. leguntur post voc.* adolatione, *in f. sunt omissa.* 8. nisi turpissima et perniciosa (perniciosissima *d., ex uno Vaticano.*) *cd.* 9. adolatione *AB. Elnon. Gandav.* 10. tamquam *om. λ.* 11. habes *E. Erfurt.* 12. alium *F.* 13. inexplicabilem *G.* 14. deum colere vel credere *d., ex libris scriptis nescio quibus.* 15. deis *λ.* 16. adulator *F.* 17. saltim *ABEG. Erfurt., ubicunque nihil adnotavero.* 18. Male traditum est *λ.* 19. nuncupari *ABFG. Vindob. Pamelii libri.* nuncupare *DEλabcdef. Erfurt. Oxon. In λ. post* nuncupare *haec addita leguntur* Scio te isto nomine male velle et male abominari (adominari *coni. Haverc.*), ut vivente adhuc imperatore deum appelles, quod nomen illi mortuo accidit (accedit *coni. Gasp. Scioppius et Haverc.*).

Cap. XXXV. *Caput trigesimum quintum, quod in E. Erfurt. Oxon. aliisque est trigesimum quartum, in ABEGab. Oxon. Vindob. Erfurt. Ambros. aliisque inscriptum est* DE SOLEMNIBVS (SOLLEMNIBVS *Aβ.* SOLEMPNITATIBVS *E. Erfurt.* SOLEMNIIS *Vindob.*) CAESARVM., *plenius in Vaticano uno* QVOD CHRISTIANI MAIORES ET VERIORES HONORES EXHIBENT IMPERATORIBVS QVAM GENTILES. 1. publice *G. Vindob.* 2. qui *G.*

σαρ, καὶ θῦσαι, καὶ σώζεσθαι;" (Herald.) Augustum domini appellationem recusasse, si testem quaeris, habes Sueton. Octav. cap. 53. Item Oros. VI, 21.

c. pietatis quam potestatis.] Cf. De Oratione cap. 2 „Dicendo autem patrem deum quoque cognominamus. Appellatio ista et pietatis et potestatis est."

d. quam domini vocantur.] Seneca Epist. XLVII „Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? Dominum patrem familiae appellaverunt, servos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares."

e. Tanto abest] De ellipsi comparativi *magis* v. quae adnotavi ad libr. De Test. Animae cap. 2.

f. non modo] *Non modo* hic est non solum, *οὐχ ὅπως*, Graecorum loquendi modo. (Herald.) Perniciosam dicit istiusmodi adulationem propter numinis indignationem et certam inde perniciem extimescendam.

g. de infausto.] Cf. Artemidor. Oneirocrit. III, 13 „*εἰ δέ τις νοσῶν θεὸς*

neque vanos neque mentientes neque temerarios[a] honores dicant, quia verae religionis homines etiam sollemnia[b] eorum conscientia potius quam lascivia celebrant. Grande videlicet officium focos et [3]toros in publicum [4]educere[c], vicatim epulari[d], civitatem tabernae habitu [5]abolefacere[e], [6]vino lutum cogere[f], catervatim cursitare ad iniurias[g],

3. choros *DEFab. Vaticanus unus.* 4. deducere λ. 5. obolefacere *c. Ios. Scaliger. In* λ. *est* civitatem in tabernae habitum demutare. 6. vinulentiam facere λ. vinolentum cogere *G.*

εἶναι νομίσειε, τεθνήξεται· ἀθάνατοι γὰρ οἱ θεοὶ, καὶ οἱ ἀποθανόντες, ἐπὶ μηκέτι τεθνήξονται." Tacit. Annal. XV, 74. fin. „Nam deûm honor principi non ante habetur quam agere inter homines desierit."

Cap. XXXV. a. temerarios] Temerarium est lasciviis colere deos; immo hoc non colere, sed provocare, sed irritare.

b. sollemnia] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 6. Sollemnia Caesarum intellege natales, triumphos, vota publica suscepta, decennalia, vicennalia, tricennalia, quae passim in nummis veteribus et fastis consularibus memorantur.

c. focos et toros in publicum educere] Ita soliti in celebrioribus ac sollemnioribus festivitatibus. Infra cap. 42 „Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiariis suprema coenantibus mos est." Tacit. Annal. XV „Ipse quo fidem adquireret, nihil usquam perinde laetum sibi, publicis locis struere convivia totaque urbe quasi domo uti." (Herald.) Adde Constantin. ad Porphyrogen. filium cap. ult. *„οἱ δὲ πολῖται ἀσμένως πάντα δεξάμενοι εὐφραίνοντο καθὼς παρηγγέλθησαν — — εὐφραίνοντο δὲ πανοικοί."* Focos intellege acerras; toros de lectisterniis.

d. vicatim epulari] Nam per tribus, familias ac vicinias publice convivabantur in eiusmodi sollemnitatibus, non sine insolentia. Quo factum ut ab eiusmodi epulis Christiani abstinuerint, simul etiam (et haec fortasse causa fuit praecipua), quod ibi diis libarent et alia superstitionis officia impenderent. Ioseph. de Bello Iud. VII, 10., ubi Vespasiani adventum describit: *„τρέπεται δὲ τὰ πλήθη πρὸς εὐωχίαν, καὶ κατὰ φυλὰς καὶ γένη καὶ γειτονίας ποιούμενοι τὰς ἑστιάσεις εὔχοντο τῷ θεῷ σπένδοντες, αὐτόν τε ἐπὶ πλεῖστον χρόνον Οὐεσπασιανὸν ἐπιμεῖναι τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ"* cett. (Herald.)

e. civitatem tabernae habitu abolefacere] Hoc est civilem ordinem honestumque tabernaria confusione commutare, ex civitate ganeum et popinam olidam facere, perinde ac si omnes viles essent tabernarii, ut vocat Caelius. (Fr. Iunius.) Ios. Scaliger cum Sigism. Gelenio, sive potius Franc. Zephyro, maluit *obolefacere*, h. e. *κνισσᾶν*. At retinendum est *abolefacere*, ut sententia sit: toti civitati quasi tabernae faciem induere eiusque habitum ita demutare, ut iam amplius similis sui non sit et prae illa veluti abolita esse videatur. Cf. De Cultu Fem. I, 3 „perinde potuit *abolefactam* eam violentia cataclysmi in spiritu rursus reformare."

f. vino lutum cogere] Cum in huiusmodi solemnitatibus soleant fontes fieri, procul dubio ad hos alludit, cum eo sparso lutum vinolentum decerpatur, quo homines sese impetant ludibundi, nisi quis ad seria colligat pauperculus, ut domui suae provideat. (La Cerda.) Interpretere simpliciter: vino profuso humum madidare et inebriare ita, ut lutum fiat.

g. catervatim cursitare ad iniurias] Cf. infra cap. 39 „Inde disceditur, non in catervas caesionum, neque in classes discursationum, neque in eruptiones lasciviarum." (Herald.) Vox *catervatim*, ut supra et Ad Uxor. II, 3. *vicatim*. Aliquid exemplorum dabo. Ab animantibus Nigidius *canatim, bovatim, suatim*. Varro dicit *frustratim, frustillatim, datatim*. Caecilius *ossiculatim*, Saxo *victim* et *arctuatim*, Cicero *arctim*, Plautus et Naevius *assulatim*, Sisenna *celeratim, enixim, dubitatim*, Pomponius *festinatim*, Titinnius *semitatim*, Plautus *tuatim*, Laberius *mauricatim* (nisi legendum *manicatim*), Plautus *perplexim*. (La Cerda). Ex Tertulliano adde *templatim* Apol. cap. 42., ex Apuleio *acervatim, aggeratim, agminatim*. Apul. Metam. IV, 8., ex Petronio cap. 44. *urceatim*. Cf. Taubm. ad Plaut. Curc. II, 3, 17. p. 331. Epid. III, 2, 15. p. 505. Priscian. XV, 4. p. 624. Kr., Barth. Advv. XXXV, 10. p. 1649., Wakef. ad Lucret. I, 46., Forbiger Dissert. de Lucret. p. 43., Voss. Aristarch. tom. II, p. 982. ed. Eckstein.

[7]ad inpudentias, ad libidinis inlecebras. [8]Sicine[h] exprimitur publicum gaudium per [9]dedecus publicum? [10]Haecine solemnes dies principum decent, quae alios [11]dies non decent? Qui observant disciplinam de Caesaris respectu[i], [12]hi eam propter Caesarem [13]deserunt, et malorum morum licentia pietas erit, occasio [14]luxuriae religio deputabitur[k]? O nos merito damnandos! Cur enim vota et gaudia Caesarum casti et sobrii et probi expungimus[l]? cur die laeto non laureis postes [15]obumbramus nec lucernis diem [16]infringimus[m]? Honesta res est solemnitate publica exigente [17]induere domui tuae habitum alicuius novi lupanaris[n]. Velim tamen in hac quoque religione secundae maiestatis, de qua in secundum sacrilegium convenimur[o] Christiani non celebrando vobiscum

7. ad inpudicitias, ad libidinum ludibria λ. 8. Sicine *AB. Vindob.* Sic ne *G.* Sic enim λ. Siccine *reliqui.* 9. dedecus publicum *ABEGλ. Erfurt.* (*Vindob.*) publicum dedecus *DFabcdef.* 10. Haecine *A.* Haeccinæ *reliqui. In λ. extat* Haec in solemnes dixi principum decernuntque alios dies non decet. Quae observant *cett.* 11. dies *om. FG.* 12. ii *abcde.* hii *E. Erfurt.* 13. deserent *f. Fulv. Ursinus, Haverc.* 14. luxorie *A., pro more.* 15. adumbramus *c.* 16. effringimus λ. 17. inducere *ac.*

h. Sicine] Sic libri optimi, non *Siccine,* ut vulgo; et ita paulo post *Haecine* pro *Haeccine.* V. de hac scriptura Hand Tursell. III, p. 83. Hildebrand. ad Apul. Metam. III, 23. p. 193.

i. de Caesaris respectu] De praepositione *de* causam vel instrumentum et originem denotante cf. adnot. ad De Spectac. cap. 25.

k. occasio luxuriae religio deputabitur?] De Idololatria cap. 1 „Quae enim idololatriae sollemnitas sine ambitione cultus et ornatus? In illa lasciviae et ebrietates cum plurimum victus et ventris et libidinis causa frequententur."

l. expungimus] Hoc est perficimus. Amat ita uti hoc verbo Septimius. Apolog. cap. 15 „Ceterum si adiciam — — in ipsis plerumque aedituorum et sacerdotum tabernaculis sub isdem vittis et apicibus et purpuris thure flagrante *libidinem expungi*" cett. Ibid. cap. 20 „unum tempus est divinationi futura praefanti; apud homines, si forte, distinguitur, dum *expungitur,* dum ex futuro praesens, dehinc ex praesenti praeteritum deputatur." Ibid. cap. 21 „Duobus enim adventibus eius significatis, primo, qui iam *expunctus* est in humilitate conditionis humanae, secundo" cett. Ad Natt. I, 7 „Haec si *expunxeris,* vives in aeternum." Scorpiac. cap. 10 „et totum hunc ordinem in terris confessio vel negatio *expungit.*" Ad Martyr. cap. 6 „immo et omni contumelia *expuncti.*" Apolog. cap. 2 „debito poenae nocens *expungendus* est, non eximendus." De Idol. cap. 1 „Nam etsi suam speciem tenet unumquodque delictum, etsi suo quoque nomine iudicio destinatur, in idololatriae tamen crimine *expungitur.*" Ibid. cap. 13 „apud alios mercedis debitum *expungunt.*" Ibid. cap. 16 „operae meae *expunctio.*"

m. cur die laeto non laureis postes obumbramus nec lucernis diem infringimus?] De hoc more v. Plin. H. N. XVI, 30. Tacit. Ann. XV, 17. Apul. Metam. IV, 26. Lucan. Phars. II, 354. Iuvenal. Sat. VI, 51. 79. 227. XII, 91. cum interprr. Wernsdorf. Poët. Lat. Min. tom. V. p. 51. Sagittarius de Ian. Vett. cap. 30 sqq. n. 16. 17. 25. (in Graevii Thes. Antiqu. tom. VI. p. 514.) Lips. Elect. I, 3. p. 638. ed. Vesal., et quos praeterea indicat Hildebr. ad Apul. Metam. IV, 36. p. 277. Cf. Tertull. De Idolol. cap. 15. et De Corona cap. 13.

n. induere domui tuae habitum alicuius novi lupanaris.] Cf. quae adnotavi ad De Idol. cap. 15. fin.

o. in secundum sacrilegium convenimur] Cf. supra cap. 31., et quae dixi ad cap. 10. Purgaverat antea Tertullianus crimen laesae religionis, antequam crimen laesae augustioris maiestatis aggrederetur, quo nunc in argumento versatur. Verum ostendit hoc quoque no-

[18] solemnia Caesarum quo more celebrari nec modestia nec verecundia nec pudicitia permittunt, sed occasio voluptatis magis quam [19] digna ratio persuasit, fidem et veritatem [20] vestram demonstrare, ne forte et [21] isthic deteriores Christianis [22] deprehendantur qui nos nolunt Romanos haberi, [23] sed ut hostes principum Romanorum. Ipsos Quirites, [24] ipsam vernaculam[p] septem collium plebem convenio, an alicui Caesari suo parcat illa lingua Romana? Testis [25] est Tiberis, et [26] scholae bestiarum[q]. Iam si pectoribus [27] ad translucendum quan-

18. sollemnia Caesarum quomodo celebranda occasio voluntatis magis quam digna ratio persuasit si nec modestia nec verecundia permittunt fidem et veritatem nostram demonstrare λ. 19. dignatio persuasit *Aβ*. *Verba* sed occasio voluptatis magis quam digna ratio persuasit *om.f.* 20. nostram *a*. 21. isti *f*. istis *Oxon*. 22. deprendantur *F. Vindob., pro more*. 23. sed ut *ABDEFGλ. Oxon. Vindob. Erfurt.* sed *abcdef. Haverc.* 24. ipsamque λ. *Haverc.* 25. et Tiberis *abcd.* 26. schola bestiarum *f.* scholae bestiariûm *Latinius*. 27. humanis ad transducendum quoddam (translucendum quondam *emend. Haverc.*) specularem materiam natura λ. ad translucendum quoddam speculare natura *Meursius Crit. Arnob. p.* 228.

mine Christianos impios ac sacrilegos haberi, quod imperatorum maiestas secundum post deos immortales locum obtineat, atque iis idcirco veluti secunda religio impendenda sit, a qua si quis abstineat, sit veluti secundi sacrilegii reus.

p. vernaculam] Nam et plebeculae ingenia vulgo sunt ad procacitatem propensiores. Corn. Tacitus lib. III. Historiarum [cap. 32.]: „Mox tertiadecimanos ad exstruendum amphitheatrum relictos, ut sunt procacia urbanae plebis ingenia, petulantibus iurgiis illuserant.“ Et lib. II. [cap. 88.]: „Et effusa plebs totis se castris miscuerat. Incuriosos milites vernacula urbanitate quidam spoliavere abscissis furtim baltheis an accincti essent rogitantes.“ (Herald.) Cf. Laur. Pignor. de Servis p. 1149. in tom. III. Poleni Suppl. Thes. Antiqu., qui *vernaculam* explicat per *dicacem*.

q. Testis est Tiberis, et scholae bestiarum.] De hoc loco quid pronuntiem certi habeo plane nihil. Nam quod alii afferunt, nihil nos iuvat. Fortasse alludit Tertullianus ad plebis Romanae consuetudinem, quae ut novo principi placeret, simul etiam extincti memoriam exosa quandoque diris contumeliis defunctum principem prosequebatur ac cadaver eius in Tiberim abiici aut bestiis laniandum exponi postulabat, cuius rei exemplum recens extiterat post necem Commodi, cuius corpus ut unco traheretur atque in Tiberim mitteretur ab senatu populoque, qui ei toties in circo et amphitheatro turpissime adulati fuerant, flagitatum scribit Lampridius. Notat hanc Romani vulgi inconstantiam Dio in Pertinace: „*ὅσα δὲ εἰώθεσαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ τῇ τοῦ Κομμόδου θεραπείᾳ εὐρύθμως πως ἐκβοᾶν, ταῦτα τότε μεταχηματίζοντες εἰς τὸ γελοιότατον ἐξῇδον.*“ Sed haec nobis nequaquam satisfaciunt. Quid? si scripserat Tertullianus: „Testis est *circus* et scholae bestiarum.“ Nam in circo maledicta multa in ipsum principem congesta ab iis qui adversis factionibus favebant, satis notum. Tertull. De Spectac. cap. 16 „Sed circo quid amarius? ubi ne principibus quidem aut civibus suis parcunt.“ Capitolinus de Vero imperatore [pag. 37. C. ed. Salmas.]: „Circensium tantam curam habuit, ut frequenter provincialibus litteras causa circensium et miserit et acceperit. Denique etiam praesens et cum Marco sedens multas a Venetianis est passus iniurias quod turpissime contra eos faveret.“ Non liquet. (Herald.) Iac. Gothofredus in notis ad Tertull. Ad Natt. I, 17. refert hoc ad domum Tiberianam seu palatium Caesarum. Sed olim, ut puto, fluvii ripae vulgus adhabitabat, potentiores montes occupabant, tuti ab inundationibus. Cum itaque de plebe loquatur, nihil commodius quam habitationis locum indigitare potuit. Gallus interpres Giry nescio de qua Tybridis statua somniat „les placards que l'on attache à la statue du Tybre.“ (Havercamp.) Circum certaminaque cruenta eius hic significari extra dubium esse videtur. Circus Maximus et Circus Flaminius a

dam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia [28]insculpta [29]apparent [30]novi ac novi Caesaris [31]scenam[r] congiario [32]dividundo praesidentis? Etiam illa hora qua adclamant:

[33]De nostris annis augeat tibi Iupiter annos[s]!

28. insculpta (*ΑφΒφDφ*) *FGλcdef. Pamelii aliquot libri et Vindob.* insculta (*puncto sub* s *littera ab antiqua manu posito*) *Aβ.* inscalpta *ab.* inculta *E. Erfurt. Oxon. Ambros.* 29. apparent *ABDEG. Ambros. Erfurt. Oxon. Vindob.* appararent *Fabcf. Haverc.* appararent *de., ex libris scriptis nescio quibus.* pareret *λ. Fulv. Ursinus emendat* appararent hac novi Caesaris scena. 30. novi Caesaris *DF.* novum ac novum Caesarem *λ.* 31. scenam conceario *λ.* scenam cogiario *G.* scenam in congiario *d.* scena in congiario *bc.* 32. dividundo praesidentis (praesentis *Gc.*) *ABFGcdf. Vindob.* dividendo praesidentis *DEabe.* dividundo praesidentem *λ.* 33. De nostris annis augeat tibi Iupiter annos *ABDFGλabc. Vindob.* De nostris augeat tibi Iuppiter annos *E. Erfurt. Oxon.* De nostris annis tibi Iupiter augeat annos *def. Haverc.*

Tiberi haud procul abiacebant, Campumque Martium, ubi non semel ludi spectati sunt, ipse fluvius adluebat. Per *scholas bestiarum* speciatim denotantur venationes, in quibus bestiae, fere ut pueri in ludis publicis, edocerentur et exercerentur, videlicet hominibus dilaniandis, qui se ad illas auctoraverant. Hinc recte Rigaltius: „Significat, inquit, spectacula et circos, in quibus caveae, unde a munerariis, tamquam ludimagistris, emittebantur leones, ursi et huiusmodi ferae laniandis hominibus eruditae et homines cum feris depugnare docti. Itaque et studiosiores feras dixit libro ad Nation. II, 14. Inter ea vero spectacula auditae nonnunquam populi voces etiam in suos Caesares obliquae.“ Addo gemellum locum Ad Natt. I, 17 „Vanitatis sacrilegia conveniam, et ipsius vernaculae gentis inreverentiam recognoscam, et festivos libellos quos statuae sciunt, et illa obliqua nonnunquam dicta a concilio atque maledicta quae circi sonant.“

r. scenam] Sic Virgilius [Ecl. III, 106.]: „Flores *inscripti nomina* regum.“ (Rigalt.) Si natura, ait, pectoribus humanis quandam specularem materiam ad translucendum obduxisset, quotusquisque est vestrum cuius non praecordia vota proderent nefaria libidine suscepta de Caesaris morte, ut cum novo usque novum congiarium lucrifieret? De temporum variatione *obduxisset — apparet* cf. supra cap. 23 „*Nollent* itaque vos tam fructuosos — amittere, vel ne a vobis quandoque a Christianis *fugentur,* si illis sub Christiano volente vobis veritatem probare mentiri *liceret.*“

s. De nostris annis augeat tibi Iupiter annos!] Diversis acclamationibus principes in circo ac theatro fuisse exceptos vulgo notum est. Sed ad hunc locum quod adtinet, observavimus ex Tertulliani libro de Spectaculis [cap. 25.] acclamatum iis quandoque fuisse *εἰς αἰῶνας.* „Quale est enim de ecclesia dei in diaboli ecclesiam tendere? illas manus, quas ad dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere? *εἰς αἰῶνας* alii omnino dicere nisi deo Christo?“ Quin enim postremis illis verbis acclamationes imperatoribus tribui solitas in theatro perstringat, nullus dubito, ac fortasse alludebat Tertullianus formam quam ab ipso Commodo traditam scribit Dio in eius historia: „*πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις,* inquit, *καὶ ἐπεβοῶμεν τότε ἄλλα ὅσα ἐκελεύμεθα καὶ αὐτὸ τοῦτο συνεχῶς Καὶ κύριος εἶ, καὶ πρῶτος εἶ, καὶ πάντων εὐτυχέστατος· νίκας νικήσεις ἀπ' αἰῶνος, Ἀμαζόνιε, νικᾷς!*“ Hic autem habemus peculiarem acclamationem versu contextam, ut existimem non fuisse tritam illam et passim usurpatam, sed singularem et singulari alicui causae adtributam. Et certe, aut ego vehementer fallor, respicit Tertullianus Severi munificentiam, quam is imperii sui anno decimo exhibuit, eodem anno quo Plautilla, Plautiani filia, Antonino, Severi filio, fuit nuptum data. Scribit enim Dio eum popello ac praetorianis militibus tot dedisse aureos quot annos imperaverat, atque hac ratione omnes omnium largitiones eum superasse: „*ὁ δὲ Σεβῆρος,* inquit, *ἐπὶ τῆς δεκαετηρίδος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδωρήσατο τῷ τε ὁμίλῳ παντὶ τῷ σιτοδουμένῳ καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς δορυφόροις ἰσαρίθ-

[34]Haec Christianus tam enuntiare non novit [35]quam de novo Caesare optare. Sed vulgus, inquis. Ut vulgus[t], tamen Romani, [36]nec ulli magis [37]depostulatores[u] Christianorum quam vulgus. Plane ceteri ordines pro auctoritate religiosi ex fide. Nihil hosticum de ipso senatu, [38]de equite, de castris, de palatiis ipsis [39]spirat. Unde Cassii et Nigri et Albini[v]? unde qui inter [40]duas laurus obsident Caesarem[w]? unde qui [41]faucibus eius exprimendis palaestricam exer-

34. sed Christianus tam pronuntiare **λ**. *Loco voc.* enuntiare *in G. vacuum spatium conspicitur.* 35. quam novum Caesarem optare **λ**. quam diu de novo Caesare optare *Da.* 36. ne ulli *E.* nec illi *a.* 37. depopulatores **λ**. depostulares *E. Erfurt.* 38. de aequitate **λ**. 39. spirat *f. Haverc.* spirant *ABDEFGλabcdef. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros. alii. Pro* ipsis *in c. extat* istis. 40. duas laurus *ABλf.* (*Vindob.*) *Haverc.* duas lauros *DEFabcde. Erfurt. Oxon.* duas laureos *G.* divas lauros *La Cerda.* 41. fascibus *E* (*m. pr.*) *a. Erfurt.*

μους τοῖς τῆς ἡγεμονίας ἔτεσι χρυσοῦς· ἐφ᾽ ᾧ καὶ μέγιστον ἠγάλλετο· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς οὐδεὶς πώποτε τοσοῦτον αὐτοῖς ἀθρόως ἔδωκεν.“ Verisimile est igitur plebeculam illam ac cohortes praetorianas istam principis liberalitatem, quam imperii sui annis accommodaveral, hac acclamatione fuisse prosecutas. Ad hanc autem munificentiam pertinere existimo nummos quos expressit Goltzius cum hac inscriptione ab una parte: IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG., ab altera autem: LIBERALITAS. AVGG. SC. (Herald.) Cf. Ovid. Fast. I, 611 „Augeat imperium nostri ducis, augeat annos!“ Ambros. de Obitu Valentin. cap. 43. (p. 1186. ed. Bened.): „Nec ego abnuo immatura obiisse aetate, quem nostrae vitae temporibus fulcire cuperemus, ut de nostris annis viveret qui fungi non potuit suis.“ Adde Brisson. De Formul. I, p. 95 sqq. Ferrar. De Acclamationibus II, 19 sq.

t. Ut vulgus] Hoc loco mire mihi placuit coniectura Scriverii, ita in ora codicis mei emendantis. Antea legebatur „Sed vulgus, inquis, ut vulgus. Tamen“ cett. Putide prorsus, nec satis ad abruptum nostri stilum. Sit vulgus, inquit, quod hoc cogitet, tamen illud maximum populi Romani turbam facit. (Havercamp.)

u. depostulatores] Tertull. Scorpiac. cap. 8 „Nam et Danielem nullius praeter dei supplicem et idcirco a Chaldaeis delatum ac *depostulatum* statim utique conclusa et usitata feritas leonum devorasset“ cett. Pass. SS. Perpetuae et Felicitatis cap. 21 „Et cum populus illos in medio *postularet*, ut gladio penetranti in eorum corpore oculos suos comites homicidii adiungeret, ultro surrexerunt“ cett. De re cf. infra cap. 40. et 50.

v. Unde Cassii et Nigri et Albini?] Cf. Ad Scap. cap. 2. et Ad Natt. I, 17. De Avidio Cassio imperii usurpatore eiusque exitu v. Vulcat. Gallicanum in eius vita, Iul. Capitol. Anton. cap. 25. Dionem Cass. LXXI, 21 sqq. De Pescennio Nigro v. Ael. Spartianum in eius vita, et Dionem Cass. LXXIV, 6 sqq. De Clodio Albino v. Iulium Capitolinum in eius vita, Dionem Cass. LVIII, 15 sqq. Spartian. Severo cap. 11. Eutrop. Breviar. VIII, 18. Aurel. Vict. Caes. cap. 20. et Epit. cap. 20. Oros. VII, 17.

w. unde qui inter duas laurus obsident Caesarem?] Locus obscurus et qui mira interpretationum monstra peperit. Nam quae de duobus Domitiani triumphis somniant, quaeso, quis est tam serius, cui non excitent risum? Nisi fallor, notat Tertullianus seditionem illam quae, cum in laureto inter lucos lauris consitos valetudinis causa degeret Commodus, inter populum ac praetorianos milites duce Cleandro in ipso suburbio, quo secesserat imperator, excitata est, quaeque Commodum ipsum maximo discrimini admovit, nisi sororis interventu Cleandrum iussisset interfici. Nam Commodum tunc temporis fuisse in eo suburbio veluti obsessum atque in magno vitae discrimine versatum constat ex Herodiani libro primo [Herod. I, 12.], ubi haec inter cetera: „*καὶ τὸ τελευταῖον διάγοντος ἐν προαστείῳ τοῦ Κομμόδου ἐπελθόντες παυδημεὶ ἐβόων καὶ τὸν Κλέανδρον εἰς θάνατον ἤτουν· ταραχῆς δ᾽ οὔσης περὶ τὸ προάστειον τοῦ τε Κομμόδου ἐν ἀνακεχωρηκόσι τόποις ἡδοναῖς σχολάζοντος ἀγνοοῦντός τε τὰ θρυλλούμενα, αἰφνιδίως*

cent[x]? unde qui armati palatium inrumpunt[y], omnibus [42]tot Sigeriis atque Partheniis audaciores[z]? De Romanis, [43]nisi fallor, id est de non Christianis. Atque adeo omnes illi sub ipsa [44]usque impietatis eruptione et sacra faciebant pro salute imperatoris et genium

42. tot Sigeriis (sygeriis *F.* Sigeris *B.*) *ABDEFλa. Bongars. Erfurt. Vindob. Oxon.* tot signis *G.* Sigeriis *f. Haverc.* Stephanis *bcde.* 43. ni fallor *bcd.* 44. usque *om. λ.*

οὐ προσδοκῶντος τοῦ δήμου ἐπιφαίνονται ὡπλισμένοι κελεύσαντος τοῦ Κλεάνδρου" cett. Ibi autem Commodum in summo periculo versatum ostendit sororis ipsius oratio: „*σὺ μέν*, ἔφη, *ὦ βασιλεῦ, μένων ἐπὶ ἡσυχίᾳ τῶν πραττομένων ἀγνοίᾳ ἐσχάτῳ καθέστηκας κινδύνῳ*" cett. Eo autem secessisse Commodum propter loci salubritatem, quem laurorum fragrantia, *εὐωδίᾳ τε τῆς τῶν δαφνῶν ἀποφορᾶς καὶ τῶν δένδρων ἡδείας σκιᾶς* saluberrimum esse existimabant, scribit eodem loco Herodianus. Sane de Commodo loqui Tertullianum ostendunt sequentia. (Herald.) Innuit lauretum, quo secesserat Commodus aëris salubrioris gratia, cum in urbe pestilentia grassaretur. Historiam narrat Herodianus. P. Victor regione Urbis XIII. meminit laureti maioris et laureti minoris. Erant duo luci, et in vetustis martyrologiis legitur: „III. Id. Aug. Romae *inter duas lauros*, natale S. Tiburtii martyris." Chronicon Alexandrinum [pag. 320.], ubi de Valentiniani Imper. nece: *ἐσφάγη ἐν Ῥώμῃ μέσον δύο δαφνῶν.*" (Rigalt.) Errant Heraldus et Rigaltius Tertulliani verba de motu illo accipientes, qui exortus est cum Commodus Laurenti degeret, neque confundi debebat Laurentum cum Laureto, maiore minoreve, quae Romae fuisse, quorumque intermediam lucorum regionem *inter duas lauros* vel *laurus, μέσον δύο δαφνῶν*, appellatam fuisse testimonia ab Rigaltio allata satis evincunt. Cf. inscr. ap. Gruter. 249, 8. Murator. p. 604. Orell. tom. I, p. 68. not. 5. Cf. Vet. Kalend. ap. Orell. tom. II. p. 396. Quasnam insidias Commodo paratas Tertullianus hic intellegat, non liquet. Non semel ille imperator petitus erat, ut refert Amm. Marcellinus lib. XIX. p. 550.

x. unde qui faucibus eius exprimendis palaestricam exercent?] Aurel. Victor Epit. cap. 33. de morte Commodi: „Ad extremum ab immisso validissimo palaestrita compressis faucibus expiravit anno vitae tricesimo secundo." Cf. Id. Caes. cap. 17. Herodian. I, 17. Ceterum fauces premere proprium palaestritarum est. Lucian. *περὶ Γυμνασίων*: „*οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν, οἱ δὲ ἄγχουσι καὶ λυγίζουσιν.*"

y. unde qui armati palatium inrumpunt] His verbis notantur Pertinacis percussores. V. Dio Cass. LXXIII, 9 sqq. Iul. Capitol. Pertinace p. 57. ed. Salm.

z. omnibus tot Sigeriis atque Partheniis audaciores?] Tertullianum scripsisse existimo *omnibus Chaereis et Partheniis audaciores:* vel etiam *omnibus Corneliis, Chaereis et Partheniis audaciores.* Scriptum fortasse fuerat *omnibus Cor.* pro *Corneliis*, unde effecerunt *tot.* Si haec coniectura vera est, Cornelium Sabinum et Cassium Chaeream cohortium praetorianarum tribunos, a quibus Caligula confossus est, intelligit Tertullianus. De Cornelio, cuius nomen minus est celebre in ea historia, non ita contenderim, sed Chaereae nomen sub his litterarum involucris latere mihi paene persuadeo. Ceterum haec verba alii referunt ad Pertinacis nefaria militum suorum coniuratione peremti necem: alii ad Plautiani coniurationem, quorum sententiae accedimus. Plautianum enim ex eo convictum, quod intempesta nocte in palatium irrupisset armatus, scribunt historici. (Herald.) Stephanum et Parthenium oppressores Domitiani memorant Sueton. Domit. cap. 16 et 17. Aurel. Victor Epit. cap. 23. Dio Cass. LXVII, 15 sqq., alii. Sed etiam Sigerius a Dione inter Domitiani interfectores enumeratur, eundemque cum Parthenio coniungit etiam Martial. Epigr. IV, 78 „Sigeriosque modo Partheniosque sonas." De brachylogia *omnibus tot* Sigeriis atque Partheniis (quorum tantus est numerus), audaciores, cf. verba Minucii Felicis Octav. cap. 6 „aliquid de summa rerum maiestate decernere, de qua *tot omnibus* saeculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa philosophia deliberat," ad quae Davisius citat Terent. Andr. 1, 1, 28. ibique Donat., et eiusdem Eunuch. I, 2, 5. Lucret. III, p. 388. Lambin., Sedul. IV, 52.

eius [45] deierabant, alii foris alii intus[a], et utique publicorum hostium nomen Christianis dabant. [46] Sed et qui nunc scelestarum partium socii aut plausores cotidie revelantur[b], post vindemiam parricidarum racematio [47] superstes, quam recentissimis et ramosissimis laureis postes [48] praestruebant[c], quam elatissimis et clarissimis lucernis [49] vestibula nebulabant[d], quam cultissimis et superbissimis toris forum sibi dividebant, non ut gaudia publica celebrarent, [50] sed ut vota propria iam [51] ediscerent[e] in aliena sollemnitate [52] et exemplum atque imaginem [53] spei suae inaugurarent, nomen principis in corde [54] mutantes. Eadem officia [55] dependunt et qui astrologos et aruspices et augures et magos de Caesarum capite [56] consultant[f], quas

45. degerabant *A. m. pr., pro more.* degerebant *G.* 46. Sed qui *Da.* 47. superest *λ.* 48. perstruebant *E.* 49. vestibula nebulabant *ABEGf. Bongars. Erfurt. Ambros.* vestibula nubilabant *λ. Oxon.* vestibulabant *F. Vindob.* vestibula enubilabant *Dabcde. Haverc. Pro* clarissimis *in Oxon. est* lucentissimis. 50. sed ut vota publica propria iam *λ. In F. legitur* quam superbissimis, cultissimis et choris forum sibi dividebant, non ut gaudia publica celebrarent. *Pro* toris *Fulv. Ursinus volebat* tauris. 51. ediscerent in aliena *Fλ. Vindob.* ediscerent et in aliena *abcde.* ediserent in aliena *AB.* edicerent in aliena *DEf. Erfurt.* edisserent ne in aliena *G.* 52. et exemplum *ABFGf. Vindob.* exemplum *DEabcde. Erfurt. Oxon.* 53. speciei *G.* 54. imitantes *a.* invitantes *G.* 55. dependent *Oxon.* 56. consulant *a.*

a. alii foris alii intus] Quibus aliud in ore, aliud in pectore. (Rigalt.)

b. Sed et qui nunc scelestarum partium socii aut plausores cotidie revelantur] Eruditissimus Cardinalis colligebat ex hoc loco in Annalibus Ecclesiasticis [tom. II, p. 264.], scriptum fuisse Apologeticum, cum Severo in Syriam profecto Plautianus in Urbe quasi imperaret, quam quidem sententiam confutabamus antea, ubi hunc Tertulliani locum cum Spartiani historia componebamus. De Plautiani consciis haec intelligimus, quos post Plautiani necem conquisitos et quotidie revelatos discimus ex Dione. (Herald.) Cf. Casaub. ad Ael. Spartian. pag. 118. not. 43. ed. Salm. Nourry aliique Albinianae factionis socios significari existimabant. *Plausores* sunt fautores, auxiliatores. De Paenit. cap. 10 „Quid consortes casuum tuorum et *plausores* fugis?“

c. laureis postes praestruebant] Sustuli signum interrogationis, quo vulgo clauduntur membra *quam recentissimis — praestruebant,* et *quam elatissimis — nebulabant,* et *quam cultissimis — dividebant.* De laureis et lucernis v. quae supra adnotavi ad capitis initium.

d. nebulabant] Est enim de lucernis etiam clarissimis fuligo. (Rigalt.) Pers. Sat. V, 180 sq.: „— unctaque fenestra Dispositae pinguem nebulam vomuere lucernae.“

e. sed ut propria vota iam ediscerent] Ut praegustarent propriorum votorum gaudia, quorum se compotes iam et ipsos Caesares factos videbant.

f. de Caesarum capite consultant] Quod fuit semper capitale. Paulus lib. V. Sentent. [V, 21, 3.]: „Qui de salute principis vel summa republica mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit, capite punitur.“ Sane existimabant eos qui de summa republica vel imperatoris salute consulebant, praesentis status pertaesos rebus novis studere, quia raro contingebat, ut quis res eiusmodi adgrederetur, nisi consultis ariolis aut magis. [Cf. Tacit. Ann. II, 27 sq. III, 22 sq. XVI, 23. 30 sq. Amm. Marcell. XVI, 8. Sozom. Hist. Eccl. VI, 35.] — — — Tangit autem hoc crimen nominatim Tertullianus, quia sub Severo et quum ista scriberet, vel aliquot annis antea, perniciei causa pluribus extiterat. Spartianus in Severo [cap. 15.]: „Multos etiam, quasi Chaldaeos aut vates de sua salute consuluissent, interemit.“ Sed eodem crimine Severus ipse, quum adhuc privatus esset, paene absumptus erat. Spartianus: „In Sicilia, quasi de imperio vel vates vel Chaldaeos consuluisset, reus factus apud praefectos praetorio, quibus

artes [57] ut ab angelis desertoribus proditas[g] et a deo interdictas ne suis quidem causis adhibent Christiani. Cui autem opus est perscrutari super Caesaris [58] salute, nisi a quo aliquid [59] adversus illam cogitatur vel optatur, aut post illam speratur et sustinetur[h]? Non enim ea mente [60] de caris consulitur qua de dominis. Aliter curiosa est sollicitudo sanguinis[i], aliter servitutis.

Cap. XXXVI. Si haec ita sunt, ut hostes [1] deprehendantur qui Romani [2] vocabantur, cur nos, qui hostes [3] existimamur, Romani negamur? Non possumus et [4] Romani non esse et hostes [5] esse[a], cum hostes reperiantur qui Romani [6] habebantur. Adeo pietas et religio et fides imperatoribus [7] debita non in huiusmodi officiis consistit quibus et

57. ut *om. Haverc.* 58. salutem *FG. Vindob.* 59. adversum illam *G.* ad verillam *F. Vindob.* 60. de caris (karis *E.*) *ABDEabcdef. Oxon. Erfurt. Ambros.* de Caesare *G.* de Caesaris *λ.* de Caesaribus *F. Vindob.*

Cap. XXXVI. *Capitis inscriptio in ABEG. Vindob. Oxon. Erfurt. est* DE AEQVALITATE OMNIVM PERSONARVM., *in ab.* QVOD CHRISTIANI AEQVE OMNES AMANT., *in Vaticano uno* QVOD CHRISTIANI TENENTVR DILIGERE NON SOLVM IMPERATORES SED ET OMNES HOMINES. 1. deprendantur *F. Vindob.* 2. vocantur *Gλ. Om. D.* 3. existimantur Romani negantur? *F. Vindob.* existimamur Romani negemur? *bc.* 4. Romani non esse *ABDEFGλacde. Erfurt. Vindob. Oxon. Pamelii libri.* Romani esse *bf. Haverc.* Romani nos esse *coni. Desid. Heraldus.* 5. esse *om. c.* non esse *bf. Haverc.* 6. habeantur *abc.* 7. debita (*Aβ*)*FGλcf. Haverc.* dedita (*AφBφDφ*)*Eabde. Vindob. Oxon. Erfurt. Pamelii aliquot libri.*

audiendus datus fuerat, absolutus est, calumniatore in crucem acto.“ Iul. Firmicus lib. II. Mathes. cap. ultimo negat imperatoris fata artibus illis posse deprehendi. Locus est observatione dignissimus: „Cave, ne quando de statu reipublicae vel de vita Romani imperatoris aliquid interroganti respondeas. Non enim oportet nec licet, ut de statu reipublicae aliquid nefaria cogitatione dicamus. Sed et sceleratus atque omni animadversione dignus est, si quis interrogatus de fato dixerit imperatoris, quia nec dicere poteris de eo aliquid nec invenire. Scire enim te convenit, quod et aruspices, quotiescunque a privatis interrogati de statu imperatoris fuerint, et quaerenti respondere voluerint, exta semper, quae ad hoc fuerint destinata, ac venarum ordines involuta confusione conturbent“ cett. (Herald.)

g. ab angelis desertoribus proditas] De Idolol. cap. 9 „Unum propono, angelos esse illos desertores dei, amatores feminarum, proditores etiam huius curiositatis.“

h. sustinetur?] Cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

i. Aliter curiosa est sollicitudo sanguinis] Hinc, cum Servilia, Sorani filia, accusaretur, praetendit vim sanguinis, non principem. Tacit. Ann. XVI, 30 „Vetera haec. Sed recens discrimini patris filiam connectebat, quod pecuniam magis dilargita esset. Acciderat sane pietate Serviliae (id enim nomen puellae fuit), quae caritate erga parentem, simul imprudentia aetatis, non tamen aliud consulerat quam de incolumitate domus, et an placabilis Nero, an cognitio senatus nihil atrox adferret.“

Cap. XXXVI. a. Non possumus et Romani non esse et hostes esse] Sententia postulat: „Non possumus Romani *nos* esse et hostes esse?“ Cum igitur qui hostes reipublicae atque imperatorum deprehensi sunt, Romani nihilominus et essent et haberentur, quid impedit quominus et nos quoque, quos hostes existimatis, simus etiam nihilominus Romani? (Herald.) Integra est codicum scriptura. Demonstraverat supra reipublicae atque Caesarum hostes semper in ipsis Romanis deprehendi. Iam cum hoc ita sit: Quomodo, ait, nos possumus Romani non iudicari, et tamen hostes iudicari? De non Christianis, de Romanis provenit omnis hostium publicorum seges, non de nobis, de Christianis.

hostilitas magis ad velamentum sui potest [8]fungi, sed in [9]his moribus [10]quibus divinitas imperat tam vere quam circa omnes [11]necesse habent exhiberi[b]. Neque enim haec opera bonae mentis solis imperatoribus debentur a nobis. Nullum bonum [12]sub exceptione personarum administramus, quia nobis praestamus, qui non ab homine aut laudis aut praemii expensum captamus, sed a deo exactore et remuneratore [13]indifferentis benignitatis. [14]Idem sumus imperatoribus [15]qui et vicinis nostris. Male enim velle, male facere, male dicere, male cogitare de quoquam ex aequo[c] vetamur. Quodcunque non licet in [16]imperatorem, id nec in quemquam: quod in neminem, eo forsitan magis nec [17]in ipsum qui [18]per deum tantus est.

Cap. XXXVII.

Si inimicos, ut supra diximus, iubemur diligere, quem [1]habemus odisse? [2]Item si laesi vicem referre prohibemur, ne de facto pares simus, quem [3]possumus laedere? Nam de isto ipsi recognoscite. [4]Quotiens enim in Christianos desaevitis, partim animis propriis, partim legibus obsequentes? Quotiens etiam [5]praeteritis vobis suo iure nos inimicum vulgus invadit [6]lapidibus et incendiis? [7]Ipsis Bacchanalium furiis [8]nec mortuis parcunt Christianis, quin illos de requie sepulturae, de asylo quodam mortis, iam alios, iam nec totos avellant, dissecent, distrahant. Quid tamen [9]de tam conspiratis umquam denotatis, de tam animatis ad mortem usque

8. fingi *ae. Vindob.* 9. his *ABDFG. Vindob.* hiis *E. Erfurt.* iis *abcdef. Haverc.* 10. quibus divinitas imperat tam vere quam *ABDEGλabcde. Vindob. Erfurt. Oxon.* quos divinitas imperat tam vere quam *F.* quibus civilitas tam vere in imperatorem quam *f. Fulv. Ursinus.* 11. necesse habent *ego.* necesse habet *libri quos novi omnes praeter c., in quo haec verba omissa sunt.* 12. sed *AφE. Erfurt. Oxon.* 13. indifferentia *λ.* in differentiis *c.* 14. Idem *AβEFG. Erfurt. Pamelii libri.* Iidem *reliqui.* 15. ex ipso qui *λ., pro quo Haverc. reponi vult* ex ipso quia. 16. principem *G.* 17. in ipsum imperatorem qui *λ.* 18. praeter *F. Vindob.*

Cap. XXXVII. *Capitis inscriptio in ABEGab. Vindob. Erfurt. Oxon. aliisque est* NE MALVM CONTRA MALVM., *in uno Vaticano* QVOD AD CHRISTIANOS SPECTAT NEMINEM LAEDERE QVAMQVAM PRO MVLTITVDINE POSSENT SE VINDICARE. 1. habemus *ABDFGλdf. Pamelii quatuor libri et Vindob.* habebimus *Eabce. Oxon. Erfurt.* 2. Item si iidem laesi *λ. Haverc.* Si item laesi *G.* 3. possimus *abc.* 4. Quotiens *DEFGd. Vindob. Erfurt.* Quoties *(AB)abcef. Sic etiam infra.* 5. praeteritis vobis sui iure *F. Vindob.* praeteritis vobis sui vice *G.* praeteritos a vobis suo iure *c.* 6. lapidibus et incendiis *om. λ.* 7. Ipsi *a.* 8. ne mortuis quidem parcunt Christianis, quin illos de reliquiis sepulturae iam alios, iam nec totos avellant, dissipent, distrahant *λ.* 9. de tam conspiratis umquam denotatis *Aφ BDEbcde. Erfurt. Oxon. Gorziens.* de tam conspiratis umquam denotastis *(Aβ)F. Vindob.* unquam denotastis. de tam conspiratis *f.* de tam conspiratis tamque denotatis *a.*

b. necesse habent exhiberi.] In his moribus quibus divinitas tam vere imperat fungi quam ipsi necesse habent circa omnes exhiberi, non solum circa principes et Caesares. Sequentia illustrant sententiam.

c. ex aequo] Cf. quae adnotavero ad librum ad Scap. cap. 2.

pro iniuria [10]repensatum[a], quando vel una nox pauculis faculis [11]largiter ultionis[b] posset operari, si malum malo dispungi[c] penes nos liceret? Sed absit ut aut igni humano vindicetur [12]divina secta aut doleat pati in quo probatur. Si enim [13]et hostes [14]exertos, non tantum [15]vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum[d] et copiarum? Plures nimirum Mauri et Marcomanni ipsique Parthi[e], vel quantaecunque unius tamen loci et suorum finium gentes quam totius orbis. [16]Hesterni[f] sumus, [17]et vestra

10. repensatum *Ff. Fulv. Ursinus.* repensatis *reliqui libri.* 11. largitur *G.* largitatem *abcd.* 12. divinitas sectae *λ. Haverc.* 13. et *om. e. Haverc.* 14. exortes *Gc.* extractos *D.* extraneos *ab.* 15. vindices *BFGabcdef. Vindob.* iudices *AE. Erfurt.* 16. Hesterni *ABef. Bongars.* Externi *DEFGλabcd. Erfurt. Oxon.* 17. et orbem iam et vestra omnia *λ.*

Cap. XXXVII. a. repensatum] Ita correxi cum Fulvio Ursino et Nicolao Rigaltio, auctoritate libri Erlangensis accedente. Sed scripturam *repensatis*, quam scripti libri vel optimi vulgo tuentur, ortam puto ex *repensati*. Quid tamen, inquit, de nobis disciplinae nostrae vinculis tam arcte coniunctis, ut conspiratos potius appellandos putetis, quid, inquam, de nobis pro disciplinae nostrae fide et veritate tam animatis, ut ne mortem quidem pro Christo pati renuamus, quid unquam de talibus pro iniuria illata in ultionem repensatum vobis esse denotatis?

b. largiter ultionis] Plaut. Rud. IV, 4, 144 „inesse *auri* et *argenti largiter.*" Id. ibid. V, 2, 28 „*largiter mercedis.*" Apul. De Magia cap. 28 „*largiter aquae.*" Cf. interprr. ad Vergil. Aen. XI, 338.

c. dispungi] Hoc est repensari. Apol. cap. 44 „qui sententiis elogia *dispungitis.*" De Carne Chr. cap. 5 „quae proprietas conditionum, divinae et humanae, aequa utique naturae utriusque veritate *dispuncta est.*" De Patient. cap. 8 „Nam omnis iniuria, seu lingua seu manu incussa, cum patientiam offenderit, eodem exitu *dispungetur* quo telum aliquod in petra constantissimae duritiae libratum et obtusum." Apol. cap. 18 „suscitatis omnibus ab initio defunctis et reformatis et recensitis *ad utriusque meriti dispunctionem.*" Proprie *dispungere* cum sit conferre accepta et data, hinc saepius ponitur etiam pro examinare. Apol. cap. 45 „Enimvero nos qui sub deo omnium speculatore *dispungimur*, quique aeternam ab eo poenam providemus merito" cett. Ad Natt. I, 2 „sed verbi gratia, si de homicida confutatur, non statim confesso eo nomen homicidae *dispuncta* causa est aut satiata cognitio." Passim etiam pro discriminare, absolvere. De Test. An. cap. 5 „post *vitae dispunctionem.*" Apol. cap. 19. in segmento cod. Fuld. „Quid enim potentius patrocinabitur testimonio earum, nisi *dispunctio cotidiana saeculi totius*, cum dispositiones regnorum, cum casus urbium, cum exitus gentium, cum status temporum ita omnibus respondent, quemadmodum ante milia annorum praenuntiabantur?" De Spectac. cap. 18 „de illis speciebus spectaculorum quae saeculari litteratura lusoriam vel agonisticam scenam *dispungunt.*" Cf. De Orat. cap. 23.

d. vis numerorum] Numeros ita usurpatos aevo illo putidum esset adnotare, cum nihil frequentius occurrat apud historicos atque in ipsis adeo ICtorum libris, nisi Pamelius id pro re magni momenti ex Rhenano observaret, et ad unum Plinii locum lectorem remitteret. Sic ἀριθμούς Graeci eodem et sequenti aevo passim usurparunt. (Herald.)

e. Mauri et Marcomanni ipsique Parthi] Harum nationum meminit quia Romanum imperium fuerat recens ab iis infestatum. Etenim Mauri Marco imperante Hispanias vastaverant; bellum Marcomannicum magnis laboribus et non sine ingenti periculo fuerat ab eodem confectum. Contra Parthos Verus, Marci frater, profectus fuerat, ac bello per legatos gesto imperatoris appellationem meruerat. Recens praeterea erat Severi expeditio Parthica. (Herald.)

f. Hesterni] Pamelius legit *Externi*. Illum sequitur Baronius tom. II. Annal. pag. 98., quia ex una Iudaea exierunt Christiani. (La Cerda.) *Hesterni* est verissima lectio codd. nostrorum. Vulgatam interpretari conatur Pamelius sane

omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum; sola vobis [18]reliquimus [19]templa. Cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam inpares copiis, qui tam libenter trucidamur, si non [20]apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere? Potuimus et inermes nec rebelles, sed tantummodo discordes solius divortii invidia adversus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum [21]in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus[g] a vobis, [22]suffudisset[h] utique [23]dominationem vestram tot [24]qualiumcumque [25]civium amissio, immo etiam et ipsa [26]destitutione punisset. Procul dubio [27]expavissetis ad solitudinem [28]vestram[i], ad silentium [29]rerum et stuporem quendam quasi [30]mortui orbis. Quaesissetis[k] quibus [31]imperaretis. Plures hostes quam cives vobis remansissent. Nunc enim pauciores hostes habetis prae multitudine Christianorum, paene omnium [32]civitatium paene [33]omnes cives Christianos [34]habendo. [35]Sed hostes [36]maluistis vocare [37]generis humani [38]potius quam erroris humani. Quis autem vos ab [39]illis occultis et usquequaque vastantibus mentes et valitudines vestras hostibus [40]raperet, a dae-

18. reliquimus *ABDλ. Haverc.* relinquimus *EFGabcdef. Erfurt. Vindob.* 19. templa. Possumus dinumerare exercitus vestros: unius provinciae plures erunt. Cui bello *λ. Haverc.* 20. ad istam *D.* 21. in aliquem angulum orbis remotissimum *λ.* 22. suffudisset itaque *D.* suffudisset pudor (pudore *Haverc.*) utique *λ. Haverc.* 23. damnationem *DGabc.* 24. qualicumque *AB.* 25. civium amissio (amisso *Aβ.*) *ABFG. Vindob.* amissio civium *DEabcdef. Erfurt.* 26. institutione *c.* discutione *F. Vindob.* 27. exprobavissetis *G.* 28. nostram *ab. In λ. verba* tot qualiumcumque — — ad solitudinem vestram *desiderantur.* 29. reorum *Dab.* 30. mortui orbis. Quaesissetis *λf. Haverc.* mortui urbis. quaesissetis *ABFG. Vindob.* mortui. urbes quaesissetis *A. et Bongarsianus, teste Heraldo, et ita legitur etiam in c.* mortuae urbis. quaesissetis *DEabde. Erfurt. Oxon. Vaticanus unus.* 31. imperaretis *ABEFGλcf. Vindob. Erfurt.* impetraretis *Oxon.* in ea imperaretis *Dabe.* in ea imperassetis *d., ex uno Vaticano.* 32. civitatium *ego.* civitatum *Haverc.* civium *libri omnes praeter f., in quo verba* paene omnium — — — erroris humani *omnino non extant.* 33. omnis civis *Aβ.* 34. habendo *DEabde. Erfurt. Oxon. Pamelii libri.* hostes habendo *λ.* habendos *ABG. Vindob.* habentes *F. In c. verba* paene omnes cives Christianos habendo *absunt.* 35. Sed hostes *DEabcde. Haverc. Erfurt. Pamelii libri.* et hostes *ABFG. Vindob.* Hostes *λ.* 36. maluissetis *λ.* 37. humani generis *F.* generis humani generis *B. Vindob.* 38. potius quam erroris humani *ABFGλde. Vindob. Omittunt ea verba DEabcf. Haverc.* 39. occultis illis *F. Vindob.* 40. eripiet *c.*

perquam ridicule. *Hesterni* igitur heri orti, *χθὲς καὶ πρώην.* Martialis [Epigr. II, 29.]: „Cuique *hesterna* sed et lunata lingula planta." (Herald.) De adiectivis *externus* et *hesternus* a librariis confusis si placet vide Drakenb. ad Liv. XL, 14, 2. Heins. Advers. II, 4. Interprr. ad Ovid. A. A. III, 154. et Fast. V, 507. Hildebr. ad Apul. Metam. II, 26. p. 135.

g. abrupissemus] Verbo *abrumpere* sensu reflexivo utitur Tertullianus etiam Adv. Valent. cap. 4 „de ecclesia authenticae regulae *abrupit.*"

h. suffudisset] Hoc est rubore suffudisset. Exempla dabo ad Scorp. cap. 10.

i. expavissetis ad solitudinem vestram] Cf. quae adnotavi ad librum Ad Mart. cap. 3. Adde De Orat. cap. 22.

k. quasi mortui orbis. Quaesissetis] Praetulerim lectionem nostrorum codd. *quasi mortui, urbes quaesissetis.* (Herald.)

moniorum incursibus[1] dico, quae de vobis [41]sine praemio, sine mercede[m] depellimus? Suffecisset hoc solum nostrae ultioni, quod vacua exinde possessio inmundis spiritibus [42]pateret. Porro[n] nec tanti praesidii conpensationem [43]cogitantes non modo non molestum vobis genus, verum etiam necessarium hostes iudicare maluistis, [44]quia sumus plane, non generis [45]humani tamen, sed potius erroris.

Cap. XXXVIII. Proinde [1]nec paulo lenius inter [2]licitas factiones sectam istam deputari oportebat[a], a qua nihil tale committitur quale de inlicitis [3]factionibus timeri solet? Nisi fallor enim, prohibendarum factionum causa de providentia constat [4]modestiae publicae[b], ne civitas

41. sine praemio *om. F. Vindob.* 42. pateretis λ. *Haverc.* 43. recogitantes λ. *Haverc.* 44. quia *ABDEFGabe. Erfurt. Oxon. Vindob.* qui λ*cdf. Haverc.* 45. humani tamen, sed potius erroris *ABFGcdef. Vindob.* humani sed potius tamen erroris. *Bongars.* humani tamen sed potius tamen erroris. *DE.* humani hostes, sed potius erroris. λ. humani tamen sed potius tamen hostes erroris *Erfurt.*

Cap. XXXVIII. *Capitis inscriptio in ABDEGab. Oxon. Vindob. Erfurt. aliisque est* DE COETV., *plenior in uno Vaticano* QVOD CHRISTIANORVM COETVS NVLLAM POTEST PRODITIONIS GENERARE SVSPICIONEM. 1. nec paulo levius *ab. Vaticanus unus.* ne paulo lenius *Fλ. Vindob.* 2. illicitas λ., *prob. Desid. Herald.* 3. factionibus praecavetur. Nisi λ. 4. modestia publice *FG. Vindob.* ac (ac *om. D.*) modestia publica *Dabcd.*

l. incursibus] Cf. De Anima cap. 58 „Et pluribus notum est daemoniorum opera et immaturas et atroces fieri mortes, quas *incursibus* deputant."

m. sine praemio, sine mercede] De exorcismis passim apud scriptores ecclesiasticos. Nota autem *sine pretio.* Irenaeus ap. Euseb. lib. V. Hist. Eccl. cap. 7 „*οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμάτων, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ ἐκκλησία παρὰ θεοῦ λαβοῦσα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἑκάστης ἡμέρας ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ, μήτε ἐξαπατῶσα τινὰς, μήτε ἐξαργυριζομένη· ὡς γὰρ δωρεὰν εἴληφε παρὰ θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ.*" (Herald.) Cf. Muenteri Prim. Eccl. Afr. p. 111 sqq.

n. Porro] De hac particula eiusque apud Tertullianum significatione v. quae adnotavero ad Scorp. cap. 9.

Cap. XXXVIII. a. deputari oportebat] Aggreditur aliud criminationis caput Tertullianus. Qui igitur Christianis videbantur paulo aequiores quique ea omnia criminum portenta, quae iis obiiciebantur et de quibus supra disputatum est, falsa esse fatebantur, ii nihilominus Christianos adversus leges ac principum edicta, quibus factiones, sodalitia atque illicita collegia prohibebantur, committere existimabant. His adire manum aggreditur Tertullianus atque ostendere coitiones Christianorum pro illicitis non esse habendas, quod ex iis quae ibi transigebantur ostendere conatur. Sane collegia omnia ac sodalitia principibus semper fuere suspecta, atque iis praecipue, quorum nondum satis firmata dominatio videbatur. Verebantur enim ne sub specie religionis vel quocunque alio praetextu in necem suam convenirent. — — Sententia postulare videtur *inter illicitas factiones.* Hoc enim ait Tertullianus: Etsi igitur, inquit, lenior videtur eorum sententia qui sectam istam edictis contra factiones promulgatis prohiberi ac cohiberi existimant, in eo tamen errant et nobis sunt iniurii, quod eam inter illicitas factiones deputant et numerant, quod sane aequum non est, siquidem nihil eorum, quae ab illicitis factionibus timentur, a coitionibus et conventibus nostris timeri potest. (Herald.) Verba *inter licitas factiones* non erant mutanda, sed interrogationis signo claudenda sententia. Verte: Musste hienach nicht mit grösserer milde diese secte unter die erlaubten vereine gerechnet werden?

b. de providentia constat modestiae publicae] Providentia modestiae publicae erat causa prohibendarum factionum, cavens ne civitas in partes scinderetur.

in partes scinderetur, [5]quae res facile comitia, concilia, curias, contiones, spectacula etiam aemulis studiorum conpulsationibus [6]inquietaret[c], cum iam et in quaestu habere coepissent venalem et mercenariam [7]homines violentiae suae operam. At enim nobis [8]ab omni gloriae et dignitatis ardore frigentibus[d] nulla est necessitas coetus, nec ulla magis res aliena quam publica. Unam [9]omnium rempublicam agnoscimus, mundum. [10]Aeque spectaculis vestris in tantum renuntiamus in quantum originibus eorum, quas scimus de superstitione [11]conceptas, [12]cum et ipsis rebus, de quibus [13]transiguntur, praetersumus[e]. [14]Nihil est nobis [15]dictu, visu, auditu cum insania circi[f], cum inpudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum [16]xysti [17]vanitate[g]. Quo vos offendimus, si alias praesumimus vo-

5. qua facile λ. 6. inquietarent λ. 7. homines *om.* λ. 8. ab omni gloria λ. omni gloriae *abc.* 9. omnes rempublicam cognoscimus *Dace.* omnium rempublicam cognoscimus *b.* 10. atque adeo spectaculis λ. 11. exceptas *G.* 12. cum ipsis *abc.* quin et ipsis *f.* 13. exiguntur praeterimus *Dabc.* 14. Nihil enim nobis λ. 15. dictu, visu, auditu *om. cf.* 16. xisti *BF. Vindob.* systi *ADE. Erfurt.* 17. vanitate. Quo vos *ABDEFGabcde. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros.* vanitate. licuit Epicureis aliam decernere voluptatis veritatem id est animae aequitatem. In quo vos λ. vanitate. Licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatem. Quo vos *f. Haverc.*

c. spectacula etiam aemulis studiorum conpulsationibus inquietaret] Cf. Lips. Saturn. II, 24. De vocabulis *aemulus, aemulatio* cett. v. adnotata ad De Fuga in Persec. cap. 2., et de *conpulsatio* supra ad cap. 21.

d. ab omni gloriae et dignitatis ardore frigentibus] De structura cf. De Idol. cap. 18 *„derigendo omni fastigio et suggestu* tam dignitatis quam potestatis."

e. praetersumus.] Praeteresse dicit, ut superesse. Praetersumus igitur iis rebus quas praeterimus ac praetermittimus et a quibus valde alieni sumus, videlicet ab insania circi cett. (Rigalt.) Res de quibus transiguntur, vel fabularum materiae, sunt deorum res, furta atque nefaria facinora.

f. cum insania circi] Proprie B. Hieronymus: „Habeat sibi Roma suos tumultus, *arena saeviat, circus insaniat, theatra luxurient.*" Sic *furor,* quem circo proprie praesidere dicit Tertullianus lib. de Spectac. cap. 16 „Cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur, *etiam a circo, ubi proprie furor praesidet.*" B. Hieronymus in vita Hilarionis: „Non *circi furoribus,* non arenae sanguine, non theatri luxuria delectabatur." Ausonius: „Hinc fora dissultant clamoribus, hinc *furiosi* Iurgia sunt *circi.*" De factionibus atque inde circi iurgiis, quae saepissime *καὶ μέχρι φόνου ἐχώρησαν,* res nota est. (Herald.) Adde Lactant. Inst. Div. VI, 20, 32 „Circensium quoque ludorum ratio quid aliud habet, nisi levitatem, vanitatem, *insaniam?*" Prudent. Hamartig. v. 360 „nec equum *vesania fervida circi* Auctorem levitatis habet rabidive fragoris." Tertull. Adv. Marc. I, 27 „Quid non frequentas tam solemnes voluptates *circi furentis* et caveae saevientis et scenae lascivientis?"

g. cum xysti vanitate.] Tertull. de Pudicitia cap. 7 „Perit igitur et fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris et gladiatorii cruoris et scenicae foeditatis et *xysticae vanitatis.*" Circum propter furorem et insana iurgia, theatrum ob spurcitiam et impudicitiam, amphitheatrum ob atrocitatem et immanitatem damnabant. De xysto deque tota re athletica etsi nihil habebant eiusmodi, tamen exercitationes illas tamquam vanas atque inutiles improbabant. Tertull. de Spectac. cap. 18 „Non probabis usquam vanos cursus et iaculatus et saltus vaniores: nusquam tibi vires aut iniuriosae aut vanae placebunt." Iisdum omnino rationibus Graecorum gymnasia oppugnat apud Lucianum Anacharsis. Nam ad vanitatem quod adtinet, Graecos ait esse hominum omnium maxime ri-

luptates? Si oblectari [18]novisse nolumus, nostra iniuria est, [19]si forte[h], [20]non vestra. Sed reprobamus quae placent vobis. Nec vos nostra delectant. [21]Sed licuit [22]Epicureis[i] aliquam decernere [23]voluptatis veritatem, id est animi [24]aequitatem, [25]et ampla negotia Christianae[k].

Cap. XXXIX. [1]Edam iam nunc [2]ego ipse negotia Christianae factionis, [3]ut qui mala refutaverim, bona [4]ostendam. Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae [5]unitate et spei foedere[a]. Coimus in

18. nos nolumus *c.* novissime nolumus **λ**. voluisse nolumus *F. Pro* oblectari *in Fλ. est* oblectare. 19. si *om. F.* 20. nostra non vestra *ad. Vaticanus unus.* 21. Si licuit *Oxon.* 22. de Epicureis *G.* 23. voluntatis (voluptatis *Vindob.*) voluptatem id est *F. Vindob.* 24. quietem *F. Fulv. Ursinus rescribendum putabat* voluptatis veritatem, *ἀταραξίαν καὶ ἀπραξίαν,* id est animi aequitatem et a publicis negotiis requiem. 25. et ampla negotia Christianae *ABG.* et ampla negotia Christianae factionis *F. Vindob.* et ampla negotia Christianae fidei *Ambros.* et ampla negotia Christiano *Vossianus liber.* et ampla negotia *DEabcde. Erfurt. Oxon. In λf. Haverc. verba* Sed Epicureis — — Christianae *omissa sunt.*

Cap. XXXIX. *Inscriptio capitis in ABDEGab. Oxon. Erfurt. Vindob. ceterisque est* DE DISCIPLINA CHRISTIANORVM. 1. Eadem *FG.* 2. ego *om. Dabc.* 3. quo minus mala **λ**. 4. ostendam. Si etiam veritatem revelaverim. Corpus **λ**. *Haverc.* 5. unitate *ABDEFGdef. Vindob. Oxon. Erfurt. Pamelii libri.* divinitate **λ**. *Haverc.* veritate *abc.*

diculos, qui iis laboribus incassum conflictentur, *μάτην τοσαῦτα πάσχοντας καὶ ταλαιπωρουμένους*: ad petulantiam autem et iniuriarum notam, iniurias eo atrociores esse ait, quo *ἐν τοσούτοις θεαταῖς καὶ μάρτυσιν* infliguntur. (Herald.) De xystis cf. Schneider. ad Varr. De Re Rust. III, 5. p. 509 sqq.

h. si forte] Si quid in ea re, inquit, damni est, illud non ad vos, sed ad nos pertinet. Nihil inde vobis deperit, sed nobis, si tamen deperit. *Si forte* Tertulliano frequens hoc sensu. *Iniuria* hic est damnum, ut saepe in ICtorum libris. Infra cap. 40 „Sed et mare Corinthium terrae motus ebibit, et vis undarum Lucaniam Italiae abscissam in Siciliae nomen relegavit. Haec utique non sine *iniuria* incolentium accidere potuerunt.“ Et cap. 44 „At enim illud detrimentum reipublicae tam grande quam verum nemo circumspicit, illam *iniuriam* civitatis nullus expendit.“ (Herald.) De illo *si forte,* Tertullianei stili proprio, adeas adnot. ad De Corona cap. 5.

i. Sed licuit Epicureis] Legerim *scilicet licuit* cett. Sic usurpat hanc particulam saepe Tertullianus. Quae sequuntur corrupta sunt. Ioh. Wowerius adfert e libris suis: „voluptatis veritatem, *ἀταραξίαν καὶ ἀπραξίαν,* id est animi aequitatem et a publicis negotiis requiem.“ Tertull. de Spectac. cap. 28 „Delicatus es Christiane, si et in saeculo voluptatem concupiscis, immo nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. Philosophi quidam hoc nomen quieti et tranquillitati dederunt, in ea avocantur, in ea gloriantur. Tu mihi metas et scenas et pulverem et arenas suspiras.“ (Herald.)

k. et ampla negotia Christianae] Sed reprobamus, inquit, quae placent vobis. Attamen, respondeo, nec vos nostra delectant. Sed quamvis reprobemus vestra oblectamenta, nonne per vos et Epicureis licuit aliquam decernere sibi voluptatis veritatem? Cur non item nobis? Illi voluptatis aliquam veritatem decernunt animi aequitatem, Christianae voluptatis sunt ampla negotia. Quid, quaeso, hac re vobis deperit?

Cap. XXXIX. a. et spei foedere.] Probare nunc adgreditur Tertullianus factionem Christianorum, ut eam appellabant, plane esse licitam, neque esse causam ullam cur inter illicitas haberi debeat: nempe quod non solum nihil eorum, quae in illicitis damnabantur, ibi haberet locum, sed etiam omnia pie, religiose, honeste et condecenter tractarentur. Singula verba expendamus. *Corpus,* inquit, *sumus.* Nempe *corpus* nomen est generale et complectitur omnes illas societates, hetaerias, omnia collegia et sodalitia. [Cf. Dirksen Manuale Latinitatis Font. I. Civ. Rom. p.

coetum[b] et [6]congregationem, ut ad deum quasi manu facta[c] precationibus ambiamus [7]orantes. Haec vis deo grata est. Oramus etiam

6. aggregationem, ut *Cab.* congregationem facimus, ut λ. *Haverc.* *Pro* coetum *in* λ. *est* caetu, *in F.* celum. 7. orantes *om. λf. Haverc.*

225. s. v. §. 6. Buenem. ad Lactant. Inst. Div. VI, 10, 25. Sertor. Ursat. de Notis Rom. in Graevii Thes. tom. XI. p. 897. et p. 983.] — — Tertullianus igitur Christianorum coetum *corpus* appellat, dictione generali, quia si collegium, vel sodalitium dixisset, loquutus fortasse fuit aut periculosius aut minus proprie. Sic etiam Arnob. [Adv. Natt. I, 16.]: „Si in civitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis aversione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum *corporis* non *nostri*, verum etiam Christianos ditiores et locupletissimos rediderunt? [Sic Cassian. II, 5. „Quinam modus quotidiano cultui *per universum fraternitatis corpus* decerni deberet, tractaturi conveniunt.“] Sic etiam Constantinus et Licinnius A. A. in edicto suo, quod Graece convertit Eusebius, loquuti fuerant: *καὶ ἐπειδὰν οἱ αὐτοὶ Χριστιανοὶ οὐ μόνον ἐκείνους, εἰς οὓς συνέρχεσθαι ἔθος εἶχον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τόπους ἐσχηκέναι γινώσκονται, διαφέροντας οὐ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον τοῦ αὐτῶν σώματος, τουτέστι τῶν Χριστιανῶν.*“ Item: *„ἐν οἷς πᾶσι τῷ προειρημένῳ σώματι τῶν Χριστιανῶν τὴν σπουδὴν δυνατώτατα παρασχεῖν ὀφείλεις.*“ Ibidem etiam *σωμάτιον* dicitur, quemadmodum in Graecorum ICtorum libris: *ἅτινα πάντα τῷ σωματίῳ Χριστιανῶν δίδοσθαι δήσει.*“ Addit Tertullianus: *de conscientia religionis et disciplinae unitate et spei foedere.* Haec igitur corpus Christianorum conciliant et constituunt, religionis conscientia, disciplinae unitas et eiusdem spei foedus. Religionis autem causa coire non prohibebantur. V. l. I. D. de Colleg. et Corpor. Sed religionis receptae ac probatae intellige: et modo ne religio praetextus esset tantum et *πρόφασις*. V. l. II. D. de Extraord. Crim. — — Cum igitur Christianos audirent certo foedere ac sacramento adstringi atque inter se sociari, ea omnia in reipublicae perniciem cudi facile suspicabantur.“ Tertullianus de Fuga in Persecut. cap. 3. „Dicitis enim, quoniam incondite convenimus et complures concurrimus in ecclesiam, quaerimur a nationibus, et timemus, ne turbentur nationes.“ Hinc criminationem suam ordiebatur Celsus: *„πρῶτον τῷ Κέλσῳ κεφάλαιόν ἐστι,* inquit Origenes lib. I. contra Celsum, *διαβαλεῖν Χριστιανισμὸν, ὡς συνθήκας κρύβδην πρὸς ἀλλήλους ποιουμένων Χριστιανῶν παρὰ τὰ νενομισμένα, ὅτι τῶν συνθηκῶν αἱ μέν εἰσι φανεραὶ, ὅσαι κατὰ νόμους γίγνονται, αἱ δὲ ἀφανεῖς, ὅσα παρὰ τὰ νομισμένα συντελοῦνται.*“ Ibi *συνθήκας* appellat non conventus simpliciter, quomodo interpretantur, sed coitiones certis foederibus initas, sive etiam ipsa foedera, quibus fidem suam invicem obstringere existimabantur. (Herald.)

b. Coimus in coetum] Nota singula verba. Nam *coire* de eiusmodi collegiis, sodalitiis et factionibus etiam proprie dicitur. Tertull. adv. Psychicos cap. 14. „nisi forte in senatusconsulta et in principum mandata *coitionibus* opposita delinquimus.“ Marcian. l. l. de Colleg. et Corpor.: „ne sub praetextu huiusmodi illicitum collegium *coëat.*“ Et passim. [V. Dirksen Manuale s. v. *Coetus, Coitio, Coire.*] *Coetus* quoque etsi media vox est et naturali sua ac simplice significatione minime odiosa, quandoque tamen pro ratione argumenti accipitur *εἰς κακόν*. Supra cap. praecedenti: „At enim nobis ab omni gloriae et dignitatis ardore frigentibus nulla est necessitas *coetus.*“ Saepius tamen illicitos dicunt, ut l. II. de Extraord. Crim., et alibi. Sic Traianus ad Plinium, et alii. Quoniam autem coetus illi ad vim aliquam inferendam cogebantur saepius, ideo qui coetum illicitum usurpaverant, eadem poena tenebantur, qua qui hominibus armatis loca publica et templa occupassent. L. II. D. de Colleg. et Corpor. (Herald.)

c. ad deum quasi manu facta] Eleganter *manu facta,* h. e. copiis in unum coactis. Pontius in Vita Cypriani: „Sic autem comitatui eius infinitus exercitus adhaerebat, quasi ad expugnandam mortem *manu facta* veniretur.“ Cicero pro Caecina [cap. 12.]: „Qui in pace et in otio quum *manum fecerit*, copias pararit, multitudinem hominum cogerit, armarit, instruxerit“ cett. Tertull. ad Scap. cap. 5. „Omnes illius civitatis

pro imperatoribus, pro [8]ministris eorum [9]et potestatibus, [10]pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis[d]. [11]Coimus ad litterarum divinarum commemorationem[e], si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus[f], spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus [12]inculcationibus densamus[g];

8. ministeriis λ. *Haverc.* 9. et *ABEFGcd. Vindob. Oxon. Erfurt.* ac *Dλabef.* 10. pro statu *om. Gc. Haverc.* 11. Coimus *ABDEFλaef. Oxon. Erfurt. Vindob. Pamelii aliquot libri.* cogimus *G.* Cogimur *bcd. Gorziens. Vaticanus unus.* 12. in compulsationibus densamus λ. *Haverc.*

Christiani ante tribunalia eius se *manu facta* obtulerunt." (Herald.)

d. pro mora finis.] Et tamen ipse libro de Oratione [cap. 5.]: „Quomodo quidam, inquit, protractum quendam saeculo postulant, cum regnum dei, quod ut adveniat optamus, ad consummationem saeculi tendat." (Rigalt.) De his Christianorum precibus cf. supra cap. 30. De prece pro mora finis extat peculiaris libellus: De Antiquiss. Christianorum Precibus Sollemnibus pro Mora Finis ad illustrandum Tertulliani locum Apol. cap. 39. commentatur I. D. Kluge. Tremoniae 1744. 4.

e. divinarum litterarum commemorationem] Componendus omnino est cum hoc loco Iustini M. locus Apol. II.: „*καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ· εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται.*" Hic igitur erat ordo: Primum lector aliquid e propheticis aut apostolicis libris prout praesentium temporum qualitas flagitabat, ut monet Tertullianus, legebat. Tum ex iis scriptis nonnulla interpretabatur praepositus, atque inde cohortationes, admonitiones, castigationes petebat. Tum preces sequebantur, ac post preces panis et vini distributio. Haec enim sequuntur apud eundem Iustinum eodem loco: „*ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν. καὶ, ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ. καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ Ἀμήν· καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται.*" (Herald.) Cf. Steph. Durant. de Ritibus Eccles. II, 18.

f. pascimus] Cf. Scorpiac. cap. 12 „Sed interim sub altari martyrum animae placidum quiescunt et fiducia ultionis *patientiam pascunt.*" *Sanctis vocibus* h. e. sacrarum litterarum lectione, ut recte interpretatus est Rigaltius.

g. densamus] Gregorius Baeticus urgens Arianos verbis Epistolae Iohannis I, 5.: „Et adhuc amplius *densat piam fidem* dicens: Hic est verus deus." (Rigalt.) De re Heraldus citat Orig. c. Cels. lib. III.: „*ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις τίνα τρόπον ἡμᾶς συκοφαντεῖ, ἐξομοιῶν τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένοις καὶ ἀγείρουσι· ποῖα δὴ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνύμεθα; ἢ τί τούτοις παραπλήσιον πράττομεν; οἱ καὶ δι' ἀναγνωσμάτων καὶ διὰ τῶν εἰς τὰ ἀναγνώσματα διηγήσεων προτρέποντες μὲν ἐπὶ τὴν εἰς τὸν θεὸν τῶν ὅλων εὐσεβείαν καὶ τὰς συνφρόνους ταύτης ἀρετὰς, ἀποτρέποντες δ' ἀπὸ τοῦ καταφρονεῖν τοῦ θείου, καὶ πάντων τῶν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πραττομένων.*" Nos, inquit Tertullianus, non contenti sanctarum vocum auditione fidem nostram pavisse, spem erexisse, fiduciam fixisse, insuper etiam praeceptorum et legum divinarum iuculcationibus densamus disciplinam. Explicat hunc locum Salmas. de Foenore Trapez. p. 464. Scripturam *in compulsationibus*, quam ex libro Fuldensi recepit Havercampus, vitiosam esse arbitror. Minime enim hic est locus „persecutionum et assultuum improborum" (sic interpretari voluit Batavus ille Tertulliani interpres) in hac descriptione coetuum Christianorum.

ibidem etiam exhortationes, castigationes et censura divina[h]. Nam et iudicatur magno cum pondere, ut apud [13] certos de dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii [14] relegetur[i]. Praesident probati [15] quique seniores[k], honorem

13. ceteros *Da.* 14. religetur *ABDEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* 15. quinque *D.*

h. et censura divina.] Quomodo censura ista peragatur, docet elegantissime Origenes c. Celsum lib. III.: „*εἰσί τινες τεταγμένοι πρὸς τὸ φιλοπευστεῖν τοὺς βίους καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων, ἵνα τοὺς μὲν τὰ ἐπιῤῥητα πράττοντας ἀποκωλύσωσιν ἥκειν ἐπὶ κοινὸν αὐτῶν σύλλογον, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ὅλῃ ψυχῇ ἀποδεχόμενοι βελτίους ὁσημέραι κατασκευάζωσιν.*“ Praecedebat igitur diligens inquisitio, tum pro delicti qualitate castigatio, quae tum erat maxima, quum quis non solum a communicatione orationis et conventus, sed et omnis sacri commercii relegabatur. (Herald.)

i. relegetur.] Cyprian. 62 ad Pomponium: „Spiritali gladio superbi et contumaces necantur, dum de ecclesia eiiciuntur. Neque enim vivere foris possunt, cum domus dei una sit, et nemini salus esse nisi in ecclesia possit.“ Notat Baronius tom. I. Annal. pag. 428. Tertullianum persaepe inculcare ecclesiasticam censuram; modo enim *relegationem* appellat, modo *anathema*, modo *arcere ab ecclesia et a communicatione fraternitatis, communicatione interdicere, prohibere ne in ecclesiam recipiantur, communicatione depellere.* Itemque *submovere a limine et omni tecto ecclesiae, dare extra ecclesiam, sacramento benedictionis exauctorare.* Sic saepissime absolutionem nominat illi oppositam, cum ait: *largiri postliminium ecclesiasticae pacis, ad ecclesiam revocare, ecclesiae concorporare.* Cyprian. de Orat. Domin. vocat *abstentionem,* cum sic ait: „Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus intercedente aliquo graviore delicto, dum abstenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separamur.“ Et paulo post: „Timendum est et orandum, nedum quis abstentus separetur a Christi corpore.“ Adiungo Optat. Milevit. lib. II. „Ramos fractos ab arbore, abscisos palmites a vite, rivum concisum a fonte.“ (La Cerda.)

k. Praesident probati quique seniores] Nota *praesident.* Hinc praesidentes etiam appellat. Tertull. adv. Psych. cap. ult. „Duplex apud te *praesidentibus* honor binis partibus deputatur.“ Et de Pudic. cap. 14 „Quomodo auferatur de medio eorum? Non utique, ut extra ecclesiam detur; hoc enim non a deo postularetur quod erat in *praesidentis* officio.“ Item *praesides.* Tertull. de Praescript. cap. 42 „Ceterum nec *praesidibus* suis reverentiam noverunt.“ Ita proprie appellabantur episcopi. Cyprian. de Eccl. Unitate: „quam unitatem tenere firmiter et vindicare debemus maxime *episcopi, qui in ecclesia praesidemus.*“ Item ad Stephan. „Item in litteris, quas collegae nostri ad *episcopos in Numidia praesidentes* ante fecerunt.“ Iidem etiam *praepositi* saepissime appellantur. Epist. ad Clerum de suo secessu: „Eo quod congruat episcopum in ea civitate, in qua ecclesiae dominicae praeest, illic dominum confiteri et plebem universam *praepositi* praesentis confessione classificari.“ Idem Epist. ad Rogatian. „Meminisse autem diaconi debent, quoniam apostolos *id est episcopos et praepositos* dominus elegit.“ Et saepius. *Προεστῶτες* dicuntur Graecis, ut Iustino et aliis. Item *τοῦ λόγου προεστῶτες* apud Euseb. Hist. Eccl. VII, 13. *Seniores* sunt *πρεσβύτεροι.* Neque tamen aetate semper provecti erant qui in ecclesia praesidebant, sed pietate et prudentia senili excellere debebant. Egregie Ignatius Epist. ad Magnesianos: „*καὶ ὑμῖν· δὲ πρέπει μὴ καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ γνώμην θεοῦ πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ πρὸς τὴν φαινομένην ἀφορῶντας νεότητα, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐν θεῷ φρόνησιν, ἐπείπερ οὐχ οἱ πολυχρόνιοι εἰσι σοφοὶ, οὐδὲ οἱ γέροντες ἐπίστανται σύνεσιν, ἀλλὰ πνεῦμα, ὅ ἐστιν ἐν βροτοῖς.*“ Appellatio autem ista olim erat generalis et tam episcopos quam ceteros sacerdotes complectebatur, siquidem et ipsa appellationis ratio utrisque conveniebat, si tamen non magis etiam illis. Beatissimus Cyprianus ad Antonianum de Cornelio

istum non pretio, sed testimonio adepti. Neque enim pretio ulla res dei constat. Etiam si quod [16]arcae genus est, non [17]de hono-

16. arte *G.* artis *a.* 17. de honoraria *ABG. Ios. Scaliger et Fr. Iunius.* de oneraria *DE(λ)abce. Oxon.* (*Vindob.*) *Erfurt.* de honeraria *F. Bongars.* dehonoraria *f. Haverc.* de ordinaria *d. Vaticanus unus.*

et Novatiano: „Cumque iampridem per omnes provincias et per singulas ordinati sint episcopi, in aetate antiqui, in fide integri, in pressura probati.“ B. Hieronymus saepius asserit episcopos et presbyteros fuisse atque de ea re acerrime disputat Epistola ad Evagrium. Brevius ad Oceanum: „In utraque epistola sive episcopi, sive presbyteri (quamquam apud veteres iidem episcopi et presbyteri fuerint, quia illud nomen dignitatis est, hoc aetatis) iubentur monogami in clerum eligi.“ Res nota est. Omnes igitur seniores praesidentes erant, praesides, praepositi, *προεστῶτες*, quisque in suo grege: sed episcopus proprie ac iure suo semper, quum episcopi a presbyteris distingui coeperunt, presbyteri autem cum aberat, aut cum episcopo simul, sed tamquam cum suo capite quandoque etiam praesidebant. Quare Cyprianus pluribus locis duos tantum gradus ecclesiasticos constituit, praepositorum et diaconorum. Epist. ad Pomponium: „Et cum omnes omnino disciplinam tenere oporteat, multo magis praepositos et diaconos curare hoc fas est.“ Iustinus M. Apol. II., ubi coetus ecclesiastici negotia et sacrosanctae eucharistiae administrandae rationem proponit, praepositi tantum, *τοῦ προεστῶτος*, et diaconorum mentionem facit, „*ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράμματος· καὶ οὗτος λαβὼν αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· τοῦ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων Ἀμήν· τὸ δὲ Ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ Γένοιτο σημαίνει· εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασι ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτους καὶ οἴνου καὶ ὕδατος καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσιν.*“ Meminit igitur hic Iustinus praepositi tantum et diaconorum. Sic in sequentibus quae curiosus lector expendere potest. Quandoque autem sub appellatione ista ipsi etiam diaconi contineri videntur, ratione scilicet plebis, cui sunt etiam aliquomodo praepositi. B. Cyprianus ad Pomponium: „Primo igitur in loco, frater carissime, et praepositis et plebi nihil aliud elaborandum est.“ Sic *προεστῶτες τῶν ἐκκλησιῶν* apud Eusebium Hist. Eccles. VIII, 6. non solum episcopi, diaconi et presbyteri, sed ipsi etiam lectores et exorcistae. *Probati* autem dicuntur, quos nempe, antequam ordinarentur, a tota fraternitate probari oportebat. Quare addit: „istum honorem non praemio, sed testimonio adepti.“ Scribit Origenes c. Celsum lib. III. neminem ad ullas ecclesiae dignitates fuisse profectum, qui post fidem Christo datam foediori aliqua macula vitam suam adspersisset: „*εἰς οὐδεμίαν ἀρχὴν καὶ προστασίαν τῆς λεγομένης ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταλέγοντος τοὺς φθάσαντας μετὰ τὸ προεληλυθέναι τῷ λόγῳ ἐπταικέναι.*“ Idcirco igitur praedicabantur prius apud populum, deinde probati ordinabantur, quod vel ex unius Cypriani locis infinitis constat. Sed insignis ille est in Epistola ad Felicem de Martiale et Basilide haeresiarchis: „Propter quod plebs obsequens dominicis praeceptis et deum metuens a peccatore praeposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsam maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes vel indignos recusandi. Quod et ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe praesente sub omnium oculis deligatur et dignus atque idoneus publico iudicio atque testimonio comprobetur, sicut in Numeris praecipit Moses dicens“ cett. Postea: „Coram omnibus synagoga iubet deus constitui sacerdotem, id est instruit et ostendit ordinationes sacerdotales nonnisi sub populi adsistentis conscientia fieri oportere, ut plebe praesente vel detegantur malorum crimina vel bonorum merita praedicentur, et sit ordinatio iusta et legitima, quae omnium suffragio et iudicio fuerit examinata.“ Hoc et B. Hieronymus, a quo sumptus canon *licet.*

raria[l] summa quasi redemptae religionis [18]congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum [19]velit, et si modo velit, et si modo possit, apponit[m]; nam nemo compellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis [20]sunt. Nam inde non epulis nec potaculis[n] nec [21]ingratiis[o] voratrinis dispensatur, sed egenis

18. congregat *Gc.* 19. velit, et si modo velit, et si modo possit *ABEdef. Vindob. Oxon. Erfurt.* velit et si modo possit *Dabc.* velit et si modo velit vel possit *F.* velit et si ... vel possit *G.* 20. sunt. Quippe non epulis inde (inde nec *Haverc.*) potaculis *λ. Haverc.* 21. ingratiis (*vel* in gratiis) *AEae. Vindob. Bongars. Erfurt.* in garciis *F.* ingratus *B.* ingratis *Glbcdf.*

caus. VIII. quaest. 1. Hoc et alii scriptores passim testantur. Alexandri Severi dictum apud Lampridium omnibus est ad manum. (Herald.) Cf. Muenteri Primord. Eccl. Christ. Afr. p. 41 sqq.

l. non de honoraria summa] Observatum est iam a viris doctis, eos, qui in militiam aliquam, scholam, collegium aut eiusmodi corpus admittebantur, pro introitu aliquid pendere solitos. *Honorarium* appellabat Traianus apud Plinium [Epist. X, 114.], Scaevola autem *onus*, l. penult. §. ult. de Legat. III. Apuleius eleganter *dotem* Miles. lib. VII. [cap. 8.]: „En, inquit, istam sportulam, imo vero *dotem* vestro collegio libens meque vobis ducem fidissimum, si tamen non recusatis, offero.“ (Herald.) Adde Sueton. Claud. cap. 9: Restitui *honoraria summa* ex optimis libris, quomodo etiam appellatur in Fr. 1. §§. 10. 12 sq. de extr. Cognit. 50. 13. *Onerarius* adiectivum significatione ea, qua hic usurpatum esse deberet, non erat in usu. Rigaltius, quem secutus est Havercampus, edidit *dehonoraria*, et interpretatus est „quae *dehonestamento* religioni sit,“ quae scriptura ferri nequit. Quod ad *arcam*, collegiis licitis etiam arcam communem et pecunias communes habere licebat. L. 1. §. 1. D. Quod cuiusque univers. l. III. in princip. D. de Colleg. et Corpor. Inscr. Gruter. Fol. 175. EROGENTVR. EX. ARCA. COLLEGII. Sed et illicita collegia, quia licita imitantur et omnia paene habent eadem, ut nihil intersit, nisi quod alia licita alia illicita sunt, arcam quoque communem habent. Apul. Metam. VII, 4 „expromptis mille aureum, quos insutu laciniae contexerat, quosque variis viatoribus detractos, ut aiebat, pro sua frugalitate communi conferebat arcae.“ In his et eiusmodi locis, qualia occurrunt multa in ICtorum libris, *arca* est *ταμιεῖον*. De Christianorum veterum arca eiusque reditibus docte disputat Muenter. Primord. Eccl. Afr. p. 63 sqq., quem consulas.

m. apponit] Iustin. M. Apol. II.: „*οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται, δίδουσι.*“ Sed ita loquitur Iustinus, ut ostendere videatur singulis conventibus singulos stipem suam apposuisse. Fortasse quidam non singulis dominicis, sed singulis mensibus conferebant. Certe qui sacrosanctam eucharistiam participarant, quin iidem eo die stipem suam conferrent, nullus dubito. Nam et celebrioribus omnibus diebus, veluti quando exigente Ecclesiae necessitate ieiunia indicebantur, tum et largius quoque et liberalius conferebatur. Tertullianus adv. Psychicos cap. 13 „Bene autem quod et episcopi universae plebi mandare ieiunia assolent, non dico de industria stipium conferendarum, ut vestrae capturae est, sed interdum et ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa.“ An autem *menstrua die*, dicit Tertullianus hoc loco, quia eadem erat conferendi ratio in aliis sodalitiis? Marcianus: „Sed permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coëat, ne sub praetextu eiusmodi illicitum collegium coëat.“ L. I. D. de Colleg. et Corpor. Sane singulis mensibus salaria vulgo pendebantur. Vetus scriptor ap. Euseb. Hist. Eccl. lib. V, cap. ult.: „*ἀνεπείσθη δὲ ὁ Νατάλιος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ σαλαρίῳ ἐπίσκοπος κληθῆναι ταύτης τῆς αἱρέσεως, ὥστε λαμβάνειν παρ' αὐτῶν μηνιαῖα δηνάρια ἑκατὸν πεντήκοντα.*“ (Herald.)

n. potaculis] Cf. De Resurr. Carnis cap. 4. „Rursusne omnia necessaria illi, et inprimis pabula atque *potacula*, et pulmonibus natandum, et intestinis aestuandum“ cett.

o. ingratiis] Cf. adnot. ad cap. 4.

alendis[p] humandisque[q] et pueris [22]ac puellis re ac parentibus destitutis, [23]iamque domesticis [24]senibus[r], item [25]naufragis, et si qui in metallis, et si qui in insulis vel in custodiis, dumtaxat ex causa dei [26]sectae, alumni confessionis suae [27]fiunt[s]. Sed eiusmodi vel [28]maxime dilectionis operatio[t] notam nobis [29]inurit penes quosdam. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant; ipsi enim invicem oderunt: [30]et ut pro alterutro mori [31]sint parati; ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores [32]erunt. Sed et quod [33]fratres nos vocamus[u],

22. ac puellis re *om.* λ. 23. iamque domesticis *ABDEFGdef. Oxon. Erfurt. Vindob. Pameliani quinque.* aetateque domitis *abc.* 24. senibus iam otiosis item λ. *Haverc.* 25. naufragiis *Aλ. Haverc.* 26. sectae conflictatur, alumni λ. 27. sunt *ab.* 28. maxime *Aβ.* 29. meruit *Da.* irruit *F. Vindob. In FG. Vindob. pro* notam *vitiose scriptum est* non tam. 30. et ut pro *ABGλbdef. Vindob. Erfurt. Oxon.* etiam ut pro *F.* et pro *DEac.* 31. sunt *Dab.* 32. erunt *om. λf. Haverc.* 33. fratrum appellatione censemur (censemus λ.) non alias *λf. Haverc.*

p. egenis alendis] Cyprianus Epist. 37 ad Eucratium: „Quodsi penuriam talis et necessitatem paupertatis obtendit, potest inter ceteros, qui Ecclesiae alimentis sustinentur, huius quoque necessitas adiuvari, si tamen contentus sit frugalioribus et innocentibus cibis.“ Idem Epist. 95: „Quantum autem ad sumptus suggerendos, sive illis, qui gloriosa voce dominum confessi in carcere sunt constituti, sive his qui pauperes et indigentes laborant et tamen in domino perseverant, peto nihil desit, cum summula omnis, quae redacta est, illic sit apud clericos distributa propter eiusmodi casus, ut haberent plures unde ad necessitates et pressuras singulorum operari possent.“ Iustin. M. Apol. II. sub. fin.: „*καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται.*“

q. humandisque] Cyprianus Epist. 89. ad Lucian.: „Sed et cathecumeni adprehensi infirmitate decepti esse non debebunt, ut eis subveniatur; et quod maximum est, corpora martyrum aut ceterorum, si non sepeliantur, grande periculum imminet eis, quibus incumbit hoc opus.“

r. domesticis senibus] Qui prae morbo et virium omnium defectione iam domi manere sunt coacti.

s. alumni confessionis suae fiunt.] Tertull. Ad Mart. cap. 1 „Inter cetera alimenta, benedicti martyres designati, quae vobis et domina mater Ecclesia de uberibus suis et singuli fratres de operibus suis propriis in carcerem administrant.“ Dionys. Corinth. ap. Euseb. Hist. Eccl. IV, 23. Ecclesiam Romanam huius munificentiae causa laudat praecipue. Sed lautius etiam quandoque exhibitos eos qui nec satis pro certo Christiani erant scribit ipse Tertullianus De leiun. cap. 12. „Plane vestrum est in carceribus popinas exhibere martyribus incertis; nec consuetudinem quaerant, ne taedeat vitae, ne nova abstinentiae disciplina scandalizentur“ cett.

t. dilectionis operatio] Cf. adnot. ad De Idol. cap. 23.

u. Sed et quod fratres nos vocamus] Appellationem istam aut suggillabant gentes aut ridebant. Lucianus in Peregrino: „*ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων, ἐπειδὰν ἅπαξ παραβάντες θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτῶν προσκυνῶσι καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους βιῶσι.*“ Apud Prudentium quoque in agone Vincentii Praefectus Urbis *fratres* dicit deridiculi causa, quasi quis nostrate lingua dicat *les frères*. (Herald.) Addo Minuc. Felic. Octav. cap. 9 „Occultis se notis et insignibus noscunt, et amant mutuo paene antequam noverint: passim etiam inter eos velut quaedam libidinum religio miscetur, ac se promisce appellant fratres et sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum; ita eorum vana et demens superstitio sceleribus gloriatur.“ Cf. Athenag. Legat

non alias, opinor, [34]insaniunt quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de [35]affectione simulatum est[v]. Fratres [36]autem etiam vestri sumus, iure naturae matris unius, [37]etsi vos parum homines, quia mali fratres[w]. [38]At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur qui unum patrem deum agnoverunt, qui unum spiritum [39]biberint sanctitatis[x], qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad

34. insaniunt *ABDEFGλabc. Bongars. Erfurt. Vindob. Oxon.* infamant *def. Haverc.* 35. affectione *ABDFGλf. Bongars. Vindob.* affectatione *Eabcde. Erfurt. Oxon.* 36. autem etiam vestri *ABEFGdf. Erfurt. Oxon. Vindob.* autem vestri *e.* etiam vestri *Dabc.* 37. etsi parum homines vos, quia *ae.* 38. At quando nunc dignius *λ.* 39. biberint *AB. Vindob.* biberent *G.* biberunt *reliqui.*

pro Christ. cap. 28. *Frater* apud veteres erat nequitiae vocabulum. V. Iust. Lips. Var. Lectt. II, 1. Tanaqu. Faber Epist. II, 40. Interprr. ad Petron. Satyr. cap. 9 et 11. et ad Apul. Metam. I, 17.

v. omne sanguinis nomen de affectione simulatum est.] MSS. nostri *de affectione*. Vulgatam lectionem veriorem et commodiorem existimamus. Hoc enim ait Tertullianus: Ipsa consanguinitatis nomina, quae usurpabant gentes, non a vera et genuina appellationis ratione, sed ab affectatione tantum proficisci. Sic *affectare* et *affectationem* saepissime usurpat Tertullianus, ut pluribus ostendemus postea. Ceterum ipsae quoque gentes his quandoque appellationibus benevolentiae testandae gratia utebantur. Quinctil. Declam. CCCXXI: „Certe quoties blandiri volumus his, qui et amici esse videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut fratres vocemus." Adulationis istius atque assentationis exemplum illustre apud Apul. Miles. lib. IX. [cap. 7.]: „Ad maritumque eius dissimulanter conversus: Quin tu, quicunque es, homuncio lucernam, ait, actutum mihi expedis cett. Nec quidquam moratus ac suspicatus acer et egregius ille maritus accensa lucerna: Discede, inquit, frater, et otiosus adsiste donec probe procuratum istud tibi repraesentem." Sed olim non temere ista appellatione blandiebantur tenuioribus, verum potentioribus et iis quos maxime honoratos volebant eam servabant; quam ob rem indignabatur Iuvenalis Sat. V, 132 sqq. Quandoque autem pro ratione aetatis appellationes istas temperabant, ut alium fratrem, alium filium, alium denique patrem appellarent. Spartianus in Didio Iuliano: „Ubi vero primum illuxit, senatum et equestrem ordinem in palatium venientem admisit atque unumquemque, ut erat aetas, vel patrem vel filium vel parentem affatus blandissime est." Legendum *vel fratrem vel filium*. Sed et ipsi imperatores easdem appellationes a militibus suis aut etiam civibus quandoque meruere. Capitolinus de M. Antonino imperatorum sapientissimo: „Quum igitur in amore omnium imperasset, atque ab aliis modo frater, modo pater, modo filius, ut cuiusque aetas sinebat, et diceretur et amaretur, octavo decimo anno imperii sui, sexagesimo et primo vitae, diem ultimum clausit." Lampridius in Alexandro Severo: „Iam vero ipsi milites iuvenem imperatorem amabant ut fratrem, ut filium, ut parentem." Capitolinus in Gordiano iuniore: „Cordus dicit omnes milites eum filium appellasse, ab omni senatu filium dictum, omnem populum delicias suas Gordianum dixisse." (Herald.) Ex libris melioris notae restituendum erat: *omne sanguinis nomen de affectione simulatum est* h. e. omnia consanguinitatis nomina convertuntur in affectionis et caritatis. Atque de *fratrum* appellatione iam supra expositum est; testimoniis adlatis adde Cort. ad Sallust. Iug. cap. 10. Burm. ad Phaedr. IV, 24, 16. Obbar. ad Horat. Epist. I, 10, 4. *Soror* de amica est ap. Vergil. Aen. XI, 823. Apul. Metam. I, 13., de *amata* ap. Tibull. Eleg. III, 1, 26. Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 9. De *patribus* v. Schmidt ad Horat. Epist. I, 6, 54.

w. quia mali fratres.] Quid? si scribamus: Fratres autem etiam vestri sumus, iure naturae matris unius, etsi vos parum. Homines quia mali, mali fratres.

x. qui unum spiritum biberint sanctitatis] Similiter supra dixit „*fidem* sanctis vocibus *pascimus*." De variatis modis *agnoverunt — biberint — expaverint* cf. Scorpiac. cap. 10 „Vide an servaverit genus, a quibus et testimonium sui *expectet*, et in quos iustitiae vicem *man-*

unam lucem [40]expaverint veritatis[y]. Sed eo fortasse minus legitimi [41]existimamur, quia nulla de nostra [42]fraternitate tragoedia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus[z], quae penes vos [43]fere dirimit fraternitatem[a]. Itaque [44]qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. [45]Omnia indiscreta sunt apud nos praeter uxores. [46]In isto loco consortium solvimus in quo [47]solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant[b]; ex illa, credo, maiorum et [48]sapientissimorum dis-

40. expaverint *ABDEFGde. Vindob. Oxon. Erfurt. Pamelii libri.* expaverunt *λf. Haverc.* expiraverunt *abc.* 41. existimantur *F. Vindob.* 42. fraternitate *om. E. Erfurt. Oxon.* 43. facile dirimit *F.* facere derimit *Vindob.* facile dirimitur *G.* 44. quia *Gd. Pamelii aliquot libri.* 45. Omnia *om. F.* 46. In isto loco *ABDEFde. Vindob. Erfurt. Oxon. Pamelii libri.* in illo loco *abc.* in isto solo *λf.* iusto loco *G.* 47. solum *F.* 48. sapientiorum suorum *λ.*

dat. Apolog. cap. 35 „Iam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura *obduxisset*, cuius non praecordia insculpta *apparent* novi ac novi Caesaris scenam congiario dividundo praesidentis?" De Spectac. cap. 21 „Sic ergo evenit, ut qui in publico vix necessitate vesicae tunicam *levet*, idem in circo non aliter exultet, nisi totum pudorem in faciem omnium intentet, et qui filiae virginis ab omni spurco verbo aures *tuetur*, ipse eam in theatrum ad illas voces gesticulationesque deducat." Ibid. cap. 2 „cum ipsum hominem — — de integritate *deiecerit*, pariter cum ipso in perversitatem *demutavit* adversus institutorem."

y. ad unam lucem expaverint veritatis.] Cf. Ad Mart. cap. 3. et quae ibi adnotavi. Id autem, inquit Heraldus, significat his verbis Tertullianus, Christianos merito fratres dici, quippe qui simul renati fuerint atque ex ignorantiae utero ad eandem veritatis lucem emerserint. Optatus Milevit. lib. I.: „Quare nemo miretur eos me appellare fratres, qui non possunt esse fratres. Est quidem nobis et illis una spiritualis nativitas, sed diversi sunt actus." Quin autem his Tertulliani verbis sacrum baptisma significetur dubium nullum est, siquidem *φωτισμόν* etiam propter novam illam lucem, quae iis affulgebat, appellatum fuisse plus quam notum est. Iustinus M. Apolog. II: *„καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λοῦτρον φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων."* Unde et *φωτίζειν* pro baptizare locis infinitis. Egregie Cyprianus ad Donatum: „Sed postquam undae genitalis auxilio, superioris aevi labe detersa, in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit, postquam caelitus spiritu hausto in novum me hominem nativitas secunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa" cett. Eleganter quoque Tertullianus de Anima cap. 41: „Proinde quum ad fidem pervenit (anima scil.), reformata per secundam nativitatem ex aqua et superna virtute, detracto corruptionis pristino gulaeo totam lucem suam, conspicit."

z. ex substantia familiari fratres sumus] Haec enim indiscreta erat primorum saeculorum Christianis, non quidem possessione, sed usu.

a. dirimit fraternitatem.] Etenim familiae erciscundae sive dividundae ac dirimendae iudicium redditur fere inter cohaeredes, qui plerumque fratres. (Rigalt.)

b. patientissime subministrant] Nota *patientissime*. Sic enim patientiam usurpabant. Tertull. de Patient. cap. ult.: „Nam ut in isto quoque domino diabolus aemularetur, quasi plane ex pari, docuit et mos patientiam propriam, illam dico, quae maritos dote venales aut lenociniis negotiantes uxorum potestatibus subiicit." Plin. Epist. VI, 32: „Sed maritum non sine aliqua reprehensione patientiae amor uxoris retardabat; quam quidem etiam post delatum adulterium domi habuerat, quasi contentus aemulum removisse." Cornel. Tacit. Annal. lib. XV. [cap. 59.]: „Nomen mulieris Arria Galla: priori marito Domitius Silius. Hic patientia, illa impudicitia Pisonis infamiam propagavere." Capitolinus

ciplina, Graeci Socratis[c] et Romani Catonis[d], qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa

in M. Antonino: „Crimini ei datum est, quod adulteros uxoris promoverit, cum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit. De quo mimus in scena praesente Antonino dixit, quum stupidus nomen adulteri uxoris a servo quaereret et ille diceret ter Tullus, et adhuc stupidus quaereret, respondit ille: Iam tibi dixi, Tertullus dicitur. Et de hoc quidem multa populus, multa alii dixerunt, patientiam Antonini incusantes." Quae autem hoc loco disseruntur a Tertulliano, obtrectandi animo dicta possit quis existimare, cum legibus Romanis patientiam istam adulterii poena punitam ICtorum instrumenta doceant, siquidem in eum maritum poena statuta fuerit, qui de adulterio uxoris suae quid ceperit, item in eum qui in adulterio deprehensam retinuerit. L. II. D. ad Leg. Iul. de Adult. Ita sane est, qui pretio accepto aut mercede pacta adulterium uxoris suae dimiserat, lege Iulia coercebatur, item qui uxorem adulterii convictam retinebat. Sed in eum qui adulterium simpliciter patiebatur, nulla erat poena constituta. „Ceterum qui patitur uxorem suam delinquere matrimoniumque suum contemnit, quique contaminatione non indignatur, poena adulterûm non infligitur" inquit Ulpianus d. l. §. 3. ad leg. Iul. de Adult. (Herald.)

c. Graeci Socratis] Certum quidem est Socratem duas simul habuisse uxores, Xanthippen videlicet, et Myrrhonem, Aristidis cuiusdam filiam vel ex filia neptem. Quo autem illud pluribus testibus, Athenaeo Deipnos. lib. XIII. p. 555., Laertio lib. XII. in Vita Socr. §. 26., Plutarcho in Vita Aristid. p. 335., Hieronymo lib. II. adv. Iovin. p. 190., Cyrillo lib. VI. adv. Iulian. p. 186. et lib. VII. p. 226., Theodoreto tom. IV. Serm. XII. de Virtut. Act. p. 673. demonstratur, eo probatu difficilius est, utrum Socrates, non secus ac Cato, uxorem suam cum amicis suis revera communicaverit. Vide autem utrum ad solvendum huiusce difficultatis nodum ea sufficiant quae Cyrillus Alexandrinus et Theodoretus tradiderunt, ductam a Socrate Xanthippen *κοινοτέραν πως*, aliquando vulgatiorem, cum qua clam ille congressus Lamproclem filium suscepit. (Nic. le Nourry.) Quod Socrates duas una uxores habuerit fama mendax fuit, ut ostenderat iam antiquitus Panaetius, teste Plutarcho in Aristide p. 335. C. et Athenaeo XIII. p. 556. A. Vide I. Luzac de Digamia Socratis (in Lectt. Att. ed. I. O. Sluiter. LB. 1809.) p. 54 sqq. et quos citat Wyttenbach ad Platonis Phaed. p. 326. Cf. Menag. ad Diog. Laert. II, 26 sq. Fabulam undeunde ortam postmodum adeo auctam, ut uxorem communicasse alienis Socrates diceretur certe aliquid roboris cepisse arbitror ex verbis eius apud Platonem de Republ. V. p. 457., ubi matrimonii communionem commendat. Cf. Lucian. Vit. Auct. tom. I. p. 380. ed. Cleric. Quam Socratis sententiam impugnat Lactant. Instit. Div. III, 21., et Salvian. de Gubern. Dei lib. VII. p. 155. ed. Rittersh., cuius verba adscribo: „Uxorem, inquit Socrates, propriam nullus habeat, matrimonia enim cunctis debent esse communia. Sic namque maior erit concordia civitatum, si omnes viri feminis sine discretione omnibus misceantur, omnes se feminae omnibus viris sine distinctione substernant, ac si fiant omnes viri omnium mulierum mariti, omnes feminae omnium virorum uxores." Numquid ullum umquam aut phreneticum aut daemoniacum, varia insaniarum labe furiosum, tale aliquid locutum esse cognovimus? Tu dicis, maxime philosophorum, hac ratione omnes viros esse omnium feminarum maritos et omnes feminas esse virorum omnium uxores, et omnium parvulos omnes omnium filios. At ego hac ratione dico, neque ullum virum ullius feminae maritum, neque ullam mulierem ullius masculi uxorem, neque ullum pignus ullius parentis filium. Ubi enim promiscua omnia, omnia et confusa sunt, nemo est qui suum possit aliquid vindicare. Nec sufficit sapientissimo, ut quidam aiunt, philosopho, docere hoc, nisi ipse fecisset. Uxorem enim suam alteri viro tradidit; scilicet sicut etiam Romanus Cato, id est alius Italiae Socrates. Ecce quae sunt et Romanae et Atticae sapientiae exempla! Omnes penitus maritos, quantum in ipsis fuit, lenones uxorum suarum esse fecerunt! Sed vicit tamen Socrates, qui de hac re et libros condidit, et memoriae haec pudenda mandavit."

d. Romani Catonis] Plutarchus in Vita Caton. Min. pag. 770 sqq. narrat se a Thrasea et hunc a Munatio, eiusdem Catonis contubernali, accepisse Horten-

et alibi creandorum[e], nescio quidem an invitas. Quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O sapientiae Atticae, o Romanae gravitatis exemplum: [49]lenones philosophus et censor[f]! Quid ergo mirum, si tanta caritas [50]conviolatur[g]? Nam et coenulas nostras[h] praeterquam sceleris infames [51]ut prodigas quoque suggillatis. De nobis scilicet Diogenis dictum est: [52]Megarenses obsonant[i] quasi crastina die [53]morituri, [54]aedificant vero quasi numquam morituri. Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit quam in suo trabem. Tot tribubus et curiis et decuriis [55]ructantibus[k] acescit aër: [56]Saliis coenaturis[l] creditor erit neces-

49. lenones *f. Haverc.* Leno est *AφBDFGλabcde. Vindob.* lenon est *AβE. Erfurt.* 50. conviolatur *ABDEabcde. Vindob. Erfurt. Oxon.* convolatur *G.* violatur *F.* convivatur *λf. Haverc.* 51. ut (et *G.*) prodigas quoque suggillatis *ABDEFGλd. Vindob. Erfurt.* ut prodigas suggillatis *abcef. Haverc.* 52. megrenses *AβEG.* in egrenses *F. Vindob.* 53. moriturus est. *G.* 54. aedificant vero quasi numquam morituri (moriantur *λ.*) *ABEFλdef. Erfurt. Oxon. Pamelianorum quatuor.* Omittunt *DFabc. Vindob.* 55. ruptantibus *G. Omittit D. Pro* acescit *in FG. Vindob. viliose* accessit. 56. Saliis *cdef. Haverc.* Aliis *ab.* Si aliis *ABDEFGλ. Vindob. Oxon. Erfurt.*

sium, amicitia prae ceteris Catoni coniunctum, ab eo petivisse, ut quam duxerat uxorem Martiam, Philippi filiam, ex qua antea plures filios susceperat et tum adhuc gravida erat, in matrimonium sibi daret. Amici vero precibus facile victus Cato illam ei, praesente ac probante Philippo illius patre, concessit. Sed mortuo postea Hortensio Cato Martiam suam iterum accepit, quam Hortensius bonorum suorum haeredem reliquerat. (Nic. le Nourry.) Rem narrant etiam Appian. de Bello Civ. II, 99. Strabo Geogr. XI, p. 354. Lucan. Pharsal. II, 338 sqq. Augustin. De Fide et Oper. cap. 6. Id. De Bono Coniug. cap. 18. Hieron. adv. Iovin. I, p. 188. et II, p. 201. ed. Bened. Salvian. De Gubern. Dei I.I. V. Spalding. ad Quinctil. Instit. Orat. III, 5, 11. et X, 5, 13. Drumann Roem. Gesch. tom. III, p. 108.

e. liberorum causa et alibi creandorum] Id est, non solum apud se neque sibi, sed et in alienis etiam laribus, et ab aliis. Hoc autem nominatim Tertullianus, quia formula erat *uxorem ducere liberûm quaerendorum causa.* Ergo qui uxores suas tanta facilitate amicis subministrant, eas illi duxerunt liberorum etiam amicis quaerendorum causa. Nihil autem istic mutandum. Nam etsi *liberorum quaerendorum* aut *procreandorum causa* saepius dicebant, invenias tamen etiam alibi *creandorum.* B. Ambrosius in Epist. I. ad Corinth. cap. 32 „Si enim causa *filiorum creandorum* ducitur uxor, non multum tempus videtur concessum ad ipsum usum." Spartianus in Pescennio Nigro: „Rei Venereae nisi ad *creandos liberos* prorsus ignarus." (Herald.)

f. et censor] Non fuit is Cato censor. V. Drumann l. l. Pari errore Tertullianus cap. 11. Scipiones confuderat.

g. tanta caritas conviolatur?] Christianorum.

h. Nam et coenulas nostras] Sed et ipse Tertullianus in haeresim lapsus eas haud obscure suggillavit libro de Ieiuniis cap. ult. (Herald.)

i. Megarenses obsonant] Stratonicum dicti istius auctorem facit Plutarchus *περὶ φιλοπλουτίας* [pag. 525. B.], et Rhodios, non Megarenses, ab eo notatos scribit: *„τοὺς μὲν οὖν Ῥοδίους ὁ Στρατόνικος ἐπέσκωπτεν εἰς πολυτέλειαν οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους λέγων, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους."* B. Hieronymus ad Ageruchiam de Monogamia de Megarensibus quidem consentit, de dicti auctore tacet. (Herald.) Aelianus V. H. XII, 29. et Diogenes Laertius VIII, 63. de Agrigentinis hoc dictum fuisse tradunt. Hic quidem Empedocli, ille Platoni attribuit.

k. Tot tribubus et curiis et decuriis ructantibus] Totas enim tribus, curias et decurias simul in publico fuisse epulatas observabamus antea ad cap. 35. (Herald.) Cf. Macrob. Saturn. II, 9.

l. Saliis coenaturis] Salii tanto sumptu epulantur, ut in impensas pecuniam mutuam accipere habeant necesse. (Herald.) Cf. interprr. ad Horat. Od. I, 37, 2. et

sarius: Herculanarum [57] decimarum [58] et polluctorum [m] [59] sumptus tabularii supputabunt: [60] Apaturiis, [61] Dionysiis, mysteriis Atticis cocorum [62] dilectus indicitur: ad fumum coenae [63] Sarapiacae sparteoli excitabuntur [n]. [64] De solo triclinio Christianorum retractatur [o]. Coena nostra de nomine rationem [65] sui ostendit. [66] Id vocatur quod dilectio penes Graecos [p]. Quantiscumqne sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes [67] quosque refrigerio isto iuvamus, non qua penes vos parasiti adfectant ad gloriam famulandae [q] libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes deum maior est contemplatio [r] mediocrium. Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinae [68] de causa aestimate [s]. [69] Quod sit de religionis officio, nihil [70] vilitatis,

57. decimanarum *ABDE. Oxon. Erfurt.* demanarum *G.* 58. et polluctorum *def. Haverc.* pollinctorum *abc.* et pollinctorum *Oxon. Vindob.* et polinctorum *ABDE. Erfurt.* et polliticorum *F.* et polintorum *G.* et polincto lucitorum *λ.* 59. sumptus tabularii *Fλbdef. Haverc.* sumptu stabularii *ABDEG. Oxon.* sumptus stabularii *ac.* 60. Appaturiis *A.* aptaturiis *F.* 61. Dionysii *ab.* 62. delectus inducitur *b.* delectus indicentur *cde.* 63. Sarapiacae *AE. Bongars. Erfurt. Pamelii libri.* Serapiacae (*AφBφ*)*Gf. Haverc.* Serapicae *DFabcde.* Serapiae *λ.* 64. de loco *λ.* 65. suam *Dabc.* 66. Id (Id quod *D.*) vocatur quod dilectio penes Graecos. *ABD EFGf. Vindob. Erfurt. Oxon.* id vocatur quod (vocatum quo *λ.*) dilectio penes Graecos est. *λ. Haverc.* vocatur (vocatur enim *cd.*) *ἀγάπη* id quod dilectio penes Graecos est *abcde.* 67. quoque *Fcd.* 68. de causa *om. acef. Haverc.* Retinent *scripti et editi reliqui omnes.* 69. quod sit de *ABDEG. Bongars. Vindob. Erfurt.* quod si de *F.* quid sit *Oxon.* quid sit de *abcde.* qui sit *f. Haverc., cum Fulvio Ursino.* 70. utilitatis nihil modestiae *a.*

ad Festum s. v. Salios, Ursin. ad Ciaccon. de Triclin. p. 177. Guthberl. de Saliis cap. 27.

m. Herculanarum decimarum et polluctorum] De decima Herculis cf. supra cap. 14. De pollucto v. Fest. s. v. p. 201 et 206. Varro de Lingua Lat. VI, 54. Cato de Re Rust. cap. 50. et cap. 132.

n. sparteoli excitabuntur.] Ait Sarapicae coenae tantum esse apparatum, ut ad fumum sparteoli ac vigiles excitentur, observentque ne quid inde incendii nascatur, sicut hunc locum acutissime interpretatur praestantiss. Casaubonus ad Suetonii Augustum [cap. 30.]. Cf. Sidon. Apollinar. Epist. VI, 8. Schol. ad Iuvenal. Sat. IV, 303.

o. De solo triclinio Christianorum retractatur.] Nunc autem de tenui triclinio Christianorum, et parvo nimium, sermo grandis excitatur et invidiosus. (La Cerda.) *Retractare* hic est recensere cum vituperio, reprobare, improbare. Gell. N. A. XIV, 3 „Retractandi levandique eius operis gratia." Cf. Tertull. De leiun. cap. 15.

p. quod dilectio penes Graecos.] Agape scilicet. Agaparum inter Christianos usum frequentissimum fuisse declarat Iulianus Imp. calumniosa perfidaque moris illius eximii mentione, ubi haec tria coniunctum exagitat: *ἀγάπην καὶ ὑποδοχὴν καὶ διακονίαν τραπέζῶν*, ed. Petav. p. 558. (Rigalt.) De agapis v. Drescher Diss. de Vett. Christianorum Agapis. (Giessae 1824.), interprr. ad Min. Felicis Octav. cap. 31. Muratori Anecd. Gr. p. 185 sq. p. 218 sqq. I. A. Fabric. Bibliogr. Ant. p. 587. Suicer Thes. s. v. Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 111.

q. famulandae] *Famulare* pro *δουλοῦν*, sensu activo, habebamus iam supra cap. 21. Adverte etiam personarum mutationem: *iuvamus — adfectant.*

r. contemplatio] h. e. respectus, ratio, intuitus. Est vocabulum ICtorum. V. Dirksen Manuale s. v. p. 209., qui larga manu exempla suppeditabit.

s. de causa aestimate.] Verte: Wenn die veranlassung des mahls eine ehrbare ist, so ermesst nach der veranlassung den weiteren verhalt der einrichtung. Was von religiöser verpflichtung sich herleiten soll, lässt nichts von gemeinheit, nichts von unmässigkeit zu.

nihil inmodestiae [71] admittit. Non prius discumbitur quam oratio ad deum praegustetur. Editur quantum esurientes [72] capiunt, bibitur quantum pudicis [73] utile est. Ita saturantur, [74] ut qui [t] meminerint etiam per noctem adorandum deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui [75] sciant dominum audire. Post aquam manualem et lumina [t], ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium [76] deo canere [u]; hinc probatur quomodo biberit. [77] Aeque oratio convivium dirimit. Inde disceditur non in catervas [78] caesionum [79] nec in classes discursationum [80] nec in eruptiones lasciviarum [v], sed ad eandem curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam coenam [81] coenaverint quam disciplinam. Haec coitio Christianorum merito sane inlicita, si inlicitis par, merito damnanda, [82] si quis de ea queritur eo titulo quo de factionibus querela est. In cuius perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati quod et dispersi, hoc universi quod et singuli, neminem laedentes, neminem contristantes. [83] Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia.

Cap. XL. At e contrario illis nomen [1] factionis [2] accommodandum est qui in odium bonorum et proborum conspirant, qui [3] adversum sanguinem innocentium [4] conclamant, praetexentes sane ad odii defensionem illam [5] quoque vanitatem, quod existiment omnis publicae cladis,

71. admittitur *c.* 72. cupiunt *f. Haverc., cum Fulvio Ursino.* 73. utile est. *AB EFG. Vindob. Erfurt.* est utile. *Dabcdef. Haverc.* 74. ut meminerunt *λ. In E. Erfurt. Oxon. verba* meminerint — — fabulantur, ut qui *desiderantur.* 75. sciant dominum *ABDEGacdef. Vindob. Erfurt.* sciunt dominum *b.* sciant deum *Fλ. Oxon. In seqq. pro* et lumina *Fulv. Ursinus volebat* ad lumina. 76. de deo *λ.* 77. Et quae oratio *F. Vindob.* 78. censionum *a.* 79. nec *ABEF. Erfurt. Vindob.* neque *Dabcdef. Haverc. Omittit G.* 80. nec in inceptiones lasciviarum *λ.* 81. coenaverunt *G.* cenarint *F.* 82. si non dissimilis damnandis, si quis *λf. Haverc.* 83. Cum boni, cum probi coeunt *F.*

Cap. XL. *Caput inscriptum est in AB.* ET CONTRA ETHNICAM RATIONEM., *quae verba in F.* (*qui liber capitum titulis caret*) *et Vindob. ad praegressi capitis finem retracta leguntur. In E. Erfurt. extat* CONTRA ETHNICAM RATIONEM., *in Vaticanorum uno titulus est* QVOD POST CHRISTI ADVENTVM PAVCIORES CLADES DEO PARCENTE EVENERINT. *In ab. hoc caput cum praegresso cum unum efficiat, inscriptionem non habet.* 1. factionum *abc.* 2. accommodatum *Oxon.* 3. adversus *Oxon.* 4. clamant *c.* concordant *G.* 5. quoque *om. G.*

t. Post aquam manualem et lumina] Nam et post coenam iterum manus lavabant, tum lumina inferebantur. Notant autem scriptum in quibusdam libris *post aquam manualem ad lumina.* (Herald.) De aqua manuali uberius disputat Desid. Herald. Digress. I, 22. p. 245 sq. Breviloquentiae *post aquam manualem et lumina,* h. e. postquam adlata est aqua manualis et lumina, alia exempla protuli ad Scorpiac. cap. 11.

u. provocatur in medium deo canere] Infinitivus quem dicunt finalis. Sic supra cap. 22 „utriusque nominis testes *esse* vel magi adsunt." Scorpiac. cap. 1 „calentes et ipsi *offendere, figere, occidere.*" Ad Scapul. cap. 5 „*inquirere* accenditur." De re cf. Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 107.

v. nec in eruptiones lasciviarum] Cap. 35 „catervatim cursitare ad iniurias, ad inpudentias, ad libidinis inlecebras."

omnis popularis [6]incommodi Christianos esse [7]in causam[a]. Si Tiberis ascendit [8]in moenia, si Nilus non ascendit [9]in arva, si caelum stetit[b], si terra [10]movit[c], si fames, [11]si lues, statim Christianos ad leonem! [12]adclamatur[d]. Tantos ad unum? Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quantae clades orbem et [13]urbes ceciderunt? Legimus [14]Hieran, Anaphen[e] et Delon et Rhodon et [15]Co insulas multis cum milibus hominum pessum [16]abisse.

6. incommodi in primordio temporum Christianos *λ*. 7. in causam *ABD*. in causa *FGλc. Vindob.* causam *Eabdef. Erfurt. Oxon. Pameliani aliquot.* 8. ad moenia *cf.* 9. in rura *λ*. 10. vomit *D.* 11. si *om. F. Vindob.* 12. adclamatur *ABDEFGab. Vindob. Erfurt. Oxon.* inclamant *λ. Omittunt cdef. Haverc.* 13. urbes *AEFf. Vindob. Erfurt.* urbem *BDGabcde. Haverc.* 14. Hieran, Anaphen et *Haverc.* hieran (hierant *B.*) napean et *AB.* hierannapean et *E. Oxon. Erfurt. Pamelianorum pars.* hieramapeam et *D. Vaticanus unus.* hyeramcipeam et *G.* hieramiapaeam et *Vaticanus alter.* iherannapeam et *Bongars.* hienarranda penes *λ.* geran napean et *Ambros.* Hierapolim et *abcde.* Hierannapen et *f.* Hieren, Nean, Anaphen et *Iac. Gothofredus ad Tertull. Ad Natt. I, 9. et Salmas. in Solin. p.* 102. 15. Co *f. Haverc. Salmasius.* Cho *ABEG. Vindob. Pamelii aliquot libri. Erfurt.* Choo *Ambros. Bongars.* thou *F.* Choon *D.* Con *abc.* Coon *de. Vaticanorum unus.* 16. abisse *ABEFG. Vindob. Erfurt.*

Cap. XL. a. esse in causam] Sic scriptum est in libris optimis Parisiensibus. De Idololatria cap. 15 „Si idoli honor est, sine dubio idoli honor idololatria est. Si hominis causa est, recogitemus omnem idololatriam *in hominis causam esse.*" Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 7.

b. si caelum stetit] De Ieiun. cap. 16 „Cum *stupet caelum et annus aret,* nudipedalia denuntiantur." Cf. Ad Natt. I, 9. *Caelum stare,* inquit Rigaltius, et *stupere* dicitur, cum velut stuporis inertia fixum pressumque non liquescit nec solvitur in pluvias. Cf. Augustin. De Civ. Dei II, 3 „Ex quorum imperitia illud quoque ortum est vulgare proververbium: Pluvia defecit; causa Christiani!"

c. si terra movit] Liv. XXXV, 40 „*Terra* dies duodequadraginta *movit.*" Gell. N. A. IV, 6 „Quod C. Iulius L. F. pontifex nuntiavit in sacrario in regia hastas Martias movisse." Cf. Sueton. Claud. cap. 22. Tertull. Ad Natt. I, 9.

d. Christianos ad leonem adclamatur.] Ita enim deposcebant, *Ad leonem,* non *Ad leones.* Lampridius in Commodo: „Delatores ad leonem! Exaudi Caesar" cett. Hanc loquendi rationem ridet Tertullianus. Quis vero leo tot Christianis conficiendis par esse potest? —— Haec igitur erat vulgi depostulatio. In agone Polycarpi apud Eusebium: „*ταῦτα δὲ λέγοντες ἐπεβόων, καὶ ἠρώτων τὸν ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα.*" (Herald.) Adde Cyprian. Epist. 55 „*Ad leonem petitus* in circo, in amphitheatro," et paulo post „clamore popularium denuo *ad leonem depostulatus* in circo." Cf. Ferrar. de Vett. Acclam. et Plausu lib. VII, cap. 18.

e. Hieran, Anaphen] Difficile est eruere quae vera h. l. scriptura sit. Scriptum erat fortasse *Hieranaphen* vel *Hieraphen.* Certe de hac altera forma testis est Stephanus Byzant. s. v. *Ἱεράφη, ὡς Ἀνάφη, νῆσος Λιβύης. Ἑκαταῖος περιηγήσει.* Interim retinui *Hieran, Anaphen,* quarum insularum illa, ex Aeoliis una, hodie Volcano dicitur, altera inter Sporades est et hodie Namfio et Anafi appellatur. Plin. Hist. Nat. II, 87. et Amm. Marcell. XVII, 7. p. 98. tradunt Hieran et Anaphen insulas, item Delon ac Rhodon ex mari erupisse. Cf. etiam Plin. H. N. IV, 12. Qui *Hierapolim* ediderunt, id fecerunt testimonio Eus. Chron. ad a. MMLXXX. et Orosii VII, 7., qui narrant eam anno tertio imperatoris Neronis una cum Laodicaea et Colosso terrae motu corruisse. Sed parum illi memores erant Tertullianum solummodo loqui de cladibus quae ante Tiberium et Christi adventum acciderint. Neque locus est urbis Hierapolis inter insulas Delon, Rhodon, Con. Deli casum Tertullianus commemorat etiam de Pallio cap. 2. Cf. praeterea Plin. Hist. Nat. II, 88. 89., ubi narrat Delon ac Rhodon aliquando absorptas fuisse ac postea apparuisse. De Rhodo cf. etiam Euseb.

Memorat et Plato maiorem Asiae [17]vel Africae terram[f] Atlantico mari [18]ereptam. Sed et mare Corinthium terrae motus ebibit[g], et vis undarum Lucaniam [19]abscisam in Siciliae nomen [20]relegavit[h]. Haec utique non sine iniuria[i] incolentium accidere potuerunt. Ubi vero tunc, non dicam deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dei vestri, cum totum orbem cataclysmus abolevit, [21]vel, ut Plato putavit, campestre solummodo[k]? Posteriores enim illos clade diluvii contestantur ipsae urbes in quibus nati [22]mortuique sunt, etiam quas condiderunt; neque enim [23]alias hodiernum manerent nisi et ipsae posthumae cladis illius. Nondum Iudaeum ab Aegypto examen Palaestina susceperat nec iam illic Christianae sectae origo consederat, cum regiones [24]adfines eius [25]Sodoma et Gomorra igneus imber [26]exussit. Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma, [27]conantur oculis tenus[l], ceterum contacta [28]cinerescunt. Sed

17. vel *ABDFGf. Vindob. Ambros. Oxon. Pameliani omnes.* et *Eabcde. Erfurt. Cf. De Pallio cap.* 2. *et Ad Natt. I,* 9. 18. inereptam (*leg.* intereremptam) *λ.* 19. abscisam (abscissam *Vindob.* abcisam *B.*) *ABDEGλ. Vindob. Bongars. Erfurt. Ambros.* Italiae abscissam (abscisam *Fd. Haverc.*) *Fabcdef. Haverc.* 20. religavit *G.* 21. velud *AG.* 22. moratique *λ.* 23. alias hodiernum *ABEGf. Vindob. Erfurt.* alias in hodiernum *DFabcde.* illae in hodiernum *λ.* 24. ac fines *DEabcd.* 25. sodomam et gomoram *F.* 26. excussit *Fa. Vindob.* 27. conantur *ABEGλdef. Gandav. Elnon. Erfurt. Vaticanus unus.* cernantur *F. Vindob.* oriantur *Dabc. Ambros. Latinius.* cooriantur *Meursius Crit. Arnob. p.* 229. 28. cineres sunt *λ. In seqq.* iam tunc *om. cd.* tunc *om. λ.*

Chron. ad a. MDCCCCX. Oros. IV, 13. Item in Co insula a. XXXVIII. Augusti Caes. terrae motu plurima corruisse Eusebius testatur.

f. maiorem Asiae vel Africae terram] Ad Natt. I, 9 „maiorem Asia *aut* Africa in Atlantico mari mersam." De Pallio cap. 2 „Aeon in Atlantico Libyam *aut* Asiam adaequans quaeritur nunc." Platonis testimonium firmaret scripturam „maiorem Asiae *et* Africae." De genitivo comparationis more graeco pro ablativo posito v. Stallbaum ad Ruddim. II, p. 77. Voss. ad Vell. II, 31. Salmas. ad Spartiani Carac. cap. 2. p. 708. et interprr. ad Apul. Metam. III, 11. Platonis locus de Atlantide insula est in Timaeo p. 24 sqq. cf. Crit. p. 108 sqq. Adde Aristot. de Caelo II, 14. Procl. ad Tim. p. 24. Diod. Sic. V, 9. Plin. Hist. Nat. II, 90. Arnob. Adv. Natt. I, 5. cum interprr. Bailly Lettres sur l'Atlantide cett. (Paris. et Amstelod. 1779.). Bory de St. Vincent Essai sur les isles f. et l'antique Atlantide. Morgenblatt a. 1835. 2—5.

g. mare Corinthium terrae motus ebibit] Plin. Hist. Nat. II, 4 et 92.

h. Lucaniam abscisam in Siciliae nomen relegavit.] Sallust. Fr. 297. Plin. Hist. Nat. III, 8. Lucret. I, 718 sqq.

i. iniuria] h. e. damno. Cf. adnot. ad cap. 38.

k. vel, ut Plato putavit, campestre solummodo?] Cf. De Pallio cap. 2.

l. conantur oculis tenus] Si quae illic arbores supersunt, spectantium quidem oculis poma promittunt, sed ea poma carpentium digitis contacta solvuntur in cineres. (Rigalt.) Probo hanc interpretationem. Similiter verbo *conari* utitur infra cap. 47 „Dum *ad nostra conantur,* — — si quid in sanctis scripturis offenderunt, — — ad propria opera verterunt." Conari est igitur quasi pro adfectare, et Tertullianus: Et si quae, ait, illic arborum poma proveniunt, conatu suo et affectatione non ultra speciem sui proveniunt, quia contacta statim in cineres solvuntur. Cf. Auctor carminis Sodoma v. 133 sqq.: „Semiperemta etiam si qua illic iungere laetas Autumni conantur opes, facile optima quaeque Promittunt oculis pyra, persica et omnia mala, Donec carpantur: nam protinus indice tactum Solvitur in cine-

nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis [29]querebantur, cum [30]Vulsinios[m] de caelo, [31]Pompeios [32]de suo monte [33]perfudit ignis. Nemo adhuc Romae deum verum adorabat cum [34]Hannibal apud Cannas [35]per Romanos anulos [36]caedes suas modio metiebatur[n]. Omnes dei vestri [37]ab omnibus colebantur, cum ipsum Capitolium Senones [38]occupaverant[o]. [39]Et bene quod[p], [40]si quid adversi [41]urbibus accidit, [42]eaedem clades [43]templorum quae et moenium fuerunt, ut iam [44]hoc revincam[q] non [45]ab eis evenire, [46]quia et ipsis evenit. [47]Semper humana gens male de deo meruit. Primo quidem ut [48]inofficiosa eius, quem cum intellegeret ex parte, [49]non requisivit, sed et [50]alios insuper sibi [51]commentata[r] quos coleret; dehinc quod non inquirendo innocentiae magistrum et nocentiae [52]iudicem et exactorem [53]omnibus vitiis et criminibus inolevit. Ceterum si requisisset, [54]sequebatur, ut [55]cognosceret requisitum et recognitum

29. querebatur *def. Haverc.* 30. ulscinius *F.* vulscinios *D. Vindob.* ulscinios *AβE.* ulcinios *AφBG.* ulciscinios *Erfurt.* Volsinios *c.* 31. Tarpeios *Haverc., cum Gothofredo ad Tertull. Ad Natt. I,* 9. 32. Vesuvio monte *Meursius Crit. Arnob. p.* 229. 33. profudit *abc.* 34. Hannibal *Aβ.* Hanibal *E.* 35. per *om. Gλf. Haverc.* 36. caede sua *λf.* 37. ab hominibus *FG.* 38. occupaverant *ABDEFG. Vindob. Erfurt. Oxon. Bongars.* occupaverunt *abcdef. Haverc. Post* occupaverant *in vett. libris tam scriptis quam editis incipit novum caput cum inscriptione* DE ADVERSIS VRBIVM (VRBIBVS *DG.*). 39. Est bene *c.* 40. si aliquid *F.* si quidem *G.* 41. urbibus accidit *ABEFGf. Vindob. Erfurt.* accidit urbibus *Dabcde. Haverc.* 42. eadem *λ.* aedium *ab.* 43. templorumque et *ab.* 44. et hoc revincam *λ.* hoc revincat *G.* 45. ab eis *ADEFG. Bongars. Erfurt. Oxon. Vindob.* a deis *AφBφabcdef. Haverc.* ab his *λ.* 46. quae et ipsis similia evenerunt *λ.* 47. semper. Et humana *Da.* Semper enim humana *b.* Semper et humana *e.* 48. in officia eius quemcunque *c.* in offĭciosa eius quaecunque *G.* 49. non requisivit sed *ABDEFGabcdef. Erfurt. Oxon. Vindob. Ambros.* non solum non requisivit timendum sed *λ. Haverc.* 50. alios insuper sibi *ABDEFGabcdef. Oxon. Erfurt. Vindob. Ambros.* alios sibi citius *λ. Haverc.* 51. commentata quos coleret *ABD EFG. Erfurt. Oxon. Vindob. Ambros.* commentaret *a.* commentata est quos coleret *bcdef. Gorziens.* commenta (commenta est *Haverc.*) quos coleret *λ. Bongars. Haverc.* 52. vindicem *Fulv. Ursinus.* 53. omnibus se vitiis et cerimoniis involvit *bc.* omnibus vitiis et criminibus incoluit *a.* 54. sequeretur ut *d.* et (ut *G.*), *omisso voc.* sequebatur, *Gc.* 55. cognosceret requisitum et recognitum *ABDEabe. Oxon. Erfurt.* recognosceret et recognitum *f.* recognosceret requisitum et recognitum *FGc. Vindob. Fulv. Ursinus.* cognosceret et recognosceret requisitum et recognitum *d.*

rem, fit vana favillaque pomum.", in quibus metris Tertulliani imitatorem facile deprehenderis.

m. cum Vulsinios] Cf. Plin. Hist. Nat. II, 52. Tertull. de Pallio cap. 2.

n. modio metiebatur.] Cf. Liv. XXII, 46 sqq. Appian. Hann. cap. 20 sq. Flor. II, 6. Polyb. III, 113 sq. Cic. Tusc. I, 37. et de Offic. III, 11. Augustin. de Civ. Dei III, 19. Oros. IV, 16.

o. Senones occupaverant.] Cf. Liv. V, 37 sqq. Augustin. de Civ. Dei II, 22. Oros. II, 19.

p. Et bene quod] Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 5.

q. revincam] h. e. convincam, evincam, demonstrem. Cf. adnot. ad De Testim. Animae cap. 1.

r. commentata] Commentari passim usurpatur pro comminisci, cogitando invenire. Plaut. Cas. II, 3, 25 „Ut cito *commentatus est!* scil. fallaciam." Vit. Patrum Emerit. tom. II. Concil. Hisp. p. 653. col. 2 „Fraudulenta consilia, qualiter eum interficerent, *commentavit.*" Cf. Tertull. De Resurr. Carnis cap. 33 „Nullam parabolam non aut ab ipso invenias edissertatam aut a *commentatore evangelii* praeluminatam." Ad Natt. I, 8.

observaret et observatum [56]propitium magis experiretur quam iratum. Eundem [57]igitur nunc quoque scire debet iratum quem et retro semper, priusquam Christiani nominarentur. [58]Cuius bonis utebatur ante editis quam [59]sibi deos fingeret, cur non [60]ab eo etiam mala intellegat evenire cuius bona esse non sensit? Illius [61]rea est [62]cuius et ingrata[s]. [63]Et tamen si pristinas clades comparemus, leviora nunc accidunt, ex quo [64]Christianos a deo orbis accepit. Ex eo enim et innocentia saeculi [65]iniquitates temperavit et deprecatores [66]dei esse coeperunt. Denique[t] cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt[u] et annus in cura est, vos quidem [67]cotidie pasti statimque pransuri, balneis et [68]cauponiis[v] et lupanaribus [69]operantibus, aquilicia Iovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis[w], caelum apud Capitolium quaeritis, nubila de laquearibus exspectatis, aversi ab ipso et deo et caelo: nos vero ieiuniis

56. propitium magis *ABEFGef. Oxon. Vindob. Erfurt.* magis propitium *Dabcd.* 57. igitur *AEFGf. Bongars. Erfurt. Vindob.* ergo (*ΑφΒφDφ*)*abcde. Haverc.* 58. Quibus bonis *a.* cuius boni G. 59. sibi deos *ABFGef. Vindob.* deos sibi *DEabcd. Oxon. Erfurt.* 60. etiam ab eo mala intelligant *F.* 61. rea est *om. F. Vindob.* 62. cuius bonis ingrata est λ. 63. Et tamen *ABFGλcdef. Vindob.* Etiam tamen *DEab. Oxon. Erfurt.* 64. Christianos adeo orbis accepit. Exinde enim λ. 65. iniquitatem *F. Vindob.* 66. dei *om. F. Vindob.* 67. cotidie pasti statimque pransuri *om. f.* 68. cauponiis *ABF. Vindob.* cauponeis *DE. Erfurt.* caponis *c.* cauponis *Gabdef.* 69. operantibus *ABDEFGλcf. Vindob. Erfurt. Ambros. Bongars. Ursini liber.* operati *abde.*

s. Illius rea est cuius et ingrata.] Apud deum rea facta est, adversus quem et ingratam se praebuit. Ille castigat, adversus quem deliquit. De structura adiectivi *ingratus* cf. Vergil. Aen. X, 666 „ingratus salutis."

t. Denique] h. e. ut unum afferam, ut uno exemplo fungar. Cf. adnot. ad librum De Corona cap. 3.

u. ab imbribus aestiva hiberna suspendunt] Sive nubila aestiva. Cyprian. ad Demetrian. „quod lues, quod fames saeviant *quodque imbres et pluvias serena longa suspendant.*" Id. de Mortalitate: „Et quando *imbres nubila serena longa suspendunt,* omnibus siccitas una est." (Herald.) Supra dixerat „si caelum stetit."

v. cauponiis] Formam *cauponium* tuentur etiam Notae Tiron. pag. 156. et Glossarium Cyrilli. Item vetus glossarium latinum a me editum in Jahn et Klotz Archiv. 1848. p. 291, 22. „*Cauponum* (leg. *Cauponium*), *stabularium hospitum.*" Pompon. Digest. XXXIII, 7, 15 „et in *cauponio* (ed. Haloandri *cauponia*) institores." Verto: Um eins anzuführen, wann sommerwetter die winterzeit von ihren regengüssen abhält und man um den jahresertrag in sorge ist, da seid ihr wenigstens täglich mit speise gefüllt um alsbald wieder zu tafeln und opfert so, während bäder und kneipen und hurenhäuser im gange sind, aquilizien dem Iupiter" cett. De aquiliciis v. interprr. ad Festum s. v. Cf. Otfr. Müller Etr. IV, 8, 2. tom. II. p. 340. Scalig. ad Euseb. Chron. p. 80 sq. Aquilicia immolare est sacrificia facere ad pluvias ab Iove impetrandas caeloque eliciendas. Sic Graeci *θύειν τὰ σωτήρια, τὰ διαβατήρια,* et similia.

w. nudipedalia populo denuntiatis] Tertull. De Ieiun. cap. 16 „Sed et omnem *ταπεινοφρόνησιν* ethnici agnoscunt: cum stupet caelum et aret annus, *nudipedalia denuntiantur,* magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigetant, hostiam instaurant." Petron. cap. 44. ed. Burm. „Antea stolatae matronae ibant nudis pedibus in clivum, passis capillis, mentibus puris, et Iovem aquam exorabant; itaque statim urceatim pluebat."

aridi[x] et omni continentia [70]expressi[y], ab omni vitae [71]fruge dilati[z], in sacco et cinere [72]volutantes [73]invidia caelum tundimus[zz], [74]deum tangimus, et cum misericordiam extorserimus, Iupiter [75]honoratur.

Vos igitur inportuni rebus humanis, vos [1]rei publicorum in- Cap. XLI.
commodorum [2]inlices semper[a], apud [3]quos deus spernitur, statuae adorantur. [4]Etenim credibilius haberi debet eum irasci qui neglegatur quam qui coluntur, [5]aut nae illi iniquissimi, [6]si propter Christianos etiam cultores [7]suos laedunt, [8]quos separare deberent a meritis Christianorum. Hoc, inquitis, et in deum vestrum repercutere est, [9]si quod et ipse [10]patiatur, propter profanos etiam

70. aspersi *ab.* 71. frugi *F. Vindob.* 72. voluntates *BG.* volvitantes *A.* 73. membra caelum *F.* inedia caelum *Rhenanus.* 74. deum tangimus *om. f.* 75. honoratur a vobis, deus negligitur *λ. Haverc.*

Cap. XLI. *Caput quadragesimum primum, quod in A. aliisque est quadragesimum secundum; in ABEGab. Vindob. Oxon. Erfurt. Ambros. inscriptum est* QVOD DEVS SPERNITVR ET STATVAE ADORANTVR (ADORENTVR *E. Erfurt.*)., *plenius in Vaticano uno* QVOD MERITO DEVS IN GENVS HVMANVM IRASCI DEBVIT CVM SPERNATVR ET STATVAE ADORENTVR. 1. rei *om. λ.* regi *G.* 2. inlices *ABEFGλf. Vindob. Erfurt. Oxon. Ambros.* illicet *D.* vos malorum illices *abcde. Haverc.* 3. vos *a.* 4. Utique enim *λ. Havere.* 5. Sed ne *λ.* an ne *DEab. Erfurt. Oxon.* Annon *Latinius.* 6. qui propter *λ.* 7. suos *om. FG.* 8. quo superare *D.* quos seperare *A., pro more.* 9. si quod (quid *F.*) *ABDEFG. Vindob. Erfurt.* si quidem *abcde.* quod *f.* qui *λ. Haverc.* 10. patitur *λabcde.*

x. ieiuniis aridi] Nam in eiusmodi difficultatibus ieiunia populo indicebantur secundum formam a deo Israëlitis traditam. De Ieiun. cap. 16 „Bene autem quod et episcopi universae plebi mandare ieiunia assolent, non dico de industria stipium conferendarum, ut vestrae capturae est, sed interdum et ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa."

y. omni continentia expressi] Quasi prelo. Franc. Iunius convertit *ἐκπεπιεσμένοι.* Rigaltius adnotat: Expressos continentia dicit quos contraria passione, h. e. libidine, solutos diceremus.

z. ab omni vitae fruge dilati] Alimentis in serum aut etiam crastinum dilatis. (Rigalt.)

zz. invidia caelum tundimus] Sic *δυσωπῆσαι θεόν* dicit in eodem argumento Iosephus lib. XII. Antiqu. Iud. cap. 11 „*καὶ παρεκελεύετο τὰς ἐλπίδας τῆς νίκης ἔχοντας ἐν τῷ θεῷ τοῦτον ἱκετεύειν τῷ πατρίῳ νόμῳ σάκκους περιθεμένους καὶ τὸ σύνηθες αὐτοῖς σχῆμα τῆς ἱκετείας περὶ τοὺς μεγάλους κινδύνους ἐπιδείξαντας τούτῳ δυσωπῆσαι παρασχεῖν αὐτοῖς τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν κράτος.*" Sic Basilius ad Gregorium: „*ὥστε μὴ ἀποκάμῃς προσευχόμενος ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ δυσωπῶν τὸν θεόν.*" Quid sit autem *invidia caelum tundere* sive *pulsare* et *invidiam facere* docebamus ad Arnobium et alibi. [V. Herald. ad Arnob. Adv. Natt. IV. p. 150. ed. LB. et ad Senecae Hercul. Oet. v. 1861.] *Supplicem invidiam* dicit eleganter Tertullianus libro de Ieiuniis [cap. 16.] „Apud quasdam vero colonias praeterea annuo ritu saccis velati et cinere conspersi idolis suis invidiam supplicem obiiciunt." Cyprian. de Mortalitate: „Et cum eum uxor sua compelleret, ut vi doloris impatiens aliquid adversus deum querula et invidiosa voce loqueretur." (Herald.) V. etiam Cortium ad Lucan. II, 36. qui nubem exemplorum eius locutionis collegit. Addo Stat. Silv. V, 5, 97 sq. „nonne horridus ipsos Invidia superos iniustaque Tartara pulsem!" Cf. Id. Theb. IX, 722. Zeno Veron. de Iob: „Scidit vestimenta sua, non ut deo invidiam faceret, sed ut expeditus cum hoste pugnaret." Auctor carminis Sodoma v. 20 „Pulsabant caelum invidia, connubia mista Incestu parili." Cf. Rigalt. ad De Orat. cap. 5.

Cap. XLI. a. vos rei publicorum incommodorum inlices semper] Verto: Ihr seid angeklagt als immerwährende herbeiführer öffentlicher unfälle.

[11]suos cultores laedi. Admittite prius dispositiones eius, et non retorquebitis. Qui enim semel aeternum iudicium destinavit post saeculi finem, non praecipitat discretionem, quae est condicio iudicii, ante saeculi finem. Aequalis est interim super omne hominum genus et indulgens et [12]increpans. Communia voluit esse [13]et commoda profanis et incommoda suis, ut pari consortio omnes et lenitatem eius et severitatem [14]experiremur. [15]Quia haec ita didicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus severitatem, vos contra [16]utramque despicitis: [17]et sequitur ut omnes saeculi plagae [18]nobis, si forte[b], in [19]admonitionem, vobis in castigationem a deo [20]obveniant. [21]Atquin nos nullo modo laedimur; inprimis quia [22]nihil nostra refert in hoc aevo nisi de eo quam celeriter excedere, dehinc, quia si quid adversi infligitur, [23]vestris meritis[c] deputatur. [24]Sed etsi aliqua nos [25]quoque [26]praestringunt ut vobis cohaerentes, laetamur magis recognitione divinarum [27]praedicationum[d], [28]confirmantium scilicet fiduciam et fidem spei nostrae. [29]Sin vero ab eis quos colitis [30]omnia vobis mala eveniunt nostri causa, [31]quid colere perseveratis tam ingratos, tam iniustos, qui magis vos in [32]dolore Christianorum iuvare et [33]adserere debuérant, [34]quos separare deberent a meritis Christianorum?

11. etiam suos cultores *AE. Vindob. Oxon. Erfurt.* etiam eius cultores *G.* cultores suos etiam cultores *F.* etiam cultores *B.* etiam cultores suos *Dabcdef. Haverc.* 12. increpitans *cd.* incessens *λ.* 13. et *om. abce.* 14. experirer *G.* 15. Quia hoc ita didicimus *F.* Quia (Qui *c.*) aequitatem didicimus *Gbcde. Gorziens. et aliquot libri Pamelii.* Qui autem ita discimus *λ.* 16. utrumque *Gc. Pro* despicitis *in A. est* dispicitis. 17. etiam sequitur *DEabc. Erfurt.* 18. nobis (vobis *D.*) si forte *ABDEFGλcdf. Vindob. Erfurt. Oxon. Ambros.* nobis forte *abe.* 19. admonitionem nobis *D.* admonitionem a deo obveniunt, vobis *λ. Pro* admonitionem *A. habet* ammonitionem, *pro more.* 20. eveniant *Oxon.* 21. Atqui *Fabc.* 22. nihil nostra (nostra nil *F.*) refert in hoc aevo iussi de eo *F. Vindob.* 23. vestris id meritis *λ. Haverc.* veris meritis *c.* 24. Sed si *F.* 25. quoque *om. c.* 26. praestringunt *AβEF. Vindob. Erfurt.* perstringunt (*AφBD*)*Gabcdef.* 27. praedictionum *c.* 28. confirmamur: ut scilicet fiduciam et fidem spei nostrae agnoscentes. Iam vero si ab his molitis *λ. Pro* confirmantium *in G. est* recognitiones — — confirmantes. 29. Sin *ABFGd. Vindob. Pameliani aliquot.* Si *DEabcef. Oxon. Erfurt.* 30. omnia mala vobis eveniunt *F. Vindob.* omnia vobis male veniunt *λ.* 31. cur colere eos perseveratis *λ.* 32. dolore *ABEFGd. Erfurt. Vindob. Pamelii aliquot libri.* dolorem *Dabcef. Haverc.* 33. assistere *F.* 34. quos (quam nos *c.*) separare (seperare *A., pro more.* sperare *D.*) deberent (deberet *D.*) a meritis Christianorum *ABDEFGabcde. Vindob. Ambros. Oxon. Erfurt. Omittunt λf. Haverc.*

b. si forte] Cf. adnotata ad De Corona cap. 5.

c. meritis] Meritum pro peccato, ex usu scriptorum ecclesiasticorum. Exempla suppeditabit Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. II, 63. p. 225.

d. laetamur magis recognitione divinarum praedicationum] Eidem obiectioni occurrit eodem plane modo Clemens Alexandrinus Stromat. IV.: „ναί, φασὶν, εἰ κήδεται ὑμῖν ὁ θεὸς, τί δήποτε διώκεσθε καὶ φονεύεσθε, ἢ αὐτὸς ὑμᾶς εἰς τοῦτο ἐκδίδωσιν; ἡμεῖς δὲ ουχ οὕτως ὑπολαμβάνομεν, τοῖς περιστατικοῖς περιπίπτειν ἡμᾶς τὸν κύριον βουληθῆναι, ἀλλὰ προφητικῶς τὰ συμβήσεσθαι μέλλοντα, ὡς διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ διωχθησόμεθα“ cett. Sic Lactantius et alii. (Herald.)

Sed alio [1]quoque iniuriarum titulo postulamur, et infructuosi Cap. XLII.
[2]in negotiis dicimur[a]. Quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? Neque enim [3]Brachmanae aut Indorum gymnosophistae sumus, silvicolae et exules vitae[b]. Meminimus gratiam [4]debere nos [5]deo[c], domino, creatori: nullum fructum operum eius repudiamus: plane temperamus, [6]ne ultra modum aut perperam [7]utamur. [8]Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, nundinis vestris ceterisque commerciis cohabitamus [9]in hoc saeculo. Navigamus et nos [10]vobiscum et militamus et rusticamur et [11]mercatus proinde miscemus[d], artes, [12]opera nostra publicamus

Cap. XLII. *Inscriptio capitis in ABEG. Ambros. Erfurt. Vindob. Oxon. aliisque est* QVOD INFRUCTVOSOS NOS (NOS *om. G. Vindob.*) DICVNT., *in Dab.* CONTRA EOS QVI INFRVCTVOSOS DICEBANT CHRISTIANOS. 1. adhuc iniuriarum *λ*. 2. negotiis *λ*. in negotio *Gc. Oxon.* 3. brahmanae *Aβ*. bracmane *E. Erfurt.* bragmanni *F. Cf. interprr. ad Apul. Florid. II*, 15. *p.* 60. *ed. Hildebr.* brabiant *G.* 4. debere nos *ABFGf. Vindob.* nos debere *DEabcde. Erfurt. Oxon.* 5. deo domino *ABDEFGf. Vindob. Erfurt.* domino deo *abcde.* 6. ne *abcdef. Haverc.* nec *scripti libri omnes.* 7. mutamur *AφBDE. Erfurt.* 8. Ita non *F. Vindob.* 9. in hoc saeculo *ABDEGabcde. Oxon. Erfurt. Vindob.* in hoc saeculum *F.* hoc saeculum *λf. Haverc.* 10. vobiscum, et vobiscum *λf.* 11. mercatus *ABFE. Erfurt. Vindob. Oxon. Bongars. Habet* mercatus *etiam ed. Haverc., et probavit Salmas. de Usuris p.* 660. mercamur *DGλabcdef.* 12. operas nostras *λf. Haverc.*

Cap. XLII. a. infructuosi in negotiis dicimur.] Superest ultima criminatio, Christianos certe infructuosos atque inutiles esse generi humano, quippe qui quasi seorsum et separatim haberent, neque operas suas cum aliis conferrent. Id et de Iudaeis asserebat Euphrates apud Philostrat. de Vita Apoll. V, 11. Locus est elegans: „*ἐκεῖνοι μὲν γὰρ*, inquit, *πάλαι ἀφεστᾶσιν, οὐ μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων, οἱ γὰρ βίον ἄμικτον εὑρόντες, καὶ οἷς μήτε κοινὴ πρὸς ἀνθρώπους τράπεζα, μήτε σπονδαὶ, μήτε εὐχαὶ, μήτε θυσίαι, πλέον ἀφεστᾶσιν ἡμῶν ἢ Σοῦσα καὶ Βάκτρα καὶ οἱ ὑπὲρ ταῦτα Ἰνδοί.*“

b. silvicolae et exules vitae.] Locus egregius. Non agimus separatim, inquit, neque in silvis, veluti Brachmanae aut Gymnosophistae, sed vobiscum vivimus, iisdem cibis, eadem vivendi ratione utimur, quod certe de singularibus, si qui tum fuissent, non potuisset dici omnino vere. Sed haec alibi. *Silvicolas* autem appellat Brachmanas, quia *ἐν ἄλσει πρὸ τῆς πόλεως* degebant, ut docet Strabo lib. XV. [pag. 712 sqq.], nisi potius Germanas sive Sarmanas peculiariter designat, quae erat altera Indorum philosophorum secta, qui proprie *ὑλόβιοι* dicebantur, silvicolae, *ζῶντες ἐν ταῖς ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ κάρπων ἀγρίων, ἐσθῆτος τε φλοιῶν δένδρων, ἀφροδισίων χωρὶς καὶ οἴνου.* Clem. Alexandr. Strom. I. Indorum quoque philosophos distinguit in Brachmanas et Sarmanas, atque istorum nonnullos *ἀλλοβίους* appellari ait, *οὔτε πόλεις οἰκοῦντας, οὔτε στέγας ἔχοντας, δένδρων δὲ ἀμφιεννυμένους φλοιοῖς.* Certe *ἀλλόβιοι* sunt *exules vitae.* (Herald.) De Brachmanis et gymnosophistis v. Diod. Sic. XVII, 102 sq. Arrian. Exped. Alex. VI, 7. Plin. Hist. Nat. VI, 21. Suid. et Steph. Byzant. s. v. Schneider ad Aristot. de Anim. tom. II, p. 475 sq. Salmas. ad Solin. p. 210. Porphyr. de Abstin. VI, 17 sq. Philostrat. Vit. Apoll. I, 2 et 19. et III, 6 et 7. Euseb. Praep. Evang. VI, 10. IX, 6. Theodoret. Graec. Affect. Cur. p. 172. Augustin. de Civ. Dei IV, 16.

c. gratiam debere nos deo] Hoc ait, quia sophi illi, quorum meminit, multis rebus abstinebant, quemadmodum vino, ut indicat Strabonis locus antea laudatus, et omnibus denique rebus animatis. Clem. Alexandr. Strom. III. [pag. 571. Pott.]: „*Βραχμάναι γ' οὖν οὔτε ἔμψυχον ἐσθίουσιν, οὔτε οἶνον πίνουσιν.*“ (Herald.)

d. mercatus proinde miscemus] *Miscere mercatus* vel etiam *artes*, modo loquendi Graeco. Thucyd. lib. I, cap. 2.

usui vestro. Quomodo infructuosi [13]videmur negotiis vestris, cum quibus et de quibus vivimus, [14]non scio. Sed si caerimonias tuas non frequento, attamen [15]et illa die homo sum. [16]Non lavor diluculo Saturnalibus[e], ne et noctem et diem perdam, [17]attamen lavor honesta hora et salubri, quae mihi [18]et [19]calorem et sanguinem servet; [20]rigere et pallere post lavacrum mortuus possum. Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiariis [21]supremam coenantibus mos est[f], attamen [22]ubi de copiis tuis coeno. Non emo capiti coronam. Quid tua interest, emptis nihilominus floribus quomodo utar? Puto gratius [23]esse liberis et solutis et undique vagis. Sed etsi in coronam coactis, [24]nos coronam naribus [25]novimus; viderint qui per capillum odorantur[g]. Spectaculis non convenimus; quae

13. videmur *ABDEFG. Erfurt.* videamur *abcdef. Haverc.* 14. non scio. Sed si *ABDEFGacdef. Vindob. Oxon. Erfurt.* nescio, et si *λ.* non scio. Sed *b.* 15. et *om. Dabce.* 16. Non lavo sub noctem Saturnalibus *λf. Haverc.* 17. attamen lavo et debita hora *f. Haverc.* sed lavo et debita hora *λ.* 18. et *om. F. Vindob.* 19. calorem *ABDEFadef. Vindob. Oxon. Erfurt. Gandav. Elnon. Vaticanus unus.* colorem *Gbc.* 20. frigere *λ.* 21. supremam *ABFGcf. Vindob.* sub primam *Bongars.* suprema *DEabde. Erfurt. Oxon. Vaticanus unus.* 22. ubi *ABDEFGabcd. Vindob. Oxon. Erfurt.* ubiubi *df. Haverc.* ubicunque *λ.* 23. esse *λf. Haverc. Pro* liberis *in F. est* liberalibus, *in Vindob.* liberalis. 24. non *ab.* 25. admovimus *abc. In λ. extat* coactis, vos enim non novimus.

„τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις, οὔτε κατὰ γῆν, οὔτε διὰ θαλάσσης." Et passim. Hac autem de re diversae fuerunt veterum Christianorum sententiae. (Herald.) Cf. Salmas. de Usuris pag. 660.

e. Non lavor diluculo Saturnalibus] Tempestiva enim in iis festivitatibus convivia adibant, et idcirco maturius lavare oportebat. Nam balnea epulas praecessisse et notum est, et nos quoque olim observabamus alibi. Mortuos autem etiam lavabant, quod et alibi notabamus. [Cf. Becker Gallus II, p. 273 sqq.] Quapropter addit Tertullianus: *rigere et pallere post lavacrum mortuus possum.* Non, inquit, lavamur hora intempestiva, et inde rigorem atque ex rigore pallorem contrahamus; sed lavamur honesta hora et salubri, quae et sanguinem et colorem nobis conservet. (Herald.) Cf. Lips. Excurs. ad Tacit. Ann. XIV. p. 335.

f. quod bestiariis supremam coenantibus mos est] De bestiariis suprema coenantibus memini me legere aliquid apud Plutarchum. Sed locus non est mihi nunc ad manum. Istuc pertinere existimo hunc Apulei locum Miles. IV. [cap. 13.] „Gladiatores isti famosae manus, venatores illi probatae pernicitatis, alibi noxii, perdita securitate suis epulis bestiarum saginas instruentes." (Herald.) Suidas s.v. *Εἴποις τὰ τρία παρὰ τῇ ἀλῇ. τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀγομένοις παῤῥησία ἐξῆν, σίτου καὶ οἴνου πληρωθεῖσι τρία λέγειν ἃ βούλοιντο· μεθ' ἃ φιμωθέντες ἀπήγοντο τὴν πρὸς θάνατον.* Passio SS. Perpetuae et Felicitatis cap. 17. „Pridie quoque *cum illa coena quam liberam vocant,* quantum in ipsis erat, non coenam liberam, sed agapen coenarent, eadem constantia" cett. Cf. Io. Guil. Stuckii Antiquit. Conviv. I, 26.

g. viderint qui per capillum odorantur.] Minuc. Fel. Octav. cap. 38. „Quis autem ille qui dubitat vernis indulgere nos floribus, cum capiamus et rosam veris et lilium et quicquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est? His enim et sparsis utimur, mollibus ac solutis, et sertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite: auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire." Caput non coronasse veterem Christianum notum est. Cyprian. De Lapsis: „Ab impio sceleratoque velamine, quo illic velabantur, sacrificantium capita captiva, caput vestrum liberum mansit. Frons cum signo dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reservavit." Clement. Alex. Paedag. II, 8. Plura reperies

tamen apud illos coetus [26]venditantur[h] [27]si desideravero, [28]liberius [29]de propriis locis [30]sumam. Thura plane non emimus. Si Arabiae queruntur, [31]sciant Sabaei[i] pluris et [32]carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari[k] [33]quam deis fumigandis. Certe, inquitis, templorum vectigalia cotidie decoquunt: stipes [34]quotusquisque iam iactat[l]? Non [35]enim sufficimus et hominibus et deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quam petentibus [36]impertiendum. Denique porrigat manum Iupiter et accipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit vicatim quam vestra religio templatim[m]. [37]Sed cetera vectigalia gratias Christianis agent ex fide

26. vendicantur *DFG.* 27. quod ego si λ. 28. libentius *Gaef. Haverc.* 29. de suis de propriis λ. 30. sumam. Thura plane *λf.* sumam. Thura *Haverc.* sumantur. Thura plane (plane *om. c.*) *de.* sumantur plane *ABDEF. Erfurt. Vindob. Pamelii aliquot libri.* sumo. Thura plane *bc. Gorziens.* sumere plane *a.* Plane *G.* 31. sciant *ΑβΕFGλabcde. Erfurt. Oxon.* scient (*ΑφBD*)*f. Haverc.* 32. carius *c.* 33. quod eis *B.* 34. cotusquisque *F. Vindob.* 35. enim *om. abc.* 36. inpartiendum *DEG. Vindob.* 37. Sed et cetera *Gλ.*

in Tertulliani libro De Corona et in eis quae ibi adnotaverimus. De formula *viderint,* Tertulliano usitatissima, cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

h. quae tamen apud illos coetus venditantur] In theatris plura edulium genera circumlata et venditata docebamus olim alibi. (Herald.)

i. sciant Sabaei] Arabiae sunt thura, Sabaeorum unguenta.

k. Christianis sepeliendis profligari] h. e. impendi, insumi, ut plerique interpretantur. Gloss. Philox. „Profligatum, *καταναλωμένον, καταπονηθέν.*" Tacit. Ann. XVI, 18 „Habebatur non ganeo et *profligator*, ut plerique sua haurentium, sed erudito luxu." Auson. Perioch. Odyss. 2. „De contumelia domus et *bonorum profligatione* questi." Ego sumo *profligare* pro exigere, requirere, ex usu ICtorum. Cod. Theodos. VIII, 8. c. 12. de Execut. et Exact. „quidquam ab eis *exigere seu profligare.*" Ibid. VII, 10. c. 1 „triginta librae — — multae nomine *profligentur.* Glossar. Philox.: „Profliganda, *ἀπαιτητέα.* Profligant, *ἀπαιτήσωσιν.*" Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 772. De re cf. Tertull. De Idol. cap. 11 „Viderint si eaedem merces, thura dico et cetera peregrinitatis ad sacrificium idolorum etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, *nobis quoque insuper ad solatia sepulturae usui sunt.*" De Resurr. Carnis cap. 27 „Proinde enim et *corpora medicata condimentis sepulturae mausoleis et monumentis sequestrantur.*" Lactant. Inst. Div. II, 4 „Defunctorum corpora odoribus et pretiosis vestibus illita." Cassian. Collat. XV, 3. de monachis Aegyptiorum: „Corpora mortuorum pigmentis condita redolentibus in editioribus cellulis reconduntur." Cf. inprimis Walchii Dissert. de Mumiis Christ. in Commentat. Goettingens. Vol. III.

l. stipes quotusquisque iam iactat?] Queruntur ethnici deorum templis in dies rariora et minora pendi vectigalia et vix quemquam iam reperiri qui stipem illis iactet. Cf. Plinius ad Traianum: „Certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari, et sacra solemnia diu intermissa repeti, passimque venire victimas, quorum adhuc rarissimus emptor inveniebatur." Arnob. Adv. Natt. I, 24 „negliguntur dii, clamitant, atque in templis iam raritas summa est." De templorum vectigalibus cf. etiam De Idololatria cap. 17.

m. quam vestra religio templatim.] Proinde porrigat, ludit Tertullianus, porrigat manum Iupiter, si vult aut potest, et a nobis accipiat eleemosynam, qua ille pauper indiget. Neque enim negamus, nos plus insumimus atque impendimus pecuniae quam vos. Misericordia nostra per vicos plus operatur, quam per luxuriam vestram in singulis templis profligatur. Hanc sacerdotum luxuriam perstrinxerat modo supra cap. 39. De particula *denique* pro *proinde, ex consequenti* posita ex usu ICtorum cf. Dirksen Manuale s. v., qui exempla collegit. De adverbiis *vicatim* et *templatim* cf. adnot. ad cap. 35.

[38]dependentibus debitum[n], [39]qua alieno fraudando abstinemus, [40]ut, si ineatur quantum [41]vectigalibus pereat fraude et mendacio vestrarum professionum[o], facile ratio haberi possit, unius speciei querela conpensata pro commodo ceterarum rationum.

Cap. XLIII. Plane [1]confitebor, [2]quinam, [3]si forte, vere de sterilitate Christianorum conqueri [4]possint. Primi [5]erunt lenones, perductores, [6]aquarioli[a], tum [7]sicarii, venenarii, magi, item [8]aruspices, arioli, mathematici. His infructuosos esse magnus [9]est fructus. Et tamen quodcunque dispendium est rei vestrae per hanc sectam, [10]cum aliquo praesidio conpensari potest. [11]Quanti habetis, non dico [12]qui

38. debentibus *G.* *Pro* agent *in λcd. est* agunt. 39. quo *F.* quia *G.* cum λ. 40. at si metiatur *F.* ut si mereatur *G.* 41. publico pereat λ. *Haverc.* *In λ. extat* Sed et cetera vectigalia laeduntur. sufficit si cetera. gratias Christianis agunt ex fide dependentibus debitum, cum alieno fraudando abstinemus, ut, si ineatur quantum publico pereat et fraude et mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit, unius speciei querela compensato pro ceterarum rationum securitate.

Cap. XLIII. *Caput quadragesimum tertium (quod in A. est quadragesimum quartum) in ABDEG. Erfurt. Oxon. Vindob. inscriptum est* DE LENOCINIO., *in ab.* QVI DE CHRISTIANIS CONQVERANTVR. 1. confitebar *G.* confiteor *Oxon.* 2. quoniam λ. quidnam *G.* qui conqueruntur. Nam *abcd.* 3. si qui *abcd.* 4. possint *ABDFd. Vindob. Pamelii libri.* possunt *E(m. pr.) Glabcef. Erfurt.* 5. sunt *Fc.* 6. aquariolorum *F.* equarii olitu *G.* harioli tum λ. moecharioli tum *Fulv. Ursinus.* 7. secarii *AF. Vindob.* sequarii *B.* securii *G.* 8. arioli aruspices *cd. Haverc.* 9. est fructus *ABEFG. Vindob. Oxon. Erfurt.* fructus est *Dabcdef. Haverc.* 10. cum aliquo utique praesidio *λf. Haverc.* *Post voc.* potest *in ABDEFG. Oxon. Erfurt. Vindob. aliisque incipit novum caput cum inscriptione* DE EXORCISMATE. 11. Quanti *ABD EFGλf. Bongars. Erfurt. Vindob.* Quantos *abcde. Vaticanus unus.* 12. iam qui *λf. Haverc.*

n. ex fide dependentibus debitum] De hac Christianorum submissione ac fide Iustin. Martyr Apolog. II. „*φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ.*“ (Herald.)

o. professionum] Professiones sunt denotationes aut descriptiones census. V. interprr. ad Liv. XXXV, 7. et ad Cicer. Verr. II, 3, 47.

Cap. XLIII. a. perductores, aquarioli] Perductores dicti qui blanditiis ac suasionibus mulieres vel etiam viros perducerent atque alienae libidini conciliarent. Horatius Sat. II, 5 „Putasne *Perduci* poterit tam frugi tamque pudica?“ Sic *προαγωγεύειν* et *προάγειν* Graeci dicunt. Heliodorus Aethiop. lib. VII. de lena Theagenis amorem herae suae conciliare conante: „*πνιγμὸς τοίνυν εἶχε τὴν γραῦν, καὶ οἷον ἕλυζε τὴν καρδίαν, στοχαζομένη μὲν ὡς συνίησι τῆς προαγωγείας, αὐθαδιαζόμενον δὲ καὶ διωθούμενον ὁρῶσα τὴν πεῖραν.*“ Nota bellam illam conciliatricem vetulam ab Heliodoro pingi, quales paene omnes illius artis mulieres, Gregorius Nazianz. Panegyrico in Cyprianum: „*καὶ προαγωγῷ χρῆται οὐ γυναικιδίῳ τινὶ παλαιῷ τῶν πρὸς ταῦτα ἐπιτηδείων.*“ Potest etiam alia esse appellationis ratio; nimirum quod lenones praeeant viam ac perducant, nisi utrumque simul mavis. Ovid. lib. III. Amor. Eleg. 2. „Me lenone placet, duce me perductus amator, lanua per nostras est adaperta manus.“ (Herald.) Ascon. ad Cic. Verr. II, 1, 12. „*Lenones* sunt scortorum, *perductores* etiam invitarum personarum, et in quibus stupra exercita legibus vindicantur.“ Cf. Buenem. ad Lactant. VI, 17, 19. *Aquarioli* lenonum sunt famuli, nomen adepti ab aqua petenda ad balneum necessaria. V. Festus s. v. cum interprr. p. 332. ed. Lindem. Ruperti ad Iuven. Sat. VI, 332. Burm. ad Anthol. Lat. II, p. 505. interprr. ad Petron. Sat. cap. 27. Salmas. ad Vopisc. Carin. cap. 21. et ad Tertull. de Pallio p. 347. Turneb. Advers. XIV, 12. XVIII, 5. Lips. Elect. I, 12.

iam de vobis daemonia [13]excutiant, non dico iam qui pro vobis [14]quoque vero deo preces sternant[b], [15]quia forte non creditis, sed a quibus nihil timere possitis?

[1]At enim illud detrimentum [2]reipublicae [3]tam grande quam verum nemo circumspicit, illam [4]iniuriam civitatis nullus expendit, [5]cum tot iusti impendimur, cum tot innocentes [6]erogamur[a]. Vestros enim iam contestamur actus, qui cotidie iudicandis custodiis praesidetis, qui sententiis [7]elogia dispungitis[b]. [8]Tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur: quis illic sicarius, quis manticularius[c], quis sacrilegus aut corruptor aut lavantium praedo[d], [9]quis ex illis etiam Christianus adscribitur? [10]aut cum Christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis [11]quales tot nocentes? De vestris Cap. XLIV.

13. discutiant λ. 14. deo quoque vero preces sternant *F.* quoque deo vero preces fundant λ. 15. quia forte non creditis *om.* λ*f.*

Cap. XLIV. *Hoc caput, quod quadragesimum sextum vulgo in libris scriptis est, in ABDEG. Vindob. Erfurt. Oxon. titulum habet* DE CVSTODIIS ETHNICORVM., *in ab.* QVANTVM INCOMMODI RESPVBLICA PATIATVR EX MORTE INNOCENTIVM CHRISTIANORVM. 1. Etenim *DG.* 2. rei *F.* 3. tam verum tam grande λ. 4. incuriam *F. Vindob. Pro* expendit *in F.* expedit. 5. cum *om. D.* 6. erogamus *E. Erfurt.* 7. eologia *AB.* eulogia *FG. Vindob., pro more. Ita scriptum etiam in sequentibus.* 8. Quot λ. 9. idem etiam Christianus λ*f. Haverc.* 10. proinde cum Christiani λ. 11. qualis etiam notatur nomine? λ.

b. preces sternant] Inusitate dictum: Sterni supplicum est, unde ipsae supplicum preces sterni a Tertulliano dicuntur. Plane similiter loquitur Arnob. Adv. Natt. I, 27 „Haec totius summa est actionis, hic praepositus terminus divinorum officiorum, hic finis: huic omnes ex more prosternimus, hunc collatis precibus adoramus, ab hoc iusta et honesta et auditui eius condigna deposcimus, non quo ipse desideret supplices nos esse aut amet *substerni tot millium venerationem* videre."

Cap. XLIV. a. cum tot iusti impendimur, cum tot innocentes erogamur.] *Impendere* et *erogare* synonyma sunt et apud Tertullianum. Atque verbi *erogare* pro impendere, consumere, perdere positi exempla aliquot produxi ad Scorpiac. cap. 6. Addo De Idol. cap. 5 „non ad *erogationem* legis sed ad exemplarium causae suae," quo in loco tamen nescio annon sit reponendum cum Ios. Scaligero aliisque *derogationem*. De Spectac. cap. 12 „Itaque quos paraverant armis quibus tunc et qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent, mox edicto dii inferiarum apud tumulos *erogabant*." *Impendere* sic usurpatum habes Adv. Marcion. II, 14. „*impendit* et ipsum populum." Ibid. II, 26 „me una cum iis *impende*." De Spectac. cap. 19 „tam nocens factus est, ut tam crudeliter *impendatur*." Ad Natt. I, 10 „cum paenituerit Athenienses damnationis, criminatores quoque *inpenderint*, restituitur testimonium Socrati." *Dependere* et *erogare* coniungit Tertullianus Scorpiac. cap. 6 „Sed respice compensationem, cum caro et anima *dependitur*, quibus in homine nihil carius est, alterum manus dei, alterum flatus, ipsa *dependi* in profectu, quorum est profectus, ipsa *erogari*, quae lucrifiant, eadem pretia quae et merces."

b. dispungitis.] V. quae adnotavi supra ad cap. 37.

c. quis manticularius] Festus p. 97: „Manticularum usus pauperibus in numis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Unde *manticulari* dicebantur qui furandi gratia manticulas attrectabant," ad quae verba v. quae adtulerunt interpretes. Vet. Gloss. in Ang. Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 533. et Gloss. Isidori col. 687. ed. Vulcan.: „*Manticulare*, fraudare, decipere." Gloss. Arabico-Latinum col. 707. ed. Vulc. et Gloss. Placidi: „*Manticulatio*, fallacia vel lenocinium." Adde interprr. ad Apul. De Magia cap. 45. et ad Plaut. Capt. IV, 2, 118.

d. lavantium praedo] V. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 13.

semper aestuat carcer[e], de vestris semper metalla suspirant, de vestris [12]semper bestiae saginantur, de vestris semper munerarii noxiorum greges pascunt[f]. Nemo illic Christianus, [13]nisi plane tantum Christianus, aut si et aliud, iam non Christianus.

Cap. XLV. Nos ergo soli innocentes. Quid mirum, si necesse est? Enimvero necesse est. [1]Innocentiam [2]a deo edocti et perfecte eam novimus, ut a perfecto magistro revelatam, et fideliter custodimus, ut ab [3]incontemptibili [4]dispectore[a] [5]mandatam. Vobis autem humana [6]aestimatio innocentiam tradidit, humana item [7]dominatio imperavit; inde [8]nec plenae nec adeo timendae estis [9]disciplinae ad innocentiae veritatem. [10]Tanta est prudentia hominis ad [11]demonstrandum bonum quanta auctoritas ad exigendum; tam [12]illa [13]falli facilis quam ista contemni. Atque adeo quid plenius, [14]dicere: Non occides, [15]an docere: Ne [16]irascaris quidem? Quid perfectius, prohibere adulterium, an etiam [17]ab oculorum solitaria concupiscentia arcere? Quid eruditius, de maleficio, an [18]et de maliloquio interdicere? Quid instructius, iniuriam non permittere, an nec vicem iniuriae sinere[b]? Dum tamen sciatis ipsas [19]leges quoque vestras quae

12. etiam bestiae λ. 13. nisi hoc tantum, aut λ*f. Haverc.*

Cap. XLV. *Capitis inscriptio in ABDEGab. Vindob. Oxon. Erfurt. aliisque est* DE INNOCENTIA CHRISTIANORVM. 1. Innocentia *F. Vindob.* 2. a deo doctore et λ. 3. intemptibili λ. inconceptibili *Da.* 4. dispectore *ABDEFGbdf. Gorziens. Elnon. Gandav. Erfurt. Vindob. Vaticanus unus.* dispensatore *acd.* deo doctore λ. 5. praeceptam λ. 6. existimatio *c.* doctrina λ. 7. damnatio *a.* 8. nec plene adeo *a.* plane nec adeo *FG. Vindob.* 9. o disciplinae *DE. Erfurt. Oxon.* 10. Quanta est *Haverc.* Quanta λ. 11. demonstrandum quid vere bonum? quanta (tanta λ) λ*f. Haverc.* demonstrandum veritatem quanta *Oxon.* 12. ita *F. Vindob.* 13. falli *om. Da.* 14. dictum est λ*f. Haverc. Pro* plenius *G. habet* peius. 15. an vero λ*f. Haverc.* 16. irasceris *a.* 17. ab oculorum solitaria concupiscentia *ABDEFλadef. Erfurt. Vindob. Oxon. Pamelii libri.* ab oculis solitariam concupiscentiam *Gbc. Gorziens.* 18. et *om. Dab. Haverc.* 19. leges quoque *ABDEFf. Erfurt. Oxon. Vindob.* quoque leges *abcde.* leges *G.*

e. De vestris semper aestuat carcer] Cf. Minuc. Felic. Octav. cap. 35. fin. „denique de vestro numero carcer *exaestuat;* Christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis aut profugus.“ Lactant. Instit. Div. V, 9.

f. munerarii noxiorum greges pascunt.] Nempe munerarii et qui munera erant edituri noxios ad gladium redimebant ac saginabant, ut essent robustiores. Tacit. Hist. lib. II. [cap. 88.]: „Singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos ut gladiatoriam saginam dividebat.“ Cyprianus: „Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribus corpus, et arvina assidui nitoris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginata in poenam carius pereat.“ (Herald.)

Cap. XLV. a. dispectore] h. e. iudice. De Anima cap. 15 „*dispector* cordis deus.“ Ad Uxor. II, 8 „*Dispectores* divinarum sententiarum.“ De Testim. Animae cap. 2 „Sunt qui etsi deum non negent, *dispectorem* plane et arbitrum et iudicem non putent.“ Sic *dispicere,* quod iudicis est, haud semel usurpatur pro examinare, iudicare. Exempla invenies adscripta ad De Corona cap. 7.

b. an nec vicem iniuriae sinere?] Hoc est iniuriam non inferre, sed nec referre. Sic libro Adv. Marcion. II, 28 „Oculum pro oculo reposcit deus noster, sed et vester *vicem prohibens* iterabilem magis iniuriam facit.“ Ibid. cap. 18 „in-

videntur ad innocentiam pergere de divina lege, [20]ut [21]antiquiore forma[c], mutuatas. Diximus iam de [22]Moysi aetate[d]. Sed quanta auctoritas legum humanarum, [23]cum illas et evadere homini contingat [24]et plerumque in admissis [25]delitiscenti, et aliquando contemnere [26]ex voluntate vel necessitate [27]delinquenti? [28]Recogitate ea etiam pro brevitate supplicii cuiuslibet, non tamen ultra mortem remansuri[e]. Sic et Epicurus[f] omnem cruciatum doloremque depretiat[g], modicum quidem contemptibilem pronuntiando, magnum vero non diuturnum. Enimvero nos qui sub deo omnium speculatore dispungimur[h], quique aeternam ab eo poenam providemus merito, soli innocentiae occurrimus, et [29]pro scientiae plenitudine et pro latebrarum difficultate et pro magnitudine cruciatus non diuturni,

20. et *F. Vindob.* aut *D.* 21. antiquiore (antiquiori *Vindob.*) forma mutuatas *AβEFe. Vindob. Erfurt.* antiquioris formae mutuatas *bd. Gorziens. Vaticanus unus.* antiquiore formam mutuatas (*AφBD*)*cf. Haverc. Latinius.* antiquiorem formam mutuatas *λ.* antiquioris formas mutuatas *G.* antiquiore ferme mutuatas *a. Fulv. Ursinus.* 22. Moysi *DEFGλd. Vindob. Erfurt. Pamelii libri.* Moysei *AB.* Moysis *aut* Mosis *abcef. Haverc.* 23. cum illas et *Fλf. Vindob.* cum illa sed *ABG. Ambros. Bongars.* cum illa sed si *E. Erfurt.* cum illas etsi *d.* quam illas etsi *e.* cum ista sed si *D.* cum istas (ista *c.*) *abc.* 24. et *om.* (*λ*)*f. Haverc.* 25. delitescenti *Fλf. Haverc.* delitiscendi *ABG. Vindob. Oxon.* delitescendi *DE. Erfurt.* delitescere *abcde.* 26. ex voluntate *ABDEFGλcde. Bongars. Erfurt. Oxon. Vindob.* in voluntate *ab.* ex involuntate *f. Haverc. Latinius.* 27. delinquenti *f. Haverc.* deliquendi *A.* delinquendi *reliqui.* 28. Recogitate ea etiam pro brevitate *ADE. Ambros. Erfurt. Oxon. Bongars.* recogitata ea etiam pro brevitate *BG.* recogitata etiam pro brevitate *F. Vindob. Haverc.* Recogitata etiam brevitate *cde.* recogitat etiam pro brevitate *ab.* Recogitate etiam pro brevitate *f.* Recogitate etiam pro veritate *λ.* Recogitata enim brevitate *Fulv. Ursinus.* 29. pro scientiae (*λ*)*abcdef. Haverc.* pro spientie *A. m. pr.* prospicientiae (prospicienti a *D.*) *ABDEG. Bongars. Oxon. Erfurt. Elnon. Gandav. Vaticanus unus.* pro patientiae *F. Vindob.*

terim commissio iniuriae metu *vicis occursurae* repastinaretur.“ Ibid. IV, 31 „— qui scilicet humanitatis istius *vicem retribuere* non possint. *Hanc* si Christus *captari* vetat“ cett. Ibid. IV, 16 „Novam plane patientiam docet Christus, etiam *vicem iniuriae cohibens.*“ De Resurr. Carnis cap. 8 „enisa Christo *reddere vicem.*“ De Baptismo cap. 12 „Alii plane satis coacte iniciunt, tunc apostolos *vicem* baptismi *implesse*“ cett. Apolog. cap. 37 „si laesi *vicem referre prohibemur.*“

c. ut antiquiore forma] Antiquiorem formam appellat Tertullianus quasi *ἀρχέντυπον.* (Herald.)

d. Diximus iam de Moysi aetate.] Supra cap. 19. De genitivo Moysi cf. Eckstein ad Vossii Aristarch. II, p. 597.

e. non tamen ultra mortem remansuri.] Examinate ea quae dixi, inquit, atque perpendite pro brevitate supplicii cuiuslibet, et invenietis inde amplius detrahi auctoritati legum humanarum.

f. Epicurus] V. Diog. Laert. X, 31, 4. Plutarch. De Aud. Poetis p. 36. B. M. Antonin. *τῶν εἰς ἑαυτόν* VII, 5 et 38. Cic. De Finn. II, 7.

g. depretiat] h. e. detrahendo imminuit, minoris pretii vel momenti facit. Ad Natt. I, 10, „nec contenti estis deis honorem non habuisse, nisi etiam quemcumque habetis *depretietis* aliqua indignitate.“ De Spectac. cap. 22 „Amant quos multant, *depretiant* quos probant.“ Ad Uxor. I, 3 „Quod autem necessitas praestat, *depretiat* ipsa.“ Adv. Marcion. I, 6 „si *depretiari* capit in creatore.“ Sidon. Apollin. Epist. II, 10 „*depretiata* suas turpant pigmenta figuras.“ Idem ibid. II, 10 „Igitur incumbe, neque apud te litterariam curam turba *depretiet* imperitorum.“ Ex ICtorum libris exempla praebet Dirksen Manuale s. v.

h. dispungimur] V. quae adnotavi supra ad cap. 37.

verum sempiterni, eum timentes quem timere [30]debebit et ipse qui timentes iudicat, deum, non proconsulem timentes.

Cap. XLVI. [1]Constitimus[a], ut opinor, adversus omnium criminum [2]intentationem, quae Christianorum sanguinem flagitat. Ostendimus totum statum nostrum, et quibus modis probare [3]possimus ita esse sicut ostendimus, ex fide scilicet et antiquitate divinarum litterarum, item ex confessione [4]spiritualium potestatum[b]. [5]Qui nos revincere audebit, non arte verborum, sed eadem forma[c] qua probationem constituimus, [6]de veritate? Sed dum unicuique [7]manifestatur veritas nostra, interim incredulitas, dum de bono sectae huius obducitur[d], quod [8]usui iam et de commercio innotuit, non utique divinum negotium [9]existimat, sed magis philosophiae genus[e]. Eadem, in-

30. debebat *F.* *In λ. ista habentur ita* verumtamen semper ternum deum timentes, quem timere debebit ipse qui iudicat deum non proconsulem timentes.

Cap. XLVI. 1. Constituimus *DFGab. Vindob.* Constitutum *Ambros.* (*m. sec.* Constitui). 2. intentationem *ADEf. Erfurt. Oxon. Pamelii libri.* intemptationum *Ambros.* intentionem (*B*)*FGλabcde. Vindob.* 3. possumus *Gc. Voc.* modis *om. λ.* 4. spiritalium *DFG.* 5. Qui nos (vos *F.*) *AβEFGf. Vindob. Erfurt.* nos *Oxon.* Quis nos (*AφBD*)*abcde.* Existat qui nos *λ. Haverc.* 6. de veritate debebit reniti (renidi *λ.*). Sed dum unicuique (dum tamen unicuique *λ.*) manifestatur veritas nostra, interim *λ. Haverc.* de veritate debebit reniti. Sed interim *f.* 7. manifestetur *FG. Vindob.* 8. usui *ABDEGλd. Vindob. Erfurt. Gorziens. Gandav. Elnon. aliique.* usu *Fabcef.* 9. existimatis *λ.*

Cap. XLVI. a. Constitimus] V. quae adnotavi ad De Idolol. cap. 13.

b. spiritualium potestatum.] Daemonum. De his disseruit cap. 23.

c. forma] V. quae adnotata sunt ad De Idolol. cap. 18.

d. obducitur] *Obducere* proprie est adducere in contrariam partem, et hinc Tertulliano fere pro convincere, evincere. Apolog. cap. 50 „Victoria est autem pro quo certaveris obtinere. Ea victoria habet et gloriam placendi deo et praedam vivendi in aeternum. Sed *obducimur*. Certe cum obtinuimus. Ergo vicimus, cum occidimur. *Denique evadimus, cum obducimur*," quibus in verbis *evadere* et *obduci* opposita sibi esse nemo est qui non videat. Adv. Marcion. I, 21 „Nullam autem apostolici census ecclesiam invenias, quae non in creatore christianizet. Aut si hae erunt a primordio corruptae, quae erunt integrae? Nimirum adversariae creatoris. Exhibe ergo aliquam ex tuis apostolici census, et *obduceris*." Ibid. V, 10 „Marcion enim in totum carnis resurrectionem non admittens et soli animae salutem repromittens, non qualitatis, sed substantiae facit quaestionem. Porro et ex his manifestissime *obducitur* quae apostolus ad qualitatem corporis tractat" cett. De Pudic. cap. 7 „Decedam nunc paulisper de gradu isto, quo magis eum etiam decedendo commendem, cum sic quoque *obduxero* diversae partis praesumptionem." De Ieiun. cap. 11 „Itaque et hinc in alia specie altercatio diversae partis *obducitur*, cum dicunt" cett. De Resurr. Carnis cap. 2 „proinde et *obducimus* praescribendo nullum alium credendum deum praeter creatorem" cett. et paulo postea „*Obducti* dehinc de deo carnis auctore et de Christo carnis redemptore iam et de resurrectione carnis revincentur." De Carne Chr. cap. 19 „Hoc quidem capitulo ego potius utar, quum adulteratores eius *obduxero*." Adv. Hermog. cap. 38 „Et *obduceris* corpore eam infinitam faciens, cum locum ei adscribens intra locum et extremam loci lineam includis."

e. sed magis philosophiae genus.] Haec est pars ultima, ubi eorum opinionem exagitat, qui de Christianorum secta ita existimabant, eam certe non esse pro divino aliquo negotio habendam, sed inter diversa philosophiae genera deputandam, cum eadem paene philosophi doceant. Haec erat etiam Celsi obiectio, de qua Origenes lib. I. adversus illius

quit, et philosophi [10]monent [11]atque profitentur, innocentiam, iustitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo quibus comparamur de disciplina, [12]non proinde illis adaequamur [13]ad licentiam impunitatemque disciplinae? vel cur et [14]illi, ut pares nostri, non urgentur ad officia [15]quae nos non obeuntes periclitamur? Quis enim philosophum sacrificare aut deierare aut lucernas meridie [16]vanas proferre[f] conpellit? Quinimmo et deos vestros palam destruunt et [17]superstitiones vestras commentariis quoque accusant laudantibus vobis. Plerique [18]etiam in principes latrant[g] sustinentibus vobis, et facilius statuis et [19]salariis [20]remunerantur[h] quam [21]ad bestias pronuntiantur. Sed merito. [22]Philosophi enim non Christiani cognominantur. [23]Nomen hoc philosophorum daemonia non [24]fugat. [25]Quidni? cum secundum deos philosophi daemonas [26]deputent[i]. Socratis vox est: Si daemonium permittat[k]. Idem [27]et cum aliquid de veritate [28]sapiebat deos negans, Aesculapio tamen [29]gallinaceum [30]prosecari[l] iam in fine [31]iubebat, credo ob honorem

10. manent *E. Erfurt.* 11. atque *ABEGf. Oxon. Erfurt. Ambros.* et *DFabcde. Vindob.* 12. non (num *E. Erfurt. Oxon.*) proinde illis *ABEFG. Vindob. Ambros. Oxon. Erfurt.* proinde (perinde *c.*) illis non *Dabcde. Haverc.* non proinde *λf.* 13. diligentia (*Scioppius emend.* de licentia) et immunitate disciplinae *λ.* 14. illud pares *λ.* 15. quae nos obeuntes *Da.* quae non obeuntes *c.* 16. vanas prostituere conpellit *λf. Haverc.* vanas ferre conpellitur *G.* 17. superstitiones publicas commentariis *λ.* 18. etiam principes latrant *Barthius ad Statium tom. II. p.* 88. 19. solariis *G. Lipsius.* salutariis *c.* salaribus *F. Vindob.* 20. honorantur *F. m. pr.* 21. ad bestias proiciantur. Sed *F.* ad bestias renuntiantur. Sed *Oxon.* ad bestias pronuntiantur. Et *Barthius l. l.* bestiis pronuntiantur. Sed *G.* 22. philosophi: non enim *Dabc.* 23. Nomen enim philosophorum *E. Erfurt.* 24. fugiunt *λ.* 25. Quidni non secundum *G.* Quidni cum etiam *F.* 26. deputant *cd.* 27. et qui aliquid *λ.* 28. sapiat *ac.* 29. gallinaceum *om. F. Vindob.* gallinatium *AG.* 30. prosecrari *F. Vindob.* 31. mandabat *λ.*

criminationes: „ἴδωμεν καὶ πῶς τὸν ἠθικὸν τόπον οἴεται διαβαλεῖν, τῷ κοινὸν εἶναι καὶ πρὸς τοὺς ἀλλήλους φιλοσόφους ὡς οὐ σεμνόν τι καὶ καινὸν μάθημα.“ Sane Christiani ipsi cum vitae suae genus sectam appellarint, qua voce hoc loco utitur Tertullianus, et aliis infinitis, videntur huic opinioni locum dedisse. (Herald.)

f. aut lucernas meridie vanas proferre] Recte La Cerda: Ramosissimas lucernas apponere et clarissimas, ita ut et dies infringatur et veluti claritudine sua non appareat solis fulgor. Cf. supra cap. 35.

g. etiam in principes latrant] Philosophorum contumacia pluribus notata est. Huc autem omnino pertinet quod scribit Suetonius in Vespasiano [cap. 13.]: „Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi post damnationem ac neque assurgere neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit canem appellare.“ (Herald.)

h. salariis remunerantur] Cf. Diog. Laert. X, 9. Lucian. Eunuch. cap. 3., Philostrat. Vitt. Sophist. I, 8, 2. p. 490. ed. Olear., Tatian. Orat. ad Graecos cap. 32. Iul. Capitolin. Vit. Antonini p. 21. C. ed. Salmas., ad cuius verba v. Salmasii adnot. p. 72. et Casauboni pag. 76. Socratem statua honoratum fuisse legimus supra cap. 14.

i. Quidni? cum secundum deos philosophi daemonas deputent.] Cum deos ipsos, inquit, coelo pellant, dum destruunt, quid iidem ni possunt corporibus pellere daemonas, quos proximo loco post deos recensent?

k. Si daemonium permittat.]- Cf. supra cap. 22. et De Anima cap. 1. Plato Apol. p. 31. D. Phaedr. p. 242. cum interprr. Cic. de Divin. I, 54.

l. prosecari] Cf. de hoc sacrorum vo-

patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit[m]. O Apollinem inconsideratum! Sapientiae testimonium reddidit ei viro qui negabat deos esse. [32]In quantum odium flagrat[n] [33]veritas, in tantum qui eam ex fide[o] praestat offendit; qui autem adulterat [34]et adfectat, hoc maxime nomine gratiam pangit [35]apud insectatores veritatis. [36]Quam [37]inlusores et [38]corruptores [39]inimice philosophi adfectant veritatem et adfectando corrumpunt, ut qui gloriam captant, Christiani [40]et necessario appetunt et integre praestant, ut qui [41]saluti suae curant[p]. Adeo neque de [42]scientia neque [43]de disciplina, ut putatis, [44]aequamur. Quid enim Thales ille princeps [45]physicorum sciscitanti [46]Croeso de divinitate certum renuntiavit, commeatus deliberandi saepe [47]frustratus[q]? Deum quilibet opifex Christianus et invenit et ostendit et exinde totum quod [48]in deum quaeritur re quoque [49]adsignat[r]; licet Plato adfirmet [50]factitatorem universitatis neque [51]inveniri facilem et inventum enarrari [52]in omnes [53]difficilem[s]. Ceterum si de pudicitia [54]provocemus, lego partem

32. In quantum odium flagrat (fraglat *F.* fragrat *Vindob.*) *ABDEFGλaf. Erfurt. Oxon. Vindob. Gandav. Elnon. Bongars.* In quantum odio flagrat *bcde.* 33. in tantum veritas qui *D.* 34. et adfectat *om. f.* 35. apud *om. E. Erfurt.* 36. Quam *ABDEG. Vindob. Erfurt. Oxon.* qua *abcde. Haverc. Verba* Quam inlusores et corruptores inimice *om. f. In F. pro* Quam inlusores et corruptores *extat* et corruptores. 37. et illusores *λ. Haverc.* 38. contemptores *λ. Haverc.* 39. inimice *ABDE. Vindob. Erfurt.* inimici *λ.* Imminute *F.* in..... *G.* mimice *E (in marg.) abcde. Haverc.* 40. et *ABDEFf. Erfurt. Oxon. Vindob. Bongars. Omittit. G.* eam *abcde.* 41. salutis *FG. Vindob.* 42. conscientia *FGbc. Gorziens. Vindob. Pamelii aliquot libri.* 43. de disciplina *(Aβ)FGλdef. Vindob. Pamelii aliquot libri.* disciplina *(AφBD)Eabc. Oxon. Erfurt. Gorziens.* 44. aequamus *Haverc.* 45. philosophorum *F.* 46. Croeso de *om. G.* Croeso *om. Oxon. item in seqq. voc.* certum. 47. frustatus *F.* frustratur *Gandav.* 48. in deum *ABFG. Oxon. Erfurt. Bongars.* in deo *DEabf. Haverc.* a deo *cde.* 49. affirmat *G.* 50. factorem *F. Vindob.* factitorem *G.* 51. invenire facile *F. Vindob.* invenire facilem *G.* inveniri facile *λ.* 52. in omnes *om. Oxon.* 53. difficilem esse (ē *Vindob.*) *F. Vindob.* difficile *λ. In G. voc.* difficilem *omissum est.* 54. provocemus *ABDEGde. Oxon. Bongars. Pamelii libri.* provocemur *Fabcf.*

cabulo Brisson. de Form. p. 24. et Drakenb. ad Liv. XXV, 16. Buenem. ad Lactant. Inst. Div. III, 20. et IV, 27. De re v. Plat. Phaed. p. 118. A. et ibi Wyttenbach.

m. sapientissimum omnium cecinit.] V. Platon. Apolog. p. 21. A. Diog. Laert. II, 5, 18. cum interprr. Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 13., ubi multa congesserunt editores.

n. flagrat] h. e. accensa est, laborat. „Veritas odium parit" Terentii est.

o. ex fide] Cf. quae adnotavi supra ad cap. 2.

p. ut qui saluti suae curant.] Gell. N. A. XVII, 9 „qui *rebus* eius absentis *curabant.*" Apul. De Deo Socr. cap. 2 „in iis rebus, *quibus* singuli *curant.*", ad quem locum plura eius structurae exempla attulere interpretes.

q. commeatus deliberandi saepe frustratus?] Etiam Ad Natt. II, 2. de Thalete et Croeso narratur quod Cic. de Nat. Deor. I, 21. et inde Minuc. Felix Oct. cap. 13. Simonidem referunt Hieroni respondisse. De voce *commeatu* adnotatum erit ad De Fuga in Persecut. cap. 9.

r. re quoque adsignat] Non solum ostendit deum, sed re manifesta quoque probat atque demonstrat qualem esse necesse sit illum, ut deus sit.

s. enarrari in omnes difficilem.] Plato Tim. p. 28. C. *„τὸν μὲν οὖν ποιητὴν*

sententiae Atticae, in Socratem [55]corruptorem adolescentium [56]pronuntiatum[t]. [57]Sexum nec femineum mutat Christianus[u]. Novi et Phrynen meretricem Diogenis supra [58]recumbentis [59]ardori subantem[v], audio et quendam [60]Speusippum de Platonis schola in adulterio [61]perisse[w]. Christianus uxori suae [62]soli masculus nascitur[x]. Democritus [63]excaecando semetipsum, quod mulieres sine concupiscentia aspicere non posset [64]et doleret si non esset [65]potitus, [66]incontinentiam emendatione profitetur[y]. At Christianus salvis oculis [67]feminas [68]non videt[z]; animo adversus libidinem caecus est. Si de probitate defendam, ecce lutulentis pedibus [69]Diogenes superbos Platonis toros alia superbia [70]deculcat[a]: Christianus [71]nec in pauperem su-

55. corruptor *λf. Haverc.* 56. pronuntiatum *ABEFG. Erfurt. Vindob.* pronunciatur *λf. Haverc.* pronunciatam *Dabcde.* 57. Christianus adsexum (ad sexum *λ. Haverc.*) nec feminae mutat *λf. Haverc.* 58. recumbentis *AβEFGf. Oxon. Erfurt.* reconbentis *Vindob.* recubantis (*AφBD*)*abcde.* 59. ardorem *ABDEGabcde. Vindob. Oxon. Erfurt.* ardori *λf. Haverc.* 60. Spesippum *ABEG.* Speudipsum *λ.* 61. perisse *ABEFG. Vindob. Erfurt.* 62. solius *Oxon.* 63. exsecando *Erfurt. Pro* Democritus *in AB. est* Democretus. 64. sed *F.* sed et *Vindob. In λ. verba* et doleret si non esset potitus *non comparent.* 65. potius *FG. Vindob.* 66. in nocentia *G.* 67. feminam *DGbcde.* 68. non *om. DGabcde. Voc.* animo *om. G.* 69. Diogenis *ABG.* 70. decalcat *λ.* conculcat *F. Vindob. Pro* alia *in E. m. sec. extat* alta. 71. nec contumeliosus in pauperem *λ.*

καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον." Cf. Cic. De Nat. Deor. I, 12. Id. De Univ. cap. 2. Apul. De Dogm. Plat. I, 5. Minuc. Fel. Octav. cap. 19. cum interprr.

t. pronuntiatum.] In Socratem qui corruptor adolescentium pronuntiatus est. Structuram non ceperunt qui *pronuntiatam* corrigendum putarunt.

u. Sexum nec femineum mutat Christianus.] Christianus una femina, et quae sua uxor, contentus est. *Sexus femineus* est igitur h. l. pro ipsa femina.

v. ardori subantem] De verbo *subare* cf. interprr. ad Apul. de Magia cap. 38. et ad Arnob. Adv. Natt. I, 2. Cum Laide rem habuisse Diogenem testes sunt Lucian. Ver. Hist. II, 18. Athen. Deipnos. XIII, p. 588. schol. ad Arist. Plut. p. 58. ed. Hemsterh., cum Phryne, praeter Tertullianum, quod sciam, nemo.

w. in adulterio perisse.] Erroris convincit Tertullianum Ios. Scaliger ad Eusebii Chron. p. 125. Diog. Laert. IV, 3. refert alios narrare Speusippum moerore ac senio confectum mortem sibi sponte conscivisse, alios pediculis effervescentibus vitam illi ereptam. Nicolao Le Nourry videtur Tertullianus non significare Speusippum in adulterio deprehensum animam egisse, sed ad suam usque mortem in adulterio volutatum. De Speusippi libidine cf. etiam Athen. Deipnos. XII. p. 546.

x. masculus nascitur.] Agnoscis Tertullianum in verbis Minucii Fel. Octav. cap. 35 „Vos enim adulteria prohibetis et facitis; nos uxoribus nostris solummodo viri nascimur."

y. emendatione profitetur.] De causa voluntariae huius excaecationis cum Tertulliano consentit solus Vincentius Bellor. Spec. Doctr. V, 98. 178., Gell. N. A. X, 17. Diog. Laert. IX, 43, 3. Cic. de Finn. V, 39, 87. Plut. *περὶ πολυπραγμοσύνης* p. 521. C. (cf. Hieron. adv. Iovin. II, p. 203. et Epist. 55. ad Abigaum p. 589.) diversi abeunt. *Emendatio* pro poena. Sic De Spectac. cap. 19 „Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, ut publicae voluptatis hostiae fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale est, ut de leviore delicto in homicidas *emendatione* proficiant?"

z. At Christianus salvis oculis feminas non videt] Ad concupiscendum scilicet, quo sensu videre lex vetat. (Rigalt.) Verte: Der christ dagegen sieht keine weiber (in den weibern) und behält seine augen unverletzt.

a. deculcat] V. Diog. Laert. VI, 4, 25.

perbit. Si [72]de modestia certem, ecce Pythagoras apud [73]Thurios, [74]Zenon apud [75]Prienenses tyrannidem [76]adfectant[b]: Christianus vero nec [77]aedilitatem. Si de [78]aequanimitate congrediar, Lycurgus [79]apocarteresin[c] optavit, quod leges eius Lacones [80]emendassent: Christianus etiam [81]damnatus gratias agit. Si de fide conparem, Anaxagoras depositum [82]hostibus denegavit[d]: Christianus [83]et extra fidelis vocatur[e]. Si de simplicitate consistam[f], Aristoteles familiarem suum [84]Hermian turpiter [85]loco excedere fecit[g]: Christianus nec inimicum suum laedit. Idem Aristoteles [86]tam turpiter Alexandro regendo potius [87]adolatur[h], [88]quam Plato a Dionysio ventris gratia [89]venditatur[i]. Aristippus in [90]purpura sub magna gravitatis [91]superficie

72. de mestitia *G.* domesticam *F. Vindob.* 73. Thyrios *d.* tyrios *ABDEFG. Vindob. Erfurt.* 74. Zeno *cd.* 75. priennenses *AβEFG. Vindob. Erfurt.* 76. affectat *G.* 77. civilitatem *E. Erfurt.* civitatem *Da. Vaticanus unus.* 78. animi aequitate *λf. Haverc.* 79. apocarteres (apocartores *Erfurt.*) inoptavit *ABE. Erfurt.* aporcatesin optavit *D.* apocharceres inoptavit *G.* apo carceres inoptavit *F. Vindob.* ἀποκαρτερεῖν optavit *liber Contii, teste Rigaltio.* 80. emendaverint *λ.* 81. emendatus *Oxon. Pro* etiam *in F. est* vero. 82. hostibus denegavit *ABDEFGabcde. Oxon. Erfurt.* hospitibus denegavit *λ.* (*Vindob.*) *Haverc.* denegavit hospitibus *f.* 83. et *ABEFGf. Vindob. Erfurt.* etiam *Dabcde. Haverc.* 84. Hermian *ABEG. Erfurt.* heriman *F. Vindob.* Hermiam *Dabcdef. Haverc.* 85. toro *scribi volebat Havercampus. In G. mendose scriptum est* hermiantra pitriculo. 86. tam indecore Alexandro *λ. Haverc.* 87. adolatur *A., pro more.* adulatus *E. Erfurt. Pro* regendo *λ. habet* regi. 88. quam Plato a Dionysio *ABDEFGabcde. Oxon. Erfurt. Vindob.* quam Dionysio *λ.* quam Plato Dionysio *f. Haverc.* 89. vendicatur *FG.* 90. purpora *Aβ.* 91. superstitione potatur *F.* superstitie ne potatur *Vindob.*

Tertull. De Pallio cap. 4. Hieronym. Adv. Iovin. I, 15.

b. tyrannidem adfectant] De Pythagora v. Diog. Laert. VIII, 21, 39 et 40. cum interprr. Plutarch. De Socr. Daem. p. 583. A. Cf. interprr. ad Arnob. Adv. Natt. I, 40. Zenonem aliquem philosophum Prienensium tyrannidis studiosum praeter Tertullianum nemo commemorat.

c. Lycurgus apocarteresin] Adv. Marcion. I, 14 „Hypocrita, ut *apocarteresi* probes te Marcionitam.“ Cf. Davis. ad Cic. Tusc. I, 34. De morte Lycurgi cf. supra cap. 4.

d. hostibus denegavit] Neque hoc praeter Tertullianum ullus scriptor narrat.

e. Christianus et extra fidelis vocatur.] Christiani inter sese ab verae fidei regula fideles vocantur. Sed et ab aliis extra Christianos, hoc est ab iis etiam qui non sunt Christiani, fideles pronuntiantur, quod nemini fidem fallerent, nec depositum appellati abnegarent. Hoc sibi compertum etiam ex iis, qui Christum negaverant, Plinius Traiano scripsit. (Rigalt.) *Extra* h. e. inter extraneos, ut solet loqui Tertullianus. Cf. adnot. ad cap. 9.

‚f. consistam] V. quae adnotavi ad De Idol. cap. 13.

g. Aristoteles familiarem suum Hermian turpiter loco excedere fecit] Quid his verbis significet Tertullianus nescimus, cum reliqui scriptores taceant. De Aristotelis et Hermiae familiaritate librum scripserat Apellicon Teius, teste Aristocle peripatetico apud Euseb. Praepar. Evang. XV, 2. Nihili est interim Havercampi emendatio *toro* pro *loco,* innitentis scilicet narratiuncula ab Diogene Laertio V, 5, 3. prolata, qui refert Aristotelem adamasse Hermiae, Atarnensium tyranni, concubinam eamque ab illo sibi permissam in matrimonium duxisse.

h. Alexandro regendo potius adolatur] De Aristotele Alexandri adulatore praeter Tertullianum testis est etiam Tatian. Orat. ad Graec. cap. 3.

i. quam Plato a Dionysio ventris gratia venditatur.] Cf. Diog. Laert. III, 19. Plutarch. Dion. cap. 5. Diodor. Sic. XV, 7. Corn. Nep. Dionys. cap. 2. Senec. Epist. cap. 47. Lactant. Inst. Div. III, 24. Tatian. Orat. ad Graec. cap. 3. Cyrill. c. Iulian. II, p. 300. Theodoret. de Virt. Activa tom. IV, p. 674.

nepotatur[k], et [92]Hippias dum civitati insidias disponit, occiditur[l]. Hoc pro suis omni atrocitate dissipatis nemo unquam [93]temptavit Christianus. Sed [94]dicet aliquis etiam de nostris [95]excedere quosdam a regula disciplinae. Desinunt [96]tamen [97]Christiani haberi penes [98]nos, philosophi vero illi cum talibus factis in nomine et [99]honore sapientiae [1]perseverant. [2]Adeo quid simile [3]philosophus et Christianus? [4]Graeciae [5]discipulus et caeli? famae negotiator [6]et vitae[m]? verborum et factorum operator[n], [7]et rerum aedificator et [8]destructor? amicus et inimicus erroris? veritatis [9]interpolator et integrator [10]et expressor[o], et furator eius et custos?

92. icthydias *AB.* et hidias *D. Vaticanus unus.* et hydias *E. Oxon. Erfurt.* icthidias *F.* icthyclias *Vindob.* ichtidias *Vaticanus alter.* iethydias *Gandav. Elnon.* iethidias *G.* ycthyas *λ.* 93. Christianus tentavit *cd.* 94. diceret *F.* 95. excidere *λ.* etiam excedere *D. Pro* a regula *in G. est* regulam. — 96. tamen *ABDFGf.* tum *Eabcde. (Vindob. Oxon.) Erfurt.* 97. haberi Christiani *F. Vindob.* hebrei Christiani *G. Voc.* haberi *om. ac.* 98. nos *c.* 99. honore *AβEFG. Erfurt. Vindob.* in honore *(AφBD)abcdef. Haverc.* 1. perseverant apud vos. *Flf.* 2. Adeo quid *ABDEGλabf. Gorziens. Erfurt. Vindob.* Ideo quid *F.* Quid adeo *cde.* 3. philosophis et Christianis *Da.* 4. gretie *A.* gratiae *Ga.* gracie *F.* gre *Vindob.* 5. discipulis *a.* 6. et salutis vitae *λ.* et salutis *f. Haverc.* 7. et *om. bcdf.* 8. distructor *AG.* districtor *B. In λf. Haverc. extat* destructor, et (et *om. f. Haverc.*) interpolator erroris, et integrator veritatis, furator eius et custos? *Pro* destructor, amicus *in G. est* amicus distructor. 9. interpellator *FG. Vindob.* 10. et expressor *om. d.*

k. nepotatur] De Aristippi mollitie et luxuria v. Diog. Laert. II, 66 sqq. cum interprr. Cf. Tatianus l. l.: *„Ἀρίστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο. Πλάτων φιλοσοφῶν ὑπὸ Διονυσίου διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο, καὶ Ἀριστοτέλης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας λίαν ἀπαιδεύτως Ἀλέξανδρόν τε μεμνημένος μεράκιον ἐκολάκευεν.“* En Tertulliani fontem.

l. et Hippias dum civitati insidias disponit, occiditur.] Tertullianus confundit Hippiam Eleum sophistam, (de quo v. Geelium in Actis Novis Soc. Traiect. Vol. II, p. 182.) cum Hippia Pisistrati filio.

m. famae negotiator et vitae?] Philosophos gloriam solam captare dicebat antea, unde et eos „gloriae animalia“ appellat libro de Anima [cap. 1.]. Hieronymus adv. Pammachium: „Plus debet Christi discipulus praestare quam mundi philosophus, *gloriae animal* et popularis aurae atque rumorum venale mancipium.“ Idem Consolat. ad Iulianum: „Philosophus, *gloriae animal* et popularis aurae vile mancipium.“ (Herald.)

n. verborum et factorum operator] Hoc idem de philosophis dicebat Philo *περὶ ἀποικίας*, eos quidem verbis praestare, sed opera eorum nulla extare: *„Σοφισταὶ δὲ ἀντὶ φιλοσόφων ἀνευρίσκονται. τούτων ὁ μὲν λόγος ἐπαινετὸς, ὁ δὲ βίος ψεκτός ἐστι. δυνατοὶ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ἀδύνατοι δὲ εἰσι πράττειν τὰ βέλτιστα.“* Eleganter eodem libro appellat eos *λογοπώλας καὶ λογοθήρας*, qui circa verba tantum haerentes atque inde lucrum captantes cetera quae sunt praecipua et ad hanc vitam instruendam plane necessaria insuper habeant. *„Οὕτω καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ*, inquit verbis elegantissimis, *λογοπῶλαι καὶ λογοθῆραί τινες αὐτὸ μόνον εἰσὶν, τῶν ἀῤῥωστημάτων γέμοντα βίον θεραπεύειν οὔτε ἐθέλοντες, οὔτε ἐπιτηδεύοντες, ἐκ πρώτης δὲ ἡλικίας ἄχρι γέρως ἐσχάτου γνωσιμαχοῦντές τε καὶ σκιαμαχοῦντες οὐκ ἐρυθριῶσιν, ὥσπερ τῆς εὐδαιμονίας ἐπ᾽ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων καὶ ἀπεράντῳ καὶ ἀνηύτῳ περιεργίᾳ κειμένης.“* (Herald.)

o. veritatis interpolator et integrator et expressor] *Interpolatorem veritatis* Constantinum Imperat. appellat Lucifer Calarit. pro Athanasio lib. I „inimicus dei, hostis Ecclesiae, *veritatis interpolator,*

Cap. XLVII. [1]Antiquior omnibus veritas, nisi fallor, et hoc mihi proficit antiquitas [2]praestructa divinae litteraturae, [3]quo facile credatur thesaurum eam fuisse [4]posteriori cuique sapientiae. Et [5]si non onus iam voluminis temperarem, [6]excurrerem in [7]hanc quoque probationem. Quis poëtarum, quis sophistarum, qui non [8]omnino de prophetarum fonte potaverit? Inde igitur [9]philosophi sitim ingenii sui rigaverunt, [10]ut quae de nostris habent, ea nos conparent illis. Inde, [11]opinor, [12]et [13]a quibusdam [14]philosophia quoque eiecta est, a [15]Thebaeis[a] dico, [16]et a [17]Spartiatis et [18]Argivis, dum [19]ad nostra [20]conantur[b], [21]et homines gloriae, ut diximus, et eloquentiae solius libidinosi, si quid in [22]sanctis scripturis offenderunt [23]digestis, [24]ex

Cap. XLVII. 1. Antiquior omnibus veritas (veritas *om. cd.*), nĭsi (ni *Dabcde.*) fallor, et hoc (hic *G.* hec *F.*) mihi proficit *ABDEFGabe. Ambros. Oxon. Erfurt. Vindob. In libris scriptis distinctio fere est* custos antiquior omnibus. nisi fallor *cett., in c.* custos antiquior omnibus ni fallor? *cett. In λf. Haverc. extat* Adhuc enim mihi proficit. 2. structa *Oxon.* 3. quo (quod *Oxon.*) facile credatur *ABEFGλcdf. Oxon. Vindob. Erfurt.* quo facile credam *Dabe.* 4. posteriori *om. Haverc.* 5. si non onus tamen voluminis *Da.* si onus iam voluminis *F.* 6. excucurrissem λ. etiam excurrerem *Dabcde. Haverc.* 7. hac λ. 8. omnium *Fulv. Ursinus. Voc.* omnino *om. λf. Haverc.* 9. et philosophi *λf. Haverc.* 10. ut quae de nostris habent, ea nos conparent illis *om. f.* Num (Nam *Haverc.*) quia quaedam de nostris habent, ea propter nos comparent illis. λ. *Haverc.* 11. opinor *om. f.* 12. et *om. Gc.* 13. a *om. F. Vindob.* 14. philosophia quoque eiecta est *ABEFG. Oxon. Erfurt. Vindob.* quoque eiecta philosophia *Dabef.* quoque philosophia eiecta est *c.* philosophia legibus quoque eiecta est λ. *Haverc.* 15. Thebaeis *ABEFGλde. Oxon. Erfurt. Vindob.* Thebanis *abcf.* Thebis *D.* 16. et a *AβEFG. Vindob. Erfurt. Ambros.* et ab λ. a (*AφBD*)*abcdef. Haverc.* 17. spartiacis *Aφ.* 18. Argaeis λ. *Haverc.* 19. a vestra *Da.* nostra *cd.* auram *E. Erfurt.* 20. contaminantur *cf. Fulv. Ursinus.* 21. Sed *λf.* ut *Ambros.* 22. scripturis sanctis *BFG. Vindob. Voc.* scripturis *om. λf. Haverc.* 23. de gestis *F. Vindob.* 24. ex proprio instituto *ego.* ex proinstituto *ABE. Oxon. Erfurt.* ex inprostituto *DGa.* et pro instituto *F. Vindob.* pro instituto (*λ?*)*bcde.* exinde regestum pro instituto *f. Haverc., cum Fulvio Ursino.*

pravitatis concinnator, iniustitiae amator" cett. Cf. Tertull. De Praescr. Haeret. cap. 7. „Fuerat Athenis, et istam sapientiam humanam, affectatricem et *interpolatricem veritatis*, de congressibus noverat." De Spectac. cap. 2 „Multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum est inter institutorem et *interpolatorem.*" De Test. Animae cap. 3 „quem nos dicimus malitiae angelum, totius erroris artificem, totius saeculi *interpolatorem.*" De Cultu Fem. II, 8 „Sic a diabolo esse intelleguntur, ab *interpolatore* naturae." De Anima cap. 16. (diabolum) „frumentariae segetis nocturnum *interpolatorem.*" „Veritatis expressor" est interpres veritatis.

Cap. XLVII. a. Thebaeis] Spartian. Nigro cap. 12 „a rege *Thebaeorum.*" Claudian. Idyll. I, 91 „columnae *Thebaeo* monte revulsae." Cf. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 129. *Athenaeus* pro Atheniensis est apud Lucret. VI, 749. Plin. Hist. Nat. VIII, 11, 12 et aliis locis. *Argaeis* pro *Argivis* habet hoc Tertulliani loco liber Fuldensis. Cf. Salmas. l. l. Ceterum Athenis pulsos esse philosophos lege Sophoclis, Amphiclidae filii, constat ex Athen. Deipnos. XIII, 9. p. 610. Diog. Laert. V, 38. De Spartanis cf. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. XII, 50. et De la Nauze sur l'état des sciences chez les Lacédémoniens in Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XIX, p. 166 sqq. De legibus Thebanorum vero et Argivorum contra philosophos latis omnino ignoramus.

b. dum ad nostra conantur] Dum aliquid de nostro sapere volunt. (Haverc.) Cf. supra cap. 40 „Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma, *conantur oculis tenus*, ceterum contacta cinerescunt." *Conari* est igitur h. l. imitari, persequi, adfectare aliquid.

proprio instituto[c] curiositatis [25]ad propria opera verterunt, neque satis [27]credentes divina esse, [28]quo minus interpolarent, neque satis intellegentes, ut adhuc tunc [29]subnubila, etiam ipsis Iudaeis obumbrata, quorum propria videbantur. [30]Nam et si qua simplicitas erat veritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata [31]mutabat[d], per quod [32]in incertum miscuerunt[e] etiam quod invenerant certum. Inventum enim solummodo [33]deum non ut invenerant disputaverunt, ut et de qualitate et de natura eius [34]et de sede [35]disceptent[f]. Alii incorporalem [36]adseverant, alii corporalem, ut tam Platonici quam Stoici[g]; alii ex atomis, alii ex numeris, [37]qua Epi-

25. ad propria opera *AφBDEFG(λ)bd. Oxon. Erfurt. Vindob. Pamelii libri.* ad propria *(Aβ)acef. Haverc.* 27. credentes divina esse quo minus interpolarent *om. F.* credentes *om. G.* 28. quo minus interpolarent, neque satis intellegentes, ut adhuc tunc subnubila, etiam ipsis Iudaeis obumbrata, quorum propria *om. G.* 29. sub nubilo *Fab.* sublimia *c.* 30. nam et qua (quae *G.* quia *F.*) *FG. Vindob.* 31. mutabat *ABDEGabcde. Bongars. Oxon. Erfurt. Vindob.* nutabat *Fλf. Haverc.* 32. in incertum *λf. Haverc.* incertum *reliqui.* 33. deum nostrum non *λ.* 34. et de sede *om. c.* et de se *F.* et de *Vindob.* 35. disputent *G.* 36. adseverant, alii corporalem ut tam Platonici quam Stoici *ABDEFGabcde. Erfurt. Oxon. Vindob.* asseverant qua Platonici et Stoici *λ.* asseverant, alii corporalem qua Platonici et Stoici *f.* asseverant, alii corporalem, qua Platonici, qua et Stoici *Haverc.* 37. qua *ABEFf. Vindob. Haverc.* sicut *DGabcde.*

c. ex proprio instituto] Ita emendavi. Optimi libri praebent *ex proinstituto,* quod vitium ortum est ex breviata scriptura *ex ꝓrio instituto.* Nihili vocabulum est *proinstitutum,* quod Fr. Iunius interpretatur „praeconceptum vel ante informatum in animo institutum curiositatis, ex quo scripturas sacras illi digerunt disponuntque, ut ad propria opera ex instituto vertant. Est enim, pergit, proinstitutum animi sive voluntatis, ut mentis est praeiudicium.“ Tertulliani verba verte ita: „*Daher* also haben die philosophen den durst ihres geistes gestillt, damit das, was *sie* von dem *unsrigen* haben, *uns* eine ähnlichkeit mit *ihnen* verschafft. *Darum,* glaube ich, ist auch von einigen die philosophie verbannt worden, nämlich von den Thebäern und Spartiaten und Argivern, weil sie (die philosophen) sich an das unsrige machten, und als menschen des ruhms, wie wir gesagt, und nach blosser beredtsamkeit lüstern, wenn sie auf etwas stiessen in dem geordneten zusammenhange der heiligen schriften, dies (herausgerissen und) nach der der wissbegier eigenthümlichen art und weise ihren eigenen werken zugewandt haben, weder genugsam gläubig an dessen göttlichkeit, um es nicht zu verfälschen, noch es hinreichend verstehend, wie es nun einmal noch damals halb unklar, ja den Iuden selbst verschleiert war, als deren eigenthum es doch erschien.“ Ludit videlicet Tertullianus opinando philosophos pari cum Christianis poena notatos, quia eorum doctrinam quodammodo secuti essent. Vocem *digestis* cave ne cum Fr. Iunio aliisque ad sequentia trahas. Oppositio est sanctarum scripturarum *digestarum* et *excerptarum.* Qui enim ordinem scripturae tollit proque curiositatis lubitu hinc inde excerpit, si quid offendit, quod in proprium vertat, etiam tollit originalem fidem, adeo ut recte interpolator dici possit.

d. mutabat] Hanc veram arbitror lectionem. Nam quae iis non satis placebant, ea mutabant atque interpolabant. (Herald.)

e. in incertum miscuerunt] Posset defendi scriptorum auctoritas *in* praepositionem tollens. Ipso enim miscendo incertum fit iam quod certum erat.

f. disceptent.] Philosophi, cum deum invenissent, simplicem humanisque sensibus maiorem et incomprehensibilem, non ut invenerant disputaverunt, sed ipso invento non contenti adeo aberrarunt, ut et de qualitate et de natura eius et de sede disceptent.

g. ut tam Platonici quam Stoici] De Stoicorum deo corporeo v. Lips. Phy-

curus et Pythagoras[h], [38]alius [39]ex igni, [40]qua [41]Heraclito [42]visum est[i]: et Platonici quidem curantem rerum[k], contra Epicurei otiosum et [43]inexercitum, et ut ita dixerim, [43b]neminem humanis rebus[l]; positum vero extra mundum [44]Stoici, qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc; intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo [45]intra id maneat [46]quod regat. Sic et de ipso mundo natus innatusve sit, decessurus mansurusve sit, variant[m]. Sic et [47]de animae statu, quam alii divinam et aeternam, alii dissolubilem contendunt, ut quis sensit, ita [48]et intulit aut reformavit. Nec mirum, si vetus [49]instrumentum[n] ingenia philosophorum interverterunt. Ex horum semine [50]etiam nostram hanc novitiolam paraturam[o] viri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias adulteraverunt[p] et de una via [51]obliquos multos [52]et inexplicabiles tramites

38. alius *AFλ. Vindob.* alii *BDEGabcdef. Erfurt. Oxon.* 39. ex igni *ABE. Vindob. Erfurt.* ex igne *DFGabcdef. Haverc.* igni *λ.* 40. qua *ABEFλaf. Erfurt. Vindob.* qualiter *DGbcde.* 41. Heracleto *λcd.* 42. visum et Platoni: et quidem curantem rerum factorem et actorem rerum contra Epicuri otiosum et inexercitatum et, ut ita dixerim, neminem in rebus humanis *λ.* 43. inexercitatum *Gλ.* 43b. immunem ab humanis *Fulv. Ursinus.* 44. Stoici — — — intra mundum *om. D.* 45. intra id *ABEFG. Erfurt. Vindob.* intra illud *Dabcdef. Haverc.* 46. quos *ABEG. Erfurt.* 47. deam maiestatem *E. Erfurt.* 48. aut intulit quid aut *λ.* intulit aut *Dabcd.* 49. testamentum *F.* 50. etiam *ABFGf.* et *DEabcde. Erfurt. Oxon. Vindob. Pro* semine *in B. est* femine, *in G.* foeminae. 51. aliquos multos *E. Erfurt. Oxon.* 52. et inexplicabiles tramites sciderunt *ABEf.* (*Vindob.*) *Erfurt.* tramites et inexplicabiles exciderunt *λ.* et inexplicabiles sciderunt *F.* et inestimabiles tramites exciderunt *G.* tramites et inexplicabiles sciderunt *Dabcde.*

siol. Stoic. I, 8. Menag. ad Diog. Laert. VIII, 135 sqq. De Platonicorum deo incorporeo v. interprr. ad Cic. De Nat. Deor. I, 12. Plat. Tim. p. 51. A. Diog. Laert. III, 77. Maxim. Tyr. Dissert. I. *περὶ τοῦ τίς ὁ θεὸς κατὰ Πλάτωνα;* Alcin. Doctr. Plat. cap. 10. Apul. de Dogm. Plat. I, 5. Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 19. et ibi interprr.

h. qua Epicurus et Pythagoras] De Epicuri de deo opinione v. Diog. Laert. X, 139. Cic. De Nat. Deor. I, 10 sqq. Lucret. V, 157 sqq. De Pythagorae v. Diog. Laert. VIII, 25 sq. cum interprr., Plut. De Placit. Philos. II, 3. 6.

i. qua Heraclito visum est] V. Diog. Laert. IX, 7 sqq. Plut. De Placit. Philosoph. I, 3.

k. et Platonici quidem curantem rerum] V. Plat. Tim. p. 28. Apul. de Dogm. Plat. I, 5. Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 19. et Lactant. Inst. Div. III, 17. cum interpretibus.

l. neminem humanis rebus] *ἀλειτούργητον.* V. Diog. Laert. X, 77. cum interprr. Lucret. I, 60 sqq. et II, 646 sqq. Cic. de Nat. Deor. I, 37 sqq. Cf. Minuc. Fel. Octav. l. l. cum interprr.

m. variant.] De his et similibus philosophorum de mundo placitis cf. Plut. de Placit. Philos. II, 4. Cic. Tusc. I, 29. Plato Tim. p. 41. Apul. de Dogm. Plat. I, 8. Sen. Consol. ad Polyb. cap. 20. et Nat. Quaest. III, 29. Philargyr. ad Vergil. Georg. II, 6. Plin. H. N. I, 1. Lips. Physiol. Stoic. II, 20. (vol. IV, p. 951 sqq. ed. Vesal.) Tatian. Orat. ad Graec. cap. 41. Clem. Alexandr. p. 711. ed. Pott. Minuc. Fel. Octav. cap. 34. Arnob. Adv. Natt. II, 56. Lactant. Inst. Div. II, 10. cum interprr.

n. vetus instrumentum] Sacram scripturam saepius *instrumentum* vocat. Adv. Prax. cap. 20. „instrumentum utriusque testamenti.“ Adv. Marc. IV, 1 „Alterum alterius instrumenti, vel quod magis usui est dicere, testamenti.“ Cf. quae adnotavi supra ad. cap. 18.

o. novitiolam paraturam] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 4.

p. ad philosophicas sententias adulteraverunt] Haereticos significat, quorum patriarchas philosophos alibi dicit. *Adul-*

sciderunt[q]. Quod ideo [53]suggesserim, ne cui nota varietas sectae huius in hoc quoque nos philosophis [54]adaequare videatur [55]et ex varietate [56]defensionum [57]iudicet [58]veritatem. Expedite autem praescribimus[r] [59]adulteris nostris illam esse regulam veritatis quae veniat a Christo transmissa per comites ipsius, quibus [60]aliquanto posteriores diversi isti commentatores [61]probabuntur. Omnia adversus veritatem de ipsa veritate constructa sunt, operantibus aemulationem istam spiritibus erroris[s]. Ab [62]his adulteria huiusmodi salutaris disciplinae [63]subornata, ab his quaedam etiam fabulae inmissae quae [64]de similitudine fidem infirmarent veritatis[t] [65]vel eam sibi

53. suggerimus λ. 54. aequare λ. 55. ut *c. Pro* ex varietate *in a. est* ex veritate. 56. defectionem λ. 57. iudicet *ABdef. Elnon. Gandav.* vindicet *DFGλabc. Gorziens. Vindob.* videlicet *E. Erfurt.* 58. veritatis λ., *prob. Scioppio.* 59. adulteriis *G. Haverc.* 60. aliquando *AφG.* 61. deprehenduntur λ. 62. bis *ABFG. Vindob.* hiis *E. Erfurt.*, iis *Dabcdef. Haverc.* 63. subornata *ABDEFGλf. Vindob. Erfurt. Oxon.* suborta *abcde.* 64. de similitudine *ABFλef. Vindob. et liber Fulvii Ursini.* dissimilitudine *DEGabcd. Oxon. Erfurt.* 65. vel (ut *G.*) eam sibi potius evincerent *ABFGbdf. Gorziens. Oxon. Vindob.* vel etiam sibi (si *D.*) potius evincerent *DE. Erfurt.* vel etiam si possent evincerent *ac.* vel eadem sibi potius fidem raperent λ.

terare autem hoc modo saepe apud Tertullianum. Libro de Idololatria [cap. 1.]: Nam qui falsis deis servit, sine dubio *adulter* est *veritatis*, quia *omne falsum adulterium est.*" De Valentino, Marcione et aliis quibusdam haeresiarchis idem lib. de Praescript. Haeret. cap. 30 „Hos ut insigniores et frequentiores adulteros veritatis nominamus." Et alibi saepe; *παραχαράκται τῆς ἀληθείας* Graeci dicunt. *Suis* autem *opinionibus* dicit proprie Tertullianus, quia haereseos opinio fundamentum est tantum, et praesumptio, qua de re plura Digress. lib. II, cap. 5. (Herald.)

q. et inexplicabiles tramites sciderunt.] Via ad veritatem est una, a qua si aberraverimus, tramitibus infinitis et inexplicabilibus, ut loquitur Tertullianus, atque inextricabilibus vagari facile possumus. Hinc igitur catholica ecclesia una est, cum una sit fides et una fidei regula, haereses autem infinitae, et saepius inter se pugnantes et contrariae. Euseb. Hist. Eccles. IV, 7: „*ἔσβεστο μὲν γὰρ αὐτίκα πρὸς αὐτῆς ἐνεργείας ἀπελεγχόμενα τὰ τῶν ἐγθρῶν ἐπιτεχνήματα, ἄλλων ἐπ' ἄλλαις αἱρέσεων καινοτομουμένων, ὑποῤῥεουσῶν ἀεὶ τῶν προτέρων καὶ εἰς πολυτρόπους καὶ πολυμόρφους ἰδέας ἄλλοτε ἄλλως φθειρομένων.*" (Herald.)

r. Expedite autem praescribimus] Nota *praescribimus*, unde scriptus Tertulliani liber de Praescriptionibus. Sic igitur praescribebant Catholici adversus haereticos, unam esse fidei regulam, nempe quae a Christo atque eius apostolis fuisset tradita; ea autem omnia, quae postea orta essent, falsa esse, adulterata *καὶ παρακεχαραγμένα.* (Herald.) Cf. quae adnotavi supra ad cap. 7.

s. operantibus aemulationem istam spiritibus erroris.] Diabolus igitur ut veritati fidem derogaret, non solum haereses excitavit, sed etiam commenta illa, quibus poetae et philosophi nonnulla Christianae pietatis mysteria aemulati sunt, ipsaque adeo praecepta divina interpolarunt, excogitavit et fabulas quasdam queis nonnulla mysteriis nostris aliquomodo similia figurabantur, adinvenit, ut hac ratione doctrina Christiana a poetarum et philosophorum scitis nihil videretur differre, et quandoque etiam fabulosa existimaretur, quippe poetarum fabulis affinis. (Herald.) De vocabulis *aemulus, aemulari, aemulatio,* quique eorum apud Tertullianum usus, cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

t. quae de similitudine fidem infirmarent veritatis] Diaboli technis atque solertia ait esse factum, ut quidam veritatem eo quo dictum est modo adulterarent et fabulis etiam quibusdam corrumperent, ut ea ratione veritati Evangelicae sua periret auctoritas, atque existimarent homines totum id quod praedi-

potius evincerent, ut quis ideo non putet Christianis credendum quia nec poëtis [66]nec philosophis, vel ideo magis poëtis et philosophis existimet credendum quia non Christianis. Itaque [67]ridemur [68]praedicantes deum iudicaturum. Sic enim et poëtae et philosophi [69]tribunal apud inferos ponunt. [70]Et gehennam si [71]comminemur, quae est ignis arcani [72]subterraneam ad poenam thesaurus, proinde [73]decachinnamur. Sic enim et Pyriphlegethon [74]apud mortuos amnis est. Et si paradisum nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, [75]maceria quadam igneae illius zonae[u] a notitia orbis communis segregatum, [76]Elysii campi fidem [77]occupaverunt. Unde haec, oro vos, philosophis aut poëtis tam consimilia? Nonnisi de nostris sacramentis. [78]Si de nostris sacramentis, ut [79]de [80]prioribus, ergo fideliora sunt nostra [81]magisque credenda, quorum imagines quoque fidem [82]inveniunt. [83]Si de suis sensibus, [84]iam ergo sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod [85]rerum forma[v] non sustinet. Nunquam enim corpus umbra aut veritatem imago praecedit.

Cap. XLVIII. Age iam, [1]si qui philosophus adfirmet, ut ait [2]Laberius de sententia Pythagorae[a], hominem fieri ex mulo, [3]colubram ex muliere,

66. nec *ABFGλdf. Vindob.* et *DEabce. Oxon. Erfurt.* 67. et ridemur *Dλabcde. Haverc.* 68. praedicantes deum *AβEG. Vindob. Oxon. Erfurt.* praedicantes *F.* deum praedicantes (*AφBD*)*abcdef. Haverc.* deum praeiudicantes (praeindicantes *vult Scioppius*) *λ.* 69. apud inferos ponunt tribunal *F.* 70. Et gehennam si *ABDEf. Erfurt. Ambros.* Et gehennae si *λ.* Et gehennam (iehennam *F.*) sic *FG. Vindob.* et si gehennam *Oxon.* Si gehennam *abcde.* 71. comminentur *G.* comminantur *F. Vindob.* 72. subterraneam *DE. Ambros. Erfurt., et ita iam volebat rescribere Heraldus.* subterranea *ABFGf. Vindob.* subterraneum *Bongars.* subterraneus *abcde.* 73. decachinnantur *G.* 74. ad mortuos *λ. Haverc.* 75. materia *DFac. Vindob.* 76. helysii *A.* helisii *BEF.* helisei *D.* helisi *G.* 77. occuparunt *bce. Haverc.* 78. si de nostris sacramentis *om. DEFGabc. Vindob. Erfurt. Firmant ea verba ABλ. Gandav. Elnon., et extant in def. Haverc.* 79. de *om. F. Vindob.* 80. propriori-bus *λ.* 81. magis credenda *FG. Vindob.* 82. invenerunt *λ.* 83. Si *om. ab.* 84. ergo iam *e.* 85. verum *Da.*

Cap. XLVIII. 1. si qui *AEdf. Erfurt. Ambros.* si quis *DFabce. Vindob.* si quid *BG.* 2. liberius *F. Erfurt.* 3. colubram *ABFλf.* colubrum *DEGabcde. Erfurt. Vindob.*

cabatur confictum esse et fabulosum. Sic etiam observat Iustinus Martyr Apol. II. fabulas quasdam a diaboli ministris fuisse olim confictas et postea publicatas, quae ad Evangelicam historiam aliquomodo accederent, ut ei nulla postea haberetur fides. Sic igitur plures filios Iovi fuisse attributos, ut de Christo dei filio idem existimarent homines quod de filiis Iovis: „*καὶ ἐπὶ ἁπάτῃ καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. ἀκούσαντες γὰρ διὰ τῶν προφητῶν κηρυσσόμενον τὸν Χριστὸν, προεβάλλοντο πολλοὺς τεχθῆναι λεγομένους υἱοὺς τῷ Διΐ, νομίζοντες δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι τερατολογίαν ἠγήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰ περὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ὁμοῖα τοῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεχθεῖσιν*“ cett. Sed et ibi haereses quoque a malis spiritibus excitatas docet. Totum eum locum imitatus est Tertullianus. (Herald.)

u. igneae illius zonae]Pyriphlegetonthis.

v. rerum forma] Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 18.

Cap. XLVIII. a. ut ait Laberius de sententia Pythagorae] Laberii versus noti

et in eam opinionem omnia argumenta [4]eloquii virtute [5]distorserit, nonne [6]consensum movebit et fidem infiget [7]etiam ab animalibus abstinendi [8]propterea? Persuasum[b] quis [9]habeat, ne forte bubulam de aliquo proavo suo [10]obsonet? At enim Christianus si de homine hominem ipsumque de Gaio Gaium [11]reducem [12]repromittat[c], lapidibus magis, nec [13]saltim [14]coetibus a populo exigetur[d]. [15]Si quaecunque ratio [16]praeest animarum humanarum [17]reciprocandarum in corpora, cur non in [17b]eandem substantiam redeant, cum hoc sit restitui, id esse quod fuerat? Iam non ipsae sunt quae fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi desinant esse quod fuerant[e].

4. eloquii sui λ. 5. distorserit *ADEλdf. Vindob. Erfurt. Pamelii libri.* distorserint *BF.* distorxerint *G.* detorserit *abce.* 6. consensu *Vindob.* consessum *c.* et sensum *Dabe.* 7. ut etiam ab animalibus sit abstinendum λ. 8. proptereaque *f. Haverc.* 9. hoc habeat *cd.* 10. obsonet et prandeat? At *c.* 11. reducere *EGabd.* 12. repromittat, statim illic vesica quaeritur et (queritur *omisso voc.* et *Haverc.*) lapidibus λ. *Haverc.* 13. saltim *scripti libri,* saltem *editi, pro more.* 14. coetibus *ABG. Bongars.* cetibus *F. Ambros. Vindob.* caedibus *DEabcde. Erfurt.* caestibus *f. Haverc.* copiis λ. calcibus *Fulv. Ursinus.* 15. Quasi non quaecunque λ. *Haverc.* 16. subest *F.* 17. in corpora reciprocandarum, ipsa exigat illas in eadem corpora revocari: quia hoc sit revocari id est (id est *om. Haverc.*) esse quod fuerant. Nam si non id sunt quod fuerant, id est humanum et id ipsum corpus indutae, iam non ipsae erunt quae fuerant. Porro quae iam non erunt ipsae, quomodo redisse dicentur? Aut aliud factae non erunt ipsae, aut manentes ipsae non erunt aliunde. Multis λ. *Haverc.* 17b. eadem? *F., qui liber om. quae sequuntur verba* substantiam — — quod fuerat?

sunt illi: „Et audio mala multa etiam ex bonis geni: Par illud, ut nos olim mutant philosophi, Et nunc de mulo hominem, colubram de muliere Faciunt et ex diversis diversa alia.“ Bothe Fragm. Comic. Latt. p. 205 sqq. Cf. Becheri Dec. Laberii Prologus. p. 17 sqq.

b. abstinendi propterea? Persuasum] Vulgata distinctio est: *„abstinendi? Propterea persuasum“* cett.

c. repromittat] Liber Fuldensis et inde Havercampi editio hic inserta habent verba: *statim illic vesica quaeritur et.* Havercampus deleta particula *et* reponit *queritur* proverbiumque, quod subesse putat, explicat de puerulis, qui mingendi necessitatem ultra ferre non possint, vesica lotio impleta, adeoque saepe virgam metuentes exclament. Viderit sibi bonus Havercampus. Pro *vesica* si non *saevitia* vel potius *saevitiae causa* reponendum est, id quod probabile iudicabit qui antiquos libros legere scripturaeque compendia interpretari novit, *vesicam* hic accipe pro vaniloquentia et tumore, quo sensu usurpat Martial. Epigr. IV, 49. Hoc enim, ni fallor, Tertullianus dicit: Si quis nostrum ex fide religionis Christianae verba facit de resurrectione mortuorum, statim in ea futurae vitae repromissione tumor a vobis et inanis sectae vaniloquentia quaeritur atque deprehenditur.

d. lapidibus magis, nec saltim coetibus a populo exigetur.] Si quis, inquit, Christianus resurrectionem mortuorum vitamque aeternam a Christo promissam disputat, lapidationi potius eum populus postulabit, quam auditioni, eum ne coetibus quidem honorabit, nedum statuis atque salariis, id quod tamen philosophis contingere solet. Cf. supra cap. 46. *Nec saltim* est *ne — quidem.* Cf. De Patient. cap. 3. Exempla suppeditabit Spalding. ad Quinctil. I, 1, 24. Hildebr. ad Apul. Metam. IX, 36. p. 846. Vulgata verborum explicatio, quam secutus est etiam Nic. le Nourry, haec est: Christianus illius de futuro hominis ad vitam reditu dogmatis assertor non modo expelletur ab ethnicorum conventibus, sed quod peius est, lapidibus obruetur.

e. nisi desinant esse quod fuerant.] Quia demus Caium transmutatum in mulum, mulus non potuit esse quod non erat, nisi desinat esse Caius, scilicet quod fuerat. (La Cerda.)

Multis etiam [18]locis ex otio opus erit[f], si velimus ad hanc partem lascivire, [19]quis in quam bestiam reformari [20]videretur. Sed de nostra magis defensione, qui proponimus multo utique dignius credi hominem ex homine rediturum, [21]quemlibet pro quolibet, dum [22]hominem, ut eadem qualitas animae in [23]eandem [24]restauraretur [25]conditionem, etsi non effigiem[g]. Certe quia ratio restitutionis destinatio iudicii [25b]est, necessario idem ipse qui fuerat [26]exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti iudicium a deo referat. Ideoque repraesentabuntur et corpora, quia neque pati quicquam [27]potest anima sola sine [28]materia stabili, id est carne, [29]et quod omnino de iudicio dei pati debent animae, non sine carne meruerunt intra quam omnia egerunt. Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera [30]temetipsum, o homo, et fidem rei invenies. Recogita quid fueris antequam esses. Utique nihil. Meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idem nihil [31]factus cum esse desieris, cur non [32]possis

18. locis ex otio *ABEGλde. Vindob. Erfurt. Pamelii libri.* locis exitio *F.* locis exoptio *Dab.* locis et ocio *c.* iocis et ocio *f. Haverc. Fulvius Ursinus.* 19. quis in quam *ABDEFGλf. Bongars. Erfurt. Vindob. Ursini liber, teste Latinio.* Quis inquam *abde. Fulv. Ursinus.* Quis unquam *c.* 20. vidit *Dabcde.* videatur *liber Ursini.* velit *Fulv. Ursinus.* 21. Qui et pro quolibet *λ.* 22. hominem ut *om. Dae.* 23. eadem *λ.* 24. restauraretur *AφEF. Vindob. Erfurt.* restauretur *(Aβ)BDGλ abcdef. Haverc.* 25. etsi non effigiem, certe conditionem. Sed quia *λ.* 25b. est, eo quod omnino de iudicio dei pati debent, necessario *cd.* 26. exhibetur *F.* 27. possit *F.* 28. stabili materia *cd.* 29. et quod omnino *ABFGef. Vindob. Pamelii libri.* eoque omnino *D.* eo quod omnino *Eabd. Oxon. Erfurt.* et omnino *λ. In c. verba* quod omnino de iudicio dei pati debent *hic non comparent. Occurrebant paulo superius.* 30. teipsum o homo *F.* temetipsum homo *c.* temetipsum, homo es *λ.* 31. fueris cum *Da.* 32. posses *Dae.*

f. Multis etiam locis ex otio opus erit] Ait Tertullianus: Si velim hanc Pythagorae opinionem lasciviente oratione prosequi, multis locis atque argumentis opus erit, quibus demonstrem quis in quam bestiam reformari videretur, et tamen omnibus his locis atque argumentis, quotcunque erunt, magis in nostra quam in Pythagorae opinione defendenda usus fuero, qui proponimus multo utique dignius credi hominem ex homine rediturum. De verbis *ex otio* cf. quae adnotavero ad librum Ad Scapul. cap. 2. Qui *iocis* volunt pro *locis*, hi illud *opus erit* non satis perpendisse videntur. De voc. *lascivire* cf. Arnob. Adv. Natt. IV, 3 „Nam quod nobis catervas ignotorum alias inducitis deorum, existimare non possumus, utrumne istud serio atque ex rei compertae faciatis fide, an fictionibus ludentes cassis ingeniorum *lasciviatis* per fluxum.“ Idem IV, 33 „Vobis nulla est cura quid super rebus dicatur tantis, neque ullo saltem castigationis metu *luxuriantium* litterarum coërcetis audaciam.“

g. conditionem, etsi non effigiem.] Ut qualitas animae servetur saltim in carnem humanam reducis, etsi ipsa non in eundem, quem ante mortem tenebat, hominem rediret. Sed hoc, pergit, ut eadem scilicet anima in eandem carnem restauretur, necessarium esse per se intellegitur. Quae enim alia via divini iudicii? De Test. Animae cap. 4 „Quibus sustinendis (scil. sempiterno aut cruciatui aut refrigerio) tibi substantiam pristinam eiusdemque hominis materiam et memoriam reversuram, quod et nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionalis facultate, et nulla ratio sit iudicii sine ipsius exhibitione qui meruit iudicii passionem.“ Cf. De Anima cap. 58. et De Resurr. Carnis cap. 17.

[33]rursus esse de nihilo [34]eiusdem [35]ipsius auctoris voluntate qui te voluit esse [36]de nihilo? [37]Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; [38]cum iterum non eris, fies. Redde [39]si potes rationem qua factus es, et tunc [40]require qua fies. Et tamen facilius utique fies quod fuisti aliquando, quia aeque non difficile factus es quod nunquam fuisti aliquando. [41]Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum [42]corpus hoc mundi de eo quod non fuerat non minus quam de morte vacationis et inanitatis [43]inposuit[h], [44]animatum [45]spiritu omnium [46]animarum [47]animatore, signatum[i] [48]et ipsum humanae resurrectionis exemplum in testimonium [49]vobis. Lux cotidie interfecta[k] resplendet et tenebrae pari vice decedendo succedunt, sidera defuncta [50]vivescunt, tempora ubi finiuntur incipiunt, fructus [51]consummantur et redeunt, certe semina non nisi corrupta et dissoluta fecundius surgunt, omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformantur[l]. Tu homo, tantum nomen, si [52]intellegas te vel de titulo Pythiae[m] [53]discens, [54]dominus omnium morientium [55]et resur-

33. rursus esse *ABGf.* esse rursus *DEλabcde. Gorziens. Erfurt. Oxon.* esse *F. Vindob.* 34. eiusdem — — de nihilo *om. D.* 35. auctoris ipsius *E. Erfurt. Voc.* ipsius *om. abcd.* 36. de nihilo *ABEFdf. Erfurt.* ex nihilo *Gabe. Vindob.* 37. Nihil ergo novi *λ.* 38. et iterum cum non eris fies *λ.* 39. rationem si potes *Dab. In c. et Oxon. verba* Redde — — qua fies *omnino non extant.* 40. requires *DGab.* 41. Dubitatur *Fcd. Vindob.* 42. hoc corpus *F.* 43. inposuit *ABD EFG(λ)abcde. Ambros. Vindob. Erfurt. Oxon.* composuit *f. Haverc., cum Fulvio Ursino.* 44. anima *Ambros. m. pr. Omittit G.* 45. spiritum *AφD (m. sec.) Ea. Ambros. Erfurt.* 46. animatum *G.* animantum *c. Omittunt λf.* 47. animator *(Aβ?)* animatione *a.* 48. et per ipsum *λf. Haverc.* 49. vobis *ABEFGdf. Vindob. Erfurt. Pamelii libri.* nobis *Dabce.* 50. vivescunt *ABDEλabcde. Vindob. Ambros. Erfurt. Oxon.* viviscunt *G.* reviviscunt *f. Haverc., cum Fulvio Ursino.* iuvenescunt *F.* 51. consummantur *ABDEλcde. Vindob. Erfurt. Oxon.* consumantur *Gab.* consumuntur *Ff. Haverc.* 52. intelligis *Gc.* 53. discens *ABDbdef. Pamelii libri.* dicens *EFGa. Erfurt. Vindob.* diceris *c.* disces deum *λ.* 54. dominum *Da.* domus *F.* 55. resurgentiumve *Dab.*

h. inposuit] In vacuo.

i. signatum] h. e. apertum, evidens, significans. Tertull. De Resurr. Carnis cap. 13 „Quid expressius atque *signatius* in hanc causam? aut cui alii rei tale documentum?“

k. Lux cotidie interfecta] *Interficere* de rebus inanimis Afri potissimum usus est. Tertull. De Resurr. Carnis cap. 3 „nec *interfecerat* substantiam propriam.“ Ibid. cap. 5 „*interfector* veritatis.“ Cf. De Spectac. cap. 17 „pudoris sui *interemptrices.*“ Arnob. Adv. Natt. III, 23 „et cur cotidie gemmulas et pubescentes herbas adurit atque *interficit* nocentissimum frigus.“ Apul. Metam. V, 4 „*interfectae* virginitatis,“ ubi vide Hildebrandi aliorumque adnotata. Non. Marcell. p. 449., qui ex aliis scriptoribus exempla collegit.

l. omnia de interitu reformantur.] Cf. De Resurr. Carnis cap. 12. Minuc. Felic. Oct. cap. 34 „Vide adeo quam in solatium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit et nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et revivescunt, post senium arbusta revirescunt: ita corpus in saeculo, ut arbores in hiborno, occultant virorem ariditate mentita. Quid festinas, ut cruda adhuc hieme revivescat et redeat? Expectandum etiam nobis corporis ver est.“, ad quae verba v. quos citant interpretes.

m. de titulo Pythiae] h. e. de Delphica inscriptione. De hoc Delphico *ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ* cf. Plutarch. de *EI* apud Delphos. cap. 2. Plin. Hist. Nat. VII, 32.

gentium, ad hoc morieris, [56]ut pereas? Ubicumque resolutus fueris, quaecunque te materia destruxerit, hauserit, [57]aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet [57b]te. Eius est nihilum [58]ipsum cuius [59]et totum. Ergo, inquitis, semper moriendum erit et semper resurgendum? Si ita rerum dominus destinasset, [60]ingratis[n] [61]experireris conditionis tuae legem. At nunc non aliter destinavit quam praedicavit. Quae ratio universitatem ex diversitate conposuit, ut omnia [62]aemulis[o] substantiis sub unitate [63]constarent ex vacuo et solido, ex animali et inanimali, ex conprehensibili et inconprehensibili, ex luce et tenebris, ex ipsa vita et [64]morte: eadem aevum quoque [65]ita destinata [66]et distincta condicione conseruit, ut prima [67]haec pars, ab exordio rerum quam incolimus, temporali aetate ad finem defluat, sequens vero, quam expectamus, in infinitam aeternitatem propagetur. Cum ergo finis et limes, [68]medius qui interhiat[p], adfuerit, ut etiam [69]ipsius mundi species transferatur aeque temporalis[q], quae illi dispositioni aeternitatis [70]aulaei vice oppansa est, tunc restituetur [71]omne humanum genus ad [72]expungendum[r] quod in isto aevo boni seu mali meruit, et [73]exinde pendendum [74]in immensam aeternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, [75]nec rursus ac rursus resurrectio[s], sed erimus [76]idem [77]qui nunc, nec alii post, dei quidem cultores apud deum [78]semper, superinduti

56. ut pereas? Resurgas. ubicunque λ., *pro quo Scioppius restituit* ut pereas? Resurges ubicunque. 57. adoleverit *A.* et aboleverit *F.* absorpserit λ. aut aboleverit et *G. omisso voc.* hauserit. *Idem liber pro* prodegerit *habet* redegerit. *In λ. est* redegerit. 57b. te *om. λ.* 58. ipsum *om. D.* 59. est totum *F. Vindob.* 60. ingratus (*h. e.* ingratiis) *FG.* 61. experieris *a.* 62. ex aemulis *λf. Haverc.* 63. eum constarent *AE. Erfurt. Oxon.* 64. morte eadem. Aevum quoque *Aλ.* morte eadem. Tunc quoque *G.* 65. ista *DE. Erfurt.* 66. et distincta *Aβ.* ac distincta *cdef. Haverc.* distincta *AφBDEFGab. Erfurt. Vindob. In λ. extat* ita distincta conditione conservatur ut. 67. autem pars λ. 68. medius *om. F.* 69. ipsius mundi *ABFG. Vindob. Erfurt.* mundi ipsius *DEabcdef. Haverc.* 70. aulaei vice *BDabcdef. Haverc.* aula ei vice *Vindob.* aulae vice *AEF. Erfurt.* aula *G.* 71. omnium hominum genus λ. 72. expungendum *ABDEFλabdef. Vindob. Erfurt. et alii.* persolvendum *Gc. Gorziens.* 73. exinde pendendum (pendendam *Oxon.*) *AβFGbd. Vindob. Oxon. Gorziens. Pamelii libri.* exinde prehendendum *c.* exin dependendum (*AφB*)*f. Haverc.* exinde dependendum *DE. Fulv. Ursinus.* exinde deprehendendum *a.* exinde *e.* 74. in *om. DFG* (*in quo est* in mensam *pro* in immensam) *abcd. In seqq. F. habet* perpetuitatis aeternitatem. 75. nec *om. λ.* 76. idem *AβEFG.* iidem *abcdef.* 77. qui et nunc *c.* 78. semper *om. λ., prob. Scioppio.*

n. ingratis] Cf. adnotata ad Apolog. cap. 4.

o. aemulis] Cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

p. finis et limes, medius qui interhiat] Sic vocat spatium annorum mille. Qua de re lib. III. adv. Marcion. cap. 14. (Rigalt.)

q. transferatur aeque temporalis] h. e. transeat in aliam speciem, cum aeque temporalis sit, atque ipsius res.

r. ad expungendum] Dixi de hoc verbo ad cap. 35.

s. nec rursus ac rursus resurrectio] Cf. quae adnotavi ad Apologet. cap. 9.

substantia propria aeternitatis: profani vero, et [79]qui non [80]integre [81]ad deum[t], in [82]poena aeque iugis ignis, [83]habentes ex ipsa natura eius [84]divinam scilicet [85]subministrationem incorruptibilitatis. Noverunt et philosophi diversitatem arcani et publici ignis. Ita longe alius [86]est qui usui humano, alius qui iudicio dei [87]apparet, sive de caelo [88]fulmina stringens, sive de terra per [89]vertices montium [90]eructans; non enim [91]absumit quod [92]exurit, sed dum erogat, reparat[u]. [93]Adeo manent montes semper ardentes, et qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo iam [94]igni decinerescat[v]. [95]Et hoc erit testimonium ignis aeterni, hoc exemplum iugis iudicii poenam [96]nutrientis. Montes uruntur et durant. Quid nocentes et dei hostes?

[1]Hae sunt quae in nobis solis praesumptiones[a] vocantur, in Cap. XLIX.

79. qui *om. abc.* 80. integre *ABDEFGaf. Vindob. Erfurt. Oxon.* integri *bcde. Pamelii aliquot libri.* 81. apud deum *e.* 82. poenam *λ.* 83. habentis *cd. Haverc.* 84. divina *λf. Haverc.* 85. subministratione *λ.* 86. est ignis qui *λ.* 87. paret *F.* 88. flumina *E. Erfurt.* 89. verticem *F. Vindob.* 90. eructuans *λ.* 91. assumit *abe.* 92. esurit *F. Vindob.* exuritur *G.* 93. Ideo *F.* 94. igne *F. Vindob.* 95. Et *om. λ.* 96. nutrientis *(AφB)Fbcdef. Vindob.* nutrientes *AβDEGa. Erfurt.* Cap. XLIX. 1. Hae *ABGd.* Haec *DEFabcef. Erfurt.*

t. et qui non integre ad deum] Cf. De Test. Animae cap. 4 „Et licet soli illum noverint Christum, vel *quaecunque apud deum secta*, et tu tamen eum nosti, dum odisti."

u. sed dum erogat, reparat.] V. quae adnotavi ad Scorpiac. cap. 3. De verbi *erogare* apud Tertullianum usu cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 6.

v. ut nullo iam igni decinerescat.] Mirifice exagitarunt haec verba doctorum ingenia. Sed hoc dicit Tertullianus, ignem caelestem tangere solummodo, non absumere. Cui interpretationi testimonio adsunt Minucii Felicis verba, qui etiam hic, ut multis in aliis locis, Tertullianum imitatus et pressius secutus est. Iste Octavio suo cap. 34 „Sicut ignes fulminum, ait, corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei montis et Vesuvii montis et ardentium ubique terrarum flagrant nec erogantur, ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur."

Cap. XLIX. a. praesumptiones] Generaliter de tota pietate Christiana ita sentiebant, ut eam existimarent meram esse praesumptionem, nempe quae nullis certis rationibus aut demonstrationibus niteretur, sed sola opinione et quasi imaginatione: quomodo Moysis ipsiusque adeo Christi doctrinam *διατριβὴν ἀνυπόδεικτον* impie appellabat Galenus. Antiqua Martyrologia in agone Montani et sociorum: „Ibi condiscipuli eius suadebant, ut *praesumptione* deposita sacrificaret interdum." De hac praesumptione loquebatur impurus Apuleius Miles. IX. [cap. 15.]: „Tunc spretis atque calcatis divinis numinibus in vicem certae religionis mentita sacrilega *praesumptione* dei, quem praedicaret unicum, confictis observationibus vacuis fallens omnes homines et miserum maritum decipiens matutino mero et continuo stupro corpus manciparat." Etsi autem totam Christianam religionem hoc nomine notabant, eam tamen de resurrectione sententiae, quam existimabant omnium absurdissimam, peculiariter quasi assignabant. Tertullianus de Test. Animae cap. 4 „Ea opinio Christiana, etsi honestior multo Pythagorica, quae te non in bestias transfert, etsi plenior Platonica — —, tamen propter suum nomen soli vanitati et stupori et, ut dicitur, *praesumptioni* deputatur." Iterum: „Sed forsitan de sensu post excessum tui certior es, quam de resurrectione quandoque, cuius nos *praesumptores* deputamur." *Praesumptio* igitur appellabatur opinio ista, quasi sola hominum *φαντασίᾳ* censeretur; qua de causa etiam Orthodoxi Patres haereses appellabant praesumptiones. Tertullianus de Anima [cap. 1.]: „De solo censu animae

philosophis [2]et poëtis summae scientiae et insignia ingenia[b]. Illi prudentes, nos inepti; illi honorandi, nos inridendi, immo eo amplius et puniendi. Falsa [3]nunc sint quae [4]tuentur et merito [5]praesumptio, attamen necessaria; inepta, attamen utilia; siquidem meliores [6]fieri coguntur qui [7]eis credunt, metu aeterni supplicii et spe aeterni refrigerii. Itaque non expedit falsa dici nec inepta haberi [8]quae expedit vera praesumi. [9]Nullo titulo[c] damnari licet [10]omnino quae prosunt. In vobis itaque praesumptio est haec ipsa quae damnat utilia. Proinde nec inepta[d] esse possunt; certe etsi falsa et inepta, nulli tamen noxia[e]. Nam et multis aliis similia quibus nullas poenas [11]inrogatis, vanis et fabulosis, inaccusatis et inpunitis, ut innoxiis. Sed in eiusmodi[f] [12]enim, si utique[g], [13]inrisui [14]iudicandum est[h], non gladiis et ignibus et crucibus et bestiis, [15]de qua iniquitate saevitiae non [16]modo caecum hoc vulgus exsultat et insultat, sed et quidam vestrum, quibus favor vulgi de iniquitate

2. et in poetis *F.* *Omittit G.* 3. utrum sint *G.* 4. tuentur *ABDEFG. Erfurt. Vindob.* tuemur *abcdef. Haverc.* 5. praesumtiones *cdef. Haverc.* 6. coguntur fieri *F.* 7. de eis *Oxon.* 8. et expedit *d.* 9. Proinde nullo *λ. Verba* Nullo titulo *om. Oxon.* 10. omnino quae prosunt *ABEFGf. Vindob. Erfurt.* quae prosunt omnino *Dabcde.* 11. inrogatis in eius modis accusatis et impunitis ut noxiis. aeque enim *λ.* 12. enim *ABDEFf. Erfurt. Vindob. Oxon. Bongars.* evum *G.* error *cde. Omittunt ab.* 13. inrisui *ABF. Vindob. Bongars.* in risu *G.* inrisu *f. Oxon.* inrisum *λ.* irrisioni *DEabcde.* 14. adiudicandus *c.* 15. vindicandus, de qua *c.* 16. modice cum *F.* modice quom *Vindob.*

congressus Hermogeni, quatenus et ipsum ex materiae potius suggestu quam ex dei statu constitisse *praesumpsit.*" Item: „Praestat per deum nescire, quia non revelaverit, quam per hominem scire, quia ipse *praesumpserit.*" (Herald.)

b. ingenia.] Adnotavero de hoc vocabulo ad De Corona cap. 8.

c. titulo] Cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 1.

d. inepta] Cf. Minuc. Fel. Octav. cap. 12 „Satis est pro pedibus aspicere, maxime indoctis, inpolitis, rudibus, agrestibus, quibus non est datum intelligere civilia, multo magis denegatum est disserere divina." Arnob. Adv. Natt. I, 28 „Nos hebetes, stolidi, fatui, obtunsi pronuntiamur, et bruti, qui dedimus nos deo, cuius nutu et arbitrio omne quod est constat et in substantiae suae perpetuitate defixum est. Id. II, 13 „Interea tamen, o isti qui admiramini, qui stupetis doctorum et philosophiae scita, ita non iniustissimum ducitis inequitare tamquam stulta nobis et bruta dicentibus, cum vel ea vel talia reperiamini et vos dicere quae nobis dici pronuntiarique ridetis?" Id. II, 34 „Cum igitur haec ita sint, quaenam iniustitia tanta est, ut fatui vobis credulitate in ista videamur, cum vos et similia credere et in eadem videamus expectatione (sc. resurrectionis) versari?" Id. III, 15 „Hoccine est illud fastidium vestrum, sapientia haec arrogans, qua despuitis nos ut rudes, atque omnium scientiam remini rerum vobis divinarum patere." Lactant. Div. Inst. IV, 13 „Vulgo pro stultis et ineptis habemur."

e. nulli tamen noxia.] Athenagoras in eodem argumento: *„εἰ δέ τῳ λῆρος πολὺς δοκεῖ τὸ σαπὲν καὶ διαλυθὲν καὶ ἀφανισθὲν σῶμα συστῆναι πάλιν, κακίας μὲν οὐκ ἂν εἰκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα διὰ τοὺς οὐ πιστεύοντας, ἀλλ' εὐηθείας.*"

f. in eiusmodi] Vocabulis *eiusmodi* et *huiusmodi* Tertullianus pro substantivis uti solet. Exempla dabo ad De Baptismo cap. 12.

g. si utique] De hoc *si utique* cf. quae de illo *si forte*, apud Tertullianum usitatissimo, adnotavero ad De Corona cap. 5.

h. inrisui iudicandum est] Cf. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 10.

[17]captatur, gloriantur. [18]Quasi non totum quod in nos potestis nostrum sit arbitrium. Certe, si velim, Christianus sum. Tunc ergo me damnabis, si damnari velim; cum vero quod in me potes, nisi velim, non [19]potes, iam meae voluntatis est quod potes, non tuae potestatis. Proinde [20]et vulgus [21]vane de nostra vexatione gaudet. Proinde [22]enim nostrum est gaudium, quod sibi [23]vindicat, qui [24]malumus damnari quam a deo excidere[i]: contra illi, qui nos oderunt, dolere, non gaudere debebant, [25]consecutis nobis quod [26]elegimus.

Ergo, inquitis, cur querimini quod vos [1]insequamur, si pati Cap. L.
vultis, cum diligere debeatis per quos patimini quod vultis? Plane volumus pati[a], verum eo more, quo et bellum [2]miles. Nemo [3]quidem libens patitur, cum et trepidare et periclitari sit necesse. Tamen et proeliatur omnibus viribus, et vincens in proelio gaudet qui de proelio querebatur, quia et gloriam consequitur et praedam. Proelium est nobis quod provocamur ad tribunalia, ut [4]illic sub discrimine capitis pro veritate certemus. [5]Victoria est autem pro quo certaveris obtinere. Ea [6]victoria habet et gloriam placendi

17. captatus *BφBG. Vindob.* 18. non quasi *Da.* 19. posses *λ.* 20. et *om. G.* 21. vana *DE. Oxon. Erfurt.* 22. et nostrum *cd.* 23. vindicat *ABDEabf. Gorziens. Erfurt. Oxon.* vendicat *FGc.* vindicant *de.* 24. malumus *AβBbdef. Gorziens.* maluimus (malluimus *Vindob.*) *FGc. Vindob,* malum *Aφ.* malunt *DEa. Oxon. Erfurt.* 25. consecuti *G.* 26. diligimus *G.* eligimus *abcd.*

Cap. L. 1. insectamur *F. Vindob.* 2. miles *om. λf. Haverc. In D. est* quo bellum milites. 3. quidem *ABFGλf. Vindob., et E. m. sec.* quippe *DEabcde. Oxon. Erfurt.* 4. ibi *Oxon.* 5. Victoriae *F. Vindob.* 6. victoria *om. G.*

i. quam a deo excidere] De Spectac. cap. 8 „Non tamen, quod in saeculo sumus, *a deo excidimus.*" Ibid. cap. 28 „Quot utique et alia documenta cesserunt de his, qui cum diabolo apud spectacula communicando *a domino excideruntʔ*" Cf. De Ieiun. cap. 6 „quo ipsum *sibi* hominem *excidere* solenne est." Ad Natt. II, 8 „*excidant probationi* verae divinitatis." Ibid. I, 16 „ultra ianuam progressus iter praetereuntibus tractus *domo excidit.*"

Cap. L. a. Plane volumus pati] Haec Tertulliani ratiocinatio longe est praestantior et verior illa Ammonii ad verba Christi apud Iohannem cap. 21. de Petri morte. Non libenter Petrum passum esse crucem, quod eo genere mortis discipulus adaequaretur magistro. Id aliqua fortean Baucis pannucea crediderit. Plane Minucius Felix: „Cruces nec colimus, inquit, nec optamus." Et consentanea Septimio nostro dixit ad eundem Iohannis locum Chrysostomus a natura inditum homini vitae retinendae amorem, non officere animo decernenti atque apud se constituenti mortem sibi esse pro Christi nomine fortiter obeundam, itaque salvam fore animi mentem rectam et tenacem propositi, interea vero naturam suos gemitus et eiulatus edituram. Sic milites etiam fortissimi pro sua salute faciunt vota, tum maxime cum in pericula ruunt. (Rigalt.) Apol. cap. 1 „Quid hoc mali est, cuius reus gaudetʔ cuius accusatio votum est, et poena victoriaʔ" Ad Scapul. cap. 1 „magisque damnati quam absoluti gaudemus." Ibid. cap. 2 „Absit enim, ut indigne feramus ea nos pati quae optamus." Ibid. cap. ult. „Crudelius vestra gloria est nostra. Vide tantum, ne hoc ipso, quod talia sustinemus, ad hoc solum videamur erumpere, ut hoc ipsum probemus, nos haec non timere, sed ultro vocare."

deo et praedam vivendi in aeternum. [7]Sed obducimur[b]. Certe cum obtinuimus. Ergo [8]vicimus, cum occidimur, denique evadimus, cum obducimur. Licet [9]nunc [10]sarmenticios et [11]semaxios[c] appelletis, quia ad stipitem dimidii [12]axis revincti[d] sarmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus victoriae nostrae, haec palmata vestis[e], tali curru triumphamus. Merito itaque victis non placemus; [13]propterea enim desperati et perditi existimamur[f]. Sed haec desperatio

7. Sed occidimur, certo, cum obtinuimus. λ. 8. vincimus λ*f. Haverc.* 9. et nunc λ. 10. sarmentarios λ. 11. semaxios *ABEdef. Erfurt. Oxon. Vindob. Ambros. Pamelii libri.* semiaxios λ. semarios *FG.* semassios *D.* semissios *ab.* semissarios *c.* 12. assis *abc.* aris *F. Pro* exurimur *in AφBG. est* exurimus. 13. merito desperati λ.

b. Sed obducimur.] De significatione huius verbi apud Tertullianum dixi ad cap. 46. Sed convincimur, inquit, et adversariis succumbimus, quomodo igitur vicisse dicendi sumus? Immo, respondet, dum succumbimus, victores evadimus. Non prius enim aliquis succumbit, quam pro Christo confessus est.

c. sarmenticios et semaxios] De Pudic. [cap. 22.]: „Puta nunc sub gladio iam capite librato, puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam leone concesso, puta *in axe iam incendio* adstructo.“ Etsi autem diversis poenarum et suppliciorum generibus Christiani expungebantur, usitatius tamen supplicium erat vivicomburium, quo nempe in maleficos ac magos, quales existimabant Christianos, animadvertere solebant. Paulus lib. V. Sentent. tit. XXIII. „Magicae artis conscios summo supplicio affici placuit, id est bestiis obiici aut cruci suffigi. Ipsi autem magi vivi exuruntur.“ Lucianus in Asino: *„καὶ ὥσπερ φάρμακα δεινὰ ἐπιστάμενον καὶ κακόν τι πολύμορφον ἠξίουν εὐθὺς ἔνδον πυρί με ἀποθανεῖν.“* Heliodor. Aethiop. lib. VIII. *„ἥρπαστο οὖν αὐτίκα πρὸς τῶν δημίων καὶ μικρὸν τοῦ τείχους ἐκτὸς ἤγετο, κήρυκος ὅτι ἐπὶ φαρμάκοις εἰς πυρὰν ἄγοιτο συνεχῶς ἐκβοῶντος.“* Observa autem ex verbi Pauli, vivicomburium cruce aut bestiarum laceratione existimatum tetrius. Clemens Alexandr. Stromat. IV. *„πῦρ ἀνθρώποις μέγιστον κολαστήριον.“* Quare et Tertullianus „summam ignium poenam“ appellat ad Martyras cap. 4. Et libro ad Scapulam queritur Christianos eo supplicio affici, quo nec sacrilegi nec publici hostes nec maiestatis rei afficerentur. (Herald.) Cf. Lips. De Cruce III, 10.

d. ad stipitem dimidii axis revincti] Eorum enim manus in tergum retrorsus revinciebantur ac restringebantur. Prudentius in agone Fructuosi et sociorum [Peristeph. VI, 103 sqq.]: „Nexus denique, qui manus retrorsus in tergum revocaverant revinctas, intacta cute decidunt adusti.“ Martyrologium vetus in eodem agone: „Cumque exustae fuissent fasciolae, quibus eorum manus fuerant colligatae.“ Quandoque clavis affigebantur, ut constat ex agone Polycarpi apud Eusebium, cui geminum est quod in agone Theodori scribunt antiqua martyrologia: „Voluerunt clavis configere et sic igni comburi. Tunc B. Theodorus his verbis exorsus est: Sinite me et nolite clavis configere. Deus enim meus dabit mihi virtutem, ut sine clavorum confixione ignis impetum cum laetitia possim sustinere.“ (Herald.)

e. palmata vestis] Fuit haec propria triumphantium. V. Manutii Quaest. per Epist. p. 48 sqq., interprr. ad Sueton. Claud. cap. 17., ad Liv. X, 7., ad Iuvenal. Sat. X, 38., ad Festum s. v. *Picta.*, Salm. ad Lampridii Alex. Sever. cap. 40. p. 509 sq. Fr. Wernsdorf de Veste Palmata ad Tertulliani Apolog. cap. 50. (Vitemb. 1766.) Cf. Tertull. De Corona cap. 13.

f. desperati et perditi existimamur.] Sic enim appellabant Christianos, et eorum generosam constantiam *desperationem.* Lactant. V, 9. „Qui autem cultores se dei non abnegaverint, in eos totis carnificinae suae viribus, veluti sanguinem sitiant, incumbunt et desperatos vocant, quia corpori suo minime parcunt.“ In edito Maximini apud Euseb. Hist. Eccl. VIII, 12. *„καὶ ἐπειδὰν τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ διαμενόντων, ἐωρῶμεν μήτε τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπουρανίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτούς“* cett. (Herald.)

[14]et perditio penes vos [15]in causa gloriae et famae vexillum virtutis extollunt. Mucius [16]dexteram suam libens in ara reliquit[g]: o sublimitas animi! Empedocles[h] totum [17]sese [18]Catanensium [19]Aetnaeis incendiis [20]donavit: o vigor mentis! Aliqua Carthaginis conditrix rogo [21]se secundum matrimonium dedit[i]: o praeconium [22]castitatis! Regulus[k], ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore [23]cruces patitur: o virum fortem [24]et in captivitate victorem! Anaxarchus, cum in [25]exitum[l] [26]tisanae pilo contunderetur: [27]Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem[m], Anaxarchum enim non tundis: o philosophi magnanimitatem, qui [28]de tali exitu suo etiam iocabatur! Omitto [29]eos qui cum gladio proprio [30]vel alio genere mortis mitiore de

14. atque *FG. Vindob.* 15. in causam *λ.* 16. dexteram *ABEFG. Vindob. Erfurt.* 17. esse *FG. Vindob.* 18. Atheniensium *ADEFG.* Attinensium *B. Omittit λ.* 19. Atheneis *ABDG.* 20. donat *λ. Haverc.* 21. se secundum *ABDEGabcde. Vindob. Erfurt.* secundum *Fλf. Haverc. Latinius.* se ob vitandum *Fulvius Ursinus.* 22. castitatis et pudicitiae *λ.* 23. truces *ABG.* 24. etiam in *λ.* 25. exitum *ADEF. Vindob. Erfurt.* exitu *BG.* exitium *abcde.* exemplum *λf. Haverc.* 26. tisanae *ABEF. Vindob. Erfurt.* ptisanae *Dabcdef.* ptissanae *λ.* 27. Tunde (timide *G.*) aiebat *FG.* 28. de tali exitu suo *ABFf.* de tali suo exitu *DE. Erfurt.* tali de suo exitu *abcde.* 29. eos *om. DFae.* 30. vel alio *ABEFG. Erfurt. Vindob.* aliove *Dabcdef. Haverc.*

g. in ara reliquit] V. Liv. II, 12. Flor. I, 10. Eutrop. I, 11. Valer. Maxim. III, 3. Martial. Epigramm. I, 22.

h. Empedocles] V. Diog. Laert. VIII, 67 sqq. et ibi Menag., Sturz Empedocles Agrigent. (Lips. 1805.) p. 122 sqq. Karsten Empedocles Agrigent. (Amstelod. 1838.) p. 45 sqq. Cf. Tertull. Ad Martyr. cap. 4.

i. Aliqua Carthaginis conditrix rogo se secundum matrimonium dedit] Dido *post* Sichaei *marili mortem*, ne Hiarbae Maurorum regi nubere cogeretur, *rogo se dedit.* Cf. Iustin. Hist. Philipp. XVIII, 4 sqq. Explicationem Ludovici de la Cerdae, „id est rogo sese dedit secundam uxorem" interpretantis, nemo probabit, vel qui verborum Tertulliani rationem accuratius perpenderit. Quod enim castitatis praeconium secundo nubere nuptamque se rogo dare? Fuldensis libri scriptura *rogo secundum matrimonium dedit* interpretatione non indiget. Hieronym. Epist. 91. ad Ageruchiam: „Stringam breviter reginam Carthaginis, quae magis ardere voluit, quam Hiarbae regi nubere."

k. Regulus] Cic. de Offic. III, 26 sqq, Valer. Maxim. II, 9. Lactant. Div. Instit. V, 13. Augustin. de Civ. Dei I, 15. III, 18. Tertull. Ad. Natt. I, 18. Ad Martyr. cap. 4. Exhort. Castit. cap. 31.

l. in exitum] h. e. ad mortem usque. V. quae de vocabuli *exitus* apud Tertullianum significatione adnotavero ad Scorpiac. cap. 9. Rigaltius Fuldensem librum secutus edidit *in exemplum* pro *in exitum*, quod coniungens cum genitivo *tisanae* explicat „in modum tisanae." Male, si quid iudico. *Exemplum* est supplicium. Gell. Noct. Att. VI, 4 „Poenitio propter exemplum est necessaria, idcirco veteres quoque nostri exempla pro maximis poenis dicebant." Cf. Donat. ad Terent. Eunuch. V, 7, 21. Schneider ad Caes. de Bello Gall. I, 31. De Anaxarchi morte v. Diog. Laert. IX, 10, 2. Plutarch. de Virt. Mor. p. 449. F. Valer. Maxim. III, 4. Dio Chrysost. Orat. 37. Nemes. de Nat. Hom. cap. 30. Clem. Alexandr. Strom. IV. p. 589. (Pott.) Tatian. Orat. ad Graec. cap. 32. Gregor Nazianz. Epist. 58. Theodoret. Serm. VIII. de Martyr. p. 120.

m. follem] *Φύλαχον*. Lucil. ap. Non. p. 110. „ego si qui sum, et quo *folliculo* nunc sum indutus, non queo." Arnob. Adv. Natt. II, 76 „in *carunculae huius folliculo* constitutis." Arnob. in Psalm. 149. „in extensione *follis nostri corporei*." Cf. Lindenbrog. et Scalig. ad Vergil. Catal. p. 301. Petav. ad Themist. Orat. XVII. p. 724. Gataker. ad Antonini Comment. VIII, 37. p. 309., et interprr. ad Diog. Laert. l. l.

laude pepigerunt. Ecce enim et tormentorum certamina coronantur a vobis. Attica [31]meretrix[n] carnifice iam fatigato postremo linguam suam [32]comesam in faciem tyranni saevientis [33]exspuit, ut [34]exspueret et vocem, ne coniuratos confiteri posset, [35]si etiam victa voluisset. Zeno [36]Eleates consultus a Dionysio[o], quidnam philosophia praestaret, cum respondisset [37]contemptum mortis, [38]inpassibilis flagellis tyranni [39]obiectus sententiam suam ad mortem usque signabat. Certe Laconum flagella[p] sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata tantum [40]honorem tolerantiae domui conferunt quantum sanguinis [41]fuderint. O gloriam licitam, quia [42]humanam, cui nec praesumptio perdita nec persuasio desperata [43]reputatur in contemptu mortis et [44]atrocitatis [45]omnimodae, cui tantum pro patria, [46]pro imperio, pro amicitia [47]pati permissum est quantum pro deo non licet! Et tamen illis omnibus [47b]et statuas [48]defunditis, et imagines [49]inscribitis, et titulos inciditis [50]in aeternitatem. Quantum de monumentis[q] potestis scilicet, praestatis et [51]ipsi quodammodo mortuis resurrectionem. Hanc qui veram a deo sperat, si pro deo [52]patiatur, insanus est. Sed [53]hoc agite, boni praesides[r], meliores multo apud populum si [54]illis [55]Christianos immolaveritis[s],

31. quaedam meretrix λ. 32. comesam *ABFf. Vindob.* comessam *G.* comestam *DEabcde. Erfurt.* 33. exspuit *DE(λ)abcdef. Erfurt. Oxon.* expellit *ABFG. Vindob.* 34. expelleret λ. 35. etiamsi λ. 36. cleates *ABEFG.* 37. contemtu *Haverc.* 38. inpassibilis *ABDEFGd. Vindob. Erfurt. Pamelii libri.* impassibilibus *abc.* impassibilem fieri λ. *Haverc. Omittunt cf.* 39. obiectus *ADEFabcde. Vindob. Oxon. Erfurt. Pamelii libri.* abiectus *BG.* subiectus λ*f. Haverc.* 40. honor est tolerantiae deinde conferunt *Da.* honoris tolerantiae domui (domi *Haverc.*) conferunt λ. *Haverc.* tantum honorem conferunt *f.* 41. fuderunt *G. Haverc.* 42. humana λ. 43. deputatur *Haverc., cum Fulvio Ursino.* 44. atrocitas *F. Vindob.* 45. omni modo λ*ab.* 46. pro agro, pro imperio λ. *Haverc.* 47. pati *om.* λ. 47b. cum et statuas *Fulv. Ursinus.* 48. diffunditis *Dabc.* decernitis λ. 49. scribitis λ. 50. in *om. ab.* 51. ipsis *abce.* 52. patitur *D.* 53. hoc vel agite *F.* 54. illis *om. D.* illos *F.* 55. Christianis immolaretis *Vindob.* Christianos ymmolaretis *F. Pro* multo *in G. est* multum.

n. Attica meretrix] De hoc Leaenae fortiter facto v. Pausan. I, 23. Athen. Deipnos. XIII, p. 596. Plin. Hist. Nat. VII, 23. et XXXIV, 8. Cic. de Gloria p. 488. Orell. Lactant. Div. Inst. I, 20. Tertull. Ad Martyr. cap. 4. Id. Ad Natt. I, 18.

o. Dionysio] Pro Dionysio Nearchum appellant Diog. Laert. IX, 25. Diod. Sic. X. p. 62. tom. IV. ed. Wessel. Valer. Maxim. III, 3., Demylum contra Plutarchus *περὶ Στοικῶν ἐναντιωμάτων* p. 1051. C. et adv. Colot. Epicur. p. 1126. C. Clemens Alex. Strom. IV. p. 589. Pott. Cf. Vales. ad Ammian. Marcell. XIV, 9. Alii Diomedontem; cf. Diog. Laert. l. l. Adire possis etiam Cic. Tuscul. II, 22. et de Nat. Deor. III, 33.

p. Lacorum flagella] V. Pausan. III, 16, 7. Davis. ad Cic. Tuscul. V, 27. Haase ad Xenoph. Resp. Lacon. p. 80 sqq. Mueller Dorier II, p. 312. cf. I, p. 381 sqq. Manso Sparta I, 2. p. 183.

q. de monumentis] De vi instrumentali *de* praepositionis dixi ad De Spectac. cap. 25.

r. boni praesides] Retraho sententiam a me ad initium libri prolatam, qua Eusebii auctoritati adquievi affirmantis Apologeticum fuisse ad senatum Romanum scriptum. *Praesides* enim vix alii possunt h. l. intellegi nisi provinciarum, quorum unus erat Scapula, ad quem peculiarem Tertullianus in eadem materia libellum scripsit. Cf. Apol. cap. 9. et 44.

s. meliores multo apud populum si

cruciate, torquete, damnate, [56]atterite nos: probatio est enim innocentiae nostrae iniquitas vestra. Ideo [57]nos haec pati deus patitur. Nam et proxime ad lenonem [58]damnando Christianam[t] potius quam ad leonem [59]confessi estis labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. Nec quicquam tamen [60]proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra; inlecebra est magis sectae. [61]Plures [62]efficimur quotiens metimur a vobis; semen est sanguis Christianorum. Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur, ut Cicero in Tusculanis, ut Seneca in Fortuitis, ut Diogenes, ut Pyrrhon, ut [63]Callinicus[u]. Nec tamen tantos[v] inveniunt verba discipulos quantos Christiani factis docendo. [64]Illa ipsa obstinatio[w], quam [65]exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum quid intus in re sit[x]? quis non, ubi requisivit, accedit? ubi [66]accessit, pati exoptat, ut [67]totam dei gratiam redimat, ut omnem veniam ab eo compensatione

56. ac terite *Vindob.* 57. haec nos *F.* 58. clamando Christianam *b. Gorziens.* damnando Christianum *D.* damnandam Christianam *λ.* 59. confossi estis *F.* putastis et confessi estis *λ.* 60. profuit. exquisitior *Dabc.* 61. Etiam plures *λ.* 62. efficimus *AφBG.* 63. Gallinicus *ABEFG. Vindob. Erfurt.* Calinicus *a.* 64. Ipsa illa *λ.* 65. exprobatis *E.* reprobatis *Oxon.* 66. accedit *E(m. pr.). Erfurt.* 67. totam gratiam dei *F.* dei totam gratiam *f.* dei gratiam *Dae.*

illis Christianos immolaveritis] Hinc enim gratia vulgi quandoque captata a praesidibus, ut ostendebamus ad cap. 1. Supra cap. 49 „De qua iniquitate saevitiae non modo caecum hoc vulgus exultat et insultat, sed et quidam vestrum, quibus favor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur“ cett. Ecclesia Lugdun. apud Euseb. lib. V.: *καὶ γὰρ τὸν Ἄτταλον τῷ ὄχλῳ χαριζόμενος ὁ ἡγεμὼν ἐξέδωκε πάλιν πρὸς θηρία.*“ Cum igitur negaret Festus in Actis Apost. cap. 25. morem esse Romanis *χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν*, quod debebat fieri observabat is, non autem quod fieri erat solitum. (Herald.)

t. ad lenonem damnando Christianam] Plures virgines Christianas ad lenonem fuisse damnatas constat ex historia ecclesiastica et antiquis martyrologiis. V. B. Ambrosium Serm. de S. Agnete. Euseb. libro VIII. *„τελευτῶν δῆτα ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως τὸν αὐτόθι συνιδὼν δικαστὴν Χριστιανοῖς δικάζοντα πέρα τῶν προσηκόντων ἐμπαροινοῦντα, καὶ τοτὲ μὲν σεμνοῖς ἀνδράσι ποικίλως ἐνυβρίζοντα, τοτὲ δὲ γυναῖκας σωφροσύνης τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀντοπαρθένους ἀσκητρίας εἰς αἰσχρὰς ὕβρεις πορνοτρόφοις παραδίδοντα“* cett. (Herald.) Cf. Tertull. De Monogam. cap. 15. Ambros. de Virgin. I, 1. et II, 4. Prudent. Peristeph. XIV. Cyprian. de Mortal. p. 162. Sagittar. de Martyr. Cruciatibus p. 253 sqq.

u. Callinicus.] Ciceronis Tusculanae et Senecae liber ad Gallionem de Remediis Fortuitorum in omnium manibus versantur. Diogenis significat fortasse Cynici de Morte, quem memorat Diog. Laert. VI, 12, 80.; sed Pyrrhonem nihil a se conscriptum reliquisse testis est idem Laertius IX, 102. Cf. Fabric. ad Sext. Empir. p. 278. De Callinico rhetore eiusque scriptis adeas Suidam et Eudociam s. v., et Fabricii Biblioth. Graec. III, p. 36. tom. VI, p. 54. ed. Hasl.

v. tantos] h. e. tot. Cf. adnotata ad cap. 1.

w. obstinatio] Obstinationem, desperationem, perditam persuasionem, perditam praesumptionem Christianorum constantiam appellabant. Plinius ad Traianum: „Neque enim dubitabam, qualecunque esset quod faterentur, pervicaciam certe et inflexibilem *obstinationem* debere puniri.“ (Herald.) Cf. Herald. ad cap. 49., et Ad Natt. I, 17.

x. quid intus in re sit?] Ad Scapulam cap. ult. „Nec tamen deficiet haec secta, quam tunc magis aedificari scias, cum

sanguinis sui expediat[y]? Omnia enim huic operi delicta [68]donantur. Inde est, quod ibidem sententiis vestris gratias agimus[z]. Ut est aemulatio divinae rei et humanae, cum damnamur a vobis, a deo absolvimur.

68. condonantur *D.* *Subscriptio in AE. Erfurt. est* APOLLOGYTICVM (APOLOGETICVM *E. Erfurt.*) QVINTI TERTVLLIANI EXPLICIT. *Ambrosiano, cui inscriptio:* APOLOGITICVM QVINTI TERTVLLIANI CONTRA PAGANOS DE IGNORANTIA IN CHRISTO IHESV., *subscriptum est:* APOLLOGICVM QVINTI TERTVLLIANI EXPLICIT.

caedi videtur. Quisque enim tantam tolerantiam spectans, ut aliquo scrupulo percussus, et inquirere accenditur, quid sit in causa, et ubi cognovit veritatem, et ipse statim sequitur.“ Sic scribit Clemens Alex. Strom. IV. gentiles Christi testium constantia obstupefactos saepissime *εἰς πίστιν ὑπάγεσθαι τὴν σωτηρίαν πολυπραγμονήσαντας.*“ (Herald.)

y. compensatione sanguinis sui expediat?] Quemodmodum baptismate peccata omnia tolli existimabant, et elui, ita et martyrio. Tertull. Scorpiaco cap. 6 „Proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lavacro vita ipsa deponitur.“ Quare martyrium „secundam intinctionem“ appellat libro de Patient. cap. 13. et „lavacrum sanguinis“ libro de Baptismo cap. 16. „Est quidem nobis etiam secundum lavacrum unum et ipsum, sanguinis scilicet“ cett. Addit paulo post: „Hic est baptismus qui lavacrum et non acceptum repraesentat et perditum reddit.“ *Βάπτισμα τὸ διὰ πυρός*“ Graeci vocant. Euseb. Hist. Eccles. VI. 4 *καὶ γυναικῶν δὲ ἡ Ῥαΐς ἔτι κατηχουμένη τὸ βάπτισμα, ὡς που φησὶν αὐτὸς, τὸ διὰ πυρὸς λάβουσα τὸν βίον ἐξελήλυθεν.*“ B. Chrysostomus Sermone de S. Luciano huius rei rationem proponit: *καὶ μὴ θαυμάσητε, εἰ βάπτισμα τὸ μαρτύριον ἐκάλεσα. καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα μετὰ πολλῆς ἐφίπταται τῆς θαψιλείας, καὶ ἁμαρτημάτων ἀναίρεσις καὶ ψυχῆς γίνεται καθαρμὸς θαυμαστός τις καὶ παράδοξος. καὶ ὥσπερ οἱ βαπτιζόμενοι τοῖς ὕδασιν, οὕτως οἱ μαρτυροῦντες τῷ ἰδίῳ λούονται αἵματι.*“ (Herald.)

z. sententiis vestris gratias agimus.] Nempe quandoque iudici ipsi post recitatam sententiam gratias agebant. Iustinus Mart. Apol. I. *„καὶ πρὸς τὸν Δούκιον ἔφη, δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. καὶ τοῦ Δουκίου φήσαντος, μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. ὁ δὲ καὶ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει, πονηρῶν δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι γινώσκων, καὶ πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι.*“ Tertullianus supra cap. 1 „Si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus vel ultro confitetur, damnatus gratias agit.“ Saepius autem deo Opt. Maximo gratias agebant. Acta proconsularia Martyrum Scillitanorum: „Haec quum essent ex tabella recitata, Speratus et qui cum eo erant omnes dixerunt: Deo gratias conferimus, qui dignatur nos hodie martyres accipere in caelis pro confessione sua.“ Formula erat: *Deo gratias.* B. Augustinus Serm. de S. Cypriano: „Cum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset: Thascium Cyprianum gladio animadverti placet, respondit ille: Deo gratias.“ Meminit et Prudentius in agone eiusdem Cypriani. Vetus martyrologium in agone S. Felicis, episcopi Tubizacensis: „Et hanc dedit sententiam: Quoniam Felix episcopus iuxta imperatorum decreta, quae nobis mandare dignitati sunt, facere nulla ratione consensit, nobis ordinantibus Carthaginem perducatur. Felix dixit: Deo gratias!“ Iustinus huius gratiarum actionis causam esse scribit, quod hac ratione delicta sua omnia pensata et salutem sibi paratam confiderent. Iustinus Martyr Apol. I.: *„οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ ἐφονευόμεθα, οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν ησαν οἱ ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες, εἰ μὴ πάντως παντὶ γεννωμένῳ ἀνθρώπῳ καὶ θανεῖν ὠφείλετο. ὅθεν καὶ τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες εὐχαριστοῦμεν.*“ Sed verior est ea, quam tangebat supra Tertullianus cap. 46. causa, nempe ut aequanimitatem suam hoc pacto testarentur Christiani. „Si de aequanimitate congrediar, inquit, Lycurgus *ἀποκαρτέρησιν* optavit, quod leges eius Lacones emendassent: Christianus etiam damnatus gratias agit.“ (Herald.)

AD
NATIONES

LIBRI DVO.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat codicem Agobardinum (*Aφ* ex collatione Hildebrandi, *Aβ* ex collatione Steph. Baluzii).
a - editionem principem, Iac. Gothofredi, quae prodiit Genevae anno MDCXXV.
b - - Nicol. Rigaltii anni MDCXXXIV.
γ - - supplementa Iac. Gothofredi.

AD

NATIONES*

LIBER PRIMVS.

Testimonium ignorantiae vestrae, quae iniquitatem dum de- Cap. I.
fendit, revincit[a], in [1]promtu est, quod omnes qui vobiscum retro[b] ignorabant et vobiscum oderant, simul[c] eis contigit scire, desinunt odisse qui desinunt ignorare, [2]immo fiunt et ipsi quod oderant et incipiunt odisse quod fuerant. Adeo quotidie adolescentem numerum [3]Christianorum ingemitis, obsessam vociferamini civitatem; in

Cap. I. 1. promtu *Aβ*. 2. immo *A., ubicumque nihil adnotavero.* 3. Cristianorum *Aφ*.

* AD NATIONES.] Hieronymus epistola ad Magnum hosce libellos *Libros contra Gentes* indigetat. „Quid Tertulliano, inquit, eruditius? quid acutius? Apologeticus eius et *Contra Gentes* libri cunctam saeculi obtinent disciplinam.“ Eadem diversitas in Arnobianis: nam qui vulgo *Arnobii Disputationum adversus Gentes libri* dicuntur, in MSS. *adversus Nationes* inscribuntur. Verum unum idemque est. Quanquam illud a Tertulliano magis puto: nam et cap. 7. lib. I „Miserae atque miserandae, inquit, Nationes.“, et cap. ult. lib. I „Iniquissimae Nationes“ et lib. II, cap. 1 „Miserandae Nationes.“ Porro inter haec initia vel hoc observandum, Tertullianum hisce libellis ad Nationes universim sermonem dirigere; in Apologetico vero ad solos hactenus Imperii Romani antistites, ministros, legum latores, executores, i. e. proconsules et praesides. Atque hoc inter alia discrimen inter hos libellos et Apologeticum est. (Iac. Gothofredus.) Hosce duos ad Nationes libros ex antiquissimo codice Agobardi primus edidit V. C. Iacobus Gothofredus IC., qui et codicem ipsum fidei suae diligentiaeque testem Regiae Bibliothecae donavit. Eximium sane munus quum alterum huiusce operis Tertulliani exemplar uspiam reperiri sit inauditum. Eoque dolendum magis istius quidem operis nunc tandem orbi litterario redditi paginas complures adeo fuisse vetustatis iniuria seu potius barbarorum incuria foede corrosas corruptasque, ut lacunae saepenumero hac etiam editione nostra occurrant, quas nisi ope codicis integrioris expleri unquam posse non est sperandum. Sunt autem et praeter lacunas alia quae ipsius antiquarii manus haud raro peccavit, quorum certe nonnulla conjecturis nostris emendari videantur. Sed iis tamen absque veteris scripturae vestigiis male credi non diffitemur. Neque id nobis permisimus nisi locis admodum paucis, nunquam suppressa libri veteris scriptura. (Rigalt.)

Cap. I. Concordat Apologetici cap. 1.

a. revincit] Apolog. cap. 1. „quam iniquitatem idem titulus (sc. ignorantiae) et onerat et revincit.“

b. retro] h. e. antea, ex usu Tertulliani. Exempla adnotavi ad De Spectac. cap. 9.

c. simul] Cf. quae adnotavi ad Apol. 1.

agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem sexum, omnem aetatem, omnem denique dignitatem transgredi a vobis quasi detrimento doletis. Nec tamen hoc ipso ad aestimationem alicuius latentis boni animos promovetis. Non licet rectius suspicari, non libet propius experiri; hic tantum curiositas humana torpescit. Amatis ignorare quod alii gaudeant invenisse; mavultis nescire, quia iam odistis, quasi certe non odituros vos sciatis. Atquin si nullum erit [3b]odii *debitum*[d], [4]reperietur optimum utique ab iniustitia priore discedere: sin vero [5]causa constiterit, nihil odio detrahetur, quod adeo amplius [6]iustitiae conscientia cumulabitur. Nisi si emendari pudet, aut excusari piget. Scio plane qua responsione soletis redundantiae nostrae[e] testimonium convenire[f]: non utique eo bonum praeiudicari quia plerosque convertat et sibi [7]rapiat, inquitis. Novi demutationem mentis in malas partes. [8]Quot desertores bonae vitae? quot transfugae in perversum? Multi bona fide[g], immo iam plures pro extremitatibus temporum[h]. Verum deficit adaequatio comparationis istius. Nam de malo ita constat apud omnes, ut ne ipsi quidem rei, qui ad malum transeunt et a [9]bonis in perversa divertunt, defendere malum pro bono audeant. Turpia timori, pudori impia habent. Denique gestiunt latere, devitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati; ne torti quidem facile aut semper confitentur, certe damnati [10]maerent. [11]Exprobrant etenim quod erant in semetipsos, [12]malae mentis ab innocentia transitum vel fato imputant. Adeo nolunt suum esse, quia malum negare non possunt. Christiani vero quid tale consequuntur? Neminem pudet, neminem [13]paenitet, nisi tantum pristinorum[i]. Si denotatur, gloriatur, si

3b. odii debitum *ego*. odii *Aab*. 4. repperietur *Aa*. 5. causa *A., constanter*. 6. iustitiae conscientia *Aφ*. iustitiae scientia *Aβb*. iniustitiae scientia *a*. 7. rapiat. Inquitis novi *Aφ*. 8. quod *A*. 9. bonis *Casp. Barthius, in ora exempli ed. princ. quod asservatur in Bibliotheca Senat. Lips. Rep. I*, 78. vobis *Aab*. 10. merent *Aβ*. 11. exprobant *Aφ*. 12. male *Aβ*. 13. penitet *A*.

d. odii debitum] Voc. *debitum* supplevi ex Apologetico. Multa sic per incuriam librarii in Agobardi libro omissa. Gothofredus frustra tentat vulgatam scripturam tueri: „si nihil erit odii, inquit, si abdicatum fuerit odium."

e. redundantiae nostrae] Cf. infra cap. 7 „de die redundamus."

f. convenire] Adnotatum est de hoc verbo ad Apolog. cap. 10.

g. bona fide] h. e. certo, plane, profecto. Cf. adnot. ad libr. Ad Scap. cap. 5.

h. pro extremitatibus temporum.] De Cultu Fem. II, 9 „Nos sumus, in quos decucurrerunt fines saeculorum. Nos destinati a deo ante mundum in extimatione temporali." Cf. Exhort. Cast. cap. 6. Adv. Marcion. V, 4 „qui filii denique sui revelationem in extremitatem temporum et disposuit et praedicavit." De Paenit. cap. 2 „mox gratiam pollicitus, quam in extremitatibus temporum per spiritum suum universo orbi illuminaturus esset, praeire intinctionem paenitentiae iussit" cett.

i. nisi tantum pristinorum.] Apolog. cap. 1. „Christianus vero quid simile? Neminem pudet, neminem paenitet nisi plane retro non fuisse."

trahitur, non subsistit, si accusatur, non defendit, interrogatus confitetur, damnatus gloriatur. Quod hoc malum est in quo mali natura cessat?

In quo ipsi etiam contra formam[a] iudicandorum malorum iudicatis. Nam nocentes quidem perductos, si admissum negent, tormentis urgetis ad confessionem, Christianos vero sponte confessos tormentis comprimitis ad negationem. Quae tanta perversitas, ut confessioni repugnetis, tormentorum officia mutetis, [1]gratis reum evadere, invitum compellentes negare? Praesides extorquendae veritatis de solis nobis mendacium exquiritis, ut dicamus nos non esse quod sumus. Opinor, non vultis nos malos esse, ideoque gestitis de isto nomine excludere. Sane ceteros ad hoc tenditis et carnificatis[b], [2]ut negent quod esse dicuntur. Atquin illis negantibus non creditis: nobis, si negaverimus, statim creditis. Si certi estis nos nocentissimos esse, cur etiam in hoc aliter quam nocentes a vobis agimur[c]? Non dico quod[d] neque accusationi neque recusationi spatium commodetis ([3]soletis inaccusatos et indefensos non temere damnare): sed, verbi gratia, si de homicida [4]consultatur, non statim confesso eo nomen homicidae dispuncta causa est aut satiata cognitio[e]. Quamquam confessis[f] difficile [5]creditis, verum insuper consequentia exigitis, quotiens caedem egerit, quibus telis, quibus in locis, quibus spoliis, sociis, receptoribus[g], ne quid omnino mali hominis delitescat aut desit aliquid instruendae ad sententiam veri- Cap. II.

Cap. II. 1. urgeatis *Casp. Barthius.* 2. ut negent quod esse *A.* ut negent esse quod esse *ab.* ut ne negent esse quod esse *Casp. Barthius.* 3. soletis inaccusatos *A.* soletis et inaccusatos *ab.* 4. consultatur *Rigaltius.* confutatur *Aab.* 5. creditis *b.* credatis *Aφa.*

Cap. II. Concordat Apologetici cap. 2.

a. formam] h. e. legem. Cf. adnot. ad De Idol. cap. 18.

b. tenditis et carnificatis] *tenditis*, eculeo scilicet: *carnificatis*, omni alio tormentorum ingenio seu genere. (Gothofr.)

c. a vobis agimur?] h. e. alia in nobis iudicandis iudicii forma utimini? *Agere* apud ICtos est passim pro intendere crimen et accusare, et inde etiam pro iudicare et persequi.

d. Non dico quod] Cf. Apolog. cap. 4. „simul uti erubescant accusantes, *non dico* pessimi optimos, sed iam, ut volunt, conpares suos.“ Ibid. cap. 40 „Ubi vero tunc, *non dicam* deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dei vestri?“ Ibid. cap. 44. „Quanti habetis, *non dico* qui iam de vobis daemonia excutiant, *non dico* iam qui pro vobis quoque vero deo preces sternant, quia forte non creditis, sed a quibus nihil timere possitis?“ Infra 1, 9 „Ubi tunc, *non dicam* contemptores deorum Christiani, sed ipsi dei vestri?“

e. dispuncta causa est aut satiata cognitio.] Cf. infra II, 12 „Adhuc de Saturno immorabor, quo et ceteris compendium praestruam, *satiata primordiorum disputatione.*“ De verbo *dispungere* dixi ad Apolog. cap. 37.

f. Quamquam confessis] h. e. quamlibet, quantumvis confessis. (Rigalt.)

g. receptoribus] Quos *receptatores* etiam appellant. Memorantur passim in ICtorum libris. Ulpian. Dig. I, 18, 13 „fures conquirere *receptoresque* eorum cohibere.“ Paul. Sent. Rec. V, 3, 4 „*Receptores* aggressorum itemque latronum eadem poena afficiuntur qua ipsi latrones.“ Cf. interprr. ad Cic. Milon. cap. 19. et ad Taciti Annal. IV, 23.

tati. Porro[h] de nobis, quos atrocioribus ac pluribus criminibus deputatis[i], breviora ac leviora elogia[k] conficitis. Credo, non vultis oneratos[l] quos omni opere perditos vultis, aut non putatis requirenda quae nostis. Hoc ergo perversius, si cogitis negare de quibus certissime scitis. Immo, [6]quo magis odio vestro competebat seposita forma iudicandi proprio studio non ad negationem certare, ne quos odistis liberaretis, sed ad confessionem singulorum scelerum, quo magis inimicitiae satiarentur exaggeratione poenarum, dum recognoscitur quot quisque iam convivia illa celebrasset, quotiens in tenebris incursasset incesta? Quid? quod eradicandi generis diffundenda erat requisitio, porrigenda quaestio in socios [7]consciosque. Perducerentur [8]infantariae[m] et coci, ipsi canes pronubi[n], emendata res esset. Etiam spectaculis gratia adgregaretur. Quanto enim studio in caveam conveniretur depugnaturo aliquo qui centum infantes devorasset? [9]Si enim[o] tam horrenda tamque monstruosa de nobis deferuntur, utique erui debuerunt, ne incredibilia viderentur et odium in nos publicum refrigesceret. Nam et plerique fidem talium temperant, [10]horrentes naturam quaerere pabulum ferinum [11]quod [12]concubitu ab humano genere praeclusit[p].

6. quo *Aa.* quod *b.* aio *Casp. Barthius.* 7. consocios quae perducerentur *Aa.* 8. infantariae et coci ipsi canes *Aa.* infantarii et coqui et ipsi *b.* 9. Si enim *ego.* Sed enim *Aab.* 10. horrentes *b.* honorantes *Aa.* 11. quod *ego.* quam *Aab.* 12. concubitu *Aa.* concubitus *b.* concupitu *Iac. Gothofredus.*

h. Porro] h. e. atenim, immo, contra. V. quae adnotavi exempla ad De Corona cap. 7. Cf. Spalding. ad Quinctil. Inst. Orat. II, 3, 5.

i. deputatis] Cf. quae de hoc verbo adnotata sunt ad De Idol. cap. 4.

k. elogia] Cf. adnot. ad De Corona cap. 5.

l. oneratos] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 26.

m. Perducerentur infantariae] Martial. Epigr. IV, 88. „Infantem secum semper tua Bassa, Fabulle, Collocat, et lusus deliciasque vocat, Et quod mireris magis, *infantaria* non est. Ergo quid in causa est? Pedere Bassa solet.“, ubi *infantariam* recte interpretantur quae infantes amat.

n. canes pronubi] In Apologetico appellantur lenones. Apolog. cap. 7 „Dicimus sceleratissimi de sacramento infanticidii et pabulo inde, et post convivium incesto, quod *eversores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum,* libidinum impiarum in verecundiam procurent.“ De ellipsi condicionalis particulae monuisse sat est. Cf. adn. ad De Corona cap. 11.

o. Si enim] Corrigendum erat *Si enim* pro *Sed enim,* quod liber Agobardi praebet. Saepissime in veteribus membranis reperiri particulas *sed* et *si* confusas notum est.

p. quod concubitu ab humano genere praeclusit.] Rigaltius correxit: „*horrentes* naturam quaerere pabulum ferinum, *quam concubitus* ab humano genere praeclusit.“ Sed magis mirifica huius figmenti interpretatio. En ipsius verba: „Ait Tertullianus: Tam horrenda, tamque monstrosa de nobis deferuntur, ut plerique fidem talium temperent, hoc est fidem talibus non adhibeant, horrentes naturam quaerere pabulum ferinum; nempe homines ita natos, ut quaerant et appetant pabulum ferinum, naturam adeo ferinam, ut carnibus humanis libenter vescantur, quae natura est ferarum. Eam vero naturam ferarum, id est feras ipsas, concubitus ab humano genere praeclusit. Unde igitur homines nati ferum genus? *Naturam quaerere* dixit Graeco more, quod ita factum et natum est ut quaerat.“

Vos igitur, alias diligentissimi ac pertinacissimi discussores scelerum longe minorum, cum talibus tam horrendis et omnem impietatem supergressis eam diligentiam deseratis, neque confessionem recipiendo, iudicantibus semper laborandam[a], neque exquisitionem digerendo, damnatoribus semper consulendam, iam apparet omne in nos crimen non alicuius sceleris, sed nominis dirigi. Adeo, si de criminum veritate constaret, ipsa criminum nomina [1]damnarent, si accommodarent, ut ita pronuntiaretur in nos: Illum homicidam, vel incestum, vel quodcunque iactamur, duci, [2]suffigi, ad bestias dari placet. Porro sententiae vestrae nihil nisi Christianum confessum notant. Nullum criminis nomen exstat, nisi nominis crimen est. Haec etenim est revera ratio totius odii adversus nos. Nomen in causa est, quod quaedam occulta vis per vestram ignorantiam oppugnat, ut nolitis scire pro certo quod vos pro certo nescire certi estis, et ideo nec creditis quae non probantur, et ne [3]reprobentur facile, non vultis inquirere, ut nomen inimicum sub praesumptione criminum puniatur. Adeo ut de nomine inimico recedatur, ideo negare compellimur, dehinc negantes liberamur, tota impunitate praeteritorum, iam non cruenti neque incesti, quia nomen illud amisimus. Sed dum haec ratio suo loco ostenditur[b], vos quam insequimini ad expugnationem [4]nominis, edite: quod nominis crimen, quae offensa, quae culpa? Praescribitur enim vobis non posse[c] crimina obicere quae neque institutum dirigit[d] neque [5]pro- Cap. III.

Cap. III. 1. damnarent, si accommodarent *ego*. damnaretis. an commodarent *Aφ*. damnaretis, ac commodarent *a*. damnatis accommodarent *b*. 2. suffici *Aa*. 3. reprobentur facile *Gothofredus*. probentur facile *Aab*. probentur falsae *Sigeb. Havercampus ad Tertull. Apolog. cap.* 2. *p.* 35. 4. nominis. Edite quod *Aφa*. 5. probatio *Leopoldus*.

Cap. III. Concordat Apologetici cap. 1. et 2.

a. laborandam] Cf. Tacit. Germ. cap. 46 „frumenta ceterosque fructus patientius quam pro solita Germanorum inertia *laborant*." Horat. Epod. V, 60. Propert. Eleg. IV, 3, 33.

b. Sed dum haec ratio suo loco ostenditur] Apologeticum hic omnino indicat. Nempe in Apologeticum iam incumbebat Tertullianus cum hosce libellulos scriberet, atque in eum aliquam multa hic omissa studio et iudicio distulit. (Gothofr.)

c. Praescribitur enim vobis non posse] sc. vos, qui accusativus repetendus ex *vobis*. De verbi *praescribere* significatu adeas adnot. ad Apolog. cap. 7.

d. institutum dirigit] Institutum est primum accusatoris, indicis, apparitoris vel spiculatoris, beneficiarii, curiosi aut alterius accusatio, indicium, notoria, oblatio rei, quibus solemniter accusatio seu iudicium criminale dirigitur, instituitur, quaeque etiam accusator reo edere cogitur, ut sciat quibus sit criminibus responsurus. Itaque mox hisce verbis respondent sequentia illa: *quod praesidi offeratur*. Et alioquin instituere accusationem seu crimen iuris verba sunt. Item instituti huius criminalis pars est defensio rei et sic causae peroratio, et post haec iudicis cognitio. Denique institutum est ordo, processus criminalis, stilus. Proximo sensu in l. 4 C. Th. Quorum appell. non recip.: „oportuerat te publici instituti respectu confessione detectos legum severitate punire." (Gothofr.) De verbo *dirigere*, quod item lCtorum est pro intendere, v. Dirksen

latio adsignat[e] neque sententia enumerat. Quod praesidi offeratur, quod de reo inquiratur, quod respondetur vel negatur, quod de consilio[f] recitatur, id reum agnosco. Itaque de nominis merito si qui reatus est nominum, si qua accusatio vocabulorum, ego arbitror nullam esse vocabulo aut [6]nomini querellam, nisi cum quid aut barbarum sonat aut infaustum sapit vel inpudicum, vel aliter quam enuntiantem deceat aut audientem delectet. Haec vocabulorum aut nominum crimina, sicuti verborum atque sermonum barbarismus est vitium et soloecismus et insulsior figura. Christianum vero nomen, quantum significatio est, de unctione interpretatur[g]. Etiam cum corrupte a vobis Chrestiani pronuntiamur (nam ne nominis quidem ipsius liquido certi estis), sic quoque de suavitate vel bonitate modulatum est[h]. Detinetis[i] igitur in hominibus innoxiis etiam nomen innoxium nostrum, non incommodum linguae, non auribus asperum, non homini malum, non [7]patriae infestum, sed et [8]Graecum *cum* aliis, et sonorum et [9]interpretatione iucundum. Et utique non gladio aut cruce aut bestiis punienda sunt nomina.

Cap. IV. Sed dicitis sectam nomine puniri sui auctoris. Primo quidem sectam de auctoris appellatione [1]notari utique probum usitatumque ius est, dum philosophi quoque de auctoribus cognominentur [2]Pythagorici et Platonici, ut medici [3]Erasistratei et grammatici Aristarchii.

6. nomini querellam *b. Casp. Barthius.* nomine querellam *Aa.* 7. patriae *b. Iac. Gothofredus.* patri *Aa.* 8. Graecum cum aliis *ego.* Graecum aliis *Aab.* Graecum alias *Casp. Barthius.* 9. interpretatione iucundum *A.*

Cap. IV. 1. notari *b.* mutari *Aa.* nominari *Casp. Barthius.* 2. Pythagorici *Ab.* et Pythagorici *a.* ut Pythagorici *Casp. Barthius.* 3. Aerasistrati *Aa. Pro* ut medici *Casp. Barthius volebat* et medici.

Manuale s. v. p. 288 sq. Cf. infra cap. 10. huius libri: „Iam primo, quod in nos generali accusatione *dirigitis*."

e. prolatio adsignat] Prolatio crimen adsignare dicitur a Tertulliano. Prolationis scil. appellatione exaudienda sunt omnia illa quae in iudiciis proferuntur, quibus causa instruitur et, ut loquuntur, crimen verificatur: instrumenta, testes, interrogata, responsiones; itaque mox respondent illa: quod de reo inquiratur, quod respondetur vel negatur. Ut ceteroquin proferendi et prolationis vox hac in re propria, ita vel hic Papiniani locus (quem aequalem habuit Tertullianus) cum hoc componatur in l. 6. II. de quaestionibus: „*si causa perorata, testibus prolatis absolutio secuta fuerit.*" Ecce tria pariter, ut hoc loco. Causa perorata est institutum, testes prolati et prolatio idem, absolutio et sententia paria. Institutum dirigit iudicium, prolatio crimen adsignat, sententia enumerat. Illis nempe tribus processus criminalis absolvitur. (Gothofr.)

f. de consilio] Consilium de iudiciibus. Cf. Plin. Epist. VI, 33. Liv. XXXVIII, 60. Hinc supra cap. 2. pro vulgata *confutatur* ex Rigaltii emendatione reposui *consultatur*.

g. interpretatur.] *Interpretari* passive positum. Cf. Buenem. ad Lactant. Instit. IV, 7. p. 445. Eckstein. ad Vossii Aristarch. tom. III, p. 953.

h. modulatum est.] Passive, uti infra II, 4 „Itaque si aeque θεούς aeque immobiles, disceditur vocabuli interpretatione pariter et divinitatis opinione, quae a cursu et motu *modulata* rescinditur." Cf. Bach ad Ovid. Metam. XIV, 428. Eckstein. ad Vossii Aristarch. tom. II, p. 756.

i. Detinetis] Dixi de hoc verbo ad Apolog. cap. 3.

Itaque si [4]ob auctorem malum mala [5]secta, tradux[a] mali nominis plectitur. Atquin temeritate[b] praesumeretur. Prius erat cognoscere auctorem, ut cognosceretur secta, quam de secta inspectionem auctoris retinere[c]. At nunc necessario ignorando sectam, [6]quia ignoratis auctorem, aut non recensendo auctorem, quia nec sectam recensetis, in solum nomen inpingitis, quasi in illo detinentes sectam et auctorem, quos [7]omnino non nostis. Et tamen philosophis patet libertas transgrediendi a vobis in sectam et [8]auctorum et suum nomen[d], nec quisquam illis odium movet, cum in mores, ritus, cultus victusque vestros palam ac publice omnem eloquii amaritudinem elatrent, cum legum contemptu, sine respectu personarum, ut quidam etiam in principes ipsos libertatem suam inpune iaculentur. Sed veritatem saeculo operosissimam[e] philosophi quidem affectant, possident autem Christiani, ideoque qui possident, magis displicent, quia qui affectat, inludit, qui possidet, defendit. Denique[f] Socrates ex ea parte damnatus est, [9]qua propius temptaverat veritatem, deos vestros destruendo. Quamquam nondum tunc in terris nomen Christianum, tamen veritas semper damnabatur. Itaque et sapientem non negabitis cui etiam Pythius vester testimonium dixerat. Virorum, inquit, omnium Socrates sapientissimus. Vicit Apollinem veritas, ut ipse adversus se pronuntiaret; confessus est enim se deum non esse, sed eum quoque sapientissimum affirmans qui deos abnuebat. Porro[g] apud vos eo minus sapiens, quia deos abnuens, cum ideo sapiens, quia deos abnuens. Quo more etiam nobis so-

4. ab auctorem *A.* 5. sexta *A.* 6. quia *Aab.* qui *alii.* 7. omnino non *ab.* omni non *A.* 8. auctorum *ego.* auctorem *Aab.* 9. qua *Aab.* quia *alii.*

Cap. IV. a. tradux] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 7.

b. temeritate] h. e. temerario modo. Apolog. cap. 21. „magna etiam militari manu *custodiae diligentia* circumsederunt.“ Ad Natt. I, 18 „non tormenta ob duritatem ac contemptum mortis *animo* recusemus.“ Exempla huius usus ex Arnobio protulit Hildebrand. ad Arnob. II, 61. p. 222.

c. quam de secta inspectionem auctoris retinere.] H. e. de auctore dispicere nolle, in eum nolle inquirere, eum nolle recensere, qua voce mox utitur, inspectionem impedire: ut ad Romanos I, 18. „*ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων.*“ (Gothofr.) Interpretor: quam de secta dispicere, non item de eius auctore. Quod cum fit, praeiudicii apparet perversitas, non iudicii sanitas.

d. auctorum et suum nomen] In auctorum nomen et suum transgrediuntur, si scholae alicuius sese addicunt, ut qui Platonici et Aristotelici fiunt, et iam hoc *suo* utuntur nomine.

e. saeculo operosissimam] Gravissimam et molestissimam, quam homines pati et sustinere nequeunt. Cic. Nat. Deor. II, 23 „labor *operosus* et molestus.“ Tertull. De Resurr. Carnis cap. 7 „Non es diligentior deo, uti tu quidem Scythicas et Indicas gemmas et rubentis maris grana candentia, non plumbo, non aere, non ferro, ne argento quoque oblaquees, sed electissimo et insuper *operosissimo* auro describes“ cett. Apolog. cap. 21 „Numa Pompilius, qui Romanos *operosissimis* superstitionibus oneravit.“

f. Denique] h. e. ut uno exemplo fungar. Cf. adnot. ad De Corona cap. 3.

g. Porro] h. e. atquin, at enim. Cf. supra ad cap. 2.

letis: Bonus vir [10]Lucius Titius, tantum quod Christianus. Item alius: Ego miror [11]Gaium Seium gravem virum factum Christianum. Pro stultitiae caecitate laudant quae sciunt, vituperant quae nesciunt, et id quod sciunt eo quod nesciunt vitiant. Nemini subvenit, ne ideo bonus quis et prudens, quia Christianus, aut ideo Christianus, quia prudens et bonus, cum sit humanius occulta manifestis adiudicare quam manifesta de occulto praeiudicare. [12]Alii quos retro ante hoc nomen[h] vagos, viles, improbos norant, emendatos repente mirantur, et tamen mirari quam assequi norunt[i]: alii tanta obstinatione certant, ut cum suis utilitatibus depugnent, quas de commercio istius nominis capere possunt. Scio maritum unum atque alium, anxium retro de uxoris suae moribus, qui ne mures quidem[k] in cubiculum inrepentes sine [13]gemitu suspicionis sustinebat, comperta causa novae sedulitatis et inusitatae captivitatis[l] omnem uxori patientiam [14]obtulisse[m], *se* negasse zelotypum, maluisse lupae quam Christianae maritum; ipsi suam licuit in perversum demutare naturam, mulieri non permisit in melius reformari. Pater filium, de quo queri desierat, exheredavit. Dominus servum, quem praeterea[n] necessarium senserat, in ergastulum dedit. Simul quis intellexerit Christianum, mavult nocentem. Nam et ipsa per se traducitur disciplina[o], nec aliunde prodimur quam de bono nostro, si et mali de suo malo [15]radiant[p]. Aut nos soli contra instituta naturae pessimi de bono denotamur? Quid enim insigne praeferimus, nisi primam sapientiam[q], qua frivola humanae manus opera non adora-

10. luciiustituis *Aφ*. 11. Gaium *Aa*. Caium *b*. 12. Alii quos *Priorius*. Aliquos *Aab*. 13. gemitus *Aa*. 14. obtulisse, se negasse *ego*. obtulisse, negasse *Aab*. 15. radiant. Aut *ego*. radiant, cur *b*. rabiant aut *Aa*.

h. ante hoc nomen] Antequam Christiani facti erant. V. de ea brachylogia adnot. ad Scorpiac. cap. 11.

i. et tamen mirari quam assequi norunt] De ellipsi comparativi *magis* adnotatum est ad De Testim. An. cap. 2.

k. ne mures quidem] Cum haec scriberet Septimius, habebat in mente illud Iuvenalis [Sat. VI, 339]: „— Testiculi sibi conscius unde fugit mus.“ (Rigalt.)

l. inusitatae captivitatis] Quae iam Christiana facta domo pedem vix efferebat, rebus domesticis attenta, quasi ipsa sibi captivitatem indixisset, quae antea vaga et effreni libidine huc illuc ferebatur. (Rigalt.)

m. omnem uxori patientiam obtulisse] h. e. repudium scripsisse. De voce *patientia* in hac re usitata adeas adnot. ad Apolog. cap. 39.

n. praeterea] h. e. insuper, etiam. Non defuerunt qui voc. *necessarium* h. l. de cognato intellegendum censerent, tanquam certum aliquod factum respicere Tertullianus.

o. Nam et ipsa per se traducitur disciplina] Ironia. Quid hoc mirum? inquit. Nonne per se lucet suaque ipsius index est nostra disciplina? nonne bona facinora nostra nos Christianos esse produnt atque convincunt, adeoque communi odio dignos denotant? De verbo *traducere* cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

p. si et mali de suo malo radiant.] h. e. siquidem etiam mali de malo insignes fiunt atque manifestantur.

q. primam sapientiam] Primam sapientiam vocat religionem Christianam, quae ad verum deum relictis idolis convertitur. Pariter cap. 4. de Pallio: „Enim

mus, abstinentiam, qua ab alieno temperamus, pudicitiam, quam nec oculis contaminamus, misericordiam, qua super indigentes flectimur, ipsam veritatem, qua offendimus, ipsam libertatem, pro qua mori novimus? Qui vult intellegere qui [16]sint Christiani, istis indicibus utatur necesse est.

Quod ergo dicitis: Pessimi et probrosissimi avaritia, luxuria, Cap. V.
improbitate[a], non negabimus quosdam. Sufficit et hoc ad testimonium nominis nostri, si non omnes, si non plures. Necesse est in corpore, [1]et quantum velis integro aut puro[b], [2]uti naevus aliqui effruticet[c] aut verrucula exsurgat aut lentigo sordescat[d]. Caelum ipsum nulla serenitas tam colata[e] purgat, ut non alicuius [3]nubiculae flocculo resignetur[f]. Modica macula in fronte, in parte quadam exemplari[g] [4]visa, a quo universitas munda est. Maior boni portio modico malo ad testimonium sui utitur. Cum tamen aliquos de nostris malos probatis, iam hoc ipso Christianos non probatis. Quaerite [5]sectam cui malitiae deputatur[h]. Ipsi in conloquio, si

16. sin *Aφ*.

Cap. V. 1. et *Aφ. in margine ab eadem manu.* 2. uti naevus aliqui *ego.* aut inevus *A.* ut naevus *ab.* 3. nubiculae *Aab.* nubeculae *alii.* 4. visa, a quo *ego.* visa, quo *b.* vis. aquo *Aa.* 5. sectam *Aa.* secta *b.*

vero cum hanc *primam sapientiam* vestit (sc. pallium), quae vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes exuvias" cett. Huic opponit lib. II, cap. 2 „*meram sapientiam* philosophorum, cuius infirmitatem multa contestantur." (Gothofr.)

Cap. V. Cf. Apolog. cap. 2., cap. 44., cap. 46.

a. improbitate] Pessimi vos estis, Christiani, et probrosissimi avaritia, luxuria, improbitate.

b. quantum velis integro aut puro] Quantumvis integro aut puro.

c. effruticet] Eodem verbo utitur, sed transitive, De Anima cap. 27 „semina hominem ex utraque substantia *effruticant.*"

d. lentigo sordescat.] h. e. lentigo sordida exoriatur. Amat Tertullianus res ab effectu aut ab accidente denotare.

e. serenitas tam colata] Colata serenitas est pura, quasi defaecata. De Anima cap. 9 „Berylli fluctuant *colato* nitore." Ibid. cap. 48. „certiora et *colatiora* somniari affirmant sub extimis noctibus."

f. ut non alicuius nubiculae flocculo resignetur.] *Resignari* h. l. est pro violari, turbari vel maculari, cum proprie sit recludere, aperire, laxare, resolvere, dissolvere. Cf. Tertull. Adv. Marcion. I, 28 „signat igitur hominem nunquam apud se *resignatum,* lavat hominem nunquam apud se coinquinatum." Ibid. IV, 10 „*resignati* ieiunii culpam deprecatione delesse." De Virg. Veland. cap. 5 „cum virginitatem *resignasset.*" De Paenitent. cap. 4 „paenitentiam — — nunquam posthac iteratione delicti *resignari* oportere." Prudent. adv. Symm. I, 90 „Traditur extinctas sumptae moderamine virgae In lucem revocasse animas, Cocythia lethi lura *resignasse,* sursum revolantibus umbris." Lactant. Inst. Div. VII, 22 „Eos, qui resurrexerint, nec mori iam ulterius fas, ut beatam possint agere vitam, quorum mors *resignata* est." Pro *nubiculae,* quod liber Agobardi praebet, in vulgatis est *nubeculae.* Ut ab *aedis* et *vehis* deducitur *aedicula* et *vehiculum,* ita ab *nubis* (Plaut. Merc. V, 2. 38.) *nubicula.*

g. in parte quadam exemplari] Voc. *exemplari* non est genitivus stubstantivi, id quod putaverant Gothofredus et alii, sed est ablativus adjectivi. Significat igitur partem conspicuam et eminentem.

h. cui malitiae deputatur.] Cui id malitiae deputatur, sc. unum atque alterum de sectae regula exorbitare. De verbo *deputare,* Tertulliano usitatissimo, cf. adnot. ad De Idol. cap. 4.

quando adversus nos, Cur ille, inquitis, fraudator, si abstinentes Christiani? cur immitis, si misericordes? Adeo testimonium redditis non esse tales Christianos, dum cur tales sint qui dicuntur Christiani retorquetis. Multum distantiae inter crimen et nomen, inter opinionem et veritatem. Nam et nomina sic sunt instituta, ut fines suos habeant inter dici et esse. [6]Quot denique philosophi dicuntur nec tamen legem philosophiae adimplent? Omnes nomen de professionibus gestant, [7]sed ducunt nomen sine professionis praestantia qui superficie vocabuli infamant veritatem. Non statim sunt [8]quia dicuntur, sed quia non sunt, frustra dicuntur, et fallunt eos qui rem nomini addicunt, cum de re status nominis competat. Et tamen eiusmodi[i] neque congregant neque participant nobiscum, facti per delicta denuo vestri, quando ne illis quidem misceamur quos vestra vis atque saevitia ad negandum subegit. Utique enim facilius inter nos inviti desertores disciplinae quam voluntarii continerentur. Ceterum sine causa vocatis Christianos quos ipsi negant Christiani, qui se negare non norunt.

Cap. VI. His propositionibus responsionibusque nostris, quas veritas de suo suggerit, quotiens comprimitur et coartatur conscientia vestra, [1]tacita ignorantiae suae testis, confugitis aestuantes ad arulam quandam[a], id est legum auctoritatem, quod utique non plecterent sectam istam, nisi de meritis apud conditores legum constitisset. Quid ergo prohibuit apud exsecutores quoque legum proinde constare, cum de ceteris criminibus quae similiter legibus arcentur ac puniuntur, nisi prius requiratur, poena cessat[b]? Verbi gratia homicidam, adulterum lege[c]: discutitur tamen de ordine admissi, et tamen cognitum est omnibus genus facti. Christianum puniunt leges. Si quod est factum Christiani, erui debet. Nulla lex prohibet inquirere, atquin[d] pro legibus facit inquisitio. Quomodo enim legem observabis cavendo quod lege prohibetur, adempta diligentia cavendi per [2]defectionem agnoscendi quid observes? Nulla sibi lex debet

6. quod *A.* 7. sed ducunt nomen sine professionis praestantia *ego.* seducant nomen sine professionis praestantia *Aab.* 8. quia *A.* qui *ab.*

Cap. VI. 1. tacita *ego.* tacitae (*Aφ*)*ab.* tacitaei *Aβ.* 2. defectionem *A.* defectum *ab.*

i. eiusmodi] V. quae adnotavero ad De Baptismo cap. 12.

Cap. VI. Concordat Apologetici cap. 4.

a. ad arulam quandam] Tamquam in asylum. Cf. Berthald. de Ara cap. 1. (in Graevii Thes. Antiqu. tom. VI, p. 256.) Plut. Quaest. Rom. 2. 10, et 13. Macrob. Sat. I, 8. III, 6. Interpp. ad Iuven. XIV, 219. Schneidt. ad Horat. Epist. II, 1, 16.

b. poena cessat?] Iustini imitatio II. Apolog.: „*καὶ γάρ τις κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντων πρὶν ἐλεγχθῆναι τιμωρεῖται;*“ (Gothofr.)

c. lege] Delige verbi gratia tibi homicidii aliquem vel adulterii convictum.

d. atquin] Est nostrum *vielmehr.* Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 6. Hand Tursellin. I, p. 516.

conscientiam iustitiae suae, sed eis a quibus captat obsequium. Ceterum suspecta lex est, si [3]probare se non vult. Merito igitur tamdiu iustae in Christianos et reverendae et observandae censentur, quamdiu ignoratur quod [4]persequuntur, merito post agnitionem iniquissimae repertae cum suis machaeris et patibulis et leonibus despuuntur. Legis iniustae honor nullus est. Ut opinor autem, dubitatur de iniquitate legum quarundam, cum quotidie novis consultis constitutisque duritias nequitiasque earum temperetis.

Unde ergo, inquitis, tantum de vobis famae licuit, cuius testi- Cap. VII.
monium suffecerit forsitan conditoribus legum? Quis, oro, sponsor aut illis tunc aut exinde vobis de fide? Fama est. Nonne haec est, Fama malum, quo non aliud velocius ullum[a]? Cur malum, si vera semper [1]sit? Non mendacio, plurimumque ne tum quidem, cum vera defert, a libidine mendacii cessat, ut non falsa veris intexat adiciens, detrahens, varietate confundens. Quid? quod ea [2]condicio illi, ut nonnisi [3]quod mentitur perseveret. Tamdiu enim vivit quamdiu non probat quicquam; siquidem approbata cadit et quasi officio nuntiandi functa decedit; exinde res tenetur, res nominatur, nec quisquam dicit verbi gratia: Hoc Romae aiunt factum, aut: Fama est illum provinciam sortitum, sed: Ille provinciam sortitus est, et: Hoc factum est Romae. Nemo famam nominat nisi incertus, [4]quia nemo sit fama sed conscientia certus; nemo famae credit nisi stultus, quia sapiens non credit incerto. Fama quantacumque ambitione[b] diffusa est, ab uno aliquando ore exorta sit necesse est, exinde in traduces quodammodo linguarum et aurium serpit et modicum originum vitium [5]rumoris obscurat, ut nemo recogitet, ne[c] primum illud os mendacia seminaverit, quod saepe fit aut aemulationis ingenio, aut suspicionis arbitrio, aut etiam nova [6]mentiendi voluptate. Sed bene, quod omnia tempus revelat, testibus sententiis et [7]proverbiis vestris ipsaque natura, quae ita ordinata est, ut nihil lateat, etiam quod fama non prodidit. Videte, [8]qualem pro-

3. probare *A.* probari *ab.* 4. persequuntur *A (m. sec. sed eadem antiqua) ab.* persequentur *A. m. pr.*

Cap. VII. 1. sit? Non mendacio plurimumque *ego.* sit, non mendacio plurimum que (quae *ab.*) *Aab.* sit. Non mendacior plurimum quae *Rigaltius.* sit. Non mendacia plurimum quae *Iac. Gothofredus.* 2. condicio *A.* 3. quod *Aβa.* cum (*Aφ*)*b.* 4. quia ne sit *Aφ.* 5. rumoris *Aa.* rumores *b.* 6. mentiendo *Aφ., sed corr. ab eadem manu.* 7. proverbis *Aφ.* 8. qualem prodigiam *Aab.* qualem prodiciam *alii.*

Cap. VII. Concordat Apologetici cap. 7 et 8.

a. quo non aliud velocius ullum?] Vergil. Aen. IV, 174.

b. ambitione] h. e. ambitu. Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 1.

c. recogitet, ne] De hoc *ne* dubitativo adnotatum est ad Apolog. cap. 2.

digiam[d] adversus nos [9]subornastis, quia quod semel detulit tantoque tempore ad fidem corroboravit usque adhuc probare non potuit. Principe Augusto nomen hoc ortum est, Tiberio disciplina eius inluxit, sub Nerone damnatio invaluit, ut iam hinc de persona persecutoris ponderetis: si pius ille princeps, impii Christiani, si iustus, si castus, iniusti et incesti Christiani, si non hostis publicus, [10]nos publice hostes; quales simus damnator ipse demonstravit, utique aemula[e] sibi puniens. Et tamen permansit erasis omnibus hoc solum institutum Neronianum, iustum denique ut dissimile sui auctoris. Igitur aetati nostrae nondum anni CCL. Tot iniqui interea, tot cruces divinitatem[f] consecutae, tot infantiae trucidatae, tot panes cruentati, tot strages lucernarum, tot errores nuptiarum, et adhuc Christianis sola fama decernit. Habet quidem grande fundamentum de vitio ingenii humani: felicius in acerbis atrocibusque mentitur. Quanto enim proni[g] ad malitiam, tanto ad mali fidem oportuni estis; facilius denique falso malo quam vero bono creditur. Si quem tamen apud vos prudentiae locum iniquitas reliquisset, ad explorandam famae fidem utique iustitia poscebat [11]dispicere[h], a quibus potuisset fama in vulgus, et ita in totum orbem dari. Ab ipsis enim Christianis non opinor, cum vel ex forma [12]ac lege omnium mysteriorum silentii fides debeatur. Quanto magis talium quae prodita non [13]vitarent [14]interim animadversione [15]praesentanea supplicium? Si ergo non ipsi [16]proditores sui, sequitur ut extranei. Oro vos, extraneis unde notitia, cum [17]etiam[i] iusta et licita mysteria omnem [18]arbitrum extraneum caveant, nisi [19]inlicita minus

9. subhornastis *Aa.* 10. nos publice hostes *A.* nos publici hostes *b.* nos hostes publice *a.* 11. disciplicere *Aa.* 12. a lege *Aa.* 13. vitarent *Iac. Fr. Gronovius Obss. in Scriptt. Eccles. Cap. X. p.* 120. evitarent *b.* iuvarent *Aa.* 14. interim animadversione (*aut* interim animadversionis) *I. Fr. Gronovius l. l.* inter humana adversione *Aa.* interim humana animadversione *b.* 15. praesentanea (*aut* praesentaneae) *Iac. Fr. Gronovius l. l.* praesentan *Aa.* praesentaneum *b.* 16. proditoris *Aφa.* 17. etiam *b.* enim *Aa.* 18. arbitrum *Iac. Gothofredus.* arbitrii *Aab.* 19. inlicita *Aab.* inclita *alii.*

d. qualem prodigiam] *Prodiciam* hic vocat quam in Apologetico *indicem.* „Hanc, inquit, indicem adversus nos profertis, quae quod aliquando iactavit tantoque spatio in opinionem corroboravit, usque adhuc probare non valuit.“ (Rigalt.) Reposueris facili opera *quale prodigium,* vel memor eorum quae habet Vergil. Aen. IV, 181 sqq.

e. aemula] h. e. inimica, adversaria. Sic supra etiam *aemulatio.* Cf. quae adnotavero ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

f. divinitatem] h. e. aeternitatem. Cf. extremam capitis partem.

g. Quanto enim proni] De ellipsi comparativi *magis* v. adnot. ad De Test. Animae cap. 2.

h. dispicere] De hoc verbo dictum est ad De Corona cap. 7.

i. etiam] Ita corrigendum erat cum Rigaltio pro *enim,* quod codex scriptus habet. Idem vitium tollendum restabat infra cap. 10 in verbis „nos *enim* contemptores deorum haberi nulla ratio est.“, et cap. 18 „sed *enim* magna laude pensari a virtute didicerunt.“ Saepissime enim in veteribus libris confusae sunt

spernunt[k]? [20]Atquin extraneis tam [21]ignorare quam confingere magis [22]competit. Domesticorum curiositas furata est per rimulas et cavernas. Quid? cum domestici [23]eas vobis prodent res[l]? [24]Omnes a nullis magis prodimur, quanto magis, si atrocitas tanta sit, quae iustitia indignationis omnem familiaritatis fidem [25]rumpit? Non potuerit continere quod horruit mens, quod expavit oculus. Hoc quoque mirum, si et ille, qui tanto impatientiae iure prosiluit deferre[m], [26]non et probare [27]gestiit, et ille, qui audiit, [28]non et videre curavit; siquidem par fructus est et delatoris, si quod detulit probet, et auditoris, si quod audit etiam sibi credat. Tunc, inquitis, primo delatum et exhibitum est, auditum et inspectum est, atque exinde famae commendatum. Hoc quidem superscendit omnem admirationem, si semel deprehensum est quod semper admittitur; nisi desivimus iam talia factitare. Atquin et idem vocamur, et in [29]isdem deputamur, et de die redundamus; [30]quod plures, hoc pluribus odiosi. Magis increscit odium increscente materia: proficiente multitudine reorum quid ita non proficit multitudo nuntiatorum? Quod sciam, et conversatio notior facta est, scitis et dies conventuum nostrorum[n], itaque et obsidemur et opprimimur et in ipsis arcanis congregationibus detinemur. Quis unquam tamen semeso [31]cadaveri supervenit? quis in cruentato [32]pane vestigia dentium deprehendit? quis tenebris repentino lumine inruptis in-

20. Adquin *a.* 21. ignorare *Iac. Fr. Gronovius.* honorare *Aab.* 22. competit domesticorum *Aφ.* competit .. domesticorum *a.* competit .... domesticorum *b.* competit. At domesticorum *Iac. Gothofredus.* competit. Aut (*vel* Sed) domesticorum *alii. Hildebrandus diserte testatur nihil desiderari in A. post voc.* competit. 23. eas vobis prodent res? *ego.* eos vobis prodentes *Aa.* eos vobis prodant? *b.* eos vobis proderent *Iac. Fr. Gronovius l. l.* reos (*aut* heros *vel* eros) vobis prodentes *Iac. Gothofredus.* 24. et omnes *I. Fr. Gronovius l. l.* 25. rumpat? *I. Fr. Gronovius l. l. In A. est* rumpit. Non potuerit *cett. In ab. coniunguntur prave duae sententiae:* quanto magis, si atrocitas — — — rumpit, non potuerit — — expavit oculus? 26. non et probare *Aab.* et non *alii.* 27. gestiit *I. Fr. Gronovius l. l.* gestit *Aab.* 28. non et videre *I. Fr. Gronovius l. l.* et non videre *Aab.* 29. isdem *Aφa.* iisdem *b.* 30. quod *Aab.* quo *Iac. Gothofredus.* 31. cadaveri *ego.* paveris *Aa.* pueri *b. Gothofredus.* 32. pane (*Aφ*)*b.* pa... *Aβa.* panis *γ.*

particulae *enim* et *etiam.* Cf. Drakenb. ad Liv. XXXVI, 41, 3. et Heind. ad Cic. de Nat. Deor. I, 7, 16.

k. spernunt?] h. e. segregant, arcent. Enn. ap. Non. p. 399. M. „Melius est virtute ius. Nam saepe virtutem mali nanciscuntur: ius atque aequum *se a malis spernit procul.*" Plaut. Capt. III, 3, 2 „Nunc spes, opes auxiliaque *a me segregant spernuntque se.*" Id. Mil. Glor. IV, 6, 17 „*Ille illas spernit segregatque a se* omnes extra te unum."

l. prodent res?] Quid igitur, inquit, tali testimonio tribuendum est? Sequentia per ironiam accipienda sunt.

m. prosiluit deferre] Cf. Apolog. cap. 39 „Post aquam manualem et lumina, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, *provocatur* in medium de deo *canere.*", ad quem locum alia huius infinitivi exempla adscripsi. Possis tamen h. l. etiam distinguere: prosiluit, deferre, non et probare cett., ut infinitivus *deferre* non a *prosiluit,* sed a *gestiit* pendeat.

n. conventuum nostrorum] Cf. De Ieiun. cap. 2. 10. 14.

munda aliqua, ne dixerim incesta, indicia recognovit? Si praemio impetramus, ne tales in publicum extrahamur, quare et opprimimur? Possumus et omnino non extrahi. Quis enim [33]proditionem [34]criminis alicuius sine crimine ipso aut vendit aut redimit[o]? Sed quid [35]extraneis speculatoribus et indicibus detractem, qui talia obiciatis quae non ab ipsis nobis cum maxima vociferatione publicentur, aut statim audita, si prius demonstrantur, aut postea reperta, si interim [36]celantur[p]? Sine dubio enim [37]initiari volentibus mos est prius ad magistrum sacrorum vel patrem adire. Tum ille dicet: Infans tibi, qui [38]ad hoc vadetur[q], necessarius, qui immoletur, et panis aliquantum, qui in sanguine infringatur[r]; praeterea candelabra, quae canes annexi deturbent, et offulae, quae eosdem canes: sed et mater aut soror tibi necessaria est. Quid, si nullae erunt? Opinor, legitimus Christianus esse non poteris. Haec, oro vos, denuntiata ab aliis sustinent prodi[s]? [39]Diversum opus non est scire illos. Prius fallaciae negotium perpetratur: [40]ignaris et dapes et nuptiae subiciuntur; nihil enim unquam retro de Christianis mysteriis [41]au-

33. pro..tionem *Aφ*. 34. criminosi *Gothofredus*. 35. extranei *A*. 36. celantur *Aφ*. colantur *Aβ*(?) celentur *ab*. 37. initiari *ego*. initiarum *Aa*. initiatum *b*. *Gothofredus*. 38. ad hoc vadetur *ego*. adhuc vagetur *Aab*. adhuc vagietur (*h. e.* vagit) *I. Gothofredus*. adhuc vagit *Leopoldus*. 39. diversum opus. non est scire illos prius *distinctio est in Aφ*. Diversum opus non est scire illos: prius *a*. Diversum opus. Non est scire illos: prius *b*. 40. ignaris *b*. Cnaris *Aφ*. gnaris *Aβa*. 41. audierant *A*. audierunt *ab*.

o. sine crimine ipso aut vendit aut redimit?] Gothofredus pro *criminis* corrigere volebat *criminosi*. Non opus est mutare; neque enim idem est proditio criminis quod ipsum crimen. Gothofredus haec adnotavit: Novam sibi obiectionem Nationum fingit, hanc nempe: Vos Christiani praemio et pecunia id impetratis, ne crimina vestra propalentur. Verum respondit: Si sparsis numis crimina nostra, ut vultis, redimeremus, utique et nos ipsos redimeremus, et sic nec proderemur ipsi. Atquin prodimur; proinde neque criminum nostrorum silentium redimimus. Homo et crimen eius non possunt non simul ambulare: si criminis silentium vendis, quid hominem criminosum trahis, quid tradis? Si criminis silentium redimis, et te procul dubio redimis. Atque hoc est ipsum, quod indicatur Apolog. cap. 7. „Quis talia facinora cum invenisset, vendidit ipsos trahens homines?“ trahens, ad iudicem scilicet. Ceterum quid Tertullianus in hanc partem senserit, utrum videlicet Christianus se redimere possit sibique consulere pecunia aut etiam fuga, vide librum de Fuga cap. 12. 13.

p. celantur?] Si crimina, inquit, quae nobis intenduntur, mysteria nostra sunt, utique latere etiam per nos ea non possunt. E duobus enim alterum necesse est, vel ut ab initio ea demonstremus accedentibus ad mysteria nostra, vel sane ex postfacto ab his ipsis ea deprehendantur. (Gothofr.)

q. qui ad hoc vadetur] Ita omnino emendandum erat. Infantis, pater ille sacrorum ait, infantis sanguine sacris nostris te despondere debes, haec te hostia nobis vadetur.

r. infringatur] Quid, si *infrietur*, aut *intinguatur*?

s. sustinent prodi?] h. e. differunt prodi. Similiter De Idol. cap. 3. „Igitur omnis forma vel formula *idolum se dici exposcit*.“ Ad Natt. I, 18 „Atenim haec omnia apud priores maioresque vestros non contemni modo, sed etiam magna laude *pensari didicerunt*.“ De verbo *sustinere* cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11. Cf. De Patient. cap. 10.

dierant. Tamen postea cognoscant necesse est, vel aliis [42]quos inducunt praeministranda. Ceterum[t] quam vanum est profanos scire quod nesciat sacerdos? Tacent igitur et accepto ferunt, et nihil [43]tragoediae [44]Thyestae vel Oedipodis erumpunt, et non protrahunt ad populum. [45]Fidei de ministris et magistris et de ipsis potiores morsus iam [46]doctis *nihil* rapiunt[u]. Si nihil tale probetur, grande nescio quid [47]aestimari oportet, cuius compensatio tantarum atrocitatum [48]tolerantia constat. Miserae atque miserandae nationes, ecce proponimus vobis disciplinae nostrae sponsionem. Vitam aeternam sectatoribus et conservatoribus suis spondet, e contrario profanis et aemulis supplicium aeternum aeterno igni comminatur; ad utramque causam mortuorum resurrectio praedicatur. Viderimus[v] de fide istorum, dum suo loco digeruntur[w]; interim credite, [49]quemadmodum nos. Volo enim scire, si per talia scelera adire parati estis, [50]quemadmodum nos? Veni, [51]si quis es, demerge ferrum in infantem; vel si alterius officium est, tum modo specta morientem animam antequam vixit, certe excipe rudem sanguinem[x] in quo panem tuum saties, vescere [52]libenter; interea discumbe, dinumera loca, ubi mater aut soror torum [53]presserit; nota diligenter, ut, cum tenebrae [54]inruerint, temptantes scilicet diligentiam singulorum, non [55]erres extraneam[y] incursans: piaculum feceris, nisi incestum. Haec cum expunxeris[z], vives in aevum. Cupio respondeas, si tanti [56]facis aeternitatem? Immo idcirco nec credis, [57]etiam si credide-

42. quos *b. Gothofredus.* quo *Aa.* 43. tragoediae *b. Gothofredus.* tragoedia *Aa.* 44. Thyestae vel Oedipodis *b. Gothofredus.* ....te velo edipodis *Aφ. et Aβ.* Thieste velo edipodis *A., teste Gothofredo, et a.* 45. Fidei de ministris *ego.* fide in ministros *Aab.* 46. doctis nihil rapiunt *ego.* doctis..... rapiunt *Aab.* doctis dentibus rapiunt *γ.* 47. aestimari *ab.* aesti.... *A.* 48. tolerantia *ab.* tole..tia *Aφ.* tole..... *Aβ.* 49. quemadmodum *b.* quae admodum *Aa.* 50. quemadmodum *b.* quae admodum *Aa.* 51. si quisses *Aβ.* 52. libenter interea. Discumbe *Aφa.* libenter: interea discumbens *b.* 53. preserit *Aβ.* 54. inruerint temptantes *A.* 55. erres *b. Gothofredus.* errens *Aa.* 56. facis *A.* facias *ab.* 57. etiam si *A.* et iam si *ab.*

t. Ceterum] h. e. Alioquin. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

u. nihil rapiunt.] Semel nempe initiatis, sive ministris sive magistris, quantumvis cruentae illae epulae de fide semel data eripere quicquam non possunt; sunt enim omni divina humanave lege istae potiores.

v. Viderimus] De hac locutione Tertulliano usitatissima cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

w. dum suo loco digeruntur] Infra cap. 19.

x. rudem sanguinem] h. e. insontem, aut tenellum. Minuc. Felix Octav. cap. 30 „Putas posse fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quisquam illum *rudem sanguinem* novelli et vixdum hominis caedat, fundat, exhauriat?“

y. extraneam] h. e. aliam, alienam. V. de hoc vocabulo apud Tertullianum et ICtos usitatissimo Brisson. de Form. s. v. Interprr. ad Sueton. Octav. cap. 49. et Claud. cap. 4. Dirksen Manuale s. v.

z. expunxeris] Dixi de hoc verbo ad Apolog. cap. 35.

ris, nego te velle, [58]etiam si velles, nego te posse. Cur autem alii possint, si vos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? Inpunitatem, aeternitatem quanto constare vultis? [59]An hae nobis omni modo redimendae videntur? an alii ordines [60]dentium Christianorum, et alii specus faucium, et alii ad incesti libidinem nervi? Non opinor. Satis enim est nobis sola [61]ver*itate* a vestra positione[zz] discerni.

Cap. VIII. [1]Plane, tertium genus dicimur[a]. [2]Cynopaene aliqui vel Sciapodes? vel aliqui [3]de subterraneo Antipodes[b]? Si qua istic apud vos [4]saltem ratio est, edatis [5]velim primum et secundum genus, ut ita de tertio constet. [6]Psammetichus quidem putavit [7]sibi de ingenio [8]exploratum esse de primogenitis. Dicitur enim infantes recenti e partu seorsum a commercio hominum alendos tradidisse nutrici quam et ipsam propterea elinguaverat, ut in totum exsules vocis humanae non auditu formarent loquellam, sed suo promentes[c] eam primam nationem designarent cuius sonum natura dictasset. Prima vox [9]BEKKOS renuntiata est; interpretatio eius panis apud

58. etiam si *A*. et iam si *ab*. 59. An hae *ab*. *Baluzius et Hildebrandus haec verba non iam legerunt in codice. Sunt devulsa.* 60. dentium *ab*. den.... *Aφ*. ...tium *Aβ*. 61. veritate *Ab. Gothofredus.* ver..... *a*.

Cap. VIII. 1. Plane, tertium (*Aβ*)*ab*. Tertium (*Aφ*). 2. Cynopennae (*Aβ*)*ab*. Cynopenne *Aφ*. 3. de subterraneo Antipodes *ego*. desubterraneantipodes *A*. de subterranea Antipodes *ab*. 4. saltem ratio *Ab*. salteratio *a*. alteratio (*aut* alternatio) *Gothofredus*. 5. vel imprimum *a*. 6. Psammeticus *Aa*. 7. sibi de *Gothofredus*. tibi se *Aab*. 8. exploratum esse de primogenitis *ego*. exploratus si de prima generis *Aab*. explorandum de fide primi generis *Gothofredus*. 9. BEKKOS *b*. pactos *Aa*.

zz. positione] h. e. statu, condicione; nostrates dicunt stellung. Gothofredus adnotavit: *Positiones* etiam vocant pragmatici, qui ad hanc diem nesciunt se cum Tertulliano loqui.

Cap. VIII. Concordat nonnihil Apologetici cap. 8.

a. Plane, tertium genus dicimur] De hac Gentilium obiectione seu praeiudicio, quo Christianos „tertium genus hominum" deputabant, vocabant, quodque ex professo hic diluit, in Apologetico nihil, et nescio an quisquam praeterea hoc aevo eius meminerit; nunc saltem non recordor. Huius rei quaedam rursum mentio cap. ult. inf. Sane fuit haec quoque postea Iuliani Apostatae obiectio, teste Cyrillo lib. I. adv. Iulianum, sed eo sensu, quod neque Gentiles neque Iudaei Christiani essent. Et procul dubio ea quoque fuit mens Nationum hoc Tertulliani saeculo. Ut proinde in hoc quoque diluendo ἐριστικόν aliquid videre mihi videar, a quo non semper liberi fuere veterum Patrum et oratorum Christianorum quique. (Gothofr.) Cf. infra ad cap. 20.

b. de subterraneo Antipodes?] De Anima cap. 28 „mortem simulat, *subterraneo* latitat, septenni se illic patientia damnat" cett. Cf. Salmas. in Solin. p. 850. De Antipodum fabulosa gente v. Cic. Acad. IV, 39. Plin. H. N. III, 65. Macrob. Somn. Scip. II, 5. Mart. Cap. VIII, 874. Diog. Laert. VIII, 26. et ibi Menag., Lactant. Inst. Div. III, 24. Augustin. de Civ. Dei XVI, 9. Accurate de iis egit Io. Nunnesius in Misc. Observ. vol. VII. tom. II, p. 163 sqq. De Cynopis vel Cynocephalis et de Sciapodibus adnotatum est ad Apolog. cap. 8.

c. suo promentes] Facile esset corrigere *de suo promentes*, pro *suo promentes*, sed non opus est. Cf. Horat. Epod. II, 42 „vina *promens dolio*." Vergil. Aen. II, 260 „laetique *cavo* se *robore promunt*."

Phrygas nomen est; Phryges primi genus exinde habentur[d]. [10]Sed unum hoc erit de vanitatibus vestrarum fabularum non otiose nobis retractandum, quo fidem vestram vanitatibus quam veritatibus deditam[e] demonstrare gestimus. An omnino credibile sit, tali membro desecto, vastato ipsius animae organo [11]et utique radicitus caeso, castratis faucibus quae etiam extrinsecus periculose vulnerantur, exinde tabo in [12]praecordia [13]refluente, postremo [14]aliquandiu cessantibus alimentis, vitam [15]nutrici illi perdurasse? Age nunc, perseveraverit [16]Philomelae[f] [17]medicamentis *suam vitam*, quam et ipsam prudentiores non linguae [18]caede, *sed ex pudoris* rubore mutam interpretantur. Si ergo vixit, potuit [19]effutire aliquid obtusum. Et exarticulatum sonum tinnitumque sine modulatu labellorum, [20]ex panso ore, lingua stupente de solis faucibus cogi licet. Id fors[g] tunc infantes, quia unicum, facilius commentati paulo modulatius, utpote linguatuli[h], [21]*in* inventum alicuius [22]interpretationis [23]impegerint[i]. Sint nunc primi Phryges, non tamen tertii Christiani.

10. Sed unum hoc erit *A.* Sed hoc unum erit *ab.* 11. et *om. a.* 12. praecardia *Aφ. m. pr.* 13. refluentàe *Aβ.* 14. aliquandiu *Aβ.* 15. nutrici illi per ... asse *Aβ.* nutrici perdurasse *ab.* nutrici per ..... sse *Aφ.* nutrici perseverasse *Hildebrandus.* 16. filomelae *Aa.* 17. medicamentis suam vitam, quam *ego.* medicamentis ..... quam *Aφ.* medicamentis ..... *(Aβ)ab.* medicamentis vita quam *γ.* 18. caede, sed ex pudoris *ego.* caede ..... udoris *Aφ.* caede .... udoris *a.* caede, sed pudoris *bγ.* 19. effutire *b. Gothofredus.* et future *Aa.* 20. expanso *b. Gothofredus.* expranso *Aa.* 21. in inventum *ego.* in ventum *ab.* inventum *A.* 22. interpraetationis *Aβ.* 23. impegerint *Gothofredus.* impegerit *Aab.*

d. Phryges primi genus exinde habentur.] Hanc narratiunculam hausit ex Herod. II, 2. Cf. Hesych. et Suid. s. v. *Βεκκεσέληνε.*, Schol. ad Arist. Nub. 397., Schol. ad Apollon. IV, 272. Tzetz. Chil. IV, 101, Pollux. Onom. V, 88. Claudian. in Eutrop. II, 251 sqq. Maussac. Diss. Harpocr. p. 358. Rigaltius citat etiam Galenum lib. II. de Differ. *„Ἀλλ' εἰ καὶ Βέκος ἐθέλεις τὸν ἄρτον καλεῖν, ὥσπερ οἱ Φρύγες, οὐδὲν ἡμῖν διαφέρει.“*

e. vanitatibus quam veritatibus deditam] De hac ellipsi cf. adnot. ad De Testim. Animae cap. 2.

f. Philomelae] Apollod. Bibl. III, 13. ult. Conon. Narrat. 31. Hygin. Fab. 45. Ovid. Metam. VI, 455 sqq.

g. fors] Priscian. p. 1015. P.: „similiter fors, quum sit nominativus, accipitur pro adverbio.“ Adde p. 1016 „et *fors* quidem, et forsan, et forsitan dubitandi sunt: forte vero eventus pro fortuito.“ Cf. Hand Tursell. II, p. 710 sq. Verg. Aen. II, 139. XI, 50. Valer. Flacc. III, 665. Stat. Silv. III, 4, 4. Tertull. ad Uxor. II, 2 „hanc monitionem *fors* de fidelibus iunctis simpliciter intellegendo putent etiam infidelibus nubere licere.“ Ibid. II, 13 „Aliqua *fors* dicet: non est mihi necessarium hominibus probari“ cett. De Patient. cap. 3 „Et haec quidem divinae patientiae species quasi de longinquo, *fors* ut de supernis aestimetur.“

h. linguatuli] Sic infra cap. 10 formam adiectiva *ignitulus* et *pennatulus*.

i. in inventum alicuius interpretationis impegerint.] Ita corrigendum erat omnino. Id obtusum nescio quid, ait, forsitan tunc infantes facilius sint (nam unicum erat eis) commenti, et paulo modulatius pronuntiando formatum, utpote linguatuli, paulatim in interpretationem aliquam firmaverint. Rigaltii scripturam: *in ventum — — impegerit* non magis intellego quam eius verba quibus eam interpretatus esse sibi videtur: „Temerario linguae in contrarium ventum sive aerem appulsu sonum alicuius interpretationis ediderint.“ Verbo *commentari* pro *comminisci* utitur Septimius etiam Apolog. cap. 40 „primo quidem ut inoffi-

Quantae enim aliae gentium series post Phrygas? Verum recogitate, ne quos tertium genus dicitis principem locum [24]obtineant, siquidem non ulla gens non Christiana[k]. Itaque quaecumque gens prima, nihilominus Christiana. Ridicula dementia novissimos dicitis et tertios nominatis. Sed de superstitione tertium genus deputamur, non de [25]natione, ut sint Romani, Iudaei, dehinc Christiani. Ubi autem Graeci? vel si in Romanorum superstitionibus censentur, [26]quoniam quidem etiam deos Graeciae Roma sollicitavit, ubi saltem Aegyptii, et ipsi, quod sciam, [27]privatae curiosaeque religionis? Porro si tam monstrosi qui tertii loci, quales habendi qui primo et secundo antecedunt?

Cap. IX. Sed quid ego mirer vana vestra, cum ex forma naturali concorporata et concreta intercessit malitia et stultitia sub eodem mancipe erroris[a]? Sane, quia non miror, enumerem necesse est, [1]ut vos recognoscendo miremini, in quantam stultitiam incidatis, qui omnis cladis publicae vel iniuriae nos causas esse vultis. Si Tiberis redundaverit, si Nilus non redundavit, si caelum stetit, si terra [2]movit, *si Libi*tina vastavit, si famis[b] afflixit, statim omnium vox: [3]Christi*anorum meri*tum! Quasi modicum habeant aut aliud[c] metuere [4]qui deum *verum.* Opinor, ut contemptores deorum vestrorum haec iacula [5]eorum *provo*camus. Ut supra[d] edidimus, aetatis nostrae nondum anni trecenti: quantae clades ante id spatium supra universum orbem ad singulas urbes et provincias ceciderunt? quanta bella externa et intestina? quot pestes, fames, ignes, hiatus motusque terrarum saeculum digessit[e]? Ubi tunc Christiani, cum res

24. optineant *Aa.* 25. ratione *quidam perperam.* 26. quoniam quidem (qm̃ quidem *Aφ.*) *A.* quandoquidem *ab.* 27. privatae *b. Gothofredus.* privati *Aa.*

Cap. IX. 1. ut *ego.* et *Aab.* 2. movit, si Libitina *I. Fr. Gronovius in Observv. in Eccl. Scriptt. cap. XI. p.* 123. *Equidem antea putaveram* movit, si vis nociva. *In Aab. est* movit, ...tiua, *unde γ.* movit, si votiva. 3. Christianorum meritum *I. Fr. Gronovius l. l.* Christianorum fatum *γ.* Christia..... tum *Aφ.* Christi.....tum *Aβab.* 4. qui deum verum *ego.* quidm̃..... *Aφ.* quidm̃..... *a (in curis secundis).* quidm̃..... *Aβ.* Quid igitur? *ab.* 5. eorum provocamus *b.* eorum..... *Aa.* eorum revincamus *γ.*

ciosa eius, quem cum intellegeret ex parte, non requisivit, sed et alios insuper sibi *commentata* quos coleret" cett.

k. non ulla gens non Christiana.] Tantum incrementum duobus saeculis ceperat res Christiana. V. Apolog. cap. 37 et 50. Ad Scap. cap. 5.

Cap. IX. Concordat Apologetici cap. 40 et 41.

a. sub eodem mancipe erroris?] Ubi stultitia, ibi et malitia, quippe quas lex naturalis sorores facit inseparabiles. Idem est huic et illi pater, error: erroris manceps, diabolus. De voc. *manceps* cf. adnot. ad De Idol. cap. 1.

b. famis] Haec vocabuli forma legitur etiam apud Varron. de R. Rust. II, 5. et apud Prudent. Psychom. v. 479.

c. aut aliud] Quam terrae motum, famem et quae sunt similia. De structura verbi *habere* cum infin. cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

d. Ut supra] Huius libri cap. 7.

e. digessit?] Per annales suos et memoriarum libros.

Romana tot historias laborum suorum subministravit? Ubi tunc Christiani, cum [6]Hiera, Anaphe et [7]Delos et Rhodos et [8]Cea[f] insulae multis cum milibus hominum [9]pessum ierunt, vel quam[g] Plato memorat maiorem [10]Asia aut Africa in Atlantico mari mersam? cum Vulsinios de caelo, [11]Pompeios de suo monte perfudit ignis? cum terrae motu mare Corinthium ereptum est? cum totum orbem cataclysmus abolevit? Ubi tunc, non dicam contemptores deorum Christiani, sed ipsi dei vestri, quos clade illa posteriores loca, oppida approbant in quibus nati, morati, sepulti sunt, etiam quae condiderunt? Non alias enim [12]superfuissent ad hodiernum, nisi [13]postuma cladis illius. [14]Si relegere et revolvere non curatis testimonia temporum, aliter vobis renuntiata[h], inprimis ne deos vestros [15]iniustis*simos* pronuntietis, qui propter contemptores etiam cultores [16]suos *laedu*nt, [17]tunc nec vosmetipsos errare probatis, si [18]deos traditis qui [19]vos *a meriti*s profanorum non discernunt? Quodsi, ut unus atque [20]alius *vanissi*mus ait, idcirco vobis quoque irascuntur, quoniam de nostra [21]eradicatione neglegitis, absolutum est de infirmitate et mediocritate [22]eorum: nam non irascerentur vobis in animadversione cessantibus, si [23]ex se quid possent. Quanquam et alias confitemini istud, si quando illos supplicio nostro videmini [24]ulcisci. Si ab alio aliud[i], a maiore defenditur. Pudeat igitur deos ab homine defendi.

6. hierennape *Aab.* hierennapae *A., teste Gothofredo.* 7. Delos *Gothofredus.* delphos *Aab.* 8. Cea *Gothofredus.* creta *Aab.* 9. pessum ierunt *ab.* pessumhieſ *A.* 10. Asia aut Africa *ego.* Asiam aut Africam *Aab.* Asia et Africa *Gothofredus.* 11. Pompeios *ego.* Tarpeios *Aab.* 12. superfuissent *b. Gothofredus.* superfluissent *Aa.* 13. postuma *b. Gothofredus.* postumae *Aa.* 14. Si *Aβa.* Sed (*Aφ*)*b.* 15. iniustissimos pronuntietis *b.* iniustis ... s pronuntietis *Aφ.* iniustis .... os pronuntietis *Aβ.* iniustis illos pronuncietis *a.* iniustos deos pronuncietis *Gothofredus.* 16. suos laedunt *b. Gothofredus.* suos .... nt *Aφ.* suos ..... nt *a.* 17. tunc nec *A. m. sec. sed eadem antiqua.* tunc ec *A. m. pr.* tunc enim *ab.* 18. deos *b. Gothofredus.* eos *Aφa.* 19. vos a meritis profanorum *b.* vos ..... s profanorum *Aa.* vos a turbis profanorum *γ.* 20. alius vanissimus *γ.* alius ..... mus *Aφ.* alius ..... mus (*Aβ*)*ab.* 21. eradicatione neglegitis *ab.* eradica ..... eglegitis *A.* 22. eorum: nam non *ab.* eorum ..... on *Aβ.* eorum ..... non *Aφ.* 23. ex se quid possent *A., teste Gothofredo in curis secundis.* exse .... possent *Aφ.* exse ... possent *Aβ.* exsequi *ab.* 24. ulcisci. Si ab alio aliud *ego.* ulcisci. Abaliud *Aab.*

f. Cea] Sic scripsi cum Gothofredo pro vulgata *Creta.* Cretam enim terrae motu tantopere unquam labefactatam fuisse nullibi proditum est. De Cea Plin. H. N. II, 92 „Ex insula Cea amplius triginta milia passuum abrupta subito cum plurimis mortalium rapuit mare.“ Con insulam et Ceam fuisse appellatam testis est idem Plinius H. N. V, 31. Olim pro *Creta* cogitaveram *Thera:* sed in loco gemello Apolog. cap. 40. Cos insula item cum ceteris memoratur. De Thera insula cf. Plin. H. N. II, 87.

g. vel quam] Strue: vel cum ea insula pessum ivit, quam cett.

h. aliter vobis renuntiata] Quae aliter vobis quam nobis renuntiata atque tradita esse videantur.

i. Si ab alio aliud] sc. defenditur. Haec correctio necessaria erat. Monstrum vocabuli *abaliud* tuetur Rigaltius his verbis: Dixit *abaliud* eadem forma

Cap. X. Effundite iam omnia venena, omnia calumniae tela infligite huic nomini, non cessabo ultra repellere, at postmodum[a] obtundentur expositione totius nostrae disciplinae. Nunc vero eadem ipsa de nostro corpore vulsa in vos retorquebo, eadem vulnera criminum in vobis defossa monstrabo, quo [1]machaeris vestris admentationibusque[b] cadatis. Iam primo quod in nos generali accusatione dirigitis, divortium ab institutis maiorum, considerate etiam atque etiam, ne[c] vobiscum communicemus crimen istud. Ecce enim per omnia vitae ac disciplinae corruptam, immo deletam in vobis antiquitatem recognosco. De legibus quidem iam supra dictum est, quod eas novis de die consultis constitutisque obruistis. De reliqua vero conversationis[d] humanae dispositione palam subiacet[e], quanta a maioribus mutaveritis[f], cultu, habitu, apparatu, ipsoque victu, ipsoque sermone; nam pristinum ut rancidum relegatis. Exclusa ubique antiquitas in negotiis, in officiis; totam auctoritatem maiorum vestra auctoritas deiecit. Sane, quod vobis magis probro est, laudatis semper vetustates, et nihilominus recusatis. Qua perversitate [2]tan*ta vana* maiorum apud vos permanere, [3]probari debuerunt, cum [4]ea, quae probatis, recusetis? Sed et ipsum quod videmini a maioribus [5]traditum, fidelissime custodire et defendere, vel quo maxime reos

Cap. X. 1. macheris *Aa.* machinis *Gothofredus.* 2. tanta vana maiorum *ego.* tant..... maiorum *(Aβ)ab.* tan .....maiorum *Aφ.* tanta inania *γ.* 3. probarique *Gothofredus.* 4. ea quae probatis *ab.* eaq .... batis *Aφ.* ea quae ... batis *Aβ.* 5. traditum fidelissime *ab.* traditum ..... sime *Aφ. et Aβ.*

qua Graeci ἕξαλλον. Abaliud, quod refertur ad aliud, a quo est aliud, ut deus, aliud ab homine: homo, aliud a deo.

Cap. X. Concordat Apologetici cap. 12. 13. 14. 15.

a. postmodum] Nempe in Apologetico: ibi enim convertitur Tertullianus ad demonstrationem religionis Christianae, ut ipsemet post retorsionem criminum fine cap. 16. loquitur: „Quae omnia conversi iam ad demonstrationem religionis nostrae repurgavimus. Quod colimus, deus unus est" cett. Itaque veram divinitatem, quam Christiani colunt, et sic statum religionis adstruit cap. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Fidem Christianorum in principes exponit cap. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Conventuum, quos Christiani agitent, innocentiam aperit cap. 39. Quorum omnium nihil hoc libello praestat. (Gothofr.)

b. admentationibusque] Ipse alibi [Scorp. cap. 1.] *admentis,* hoc est iaculis. (Rigalt.) Verbum *ammentare* usurpat Tertullianus Adv. Marcion. IV, 33: „Cui famulatam videns Pharisaeorum cupiditatem, *amentavit* hanc sententiam" cett. *Admentum* praebent Notae Tiron. p. 84. et, ni fallor, etiam illa corrupta glossa Glossarii Vet. Lat. Amploniani a me editi in Iahn et Klotz Archiv a. 1847. p. 268. v. 157: „Admentum, adiuvantem longae etiam consules adiaciant.", quam ita emendo: *„Adiumentum,* adiuvamen. *Admentum,* lonchae ligamen quo missilia iaciant." Idem Glossarium p. 269. v. 243. habet: *„Ammentum,* ligamen in missile."

c. ne] De hoc *ne* dubitativo v. adnot. ad Apolog. cap. 2.

d. conversationis] Cf. adnot. ad De Idol. cap. 20., et de re Apolog. cap. 6.

e. palam subiacet] φανερῶς ὑπόκειται i. e. palam est; ut Apolog. cap. 15. „intellegi *subiacet.*" (Gothofr.)

f. quanta a maioribus mutaveritis] h. e. quot res ita mutaveritis ut a maiorum institutis plane iam differant. Gell. N. A. II, 23 „Quantum *mutare a Menandro* Caecilius visus est."

nos [6]transgressionis postulatis, de quo totum odium Christiani nominis animatur, deorum dico culturam, perinde a vobis destrui ac despici [7]ostendam. Nisi quod perinde nos etiam contemptores[g] deorum haberi nulla ratio est, quia nemo [8]contemnit quod sciat omnino non esse. Quod omnino est, id contemni potest, quod nihil est, nihil patitur. Igitur quibus est, ab eis patiatur necesse est. Quo magis oneramini[h] credentes esse et contemnentes, colentes et despuentes, honorantes et [9]lacescentes[i]. Licet etiam hinc recognoscere inprimis: cum alii alios deos colitis, eos, quos non colitis, utique contemnitis. Praelatio alterius sine alterius contumelia [10]non potest[k], nec ulla electio non [11]reprobatione componitur. Qui de pluribus suscipit aliquem, eum, quem non suscipit, despexit. Sed tot ac tanti ab omnibus coli non possunt. Iam ergo tunc primo contempsistis, non veriti scilicet ita instituere, ut omnes coli non possent. At enim illi sapientissimi ac prudentissimi maiores, [12]quorum institutis renuntiare non nostis maxime in persona deorum vestrorum, ipsi quoque impii [13]deprehenduntur. Mentior, si[l] nunquam censuerant, ne qui imperator fanum, quod [14]in *bello* vovisset, prius dedicasset quam senatus probasset; [15]ut contigit M. Aemilio, qui voverat Alburno deo. Utique enim impiissimum, immo [16]contumeliosissimum admissum est, in arbitrio et libidine sententiae [17]humanae locare honorem divinitatis, ut deus non sit nisi cui esse permiserit senatus. Saepe censores inconsulto populo adsolaverunt[m]. [18]Certe Liberum Patrem cum [19]sacris suis consules

6. transgressionis *ab.* transgr.....nis *Aφ. et Aβ.* 7. ostendam. Nisi quod perinde nos etiam *ego.* ostendam nisi quod perinde nos enim *Aa.* ostendam; nisi quod non perinde: nos enim *b. Gothofredus.* 8. contempnit *A., pro more.* 9. lacescentes *Aa.* lacessentes *b.* 10. non potest *Aa.* esse non potest *b.* 11. reprobatione *b. Gothofredus.* reprobationẽ *A.* reprobationem *a.* 12. quorum *b.* eorum *Aa.* 13. deprehenduntur *A., pro more.* 14. in bello vovisset *Gothofredus.* in proelio vovisset *b.* in ....o novisset *Aφa.* in .....o novisset *Aβ.* 15. ut contigit M. Aemilio *ab.* ut contigit .....o *Aφ.* ut contigit .....o *Aβ.* 16. con.....sissimum *Aφ.* 17. humanae locare *ab.* humanae ..... *Aφ.* humanae ....re *Aβ.* 18. certe *(A)b.* certi *a.* 19. sacris suis *ego.* sacro suo *b. Gothofredus.* socru sua[s] *Aβ.* socru sua *Aφa.*

g. Nisi quod perinde nos etiam contemptores] Ita haec verba a me sunt sanata. *Enim* pro *etiam* saepius scriptum in libro Agobardi; v. supra adnot. ad cap. 7. Sententia in aperto est.

h. oneramini] h. e. accusamini. V. quae adnotata sunt ad De Spectac. cap. 26.

i. lacescentes] Ita est in codice. *Lacescere* pro vulgato *lacessere* retinent etiam pars librorum Coripp i De Laud. Iustini Min. III, 396.

k. non potest] Additur in editis Apologetici vox *procedere*, in Fuldensi vox *esse*. Et neutrum tamen hic desideratur. Absolute *non potest* pro *non potens est*, seu *non valet*, *οὐ δύναται*, *οὐ κρατεῖ*, *οὐκ ἰσχύει*. (Gothofr.)

l. Mentior si] Amat Tertullianus hanc formulam affirmandi. De Ieiun. cap. 6 „*Mentior si* non dominus ipse — — causam plenitudini deputat.“ De Anima cap. 19 „*Mentior si* non statim infans — hoc ipsum de se testatur sensisse.“

m. adsolaverunt] h. e. honorem divinitatis solo alliserunt, profligaverunt. Cf. infra „maiestatis fastigium *adsolant*.“ Vet.

senatus auctoritate non [20]urbe solummodo, verum tota Italia elimi-naverunt[n]. Ceterum Serapem et [21]Isidem et [22]Arpocraten et Anubem prohibitos Capitolio Varro commemorat[o], [23]eorumque *aras* a senatu deiectas nonnisi per vim popularium restructas. Sed tamen et Gabinius consul Kalendis Ianuariis, cum vix hostias probaret prae popularium coetu, quia nihil de Serape et Iside constituisset, potiorem habuit senatus censuram[p] quam impetum vulgi, et aras institui prohibuit. Habetis igitur in maioribus vestris, etsi non nomen, attamen sectam Christianam, quae deos neglegit. Horum si vos saltem [24]integri in honoribus vestris rei [25]essetis laesae religionis, sed invenio conspirasse a vobis tam superstitionis quam impietatis profectum. Quanto enim inreligiosiores deprehendimini? Privatos enim deos, quos Lares et Penates domestica consecratione perhibetis, domestica [26]et licentia inculcatis[q], venditando, pignerando pro necessitate ac voluntate. Essent quidem tolerabiliora eiusmodi contumaciae[r] sacrilegia, nisi quod eo iam contumeliosiora quod modica. Sed aliquo [27]solatio privatorum et domesticorum deorum querellae iuvantur, [28]quod publicos turpius contumeliosiusque tractetis. Iam primum, quos in [29]hastarium regessistis, publicanis [30]subdi*dis*tis, omni quinquennio inter vectigalia vestra [31]proscriptos addicitis. Sic Serapeum, sic Capitolium petitur, addicitur, [32]conducitur, *ut forum,* sub eadem voce praeconis, eadem exactione quaestoris. Sedenim [33]agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa [34]ignobiliora (nam hae sunt [34b]captivitatis notae poenae): dei vero, qui magis [35]tributarii, magis sancti, immo qui magis sancti, magis tributarii. Maiestas constituitur in quaestum,

20. urbes *Aβ*. 21. isydem *Aa*. 22. arpocraten *A*. Arpocratem *ab*. 23. eorumque aras a senatu *Gothofredus*. eorumque statuas a senatu *b*. eorumque a senatu *Aa*. 24. integri in *ego*. integrum *Aab*. 25. essetis *ego*. esset *Aab*. 26. et licentia *Aa*. licentia *b*. 27. solacio *Aβ*. 28. quod publicos *b*. quo publice *Aφa*. 29. astarium *Aa*. 30. subdidistis *ego*. subdi..tis *Aβ*. subdu..tis *Aφ*. subd...tis *ab*. subditatis *γ*. 31. proscriptos addicitis (*Aφ*.) *Gothofredus*. proscripto addicitis (*Aβ*)*ab*. proscripto add..... *Aβ*. 32. conducitur, ut forum, sub *ego*. conducitur..... sub *Aφ*. conducitur ..... sub *Aβab*. conducitur divinitas sub *γ*. 33. agri tributo *ab*. a.....buto *Aβ*. *et Aφ*. 34. ignobiliora *ab*. igno ..... *Aφ*. *et Aβ*. 34b. captivitatis notae *Rigaltius*. captivitate notae *Aab*. 35. tributarii *ab*. trib..... *Aφ*. *et Aβ*.

Glossar. Lat. in Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 504 „*Adsolitum*, adlitum.", h. e. *Adsolatum*, *adlisum*. Habet id verbum etiam codex Fuldensis Apolog. cap. 15.

n. eliminaverunt.] V. Apolog. cap. 6.

o. Varro commemorat] Huc pertinere videtur glossa Suidae: „Ἐγκατέσκηψαν· τὰ τῶν Αἰγυπτίων κατὰ τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πόλει ἐγκατέσκηψε καὶ τῇ Ῥώμῃ. Οὐάρρων." Serv. ad Vergil. Aen. VIII, 698 „Varro dedignatur Alexandrinos deos Romae coli."

p. censuram] h. e. iudicium. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 2.

q. inculcatis] Dixi de hoc verbo ad libelli Ad Scapul. cap. 6.

r. contumaciae] h. e. insolentiae, superbiae.

negotiatio religione proscribitur, sanctitas locationem mendicat. Exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri, pro [36]stipibus, pro [37]hostiis[s]. Venditis totam divinitatem. Non licet eam gratis coli. Plus denique publicanis [38]refigitur[t] quam sacerdotibus. Non suffecerat vectigalium deorum contumelia, de contemptu scilicet aestimanda, nec contenti estis deis honorem non habuisse, nisi etiam [39]quemcumque habetis depretietis[u] aliqua indignitate. Quid enim omnino ad honorandos eos facitis, quod [40]non etiam mortuis vestris ex aequo praebeatis? Exstruitis deis [41]templa, *aeque mortuis templa*[v]; extruitis aras deis, aeque mortuis aras; eisdem titulis superscribitis litteras, easdem statuis inducitis formas, ut cuique ars aut negotium aut aetas fuit[w]: senex de Saturno, imberbis de Apolline, virgo de Diana figuratur, et miles in Marte, et in Vulcano faber ferri consecratur. Nihil itaque mirum, si hostias easdem mortuis quas et deis caeditis eosdemque odores [42]excrematis[x]. Quis istam contumeliam excuset, quae [43]utut mortuos cum deis deputet? Regibus quidem etiam sacerdotia adscripta sunt [44]sacrique apparatus, et tensae et currus et solisternia[y] et [45]lectisternia, *laeti*tiae et ludi. Plane, quoniam illis caelum patet, hoc quoque non sine contumelia deorum: primo quidem, quod non decuerit alios [46]eis *adnume*rari, *si* datum sit post mortem deos fieri; secundum, quod [47]tam libere atque manifeste coram populo non peieraret [48]contem-

36. stipibus *Gothofredus.* stipitibus *Aab.* 37. hostiis *ego.* ostiis *Aab.* 38. reficitur *b.* 39. quemcumque *b. Gothofredus.* quecumque *A.* quaecunque *a.* quoscunque *Sigeb. Havercampus ad Tertulliani Apolog. cap.* 45. *p.* 373. 40. non etiam *Aab.* etiam non *alii.* 41. templa, aequę mortuis templa, exstruitis *b.* templa extruitis *Aa.* 42. excrematis *Aab.* crematis *alii.* 43. utut *Sigeb. Havercampus ad Tertulliani Apolog. cap.* 21. *p.* 210. ut aut *Aab.* 44. sacrique *ab.* .....ue *Aβ. et Aφ.* 45. lectisternia, laetitiae *γ.* lectisternia ....tiae *(Aβ)ab.* lectister .....ie *Aφ.* 46. eis adnumerari, si datum *ego.* eis.....rari datum *Aa.* eis adnumerari quibus datum *bγ.* 47. tam libere *ab.* tam.....e *Aφ. et Aβ. Gothofredus anceps erat utrum* libere, *an* protèrve *in A. legeret.* 48. contemplator hominis *ego.* contemplaret .....is *Aφ.* contemplaret .....us *Aβ.* contemplaret ...litis *a.* contemplator Proculus *b.* contemplator caelitis *γ.*

s. pro stipibus, pro hostiis.] Cf. De Idol. cap. 17.; *stipitibus* pro *stipibus* habet liber Agobardi etiam infra II, 10.

t. refigitur] Plus iniuriae et damni percipiunt sacra aedificia per publicanos quam per sacerdotes. Hi quorum est res sacras curare, neglegunt dum curam earum ad alienos transferunt: illi vero etiam multo magis, utpote homines quibus magis cordi est lucrum quam divinum. Rigaltius correxit *reficitur*; sententia aperta. Sed non opus erat ea mutatione.

u. depretietis] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 45.

v. aeque mortuis templa] Excíderant haec incuria librarii. Persaepe enim is peccavit in vocabulis omittendis. V. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 6.

w. ut cuique ars aut negotium aut aetas fuit] Cf. Minuc. Felic. Octav. cap. 21. Arnob. Adv. Natt. VI, 12.

x. excrematis.] De Cultu Femin. II, 6 „Quodcunque enim inmundo spiritui *excremari* solet“ cett.

y. solisternia] Festus s. v. *Solla:* „Solla sternere dicebantur qui sollisternium habent.“, ad quae verba v. quae congesserunt

plator *hominis* in caelum recepti[z], nisi contemneret quos deieraret quam ipse quam [48b] ei[a] qui ei peierare [49] permittunt. Consentiunt enim [50] ipsi nihil esse quod deierant, immo insuper et praemio afficiunt, quia publice contempserit periurii vindices. [51] Quanquam periurii apud vos [52] quotusquisque purus est? Immo iam per deos deierandi periculum evanuit, potiore habita religione per Caesarem deierandi, quod et ipsum ad offuscationem pertinet deorum vestrorum; facilius[b] enim per Caesarem peierantes punirentur quam [53] per ullum Iovem. Sed contemptus honestior est, habens quandam superbiae [54] gloriam; venit enim aliquando etiam de fiducia vel conscientiae securitate vel naturali sublimitate animi. Derisus vero quanto lascivior, tanto denotatior ad contumeliae morsum. Recognoscite igitur, quam derisores inveniamini numinum vestrorum. Non dico quales sitis in sacrificando, quod enecta et tabida quaeque mactatis, de opimis autem et integris [55] supervacua esui capitula et ungulas et plumarum setarumque praevulsa, et si quid domi quoque [56] abiecturi fuissetis. Omitto [57] quae vulgi aut sacrilegae gulae videbuntur maiorum prope [58] religionem[c] convenire: atquin doctissimi, gravissimi, quatenus gravitas atque prudentia de doctrina proficere [59] credunt, et [60] inreverentissimi erga deos vestros semper existunt, nec eis [61] cessat litteratura, [62] quam ut eo turpius aut vana aut falsa de deis inferat[d]. Ab ipso [63] exordi*ar studio* vestro eius

48 b. ii *b*. 49. permittunt *Aab*. permittant *alii*. 50. ipsi *ab*. ipse *A*. 51. quanquam periurii *b*. quanquam periuria *Aa*. 52. quotusquisque *Rigaltius*. quod unusquisque *Aa*. unusquisque *b*. 53. per ullum *b*. *Gothofredus*. parvulum *Aa*. 54. gtiam *Aφ*. 55. supervacua esui *b*. supervacue sui *A*. supervacua sui *a*. 56. abiecturi *Gothofredus*. habituri non *b*. habituri *Aa*. 57. quae vulgi *Aβ*. (*m. sec. sed antiqua*). quae vulgae *ab*. qua evulgae *Aφ*. per quae vulgi *Gothofredus*. 58. r...gionem *Aφ*. *et Aβ*. 59. creduntur *Gothofredus*. 60. inreve.....mi *Aφ*. *et Aβ*. 61. cessat *Aa*. cessit *b*. *Gothofredus*. 62. quam ut eo turpius *ego*. quam ut aut turpia *b*. quam ut aut turpius *a*. qu.... aut turpius *Aβ*. *et Aφ*. 63. exordiar studio vestro *γ*. exordi..... vestro *a*. exordiar Homero vestro *b*. exordiar..... vestro *Aβ*. exordi..... vestro *Aφ*.

interpretes, ut etiam ad Tacit. Ann. XV, 44. Gloss. Cyrilli: „*Σελλάστρωσις*, sellisternium." Notae Tiron. p. 164 „Sella, sellarius, sellisternium."

z. comtemplator hominis in caelum recepti] Notum scilicet in principum consecrationibus id solemne fuisse, ut praemio conducti inducerentur qui in funere caelum contemplantes nunciarent, asseverarent, immo iam coram populo iurarent, vidisse se principem in caelum receptum; quod etiam testatur Iustinus in Apolog. Eodemque pertinet locus Tertulliani De Spectac. cap. ult., ubi inter alia hos contemplatores caelitis in caelum recepti (ut hic vocantur) *testes* vocat. (Gothofr.)

a. quam ipse quam ei] V. quae adnotavi ad De Idol. cap. 4.

b. facilius] Apolog. cap. 28 „*Citius* denique apud vos per omnes deos quam per unum genium Caesaris peieratur."

c. maiorum prope religionem] h. e. de religione maiorum et quasi coram ea eiusque numinibus.

d. de deis inferat.] Si quando eorum litteratura per otium cessat, non cessat alia de causa quam ut, quasi novis inde viribus captis, mox eo turpius vana sua et falsa de deis inferat atque proponat.

[64]unde somniat omnis nequior[e], cui quantum honorem [65]adi*udica*tis, tantum deis vestris derogastis, magnificando qui de eis [66]lusit. Adhuc meminimus Homeri. Ille, opinor, est qui divinam maiestatem humana [67]condicione tractavit, casibus et passionibus humanis deos imbuens, qui de illis favore diversis gladiatoria quodammodo paria [68]composuit, Venerem sauciat sagitta humana, Martem tredecim mensibus in vinculis detinet fortasse periturum, eadem Iovem paene perpessum a caelitum plebe traducit, aut lacrimas eius super Sarpedonem excutit, aut luxuriantem cum Iunone foedissime inducit commendato libidinis desiderio [69]per commemorationem et enumerationem amicarum. Exinde quis non poëtarum ex auctoritate principis sui in deos insolens aut vera prodendo aut falsa fingendo? Et tragici quidem aut comici pepercerunt, ut non aerumnas ac poenas dei praefarentur[f]? Taceo de philosophis, quos superbia severitatis et duritia disciplinae ab omni timore securos nonnullus etiam afflatus veritatis adversus deos erigit. Denique[g] et Socrates in contumeliam eorum quercum et canem et [70]hircum iurat. Nam etsi idcirco damnatus est, cum [71]paenituerit Athenienses damnationis, [72]ut criminatores quoque [73]inpenderint[h], [74]resti*tui*tur testimonium Socrati, et possum retorquere probatum esse in [75]illo quod nunc reprobatur in nobis. Sed et Diogenes nescio quid in [76]Herculem lusit, et Romani stili Diogenes Varro trecentos Ioves, seu

64. unde somniat omnis nequior *ego*. unde omnia et omne aequore *Aa*. unda omnis et omne aequor *b*. unde omnis materia et omne aequor *γ*. 65. adiudicatis *ego*. adi..... tis *Aβ*. *et Aφ*. additis *ab*. 66. *Adnotavit Hildebrandus post voc.* lusit *in A. esse lacunam quinque litterarum. Quod si verum est suppleverim* Et nos. *Sed neque Gothofredus neque Baluzius illam lacunam animadverterunt, alioqui curiosi in talibus, certe mentionem de ea non fecerunt. Neque Rigaltius.* 67. condicione *A*. conditione *ab*. 68. composuit *A*. commisit *ab*. 69. per commemorationem et enumerationem *Aab*. per commemorationem *alii*. 70. hircum *ego*. heram *Aab*. 71. penituerit *Aβa*. 72. ut criminatores *ego*. discriminatores *Aab*. 73. inpenderint *Gothofredus*. inpenderit *Aaδ*. 74. restituitur *bγ*. resti...tur *a*. resti.....r *Aφ*. 75. illo quod nunc *ab*. illo..... me *Aφ*. illo ... nunc *Aβ*. 76. Herculem lusit et *ab*. herc..... et *Aφ*. hercu..... et *Aβ*.

e. eius unde somniat omnis nequior] De quo nequissimus sua quisque vana et somnia de deis tamquam de iugi fonte haurire solet. Homerus enim primus eiusmodi fabularum fictor et narrator. Rigaltius figmentum suum *eius unda omnis et omne aequor* expedivisse sibi visus est hac addita interpretatione: „A quo ceu fonte perenni vatum Pieriis ora rigantur aquis.“ De adverbio *unde* de homine usurpato adeas, si tanti est, quos citat Hildebrand. ad Apol. Metam. VII, 11. p. 559.

f. praefarentur?] De interpretatione huius verbi adeas adnot. ad verba Apologetici cap. 14 „Nec tragici quidem aut comici parcunt, ut non aerumnas vel errores domus alicuius dei *praefentur*.“

g. Denique] h. e. unum afferam, ut uno exemplo utar; de qua particulae significatione cf. adnot. ad De Corona cap. 3. Cf. Apolog. cap. 14 „Taceo de philosophis, *Socrate contentus*, qui“ cett.

h. inpenderint] De hoc verbo, si placet, adeas adnot. ad Apolog. cap. 44.

[77]Iuppiteres dicendum est, sine capitibus inducit. Cetera lasciviae [78]ingenia etiam voluptates vestras per dedecus deorum administrant. [79]Dispicite apud vos Lentulorum et Hostiorum [80]sacrilegas venustates, [81]utrum mimos an deos vestros in [82]strophis[i] et iocis rideatis; sed et histrionicas litteras magna cum voluptate suscipitis, quae omnem foeditatem designant deorum. [83]Constuprantur coram vobis maiestates in corpore inpuro. [84]Famosum et diminutum caput imago cuiuslibet dei vestit. Luget Sol filium fulmine [85]extinctum laetantibus vobis, Cybela pastorem suspirat fastidiosum non erubescentibus vobis, et sustinetis Iovis elogia modulari. Plane religiosiores estis in gladiatorum cavea, [86]ubi *super* sanguinem humanum, super inquinamenta poenarum proinde saltant dei vestri argumenta et historias nocentibus erogandis, aut in ipsis deis nocentes puniuntur. Vidimus saepe castratum Attin deum a Pessinunte[k], et qui vivus cremabatur, Herculem induerat. Risimus et meridiani ludi de deis lusum, [87]quod Ditis[l] Pater, Iovis frater, gladiatorum exsequias cum malleo deducit, [88]quod Mercurius, [89]in calvitio pennatulus[m], in [90]caduceo ignitulus[n], corpora exanimata iam mortemve simulantia e cauterio probat. Singula ista quaeque adhuc investigare quis possit, si honorem [91]inquietant divinitatis, si maiestatis fastigium adsolant[o]? De contemptu utique [92]censentur[p] quam eorum qui eiusmodi [93]facti-

77. Iuppiteres dicendum *ab.* iuppi ..... icendum *Aφ. et Aβ.* 78. ingenia etiam *ab.* ingenia ..... *Aφ. et Aβ.* 79. Dispicite apud vos *b. Gothofredus.* despicite duos *a.* Despici ..... duos *Aβ.* despici .... duos *Aφ.* 80. sacrilegas venustates *b. Gothofredus.* sacrilega venustate *Aa.* 81. utrum mimos *ab.* utrum ... nos *Aφ. et Aβ.* 82. strophis et iocis *b. Gothofredus.* trofis (trophis *a.*) et locis *Aa.* 83. Constuprantur *b. Gothofredus.* Constupratur *Aβa.* constupra . tur *Aφ.* 84. Famosum *b. Gothofredus.* fumosum *Aa.* 85. extinctu *Aβ.* 86. ubi super sanguinem *(Aβ)b. Gothofredus.* ubi sanguinem *Aφa.* 87. quod Ditis Pater *ego.* quo Dis Pater *b.* quodistis pater *Aa.* 88. quod *Aa.* quo *b.* 89. in calvitio pennatulus *b.* in calvitio pennaculus (penaculus *a.*) *Aβa.* incaluit ioppenaculus *Aφ.* 90. caducaeo *Aab.* 91. inquietanti *A.* 92. censentur quam eorum *(Aφ)ab.* censentur ..... quam eorum *Aβ. Si oculi non fefellerunt Steph. Baluzium suppleveris* probra. 93. factitant *b.* facitant *Aa.*

i. strophis] V. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 29.

k. a Pessinunte] Pessinuntium. Liv. I, 50 „Turnus ab Aricia." V. Drakenb. ad Liv. IV, 7.

l. Ditis] Dis ediderat Rigaltius. Petron. Satyr. cap. 120. „Has inter sedes *Ditis* Pater extulit ora." Isid. Origg. VIII, 11, 42 „Pluton Graece, Latine Dispiter vel *Ditis* Pater." Apul. Metam. VI, 18 „Nec Charon ille et *Ditis* Pater." Gloss. Philox. p. 77. Vulc. „*Ditis* pater, *Πλούτων*." Excerpt. ex Vet. Gloss. Graeco Lat. p. 316. Vulc. „*Ditis* pater, *Πλούτων*." Gloss. Cyrilli p. 583. Vulc. „*Πλούτων*, *Ditis*." Cf. Munker ad Hygin. XLI, p. 735. et interprr. ad Petron. l. l. p. 735. ed. Burm.

m. in calvitio pennatulus] Galero pennato. (Rig.)

n. in caduceo ignitulus] Serpentes implexi virgae linguas ignitulas vibrabant. (Rig.) Erroris Rigaltium convincunt verba „*cauterio* probat."

o. si maiestatis fastigium adsolant?] *Si* est hic pro *cum*, ut in gemello loco Apolog. cap. 15., ad quem adnotatum est etiam de verbo *inquietare*. De verbo *adsolare* dixi supra ad hoc ipsum caput.

p. De comtemptu utique censentur]

tant quam eorum[q] qui [94]ita suscipiunt[r]. Quare nescio, ne[s] plus de vobis dei vestri quam de nobis [95]querantur. Contemptis ex alia parte adulamini, redimitis si qua delinquitis, et [96]postremo licet vobis in eos quos esse voluistis. Nos vero in totum [97]aversamur.

Nec tantum in hoc nomine rei[a] desertae communis religionis, Cap. XI. [1]sed superductae[b] monstruosae superstitionis. Nam ut quidam [2]somniastis caput asininum esse deum nostrum, hanc Cornelius Tacitus suspicionem fecit. [3]Is enim in quarta Historiarum suarum[c], ubi de bello Iudaico digerit, ab origine gentis [4]exorsus, et tam de ipsa origine quam de nomine religionis ut voluit argumentatus, Iudaeos refert in expeditione vastis in locis [5]aquae inopia laborantes onagris, qui de pastu aquam petituri aestimabantur, indicibus [6]fontis usos evasisse; ita ob eam gratiam consimilis bestiae superficiem a Iudaeis coli. Inde opinor praesumptum, nos quoque, ut Iudaicae religionis propinquos, eidem simulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, sane ille mendaciorum loquacissimus, oblitus affirmationis suae in posterioribus refert Pompeium Magnum [7]de Iudaeis debellatis captisque Hierosolymis templum adisse et perscrutatum nihil simulacri reperisse. Ubi ergo is deus fuerit? Utique nusquam magis quam in templo tam memorabili, praesertim omnibus praeter sacerdotibus clauso, quo non [8]vererentur extraneum. Sed quid ego defendam, professus interim [9]confessionem temporalem omnium in vobis ex pari [10]transferendorum[d]? *Credatur*

94. ita suscipiunt. Quare nescio *ab.* ita suscip.... Qua nescio *Aφ. et Aβ.* 95. querantur. Contemptis ex alia *ego.* querantur..... *Aφ.* querantur ..... ex alia *a.* querantur..... ex alia *(Aβ)b.* 96. postremo *ab.* po....mo *Aφ. et Aβ.* 97. aversamur *ab.* avers.... *Aφ. et Aβ.*

Cap. XI. 1. sed superductae *(Aβ)ab.* sed ... superductae *Aφ. Supplet Hildebrandus* etiam. 2. somniastis caput *(Aβ)ab.* somniasti.... caput *Aφ.* 3. His enim *Aβ.* 4. exhorsus *a.* 5. aquae *ab.* quae *A.* 6. fontis *ego.* fontibus *Aab.* 7. de Iudaeis *Aφa.* Iudaeis *(Aβ)b.* 8. vereretur *Sigeb. Havercampus ad Tertull. Apolog. cap.* 16. *p.* 159. 9. confessionem *(Aβ)ab.* con....onem *Aφ.* 10. transferendorum? Credatur deus *by.* transferendorum ..... r deus *Aa.*

Cf. adnot. ad De Corona cap. 13. et Apolog. cap. 15.

q. quam eorum qui eiusmodi factitant quam eorum] De *quam — quam* v. adnot. ad De Idol. cap. 4. De *eiusmodi* substantive posito v. adnot. ad De Baptismo cap. 12.

r. qui ita suscipiunt.] sc. factitari. Suscipiunt dei.

s. ne] De hoc *ne* dubitativo cf. adnot. ad Apolog. cap. 2.

Cap. XI. Conferendum Apologetici cap. 16.

a. rei] Scil. dicimur, denotamur.

b. superductae] h. e. superadditae. Cf. adnot. ad De Corona cap. 11.

c. in quarta Historiarum suarum] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 16.

d. in vobis ex pari transferendorum?] Was soll ich aber eine vertheidigung führen? ich lege für ietzt einstweiliges geständniss ab von lauter dingen die auf euch in gleicher weise übertragen werden müssen.“ De *in* praepositione cum ablativo pro accusativo structo non est quod dicam. Cf. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 3. De *ex pari* cf. adnot. ad libelli Ad Scap. cap. 3.

deus noster asinina aliqua persona; certe negabitis vos [11]eadem *hab*ere nobiscum? Sane vos totos asinos colitis et cum sua [12]Epona, [13]et *omnia* iumenta et pecora et bestias, quae perinde cum suis praesepibus [14]consecratis. Et hoc[e] forsitan crimini datis, quod inter cultores [15]omnium tantum asinarii sumus.

Cap. XII. Sed et qui [1]nos *crucis*[a] antistites affirmat, [2]consa*cran*eus[b] erit noster. Crucis qualitas signum est de ligno: etiam de materia colitis penes vos cum effigie[c]. Quanquam sicut vestrum humana figura est, ita et nostrum [3]sua propria. Viderint nunc [4]lineamenta, dum una sit qualitas; viderit forma, dum ipsum sit dei corpus. Quodsi de hoc differentia [5]intercedit, quanto [6]distinguitur a crucis stipite Pallas Attica et Ceres [7]Pharia, quae sine [8]forma rudi palo et solo staticulo ligni informis repraesentatur? Pars crucis et quidem[d] [9]maius est omne robur quod derecta statione defigitur. Sed nobis tota crux imputatur, cum [10]antemna scilicet sua[e] et cum illo sedilis excessu[f]. Hoc quidem vos incusabiliores, qui mutilum et truncum dicastis lignum, quod alii plenum et structum consecraverunt. Enimvero de reliquo integra est religio vobis integrae crucis, sicut ostendam. Ignoratis autem etiam originem istam deis vestris de isto patibulo provenisse. Nam omne simulacrum, seu ligno seu lapide desculpitur, seu aere defunditur, seu [11]quacunque

11. eadem habere nobiscum *b*. eadem ... ere nobiscum *a*. eadem ..... nobiscum *Aβ. et Aφ*. eadem facere nobiscum *γ*. eadem colere nobiscum *Hildebrandus*. 12. Epona *b*. *Gothofredus*. poena *Aa*. 13. et omnia iumenta *γ*. et ..... iumenta *Aβa*. et ..... um̃ta *Aφ*. 14. consecratis *ab*. con ..... s *Aβ. et Aφ*. 15. omnium tantum *ab*. omnium ..... m *Aβ. et Aφ*. *Gothofredus in secundis curis ait se in A. deprehendisse* in totum.

Cap. XII. 1. nos crucis antistites affirmat *b*. nos antistes affirmant *Aab*. 2. consacraneus erit *bγ*. consa ..... eos *a*. consa ..... os *Aβ. et Aφ*. 3. sua propria *Aab*. propria *alii*. 4. liniamenta *Aab*. 5. intercedit *b*. *Gothofredus*. intersedit *Aa*. 6. destinguitur *A*. 7. faria *Aa*. 8. forma rudi palo et solo staticulo ligni informis *b*., *ex emendatione Salmasii in Exercitt. Plin. p.* 94. formarum dipalo et solistaticulo ligni infirmis *A*. 9. maior *Gothofredus*. 10. antem nasci licet *Aφ*. 11. quocunque *A*.

e. Et hoc] Malim *Sed hoc*.

Cap. XII. Conferendum Apologetici cap. 16.

a. crucis] Exciderat hoc vocabulum, librarii oculis in proximum versum aberrantibus.

b. consacraneus] Gloss. Philox. „Consacraneus, *συνμύστης*." Et infra II, 8. liber Agobardi vestigia habet formae verbalis *consacrare* pro *consecrare*. Cf. etiam quae adnotavero infra ad II, 7. ad vocem *detractatores*.

c. cum effigie.] h. e. signum, effigiem repraesentans, vel in effigiem expressum.

d. et quidem] h. e. etiam quidem.

e. cum antemna scilicet sua] Antemnam vocat materiam transversam humerorum obliquationi et expansis eius manibus comparatam. Cf. Adv. Marcion. III, 18. Adv. Iud. cap. 10.

f. cum illo sedilis excessu.] Sedile crucis palus fuit brevior medio stipite impactus. Excessum vero sedilis dicit quia palus iste, in quo sedebant cruciarii, eminebat in medio stipite ad usum sedilis „*ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον ξύλον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον, ἐφ' ᾧ ἐπωχοῦνται οἱ σταυρούμενοι*," inquit Iustinus dialogo adv. Tryphonem Iudaeum. Irenaeus II, 42. Ipse habitus crucis fines et summitates habet quinque, duos in latitudine, duos in longitudine, et unum in medio, ubi requiescit qui clavis affigitur. Palus iste me-

alia locupletiore materia producitur, plasticae manus praecedant necesse est. Plasta autem lignum crucis in primo[g] statuit, quoniam [12]ipsi quoque corpori [13]nostro tacita et secreta linea crucis situs est. Quod [14]caput emicat, quod spina dirigitur, quod humerorum [15]obliquatio *excedit*[h], si statueris hominem manibus expansis, imaginem crucis [16]feceris. Huic igitur exordio et velut [17]statumini argilla desuper [18]intex*ta pau*latim [19]membra complet, et corpus struit, et habitum, quem [20]placuit *argil*lae, intus cruci ingerit; inde circino et plumbeis modulis [21]prae*parat*io simulacri in marmor, in lutum, vel [22]aes, vel quodcumque placuit deum fieri, [23]transmigratura. A cruce argilla, ab argilla deus: quodammodo transit crux in deum per argillam. Crucem igitur consecratis, a qua incipitur consecratus. Exempli gratia dictum erit: nempe de olivae nucleo et [24]nuce persici et grano piperis sub terra temperato arbor exsurgit in ramos, in comam, in speciem sui generis. Eam si transferas, vel de brachiis eius in aliam [25]subole utaris[i], cui deputabitur quod de traduce provenit? Non illi grano aut nuci aut nucleo? Nam cum tertius gradus secundo adscribitur, aeque primo secundus, sic tertius [26]redigetur ad primum, transmissus per secundum. Nec diutius super isto argumentandum[k] est, quando naturali praescriptione omne omnino genus censum[l] ad originem [27]refert, quantoque genus censetur origine, tanto[m] origo convenitur in genere. Si igitur in genere deorum [28]crucem originem [29]co*l*itis, hic erit nucleus et granum primordiale, ex quibus apud [30]vos simulacrorum silvae propagantur. [31]At manifesta iam. [32]Victorias ut *nu*mina, et quidem augustiora

12. ipsi quoque *ab*. ip .. quoque *Aβ. et Aφ*. 13. nostri *A*. 14. caput *ab*. ca ... *Aβ. et Aφ*. 15. obliquatio excedit, si *ego*. obliquatio ..... si *(Aβ)ab*. obliquatio ..... si *Aφ*. obliquatio cornuat, si *γ*. 16. feceris. Huic *bγ*. fe ..... Huic *Aβa*. f ..... Huic *Aφ*. 17. statumini *b*. statimini *Aa*. 18. intexta paulatim *bγ*. intex ..... latim *a*. intext .... lati *Aβ*. intext .... latim *Aφ*. 19. menbra *Aβ*. 20. placuit argillae *bγ*. placuit .... lae *Aφ*. placu ..... lae *Aβ*. 21. praeparatio *bγ*. prae .... tio *Aa*. 22. aes vel quodcumque *Aβab*. aes vel argentum ..... vel quodcunque *Aφ* (?). 23. transmigratura *ego*. transmigratur *Aab*. 24. nunce *A*. 25. subole *ego*. subolem *Aab*. 26. redigetur *Aφ*. redigitur *(Aβ)ab*. 27. referet *A*. 28. crucem *Aa*. crucum *b*. *Gothofredus*. 29. colitis *bγ*. co .. itis *Aa*. 30. vos simulacrorum *ab*. vos .. mulacrorum *Aφ*. vos ... ulacrorum *Aβ*. 31. At *(Aβ)ab*. Ad *(Aφ)*. *Havercampus ad Tertulliani Apolog. cap.* 16. *p.* 162. 32. Victorias ut numina *bγ*. Victoria ut .. mina *Aa*.

dianus lib. adv. Iudaeos l. l. dicitur „unicornis in medio stipata." (Rig.)

g. in primo] Cf. Sallust. Iug. cap. 71. Cic. Orat. cap. 64. Senec. Quaestt. Natt. V, 14.

h. excedit] Pro *excedit* possis etiam *prominet*.

i. subole utaris] Possis retinere libri Agobardini scripturam *subolem*. V. quae adnotavero ad De Fuga in Persec. cap. 6.

k. argumentandum] h. e. argutandum, de qua verbi *argumentari* significatione alibi dicetur.

l. censum] V. quae adnotavi ad De Corona cap. 13.

m. tanto] Usitatissima est Tertulliano haec comparativi *magis* ellipsis. Sic modo supra cap. 7. habuimus: „*quanto* enim *proni* ad malitiam, *tanto* ad mali fidem *oportuni* estis." Exempla aliquot adscripsi ad De Test. Animae cap. 2.

quanto laetiora, veneramini. [33]Con*struction*em quibus mediis extollant, cruces erunt, intestina [34]quodammo*do tro*paeum. Itaque in Victoriis et [35]cruces colit castrensis religio, [36]signa adorat, signa deierat, signa [37]ipsi Iovi praefert. Sed ille [38]imaginum suggestus[n] et totius auri cultus monilia crucum sunt. Sic [39]etiam *in canta*bris atque vexillis, quae non minore sanctitate militia [40]custodit, siphara illa vestes crucum sunt. Erubescitis, opinor, incultas et nudas cruces colere.

Cap. XIII. Alii plane humanius solem Christianum deum aestimant, quod innotuerit ad orientis partem facere nos [1]precationem, vel die solis laetitiam curare. Quid? vos minus facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam caelestia ad solis initium labra vibratis? Vos certe estis, qui etiam in laterculum septem dierum solem recepistis, et ex diebus [2]ipso priorem[a] praelegistis, quo die lavacrum subtrahatis aut in vesperam differatis, aut otium et prandium curetis. Quod quidem facitis exorbitantes et ipsi a vestris ad alienas religiones. Iudaei enim festi sabbata et coena pura et Iudaici ritus lucernarum et ieiunia cum [3]azymis et orationes litorales[b], quae

33. Constructionem quibus mediis *ego*. con ..... ne quid melius *Aab*. contignatione (*aut* compactione) quid melius *γ*. 34. quodammodo tropaeum *γ*. quodammodo tropaeorum *b*. quodammo ..... paeum *Aa*. 35. cruce *Aφ*. 36. signa adorat *ab*. sig ..... rat *Aβ*. *et Aφ*. 37. ipsiovi praefert *Aφ*. 38. imaginum suggestus *ab*. imagi ..... ggestus *Aβ*. *et Aφ*. 39. etiam in cantabris *bγ*. etiam ..... bris *Aβa*. etiam ..... bris *Aφ*. 40. custodit *ab*. cus ..... *Aβ*. *et Aφ*.

Cap. XIII. 1. praecationem *Aβa*. 2. ipso priorem *ego*. ipsum *b*. ipsorum *Aa*. 3. azimis *Aβa*.

n. imaginum suggestus] Quid sibi illa velint „imaginum suggestus in signis“ pernotum iam iis qui vel signorum imagines depictas viderunt. Nempe ibi videre est imagines principum plures in ipso erecto hastili sibi mutuo succedentes atque in altum assurgentes. V. Herodian. II, 8. Incertus etiam auctor apud Suidam: „*τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τῶν σημαιῶν εἰδωλα φερόντων.*“ Ioseph. Antiqu. XVIII, 4: „*προτομὰς Καίσαρος, αἳ τοῖς σημείοις προσῆσαν.*“, et mox: „*μετὰ τοιῶνδε κόσμων σημαίας.*“ Id. XVIII, 7.: „*εἰκόνας πολλὰς ἐπὶ σημαίαις ἐπικειμένας.*“ Itaque ut signa, ita et imagines quoque ipsae, quae in signis *σημαῖαι* dictae, et communitus etiam adorata a militibus, eaque violare militi maxime crimini fuit. De quo accipienda lex ult. §. 7. *π*. ad L. Iul. Maiest., quem locum alioquin etiam Cuiacius suspectum habet. Sane nullum dubium, quin Modestinus ita scripserit: Crimen maiestatis facto vel violatis signis vel imaginibus maxime exacerbatur in milites. (Gothofr.) De voc. *suggestus* v. adnot. ad de Corona cap. 13.

Cap. XIII. Conferendum Apologetici caput 16.

a. ipso priorem] lta corrigendum erat. Dies Saturni enim, qui die Solis prior est, hic significatur. Apolog. cap. 16 „Aeque si diem Solis laetitiae indulgemus, alia longe ratione quam religione Solis *secundo loco ab eis sumus qui diem Saturni otio et victui decernunt* exorbitantes et ipsi a Iudaico more, quem ignorant.“ Olim putabam *Iudaeorum* reponendum pro ipsorum.

b. et orationes litorales.] Haec ad finem capitis absunt ab Apologetico, quibus recenset festa Iudaica. Sic et adv. Marcion. V, 4 „Dies observatis et menses et tempora et annos: et sabbata, ut opinor, et coenas puras et ieiunia et dies magnos.“ Iudaicos fastos idem dixit adv. Marcion. IV, 3. (Gothofr.) De orationibus litoralibus cf. etiam De Ieiun. cap. 16.

utique aliena sunt a diis vestris. Quare, ut ab excessu[c] revertar, qui solem et diem eius nobis exprobratis, agnoscite vicinitatem; non longe a Saturno et sabbatis vestris [4]sumus.

Nova iam de deo nostro fama suggessit, [1]nec adeo nuper[a] quidam perditissimus in ista [2]civitate, etiam suae religionis desertor, solo detrimento cutis Iudaeus, [3]uti*que* magis post bestiarum morsus, [4]ut ad quas se locando [5]quoti*die* toto iam corpore [6]decutiendus incedit[b], [7]picturam in nos [8]*proposuit* sub ista proscriptione: [9]ONOCOETES. Is erat auribus [10]canteriorum et in toga, cum libro, altero pede ungulato. Et credidit [11]vulgus *infami* Iudaeo. Quod enim aliud genus [12]seminari est infamiae [13]nostrae? *Itaque* in tota civitate [14]Onocoëtes praedicatur. Sed et hoc [15]*tamq*uam hesternum[c] et auctoritate temporis destitutum et [16]qualitate *auctoris* infirmum libenter excipiam studio retorquendi. Videamus igitur, an hic quoque nobiscum deprehendamini. Neque enim interest qua forma, dum [17]deformia simulacra curemus. Sunt penes vos et canino capite, et leonino, et de bove et de ariete et hirco cornuti dii, caprigenae vel anguini, et alites [18]planta, fronte et tergo. Quid Cap. XIV.

4. summus *Aφ*.

Cap. XIV. 1. nec adeo *Aa*. Adeo *b*. 2. civitate *ab*. civit... *Aβ. et Aφ*. 3. utique magis post *b*. uti ... magis potest *Aa*. uti harum magis potest *γ., prob. Havercampo ad Tertulliani Apolog. cap.* 16. *p.* 169. 4. ut ad *ego*. et ad *Aβa*. ad (*Aφ*)*b*. 5. quotidie *bγ*. quoti... *Aa*. 6. decutiendus *ego*. decutit et cum incedit *a*. decutit cum incedit (*A*)*b*. decutit, eccum incedit *Havercamp. l. l.* 7. picturam *b. Gothofredus*. pictura *A. et Havercamp*. 8. proposuit *b*. praefert *γ*. prolata *Haverc. l. l.* p..... *Aφa*. p..... *Aβ*. 9. ONOCOETES. Is erat *ego*. ONOCHOETES. Is erat *b*. onocholtesiserat *Aφ*. ONOCHOLTES: Is erat *a*. Onocholetes is erat *Aβ*. 10. canteriorum et in *ab*. cant..... in *Aφ. et Aβ*. 11. vulgus infami Iudaeo *γ*. vulgus ..... Iudaeo *Aφa*. vulgus Iudaeo *b*. vulg.. Iudaeo *Aβ*. 12. seminari est *ego*. seminarium est *b*. seminariae *Aa*. 13. nostrae? Itaque *b*. nostrae? Exinde *γ*. nostrae ..... *Aa*. 14. Onocoëtes *ego*. Oenocholtes *Aφa*. Onochoetes *b*. Onocholetes *Aβ*. 15. tamquam *γ*. tamque *b*. tam.... *Aa*. 16. qualitate auctoris infirmum *bγ*. qualitate a..... infirmum *Aφ*. qualitate..... infirmum *Aβa*. 17. deformia *A* (*m. sec. sed eadem*) *b*. deforma *Aa*. 18. planta *b*. plana *Aa*.

c. ab excessu] h. e. ab deverticulo.

Cap. XIV. Concordat Apologetici cap. 16.

a. nec adeo nuper] Perperam inducebat Rigaltius voculam *nec*, suasore Gothofredo. *Nuper* vel apud Ciceronem saepius poni de spatio longiore peracto hodie inter omnes constat, ut de Nat. Deor. II, 50 „Ea quae *nuper, id est paucis ante saeculis* reperta sunt." et de Divin. I, 39 „neque ante philosophiam patefactam, *quae nuper inventa est.*"

b. ut ad quas se locando quotidie toto iam corpore decutiendus incedit] Ita emendavi flagitante verborum ratione et sensu. Verbum *decutire* nove confictum, lusus gratia, quo Iudaeum recutitum et bestiarium bestiis degluptum denotaret. Ceterum verba illa quae praecedunt: „solo detrimento cutis Iudaeus" persuadere videantur perditissimum istum hominem ab ethnicis fuisse pro Iudaeo vulgo clamatum, quo scilicet fidem eius de deo Christianorum fabellae aliquantulam conciliarent. Iudaei enim et Christiani vulgo non diversi habebantur.

c. tamquam hesternum] Quia hesternum, ideo auctoritate temporis destitutum. *Hesternus* sic et alibi occurrit apud Tertullianum. Cf. Apolog. cap. 37 „*Hesterni* sumus, et vestra omnia implevimus" cett.

itaque nostrum unicum denotatis? Plures [19]Onocoëtae penes vos deprehenduntur.

Cap. XV. Si in deis aequalitate concurrimus, sequitur ut sacrificii vel sacri quoque inter nos diversitas nulla sit, ut ex alia specie [1]comparationi satisfiat. Nos infanticidio litamus sive initiamus. Vos, si de memoria abierunt quae caede hominis quaeque infanticidiis [2]transegistis, recognoscetis suo ordine; nunc enim differimus pleraque, ne eadem videamur ubique retractare[a]. Interim, ut dixi, ex alia parte non deest adaequatio. Nam etsi [3]nos aliter, tamen non aliter vos quoque infanticidae[b], qui [4]infantes editos enecantes legibus quidem prohibemini[c], sed nullae [5]magis *leges* tam impune, tam secure sub omnium conscientia unius [6]*aetatis* tabellis eluduntur[d]. Sed nec eo [7]distat[e], si vos non ritu sacri [8]neque *deo eos*

19. Onochoetae *Aab.*

Cap. XV. 1. comparationi *ego.* comparationis *Aab.* 2. transegistis *ego.* transegisse *Aab.* 3. nos *b.* non *Aa.* 4. infantes editos *ab.* infan ... aeditos *Aφ.* 5. magis leges *bγ.* magis ... es *Aφa.* magis .... s *Aβ.* 6. aetatis tabellis *γ.* ae ..... tabellis *Aab.* 7. distat *ego.* distant *Aab.* 8. neque deo eos necatis *ego.* neque deo necatis *b.* neque deis necatis *γ.* neque .....,.... atis *Aφa.* neque ..... atis *Aβ.*

Cap. XV. Concordat Apologetici cap. 9.

a. ne eadem videamur ubique retractare.] Intellegit rursum Apologeticum, quem sub manibus iam habebat, et quidem cap. 9. Apologetici. Eodem rursus pertinent illa hoc ipso capite: „dum ita quoque in vobis recognoscitur, ubi opportunius positum est.“ (Gothofr.)

b. tamen non aliter vos quoque infanticidae] Etsi non sacrificii ritu legeque infanticidae sitis, attamen infanticidae estis. Aliter igitur et non aliter: aliter, quia (ut hoc vobis largiar) ritu dispari: non aliter, quia pari eventu et substantia veritatis. (Gothofr.)

c. legibus quidem prohibemini] Audiant vel haec deinceps qui regant ante Christianos principes infanticidio poenam ullam iure civili Romano propositam fuisse: ioculari etiam ratione, quod neque homo sit infans. Ecce enim Tertullianus diserte infanticidium legibus prohiberi ait, ac proinde poenam infanticidio constitutam: neque enim, opinor, hae leges de earum numero fuerunt, quae *improbe* tantum *factum* pronuntiant, quaeque minus perfectae: audis enim exprobrantem Tertullianum Nationibus, quod has leges saeculi vitio *impune,* secure, sub omnium conscientia eluderent: poena, opinor, est, ubi impune leges violari viri boni quiritantur. Atque hoc altero naevo lurisprudentia nostra deinceps libera esto. At dices quod dicunt viri magni, quid ergo fuit opus ut Valentiniani senioris A. constitutione A. D. 374. l. 1. C. Th. ad L. Corn. de Sicar., seu l. 8. C. eod. tit., ubi infantis necandi piaculo capitale supplicium indicitur? Quid putas? nempe prohibitionem ea constitutione recentatam et forte poenam intensam video, ut ceteroquin (quod in hoc ipso argumento de infanticidio noster ait Apologetici cap. 9.) nullum scelus in perpetuum eradicatur, ita leges exolescente metu poenarum recentari, incendi, vel ut loquitur Tacitus, *poenas incitari* mos est. (Gothofr.)

d. unius aetatis tabellis eluduntur.] Sensus est: Extare quidem communia praecepta (quomodo legem Papinianus definit), esse communem reipublicae sponsionem adversus infanticidia, atenim sub eorundem omnium conscientia, totius aetatis seu saeculi tabellis eas leges antiquari, abrogari. Nempe allusum ad antiquandarum seu abrogandarum legum morem, et in universum ad suffragiorum, quae per tabellas, usum. (Gothofr.) Cf. Rein Röm. Criminalr. p. 441 sqq. Verba *unius aetatis* interpretor: per unam iam totam hanc aetatem.

e. distat] Ita emendandum erat pro vulgato *distant.* V. de hoc impersonali *distat* Spalding. ad Quinctil. Inst. Orat. VI, 4, 21.

*nec*atis. Atquin hoc asperius, quod frigore et fame aut [9]best*iis* *eroga*tis, aut longiore in aquis [10]morte summergitis. At et si [11]quo *genere* dissimilius penes vos fit, eo adicite, [12]quod vestra pignora [13]ex*tinguitis*[f], et supplebitur, immo superacervabitur in vobis [14]quicquid *ab alia* ratione defecerit. Sed de ea impietatis hostia [15]dicimur *coenare*. Dum [16]ita quoque in vobis recognoscitur ubi opportunius positum est[g], non multo secernimur a vestra voracitate. Si illa impudica est, nostra vero crudelis, coniungimur, si forte[h], natura, qua semper saevitia cum impudicitia concordat. [17]Quanquam quid minus, immo quid non amplius facitis? Parum scilicet humanis visceribus inhiatis, quia vivos et puberes devoratis? parum humanum sanguinem lambitis, quoniam futurum sanguinem elicitis? parum infante vescimini, quia infantem totum [18]praecocum perhauritis[i]?

Ventum est ad horam lucernarum et caninum ministerium et ingenia tenebrarum[a]. Quo in loco metuo ne cedam[b]. Quid enim tale in vobis detinebo? Verum iam laudate consilium incesti verecundi[c], quod adulteram noctem[d] commenti sumus, ne aut lucem aut veram noctem contaminaremus, quod etiam luminibus terrenis parcendum existimavimus, quod nostram quoque conscientiam ludi- Cap. XVI.

9. bestiis erogatis *ego*. bestiis obicifis *γ*. best ..... tis *Aφa*. bestiis ..... tis *b*. bes ..... tis *Aβ*. 10. morte summergitis *ego*. morte demergitis *b*. morte semergitis *Aφa*. mortes emergitis *Aβ*. 11. quo genere dissimilius *γ*. quo ..... dissimilius *Aφ*. quo ..... dissimilius (*Aβ*)*ab*. 12. quod *Gothofredus*. quo *Aab*. 13. exstinguitis *γ*. ēx ..... s *Aab*. 14. quicquid ab alia ratione *ego*. quicquid a sacra ratione *γ*. quicquid ..... ratione *Aab*. 15. dicimus coenare. Dum *ego*. ducimur Esto, dum *γ*. dicimur ..... Dum *Aφ*. dicimur ..... dum (*Aβ*)*ab*. 16. ista *Gothofredus*. 17. Quanquam *Aβ*. 18. praeco cumper hauritis *Aφ*.

f. pignora extinguitis] Pignora hic sunt liberi. V. adnot. ad De Idolol. cap. 12.

g. ubi opportunius positum est] Cf. Apolog. cap. 9.

h. si forte] V. quae adnot. ad De Corona cap. 5.

i. quia infantem totum praecocum perhauritis?] Cf. Apolog. cap. 9.

Cap. XVI. Concordat Apologetici cap 9.

a. et ingenia tenebrarum.] h. e. et artificia, fraudes tenebrarum. Cf. adnot. ad De Corona cap. 8.

b. metuo ne cedam.] Qua in criminatione decutienda metuo ne inferior abscedam vobis.

c. incesti verecundi] Apolog. cap. 7. „Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii et pabulo inde, et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum, *libidinum impiarum in verecundiam* procurent.“

d. adulteram noctem] h. e. fictam, notham. De Spectac. cap. 23 „*adulterium* est apud illum (scil. veritatis auctorem) omne quod fingitur.“ Ibid. cap. 2 „*adulterandis* usibus.“ De Praescript. Haeret. cap. 17 „*adulter* sensus.“ Ibid. cap. 38 „*adulterum* sensum.“ Adv. Marcion. I, 27 „*adultera* dominatio.“ Adv. Prax. cap. 1 „*adulterae* fruges.“ Apul. Metam. X, 9 „*adulter* numus.“ Plin. H. N. XXXIII, 7 „*adulterum* minium.“ Cf. Salmas. in Solin. cap. 27. p. 246. Barth Adverss. XXXI, 15. p. 1492. Pari significatu passim reperitur *nothus*. Cf. Arnob. Adv. Natt. II, 20. Lucret. V, 575 „*nothum* lumen.“ Catull. LXIII, 27 „*notha* mulier.“ Arnob. Adv. Natt. V, 36 „*nothas atque adulteras* lectiones.“

mus; quodcunque enim facimus, si volumus, suspicamur[e]. Ceterum[f] incesta vestra pro sua libertate et luce omni et nocte omni et tota caeli conscientia fruuntur, [1]quoque felicius prove*niant*, cum palam misceatis incesta toto conscio caelo, soli ipsi [2]igno*ratis*[g]; nos vero etiam in tenebris scelera nostra recognoscere possumus. Plane Persae, [3]Ctesias edit, tam scientes quam [4]non horrentes [5]cum matribus libere [6]vivunt. Sed et Macedones, id [7]quod [8]probaverunt, *palam* est factitare, [9]siquidem, cum [9b]primum scenam eorum [10]Oedipus intravit trucidatus oculos, risu ac derisu exceperunt. [11]Tra*goedus* consternatus retracta persona, [12]Numquid, ait, [13]domini, displicui vobis? Responderunt Macedones: Immo tu quidem [14]pulchre, at scriptor vanissimus si finxit, aut Oedipus dementissimus si ita fecit: atque exinde alter ad alterum, [15]*Ἤλαυνε*, dicebat, *εἰς τὴν ματέρα*. Sed una vel alia gens quantula macula totius orbis? Nos enim omnem infecimus solem, omnem polluimus oceanum. Date igitur aliquam nationem vacantem ab eis quae omne hominum genus ad incestum trahunt. Si qua gens concubitu ipso et aetatis ac sexus necessitate, ne dixerim libidine et luxuria, caret, ea erit quae carebit incesto. Si qua ab humana [16]condicione privata quaedam natura remota est, ut neque ignorantiae neque errori neque casui opposita sit, ea erit quae sola Christianis respondere constantius possit. Respicite igitur luxuriam inter errores [17]ut ventos fluctuantem, si desunt[h] populi quos ad hoc sceleris incursent lata vada et [18]aspera erroris. Inprimis cum infantes vestros

Cap. XVI. 1. quoque felicius proveniant *ego*. quodque felicius proveniat *bγ*. quodque felicius prove.... *Aa*. 2. ignoratis; nos vero *bγ*. igno..... nos vero *Aa*. 3. Ctesias edit *b*. *Gothofredus*. Thesias edit *a*. thesia sedit *A*. 4. non *antea omissum in A. addidit eadem manus, teste Hildebrando*. 5. cum matribus *ab*. cum.. tribus *Aφ*. 6. vivunt *ego*. fiunt *Aab*. 7. quod *b*. quo *Aa*. quoque *Gothofredus*. 8. probaverunt, palam est factitare *b*. probaver̃ ..... est factitare *Aφ*. probaverunt ..... est factitare *Aβ*. probaverunt ..... est factitare *a*. probaverunt (probare est factitare) *γ*. 9. siquidem (*Aφ*)*b*. *Gothofredus*. si quidam *Aβa*. 9 b. primum *ego*. primus *Aab*. 10. Oedipus (Oedippus *Aβ*.) intravit *Aβb*. Oedipp ..... intravit *Aφ*. Oedippus ..... intravit *a*. Oedipus facie nuda intravit *γ*. 11. Tragoedus *bγ*. Tra..... *Aa*. 12. Numquid *Aβa*. Nunquid *b*. 13. domini displicui vobis *ab*. domini .. sp .... vobis *Aβ*. domini ..... vobis *Aφ*. 14. pulchre, at *ego*. pulchre: ut *I. Fr. Gronovius in Obss. in Scriptt. Eccles. cap. IX. p.* 125. pulcre: aut *b*. pulcher aut *Aa*. 15. *Ἤλαυνε*, dicebat, *εἰς τὴν ματέρα ego*. *ΗΛΑΥΝΕ*, dicebat, *ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ b*. elaune dicebatis ten matera *A*. elaune ten matera dicebatis *a*. 16. condicione privata quedam *A*. conditione privata quodam *ab*. 17. ut *ego*. et *Aab*. 18. aspera *Aφab*. asper *Aβ*.

e. si volumus, suspicamur.] Suspicio hominum omnia tentat, si volunt semel suspiciosi esse.

f. Ceterum] h. e. contra, sed. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 1. et ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

g. quoque felicius proveniant — soli ipsi ignoratis] Haec verba illustrantur eis quae sequuntur infra inde a verbis: Inprimis cum in infantes vestros sqq.

h. si desunt] h. e. an desint. Cf. adnot. ad libelli Ad Martyr. cap. 2.

alienae misericordiae exponitis aut in [19]adoptionem melioribus parentibus, obliviscimini quanta materia incesti [20]sumministratur, quanta occasio casibus aperitur? Plane ex aliqua [21]disciplina *severiores* aut certo respectu eiusmodi [22]eventûm a libidine [23]temperatis quocunque loco, domi aut peregre, ut non dispersio seminum et saltus [24]ubique luxuriae[i] nescientibus filios edat, quos aut ipsi postmodum parentes aut [25]alii *filii*[k] incursent, quando etiam aetatum moderatio libidine exclusa [26]sit. Quotcunque adulteria, quotcunqūe stupra, quotcunque publicatae [27]libidinis *errores*[l], sive stativo vel ambulatorio titulo[m], tot sanguinis [28]mixtiones, tot compagines generis, tot inde tradūces ad incestum; unde adeo mimis et comoedis argumentorum venae fluunt, unde ista quoque talis ante tragoedia erupit, Fusciano praefecto Urbi [29]iudicata[n]. Puer nobili genere

19. adoptionem *ab.* adoptio... *Aφ. et Aβ.* 20. subministratur *A(m.pr.) ab.* 21. disciplina severiores *b.* disciplina meliores *γ.* disciplina.... iores *Aφa.* 22. eventum *Aa.* eventuum *b.* 23. temperatis quocunque *Aβab.* temperatis ..... q *Aφ.* 24. ubique luxuriae nescientibus *ab.* ubique..... nescientibus *Aβ. et Aφ.* 25. alii filii incursent *γ.* alii..... incursent *ab.* alii..... sent *Aφ.* alii..... sent *Aβ.* 26. sit. Quotcunque adulteria *ab.* sit..... dulteria *Aφ.* sit. Q..... adulteria *Aβ.* 27. libidinis errores sive stativo *γ.* libidinis..... sive stativo *ab.* libidinis..... tativo *Aφ.* libidinis..... sive stativo *Aβ.* *Pro* errores *possis et* genera. 28. mixtiones, tot compagines *ab.* mixtiones..... pagines *Aβ. et Aφ.* 29. iudicata. Puer nobili genere natus *ego.* iudicata punitione senatus *Aa.* iudicata punitione reatus *b.* iudicata cognitione senatus *Gothofredus.*

i. saltus ubique luxuriae] De graeca haec adverbii cum substantivo structura adnotatum est ad Apolog. cap. 9.

k. filii] h. e. liberi. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 9.

l. publicatae libidinis errores] Pro *errores* possis etiam *genera.* Ceterum recte interpretatur Gothofredus: libidinem quocunque tandem loco cum scorto et publicarum libidinum victima exercitam.

m. sive stativo vel ambulatorio titulo] Nempe *stativo,* domi; *ambulatorio,* peregre. (Gothofr.)

n. Fusciano praefecto Urbi iudicata.] Memorabilis sane haec historia, quae paulo ante hos libellos evenit, et quidem Commodi Imper. temporibus. Fuscianus quippe, cuius hic mentio fit, fuit Praefectus Urbi sub Commodo A. D. 193.; in qua mox Praefectura Urbica Pertinacem (paulo post Imperatorem) successorem habuit. Capitolinus in Vita Pertinacis [cap. 4, p. 55. A. Salm.]: „Pertinax Praefectus Urbi factus: in qua Praefectura post Fuscianum, hominem severum, Pertinax mitissimus et humanissimus fuit: et ipsi Commodo plurimum placuit, quia ille esset, iterum cum Pertinax factus est. Tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit.“ Ubi obiter illustranda veniunt illa verba: „quia ille esset, iterum cum Pertinax factus est.“ Sensus igitur loci illius hic est, Commodo ideo quoque Pertinacem plurimum placuisse, quia ipse esset quoque consul, cum Pertinax iterum consul factus est, i. e. quia ipse Commodus Imperator haberet in consulatu collegam Pertinacem iterum consulem, et sic designatur illis verbis A. D. 194. Nempe Principibus Romanis vel maxime placuere atque exinde his favere se plurimum testabantur, quos privatos sibi collegas in consulatu et quidem iterum adsciscerent. Ceterum loquendi haec forma apud Historiae Augustae scriptores, ut designatis consulum nominibus et numero vocem tamen *consul* vel *consulatus* omitterent: nempe ita *hoc* et *illo,* omissa voce *consulibus.* Ita et Spartianus loco pariter hactenus non intellecto in Vita Adriani: „In adoptionis sponsionem venit, Palma et Celso, inimicis semper suis, et quos postea ipse insecutus est, in suspicionem affectatae tyrannidis lapsos.“ Ait *Palma et Celso* pro *Palma et Celso*

natus[o] fortuita neglegentia comitum ultra ianuam progressus iter praetereuntibus tractus[p] domo excidit. Qui eum nutrierat Graeculus, vel a limine Graeculo more captaverat intrans[q]. Inde mutatus Asiae aetate[r] Romam in venalicio[s] refertur. Emit inprudens pater et utitur Graeco; dehinc, ut [29b]suerat, [30]adulescentem dominus in agrum et vincula legat. Illic iam dudum paedagogus et nutrix poenas dabant. Repraesentatur eis tota causa, referunt invicem exitus[t] suos: illi, quod alumnus in pueritia perisset, ille, se quoque a pueritia perisse; ceterum eodem [31]eventu, Romae natum honesta domo[u]; forsitan et signa quaedam retexuerit. Igitur dei [32]voluntate, ut tanta saeculo macula exprobraretur, spiritus [33]de die concutit[v], tempora cum aetate respondent, aliquid et oculi de [34]lineamentis

29b. suerat *ego.* vestra *Aab.* 30. adulescentem *Aa.* adolescentem *b.* 31. eventuro moenatum *Aφ.* 32. voluntate ut *AβAφb.* voluntate ... ut *a.* voluntate fit ut *γ.* 33. de die concutit *b.* dei de die concutit *a.* dī die concutit *A.* 34. lineamentis (*Aβ*)*b.* liniamentis *Aφa.*

Coss. Verum in viam. Fusciani Praefecturam memorat quoque Dio fragm. lib. 79. in Avito, p. 908. [tom. II, p. 1354. ed. Reimar.]: „*Σέϊος δὲ Κάρος, ὁ τοῦ Φουσκιανοῦ τοῦ πολιαρχήσαντος ἔκγονος*“ cett. (Gothofr.) Seio Fusciano senatorii ordinis viro, condiscipulo M. Antonini Philosophi imp. Huius meminit Iulius Capitolinus in M. Antonino [cap. 3.], et in Pertinace, praefectum Urbi et hominem severum fuisse refert. Iterum consulem fuisse tradit Lampridius in Commodo [cap. 12.]. Fusciani Numidiae legati mentio fit l. 7. de leg. praest., quae est Tryphonini respondentis secundum constitutionem Divi Pii ad Tuscium Fuscianum. (Rigalt.)

o. Puer nobili genere natus] Ita omnino emendandum erat pro *punitione senatus*, quod codex Agobardi praebet, quodque si scripseris *pu niti onese natus*, eo facilius emendationis meae veritatem tibi persuadebis. Sed vel sensus et ratio verborum eam efflagitat.

p. praetereuntibus tractus] Praetereuntium aspectu et verbis allectus adeo, ut eos sequeretur.

q. intrans.] Graeculus, qui eum nutrierat, vel alius quispiam eum de limine certe Graeculo more captaverat domum intrans. De ellipsi pronominis *aliquis* v. Ochsner ad Cic. Ecl. p. 142. et p. 182. Beier ad Cic. de Offic. I, 33. p. 256. et ad II, 11. p. 76 sq. Welcker ad Theogn. v. 164. adn. p. 97. Cf. infra cap. 18 „Si flagris mulier insultavit, hoc quoque proxume inter venatorios ordine transcurso *remensus est.*“ Graeculum illum morem illustrat Iulianus Caesar libello acephalo Opp. ed. Petav. p. 157 „*ὥσπερ οἱ τὰ παιδία διὰ τοῦ πλακοῦντος ἐξαπατῶντες τῷ καὶ δὶς καὶ τρὶς προιέσθαι πείθουσιν ἀκολουθεῖν ἑαυτοῖς· εἶθ' ὅταν ἀποστήσωσι πόρρω τῶν οἰκιῶν, ἐμβάλλοντες εἰς ναῦν ἀπέδοντο.*

r. aetate] h. e. cum in aetatem venerat, adolescentulus factus. Cf. Broukhus. ad Propert. I, 6, 21.

s. venalicio] Venalicium est forum venalium. Apul. de Mag. cap. 45 „cuius (sc. gagatae lapidis) odore etiam in *venaliciis* vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur.“ Venuleius Dig. XXI, 1, 65 „e *venalicio* novitiorum emptus.“ De altera vocabuli significatione adeas interprr. ad Apul. l. l. et ad Petron. Satyr. cap. 29. Cf. inscr. ap. Gruter. V, 1 et 2. VIII, 3. et ap. Marin. Frat. Arv. p. 712. Ceterum adverte *in* praepositionem cum ablativo pro accusativo structam, de quo usu v. adnot. ad Scorpiac. cap. 3. Adde Scheffer. ad Phaedr. V, 2.

t. exitus] De hoc vocabulo adeas adnot. ad Scorpiac. cap. 9.

u. ceterum eodem eventu Romae natum honesta domo] Ceterum se Romae natum honesta domo, et tamen periise eidemque demum cum illis infortunio succubuisse.

v. spiritus de die concutit] Conscientia aut reminiscentia quadam obscuriore stimulati de tempore, quo hic puer perierit, paedagogus ille puerum rapuerit, calculos ducunt.

recordantur, proprietates nonnullae in corpore recensentur. Dominos, immo iam parentes tantum, [35]prolatae inquisitionis diligentia impellit. Investigatur venaliciarius, infeliciter invenitur. Revelato scelere parentes sibi laqueo medentur, bona filio [36]ma*le* superstiti[w] praefectus adscribit, non ad hereditatem, sed ad [37]stipendium stupri et incesti. Satis erat unum istud exemplum publicae [38]eru*ptionis* eiusmodi scelerum[x] [39]delitiscentium in vobis. Nihil semel [40]evenit in rebus humanis. Semel plane erui[y] potest de sacramentis nostrae [41]religionis, opinor. Intentatis, et sunt paria vestris etiam non sacramentis[z].

De obstinationibus vero vel praesumptionibus, si qua proponitis, ne istae quidem ad communionem comparationis absistunt[a]. Cap. XVII.

35. prolatae (*Aβ*)*b*. praelatae *Aφa*. 36. male *bγ*. ma.. *Ac*. 37. stipendium stupri *ab*. stipendium ...pi *Aφ*. stipendium ...pri *Aβ*. 38. eruptionis eiusmodi *ego*. eru..... eiusmodi *Aa*. erubescentiae eiusmodi *b*. eruendorum eiusmodi *γ*. 39. delitiscentium *A*. delitescentium *ab*. 40. evenit in rebus humanis *ab*. evenit ..... manis *Aβ*. *et Aφ*. 41. religionis opinor *ab*. reli..... opinor *Aβ*. *et Aφ*.

w. male superstiti] Quem vivere non oportuit post tantum flagitium. Ceterum profligatissimi hi huius saeculi mores ac nefandi fuere, ut *οἱ σοφοὶ* quoque *τῶν νόμων* portenta haec inulta sinerent: quod testatur Clemens Alexandr. Paedagog. III, 3.; et quousque haec processerint memorat (neque enim ego memorare sustineo) Iustinus haud procul ab initio Orationis II., item Apol. II., et Tatianus in Apologia, Minucius Felix. Itaque et Lampridius duobus locis, in Vita Heliogabali, et in Vita Alexandri Severi, testatur etiam sub Alexandro Severo in usu atque inpunita haec fuisse, Philippum tandem vetuisse, quod etiam Victor Schotti prodit loco huic Tertullianeo haud absimili. „Quod frustratum, inquit, iri aestimans Imp. Philippus, tum quia forte praeteriens filii similem pro meritorio ephebum conspexerat, usum virilis scorti removendum honestissime consultavit; verumtamen manet“ cett. Proinde Scantiniam iam nemo timebat, ut noster diserte scribit de Monogamia cap. 12. Qua causa, quod non sine horrore repeto, poenam huius saeculi legibus in Pandectas relatis huic portento expressam minus videmus. Tanta haec huic saeculo macula exprobranda venit, cui eluendae Alexander Severus manum admovere veritus, ea causa quam Lampridius memorat: manum admovit Philippus, sed reducta: tandem Christiani principes quantum in se obviam ivere portento Romae praevalenti. (Gothofr.)

x. eruptionis eiusmodi scelerum] Cf. Apolog. cap. 35 „sub ipsa impietatis *eruptione*.“

y. erui] De hoc verbo adnotatum est ad Apolog. cap. 2. De sententia cf. verba cap. 7 „Tunc, inquitis, primo delatum et exhibitum est, auditum et inspectum est, atque exinde famae commendatum. Hoc quidem superscendit omnem admirationem, si semel deprehensum est quod semper admittitur.“

z. Intentatis, et sunt paria vestris etiam non sacramentis.] Intentatis nobis incesta admitti in sacris et festis diebus, non recogitantes eadem vobis patrari non quidem in sacramentis rara et passim, sed vulgo et quocunque tempore. De hyphen *non sacramentis* cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 2.

Cap. XVII. Concordat Apologetici caput 35.

a. ad communionem comparationis absistunt.] Emendatio in promptu videatur *a communione comparationis absistunt*. Verum ita scripsisse Tertullianum existimo *adcommunionem c. a.* Etenim amat huiusmodi compositiones, *adstudendum, adsacrificium, adlaederentur*. Hic igitur, ait, ne ista quidem quae obiicitis, absistunt adcommunionem comparationis, h. e. non impediunt quo minus sistat se adcommunio comparationis. (Rigalt.) Ariolatur Rigaltius. Praepositio *ad* hic usurpata est pro *quoad*, vel *de*. Verte: so stehen auch diese nicht hinsichtlich eines gleichen anspruchs auf vergleichung

Prima obstinatio est quae secunda [1]a dei religio constituitur Caesarianae maiestatis, quod inreligiosi dicamur in Caesares, neque imagines eorum [2]repropitiando[b] neque genios [3]deierando. Hostes populi nuncupamur. Ita vero sit, cum ex vobis nationibus quotidie Caesares et Parthici et Medici et Germanici fiant[c]. Hoc loco Romana gens viderit in quibus[d] indomitae et extraneae nationes. Vos tamen de nostris adversus nostros conspiratis[e]. Agnoscimus sane Romanam in Caesares fidem. Nulla [4]umquam coniuratio erupit, nullus in senatu vel in palatiis ipsis [5]sanguis Caesaris notam fixit, nulla in provinciis affectata maiestas. Adhuc Syriae cadaverum odoribus spirant, adhuc Galliae Rhodano suo non lavant. Sed omitto vesaniae crimina, quia nec ista Romanum nomen admittunt. Vanitatis [6]sacrilegia con*veniam*[f], et ipsius vernaculae gentis inreverentiam [7]recognoscam, *et* festivos libellos quos statuae sciunt[g], et illa obliqua [8]nonnunquam *dic*ta a concilio[h] atque maledicta quae circi

Cap. XVII. 1. a dei *ego.* ab eis *Aab.* a deis *Sigeb. Havercampus ad Tertulliani Apolog. cap.* 35. *p.* 295. 2. repropitiando *Aab.* ture propitiando *Sigeb. Havercampus l. l.* 3. delerando *A.* 4. umquam *A.* 5. sanguis *Sigeb. Havercampus ad Tertulliani Apolog. cap.* 35. *p.* 300. sanguinis *Aab.* 6. sacrilegia conveniam (*Aq*)*by.* sacrilegia ...veniam *Aβa.* 7. recognoscam et *by.* recognoscam.. *Aa.* 8. nonnunquam dicta *by.* nonnunquam ..ta *Aa.*

zurück, h. e. etiam istae possunt in comparationem vocari, nec minore iure quam quae supra attulimus. Cf. etiam cap. 1 „deficit *adaequatio comparationis.*" De praesumptionibus et obstinationibus, quas vocabant, Christianorum v. Herald. ad Apolog. cap. 49.

b. repropitiando] *Propitiare* verbo saepius utitur Tertullianus, *repropitiare* nusquam nisi hoc loco reperitur. Quare non inepta est Havercampi emendatio *ture propitiando.* Interim nihil mutare vôlui.

c. Parthici et Medici et Germanici fiant.] Rebelles, ait, nationes imperatoribus titulos et cognomina victricia subministrare, nullum tale cognomentum ex Christianorum rebellione quemquam principum sibi unquam peperisse. Ceterum Parthorum, Medorum, Germanorum nomina hic ideo expressit, quia cum his nationibus quotidie Romanis principibus hoc saeculo res erat; atque inde cognomina illa principibus, ipsi Severo nominatim Parthici nomen A. D. 198., ut ex Spartiano liquet. Sed et idem docet Caracallam Germanici, Parthici nomina titulis suis adscripsisse. (Gothofr.)

d. in quibus] Utrum in Christianis, an inter gentiles.

e. adversus nostros conspiratis.] Obiectio gentilium. Estis quidem vos, concedimus, non extranei nobis, sed, quod peius, quamvis de nostris sitis, tamen adversus nos et imperatores nostros conspiratis.

f. conveniam] De hoc verbo adnotatum est ad Apolog. cap. 10.

g. festivos libellos quos statuae sciunt] Statuis festivi (h. e. famosi) libelli affixi, proscripti. Talis ille titulus statuae Neronianae: „Ego quid potui, sed tu culleum meruisti.", ut et inscriptio illa Graeca: „nunc demum agona esse," et: „traheret tandem" apud Suetonium Nerone cap. 45., ubi trahendi verbum eodem pertinet, quo *trahendi, tractilii* et *Tiberini* post Heliogabali mortem, de quo v. Lampridium. Columnis pariter quae statuis proximae et coniunctae, huiusmodi festivi affixi, qualis ille: „Etiam Neronem cantando Gallos excitasse" apud Suetonium Nerone cap. 46. (Gothofr.) De verbo *scire* pro *nosse* posito cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 5.

h. concilio] h. e. a popularibus in spectaculis. Concilium apud Tertullianum pro theatrali, eoque etiam aptat cap. 3. De Spectac. illud e Psalmo: „Felix qui non abiit in concilium impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestium non sedit." Immo et „ec-

sonant. Si non [9]armis, *salt*im lingua semper rebelles estis. Sed aliud, opinor, est non [10]iurare *per* genium Caesaris; dubitatur enim de periuris iure, cum ne per [11]deos *quidem* vestros ex fide[i] deieretis. Sed non dicimus deum imperatorem; [12]super *hoc en*im, quod vulgo aiunt, sannam facimus[k]. Immo [13]qui deum Caesarem dicitis, et deridetis, dicendo quod non est, et maledicitis, [14]quia *non vult* esse quod dicitis. Mavult enim vivere quam deus fieri[l].

Reliquum obstinationis in illo capitulo collocatis, quod neque Cap. XVIII.
gladios neque cruces neque bestias vestras, non ignem, non tormenta ob duritatem ac [1]contemptum mortis animo[a] recusemus. At enim haec omnia [2]apud priores maioresque vestros non contemni modo, sed [3]etiam magna laude [4]pensari a virtute didicerunt[b]. Gladius quot et quantos viros voluntarios[c]! Piget prosequi. Crucis vero novitatem numerosae, abstrusae[d], Regulus vester libenter dedicavit[e]; regina Aegypti bestiis suis usa est[f], ignes post Carthaginensem feminam[g] Asdrubale marito in extremis patriae constantio-

9. armis, saltim *bγ*. armis ... tim *a*. armis . a .... *Aβ*. armis ..... *Aφ*. 10. iurare per genium *bγ*. iurare ... genium *Aa*. 11. deos quidem vestros *bγ*. deos ..... vestros *Aa*. 12. super hoc enim *b*. super ... enim *Aβ*. super .....nĩ *Aφ*. super .... im *a*. superque eum *γ*. 13. qui deum Caesarem *ab*. quidem cae..... *Aβ. et Aφ*. 14. quia non vult esse *b*. quia ..... ẽe *Aφ. et Aβ*. quia .....t esse *a*. quia non cupit esse *γ*.

Cap. XVIII. 1. contemptum *b*. contemptu *Aφa*. 2. aput *A*. 3. etiam *b*. *Gothofredus*. enim *Aa*. 4. pensari a virtute *b. Gothofredus*. pensantia virtute *Aa*.

clesiam diaboli" vocat cap. 27. eiusdem libri.

i. ex fide] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 2.

k. sannam facimus.] V. interprr. ad Iuvenal. Sat. VI, 306. et ad Pers. Sat. I, 58 sq.

l. Mavult enim vivere quam deus fieri.] Cf. Apolog. cap. 33. Minuc. Fel. Octav. cap. 23 „fieri se deos metuunt; etsi iam senes, nolunt."

Cap. XVIII. Cf. Apologetici cap. 50.

a. animo] h. e. fortiter. Passim utitur Tertullianus ablativis substantivorum pro adverbiis. Cf. supra adnot. ad cap. 4.

b. didicerunt] Cf. quae adnotavi supra cap. 7. *Didicerunt* dixit pro: solent. Ceterum verba *a virtute* cave ne struas cum *didicerunt*.

c. Gladius quot et quantos viros voluntarios!] Hic verbum excidisse per librarii negligentiam mihi non dubium est. Suppleveris *erogavit, impendit, absumpsit,* vel simile quod.

d. Crucis vero novitatem numerosae, abstrusae] *Novitatem* ideo quia primus Regulus exquisitum hoc supplicii genus excepit. *Numerosam* recte; notum enim de machina vel arca illa clavis seu stimulis acutissimis undique eminentibus confixa, cui inclusus fuit Regulus, ex nostro ad Martyras cap. 4. Valer. Max. I, 2, 1. Gell. N. A. VI, 4. Augustin. de Civ. Dei I, 15. Tertull. Apolog. cap. 50: „Regulus toto corpore cruces patitur." *Abstrusam* quoque vocat propter ea quae tradit Tubero apud Gellium l. l. De perpetuae vigiliae cruciatu, palpebrarum diductione, ad solem oppositione nil memorat Tertullianus. (Gothofr.)

e. dedicavit] h. e. initiavit, primus passus est. V. de hoc verbo *dedicare* quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 1.

f. regina Aegypti bestiis suis usa est] De Cleopatrae morte v. Plut. Anton. cap. 78 sq. Dio Cass. LI, 11 sqq. Strab. XVII, p. 755. Zonar. X, 31. Liv. CXXXIII. Vell. Paterc. II, 87. Sueton. Octav. cap. 17. Flor. IV, 11, 10. Eutrop. VII, 7. Aurel. Vict. de Vir. Ill. cap. 86. Oros. VI, 19. Cf. Tertull. Ad Mart. cap. 4.

g. post Carthaginensem feminam] Cf. infra II, 9. et Ad Mart. cap. 4. Appian. VIII, 130. Valer. Max. III, 2, 8. Flor. II, 15. Oros. IV, 23.

rem docuerat invadere ipsa Dido. Sed et tormenta mulier Attica fatigavit tyranno negans, postremo, ne cederet corpus et sexus, linguam suam pastam expuit, totum[h] [5]eradicatae confessionis ministerium[i]. Sed vestris ista ad gloriam, nostris ad [6]duritiam deputatis. Destruite nunc gloriam maiorum, quo nos quoque [7]destruatis. Contenti estote detrahere etiam [8]laude parentum ad [9]praesens, ne nobis locum detis de his. Forsitan et temporum qualitas [10]robu*stio*ris antiquitatis exegerit ingenia duriora[k]. At nunc [11]tranquillitate pacis et ingenia mitiora et mentes hominum etiam in [12]extraneos. *Esto,* inquitis, veteribus vos comparate; nobis necesse est in vobis [13]odio prosequi quod a nobis non probatur, quia nec invenitur in [14]nobis. Respondete igitur ad singulas species. Non eadem voce [15]exempla deposco. Si contemptu scilicet mortis gladius de maioribus [16]fabulas fecit, utique non vitae amore gladio vos [17]ad lanistas [18]auctoratis, *metu* mortis nomen militiae datis[l]. Si feminae [19]alicui de bestiis famosa mors est, [20]medio quotidie pacis sponte libera ad bestias itis. Si crucem, configendi corporis machinam, nullus adhuc ex vobis Regulus pepigit[m], attamen iam ignis contemptus evasit, ex quo se quidam proxime vestiendum incendiali

5. eradicatae *ab.* e .. dicatae *Aφ. et Aβ.* 6. duritiam *Aβab.* d ...tiam *Aφ.* 7. destruatis *ab.* des ... atis *Aφ. et Aβ.* 8. laude *Aa.* laudi *b. Gothofredus.* 9. praesens *ab.* prae .... *Aφ. et Aβ.* 10. robustioris *bγ.* robu .... ris *Aa.* 11. tranquillitate *A., teste Gothofredo, qui probat et ita edi voluerat.* tranquillitas (*Aφ*)*ab.* tranquil ..... *Aβ.* 12. extraneos. Esto, inquitis *ego.* extraneos .... Ergo, inquitis *b.* extraneos ..... inquitis *a.* extraneos esse inquitis *γ.* extraneos .... inquitis *Aβ.* extraneo ... Inquitis *Aφ. Hildebrandus deprehendere sibi visus est* extraneost. Inquitis, *quamvis fugientibus litteris.* 13. odio prosequi *Aβab.* odi .... *Aφ.* 14. nobis. Respondete *ab.* nobis ... pondete *Aβ.* nobi .... pondete *Aφ.* 15. exempla deposco *ab.* exem ..... co *Aφ.* exem ..... co *Aβ.* 16. fabulas fecit, utique *ab.* fabu ..... utique *Aβ. et Aφ.* 17. ad lanistas *b. Gothofredus.* adlatant stas *Aa.* 18. auctoratis, metu mortis *γ.* auctoratis, sed mortis *b.* auctoratis ..... mortis *a.* auctora ..... mortis *Aβ. et Aφ.* 19. alicui *b.* aliquid *A.* 20. medio *b. Gothofredus.* medie *Aa.*

h. totum] h. e. in totum. Cf. Buenem. ad Lactant. Epit. cap. 61. p. 1317. Alii *totum* ad *ministerium* trahunt.

i. ministerium] h. e. ministram. Cf. Apolog. cap. 39 „pro *ministeriis* eorum." Cf. adnot. ad De Corona cap. 5.

k. exegerit ingenia duriora.] His verbis ex mente gentilium sibi ipsi respondet, quo fortius statim hanc obiectionem infringat et destruat. Robustior, inquitis, antiquitas et duriora ingenia exegerit, at nunc sunt tranquilliora tempora, ut supervacanea iam sit vestra animi duritia et obstinatio illa qua nec tormenta nec mortem obire pro religione vestra recusetis. Immo, respondet, quia tranquillitate pacis et ingenia sunt mitiora et mentes hominum, sunt etiam in extraneos. Qui fit igitur, ut omnibus cruciatibus, ut omni mortis genere in nos saeviatis?

l. metu mortis nomen militiae datis.] Verte: Wenn nämlich das schwert ob der todesverachtung von den vorfahren sagen schuf, so verkauft ihr euch wahrhaftig nicht aus liebe zum leben an die lanisten, tretet nicht aus furcht vor dem tode ins kriegsheer ein."

m. pepigit] Ipsius cruciatui pepigit atque erexit.

tunica ad certum usquequaque locum auctoravit[n]. Si flagris mulier insultavit, hoc quoque [21]proxume inter venatorios ordine transcurso remensus est[o], ut taceam de [22]Laconica gloria[p].

Hucusque, opinor, horrenda obstinationum Christianarum. Quae si [1]vobiscum communicamus, superest deridenda personarum conferamus. [2]Quanquam de persuasionibus omnis obstinatio nostra praestruitur; mortuorum enim praesumimus resurrectionem. Spes resurrectionis fastidium est mortis. Ridete igitur quantumlibet stupidissimas mentes quae moriuntur ut vivant, sed [3]quo facilius rideatis et resolutius decachinnetis[a], arrepta [4]spongia vel [5]inter*im* lingua[b] delete litteras interim vestras, quae similiter [6]asseverant animas in corpora redituras. Attamen quanto acceptabilior nostra praesumptio est, quae in eadem corpora redituras defendit? vobis autem quanto vanius traditum est hominis spiritum in cane vel mulo aut [7]pavone rediturum? Item iudicium annuntiamus a deo pro cuiusque meritis post [8]interitum destinatum. Id vos Minoi et Rhadamantho adscribitis, [9]iustiore *interim* Aristide recusato. Eo iudicio iniquos aeterno igni, pios et [10]insontes amoeno in loco dicimus Cap. XIX.

21. proxume *Aφa.* proxime (*Aβ*)*b.* 22. Laconica *b.* calonica *Aa.*

Cap. XIX. 1. vobiscum *ab.* nobiscum *A.* 2. Quanquam *Aβa.* 3. quo facilius *ab.* quo ..... ius *Aφ. et Aβ.* 4. spongea *Aa.* 5. interim lingua *b.* interea lingua *γ.* inter .. lingua *Aβa.* inter .... ngua *Aφ.* 6. asseverant animas *ab.* asseverant ..... as *Aβ. et Aφ.* 7. pavone rediturum *Aβab.* pavo ..... ũ *Aφ.* 8. interitum *Hildebrandus adnotavit in A. ab secunda manu esse additum.* 9. iustiore interim Aristide *b.* iustiore ..... Aristide *Aβa.* iustiore ..... stide *Aφ.* 10. *Syllabam* tes *in voce* insontes *et vocem* ameno *manus sec. in A. addidit, teste Hildebrando.*

n. vestiendum incendiali tunica ad certum usquequaque locum auctoravit.] Scil. iturum. Cf. Ad Martyr. cap. 5 „Iam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent.“ De tunica incendiali cf. Senec. Epist. 14. Iuven. Sat. VIII, 235. Martial. Epigr. X, 15.

o. inter venatorios ordine transcurso remensus est] Subaudi *aliquis,* aut rescribe *remensum* pro *remensus.* De ellipsi illa v. adnot. supra ad cap. 16. *Remetiri* est iterare. *Venatorios* appellat venatores circi, de quibus v. Cassiodor. Var. V, 52. Apul. Metam. IV, 13. Buleng. de Venat. Circi cap. 31. (in Graevii Thes. Antiqu. Rom. tom. IX, p. 810 sqq.) Lips. de Milit. Rom. V, 14. p. 345. ed. Vesal. Tertull. Ad Martyr. cap. 4 „Alii inter *venatorum* taureas scapulis patientissimis inambulaverunt.“ Acta SS. Perpetuae et Felicitatis cap. 18 „Ad hoc populus exasperatus flagellis eos vexari pro *ordine venatorum* postulavit.“

p. Laconica gloria.] Quaenam significetur cognosces ex Apolog. cap. 50.

Cap. XIX. Concordat Apologetici cap. 47. 48. 49.

a. decachinnetis] Apolog. cap. 47 „gehennam si comminemur, *decachinnamur.*“ Gloss. Lat. Vet. in Ang. Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 519: „*Decachinnantem,* deridentem.“

b. arrepta spongia vel interim lingua] Delendis quae non placebant spongiae, passim et linguae, negotium fuisse constat. Hinc apud Non. p. 96, 13. Merc. in fragmento Varronis spongia appellatur *deletilis.* Cf. praeterea Macrob. Sat. II, 4. init. Suet. Octav. cap. 85. Auson. Ep. VII, 4. Martial. Epigr. IV, 10. Iacobs ad Anthol. Gr. tom. XI, p. 162. *Linguam* et *spongiam* iungit item Sueton. Calig. cap. 20 „eos qui maxime displi-

perpetuitatem transacturos. Apud [11]vos quoque [12]Pyriphlegethontis et Elysii non [13]alias condicio disponitur. Nec mythici ac [14]poetici[c] soli talia canunt, sed et [15]philosophi de animarum [16]reciprocatione[d] et iudicii distributione confirmant.

Cap. XX. [1]Quonam igitur usque, iniquissimae nationes, non agnoscitis, immo insuper execramini vestros, si nihil [2]inter nos diversitas habet, si unum et eidem sumus? Quia non odistis quod estis, date dextras potius, compingite oscula, miscete complexus, cruenti cum cruentis, incesti cum incestis, coniurati cum coniuratis, obstinati et vani cum aequalibus. Pariter deorum numina laesimus, pariter indignationem eorum provocamus. Habetis et vos tertium genus[a] etsi non de tertio ritu, attamen de tertio sexu. Illud aptius de viro et femina viris et feminis iunctum[b]. Aut [3]numquid ipso vos collegio offendimus? Solet aequalitas aemulationis[c] materiam sumministrare. Sic figulus figulo, faber fabro invidet[d]. Immo iam

11. vos quoque *Aφ*. vos .... quoque *a*. vos locus quoque *γ*. vos ..... e *Aβ*. vos ..... quoque *b*. 12. pyriflegetontis *Aa*. 13. alias condicio *ego*. alias indicio *Aa*. alia conditio *b*. 14. poetici *b. Gothofredus*. petici *Aa*. 15. phylosophi *Aβ*. 16. reciprocatione *b. Gothofredus*. recipi provocatione *Aa*.

Cap. XX. 1. Quonam *b. Gothofredus*. Quoniam *Aa*. 2. internos *Aφ*. 3. numquid *Aβa*.

cuissent *scripta sua spongia linguave delere* iussos."

c. poetici] Arnob. Adv. Natt. V, 1 „Esto, ab ludentibus *poeticis* cuncta illa prodita sint" cett., ubi cave ne quid mutes Hildebrandum secutus.

d. animarum reciprocatione] Apolog. cap. 48 „animarum *reciprocandarum* in corpora."

Cap. XX. a. Habetis et vos tertium genus] Alexander Severus, narrante Lampridio [p. 121. ed. Salm.] „tertium genus hominum eunuchos esse dicebat, nec videndum nec in usu habendum a viris, sed vix a feminis nobilibus." (Rigalt.) Recte Rigaltius de eunuchis interpretatur Tertulliani verba. Tertium genus appellatos fuisse Christianos legimus iam supra cap. 8., ubi v. quae adnotavit Gothofredus. Cf. Scorpiac. cap. 10 „Illic constitues et synagogas Iudaeorum, fontes persecutionum apud quas apostoli flagella perpessi sunt, et populos nationum cum suo quidem circo, ubi facile conclamant, Usquequo genus tertium?" Unum genus fuit ethnicorum, alterum Iudaeorum, tertium Christianorum.

b. Illud aptius de viro et femina viris et feminis iunctum.] Aptum scilicet utriusque sexus libidini. Firm. Astron. III, 11 „facit eunuchos et viros sine semine et qui coire non possunt, infames, impudicos, cinaedos." Id. III, 7 „facit eunuchos, abscissos, archigallos aut hermaphroditos, et qui semper haec non agunt, sed patiuntur quae mulieres pati consueverunt, praeposteris libidinum ardoribus vulvae tentigine concitati." Cf. Hieron. Vita Hilar. p. 78. ed. Bened.: „Vadit comitata eunuchis et ancillulis" et paulo post: „procurator calamistratus et in longam et in securam libidinem spado." Martial. Epigr. VI, 67 „Cur tantum eunuchos habeat tua Gellia quaeris? Panice vult fotui Gellia, nec parere." Papias Gloss. „Eunuchorum quidam coeunt et etiam virus emittunt, sed ad gignendum vanum et invalidum." Cf. interprr. ad Iuven. Sat. VI, 366. Brod. Miscell. IV, 21. Muret. V. L. X, 11. Pignor. de Servis in Poleni Supplem. Thes. Antiqu. tom. III, p. 1252 sq.

c. aemulationis] h. e. inimicitiae. V. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

d. Sic figulus figulo, faber fabro invidet.] Hesiod. Opp. et Dies v. 25 sq.

[4]desine simulata confessio[e]! [5]Rediit conscientia *ad* veritatem et ad constantiam [6]verit*atis*. Nam omnia ista in nobis solis erunt et a nobis solis revincuntur[f] [7]quibus *in*lata sunt, [8]agnitione scilicet diversae partis, unde scientia [9]instructa et consilium inspirat et iudicium [10]gubernat. Vestra denique [11]sen*tentia est*, ne causam quis iudicet nisi duobus auditis, quod in nobis solis [12]negle*gitis*. Naturae vitio satisfacitis, ut quae in [13]vobis non refutetis, in [14]aliis *damne*tis, aut quorum [15]reatum[g] in vobis memineritis, ea in alios [16]iactetis. *Diverso* opere [17]occupati eritis[h]: in extraneos casti, in vosmetipsos [18]in*cesti*, exertiores foris, subiecti domi[i]. Haec est iniquitas, ut gnari [19]ab *ignaris*, absoluti a reis [20]iudicemur. Auferte stipulam de oculo vestro, [21]aut *trabem*[k] de oculo vestro, ut stipulam de alieno extrahatis. Emendate vosmetipsos prius, ut Christianos puniatis. Nisi quod emendaveritis, non punietis, immo eritis Christiani; immo si fueritis Christiani, eritis emendati. Discite [22]quid in nobis accusetis, et non accusabitis: recognoscite quid in vobis non accusetis, et accusabitis. Patet [23]iam hinc vobis, quan-

4. desine *ego*. de fine *Aab*. 5. Rediit conscientia ad veritatem *ego*. redigit conscientia veritatem *Aa*. redigit conscientiam ad veritatem *b*. *Gothofredus*. 6. veritatis. Nam *b*. veritas. Nam *γ*. verit..... Nam *Aa*. 7. quibus inlata (*Aφ*)*b*. quibus delata *γ*. quibus.. lata *Aβa*. 8. agnitione *b*. agnitionem *a*. agnitionẽ *Aβ*. *et Aφ*. 9. instructa et *ab*. instru ... et *Aφ*. *et Aβ*. 10. gubernat *b*. gubernatur *Aa*. 11. sententia est, ne *bγ*. sent..... ne *a*. sent.... ne *Aφ*. sen..... ne *Aβ*. 12. neglegitis. Naturae *bγ*. negle..... naturae *a*. negleg.... naturae *Aφ*. et *Aβ*. 13. vobis *ego*. nobis *Aab*. 14. aliis damnetis *ego*. aliis..... tis *Aab*. 15. reatum *b*. *Gothofredus*. relatum *Aa*. 16. iactetis. Diverso opere *γ*. iactetis.... opere *Aφ*. iactetis ..... opere (*Aβ*)*ab*. 17. occupati eritis *ego*. occupatiores eritis *Aab*. 18. incesti, exertiores *bγ*. in..... exertiores *a*. ..... exertiores *Aφ*. *et Aβ*. 19. ab ignaris, absoluti *bγ*. ab..... absoluti *Aa*. 20. iudicamur *A*. 21. aut trabem de *bγ*. aut ..... de *Aa*. 22. quid *A*. quod *ab*. 23. iam *Aφ*. *Ita ego iam prius emendaveram*. etiam (*Aβ*)*ab*.

„καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων, Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.“ Cf. Aristot. Moral. VIII, p. 1300. *„κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιούτους φασὶν εἶναι.“*

e. simulata confessio!] Simulavit modo ethnicos criminum Christianis impactorum confessionem ipsos non magis effugere posse.

f. revincuntur] h. e. refutantur. *Agnitio* est auditio.

g. reatum] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 3.

h. diverso opere occupati eritis] Ita restitui. Librarius scripserat *occupatiores* pro *occupati*, cum oculi eius in sequentem versum ad vocem *exertiores* aberrarint; aut comparativi terminatio accreverit ex sequente vocula *eritis*. Ceterum cf. supra cap. 7 *„Diversum opus* non est scire illos prius.“

i. exertiores foris, subiecti domi.] Praeproperi extraneorum damnatores, propriorum vitiorum indulgentissimi. Gothofredus *exertiores* explicat severiores, disciplinatiores, sed exemplo non probat. Exertus hic est qui severitatem exerit, subiectus igitur qui non exerit, sed qui indulget.

k. aut trabem] h. e. aut potius trabem. Havercampus qui (ad Apolog. cap. 39. p. 330.) verba *stipulam de oculo vestro aut* delenda esse censuit, vim particulae *aut*, quae efficacissimae hic gradationi inservit, non intellexit.

tum aperire potuerimus e [24]pauculis istis libellulis, erroris inspectio et veritatis recognitio. Damnate veritatem, sed inspectam si potestis, et probate errorem, sed repertum si putatis. Quodsi praescribitur vobis errorem amare et odisse veritatem, cur quod amatis et odistis non noveritis?

24. pauculis istis libellulis *A.* paucis istis libellulis *ab.* *Subscriptio in A. est* TERTVLLIANI AD NATIONES LIB I EXPLICIT. INCIPIT LIBER II AD NATIONES.

AD

NATIONES

LIBER SECVNDVS.

Nunc de deis vestris, [1]miserandae nationes[a], congredi vobis- Cap. I.
cum defensio nostra desiderat, provocans ipsam conscientiam vestram ad censendum, an vere dei, ut vultis, an falso, ut scire non vultis. Haec [2]enim *mat*eria est erroris humani per artificem eius, ne ignorantia [3]erroris *vacet*, quo magis rei sitis. Patent oculi, nec vident; hiant aures, nec [4]audiunt; cor stupet saliens, nescit animus quod agnoscit. Denique si [5]tantam perversitatem una praescriptione[b] discuti liceret, [6]in expedito esset nuntiatio, cum omnes istos deos ab hominibus institutos [7]nov*imus*, iam hinc excidere fidem verae divinitatis, quod nihil [8]utique *aliquando* coeptum divinum videri iure possit. Sedenim multa sunt, quibus teneritas conscientiae obduratur in callositatem voluntarii erroris[c]. Ingenti manu veritas obsidetur, [9]et ipsa de sua virtute secura est! Quidni? [10]quemcumque[d] vult, de ipsis adversariis socios protectoresque

Cap. I. 1. miserandae *Aβ*. 2. enim materia (*Aφ*)*bγ*. enim ... eria *Aβa*. 3. erroris vacet, quo *ego*. erroris tollatur, quo *Rigaltius*. erroris eruatur quo *γ*. erroris ..... quo *Aab*. 4. audiunt, cor *ab*. au ..... cor *Aβ*. *et Aφ*. 5. tantam perversitatem *ab*. tant ..... versitatem *Aβ*. *et Aφ*. 6. in expedito esset nuntiatio (*Aβ*)*ab*. in expedito .... untiatio *Aφ*. 7. novimus, iam *ego*. non manifestam *a*. non ..... *b*. non ..... am *Aβ*. non .... s iam *Aφ*. 8. utique aliquando coeptum *b*. utique al ..... coeptum *Aφ*. utique ..... coeptum *Aβ*. utique coeptum *a*. 9. et *Aa*. at *b*. 10. quemcumque *ego*. quoscunque *bγ*. quaecumque *A*.

Cap. I. a. miserandae nationes] Ita appellat etiam lib. I, cap. 7.

b. praescriptione] h. e. exceptione, *παραγραφῇ*. V. adnot. ad Apolog. cap. 7.

c. obduratur in callositatem voluntarii erroris.] Cf. De Test. Animae cap. 6 „Quid igitur vis, homo, de humanis sententiis litterarum tuarum *exisse haec in usus communis callositatem?*“

d. quemcumque] Liber Agobardi habet *quaecumque*. Eodem vitio laborabat lib. I, cap. 7. duobus locis. De structura cf. Apul. Metam. IV, 10 „Sic *unusquisque* proximi saeculi confinio *territus* suppetiatum *decurrunt anxii*.“ Spartian. Vita Severi cap. 15 (p. 615. ed. Salm.): „*suspectos unumquemque idoneum* imperio.“ Cf. Heins. Adverss. I, 8. p. 83. Duker. ad Flor. III, 18. Eckstein ad Vossii Aristarch. III, p. 1025.

sibimet assumit et omnem illam [11] expugnatorum multitudinem[e] prosternit. Adversus haec igitur nobis negotium est, adversus institutiones maiorum, auctoritates receptorum[f], leges dominantium, argumentationes prudentium, adversus vetustatem, consuetudinem, necessitatem, adversus exempla, prodigia, miracula, quae omnia adulterinam [12] istam divinitatem corroboraverint. Quare secundum vestros commentarios, quos ex omni theologiae genere cepistis[g], gradum conferens[h], quoniam maior in huiusmodi[i] penes vos auctoritas literarum quam rerum est, elegi ad compendium Varronis opera[k], qui rerum divinarum ex omnibus retro digestis[l] commentatus idoneum se nobis scopum [13] exposuit. Hunc si interrogem, qui insinuatores[m] deorum, aut philosophos designat aut populos aut

11. expugnatorum *b.* expugnatorem *Aa.* 12. istam divinitatem istam corroboraverint *Aa.* istam divinitatem corroboraverunt *b.* 13. exposuit *b.* et posuit *Aa.*

e. expugnatorum multitudinem] Sunt qui defendunt libri Agobardi scripturam „*expugnatorem* multitudinem." Quorum curiositatem relego ad alterum eiusmodi prodigium Apolog. cap. 25, ubi vel optimi libri praebent „*Graeciam debellatorem.*"

f. auctoritates receptorum] Recepta vocat consuetudinem, ut mox vocatur, seu quae consuetudine, quae traditione recepta: nam et postea institutionibus maiorum respondet vetustas: legibus dominantium necessitas: argumentationibus prudentium exempla. (Gothofr.)

g. cepistis] h. e. hausistis, concepistis.

h. gradum conferens] Cf. quae adnotavero ad Scorpiac. cap. 8.

i. huiusmodi] Vocabulis *huiusmodi* et *eiusmodi* pro substantivis utitur Tertullianus. Exempla adscripsi ad De Baptismo cap. 12.

k. Varronis opera] Et hos Varronis Divinarum libros ad compendium elegit sibique proposuit Augustinus, libris de Civitate Dei. Ceterum e sedecim Varronis Divinarum libris quatuor sibi hic pro scopo Tertullianus delegit: primum scilicet, qui generalis fuit, quoque theologiae divisionem illam triplicem Varro complexus fuerat; quo pertinent octo priora huius libri capita: tum postremos tres, puta decimum quartum, decimum quintum, decimum sextum; in quibus Varro de diis Romanorum egerat, puta de diis certis libro XIV., de incertis libro XV., de praecipuis atque selectis libro XVI., libro operis novissimo. Atque his refutandis Tertullianus posteriorem huius libri partem impendit. (Gothofr.)

l. ex omnibus retro digestis] De Tertullianeo *retro* v. adnot. ad De Spectac. cap. 9. *Digerere* et *digestum* Tertulliano usitatissima sunt vocabula. Pauca exempla adscribo. Apolog. cap. 19 (segmento libri Fuld.): „penes quem et temporum ordo *digestus.*" Ad Natt. II, 11 „Non contenti eos deos asseverare qui visi retro, auditi contrectatique sunt, quorum effigies descriptae, negotia *digesta*" cett. Ibid. I, 7 „Viderimus de fide istorum, dum suo loco *digeruntur.*" Ibid. I, 9 „quot pestes, fames, ignes, hiatus motusque terrarum saeculum *digessit?*" Ibid. II, 9 „Haec secundum tripertitam dispositionem Varronis divinitatis aut notiora aut insigniora *digessimus.*" Ibid. I, 11 „Is enim in quarta Historiarum suarum, ubi de bello Iudaico *digerit*" cett. Cf. Cod. Iustin. I, 17, 3 „Quos libros *digesta* seu pandectas appellavimus, ex eo quod legum habeant divisiones et decisiones, itemque ex eo quod omne in unum congregatum receperint."

m. insinuatores] h. e. qui suppeditant, suggerunt et intimant, doctores. De vocabulis *insinuare, insinuatio, insinuator* cf. Salmas. ad Capitol. p. 406. Buenem. ad Lactant. Inst. Div. VII, 12 p. 926. Dederich Introd. ad Dict. Cret. p. XLIX sq. interprr. ad Apul. Metam. VII, 11. Gloss. Philox. „*Insinuate, δηλώσατε.*" „*Insinuatio, διδασκαλία.*" Cf. Du Cangii Lexicon s. v. *Insinuator* legitur in loco corrupto Arnobii Adv. Natt. I. 63 „Cum enim de animarum periculis multa mala de illarum contra *insinuator*, *magister*

poëtas. Triplici enim genere deorum censum distinxit: unum esse physicum, quod philosophi retractant, aliud mythicum, quod inter poëtas volutetur, tertium gentile, quod populi sibi quique adoptaverunt. Igitur cum [14]philosophi physicum coniecturis concinnarint, poëtae mythicum de fabulis traxerint, populi gentile ultro praesumpserint, ubinam veritas collocanda? In coniecturis? Sed [15]in*certa con*ceptio est. In fabulis? Sed foeda relatio est. In [16]adoptionibus? [17]Sed *passiva*[n] et municipalis adoptatio est. Denique apud [18]philosophos incerta, quia varia, apud poëtas omnia indigna, quia turpia, apud populos passiva omnia, quia voluntaria. Porro divinitas, si veram retractes, ea definitione est, ut [19]ista neque argumentationibus incertis colligatur, neque fabulis indignis contaminetur, neque adoptionibus passivis iudicetur; haberi enim debet, sicut est, certa, integra, communis, quia scilicet omnium. Ceterum quem deum credam? Quem suspicio aestimavit? Quem historia iactavit? Quem civitas voluit? Dignius multo neminem credam quam dubitandum, aut pudendum, aut adoptivum.

Sed physicorum auctoritas philosophorum ut mancipium sa- Cap. II.
pientiae[a] patrocinatur. Sane mera sapientia [1]philosophorum, cuius infirmitatem prima haec contestatur varietas opinionum, veniens de ignorantia veritatis. Quis autem sapiens expers veritatis, qui ipsius sapientiae ac veritatis patrem et dominum deum [2]ignoret? *Nam et* divina alias enuntiatio Solomonis, Initium, inquit, [3]sapientiae *metus* Proverb. IX, 10. Psalm. XI, 10.
in deum. Porro[b] timoris origo notitia est; quis enim timebit quod [4]ignorat? Ita qui deum timuerit [5]ignotior omnium[c], deum omnium

14. phylosophi *Aβ*. 15. incerta conceptio *b*. incerta deceptio (*aut* praeceptio) *γ*. in ..... ceptio *Aβa*. in ..... ceptio *Aφ*. 16. adoptionibus *Aa*. adoptationibus *b*. 17. Sed passiva et *bγ*. sed ..... et *Aβa*. sed ..... et *Aφ*. 18. philosophos incerta quia *ab*. philosophos ..... quia *Aβ*. *et Aφ*. 19. ista *ego*. istud *Aab*.

Cap. II. 1. phylosophorum *Aβ*. 2. ignoret. Nam et *ego*. ignoret. Nam etiam *γ*. ignoret ..... (*Aβ*)*ab*. ignoret ... et *Aφ*. 3. sapientiae metus in *bγ*. sapientiae ..... in *Aa*. 4. ignorat? Ita qui *b*. ignorat? Itaque *a*. igno ..... q[ꝫ] *Aφ*. ignorat? Quique *γ*. 5. ignotior omnium, deum *ego*. ignotio omnium deum *Aa*. *In b. haec verba non comparent.*

atque auctor ad officiorum convenientium fines suas leges et constituta direxit" cett., ubi vario modo emendant. Alterum locum ex Codice indicat Dirksen Manuale s. v. *Insinuatrix* est reperire apud Augustinum Epist. CX. (al. CXXXV.): „Epistola rem quidem mihi in te notissimam *insinuavit;* veruntamen etsi non mihi rei novae *insinuatrix*, nova tamen rescriptorum exactrix fuit."

n. passiva] V. adnot. ad De Corona cap. 8.

Cap. II. Concordat Apologetici cap. 46. 47.

a. mancipium sapientiae] Genitivum *mancipium* firmat libri Agobardini auctoritas. De voc. *manceps* cf. adnot. ad De Idol. cap. 1.

b. Porro] h. e. at enim, atquin. V. adn. ad De Corona cap. 7. De loco cf. De Praescr. Haeret. cap. 43 „Ubi deus, *ibi metus in deum, qui est initium sapientiae.*", et hoc ipso huius libri capite, paulo infra: „exorbitantes scilicet *ab initio sapientiae, id est metu in deum.*"

c. ignotior omnium] h.e. etiamsi ignarior omnium. V. Oudendorp. ad Sueton. Galb. cap. 3. Drakenb. ad Liv. XXXVI, 43, 7.

notitiam et [6]veritatem adsecutus plenam atque perfectam sapientiam obtinebit. Hoc [7]autem philosophiae non liquido successit. Licet enim per curiositatem [8]omnimodae litteraturae inspiciendae divinis quoque scripturis, [9]ut antiquioribus, *possint* videri incursasse et inde nonnulla dempsisse, cum [10]tamen *interpolarunt*, probant sese aut omnia [11]despexisse aut non [12]omnibus *credidisse* (nam et alias [13]veritatis simplicitas per [14]scrupulositatem *passivae*[d] fidei nutat), et ita accedente libidine gloriae ad proprii ingenii opera mutasse, per quod [15]*in* incertum abiit etiam quod invenerant et facta est argumentationum inundatio de stillicidio uno atque alio veritatis. Invento enim solummodo [16]*deo* non ut [17]invenerunt exposuerunt, ut de [18]qualitate eius et de natura, etiam de [19]sede[e] disceptent: Platonici quidem curantem rerum et arbitrum et iudicem, Epicurei otiosum et inexercitum et, ut ita dixerim, neminem, positum vero extra mundum Stoici, [20]intra mundum Platonici. Quem non penitus admiserant, neque nosse potuerunt neque timere nec inde sapere, [21]exorbitantes scilicet ab initio sapientiae, id est metu in deum. Extant testimonia tam ignoratae quam dubitatae inter philosophos divinitatis. Diogenes consultus, quid in caelis agatur, [22]Numquam, inquit, ascendi[f]. Item, an dei essent, Nescio, inquit, nisi ut sint[g] expedire. Thales Milesius [23]Croeso sciscitanti, quid de deis arbitraretur, post aliquot deliberandi commeatus[h], Nihil, renuntiavit. Socrates ipse deos istos quasi certus negabat. Idem Aesculapio [24]gallinaceum secari quasi certus iubebat. Et ideo cum tam incerta et [25]inconstans definiendi de deo philosophia deprehenditur, quem

6. veritatem adsecutus *ab.* verita..... secutus *Aβ. et Aφ.* 7. autem philosophiae (*Aβ*)*ab.* autem..... phiae *Aφ.* 8. omnimodae litteraturae *ab.* omnimo..... raturae *Aφ. et Aβ.* 9. ut antiquioribus possint videri *b.* ut antiquioribus ..... videri *Aφa.* ut antiquioribus p..... videri *Aβ.* 10. tamen interpolarunt *ego.* tamen ..... nt *Aφ.* tamen ..... nt (*Aβ*)*ab.* tamen aberrant *γ.* 11. dispexisse *A.* 12. omnibus credidisse *γ.* omnibus ..... *Aab.* 13. veritatis *b. Gothofredus.* everitatis *Aa.* 14. scrupulositatem passivae fidei nutat *ego.* scrupulositatem ..... ue denutat *Aφ.* scrupulositatem ..... fide nutat *Aβ.* scrupulositatem ..... ue fide nutat *ab.* scrupulositatem plerumque fide nutat *γ.* 15. in incertum *ego.* incertum *Aab.* 16. deo *ego.* eo *Aab.* 17. invenerunt (inveneř *Aφ.*) *Aab.* invenerant *alii.* 18. qualitate *Rigaltius.* qualitatis *Aab.* 19. sede *b.* fide *Aa.* 20. intra *b.* extra *Aa.* 21. exhorbitantes *a.* 22. numquam *Aβ.* 23. Croesso *Aφa.* 24. gallinacium secari *b.* gallinacium sesecari *Aa.* 25. inconstans definiendi *ab.* in..... definiendi *Aβ. et Aφ.*

d. passivae] Ita supra cap. 1 „*passiva* et municipalis adoptatio est."

e. de sede] Liber Agobardi *de fide.* Atenim in Apologetico *de sede*, h. e. ubi, ut Augustino teste Varro dixit, num extra, num intra mundum. Eam tamen lectionem non ideo hic praeferam. Rectum est hic etiam *de fide*, ut ostendit vers. *Extant estimonia.* (Gothofred.)

f. Numquam, inquit ascendi.] Diog. Laert. VI, 39 „*πρὸς τὸν λέγοντα περὶ τῶν μετεώρων, Ποσταῖος, ἔφη, πάρει ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.*"

g. nisi ut sint] Recte Nourry interpretatus est: Nescio, sed cunctis utile est et expedit deos esse.

h. commeatus] De hoc vocabulo dicam ad De Fuga in Persecut. cap. 9.

[26]potuit *metum habe*re eius quem non liquido tenebat determinare[i]? De [27]mundo *deo di*dicimus[k]. Hunc enim physicum theologiae genus [28]cogunt[l], *quando i*ta deos tradiderunt, ut Dionysius Stoicus[m] trifariam [29]eos dividat. Unam vult speciem quae in promptu sit, ut Solem, [30]Lunam, *Astra;* aliam, quae non compareat, ut Neptunum; [31]reliquam, quae de hominibus ad divinitatem transisse dicitur, ut Herculem, Amphiaraum. Aeque [32]Arcesilaus trinam formam divinitatis ducit, Olympios, Astra, Titaneos, de Caelo et Terra: ex his, Saturno et Ope Neptunum, Iovem et Orcum, et ceteram successionem. Xenocrates [33]Academicus[n] bifariam facit, Olympios et Titanios, qui de Caelo et Terra. Aegyptiorum plerique [34]quattuor deos credunt, Solem et Lunam, Caelum ac Terram. Cum reliquo igni superno deos [35]ortos Democritus suspicatur, cuius instar vult esse naturam [36]Zenon. Unde et Varro ignem mundi animum facit[o], ut perinde in mundo ignis omnia gubernet sicut animus in nobis. [37]Atqui vanissime. Nam cum est, inquit, in nobis, ipsi sumus; cum exivit, emorimur. Ergo et ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur.

[1]His ita expeditis videmus [2]physicum istud ad hoc subornatum, Cap. III.
ut deos [3]elementa contendat, [4]cum ex his etiam alios deos natos alleget; dei enim nonnisi [5]de deis nascerentur. Quos[a] quoniam in

26. potuit metum habere *ego.* potuit metum subire *γ.* potuit ..... re *ab.* pot .....re *Aβ.* po....re *Aφ.* 27. mundo deo didicimus *ego.* mundo.... dicimus *Aab.* mundo isto (*aut* istud) dicimus *γ.* 28. cogunt, quando ita *ego.* cogunt q.....ta *Aab.* cogunt. Quid? non ita *γ.* 29. eos dividat *ego.* deos dividat *ab.* deos div.... *Aβ.* div..... *Aφ.* 30. Lunam, Astra; aliam *ego.* lunam, aetherem, aliam *γ.* lunam..... aliam *Aab.* 31. reliquam, quae de hominibus *ab.* reliquam ..... minibus *Aφ. et Aβ.* 32. Actesilaus trinam *Aβa.* accesilau strinam *Aφ.* 33. Acadamicus *Aβ.* 34. quattuor *Aβa.* 35. hortos *Aa.* 36. Zenon *Aa.* Zeno *b.* 37. Atqui *ab.* atqi *Aβ.* atq[3] *Aφ.*

Cap. III. 1. His ita expeditis *ab.* his ita ..... tis *Aβ. et Aφ.* 2. hysicum *A.* 3. elementa contendat *ab.* elementa ... tendat *Aβ. et Aφ.* 4. cum ex his *Aab.* cum his *alii.* 5. de deis nascerentur *ab.* d.... nascerentur *Aβ. et Aφ.*

i. tenebat determinare?] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

k. didicimus.] Gothofredus vult suppleri et scribi: *de mundo istud* (vel *isto*) *dicimus* (*huc enim physicum theologiae genus cogunt*). *Quid? non ita deos tradiderunt* cett., quod ita interpretatur: Nempe incertam et inconstantem philosophorum de deo definitionem ait se mundi exemplo ostensurum, quo cum alioquin omnes philosophorum de diis sententiae referantur, ut ostendit pariter ex Varrone Augustinus De Civ. Dei VII, 28 et 29., et sic physica theologia omnis, attamen varie id fieri admodum a philosophis.

l. cogunt] h. e. concludendo efficiunt, argumentantur, fingunt. Erant qui *colunt* rescribendum voluerunt.

m. Dionysius Stoicus] Dionysium aliquem Stoicum commemorant Cic. Tuscul. II, 11. Diog. Laert. VI, 43. Eudoc. Violar. p. 138.

n. Xenocrates Academicus] Cf. Stob. Ecl. Phys. I, 3. p. 62. (ed. Heeren.) Clem. Alex. Protr. p. 19. Cic. de Nat. Deor. I, 13., qui tamen discrepant.

o. Varro ignem mundi animum facit] Augustin. de Civ. Dei VII, 6 et 29.

Cap. III. a. Quos] Deos alios, ex elementis natos.

mythico apud poëtas plenius suo loco examinabimus, tamen, quod de ipsis interim retractandum est [6]quod ad praesentem speciem facit, simul et de praesenti specie [7]ad ipsos *conversi forsan* ostensuri sumus deos nullo modo videri posse qui de elementis nati dicuntur, [8]ut iam hinc praeiudicatum sit deos elementa non [9]esse, cum qui de elementis nati dicuntur, dei non sunt; aeque [10]demonstran*tes elemen*ta deos non esse ad illam [11]agnatorum speciem [12]praestru*emus recte deos* non esse[b] defendi quorum parentes, id est elementa, dei non sunt. [13]Scitum deum e deo nasci, quemadmodum de non deo non deum[c]. Igitur quod elementa [14]contineat mundus iste, ut summaliter[d] tractem de universitate, partibus eius praeministrans[e] (nam quae [15]condicio eius, eadem utique erit et elementorum [16]et membrorum), aut ab aliquo institutus sit necesse est, qua Platonis humanitas, aut a nullo, [17]qua Epicuri duritia; et si institutus est, habendo initium habebit [18]etiam finem. Ita quod aliquando non fuit ante initium et quandoque non erit post finem, non capit utique videri deus, carens substantia divinitatis id est aeternitate, quae sine initio et fine censetur. Si vero institutus omnino non est ac propterea deus habendus, quod ut deus neque initium neque finem sui patitur, quomodo quidam assignant elementis, quae deos volunt, generationem, cum Stoici negent quicquam [19]deo nasci? Item quomodo volunt quos de elementis natos ferunt [20]deos haberi, cum deum negent nasci? Itaque quod mundi erit, hoc elementis [21]adscribetur, caelo dico et terrae et sideribus

6. quod ad praesentem *ab*. quod.... aesentem *Aβ*. quod ad..sentem *Aφ*. 7. ad ipsos conversi forsan *ego*. ad ipsos .....an *Aφ*. ad ipsos .....an *ab*. ad ipsos arguendo iam *γ*. 8. ut iam *ab*. iam *A*. 9. esse cum qui de *ab*. esse ..... de *Aφ*. *et Aβ*. 10. demonstrantes elementa *A*., *teste Gothofredo in secundis curis*. demonstrando orta *ab*. demonstran..... ta *A*. 11. agnatorum *b*. *Gothofredus*. magnatorum *Aa*. 12. praestruemus recte deos non esse *γ*. praestruemus recte non esse *b*. praestrue..... non esse *Aφa*. praestrue..... on esse *Aβ*. 13. Scitum *vocabulum Gothofredus et Hildebrandus in A. sibi visi sunt oculis eruisse. Non deprehendit Baluzius*. 14. continet *Gothofredus*. 15. condicio *A*. 16. ut membrorum *Gothofredus*. 17. qua (*Aβ*. *et Aφ*.)*b*. quae *a*. 18. etiam finem *ego*. et finem *b*. et infinem *Aa*. 19. deo nasci *bγ*. d..nasci *Aa*. 20. deos haberi *ab*. deos..beri *Aβ*. *et Aφ*. 21. adscribetur *ab*. ad....etur *Aβ*. *et Aφ*.

b. non esse] h. e. non licere, non posse. Apolog. cap. 7 et De Testim. An. cap. 5. „*est aestimare*." De Corona cap. 8 „*recognosci est*." Ibid. cap. 10 „floribus *frui est*." Arnob. Adv. Natt. V, 1 „quibusnam modis *esset* intractabilis illa feritas *edominari*."

c. de non deo non deum.] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 2.

d. summaliter] Adv. Hermog. cap. 31. „Et ita novum non est, ut id solum quod continet nominetur, qua *summale*, in isto autem intellegatur et quod continetur, qua portionale." Tale et illud apud nostrum non semel *massaliter*. (Gothofr.)

e. praeministrans] Pro *ante ministrans*: Ad Uxor. I, 2 „Igitur per licentiam tunc passivam materiae subsequentium emendationum *praeministrabantur*." simpliciter pro „ministerium exhibere." De Baptismo cap. 11 „semper is dicitur facere, cui *praeministratur*." (Gothofr.)

et igni, quae deos et deorum [22]parentes adversus negatam generationem dei et nativitatem [23]frustra *vobis* credi proposuit Varro, [24]ut qui Varro [25]indicaverat animalia esse caelum et astra[f]. Quod si ita est, etiam mortalia sint necesse est, secundum [26]animalis formam[g]; nam etsi immortalem constat animam, ipsi hoc soli [27]licebit, non etiam illi cui [28]adnectatur, id est corpori. Nemo autem [29]negabit *elementis* corpus esse, cum et contingamus ea et contingamur ab eis, [30]cer*taque cor*pora ex illis decidere[h] videamus. Ergo si animalia [31]deposit*a ratio*ne animae, qua corporum [32]condicio, mortalia, [33]non utique *immortalia*. Et tamen unde animalia Varroni videntur elementa? [34]Quoniam *elementa mo*ventur. Ac ne ex diverso[i] proponatur, multa alia [35]moveri, *ut rotas*, ut plaustra, ut machinas ceteras, ultro praevenit dicens eo animalia credita, quod per semetipsa moverentur, nullo extrinsecus apparente motatore[k] eorum [36]aut incitatore[l], sicuti apparet qui rotam compellit et plaustra volvit et machinam temperat. Igitur nisi animalia, non mobilia per se. Porro[m] allegans quid non appareat, ostendit quid quaesisse debuerat, id est artificem et arbitrum motus; neque enim statim non est quod, quia non videmus, non credimus esse. Immo eo altius investigandum est quod non [37]videatur, ut quod videatur quale sit scire [38]possimus. Alioquin si tantum ea quae comparent ideo esse [39]credantur quia comparent, quomodo deos etiam [40]eos

22. parentes ($A\beta$)*ab*. p..rentes *Aφ*. 23. frustra vobis credi *γ*. frustra u.... credi *Aφ*., *et Gothofredus secundis curis ita in A. legit*. frustra credi ($A\beta$)*ab*. 24. ut *ego*. et *Aab*. 25. indicaverat *ab*. indicaveř (*h. e.* indicaverunt) *Aβ. et Aφ*. 26. animalis formam *ab*. anim.... formam *Aβ. et Aφ*. 27. licebit *ab*. lic..... *Aβ*. lic... *Aφ*. 28. adnectatur *Aβ., et ita edi se voluisse Gothofredus in Erratis adnotavit*. adnectitur (*Aφ*)*ab*. 29. negabit elementis corpus esse *ego*. negabit mortale corpus esse *bγ*. negabit..... corpus *Aa*. 30. certaque corpora *ego*. certaque tempora *γ*. certa corpora *b*. cer..... pora *Aφ*. cer..... pora *Aβa*. 31. deposita ratione *bγ*. deposit..... ne *Aa*. 32. condicio *A*. 33. non utique immortalia. Et *ego*. non utique dii elementa. Et *bγ*. non utique..... Et *a*. non utique..... Et *Aφ. et Aβ*. 34. Quoniam elementa moventur *bγ*. Quoniam ..... ventur *a*. qm̃..... ventur *Aφ*. 35. moveri, ut rotas *b*. moveri non animalia *γ*. mover..... *Aa*. 36. aut incitatore, sicuti *ego*. et initiatore, sicuti *Gothofredus*. aut minatore, sicut *b*. ut iniatore *Aa*. 37. videtur *Gothofredus*. 38. possimus *Aa*. possumus *b*. 39. credantur quia comparent *Aβa*. creduntur quia comparent *b*. credantur qua..mparent *Aφ*. 40. eos recipitis *bγ*. eos..cipitis *Aa*.

f. Varro indicaverat animalia esse caelum et astra.] Cf. Augustin. de Civ. Dei VII, 6. 23. 24. 28.

g. formam] h. e. legem, condicionem. V. adnot. ad De Idolol. cap. 18.

h. ex illis decidere] De caelo ut lapides, ut per noctem scintillas.

i. ex diverso] Cf. adnot. ad libellum Ad Scapul. cap. 2.

k. motatore] Idem vocabulum occurrit in fine capitis „*Motatorem* dico caelestium rerum;“ et De Anima cap. 12 „ut volunt qui etiam universitatis *motatorem* decernunt illum deum Socratis.“

l. incitatore] Sic emendavi. Prudent. Peristeph. X, 67 „*Incitator* et fax omnium.“ Ammian. Marcell. XXVIII, 1 „Malesanus *incitator*.“ Fronto de Eloqu. „Fauni vaticinantium *incitatores*.“

m. Porro] Atquin. V. adnot. ad I, 2.

*re*cipitis qui non comparent? si autem videntur esse qui non sunt, cur non [41]sint *et qui* non videntur? Motatorem dico caelestium rerum. Sint ergo et [42]anima*lia*, quia mobilia per se, [43]etiam mobilia per se, quia non per alium, [44]tamen *ut ea* non statim dei, quia animalia, ita nec ideo, quia per se mobilia: [45]aut *quid* vetat universa animalia, ut mobilia per se, deos [46]haberi? *Et hoc a*lia sane vanitate Aegyptiis licet[n].

Cap. IV. Aiunt quidam propterea [1]deos *fuisse appell*atos quod [2]*θέειν* et *σείεσθαι* procurrere ac motari interpretatio [3]est[a]. *Ergo iam* vocabulum istud non est alicuius maiestatis; a cursu enim et [4]motu, *non ab divini*tatis eis dominatione[b] formatum est. Sed cum etiam ille unus [5]Deus *quem colimus θεός* cognominetur, nec tamen aut motus ullus aut [6]cursus *eius appare*at, quia nec visibilis cuiquam sit, palam est ut vocabulum [7]istud *sit aliunde de*sumptum, propriumque, [8]quia a se nativum, divinitatis [9]inventum. *Itaque semota* interpretationis eius astutia verisimilius est non a cursu et motu [10]*θεούς* dictos, sed de appellatione veri dei mutuatum, uti quos aeque deos excudissetis, [11]*θεούς* cognominaretis. Denique quam ita sit, probatio suppetit, cum etiam universos deos vestros, in quibus [12]nullius cursus aut motus officium denotatur, [13]*θεούς* communiter appelletis. Itaque si aeque *θεούς* aeque immobiles, discedit vocabuli interpretatione pariter et divinitatis opinione, [14]quae a cursu et motu modulata[c] rescinditur. Quod [15]si nomen istud

41. sint et qui non *bγ*. sint..... non *Aa*. 42. animalia quia *bγ*. anima... quia *Aa*. 43. et iam *ab*. 44. tamen ut ea non *ego*. tamen illa non *bγ*. tamen.... non *Aa*. 45. aut quid vetat *bγ*. aut.... vetat *Aa*. 46. haberi? Et hoc alia *ego*. haberi? Colere animalia *γ*. haberi..... lia (*Aβ*)*ab*. haberi.....lia *Aφ*.

Cap. IV. 1. deos fuisse appellatos *bγ*. deos..... atos *Aφa*. deos . u..... latos *Aβ*. 2. *θέειν* et *σείεσθαι b*. *θέειν* et *ἐξίεσθαι Gothofredus*. thin et siesta *Aa*. 3. est. Ergo iam vocabulum *γ*. est. Sane vocabulum *b*. est..... vocabulum *Aφa*. 4. motu, non ab divinitatis eis dominatione *ego*. non ab divinitatis denominatione *b*. motu nomen divinitatis denominatione *γ*. motu..... tatis dominatione *Aa*. 5. deus quem colimus *θεός bγ*. deus..... s theos *Aa*. 6. cursus eius appareat *bγ*. cursus..... at *Aa*. 7. istud sit aliunde desumptum *γ*. istud ..... sumptum *Aab*. 8. quia a se *Gothofredus*. quia se *Aab*. 9. inventum. Itaque semota interpretationis *γ*. inventum ..... interpretationis *Aab*. 10. theos *Aβ*. 11. theos *Aβ*. 12. nullius *b*. nullus *Aa*. 13. theos *Aβ*. 14. quae a cursu *b*. qua cursu *Aa*. 15. si *b*. *Gothofredus*. is *Aa*.

n. Et hoc alia sane vanitate Aegyptiis licet.] Et hoc quidem Aegyptii sibi indulgent, etsi vanitas eorum aliam causam habeat.

Cap. IV. a. procurrere ac motari interpretatio est.] Breviloquentia. Verte: weil *θέειν* auch die bedeutung von *σείεσθαι*, von procurrere und von motari hat." De hoc veriloquio v. Plat. Cratyl. pag. 397. D., ibique Proclus., Euseb. Praep. Evang. I, 13. Macrob. Sat. I, 23.

b. dominatione] Rigaltius edidit *denominatione*, quod praeplacet.

c. quae a cursu et motu modulata] Ita Rigaltius correxit pro libri Agobardi scriptura corrupta: *qua cursu et motu modulata*. Supra I, 3. verbum *modulari* struxit cum *de* praepositione: „de suavitate vel bonitate modulatum est."

proprium divinitatis, et simplex nec interpretatorium in illo deo, [16]reprehensum[d] in cetera quae deos vultis, docete etiam qualitatis inter illos esse consortium, ut iure consistat collegium nominis communione substantiae. Porro θεός ille iam [17]*hoc* solo, quod non sit in promptu, [18]vacat a comparatione eorum [19]quae in *prompt*u sunt et visui et sensui (sed sensui satis)[e], quod est testimonii ad [20]*diversit*atem occulti et manifesti renuntiatio[f]. Si elementa palam [21]*propos*ita omnibus, si contra deus nemini, quomodo poteris ex ea parte [22]quam *non vi*disti quae vides congredi? Cum ergo non habes coniungere[g] [23]sensu *neque* ratione, quid vocabulo coniungis, ut coniungas etiam potestate? Ecce enim Zeno quoque materiam mundialem a deo separat[h], vel eum per illam [24]tamquam mel per favos transisse dicit. Itaque materia [25]et deus duo vocabula, duae res. Pro discrimine vocabulorum etiam [26]res separantur, etiam materiae [27]condicio vocabulum sequitur. Quodsi materia non est, quia sic et appellatio praescribit, quomodo quae sunt in materia, id est elementa, dei habebuntur, cum membra a corpore [28]ali*enigena* esse non possint? Sed quid ego cum argumentationibus physiologicis? [29]*Sursum mens* ascendere debuit de statu mundi, non in incerta [30]descen*dere*. *Rotunda mun*do Platonica forma[i]. Quadratum eum angulatumque [31]com*mentum ab aliis*, *cre*do, cir-

16. deprehensum *Gothofredus*. 17. Hoc solo *by*. h..solo *Aa*. 18. vacuata comparatione *a.*, *sed correctum in Erratis*. 19. quae in promptu *b*. qui in....tu *Aa*. 20. diversitatem *by*. diver....tem *Aa*. 21. proposita omnibus *by*. propo....omnibus *Aa*. 22. quam non vidisti *by*. quam.....disti *Aa*. 23. sensu neque ratione *γ*. sensu.....ratione *Aab*. 24. tamquam *Aβ*. 25. et deus duo vocabula *b*. et dei vocabula *a*. et.....vocabula *Aβ*. et....vocabula *Aφ*. 26. res separantur, etiam *ab*. res se.....etiam *Aβ*. *et Aφ*. 27. condicio *A*. 28. alienigena esse *ego*. aligena esse *γ*. alig....esse *ab*. alige...esse *Aβ*. elige....esse *Aφ*. 29. Sursum mens ascendere *γ*. S.....ascendere *Aab*. 30. descendere. Rotunda mundo *γ*. descen.....lo (*Aβ*)*ab*. descen..... *Aφ*. 31. commentum ab aliis credo *ego*. com.....do (*Aβ*)*ab*. com.....o *Aφ*.

d. reprehensum] h. e. retractum, translatum. Apolog. cap. 19 „Ceteri quoque prophetae etsi Moysi postumant, extremissimi tamen eorum non retrosiores *reprehenduntur* primoribus vestris sapientibus et legiferis et historicis?“, ubi vulgo *deprehenduntur* in excusis habetur. Et hic *deprehensum* pro *reprehensum* rescribere voluisse Gothofredum video.

e. sed sensui satis] Iam satis esset ad comparationem dei illius et deorum vestrorum, si ille modo sensui, non etiam visui in promptu esset, quemadmodum hi. Erat cum verba *sed sensui* prorsus delenda putarem, ut quae accrevissent ex praecedentibus vocabulis.

f. renuntiatio.] Nam in hac re aperte pronuntiatur testimonium diversitatis rei occultae et manifestae.

g. habes coniungere] Eius structurae exempla indicavi ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

h. a deo separat] Notum Stoicorum istud in natura deum seu efficientem a materia seu patiente distinguentium. V. saltem Laertium [VII, 134 sqq.], Senecam Epist. 65 et 89. Lactant. Div. Inst. III, 7. (Gothofr.) Adde Cic. de Nat. Deor. II, 8 sqq. et Acad. I, 11. Sext. Empir. adv. Mathemat. IX, 101. Stob. Ecl. Phys. I, p. 312. et p. 538. ed. Heeren.

i. Rotunda mundo Platonica forma.] Cf. Casaub. ad Diog. Laert. III, 72.

cino rotundo ita collegit, quod sine capite solum [32]credi laborat. [33]Sed Epicurus, qui dixerat, Quae super nos, nihil ad nos[k], cum et ipse caelum inspicere desiderat, solis orbem pedalem deprehendit[l]. Adhuc scilicet frugalitas et in caelis agebatur. Denique ut ambitio profecit, etiam sol aciem suam extendit; ita illum orbem maiorem[m] Peripatetici denotaverunt. Oro vos, quid sapit coniecturarum libido? Quid probat tanta praesumptione asseverationis otium [34]affectatae morositatis[n] eloquii artificio adornatum? Merito ergo Milesius [35]Thales *dum* totum caelum examinat et ambulat oculis, in puteum [36]cecidit *turpiter*[o], multum inrisus Aegyptio illi: In terra, [37]inquit, nihil [38]perspici*ebas*, caelum tibi speculandum existimas? Itaque casus eius [39]per figuram *philosophos* notat, scilicet eos, qui stupidam exerceant [40]curiositatem *in res* naturae quam prius in artificem eius et praesidem, [41]in vacuum *suum studium* habituros[p].

Cap. V. Quin ergo ad humaniorem aliquanto [1]con*vertimur* opinionem, quae de communi omnium sensu et [2]simplici con*iectura* deducta videatur? Nam et Varro meminit eius, creditam praeterea dicens elementorum divinitatem, quod nihil omnino sine suffragio illorum gigni, ali, provehi possit ad vitae [3]humanae et terrae sationem,

32. credi laborat *ab.* cre..... *Aβ.* credeiloarat *Aφ* (*m. sec.*). 33. Sed et Epicurus *Gothofredus.* 34. affectatae morositatis *ab.* affectatae.... ositatis *Aβ. et Aφ.* 35. Thales dum totum *bγ.* Thales... totum *Aa.* 36. cecidit turpiter *γ.* cecidit.....r *Aab.* 37. inquit *ab.* inquis *A.* 38. perspiciebas caelum *b.* perspici..... caelum *a.* perspici.....lum *Aβ. et Aφ.* 39. per figuram philosophos notat *ego.* per figuram.....os notat *Aφ.* per figuram philosophis notat *γ.* per figuram.....s notat *ab.* 40. curiositatem in res naturae *γ.* curiositatem.....naturae *Aab.* 41. in vacuum suum studium habituros *ego.* in vacuum currendum habituros *γ.* in vacuum.....ndum habituros *ab.* in vacuum.....dum habituros *Aφ. et Aβ.*

Cap. V. 1. convertimur *γ.* con.....mur *Aab.* conducimur *Hildebrandus.* 2. simplici coniectura *γ.* simplici cognitione *Priorius.* simplici cog..... *a* (*sed in Erratis cor.* con *pro* cog) b. simplici.... ura *Aφ.* 3. humanae et terrae sationem *ab.* humana.....ionem *Aβ.* humana.....ationem *Aφ.*

k. Quae super nos, nihil ad nos] Minuc. Fel. Octav. cap. 13. Lactant. Div. Instit. III, 20. Hieronym. adv. Rufin. cap. 8. idem dictum referunt. Apud hos pro *super* scriptum est *supra.*

l. solis orbem pedalem deprehendit.] Epicuri verba extant apud Diog. Laert. X, 91 „*τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς τηλικοῦτόν ἐστιν ἡλίκον φαίνεται.*“ Cf. Plutarch. de Placit. Philos. II, 21. Cic. Acad. IV, 26, 82.

m. orbem maiorem] Erant qui rescriberent *orbe maiorem*, h. e. orbe suo maiorem.

n. morositatis] *Morositas* hic est scrupulositas, aut scrupulosa curiositas. Cf. De Praescript. Haeret. cap. 40 „Nonne manifeste diabolus *morositatem* illam Iudaicae legis imitatus est?“ Cf. De Orat. cap. 14.

o. in puteum cecidit turpiter] Diog. Laert. I, 8, 34. refert Thaletem non ab Aegyptio illo nescio quo sed a vetula quadam esse inrisum.

p. in vacuum suum studium habituros.] *In vacuum* h. e. in vanum, in nullum eventum, frustra. Erat cum scribere mallem: *in vacuum speculandum* (aut *currendum*, ut Gothofredus) *habituros.* Sed nusquam Tertullianus verbum *habere* construit cum gerundio.

quando ne ipsa quidem corpora aut [4]animas sufficere licuisset sine elementorum temperamento, [5]quo habitatio ista mundi circulorum condicionibus foederata praestatur, [5]nisi quod *hominum* incolatui[a] denegavit enormitas frigoris aut [6]caloris, *proptereaque* deos credi solem, qui diei de suo cumulet[b], fruges [7]caloribus *maturet*, annum stationibus servet: lunam, solatium noctium, patrocinium [8]mensum gubernaculis[c]: item sidera, signacula quaedam temporum ad [9]rurationem notandorum: ipsum denique caelum, sub quo omnia, [10]terram, super quam omnia, et quicquid illorum inter se ad commoda humana conspirat. Nec tantum beneficiis fidem divinitatis elementis convenire, sed etiam de diversis quae [11]tamquam de ira et offensa eorum [12]in*cidere* soleant, ut fulmina, ut grandines, ut ardores, ut aurae pestilentes, item diluvia, item hiatus motusque terrarum, et iure credi deos quorum natura honoranda sit in secundis, metuenda sit in adversis, domina scilicet iuvandi et nocendi. Porro si [13]ita sentiuntur [14]in *civium* conversatione[d], non perinde rebus ipsis quibus iuvantur sive [15]laeduntur aut gratias referunt aut [16]querellas intendunt, sed his sub [17]quorum *vi* et potestate operatio rerum decurrit. [18]Nam in [19]voluptatibus *quoque* non tibiae aut citharae coronam ad praemium [20]adiudicatis, sed artifici qui tibiam et citharam suavitatis temperet vi. Aeque [21]cum quis *vale*tudine male est, non lanis nec antidotis aut [22]malagmatibus ipsis gratiam meministis, sed medicis, quorum opera atque [23]prudentia *reme*dia proveniunt.

4. anima *A.* 5. nisi quod hominum incolatui *bγ.* nisi qu . d ..... incolatui *a.* n .... incolatui *Aφ. et Aβ.* 6. caloris, proptereaque deos *ego.* caloris aestivitas: ideo deos *γ.* caloris. Itaque deos *b.* caloris ..... deos *Aφ.* 7. caloribus maturet, annum *ego.* caloribus ..... annum *Aβ. et Aφ.* caloribus . p ..... et annum *ab.* caloribus expediat et annum *γ.* 8. mensum *Aa.* mensium *b.* 9. rurationem *Merkelius Prolegg. ad Ovidii Fastt. p. CCXXV.* 10. terram *b.* in terra *Aa.* 11. tamquam *Aβ.* 12. incidere soleant *b.* incusari soleant *γ.* inc ..... soleant *Aa.* 13. ista *Gothofredus.* 14. in civium *ego.* in c ..... *Aβ. et Aφ.* in ..... *ab.* in aetatis *γ.* 15. laeduntur *ab.* ledu .... *Aβ. et Aφ.* 16. querellas *Aa.* 17. quorum vi *Hildebrandus.* quorum ducatu *bγ.* quorum ... *a.* quor ..... *Aφ.* 18. Nam et in *Gothofredus.* 19. voluptatibus quoque *γ.* voluptatibus vestris *b.* voluptatibus .... *Aφ.* 20. adiudicatis, sed artifici *ab.* adiudicatis ..... fici *Aβ. et Aφ.* 21. cum quis valetudine *bγ.* cum quis .... tudine *a.* cum ..... tudine *Aφ.* 22. malagmatib' ipsis ... tiam *Aφ.* malagmatis ipsis gratiam *ab.* malagma ..... tiam *Aβ.* 23. prudentia remedia *bγ.* prudentia .... dia *Aa.*

Cap. V. a. incolatui] Apolog. cap. 22 „de *incolatu* aeris." De Anima cap. 57 „evocaturam se ab inferum *incolatu* pollicetur." De Resurr. Carnis cap. 27 „terra vere sancta per *incolatum* spiritus sancti."

b. cumulet] h. e. communicet, commodet. (Gothofr.)

c. mensum gubernaculis] h. e. patrocinium mensium, dum eos gubernat. De genitivo *mensum* cf. Prisc. VII, 771. Adde Ovid. Metam. VIII, 500. et Fast. V, 424.

d. Porro si ita sentiuntur in civium conversatione] *Porro* est atenim, atquin, quo significatu ea particula innumeris in locis apud Tertullianum est invenire. Cf. supra adnot. ad I, 2. De voc. *conversatio* cf. adnot. ad De Idolol. cap. 20.

Item in adversis qui ferro sauciantur, non gladium ipsum aut [24]lanceam accusant, sed hostem vel latronem, et [25]quos *tecta opprimunt, non* tegulas aut imbrices arguunt, sed vetustatem, sicut et [26]naufragi non petrae et fluctibus imputant, sed procellae. Merito. Certum enim est, quodcunque [27]fit, ei adscribendum, non per quod fit, sed a quo fit, quia is est caput facti qui et ut fiat et per quid fiat instituit (et sunt in omnibus rebus tres tituli isti: quod est, per quod est, et a quo est), quia prius [28]est qui quid velit fieri [28b]et quo possit inveniri[e]. Et ita recte in ceteris agitis, auctorem considerantes, at in physicis contra naturam regula vestra, qua in ceteris sapientiam iudicatis, auferendo summum gradum auctoris, et quae [29]fi*unt* non a quo [30]fieri *considerando*. Ita credere contingit elementorum potestates et [31]ar*bitria* esse quae sunt servitutes et officia. Non in ista investigatione [32]alic*ui*us artificis intus et domini servitutis [33]artem ostendimus[f] [34]elementorum *certis ex* operis eorum quas facis potestatis? Sed dei non serviunt; ea [35]igitur *quae* serviunt dei non sunt. Aut doceant vulgo fieri, ut de licentia [36]passivitatis libertas approbetur[g], de libertate dominatio, de dominatione [37]divinitas intellegatur. Nam si omnia haec super nos certis curriculis, [38]legitimis *decurs*ibus, propriis spatiis, aequis vicibus sub legis instar constituta [39]vol*vendi*s temporibus et exercendis temporum ducatibus occurrere [40]meminerunt, *num non* ex ipsa ob-

24. lanceam *b. Gothofredus.* lanciem *Aa.* 25. quos tecta opprimunt non tegulas *b.* quos casus subitus obtrivit, non tegulas *γ.* quos ..... tegulas *Aφ.* 26. naufragi non petrae sed (*at in Erratis corr.* et) *a.* naufragi non petris et *b.* nau ..... et *Aφ.* naufragi ... petris et *Aβ.* 27. fit *Aφ.* sit *Aβ.* est *b.* praesto est *a.* 28. est qui quid *b.* esse quid quid *A.* esse quid quod *Gothofredus.* 28b. et quo *ego.* et quod *Aab.* 29. fiunt *bγ.* fi..t *Aa.* 30. fieri considerando. Ita *ego.* fieri, ita *a.* fieri. Ita *Aφ.* fieri ... ita *b.* 31. arbitria esse *γ.* ar ... ria esse *Aφ.* ar ..... a esse *Aβ.* ar ..... esse *ab.* 32. alicuius *γ.* ali ... ius *Aφ.* ali .. .. us *Aφab.* 33. artem ostendimus *ego.* autem non tendimus *Aab.* 34. elementorum certis ex operis *γ.* elementorum .... operis *Aφa.* elementorum ..... operis *(Aβ)b.* Non enim ista investigatione alicuius artificii intus et domini servitutes etiam ostendimus elementorum certis ex operis eorum quas facis potestates? *volebat Gothofredus.* 35. igitur quae *bγ.* igitur ... *A.* igitur ..... *a.* 36. passivitatis libertas *ab.* passivita ..... ertas *Aφ. et Aβ.* 37. divinitas intellegatur *ab.* divini ..... ellegatur *Aφ. et Aβ.* 38. legitimis decursibus *bγ.* legitimis ..... ibus *Aa.* 39. volvendis *bγ.* vol ..... s *Aa.* 40. meminerunt, num non ex *γ.* meminerunt ..... ex *Aab.*

e. et quo possit inveniri.] Quia is prius invenitur quam quod velit et quo possit fieri.

f. artem ostendimus] Ita emendavi. *Artem* dicit artificiose institutum. De re cf. Lactant. Div. Instit. II, 5.

g. ut de licentia passivitatis libertas approbetur] Sensus est: libertati contrariam esse parendi patiendique legem, et quod patientis instar est, serviat necesse est. Porro huc pertinet, quod Stoici deum a materia et elementis separantes deum τὸ ποιοῦν, materiam τὸ πάσχον constituebant: atque haec est illa passivitas, τὸ πάσχον, ut loquitur Cicero „efficienti se praebens," seu, ut Lactantius Div. Instit. VII, 3 „ad faciendum tractabile se praestans." (Gothofr.)

servatione condicionum suarum, et fide operum, et [41]instantia *curriculorum*, et cura demutationum, memoria reciprocatorum[h], aliquam [42]dominationem sibi praeesse persuadeant vobis, cui apparere [43]videatur *universa* negotiatio mundialis[i] perveniens ad humani generis utilitatem [44]et *laesio*nem? Non enim potes dicere ea sibi agere ista ac sibi curare nec quicquam hominum causa disponere, cum propterea defendas elementis divinitatem quod ab illis aut [45]iuvari te aut laedi sentias. Nam [46]si sibi praestant, nihil eis debes.

Age iam, conceditisne divinitatem non modo non serviliter cur- Cap. VI.
rere, sed inprimis integre stare neque minui neque intercipi neque corrumpi debere? Ceterum abiit omnis felicitas eius, si quid patitur [1]umquam. Ecce autem et astra intercidunt et intercidisse se attestantur. Confitetur et luna quantum amiserit, cum resumit. Iam maiora eius detrimenta soletis in aquae speculo considerare[a], ut nihil amplius [2]ulla *in parte* credam quod [3]magi norunt. Ipse etiam sol saepe defectione temptatus est. Fingite [4]qualibet rationes caelestium casuum, [5]non volet deus aut minor fieri aut esse desinere. [6]Viderint igitur humanae doctrinae patrocinia quae coniectandi artificio sapientiam [7]men*tiuntur* et veritatem. Nam alias

41. instantia curriculorum et γ. instantia ..... et *Aab*. 42. dominationem sibi *ab*. do ..... sibi $A\varphi$. et $A\beta$. 43. videatur universa negotiatio $(A\varphi)b\gamma$. videatur ..... negotiatio $A\beta a$. 44. et laesionem *Havercamp. ad Tertulliani Apolog. cap.* 13. *p.* 135. et collisionem *Hildebrandus*. seu accessionem γ. et ..... nem $A\beta ab$. et ..... nem $A\varphi$. 45. iuvari *b. Gothofredus*. turbari *Aa*. 46. si sibi *b. Gothofredus*. sibi *Aa*.

Cap. VI. 1. umquam $A\beta$. 2. ulla in parte γ. ullam ..... $(A\beta)ab$. ullam p .... $A\varphi$. 3. magi norunt *b. Gothofredus*. maginorum *Aa*. 4. qualibet *Aa*. quaslibet *b. Gothofredus*. 5. non volet *ab*. non vo ... $A\beta$. non .. let $A\varphi$. 6. Viderint $(A\varphi)ab$. Videri $A\beta$. 7. mentiuntur et $b\gamma$. men ..... et *Aa*.

h. memoria reciprocatorum] *Reciprocata* vocat repetitos cursus in orbem, repetita officia. V. interim De Resurr. Carnis cap. 12. (Gothofr.)

i. mundialis] Cf. supra cap. 4 „Zeno quoque materiam *mundialem* a deo separat." De Spectac. cap. 9 „quae elementis *mundialibus* profanatur."

Cap. VI. a. in aquae speculo considerare] Nempe *ἐνοπτρομαντείαν* indicat, cuius usus magis, quibus frequens cum luna commercium. Sensum proinde huius loci hunc puto: Ait scilicet Tertullianus, nulla se amplius in parte ponere magorum *κατοπτρομαντείαν*, nihil amplius credere quae de ea magiae specie memorari solent, vel non magis se eam mirari quam illam speculi inspectionem, quae passim fieri solet luna laborante seu in lunae eclypsi. (Gothofr.) Notum est magos creditos esse nosse lunam obscurare (cf. Hippocr. de Morb. S. 1. 2.), quin etiam de ipso caelo detrahere (Plat. Gorg. p. 513. Arist. Nub. v. 748. Horat. Epod. V, 45. Tibull. Eleg. I, 2, 45. 8, 21. Vergil. Ecl. VIII, 21. Brunk Anthol. III, 172. Lucan. Pharsal. VI, 420). Solebant autem veteres, cum illa maiora detrimenta vel defectus lunae incidebant, eas in aquae speculo considerare, commoditatis, puto, causa. His praemissis iam manifestum erit quid Tertulliani breviloquentia velit. Dicit hoc: Astra deos esse non posse, quippe corruptibilia. Corruptibilia vero ea esse docere vel lunae menstrua decrementa, satis docere maiora eius detrimenta, id est defectus, quae vulgo in aquae speculo considerentur, ut iam amplius in testimonium vocare non opus sit incredibilia illa artificia, quibus magi lunam debilitare norint.

natura sic est[b], ut qui melius dixerit, hic [8]ver*ius di*xisse videatur, non qui verius, is melius. Ceterum cui res [9]examinabitur, verisimilius utique dicet elementa ista ab aliquo regi quam [10]ultro *moveri:* igitur non deos quae sub aliquo. At si in isto erratur, melius [11]est *errare* simpliciter quam ut physici diligenter. Sed enim si ad [12]mythic*um spec*tes, melius iam in physico mortalitas[c] errat eis divinitatem [13]adscribendo quae super [14]hominem putat situ et vi et magnitudine et [15]divinitate sentiri. Quod enim super hominem, credas deo proximum.

Cap. VII. [1]Ceterum *ut ad* mythicum transeamus, quod poëtis deputatur, nescio an [2]tantum *par quaerere* mediocritati nostrae, an tanti de documentis divinitatis [3]con*firmentur*, ut Mopsus [4]Africanus[a] et Boeotus Amphiaraus[b]. Delibanda enim [5]nunc est species ista, cuius suo loco ratio reddetur[c]. Interim hos certe homines fuisse vel eo palam est, quod non constanter deos illos, sed heroas appellatis. Quid ergo contendimus? Si addicenda mortuis divinitas erat, non utique talibus. Ecce vos, cum eadem licentia praesumptionis [6]sepulchris regum vestrorum caelum infamatis[d], nonne [7]probatos quosque

8. verius dixisse *Aφ. et Aβ. bγ.* ver.....xisse *a.* 9. examinabitur *ab.* examinab.... *Aβ. et Aφ.* 10. ultro moveri: igitur *ego.* ultro cadere: igitur *γ.* ultro .....igitur *Aβab.* ultro..... Itaque *Aφ.* 11. est errare simpliciter *Hildebrandus* (*ad Arnob. Adv. Natt. I,* 34. *p.* 50.). est.....simpliciter *Aφ.* e.....simpliciter *Aβ.* 12. mythicum spectes *Hildebrandus l. l.* mythicos deflectes *γ.* mythicu.....tes *Aφ.* mythic.....tes *ab.* myth.....tes *Aβ.* 13. adscribendo *ab.* adsc.....do *Aφ. et Aβ.* 14. hominem *b. Gothofredus.* omnem *Aa.* 15. divinitate *ab.* divini.... *Aφ.* di.....*Aβ.*

Cap. VII. 1. Ceterum ut ad mythicum *bγ.* Ceterum ut ad..thicum *Aφ.* Ceterum.....thicum *Aβ.* Ceterum.....mythicum *a.* 2. tantum par quaerere *ego.* tantum laborandum *γ.* tantum..... *Aab.* 3. confirmentur, ut Mopsus *ego.* confidentes sint, ut Mopsus *γ.* confi.....mox *Aβ.* conf.....ut mox *ab.* conf.....ut mox *Aφ.* 4. Africanus et Boeotus Amphiaraus *b. Gothofredus.* affricanos (Africanos *Aβa.*) et boetus ampharaus *Aa.* 5. nunc *b.* non *Aa.* 6. sepulchris *Aβa.* 7. probatos *b. Gothofredus.* probatis *Aa.*

b. Nam alias natura sic est] Natura humana sic comparata est, ac proinde et vestra, Nationes. (Gothofr.)

c. mortalitas] h. e. aevum, mortales, homines. Cf. infra cap. 13 „causas allegendae *mortalitatis* in caelum." Cf. Arnob. Adv. Natt. I, 7. II, 45. IV, 36. et I, 34 „communi *mortalitatis* assensu"; ad quem locum Hildebr. citat Buenem. ad Lactant. Inst. Div. IV, 25, 1. Kopp ad Mart. Capell. II, §. 102. p. 143.

Cap. VII. a. Mopsus Africanus] Mopsus et Amphiaraus clarissimi antiquitatis vates. Documenta divinitatis eorum sunt vaticinia. De Mopso, quem apud Afros cultum fuisse constat, v. Interpp. ad Cic. de Nat. Deor. II, 3. Hygin. Fab. CXXVIII., Apul. de Deo Sacr. cap. 15. extr., Vales. ad Amm. Marcell. XIV, 8., Gronov. ad Sen. Med. v. 655. Cf. Tertull. De Anima cap. 47.

b. Boeotus Amphiaraus.] V. Interprr. ad Cic. de Nat. Deor. II, 3. Hygin. Fab. LXXIII., Pausan. II, 21, 2. II, 23, 2. IV, 17, 4. Apollod. I, 8, 2., Homer. Od. XV, 244 sqq., Pind. Nem. IX, 25. et Olymp. VI, 14. Cf. Tertull. de Anima cap. 45. Kopp ad Mart. Capell. II, §. 159. p. 215. Mueller Gesch. der Hellen. Stämme tom. I, p. 146. et p. 486.

c. cuius suo loco ratio reddetur.] Apologeticum intellegit, et quidem caput eius 22 et 23. Ibi enim de praestigiis daemonum et magorum agit prolixe. (Gothofr.)

d. infamatis] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 21.

iustitia, virtute, pietate et omni bono eiusmodi consecrationis [8]solatio hones*tat*is, contenti pro talibus etiam inrideri peierantes[e], at e contrario [9]impios, *tur*pes etiam pristinis humanae gloriae praemiis aufertis, decreta [10]eorum *et titu*los lancinatis, imagines detrahitis[f], monetam [11]repercutitis[g]? Ille autem conspector omnium, comprobator, [12]immo *largi*tor bonorum, tantae indulgentiae suae ordinationem vulgo [13]pros*tituet*, et plus diligentiae atque iustitiae hominibus licebit in [14]distribuend*is divi*nitatibus sapere? Mundiores erunt regum et principum [15]comi*tes qu*am summi dei[h]? Atquin horretis et aversamini vagos, [16]exules, *pauperes*, debiles, [17]sordide natos, inhoneste institutos, contra incestos, adulteros, raptores, parricidas etiam legibus [18]exornatis[i]. [19]Riden*dum an i*rascen-

8. solatio honestatis *by*. solacio one .... is *a*. solacio one ... tis *Aβ. et Aφ*. 9. impios, turpes *by*. impios ... pes *Aa*. 10. eorum et titulos *by*. eorum ..... los *Aa*. 11. repercutitis *ab*. repercu ..... *A*. 12. immo largitor *by*. • immo tributor *Hildebrandus*. immo ..... tor *Aa*. 13. prostituet, et *by*. pro ..... et *a*. pro ..... et et *Aφ. et Aβ. Sic etiam Gothofredus in adnot*. 14. distribuendis divinitatibus *by*. distribuend ..... nitatibus *Aa*. 15. comites quam *by*. comi ..... am *Aa*. 16. exules, pauperes *ego*. exules, mutilos *γ*. exules ..... s *Aab*. 17. sordide *b. Gothofredus*. sordidos (sorditos *a*.) *Aa*. 18. exornatis *ego*. exarendis *Aa*. exerendis *b*. exarandis *Gothofredus*. 19. Ridendum an irascendum *by*. Riden ..... rascendum *a*. Riden ..... irascendum *Aφ. et Aβ*.

e. contenti pro talibus etiam inrideri peierantes] De Proculiano hoc periurio actum iam supra libro I, cap. 10. (Gothofr.)

f. decreta eorum et titulos lancinatis, imagines detrahitis] Exempla si quaeris, adeas Lamprid. Vit. Commodi p. 52 sq. Capitol. Vit. Pertinac. p. 55., Lamprid. Vit. Heliog. p. 105. ed. Salmas. Verbum *lancinare* Afris usitatissimum est. Tertull. De Corona cap. 14 „quae tunc domini tempora et foedaverunt et *lancinaverunt*." Adv. Iud. cap. 9 et Adv. Marcion. III, 13 „qui ante norint lanceare quam *lancinare*." De Resurr. Carnis cap. 8. „ipsisque stramentis *lancinata*." Arnob. Adv. Natt. I, 36 „coniugem membranatim *lancinare*." Id. II, 8 „credulitatem facetiis iocularibus *lancinare*." Id. II, 77 „quibus corpora *lancinatis* nostra." Cf. Stewech. ad Apul. Metam. IV, p. 298. ed. Oudend. et interprr. ad Ammian. Marcell. XIV, 7, 18.

g. monetam repercutitis?] Notum inter regalia fuisse et hoc saeculo, Caesarisque notam seu argumentum, nummum eius imagine percuti. Quod ut aliunde notum, ita et de Albino memorat Herodianus [II, 15.], cum eum Severus comitem sibi seu Caesarem adscivisset: *ὁ δὲ Σεβῆρος — ὡς ἂν μᾶλλον αὐτὸν εἰς πίστιν ὑπαγάγοιτο, νομίσματά τε αὐτοῦ κοπῆναι ἐπέτρεψε καὶ ἀνδριάντων ἀναστάσεσι ταῖς τε λοιπαῖς τιμαῖς τὴν δοθεῖσαν χάριν ἐπιστώσατο.*" Verum repercussa Albini istius moneta eo devicto; quod Tertullianum hic nominatim indicare istorum temporum ratio et quae libro superiore cap. 17. memoravit argumento sunt. (Gothofr.) Conflatam scilicet alterius principis typo percutitis. Nam reprobi nummi, quia pretii nullius et commerciis inutiles, ad eos deferebantur quibus erat auri, argenti, aeris flandi et feriundi cura et potestas. Tales fuisse Claudianos Dio tradit libro LX. Sed de conflatis fusas Messalinae iussu Mnesteri statuas indignatus. Is fuit histrio, quem illa deperibat. Tales quoque fuisse Neronianos arguunt haec Arriani Epictetica: *„τίνα ἔχει τὸν χαρακτῆρα τοῦτο τὸ τετράσσαρον; Νέρωνος. Ῥίψον ἔξω, ἀδόκιμόν ἐστι, σαπρόν.*" (Rigalt.)

h. quam summi dei?] Significatur Antinous, de quo etiam Apologetico cap. 13.

i. etiam legibus exornatis.] Intellege leges quibus a senatu vel a successore mortui imperatores caelo dignati promulgabantur. Cf. Suet. Octav. cap. 88. Plin. Paneg. cap. 11.

dum sit, tales deos credi quales homines esse non [20]debeant? Sed enim in isto mythico genere, quod poëtae ferunt, quam incerti [21]agitis *circa* conscientiae pudorem et pudoris defensionem! Nam quotiens [22]mise*ra vel* turpia vel atrocia deorum exprobramus, [23]allegatione poëtic*ae licentiae* ut fabulosa defenditis, quotiens ultro siletur de eiusmodi poëtica, [24]*non* modo non [25]horretis, sed insuper honoratis utque in necessariis artibus habetis, denique per hanc initiatricem litteraturae ingenuitatis studia producitis. Criminatores deorum poëtas eliminari Plato censuit[k], ipsum Homerum sane coronatum civitate pellendum. At cum [26]recipiatis illos et retineatis, cur non credatis talia retexentibus de deis vestris? Igitur si creditis poëtis, cur tales deos colitis? Si ideo colitis quia non creditis poëtis, cur laudem mendacibus fertis nec cavetis ne offendatis eos quorum [27]detractatores[l] honoratis? Sane fides a poëtis non exigenda. Nonne, qui dicitis deos post mortem factos, homines confitemini ante mortem? Quid ergo novi, si, qui homines fuerint, humanis aut casibus aut criminibus aut fabulis polluuntur? Non creditis poëtis, cum de relationibus eorum etiam sacra quaedam disposueritis? Cur rapitur sacerdos [28]Cereris, *si non* tale Ceres passa est? Cur Saturno alieni liberi immolantur[m], si [29]ille *suis pe*percit? Cur Idaeae masculus amputatur, si nullus illi [30]fastidiosi*or adules*cens libidinis frustratae dolore castratus est[n]? Cur

20. debeant? Sedenim in isto mythico *ab.* debeant.....in isto mythicho *Aφ.* debeant.....sto myticho *Aβ.* 21. agitis circa conscientiae *bγ.* agitis.....conscientiae *a.* agitis.....scientiae *Aφ. et Aβ.* 22. misera vel *γ.* mise..... *Aab.* 23. allegatione poeticae licentiae *ego.* allegationem poetices a limine *γ.* allegationem poeti.....e *(Aβ)ab.* allegatiouem poeticae licentiae *etiam Hildebrandus sibi visus erat in A. deprehendere.* 24. non modo *bγ.* modo *Aa.* 25. horretis *b.* erratis *Aa.* 26. recipiatis *Gothofredus.* excipiatis *b.* ecipiatis *Aa.* 27. detractatores *A.* detrectatores *ab.* 28. Cereris, si non tale *bγ.* Cereris.....tale *Aa.* 29. ille suis pepercit *bγ.* ille.....percit *Aβa.* ille suis..percit *Aφ.* 30. fastidiosior adolescens *bγ.* fastidiosi.....cens *Aa.*

k. eliminari Plato censuit] Plat. Polit. III, p. 473. Cf. Min. Felic. Octav. cap. 22. Augustin. de Civ. Dei II, 14. Maxim. Tyr. Diss. VII, p. 463. ed. Reiske.

l. detractatores] Ita habet liber Agobardi, non *detrectatores,* ut edidere Gothofredus et Rigaltius. Gloss. Vet. Lat. in Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 520 „*Detractat,* retractat, recusat." (ubi cf. adn. Maii), Gloss. Latino-Graecum apud Vulcan. p. 70 „*Detractans, λοιδορῶν*" et Onomast. ap. eundem p. 38 „*Detractores* (h. e. *Detractatores*), *ψίθυροι.*" Gloss. Lat. a me editum in Iahn et Klotz Archiv a. 1847. p. 294 „*Detractasset,* retussasset (i. e. recusasset).", et pag. 296 „*Detractat,* resultat, provocat." Cf. Oudend. ad Suet. Caes. cap. 54. et Octav. cap. 24. Cort. ad Sallust. Iug. cap. 53. Arntzen ad Aurel. Vict. de Vir. Illustr. cap. 63, 4. Burm. ad Propert. II, 2, 11. Drakenb. ad Liv. XXXIV, 15. Pariter liber Parisinus ap. Minuc. Fel. Octav. cap. 21. praebet *inbarbis* pro vulg. *inberbis,* ibid. *adsparsis* pro vulg. *adspersis,* cap. 30. *infactas* pro *infectas.* Sic passim *attractare* (Vergil. Aen. II, 719.), *contractabilis, commandare* (Symmach. Epist. VI, 82.), *inpartire, consacrare* et *consacraneus* (Tertull. ad Natt. I, 12. et II, 8.), alia.

m. Saturno alieni liberi immolantur] Cf. Apolog. cap. 9.

n. libidinis frustratae dolore castratus

[31]Herculeum *pol*luctum mulieres [32]Lanuvinae non gustant, si non mulierum causa [33]*praeivit*°? Mentiuntur sane poëtae! sed non ideo quod talia [34]gesserint *vestri dei,* homines [35]quando fuerint, nec quod divinas [36]adscripserint [37]*foeditates* divinitatis[p], cum interim vobis credibilius visum est deos [38]fuisse, *sed* non tales, quam tales, sed non deos.

Superest gentile [1]illud *genus* inter populos deorum, quos libi- Cap. VIII.
dine sumptos, non [2]pro *notitia* veritatis, docet privata notitia. Deum [3]ergo existimo [4]ubique *notum,* ubique praesentem, ubique dominantem, omnibus colendum, omnibus demerendum. At enim cum illi quoque, quos [5]totus orbis communiter colit, excidant[a] probationi verae divinitatis, quanto magis isti quos ne ipsi quidem municipes sui norunt? Nam quae idonea auctoritas praecucurrit eiusmodi theologiae quam etiam fama destituit? Quanti sunt qui [6]norint visu vel auditu [7]Atargatim Syrorum, Caelestem Afrorum, Varsutinam Maurorum, [8]Obodan et Dusarem Arabum[b], Belenum Noricum, vel quos Varro ponit: Casiniensium [9]Deluentinum, [10]Nar-

31. Herculeum polluctum *bγ*. Hercule..... luctum *Aa*. 32. Lanuvinae non gustant *b. Gothofredus*. Lanuvie non gustat *Aa*. 33. praeivit *ego*. prius fuit *γ*. p..... *Aab*. 34. gesserint vestri dei *ego*. gesserint..... *Aab*. digesserint de deis *γ*. 35. quando fuerint *ego*. quas defuerint *Aab*. quam defuerint *Gothofredus*. 36. adscribserint *Aa*. 37. foeditates *ego*. fo..... *Aab*. 38. fuisse, sed non (*Aφ*)*bγ*. fuis..... non *Aβa*.

Cap. VIII. 1. illud genus *bγ*. illud..... *Aa*. 2. pro notitia *bγ*. pron..... *a*. pro..... *Aφ. et Aβ*. 3. ego *Gothofredus*. 4. ubique notum *Aφbγ*. ubique..... *Aβa*. 5. totus *b. Gothofredus*. totos *Aa*. 6. norint visu vel auditu *b. Gothofredus*. norint (norunt *a., sed corr. in Erratis*) visum vel auditum *Aa*. 7. Atargatin *b. Gothofredus*. et argatim *Aa*. 8. Obodan et Dusaren *b*. Obodanedussirem (*sed in curis secundis Gothofr. legit* Obodanedussarem) *a*. obodanedussarem *Aφ*. obodadus..rem *Aβ*. 9. Deluentinum *b*. Dei...etim *a*. deietim *Aβ*. dei....um *Aφ*. 10. Narniensium *b*. narnensium *Aa*.

est?] Cf. Arnob. Adv. Natt. V, 6 sqq. cum interprr., Lactant. Div. Inst. I, 17., Firm. Matern. De Errore Prof. Relig. cap. 3., Minuc. Fel. Octav. cap. 21. Paulin. Nolan. Adv. Paganos v. 83.

o. si non mulierum causa praeivit?] Macrob. Saturn. I, 12 „Unde et mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse, quia Herculi, cum boves Geryonis per agros Italiae duceret sitienti respondit mulier aquam se non posse praestare, quod feminarum deae celebraretur dies nec ex eo apparatu viris gustare fas esset; propter quod Herculis facturus sacrum detestatus est praesentiam feminarum et Potitio ac Pinario, sacrorum custodibus, iussit, ne mulierem interesse sinerent." Cf. Plutarch. Quaest. Rom. 60. Gell. Noct. Att. XI, 6. Aurel. Vict. de Gent. Rom. Orig. cap. 6.

p. divinas adscripserint foeditates divinitatis] Facile esset rescribere *divinitati*. Interim tamen veteris libri scriptura defendi posse videtur. *Divinas foeditates* dicit quae humanarum foeditatum modum fere excedant.

Cap. VIII. Cf. Apolog. cap. 24.

a. excidant] Cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 49.

b. Obodan et Dusarem Arabum] Utrumque Arabibus cultum testatur etiam Euseb. Praepar. Evang. I, 7. Cf. Steph. Byzant.: „*Ὄβοδα, χωρίον Ναβαταίων. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τετάρτῳ· ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι, τέθαπται.*"

niensium Visidianum, [11]Atinensium [12]Numiternum[c], [13]Asculanorum *An*chariam, [14]et quam perceperint Vulsiniensium Nortiam[d], quorum ne [15]nominum quidem dignitas humanis cognominibus distat? Satis rideo [16]etiam *deo*s decuriones cuiusque municipii[e], quibus honor intra muros suos [17]deter*mina*tur. Haec libertas adoptandorum deorum quousque profecerit Aegyptiorum superstitiones docent, qui etiam bestias privatas[f] [18]colunt *feles*, crocodilos et anguem suum. Parum est, si etiam hominem [19]consacra*verunt*[g], illum dico quem non iam Aegyptus aut Graecia, verum totus [20]orbis *colit et* Afri iurant, de cuius statu [21]quid conici potest[h] apud nostras [22]litteras, *ut ve*risimile videatur, positum est. Nam Serapis iste quidam olim [22b]Ioseph *dictus* fuit[i], de genere sanctorum. Iunior inter ceteros fratres, sed [23]excelsior *ingenio* ab isdem fratribus per [24]livorem venum in Aegyptum [25]datus servi*ebat in fami*lia regis Aegyptiorum

11. Atinensium *ego*. Aternensium *Gothofredus*. *Probat Merkel. Prolegg. ad Ovidii Fastt. p. CLXXXVIII.* Atheniensium *AφAβb*. Athemensium *a*. 12. Numiternum *ego*. Numertinum *A*. Numentinum *ab*. 13. Asculanorum Anchariam *ego*. Aesculanorum Anchariam *bγ*. Aesculanorum .. chariam *Aa*. 14. et quam perceperint *ego*. et quam praeverint *Aa*. et Quampraeverim *Gothofredus*. et quam Praeverim *b*. 15. nominum *ab*. no .. num *Aφ*. *et Aβ*. 16. etiam deos *bγ*. etiam ... s *Aφa*. etiam d ... s *Aβ*. 17. determinatur (*Aβ*)*bγ*. deter ... atur *Aφa*. 18. colunt feles, crocodilos *Hildebrandus*. colunt et aspidem, crocodilos *γ*. colunt . sp .... corcodrillos *a*. colunt sp .... crocodillos *b*. colunt ..... corcodrillos *Aβ*. *et Aφ*. *Antea edideram* colunt spiritu, crocodillos. 19. consacraverunt *ego*. consacra ..... *Aβa*. consecra ..... *Aφ*. consecrarunt *b*. 20. orbis colit et Afri *γ*. orbis ..... afrii (Afri *Aφb*.) *Aab*. 21. quod *Gothofredus*. 22. litteras, ut verisimile videatur *ego*. litteras ut verisimile videtur *bγ*. litteras .. verisimile videatur *Aφ*. litteras .... risimile videatur *Aβa*. 22b. Ioseph dictus fuit *γ*. Iosef ..... fuit *ab*. io ... . fuit *Aβ*. *et Aφ*. 23. excelsior ingenio ab isdem *γ*. excelsior ..... ab isdem (iisdem *b*.) *Aab*. 24. liborem *Aa*. 25. datus serviebat in familia *bγ*. datur servi ..... lia *Aa*.

c. Atinensium Numiternum] Ita correxi. Bonaventura Taulerus Memorie storiche dell' antica Città d'Atina (Napoli 1702. 4.) hanc profert inscriptionem: MARTI SIVE NVMITERNO ‖ ACHILLES ET VLPIA NICE ‖ EIVS D. D. D. Eandem habent Murat. Corp. Inscr. 42, 5. et Orelli Collect. Ampliss. Inscr. Lat. tom. I. p. 279.

d. et quam perceperint Vulsiniensium Nortiam] Ita emendavi. Mendum libri Agobardini *praeverint* ortum puto ex scripturae compendio *pceperint*. Subiectum verbi repetendum est ex superioribus. Verte: und von welcher Nortia der Vulsinienser haben sie vernommen?

e. deos decuriones cuiusque municipii] Ridiculi causa appellat decuriones, quorum ut decurionum concivium idemque oppidulum municipale cohabitantium honor intra muros suos determinatur.

f. privatas] *Privatas* appellat quas privas et proprias sibi Aegyptus alat.

g. consacraverunt] De hac verbi forma cf. quae adnotavi supra ad cap. 7., ad voc. *detractatores*.

h. quid conici potest] De indicativo hoc cf. adnot. ad libellum ad Martyr. cap. 2.

i. Nam Serapis iste quidam olim Ioseph dictus fuit] V. Suid. s. v. Σαράπις., Rufin. Hist. Eccl. II, 23., Firm. Matern. De Err. Prof. Relig. cap. 13., Paulin. Nolan. Natal. S. Felicis XI, 100. Ex eo, inquit Rigaltius, quod apud Christianos Serapis figura fuit Iosephi et Iosephus figura Christi, in errorem inductus fuisse videtur Adrianus Aug. in Epist. quadam, ubi de Aegypto ad Servianum Cos. scripsit: „Illi qui Serapin colunt, Christiani sunt, et devoti sunt Serapi qui se Christi episcopos dicunt."

[26]Pharao[k]. A regina minus pudica [27]desid*eratus, sed* quia non obsequebatur, e contrario ab eadem delatus [28]a rege *in carcerem* datur. Illic somnia quibusdam non perperam [29]interpretatus vim spiritus sui ostendit. Interea rex quoque [30]somniat terribilia quaedam. Illi [31]detractus quod convocatus erat [32]valuit exponere [33]Ioseph, experimenta de carcere[l] edocuit, somnium regi aperit: illos boves septem opimissimos, [34]diffluentes, totidem annorum ubertatem significare, posteriores aeque septem [35]enectos[m] subsequentium septem annorum inopiam praedicare. [36]Suadet itaque de recondendis praesidiis in futuram famem de copia priore. Credidit rex: exitus rerum et prudentem et sanctum semper [37]et necessarium probavit. Itaque [38]Pharao universae Aegypto et frumentandae[n] et exinde curandae eum praefecit. Hunc [39]Serapidem ex suggestu, quo caput eius ornatum[o], vocaverunt; cuius suggestus [40]modialis figura [41]frumentationis eius memoriam [42]obsignat, et curam frugum super caput eius fuisse[p] ipsis spicis, quibus per ambitum notatur, apparet. Propterea et canem, [43]quem *apud* inferos deputant, sub

26. farao *Aa.* 27. desideratus, sed quia *bγ.* deside..... quia *Aφ. et Aβ. Vo-culam* quia *etiam Gothofredus deprehendit per curas secundas.* deside..... ma *a.* 28. a rege in carcerem datur *Aφbγ.* a rege..... datur *(Aβ)b.* 29. interpraetatus *Aβ., pro more.* 30. somniat *ego.* somnia *Aab.* 31. detractus quod convocatus erat *ego.* detractis quos convocaverat *Aab.* 32. valuit *Aa.* voluit *bγ.* 33. Ioseph, experimenta *ego.* Iosef (Ioseph *b.*) expedimenta *Aab.* 34. diffluentes *ego.* defluentes *Aab.* 35. enectos *ego.* ineptos *Aab.* 36. Suadet itaque *ego.* Saepe itaque *Aa.* saepe itaque *b.* 37. et *om. b.* 38. farao *Aa.* 39. Serapitem *Aa.* 40. modiali *Gothofredus.* 41. frumentationis eius memoriam *γ.* frumentationis memoriam *(Aβ)ab.* frumentationis.... memoriam *Aφ.* 42. obsignat, et curam *b. Gothofredus.* obsignatura *Aa.* 43. quem apud inferos *bγ.* quem.... inferos *Aβa.* que... inferos *Aφ.* quem ad inferos *Hildebrandus.*

k. serviebat in familia regis Aegyptiorum Pharao] Interim mirari hic subit summam in hac de Iosepho historia referenda Tertulliani incogitantiam, totiesque eum in sacrae scripturae et Iosephi narrationem impingere. Ecce primum ait Iosephum a fratribus venditum servisse in familia regis Aegyptiorum Pharao, cum tamen in Potipharis familia servierit. Secundo ait a regina minus pudica desideratum seu compellatum de stupro Iosephum a rege in carcerem datum: atqui compellatus ab uxore Potiphari. Tertio ait Iosephum expedimenta de carcere docuisse: atqui e carcere arcessitum et eductum sacra quoque scriptura contestatur. Quarto ait Pharaonem ei filiam suam in matrimonium dedisse, cum tamen filiam Potipherai ei in matrimonium dederit. (Gothofr.) Pares errores commisit Arnobius in rebus Christi et miraculis eius enarrandis. Et ipse Tertullianus passim. Sic etiam Adv. Iud. cap. 5 in historia Abelis et Caini a vulgata exorbitat.

l. experimenta de carcere] h. e. somnia in carcere a se feliciter explicata.

m. enectos] Ita emendandum erat pro *ineptos* quod liber praebet. Cf. Apolog. cap. 14 „cum *enecta* et tabidosa et scabiosa quaeque mactatis."

n. et frumentandae] h. e. frumentis tota Aegypto colligendis.

o. ex suggestu, quo caput eius ornatum] Cumulum et acervum intellegere videtur, quem Graeci σωρόν dicunt, frumenti scilicet cumulum, modii figura designatum. (Rigalt.) Alii Christianorum scriptorum Serapim cum Iosepho confundentium nomen derivant Σαρᾶς ἄπο. De modio illo Serapidis capiti superposito cf. Gerhard Antike Bildwerke p. 25 sqq.

p. super caput eius fuisse] h. e. ei mandatam fuisse. Locutio ex sacris scriptis repetita.

dextera eius dicaverunt, quod sub manu [44]eius compressa cura Aegyptiorum[q]. Et [45]Phariam[r] adiungunt, quam [46]filiam regis [47]Pharao derivatio nominis esse demonstrat. Nam et tunc [48]Pharao *inter* cetera honorum et remunerationum filiam quoque in matrimonium ei dederat. Sed quia et feras et homines colere susceperant, [49]*utramque fa*ciem in unum Anubin contulerunt, in quo naturae [50]condicionis*que suae* potius argumenta videri [51]posset consecrasse gens rixosa, [52]suis reg*ibus* recontrans[s], in extraneis deiecta, sane et gula et [53]spurcitia *canina* etiam [54]servi ipsa[t].

Cap. IX. Haec secundum tripertitam [1]dispositionem *Varronis* divinitatis aut notiora aut insigniora digessimus, ut [2]possit *iam videri* satis responsum de physico genere, de poëtico, de [3]gentili. Sed quoniam omnis [4]substitutio[a] non iam [5]philosophorum nec poëtarum

44. eius compressa cura *ego*. eius compressatur *A*. eius ..... compressatur *a*. eius compressatus *b*. eius fames compressa tum *Gothofredus*. 45. fariam *Aab*. 46. filiam regis *Aφbγ*. filiam ..... *Aβa*. 47. farao *Aa*. 48. Pharao inter *bγ*. farao ..... *Aa*. 49. utramque faciem *bγ*. ut ..... ciem *Aβa*. utram ..... ciem *Aφ*. 50. conditionisque suae (*Aφ*)*bγ*. condicionis ..... *Aβa*. 51. posset *b*. possunt *Gothofredus*. posse *Aa*. 52. suis regibus *Aφbγ*. suis reg ..... *a*. su ..... *Aβ*. 53. spurcitia canina *γ*. spurcitia ..... *Aφ*. spurcitia ..... (*Aβ*)*ab*. 54. serva *Gothofredus*.

Cap. IX. 1. dispositionem Varronis divinitatis *γ*. dispositionem ..... nitatis *Aφ*. dispositionem ..... divinitatis *ab*. 2. possit iam videri satis *bγ*. possit ..... satis *Aa*. 3. gentili. Sed *ego*. gentibus. Et *Aab*. 4. superstitio *Gothofredus*. 5. filosophorum *Aβ*.

q. compressa cura Aegyptiorum.] Rigaltius correxit *compressatus Aegyptiorum* adnotans haec: „In promptu fuit emendatio *compressatus*. Nihil enim deesse mihi videtur, aut si quid derasum fuerit in extrema linea post dictionem *eius*, nihil aliud fuerit quam *esset* aut quid eiusmodi. Compressatum dicit Tertullianus pro venatione quae oppressura erat Aegyptum, ut habet Latina versio Genes. cap. 41. Sic in Scorpiace cap. 3 „Manus erat super illos in mala, et *compressati* sunt valde." Interim mihi praeplacuit mea emendatio *compressa cura*. Neque substantivi *compressatum* ab ullo sequioris aetatis scriptore usurpatum esse novi.

r. Phariam] Isim. Cf. Apolog. cap. 16., et interprr. ad Minuc. Felic. Octav. cap. 21.

s. suis regibus recontrans] Notum de Aegyptiis et Alexandrinis sua natura rixosis, seditiosis, genteque levi, pendula et ad omnia famae momenta volitante, ut vocatur in epistola illa Adriani Imp. ad Servianum Cos., ubi de Serapide aliquam multa; quem cum a Christianis quoque et a Iudaeis cultum dicat, inde mihi suspicio, huius etiam Tertullianei loci argumento, Christianos cum Nationibus ac nominatim Aegyptiis agentes Aegyptiorum de Serapide *Θεολογούμενα* ad veram religionem modis omnibus referre laborasse, sic ut Serapidem non modo cum Iosepho conferrent, quod supra factum Tertulliano, verum insuper ad verum illum deum et unicum, deum, inquam Abrahami, Isaaci, Iacobi, et per eos Iosephi reducerent. Atque ita de eo loco hactenus obscurissimo sentio; de quo alibi cum bono deo latius in Ecclesiasticis nostris. Denique Christianae *συγκαταβάσεως* et hoc argumentum fuerit: Unus idemque nobis et vobis deus, o Nationes, Serapis! nempe Iosephi deus. Quod factum accedit Paulino illi de deo agnosto. *Recontrans* pro recalcitrans, refractaria, retorrida; cui mox opponitur *deiecta*. Nempe Alexandrini regibus suis seu principibus saepe infecti; plena historia Augusta, etiam sub Severo et Caracalla. V. saltem Spartianum in Caracalla et Herodianum in Caracalla p. 549. (Gothofr.)

t. sane et gula et spurcitia canina etiam servi ipsa.] Sane etiam servi gula ipsa et spurcitia canina sua.

Cap. IX. a. substitutio] Mendacii deos nationes substituerunt deo vero et unico.

nec populorum, a quibus tradita est, sed dominantium Romanorum, a quibus occupata est, [6]a quibus auctoritatem sibi extruxit, alia iam nobis ineunda est humani erroris latitudo[b], immo silva caedenda[c], quae undique conceptis superstitionum seminibus [7]vitii pueritatem obumbravit[d]. Sed et Romanorum deos Varro [7b]trifariam disposuit *in certos*, incertos et electos[e]. Tantam vanitatem! Quid enim erat illis cum incertis, si certos habebant? Nisi si [8]Attico stupori recipere voluerunt. Nam et Athenis ara est inscripta: IGNOTIS DEIS[f]. Colit ergo quis quod ignorat? Tum si [9]certos *habeb*ant, contenti esse debuerunt, nec electos desiderare. In quo etiam [10]inreli*gios*i deprehenduntur. Si enim dei ut [11]bulbi seliguntur[g],

6. a quibus *om. b.* 7. vitii pueritatem *b.* vitiis puritatem *Gothofredus.* vitiis pueritatem *Aa.* 7b. trifariam disposuit in certos, incertos *Gothofredus.* bifariam disposuit incertos *Aab.* 8. Attico stupori *Aa.* Atticos stupores *b.* Attico stupore *Gothofredus.* 9. certos habebant *bγ.* certo..... ant *Αβa.* certo... ebabant *Aφ.* 10. inreligiosi *bγ.* inreli..... *Aa.* 11. bulbi seliguntur *b. Gothofredus ex Augustino De Civ. Dei VII,* 1. vultis eliguntur *Aa.*

b. alia iam nobis ineunda est erroris latitudo] De Idôlol. cap 2. „Sed universa nomina criminum discedant in operum suorum proprietates, remaneat idololatria in eo quod ipsa est; sufficit sibi tam inimicum deo nomen, tam locuples substantia criminis, quae tot ramos porrigit, tot venas diffundit, ut de hoc cum maxime materia suscepta sit, quot modis nobis praecavenda sit idololatriae *latitudo.*"

c. silva caedenda] Cf. adnot. ad De Corona cap. 10.

d. vitii pueritatem obumbravit.] Similiter Apolog. cap. 7 de fama: „Exinde in traduces linguarum et aurium serpit, et ita *modici seminis vitium cetera rumoris obscurat*" cett. cum quo loco cf. gemellum Ad Natt. I, 7. Ceterum adverte vocabulum *pueritas*, quod Tertullianei stili est.

e. trifariam disposuit in certos, incertos et electos.] Ita correxi cum Gothofredo, cuius verba adscribo: Immo *trifariam*, ut vel sequentia ostendunt: „si *certos* habebant," et mox: *tum si certos* habebant," item oppositio illa: *„Nos vero bifariam Romanorum deos recognoscimus."* Sed et expresse Augustinus de Civ. Dei VI, 3, cum de libris Divinarum Varronis agit (de quibus et hic noster intellexit): „Hanc veluti pompam, inquit, obsequiorum in tribus qui restant (sc. libris postremis). Dii ipsi sequuntur extremi, quibus iste universus cultus impensus est: *„in primo dii certi, in secundo incerti, in tertio e cunctis novissimo dii praecipui atque selecti."* Tria vides deorum genera Varronem constituisse totidemque libris digessisse, certos, incertos, selectos. Proinde et hic locus ita restituendus: *trifariam* disposuit *in certos,* incertos, et electos.

f. IGNOTIS DEIS.] De hac ara v Pausan. I, 1, 4. Cf. Diog. Laert. 1, 110. Acta Apost. XVII, 23. ibique Beza, Brodaei Miscell. II, 2.

g. ut bulbi seliguntur] Hic est ille locus, cui Augustinus testimonium reddit de Civ. Dei VII, 1., et in quo simul Tertulliani ratiocinationem reprehendit. Nam et ipse pariter de diis istis selectis acturus illo libro septimo sermonem ita ingreditur: „Qua in re, inquit, non dico, quod facetius ait Tertullianus fortasse quam verius: *Si dii seliguntur ut bulbi, utique ceteri improbi iudicantur.*" Non hoc dico. Video enim etiam ex selectis seligi aliquos ad aliquid maius aut praestantius; sicut in militia cum tirones electi fuerint, ex his quoque eliguntur ad opus aliquod maius armorum. Et cum eliguntur in Ecclesia qui fiant praepositi, non utique ceteri reprobantur, cum omnes boni fideles electi merito nuncupentur. Eliguntur in aedificio lapides angulares, non reprobatis ceteris qui structurae partibus aliis deputantur. Eliguntur uvae ad vescendum, nec reprobamus alias quas reliquimus ad bibendum. Non opus est multa percurrere, cum res in aperto sit. Quamobrem non ex hoc quod dii ex multis quidem selecti sunt vel is qui scripsit vel eorum

qui non [12]seliguntur *improbi* pronuntiantur[h]. Nos vero bifariam Romanorum deos [13]recognosci*mus* communes et proprios[i], id est quos cum omnibus habent et [14]quos *ipsi* sunt commenti. Et numquid hi sunt publici et adventicii [15]dicti? *Hoc enim* arae docent, adventiciorum ad fanum Carnae[k], publicorum in [16]P*alatio*[l].

12. seliguntur, improbi *Gothofredus, ex Augustino.* seliguntur, reprobi *b.* seliguntur..... bi *Aa.* 13. recognoscimus *bγ.* recognosci ... *Aa.* 14. quos ipsi sunt *Aφbγ.* quos .... sunt *Aβa.* 15. dicti? Hoc enim *bγ.* dicti? si quidem *Ambrosch Forschungen p.* 165. dicti ..... m *Aβa.* dicti ..... im *Aφ.* 16. Palatio; quare cum communes *bγ.* pa ..... quare communes *Aa.*

cultores vel dii ipsi vituperandi sunt, sed animadvertendum potius quinam isti sint et ad quam rem selecti videantur.“ Vides Augustinum bene prolixe exempla colligentem ut Tertullianum refutet; quem si defendere velim, etiam possim. Humana quippe exempla illa nequicquam urgent; divina enim conversatio longe alia. Nam si plures deos statuas (qui furor gentilis est) utique aequales, iam non aequales, si selecti quidam, fastigium divinitatis adsolatur fastidio humano. Immo et inter homines aequales non possis unum praeferre nisi alio posthabito: „Praelatio alterius sine alterius contumelia non potest, nec ulla electio non reprobatione componitur; qui de pluribus suscipit aliquem, eum quem non suscepit despexit,“ ut Noster supra libro I, cap. 10. scribebat. Est et illud observandum, Augustinum usum codice horum librorum ab hoc diverso: nam pro his verbis, quae hic habentur *ut vultis* praefert ipse *ut bulbi,* quo etiam spectat, cum ait *facetius* haec Tertullianum scribere. (Gothofr.) Augustini reprehensio si diligentius examinetur, subtilior fortasse iudicabitur. Nam quod animadvertendum praecipit, quinam isti dii sint et ad quam rem selecti, facit hoc sane luculenter Septimius et Apologetico illo nobili et hisce ad Nationes libris. Sed hic merito ridet Varronianam deorum selectionem, cum dici deus non debeat, neque esse possit nisi qui sit solus omnipotens, aeternus, immensus, indefessus. Huic vero comitem si dederis aut vicarium, plane rem feceris superfluam atque inutilem, verum et divinitati prorsus indecorum. Hoc primum argumento Septimius noster deorum turbam profligat; mox et Varronem ex ea turba seligentem praecipuos inreligiosum esse dicit; hoc enim non sine reliquorum iniuria fecisse, quos esse quidem deos censuerit, verum dignitate inferiores aut potestate. Hos igitur non tantum inofficiosi, verum et laesae divinitatis querela agere, adversus hominem de diis iudicare ausum, quasi deus non sit nisi cui homo propitius fuerit, quod sane est deos habere tanquam fungos: — „pratensibus optima fungis Natura est, aliis male creditur“ ait Horatius. Quid autem aliud velle cum electis suis Varronem, nisi electis illis optimam esse numinis naturam, aliis male credi? Quod vero attinet ad exempla quae reprehensioni suae confirmandae adfert Augustinus, videndum an conveniant divinitati sive deo, cui proprium est unicum esse et solum. Itaque ex militibus quidem eliguntur qui fiant centuriones, ex fidelibus qui fiant praepositi, ex lapidibus qui fiant angulares, nec propterea tamen reliqui dicuntur reprobati, quia nempe horum omnium disciplina est, ut ordine ac potestate distinguantur. At deum esse non recipit *τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον.* (Rigalt.)

h. improbi pronuntiantur.] Rigaltius edidit *reprobi* pro *improbi,* quod ex Augustino recepi. Illud fortasse verius. De Pudic. cap. 19 „*reproba* terra.“ Apolog. cap. 30 *reprobi* bovis.“ Scorpiac. cap. 12 „Inter omnes enim *reprobos*“ cett. Cf. Onomast. Graeco-Lat. ap. Vulcan. p. 130: „*Reprobus, ἀδόκιμος.*“ Ulpian. Dig. XIII, 3, 24 „*reprobos* nummos.“

i. communes et proprios] Cum Varrone. Serv. ad Vergil. Aen. VIII, 275 „Varro dicit deos alios esse qui ab initio certi et sempiterni sunt, alios qui immortales ex hominibus facti sunt: et de his ipsis alios esse privatos, alios communes: privatos, quos unaquaeque gens colit, ut nos Faunum, Thebani Amphiaraum, Lacedaemonii Tyndareum: communes, quos universi, ut Castorem, Pollucem, Liberum, Herculem.“ Cf. Merkel Prolegg. in Ovidii Fast. p. CXXXV et p. CXCV sq.

k. Carnae] De hac dea v. Macrob. Saturn. I, 12. Hartung Relig. der Römer II, p. 128.

l. adventiciorum ad fanum Carnae,

Quare *cum* communes [17]dei quam *in* physico quam in mythico[m] [18]compre*hendan*tur, actum est iam de istis. Speciebus de propriis [19]dicere *iam lib*et. De Romanis stupeamus tertium illud genus hostilium [20]deorum[n], *propterea* quod nulla gens alia tantum sibi superstitionis [21]invenerit. *Ceteros in* duas species dirigimus, alios de hominibus assumptos, alios [22]*modo alio* conceptos. Igitur quoniam idem illis color suppetit consecrationis mortuorum, tanquam ob merita vitae, eandem et nos responsionem opponamus necesse est, neminem ex his quoque tanti fuisse. Patrem diligentem [23]Aenean crediderunt, militem [24]numquam gloriosum, lapide debilitatum[o]. Quod telum quantum [25]volgare, atque caninum, tanto ignobile [26]volnus! Sed et proditor patriae Aeneas invenitur, tam Aeneas quam Antenor. Ac si hoc verum nolunt, [27]Aeneas[p] certe patria [28]flagrante dereliquit socios, feminae Punicae[q] subiciendus, quae maritum Hasdrubalem Aeneae [29]timiditate miti[r] supplicantem hosti non [30]comitata raptis secum filiis formam et patrem[s] sibi habere non in fugam sapît, sed in ignes [31]ardentis Carthaginis ut in amplexus patriae pereuntis incubuit. Pius Aeneas ob unicum puerum et decrepitum senem Priamo et Astyanacte destitutis? Atquin Romanis magis [32]detestan*dus,* qui pro salute principum et domus eorum adversus liberos et coniuges et [33]*omne* pignus[t] suum deierant.

17. dei quam in *ego.* dei quam *Aab.* 18. comprehendantur, actum *by.* compre..... ntur. Actum *Aa.* 19. dicere iam libet. De *ego.* dicere attinet. De *Gothofredus.* dicere..... et. De *Aab.* 20. deorum, propterea *Hildebrandus.* deorum..... ereo *Aφ.* deorum ..... se? eo *a.* deorum ..... e eo *b.* deorum nexuisse, eo *γ. Vocabuli* nexuisse *vestigia deprehendisse sibi visus erat Gothofredus.* 21. invenerit. Ceteros in duas *γ.* invenerit..... duas *Aab.* invenerit. Igitur in duas *Hildebrandus.* 22. modo alio conceptos *ego.* m̃ ..... s *Aβ.* in .. conceptos *a.* inde conceptos *(Aφ)by.* 23. Aenean *b. Gothofredus.* aenea *Aa.* 24. numquam *Aβ.* 25. volgare *Aab.* 26. volnus *Aab.* 27. Aeneas *b.* aenea *Aa.* 28. flagrante *ab.* fraglante *A. In seqq. Aβ. habet* dereliquid. 29. timiditate miti *ego.* timiditate *b. Gothofredus.* timiditatem (timiditatē *Aβ.*) his *Aa.* 30. comitata *b. Gothofredus.* comitatu *Aa.* 31. ardentis *b.* ardentes *Aa.* 32. detestandus *by.* detestan... *Aa.* 33. omne pignus *by.* o .... pignus *Aa.*

publicorum in Palatio.] De hoc loco disputat Ambrosch Forschungen cett. p. 165 et 190. et contra eum Merkel in Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CXCIV sq.

m. quam in physico quam in mythico] V. adnot. ad De Idol. cap. 4.

n. hostilium deorum] Hostiles dei sunt numina victarum urbium et provinciarum. V. Apolog. cap. 25. Ad Natt. II, 17. Minuc. Felix Octav. cap. 25.

o. lapide debilitatum.] Homer. Il. V, 300 sqq.

p. Aeneas] Liber Agobardi *Aenea,* quae nominativi forma retinenda esset, nisi *Aeneas* constanter scriberet Tertullianus. V. Charis. I, p. 50. Cf. Quinctil. Instit. Orat. I, 9.

q. feminae Punicae] V. supra libro I, cap. 18.

r. timiditate miti] Ita restitui pro eo quod liber Agobardi praebet vitiose *timiditatem his.* Cum vocabulo *timiditate* litera prima accrevisset vocabuli *miti,* sequentis vocabuli *supplicantem* prima reduplicata alterum *s* accresceret praecedenti, facilis fuit corruptela in *his.*

s. formam et patrem] h. e. pulchritudinem et generis nobilitatem.

t. pignus] Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 12. De re adscribo Gothofredi ad-

[34]Consecrant filium Veneris, et hoc [35]Volcanus sciens *pa*titur et Iuno concedit. [36]Filii si pietate[u] parentum in caelo sedent, cur non potius Argivi iuvenes[v] dei habiti, quod matrem, ne in sacris [37]piaculum committeret, plus quam humano more iugales provexerunt? Cur non magis dea, quae magis pia, illa filia patris in carcere fame defecti uberibus suis [38]educ*atrix*[w]? Quid aliud Aeneae gloriosum, nisi quod proelio Laurentino nusquam comparuit? Rursus forsitan solito more quasi desertor e proelio fugerit. Romulus aeque post mortem deus. Si quia urbem [39]condidit? *Cur non* alii usque in feminas urbium auctores? Sane Romulus et fratrem interfecit et alienas virgines dolo rapuit. Ideo deus, ideo [40]Quirinus *est*, *quia* tunc parentibus [41]quiritatum est per illum. Quid [42]Sterculus[x] meruit ad divinitatem? Si agros stercoribus iuvando diligens fuit, plus fimi [43]Augias conferebat. Si Faunus Pici filius in ius agitabatur mente ictus[y], curari eum magis quam consecrari decebat. Si Fauni filia pudicitia praecellebat[z], ut ne conversaretur quidem inter viros, aut barbaria aut conscientia deformitatis aut [44]rubore insaniae paternae, quanto dignior Bona Dea Penelopa, quae inter tot vilissimos amatores diversata obsessam castitatem

34. Consecrant *ego*. Consecrat *Aab*. 35. Volcanus sciens patitur *bγ*. Volcanus scien... titur *Aa*. 36. Filii si pietate parentum *ego*. Si veredi parentum *b*. sibi sede parem *Gothofredus*. Si bisepte parentum *Aβ*. sibi septe parentum *Aγa*. 37. piculum *A*. 38. educatrix *bγ*. educ..... *Aa*. 39. condidit? Cur non alii *ego*. condidit..... alii *Aa*. condidit; et alii *bγ*. 40. Quirinus est, quia tunc *bγ*. Quirinus..... tunc *Aa*. 41. quiritatum *b*. *Gothofredus*. queritatum *Aa*. 42. Sterculus *Ab*. Sterculinus *a*. 43. Augeas *Aβa*. 44. ruborae *A*.

notata: Huc pertinet illud quod de Caligula memorat Sueton. cap. 15 „De sororibus auctor fuit, ut omnibus sacramentis adiiceretur: Neque me liberosque meos cariores habeo quam Caium et sorores eius.“ Arrianus I, 14 „*τῷ θεῷ ἔδει καὶ ἡμᾶς ὀμνύειν ὅρκον οἷον οἱ στρατιῶται τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ ἐκεῖνοι μὲν τὴν μισθοφορίαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν.*“ Eodem respexit Noster de Corona cap. 11 „Credimusne humanum sacramentum divino superduci licere, et in alium dominum respondere post Christum, et deierare patrem ac matrem et omnem proximum, quos et lex honorari praecepit?“

u. Filii si pietate] Ita emendandum erat. Liber Agobardi vitiose *si bisepte* aut *sibi septe*. Vocabula *Filii si* latent in *si bise*, vox *pietate* in compendio scripturae *pte*.

v. Argivi iuvenes] Cleobis et Biton. V. Herodot. I, 31. Pausan. II, 20. Stob. Serm. 169. Cic. Tusc. I, 47. Valer. Max. V, 4, 4. ext. Serv. et Philarg. ad Vergil. Georg. III, 532.

w. illa filia patris in carcere fame defecti uberibus suis educatrix?] Perus, Cimonis filiae, nobilissimum hoc pietatis facinus refert Valer. Maxim. V, 4, 1, ext.

x. Sterculus] De hoc cf. Apolog. cap. 25.

y. in ius agitabatur mente ictus] Contra ius fasque. (Rigalt.) Fabulae huius nemo, quod sciam, praeter Tertullianum meminit.

z. Si Fauni filia pudicitia praecellebat] Bona dea. V. Serv. ad Vergil. Aen. VIII, 314. Macrob. Sat. I, 12. Cic. de Harusp. Resp. cap. 17. Varro apud Lactant. I, 22, 9. Ovid. Fast. V, 148. Plut. Quaestt. Rom. 20. Dio Cass. XXXVII, 45. Interprr. ad Arnob. Adv. Natt. I, 36. et V, 18., ad Iuvenal. Sat. VI, 429. Merkel Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCIV. Hartung Relig. der Römer II, 191.

tenere[tz] protexit? Est et Sanctus[zz] propter hospitalitatem a rege Plotio fanum consecutus: potuit et Vlixes de humanissimo [45]Alcinoo unum amplius deum vobis contulisse.

Ad foediora festino. Non puduit auctores vestros de [1]Laren- Cap. X.
tina palam facere[a]. Scortum haec [2]meritorium fuit, sive dum Romuli [3]nutrix et ideo lupa quia scortum, sive dum Herculis amica est, [4]et iam mortui Herculis, id est iam dei. Nam ferunt aedituum eius[b] solum forte [5]in aede calculis [6]ludentem ut sibi [7]conlusorem, quem non habebat, repraesentaret, una manu Herculis nomine, alia ex sua persona lusum inisse, si ipse vicisset, coenulam [8]et *scor*tulum ex [9]stipibus Herculis sumeret, si vero Hercules, id est manus [10]altera, eadem Herculi exhiberet. Vicit manus Herculis. Id quoque [11]potuit duodecim titulis eius adscribi. Aedituus coenam Herculi [12]dependit, *scortum* Larentinam conducit; coenat ignis, [13]qui solvit ipsius Herculis [14]*corpus*[c], *et* omnia ara consumpsit. Larentina in aede sola [15]dormit *et mulier* de [16]lenonio ludo iactitat se somniis [17]Herculi functam[d], et [18]po*tuit, dum* animo contemplatur, somnio pati. Eam de aede [19]progredi*entem* mane primo quidam [20]adulescens, tertius quod aiunt Hercules[e], concupiscit, ad [21]se *in-*

45. Alcinio *Aa.*

Cap. X. 1. Larentina *bγ.* Laren...a *Aφ.* Laren.... *Aβa.* 2. meritorium *b.* meritorum *Aa.* 3. nutrix et ideo *ab.* nutrix.... eo *Aφ. et Aβ.* 4. etiam *a.* 5. in aede calculis *bγ.* in ae calculis *Aa.* 6. ludentem *ab.* lu..ntem *Aφ. et Aβ.* 7. conlusorem *b. Gothofredus.* conclusorem *Aa.* 8. et scortulum *Aβ. et Aφbγ.* et...rtulum *a.* 9. stipibus *ego.* stipitibus *Aab.* 10. altera *Aφab.* a..... *Aβ.* 11. potuit duodecim *ab.* potuit.... ecim *Aβ. et Aφ.* 12. dependit, scortum *(Aφ)bγ.* dependit.....m *Aβa.* 13. qui solvit *ego.* qui sol et *Aab.* quia Sol et *Gothofredus.* 14. corpus, et omnia *ego.* comes. Omnia *γ.* co.....mnia *Aab.* 15. dormit, et mulier *ego.* dormit, mulier *γ.* dormit..... *Aab.* 16. lenonis *a., sed corr. in Erratis.* 17. Herculis *Aa.* 18. potuit, dum animo *bγ.* po.....animo *Aa.* 19. progredientem *Aφbγ.* progredi..... *Aβa.* 20. adulescens *Aa.* adolescens *b.* 21. se invitat. Illa obsequitur, memor commodo fore id *ego.* se compellat: Larentia obsequitur, nempe id *γ.* se.....id *Aab.*

tz. tenere] Nos: auf zarte weise.

zz. Sanctus] De Sanco vel Sancto (cf. Augustin. de Civ. Dei XVIII. 19.) v. Ovid. Fast. VI, 213 sqq. Liv. VIII, 20. XXXII, 1. Sil. Ital. VIII, 422 sqq. Propert. IV, 9, 71 sqq. Orelli Coll. Ampl. Inscr. Lat. vol. I, p. 302. n. 1547 et 1548. Merkel Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCIX sq. Hartung Relig. der Römer tom. II, p. 44. De rege Plotio tacet memoria.

Cap. X. a. palam facere.] Sic iterum infra cap. 13 „De quo poetica sic lusitavit, quomodo, quando de fugitivo *palam est factum*" cett.

b. Nam ferunt aedituum eius] Fabulam narrant Macrob. Saturn. I, 10. Plut. Quaestt. Rom. 35. Augustin. de Civ. Dei VI, 7.

c. qui solvit ipsius Herculis corpus] Cum rogum conscendisset. Gothofredus scribens *quia Sol et ipsius Herculis comes* adnotat: De comitibus deorum iam supra cap. 7. Porro notum ex Macrobio quoque Saturn. I, 20. Herculem eundem cum Sole.

d. se somniis Herculi functam] h. e. se morigeratam esse Herculi. *Fungi alicui* proprie est accommodari, satisfacere vel apparere. Cf. Apolog. cap. 9. Dirksen Manuale s. v. p. 396.

e. tertius quod aiunt Hercules] Primus Hercules erat cum quo sibi visa coire vel certe iactitabat Larentina, alter

vitat. Illa obsequitur, memor commodo fore id dictum sibi ab Hercule, [22]utique *impetrat, ut legitimo connubio commis*ceantur[f] (non enim impune [23]licuit *cum dei scorto rem habuisse*); *coniux here*dem quoque scribit. Mox illa [24]prope *mortem populo Romano legavit quem* per Herculem fuerat insecuta [25]agrum *satis amplum. Hinc quaesivit* divinitatem et filiabus suis, quas [26]et ipsas [27]*heredes instituere debuit* divina Larentina. Romanorum numina [27b]digni*tate eius aucta. Nempe so*la de tot uxoribus Herculis cara, sola enim [28]dives, *longeque adeo felici*or Cerere, quae mortuo placuit[g]. Tot exemplis et [29]no*minibus apud vos* quis non deus affirmari potuit? Quis denique Antinoo[h] [30]contro*versiam divi*nitatis agitavit? [31]Quo decorior Ganymedes aut carior suo [32]amatori[i]? *Patet* apud vos mortuis caelum. Viam ab inferis ad astra subigitis. [33]Pass*im scor*ta ascendunt, ne multum putetis vos praestare regibus vestris.

Cap. XI. [1]Nec *estis* contenti eos deos asseverare qui visi retro, auditi

22. utique impetrat, ut legitimo connubio commisceantur *ego.* utique et legitimo connubio commiscentur *γ.* utique ..... centaur (ceantur *ab., sed in a. est corr.* centaur *in Erratis*) *Aab.* 23. licuit cum dei scorto rem habuisse; coniux heredem *ego.* licuisset lupari. Inde Larentinam et heredem *γ.* licui ..... dem *Aab.* 24. prope mortem populo Romano legavit quem per *ego.* prope mortem populo Romano reliquit quae per *γ.* prop ..... per *Aab. Pro* Herculem *in Aφ. est* herculaem. 25. agrum satis amplum. Hinc quaesivit divinitatem *ego.* agrum Turacem, Semurium, Lutirium, Solinium. Hinc quaesivit divinitatem *γ.* agrum ..... divinitatem *Aab.* 26. et *ego.* ut *Aab.* 27. heredes instituere debuit. Divina *γ.* h ..... divina (dinm a *ab.*) *Aab.* 27b. dignitate eius aucta. Nempe sola de *γ.* digni ..... lade *Aa.* digni ..... sola de *b.* 28. dives longeque adeo felicior *γ.* dives ..... or *Aab.* 29. nominibus apud vos quis *ego.* votis totius populi quis *γ.* uo ..... quis *Aab.* 30. controversiam divinitatis *bγ.* controu ..... nitatis *Aab.* 31. Quo *ego.* quod *Aab.* 32. amatori? Patet *Havercamp. ad Tertulliani Apolog. cap.* 13. *p.* 136. amatori? Igitur *γ.* amatori ..... *Aab.* 33. Passim scorta *ego.* Passim alii ita *γ.* Passim ita catamiti *Havercamp. l. l.* Pass ..... ta *Aab. Pro* subigitis *Havercampus vult* subigitur.

Cap. XI. 1. Nec estis contenti *Hildebrandus.* Nec ..... contenti *Aφ., et ita Gothofredus quoque edi voluerat.* Non contenti *ab.* No. contenti *Aβ.* Nec Romani contenti *γ.*

aedituus Herculis, si forte, vicibus functus. Ceterum hic respici puto notum illud Graecorum Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς. Quamquam hoc „ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν καὶ κραταιῶν“ interpretatur Diogenianus I, 63. Cf. Paroemiogr. Gr. Gaisfordii p. 6, 46. p. 161, 63., ubi citantur Plut. Thes. tom. I, p. 14. Eustath. ad Il. V, p. 589, 41. Adde M. Terentii Varronis Sat. Menipp. Reliqu. ed. Oehler p. 93 sq.

f. impetrat ut legitimo connubio commisceantur] Macrob. Saturn. I, 10 „victore itaque Hercule illum Accam Larentiam, per id tempus nobilissimum scortum, intra aedem inclusisse cum coena, eamque postero die distulisse rumorem, quod post concubitum dei accepisset munus, nec commodum primae occasionis, cum domum se reciperet, offerendae aspernaretur. Evenisse itaque ut egressa templo mox a Carutio capto eius pulchritudine compellaretur, cuius voluntatem secuta assumptaque nuptiis post obitum viri omnium bonorum eius facta compos, cum decederet, populum Romanum nuncupavit heredem“ cett.

g. Cerere, quae mortuo placuit.] Proserpina, quae Plutoni, mortuorum regi, placuit. Erat cum rescribendum videretur *Hebe, quae mortuo* (sc. Herculi) *placuit.* Interim retinui vulgatam.

h. Antinoo] Cf. Apolog. cap. 13.

i. aut carior suo amatori?] Nihil curat religio vestra, utrum aliquis deus sit factus per Iovem, an per hominem, dummodo sit exoletus uterque.

contrectatique [2]sunt, *quorum* effigies descriptae, negotia digesta, memoria [3]propagata, [4]umbr*as nescio* quas incorporales, inanimales, et nomina de rebus [5]efflagitant *caelo et* sanciunt, dividentes omnem statum hominis singulis [6]potestat*ibus ab ip*so quidem uteri conceptu, ut sit deus [7]Consevius quidam[a], qui consationibus concubitalibus praesit, et [8]Fluviona[b], quae infantem in [9]utero *retineat,* hinc Vitumnus et Sentinus[c], per quem viviscat infans et [10]sentiat *primum,* dehinc Diespiter[d], qui puerum perducat ad partum. Cum [11]*primum pariebant*, et Candelifera, quoniam ad candelae lumina pariebant, et [12]quae *aliae deae sunt ab officiis part*us dictae[e]. [13]Perverse natos *adiuvandi Postvertae*, *recte na*tos Prosae Carmentis esse [14]provin*ciam voluerunt*[f]. *Deus est dictus* et ab effatu [15]Fari-

2. sunt, quorum *by.* sunt..... *Aa.* 3. propagate *A.* 4. umbras nescio quas *b.* umbras aliquas *γ.* umbr..... quas (quasi *a., sed corr. in Erratis*) *Aa.* 5. efflagitant caelo et *ego.* efflagitant deosque *by.* efflagitant..... *Aa. Pro* nomina *Gothofredus vult* numina. 6. potestatibus ab ipso *by.* potestat..... so *Aa. Pro* uteri *in a. est* uteris. 7. Consevius quidam, qui consationibus *Aβab.* conse..... nibus *Aφ.* 8. Fluviona (*Aφ.*). Fluvionia (*Aβ*)*ab.* 9. utero retineat *ego.* utero retinebat *γ.* utero nutriat *Merkel. Prolegg. ad Ovidii Fastt. p. CLXXXVI.* utero..... *Aab.* 10. sentiat primum *γ.* sentiat..... (*Aβ*)*ab.* sentiat..... *Aφ.* 11. primum pariebat *γ.* prin (prim *Aφ.*) ..... *Aab.* 12. quae aliae deae sunt ab officiis partus *ego.* quae alias parturientium praeesse nixibus *γ.* quae..... us (ns *Aφ.*) *Aab.* 13. Perversae natos adiuvandi Postvertae, recte natos *ego.* Perverse nato partu Postvertae, recto Varro *γ.* Perverse natos (Perversae natos *Aβ.* Perversa enatos *Aφ.*) ..... ro (to *b.*) *Aab.* 14. provinciam voluerunt. Deus est dictus et *ego.* provinciam quoque scribit, et *γ.* provin..... et *Aφ.* provin..... et (*Aβ*)*ab.* 15. Farinus *Gothofredus.* Farmus (*Aφ Aβ*)*ab.*

Cap. XI. a. Consevius quidam] Macrob. Saturn. I, 9. Cf. Augustin. de Civ. Dei VI, 9.

b. Fluviona] Fest. p. 69: „Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.“ Cf. Augustin. de Civ. Dei VII, 2., Martian. Cap. II, 149. (Kopp.), Arnob. Adv. Natt. III, 30 et ibi Hildebr.

c. Vitumnus et Sentinus] August. de Civ. Dei VII, 2 et 3.

d. Diespiter] Augustin. de Civ. Dei IV, 11.

e. et quae aliae deae sunt ab officiis partus dictae.] De Anima cap. 37 „superstitio Romana deam finxit *Alemonam,* alendi in utero fetus, *et Nonam* et *Decimam,* a sollicitioribus mensibus, et *Partulam,* quae partum gubernet, et *Lucinam*, quae producat in lucem.“ Cf. Gell. N. A. III, 16. Augustinus de Civ. Dei IV, 11 „Ipse sit nomine Liberi virorum seminibus, et nomine Liberae feminarum. Ipse sit Diespiter, qui partum perducat ad diem. Ipse sit dea *Mena,* quam praefecerunt menstruis feminarum. Ipse *Lucina,* quae a parturientibus invocetur. Ipse opem fert nascentibus, excipiens eos sinu terrae et vocetur *Opis.*“ Varro apud Nonium p. 57. Merc. „Enixae dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et dolendi labore perfunctae a *Nixis,* quae religionum genera parientibus praesunt.“ Festus s. v. *„Nixi Dii* appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Minervae, genibus nixa, velut praesidentes parturientium nixibus.“, ad quae verba v. interprr. Cf. interprr. ad Ovid. Metam. IX, 294 Adr. Turnebi Advers. XXIX, 19.

f. Carmentis esse provinciam voluerunt.] Gell. N. A. XVI, 16 „Esse autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nisos sursum pedibus elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pedes cruraque arboris appellant ramos, caput stirpem et caudicem. Quando igitur, inquit, contra naturam forte conversi in pedes bracchiis plerumque diductis retineri solent aegriusque tunc mulieres enituntur, huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt

nus[g] et aliis a [16]*loquendo Locutius*[h]. *Adest oculum gravem* ad cavendum [17]summinist*ratque quietem Cunina*[i]. *Est educatrix* et [18]Levana et una [19]Rumina[k]. [20]Mirum *infantum sordibus eluendis deos* non esse provisos. Exinde et primi cibi [21]sum*endi potionisque capiendae* Potina et Edula[l], et statuendi infantis [22]Sta*tina*[m].

16. loquendo Locutius. Adest oculum gravem *ego*. loquendo Locutius: sed et Veiovem γ. lo.....uem *Aab*. 17. summinist*ratque* quietem Cunina. Est educatrix *ego*. sumministrat. Est et Cunina cunarum tutrix γ. sumministrat..... .....rix *Aab*. 18. Levana *Gothofredus*. Albana *Aab*. 19. Rumina *Gothofredus*. Runcinia *Aab*. 20. Mirum infantum sordibus eluendis deos non γ. Mirum..... .....non *Aab*. 21. sumendi potionisque capiendae Potina *ego*. sumendi et potionis ministrandae Potina γ. sum (sum̄ *Aφ*.)..... Potina *Aab*. 22. Statina. Adeundi Adeona, ab abeundo *ego*. Statilina, ab adeundo et abeundo Adeona et γ. Sta.....do *Aab*.

Romae *duabus Carmentibus,* quarum altera *Postverta* cognominata est, *Prorsa* altera, recti perversique partus et potestate et nomine." Cf. Macrob. Sat. I, 7, qui appellat *Porrimam* sive *Antevortam* et *Postvortam,* Augustin. de Civ. Dei IV, 11. Ovid. Fast. I, 633 sqq, Charis. II. p. 190 sq. ed. Putsch., Orelli Coll. Ampl. Inscr. Lat. I, p. 288. n. 1415., Merkel Prolegg. ad Ovid. Fast. p. CCX sq., Böttiger Kl. Schriften I, p. 89 sq. (adn.), Hartung Relig. der Römer II, p. 199.

g. Farinus] *Fabulinus* audit Varroni ap. Non. p. 532. Merc. „ali Statilino et Statano, quorum nomina habent scripta pontifices. Sic cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo *Fabulino.*"

h. Locutius.] De hoc deo v. Varro ap. Gell. N. A. XVI, 17. et interprr. ad Cic. de Divin. I, 45 et II, 32., ad Arnob. Adv. Natt. I, 28. Cf. Hartung Relig. der Römer II, p. 184.

i. sumministratque quietem Cunina.] Pro *quietem* possis et *tutelam* aut *tutamen.* De Cunina Lactant. Inst. Div. I, 20 „et *Cunina* quae infantes in cunis tuetur et fascinum submovet." Cf. Augustin. de Civ. Dei IV, 11.

k. Levana et una Rumina.] August. de Civ. Dei IV, 11 „Ipse levet de terra et vocetur dea *Levana,* ipse cunas tueatur et vocetur dea *Cunina* — —. In diva *Rumina* mammam parvulo immulgeat, quia rumam veteres dixerunt mammam." Cf. Varro ap. Non. p. 167. Merc. Runciniae deae vel Runcinae, cuius pro Rumina locum facit liber Agobardi, provincia prorsus est aliena. August. de Civ. Dei IV, 8 „praefecerunt — — cum runcantur (sc. frumenta), id est a terra auferuntur, deam Runcinam."

l. Potina et Edula] Augustin. de Civ. Dei IV, 11 „In diva *Potina* potionem ministret, in diva *Edulica* (pars codd. *Educa*) escam praebeat." Id. IV, 36 „sine *Educa* et Potica escam potumque sumpserunt." Id. IV, 9 „Si duas quisquam nutrices adhiberet infanti, quarum una nihil nisi escam, altera nihil nisi potum daret, sicut isti ad hoc duas adhiberunt deas *Educam* et *Potinam*" cett. Donat. in Terent. Phorm. I, 1, 11 „Apud Varronem legitur initiari pueros *Educae* et *Poticae* et *Cubae,* divis edendi et potandi et cubandi, ut primum a lacte et cunis transferuntur." Varro ap. Non. p. 108. Merc. „cum pro cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus *Aedusae* (vulg. *Edusae*), a potina (al. *potione*) *Pontinae* (vulg. *Potinae*) nutrici (al. *nutrices*)." Arnob. Adv. Natt. III. 25 „*Victa* et *Potua* (liber Paris. *Vita* et *Potua*) sanctissimae victui potuique praesunt.", ad quae verba monui cum Meursio rescribendum esse *Vica et Pota.* Nullam enim fidem habere potest locus interpolatus Cic. de Legg. II, 11, ubi nomina harum dearum a vincendo et potiundo derivantur. Neque ex Livii II, 7. (ubi cf. Drakenb. adnot.) aut Plutarchi Valer. Poplic. cap. 10. verbis ullo modo potest evinci bellicas deas fuisse *Vicam* et *Potam* sive *Vicam Potam,* ut fere appellantur, quippe erant uno sacello iunctae adeoque tamquam in unum numen conflatae. Immo sunt eaedem atque illae, quae apud alios passim *Edusa, Educa, Edula* et *Potina, Potua, Potica* dicuntur, atque hinc explicandus est etiam iocus Senecae Apocoloeynth. p. 960 (p. 826. ed. Lips.), ubi Diespiter Vicae Potae filius appellatur.

m. Statina.] Tertull. De Anima cap. 39 „dum prima etiam constitutio in-

Adeundi Adeona, ab abeundo Abeona [23]est. Domiducam[n] et habent, [24]et deam *Mentem, quae faciat mentem bonam aeque* et malam[o], item voluntatis Volumnum [25]Voletam*que. Habent et Paven*tinam[p] pavoris, [26]spei Veniliam[q], voluptatis [27]Volupiam, *praestan*tiae Praestitiam, aeque ab actu Peragenorem[r], [s]a consiliis [28]Consum, *Iuv*entam novorum togatorum, [29]virorum iam Fortuna [30]Barbata[s]. *Si de* nuptialibus disseram, Afferenda[t] est ab afferendis dotibus

23. est *ego.* et *Aab.* 24. et deam Mentem, quae faciat mentem bonam aeque *ego.* deam, et bonam Mentem bonae, malae *γ.* edeam ..... *Aab.* 25. Voletamque. Habent et Paventinam *ego.* Voletam; habent et Paventinam *γ.* Voletam ..... entinam *Aab.* 26. spei Veniliam *bγ.* speive. neleiam *Aa.* 27. Volupiam, praestantiae *γ. Merkel. l. l.* Volupiam ..... ntiae *Aab.* 28. Consum, Iuventam *bγ.* Consum .. ventam *Aa.* 29. virorum *b. Gothofredus.* vivorum *Aa.* 30. Barbata. Si de nuptialibus *ego.* Barbata. Et de nuptialibus *γ.* barbata ..... nuptialibus (*Aβ*)*ab.* barbata .... ptialibus *Aq.*

fantis super terram. *Statinae* deae (statimae deae *liber Agob.* statim Aedeae *ed. princ.*) sacrum est." Masculum numen profert ex Varrone Augustinus de Civ. Dei IV, 21 „commendare — — deo *Statilino* stantes, deae *Adeonae* adeuntes, *Abeonae* abeuntes." Cf. Id. VII, 3. Inprimis huc pertinet Nonius p. 532. Merc. „*Statilinum* et *Statanum* et Fabolinum praesides deos Varro Cato vel de Liberis Educandis puerilitatis affirmat: „ali *Statano* et *Statilino* quorum nomina habent scripta pontifices. Sic cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino."

n. Domiducam] Augustin. de Civ. Dei VII, 3 „Ponitur autem Iuno, quia Iterduca est et *Domiduca.*" Cf. Id. VI, 9. Mart. Cap. II, p. 37.

o. deam Mentem, quae faciat mentem bonam aeque et malam] Augustin. de Civ. Dei IV, 21 „commendare — — deae *Menti*, ut bonam haberent mentem." Id. VII, 3 „Ibidem posuerunt et *Mentem* deam, quae faciat pueris bonam mentem." Cf. Ovid. Fast. VI, 245. Liv. XXIII, 31. Plut. de Fortit. Rom. cap. 5. Vet. Kalend. ap. Orelli Coll. Ampl. Inscr. Lat. tom. II, p. 392., et Id. ibid. tom. I. inscr. 1818 sq.

p. Volumnum Voletamque. Habent et Paventinam] Pro *Voleta* August. de Civ. Dei IV, 21. appellat *Volumnam*, et pro *Paventina* deam *Paventiam.*

q. spei Veniliam] August. de Civ. Dei IV, 11 „De pavore infantum *Paventia* nuncupetur, de spe quae venit *Venilia*, de voluptate *Volupia*, de actu *Agenoria.*" Cf. Id. ibid. VII, 22. Vet. Schol. Maii ad Vergil. Aen. X, 76. (p. 103. ed. Keil): „Deam *Veniliam* alii Venerem, quod in mari nata sit, alii nympham, quam Graeci *Βουνήην* vocat Varro Rerum Divinarum XIIII. de dis certis spes cum conciliata non frustra esset et evenisset credere ....."

r. voluptatis Volupiam, praestantiae Praestitiam, aeque ab actu Peragenorem] Deae *Volupiae* mentio fit in antiquis Kalendariis ap. Orelli Ampl. Coll. Insc. Lat. vol. II, p. 410. et apud Augustin. de Civ. Dei IV, 11., cuius verba supra adscripsi. Deam *Praestitiam* Arnob. Adv. Natt. IV, 3 dicit *Praestanam*, et pro masculo *Peragenore* August. de Civ. Dei IV, 11. habet feminam *Agenoriam.*

s. Fortuna Barbata.] August. de Civ. Dei IV, 11 „Ipse sit et deus *Consus* praebendo consilia, et dea Sentia sententias inspirando, ipse dea *Iuventas* quae post praetextam excipiat iuvenilis aetatis exordia, ipse sit *Fortuna Barbata* quae adultos barba induit quos honorare voluerit." Cf. Orell. Coll. Ampl. Inscr. Lat. vol. I, p. 324. n. 1742. et vol. II, p. 388. De deo *Conso* v. Serv. ad Verg. Aen. VIII, 636., Schol. in Cic. Verr. I, 10. p. 142. ed. Orell., Plut. Quaestt. Rom. cap. 14., Dion. Halic. II, 30 sq., Tertull. de Spectac. cap. 5. Fest. s. v. Consualia., Orell. Coll. Ampl. vol. II, p. 410., Kopp ad Mart. Cap. I, 55. p. 100., Creuzer Symb. II, 608 sq. Hartung Relig. der Römer II, p. 87 sq.

t. Afferenda] Aliqua *Deferunda*, sed diversa ab hac *Afferunda*, memoratur in fragm. Actt. Fratr. Arval. tab. XXXII, p. CXLV ed. Marin., cuius adnot. v. p. 380.

[31]ordinata, *sed sunt, proh* pudor! et Mutunus et Tutunus[u] et [32]dea Pertunda[v] et Subigus et [33]Prema *dea et Perfica*[w]. Parcite dei impudentes! [34]Luctantibus sponsis nemo [35]intervenit. *Ipsi,* quorum votum est, foris gaudentes erubescunt[x].

Cap. XII. Et [1]quonam usque [2]deos *edam,* quia disserendum quales deos receperitis? Quantum vobis [3]erubes*cendum*? Rideam vanitatem an exprobrem caecitatem est [4]admodum *incertum.* Nam quot deos et quos utique producam? maiores an et [5]minores? veteres an et [6]novicios? mares an et feminas? caelibes an et [7]lecto *iunctos*? artifices an et inertes? rusticos an et urbanos? cives an et [7b]peregrinos? Tot enim familiae, tot nationes census bona fide[a] quaerunt, ut dispici et distingui describique non possint. [8]*At* quanto diffusa res est, tanto [9]substringenda nobis erit[b], et ideo qui in ista specie unum tuemur propositum demonstrandi illos omnes homines fuisse (non quidem ut cognoscatis, nam quasi [10]obliti agitis[c]),

31. ordinata, sed sunt, proh pudor *ego.* ordinata. Proh pudor *γ.* ordinata..... dor (*Aβ*)*b.* ordinata.... dor *Aφ.* ordinata..... dor *a. Pro* dotibus *in A. est* totibus. 32. dea Pertunda *b.* et Devertunda *a.* et devertunde *Aφ.* et de uertunde *Aβ.* 33. Prema dea et Perfica *ego.* Prema..... *bγ.* Praemat..... *Aβa.* praemat' *Aφ.* Prema. Humano pudori *Havercamp. ad Tertulliani Apolog. cap.* 35. *pag.* 302. 34. luctantibus *b. Gothofredus.* luptantibus *Aa.* 35. intervenit. Ipsi quorum *ego.* interveniat nisi quorum *γ.* intervenit.... quorum *Aab.*

Cap. XII. 1. quonam *b. Gothofredus.* quoniam (qm̃ *Aβ.*) *Aa.* 2. deos edam? *ego.* deos recensemus *γ.* deos..... *Aφ Aβb.* deos..... *a.* 3. erubescendum? *γ.* erubes..... *Aab.* 4. admodum incertum. Nam *bγ.* admodum..... nam *Aa.* 5. minores? veteres *ab.* mi..... teres *Aφ. et Aβ.* 6. novicios *A.* 7. lecto iunctos? *ego.* legibus iunctos *γ.* le..... *Aab.* 7b. peregrinos *ab.* pe..... *Aφ. et Aβ.* 8. At *ego.* ut *Aab.* 9. substrigenda *A.* 10. obliti *ego.* oblita *Aab.*

u. Mutunus et Tutunus] Conficta de *Meo* et *Tuo* inter venereos amplexus vocabula. (Rigalt.) Cf. Apolog. cap. 25. Arnob. Adv. Natt. IV, 11. cum interprr., Hartung l. l. II, p. 258.

v. Pertunda] Arnob. Adv. Natt. IV, 7 „Etiamne *Pertunda,* quae in cubiculis praesto est virginalem scrobem effodientibus maritis." Cf. Id. IV, 11. Augustin. de Civ. Dei VI, 9.

w. Subigus et Prema dea et Perfica.] August. de Civ. Dei VI, 9 „Et certe si adest Virginensis dea, ut virgini zona solvatur, si adest deus *Subigus,* ut virgo subigatur, si adest dea *Prema,* ut subacta, ne se commoveat, prematur, dea *Pertunda* ibi quid facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid et maritus. Valde inhonestum est, ut quod vocatur illa, impleat quisquam nisi ille. Sed forte ideo toleratur, quia dea dicitur esse, non deus. Nam si masculus crederetur et Pertundus vocaretur, maius contra eum pro uxoris pudicitia posceret maritus auxilium quam Foeta contra Silvanum." Deam *Perficam* denique repetii ex Arnobio Adv. Natt. IV, 7 „Etiamne *Perfica* una est e populo numinum, quae obscenas illas et luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere.", ad quae verba citavi Lucret. II, 1115. Martial. Epigr. III, 79. Salmas. ad Script. Hist. Aug. II, p. 18.

x. foris gaudentes erubescunt.] Ipsi, quorum prae libidinis prurigine votum est intervenire luctantibus sponsis, erubescentes remanent et foris gaudent.

Cap. XII. Concordat Apologetici cap. 10.

a. bona fide] Cf. adnot. ad lib. I, cap. 2.

b. tanto substringenda nobis erit] De ellipsi comparativi *magis* cf. ad De Test. Animae cap. 2.

c. obliti agitis] Cf. Apolog. cap. 10 „certe enim *oblitos agitis.*" Ad Natt. II, 7 „quam *incerti agilis* circa conscientiae pudorem et pudoris defensionem."

[10b] compendium ab ipsa dispiciendi [10c] ratione sumamus[d], originem generis illorum retractando. Origo enim totius posteritatis[e]. Ea origo deorum vestrorum Saturno, ut opinor, signatur. Neque enim si Varro antiquissimos deos Iovem, Iunonem et Minervam refert, nobis [11] excid*isse* debet omnem patrem filiis antiquiorem, tam Saturnum Iove quam Caelum Saturno; de Caelo enim et Terra Saturnus. Et tamen Caeli et Terrae originem omitto. Erant [11b] undeunde caelibes diu et orbi antequam mariti et parentes. Longo scilicet aevo crescendum illis fuit ad tantam [12] proceri*tatem*. Denique simul coepit et Caelo vox insolescere[f] et ubera Terrae [13] lapilliscere[g]; faciunt nuptias inter se. Credo, aut Caelum descendit ad [14] sponsam, *aut Terra* ascendit ad sponsum. [15] Concepit tamen Terra de Caelo et [16] peperit illa acto anno[h] Saturnum, mira ratione. Utri parentum similis[i]? Sed [17] et *pepere*rit, certe ante Saturnum neminem procreaverunt, [18] *nec* nisi unam [19] post*ea* Opem; exinde de subole cessatum est. Nam Saturnus quidem [20] Caelum *castra*vit dormientem. Legimus Caelum genere masculino. [21] Ceterum *quomodo* pater nisi masculinus? Sed et unde castrandum[k]? [22] Falx illi. [23] Hoc s*cilicet*

10 b. compendium *ego.* compendio *Aab.* 10 c. ratione sumamus *ego.* rationem summam *Aab.* 11. excidisse *by.* excid..... *Aβa.* excid ... *Aφ.* 11 b. undeunde *ego.* unde *Aab.* 12. proceritatem *by.* proceri..... *Aa.* 13. lapilliscere *by.* lapillis.... *Aa.* 14. sponsam, aut Terra *b.* sponsam, aut sponsa *γ.* sponsam..... *Aa.* 15. concaepit *A.* 16. peperit illa acto anno *ego.* peperit illa Athos: Athos *ab.* peperit ... lathos *Aφ.* pepe.....lathos *Aβ.* 17. et pepererit *γ.* et peperit *b.* et .....rit *a.* et p....rit *Aφ.* et ....rit *Aβ.* 18. nec nisi *ego.* nisi *Aab.* 19. postea *by.* post.. *Aa.* 20. Caelum castravit *by.* caelum.....vit *Aa.* 21. Ceterum quomodo *by.* Ceterum..... *Aa.* 22. Falx *b. Gothofredus.* fax *Aa.* 23. Hoc scilicet aevo? *ego.* hoc sed unde? *γ.* hoc..l..... *Aab.* hoc scin..... *Aφ.*

d. ab ipsa dispiciendi ratione sumamus] Ita emendandum videbatur. Gothofredus putabat *compendio ad ipsam dispiciendi rationem sumam — — retractandam* (aut etiam *retractabo*). Quod ego olim volui *compendio* (h. e. in compendium redigo; cf. adv. Marcion. IV, 1. 9. Augustin. Quaest. in Heptat. VII, extr.) *ab ipsa* (sc. specie ista) *dispiciendi rationem summam — — retractando.*, hodie reprobo.

e. Origo enim totius posteritatis.] Apolog. cap. 10 „Ante Saturnum penes vos nemo est. Ab illo census totius vel potioris vel notioris divinitatis. Itaque quod de origine constiterit, id et de posteritate conveniet."

f. insolescere] *Insolescere* est insolitum fieri, mutari. Hieronymus usurpat de utero gravidae Epist. ad Helv. cap. 18 „Novem mensibus *uterus insolescens.*" Cf. Tertull. De Carne Christi cap. 12. De voce pubescentium insolescente Novius posuit *gallulascere.* Novius apud Non. p. 116. Merc. „puerum mulieri praestare; nemo scit quanto melior Sit cuius *vox gallulascit*, cuius iam ramus roborascit."

g. lapilliscere] h. e. in modum lapidum intumescere et indurescere. Festus: *Sororiare* mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut *fraterculare* puerorum. Plautus in Frivolaria: „Tum papillae primulum *sororiabant*, illud volui dicere *fraterculabant.*" Cf. Plin. H. N. XXXI, 6, 33. Caeli vox est tonitru, terrae ubera montes.

h. acto anno] Ita emendandum erat. Phaedr. I, 18 „Instante partu mulier *actis mensibus.*"

i. Utri parentum similis?] Utri enim parentum similis?

k. Sed et unde castrandum?] Sed et castratio, quonam instrumento erat instituenda illa? *Castrare* igitur est hic absolute positum, et *castrandum* non gerundivum sed gerundium.

aevo? Nondum enim Vulcanus artifex ferri. Terra vero [24] orbata *distulit*, etsi adhuc [25] iuvenili aetate, alii nubere. Sed nec habebat [26] Caelum *alium*. *Quid* tamen nisi illam Mare amplectitur? Sed olet [27] salsuginem; *dulcibus est* aquis assueta[l]. Ita Saturnus unicus masculus Caeli atque Terrae. Sed ipse pubescens [28] sorori suae iungitur. Nondum leges quae [29] incesta prohiberent, nec quae parricidium plecterent. Itaque filios virili sexu devorabat; melius ipse quam lupi, si exponeret. Timebat scilicet, ne quis illorum de paterna falce didicisset. Nato mox et abalienato Iove saxum infantis ementiti deglutivit. Hoc ingenio[m] diu securus tandem filio quem non [30] digesserat *in te*nebris adulto oppressus regnoque privatus est. Hunc vobis [31] patriar*cham* deorum Caelum et Terra poëtis obstetricantibus [32] procreaverunt. *Sed* eleganter quidam sibi videntur [33] physiologice per [34] allegoricam *arg*umentationem de Saturno [35] interpretari tempus esse, et ideo Caelum [36] et *Terr*am parentes ut et ipsos [37] origini nullos, et ideo falcatum quia [37b] tempore *omnia* dirimantur, et ideo voratorem suorum quod omnia ex se [38] edita *in se* ipsum consumat. Nominis quoque testimonium [39] compellant: *Κρόνον esse dict*um Graece ut [40] *Χρόνον*[n]. Aeque Latini vocabuli a sationibus [41] rationem *deducu*nt qui eum procreatorem coniectantur, per eum seminalia [42] caeli *in terra*m deferri. Opem adiungunt[o], quod opem

24. orbata distulit, etsi *by*. orbata..... etsi *Aa*. 25. iuvenili *b*. *Gothofredus*. vili *Aa*. 26. Caelum alium. Quid tamen *ego*. Caelum alium; tamen *γ*. caelum..... tamen *Aab*. 27. salsuginem; dulcibus est aquis *ego*. salsuginem, marinis aquis *γ*. salsuginem..... aquis *Αβab*. salsuginem caelum aquis *sibi visus est Hildebrandus in A. deprehendere*. 28. sorori *b*. *Gothofredus*. sororis *Aa*. 29. incesta *b*. *Gothofredus*. ingesta *Aa*. 30. digesserat, in tenebris *by*. digesserat.... nebris *Aa*. *Pro* nondum *Αβ*. *habet* non, *et pro* obstetricantibus *Aa*. *habet* obsetricantibus. 31. patriarcham *by*. patriar.... *Aa*. 32. procreaverunt. Sed eleganter *by*. procreaverunt ... eleganter *Αβa*. procreaverunt.... legantur *Αq*. 33. physiologice *Ab*. physiologi esse *a*. 34. allegoricam argumentationem *by*. allegoricam ... umentationem *Aa*. 35. interpretati *Gothofredus*. 36. et Terram *by*. et ... ram *Aa*. 37. origine *Gothofredus*. 37 b. tempore omnia *by*. tempore..... *Aa*. 38. edita in se ipsum *b*. in semet ipsum *γ*. in .... ipsum *Aa*. 39. compellant: *Κρόνον* dictum *ego*. compellant: Chronium dictum *b*. compellunt: Chronium enim dictum *γ*. compellent chron ..... um *Aa*. 40. Chronon *Aab*. 41. rationem deducunt *γ*. rationem ..... nt *Aab*. 42. caeli in terram *by*. caeli ..... *Aa*.

l. dulcibus est aquis assueta.] Nempe pluviarum et nimborum.

m. ingenio] h. e. artificio. Cf. adnot. ad De Corona cap. 8.

n. Graece ut *Χρόνον*.] Cf. Macrob. Sat. I, 12., Cic. de Nat. Deor. II, 25 cum interprr., Apul. de Mundo cap. 37., Lactant. Div. Inst. I, 12., Arnob. Adv. Natt. III, 29., August. de Civ. Dei IV, 10., Paulin. Nol. Adv. Paganos v. 100: „Huncque Cronon dicunt ficteque Chronon, quia tempus Quae creat, absumit, rursusque absumpta promittit. Cur tamen oblique nomen pro tempore fingunt?“

o. seminalia caeli in terram deferri. Opem adiungunt] Cf. Macrob. Sat. I, 7. 8. 10. Varro de L. L. V, 64. (ed. Müller), Isidor. Origg. VIII, 11., interprr. ad Fulgent. Mythol. I, 2. p. 628. ed. Stav. *Seminalia* dixit tamquam *semina*, ut *naturalia* pro *natura* Apolog. cap. 2. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

vivendi semina [43]conferant, *tum* et quod opere semina evadant. Quae, oro, huius [44]translatio nempe *velim* exponas. Aut Saturnus fuit, aut tempus. Quomodo [45]Saturnus, *si tempus? si ille,* quomodo tempus? Utrumque enim non potes corporale in [46]eo *uno existi*mare. Quid autem prohibuit tempus coli in sua [47]qualitate? *quid corpus* hominis aut fabulam hominis in sua specie, non in [48]tempore *coli?* Quid sibi vult intellectio ista, nisi foedas materias mentitis argumentationibus [49]colorare? Saturnum neque ideo, [50]quia *dicis hominem, vis* tempus, aut dum eum tempus facis, iam nec hominem vis [51]fuisse. *Plane vester deus* omnino Saturnus in terris humanae qualitatis apud veteres memorias[p] recensetur. Potest incorporaliter fingi quodvis quod non fuerit omnino, vacat fingendi locus ubi veritas est. Cum autem Saturnum constat vixisse, frustra demutatis; non conceditur vobis quem non negabitis fuisse hominem, qui neque deus neque tempus defendi potest. Exstat apud litteras vestras usquequaque Saturni census[q]. Legimus apud Cassium Severum, apud Cornelios [52]Nepotem et Tacitum[r], apud Graecos quoque [53]Diodorum[s], quive alii antiquitatum canos collegerunt[t]. Nec fideliora [54]vestigia *eius* quam in ipsa Italia signata sunt. Nam post plurimas terras et [55]Att*ica* hospitia Italiae, vel ut tunc vocabatur, Oenotriae consedit, [56]ex*ceptus* ab Iano sive [57]Iane, ut Salii vocant. [58]Mons quem [59]coluerat, Satur*nius* dictus, urbs quam depalaverat, Saturnia usque nunc est; tota [60]*denique* Italia de Sa-

43. conferant, tum et *γ*. conferant, et *b*. confe..... et *Aa*. 44. translationem nempe velim exponas *γ*. translationem..... ponas *Aab*. 45. Saturnus, si tempus? si ille, quomodo *ego*. Saturnus, si tempus? si Saturnus, quomodo *γ*. Saturnus ..... quomodo *Aab*. 46. eo uno existimare *ego*. eo existimare *γ*. eo..... mare *Aab*. 47. qualitate? Quid corpus *γ*. qualitate..... s *Ab*. qualitate..... eius *a* (*sed corr. in Erratis*). *Hildebrandus in A. legere sibi visus erat* qualitate temporalis. 48. tempore coli? Quid *ego*. tempore colere? Quid *γ*. tempo..... Quid *Aab*. 49. collorare *Aa*. 50. quia dicis hominem, vis tempus *ego*. quod hominis corpus *γ*. qui .. d..... tempus *Αφa*. qui . d..... *Αβ*. qu . d..... corpus *A., teste Gothofredo in curis secundis*. 51. fuisse. Plane vester deus *γ*. fuisse. Pla..... s *a*. fuisse ..... s *Αβ*. *et Αφ*. 52. Nepotum *Aa*. 53. Diodorum *b*. *Gothofredus*. Deodorum *Aa*. Diodorum, Thallum *Gothofredus*. 54. vestigia eius quam *γ*. vestigia e .. quam *Αφa*. vestigia .... quam *Αβb*. 55. Attica *bγ*. at.... *Aa*. 56. exceptus *bγ*. ex..... s *Aa*. 57. Iane, ut Salii *b* (*in Erratis*). *Cf. Apol. cap.* 12. Ianae (Iane *b*.) ut si alii *Aab*. 58. Mons *bγ*. mos *Aa*. 59. coluerat Saturnius *b*. coluerunt Satur.... *Aa*. 60. denique *bγ*. d..... *Aa*.

p. memorias] Cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 18.

q. census.] V. de hoc vocabulo adnot. ad De Corona cap. 13.

r. Tacitum] Tacit. Hist. V, 2 et 4.

s. Diodorum] Post vocem *deodorum* arrosa pagina, sic ut vocula adhuc desideretur, quare, quod et suadet Apologeticus, Minucius item Felix et Lactantius, *Thallum* scribendum. (Gothofr.)

t. antiquitatum canos collegerunt.] *Antiquitatum canos* figurate dicit tamquam antiquitates antiquissimas vel res antiquitatum antiquissimas. Apolog. cap. 10 dicit „urbes canas memoriarum."

turno vocabatur. Tali teste [61]terra, quae nunc [62]do*minatur* orbi, etiamsi de origine Saturni dubitatur, de actu tamen [63]*constat* hominem illum fuisse. Ita si homo Saturnus, proculdubio [64]de *homine*[u], immo quia homo, non utique de Caelo atque Terra, sed cui [65]parentes *ignoti*, quibusdam facile fuit illum [66]deorum filium dici, quorum [67]poss*unt omnes* videri. Quis enim non caelum ac terram patrem ac matrem [68]vene*rationis gra*tia appellet? An de consuetudine humana, [69]qua ignoti [70]quique *ex inopi*nato apparentes de caelo advenisse dicuntur? [71]Proinde *quia venis*set pere*grinus*, repentino ubique inolevit caelitem dici. Nam et volgo [72]generis *incer*tos terrae filios iactitamus. Nihil allego de statu antiquitatis, [73]qua *ita* rudes tunc agebantur et oculi et mentes hominum, [74]ut cuiuslibet [75]nov*i viri* aspectu quasi divino commoverentur, nedum et regis, et quidem primi. Adhuc de Saturno immorabor [76]quo et ceteris compendium praestruam, satiata primordiorum disputatione[v], nec [77]p*raeter*mittam potiora testimonia divinarum litterarum, quibus fides pro antiquitate [78]superior debetur. Ante enim Sibylla quam omnis [79]litteratura *extitit*, illa scilicet Sibylla veri vera vates [80]de cuius vocabulo daemo*nio*rum vatibus induistis. Ea [81]senario versu[w] in hunc sensum de [81b]Saturni prosapia et rebus eius exponit: Decima, inquit[x], genitura [81c]hominum ex quo [82]cataclys-

61. terra *γ*. terram *Aab*. 62. dominatur orbi *bγ*. do ..... orbi *Aa*. 63. constat hominem *bγ*. c ..... hominem *Aa*. 64. de homine, immo *ego*. deus non, immo *γ*. d ..... immo *Aab*. 65. parentes ignoti *bγ*. parentes ..... *Aβa*. parentes ..... *Aφ*. 66. deorum *Aab*. eorum *Havercamp. ad Tertulliani Apolog. cap.* 10. *p.* 112. 67. possunt omnes videri *b*. possunt ..... videri *Aφ*. poss .... videri *a*. possumus videri *γ*. pos ..... videri *Aβ*. 68. venerationis gratia *bγ*. vene ..... tia *Aa*. venerati ..... tia *Aφ*. 69. qua *b. Gothofredus*. quae *Aa*. 70. quique ex inopinato (*Aφ*)*bγ*. quique ..... nato *Aβa*. 71. Proinde quia venisset peregrinus repentino *ego*. Proinde ..... semper (*Hildebrando teste hoc* semper *a manu sec. est exaratum*) eg ..... repentino *Aab*. Proinde Saturno semper egeno et repentino *Havercamp. ad Tertulliani Apolog. cap.* 10. *p.* 113. 72. generis incertos *A., test. Hildebrando, et Gothofredo in curis secundis, et ita est in b*. generis ..... tos *a*. g ..... n ..... *Aβ*. 73. qua ita *Leopoldus*. qua .... *AφAβb*. quo ... *a*. quod eo *A., teste Gothofredo in curis secundis*. 74. ut *b. Gothofredus*. et *Aa*. 75. novi viri aspectu *b*. nov ..... aspectus *a*. novi ..... aspectu *Aβ*. novi viri spectu *Aφ*. novelli aspectu *γ*. 76. quo *ego*. quod *Aab*. 77. praetermittam *AφAβbγ*. p .... rmittam *a*. 78. superior *b. Gothofredus*. superiore *Aa*. 79. litteratura extitit, illa *bγ*. litteratura ..... illa *Aa*. 80. de cuius vocabulo daemoniorum *γ*. et cuius vocabula daemoniorum *b*. de cuius vocabulo daemo ... rum *Aa*. 81. senario *b. Gothofredus*. senatorio *Aa*. 81 b. Saturni prosapia *ab*. satur ... rosapia *Aβ. et Aφ*. 81 c. hominum *ab*. homi ... *Aφ. et Aβ*. 82. cataclysmus *ego*. cataclysmum *Aab*.

u. proculdubio de homine] Ita supplendum existimavi. Apolog. cap. 10 „Tamen si homo Saturnus, *utique ex homine*, et quia ab homine, non utique de caelo et terra."

v. satiata primordiorum disputatione] Cf. Ad Natt. I, 2 „dispuncta causa est aut *satiata cognitio*."

w. senario versu] An senarium versum hexametrum dixerit?

x. Decima inquit] Versus Sibyllae extant eorum libro tertio: „*Καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων, Ἐξ οὗπερ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γίνετ' ἄνδρας Καὶ βασίλευσε Κρόνος καὶ Τιτᾶν Ἰαπετός τε, Γαίης τέκνα*

mus[y] prioribus accidit, regnavit Saturnus et [82b]Titan et [83]Iapetus, Terrae et Caeli fortissimi filii. Si qua ergo vel [84]vestris *scripto*ribus [85]litteris*ve* vestris superioribus, sed idcirco magis [86]proximis[z] *quoniam* illius aetatis, fides adiacet, satis de Saturno et prosapia [87]eius *probatum* est homines fuisse. Tenemus compendium, in ceteros [88]origi*nis praescri*ptionem[zz], ne per singulos evagemur. Qualitas [89]posterita*tis a pri*ncipibus generis ostenditur, mortalia de mortalibus, [90]terre*na de terre*nis; gradus ad gradus comparantur, nuptiae, [91]conceptus, *natale*s cucurrerunt, patriae, sedes, regna, [92]monumenta *liquent. Igitur* qui natos non possunt negare, mortuos [93]credant, *qui mortuos* confitentur, deos non putent.

Sed enim manifestis [1]vis sua adsistit. Quos a primordio [2]pos- Cap. XIII.
sunt non asserere *nisi homines fuisse, recipiunt in* divinitatem, [3]affirmando illos post mortem [4]deos factos, ut Varro, et qui cum eo somniaverunt. Hic igitur [5]consisto: *si sunt* allec*ti dei vestri* in hoc nomen et numen, ut in ordinem [6]senatorium, *sapientia* vestra *esse con*cedatis iam necesse est aliquem summum [7]dominatorem *habentem* allegandi potestatem et quasi Caesarem; neque quisquam

82b. Titan *ab.* ti... *Aφ. et Aβ.* 83. Iapetus *ego.* Iamfetus *Aab.* 84. vestris scriptoribus *ego.* vestris divinioribus *γ.* vestris ..... oribus *a.* vestris .... oribus *Ab.* 85. litterisve vestris *ego.* litteris vestris *Aab.* 86. proximis quoniam *γ.* proximis ..... m *a.* proximis .... in *(Aβ)Aφb.* 87. eius probatum *γ.* eius ..... um *(Aβ)ab.* eius .... um *Aφ.* 88. originis praescriptionem *bγ.* origi ..... criptionem *Aφ.* origi ... scriptionem *Aβ.* origi ..... ptionem *a.* 89. posteritatis a principibus *bγ.* posterita ..... ncipibus *Aa.* 90. terrena de terrenis *bγ.* terre ..... nis *Aa.* 91. conceptus, natales *bγ.* conceptus ..... s *Aβa.* conceptus ..... tales *Aφ.* 92. monumenta liquent. Igitur qui *ego.* monumenta. Iam igitur qui *γ.* monomenta l ..... qui *Aβ. et b., nisi quod in b.* monumenta *extat.* monumenta ..... qui *Aφa.* 93. credant, qui mortuos confitentur *bγ.* credant ..... confitentur *Aa.*

Cap. XIII. 1. vis *ab.* suis *A.* 2. possunt non asserere nisi homines fuisse, recipiunt in divinitatem *ego.* possunt non asserere ..... divinitatem *Aφ.* possunt non asserere ..... divinitatem *a.* possunt non asserere ..... divinitatem *(Aβ.)* non ..... divinitatem *b.* non possunt asserere sacros et in illam divinitatem *γ.* 3. affirmant *Gothofredus.* 4. deos factos, ut Varro *ab.* de ..... ro *Aφ. et Aβ.* 5. consisto: si sunt allecti dei vestri in *ego.* consisto .... in *Aφ.* consisto ..... alle ..... in *b.* consisto ..... in *Aβ.* consisto: ..... alle ... in *a.* consisto. Opinor deus qui illos allegit in *γ.* 6. senatorium, sapientia vestra esse concedatis *ego.* senatorium ..... vestra ..... datis *Aφ.* senatorium ..... vestra ..... cedatis *b.* senatorium ..... cedatis *Aβ.* senatorium ..... est ..... cedatis *a.* senatorium allegi mos est: quare concedatis *γ.* 7. dominatorem habentem allegandi *ego.* dominatorem habentem allegendi *bγ.* dominatorem ..... allegandi *a.* dominatorem ipsam allegandi *A. m. sec., teste Hildebrando.*

φέριστα καὶ Οὐρανοῦ." Cf. Lactant. Div. Instit. I, 14.

y. cataclysmus] Liber Agobardi habet *cataclysmum.* Sed ubique Tertullianus aliam formam vocabuli non usurpat praeter *cataclysmus;* cf. Ad Natt. I, 9. Apolog. cap. 40. Neque apud alios scriptores *cataclysmum* neutrum singulari usurpatum scio.

z. magis proximis] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 23.

zz. praescriptionem] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 7.

Cap. XIII. Concordat Apologetici cap. 11.

aliis [8]praest*are potest de quo* non *ipse* dominetur. Ceterum si potuerunt deos sese facere post [9]mortem, *age, quid* deterioris condicionis ab initio esse voluerunt? Aut si nemo est qui [10]deos *fecerit*, quomodo facti dicentur qui non nisi ab alio fieri potuissent? [11]Ita *nullus* datur vobis renuendi locus esse mancipem quendam divinitatis[a]. Perspiciamus itaque causas [12]allegandae mortalitatis in caelum. Harum duplicem rationem credo proferetis. Aut enim [13]*ille quis*quis id praestans facit, ut habeat vel [14]amminicula vel [15]mu*nimenta* vel etiam ornamenta fastigii sui, aut meritorum [16]necessitas, *conferen*s dignis quibusque. Aliud quid [17]suspicare[b] non datur. [18]Nemo *quid lar*giendo alicui aut non sua aut illius causa facit. Sed [19]neque *hoc potest com*petere numini, [20]ut est tanta ei potestas, ut [21]scilicet *deos* faciat, ut sic tanta humanitas inrogetur, [22]quia egeat [23]opera *vel adiu*mento quorundam, et quidem mortuorum, [24]quod mirum, *cum ab ini*tio sibi immortales instituere potuisset. Nec diutius [25]de *his argumenta*tus conquiret[c] qui humana divinis comparavit. [26]San*e quae poster*ior opinio est, discuti debet, si deus [27]reminis*centia meritorum divinitatem tribuerit. Sed si ita*

8. praestare potest de quo non ipse dominetur *ego*. praestare potest qui non ipse dominetur *b*. praestare potest, si non ipse dominetur *γ*. praestare potest .... *Aφ*. praestare . o ..... n .. ip .. dominetur *Aβ*. prest ..... non .... dominetur *a*. 9. mortem, age, quid deterioris *ego*. mortem, atquin deterioris *γ*. mortem a ..... deterioris *a*. mortem .... deterioris *Aφ*. mortem a ..... deterioris *b*. mortem ..... deterioris *Aβ*. 10. deos fecerit *bγ*. deos ..... *Aa*. 11. Ita nullus datur *bγ*. Ita ..... datur *Aφ*. Ita ..... datur *Aβ*(?). 12. allegandae *Aa*. allegendae *b*. *Gothofredus*. 13. ille quisquis id *ego*. ille deus quisquis id *γ*. ille ..... quis id *a*. illu ..... quis idem *b*. illu ..... quis id *Aβ*. ille ... quis id *Aφ*. 14. amminicula *b*. *Gothofredus*. amnicula *Aa*. 15. munimenta *bγ*. muni ..... *Aφ*. *et Aβ*. mu ..... *a*. 16. necessitas conferens *ego*. necessitas .... s *Aφ*. necessi ..... s *Aβ*. necessita .... s *a*. necessitate conferens *γ*. 17. suspicare *Aa*. suspicari *b*. 18. Nemo quid largiendo *ego*. Nemo quid fungendo *γ*. Nemo ..... giendo *Aa*. 19. neque hoc potest competere *ego*. neque potest competere *γ*. neque ..... petere *a*. neque ..... petere *AφAβb*. 20. ut est tanta ei *ego*. ut est tanta et *a*. inest tanta et (*AφAβ*)*b*. ut est tanta haec *γ*. 21. scilicet deos faciat, ut sic *ego*. scilicet deum ex non deo faciat, et si *γ*. scilicet ..... faciat, et si (*Aβ*)*b*. scilicet denique ..... faciat, si *Aφ*. 22. quia (qa) *Aβ*. qui (*Aφ*)*ab*. 23. opera vel adiumento *b*. opera vel curae symmeria *γ*. opera ..... merita *a*. opera vel .... menta *A*. 24. quod mirum, cum ab initio sibi *ego*. quo mirum ..... tio sibi (ibi *Aβ*.) *Ab*. quo mirum magis, cum alios sibi *b*. quo mirum, cum ab initio sibi *γ*. 25. de his argumentatus *ego*. deruendis his ictus *γ*. de ..... tus *Ab*. de ..... tus *a*. 26. Sane quae posterior *γ*. Sa ..... rior *Aφa*. Sa ..... rior (*Aβ*)*b*. 27. reminiscentia meritorum divinitatem tribuerit. Sed si ita est attributa *ego*. reminis ..... buta *a*. reminis ..... buta *Aφ*. reminis ..... buta (*Aβ*)*b*.

a. mancipem quendum divinitatis.] Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 1.

b. suspicare] Ita liber Agobardi. Cf. Plaut. Menaechm. V, 9, 22. Casin. II, 6, 42.

c. argumentatus conquiret] Ita supplevi et edidi. Voc. *argumentatus* sive pro accusativo substantivi verbalis, cuiusmodi multa nove finxit Tertullianus, sive pro participio acceperis, ita ut *conquiret* sit absolute positum, res eodem redit. Sed memores velim lectores verbum *argumentari* et quae inde derivantur apud Tertullianum haud raro habere significationem *argutandi*. Exempla alibi proponam.

*est attri*buta, si pristinis [28]viris *caelum propter sua merita patuit,* recogitandum, quod exinde nemo [29]dig*nus eo honore fuit. Nisi* si capere iam locus non potest. Tantis [30]videlicet *privilegiis caelesti*a meruerit antiquitas. Ergo an meruerit [31]re*tractemus. Qui ait* meruisse, proponat ipsius merita. Si quid in [32]cuna*bu*lis *admissa tempora*litatis valent ad suffragium divinitatis, [33]incesto *commaculatos* Opem et Saturnum fratres recepistis. Furtivus [34]infans *vester Iuppi*ter indignus et tecto et ubere humano, meritoque [35]in Cre*ta proles* tam mala [36]manebat[d]. Adultus denique qualemcunque [36b]genitorem *regno privat fe*licissimum, regem aurei scilicet saeculi, sub quo laboris, [37]inopiae *nescia laetaque* pax quiescebat, sub quo, Nulli [38]subigebant arva [39]coloni[e]; *ipsaque omnia* tellus nullo poscente ferebat. Sed oderat patrem incestum [40]eius *et avi quondam* castratorem. Ecce autem et ipse cum sorore miscetur, ut huic [41]pri*mum illud dic*tum putem: [42]*Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον*[f]. Tam pius pater quam pius [43]filius. *Si iustis etiam* tunc legibus ageretur, in duos

28. viris caelum propter sua merita patuit, recogitandum *ego.* viris caelum ob merita patuit, recogitandum *γ.* viris ..... recogitandum *Aφ.* viris .... recogitandum *(Aβ)ab.* 29. dignus eo honore fuit. Nisi si *ego.* dignior illis assumptus est; nisi si *γ.* dig ..... nsi *Aφ.* dig ..... si *(Aβ)ab.* 30. videlicet privilegiis caelestia *γ.* videlicet ..... a *Aφ.* videlicet ..... a *(Aβ)ab.* 31. retractemus. Qui ait meruisse *γ.* re ..... eruisse *Aφ.* re ..... meruisse *a.* re ..... meruisse *(Aβ)ab.* 32. cunabulis admissa temporalitatis *ego.* cunabulis admissa foeditatis *γ.* cunabulis ..... litatis *Aφ.* cuna .. lis .... litatis *a.* cunabulis ..... litatis *(Aβ)b.* 33. incesto commaculatos Opem *ego.* incesto iam iunctos Opem *γ.* incesto .. m .... Opem *a.* incestorum .... Opem *b.* incesto ..... Opem *Aφ.* incesto ..... *Aβ.* 34. infans vester Iuppiter *ego.* infans Iupiter plane infans *γ.* infans ..... ter *Aβa (sed a. in adnot. habet* infans .... ter ...) *b.* infans ..... ter *Aφ.* 35. in Creta proles tam mala *γ.* incre ..... tam mala *Aφ.* incre ..... tam mala *(Aβ)ab.* 36. manebat *Gothofredus.* manebant *Aab.* 36b. genitorem regno privat felicissimum *ego.* genitorem regno privavit felicissimum *γ.* genitorem ..... licissimum *Aφ.* genitorem ..... licissimum *(Aβ)ab.* 37. inopiae nescia laetaque *γ.* inopiae ..... ae *Aφ.* inopiae ..... ae *(Aβ)ab.* 38. subigebant *b. Gothofredus.* subiacebant *Aa.* 39. coloni ipsaque omnia tellus *ego.* coloni, Ipsaque tellus omnia liberius *γ.* colonis (coloni *b.*) ..... tellus *Ab.* 40. eius et avi quondam castratorem *ego.* eius etiam avi castratorem *γ.* eius ..... castratorem *Aφ.* eius .... castratorem *(Aβ)ab.* 41. primum illud dictum *ego.* primum dictum *bγ.* pri ..... tum *Aφ.* pri ..... tum *Aβa.* 42. *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον ab. τυραπος τοροδιον Aφ.* tu patros topodion *Aβ.* 43. filius. Si iustis etiam *ego.* filius. Si etiam *γ.* filius ..... m *Aφ.* filius ..... m *(Aβ)ab.*

d. in Creta proles tam mala manebat.] De fama Cretensium notum est ex Pauli Epist. ad Titum I, v. 12., ubi v. Wetstenii adnot. Cf. Saint-Croix Des Anciens Gouvernements fédératifs p. 329 sqq. Ang. Maius ad Diodor. fragm. Vatic. p. 119 sqq.

e. Nulli subigebant arva coloni] Vergil. Georg. I, 125 sqq.

f. *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον.*] Proverbium de filiis paterna lineamenta ac mores referentibus; quo Menipparum suarum unam Varro inscripsit. V. meam earum fragmentorum editionem p. 229 sq; cf. Non. p. 344. p. 77. p. 9. p. 181. ed. Merc. Basilius ad Libanium epist. 146 „*Εἰ δὲ ἐμός ἐστι παῖς, τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον, πένης ἐκ πένητος.*“

culleos dividi Iovem [44]decuit[g]. *Post haec quid* dubitaret libidine ab incesto corroborata in leviora, [45]id est *adulteria se* et stupra diffundere? De quo poëtica sic lusitavit [46]quomodo *fere, quando* de fugitivo palam factum, solemus et operam eius [47]percon*tationi alienae* abusui nundinare[h], modo in pretia luxuriae eum [48]figurando, *tamquam si* bovem aut pretium bovis pensaverit, et imbrem [49]pergulis *immiserit aut* aditum pecunia ruperit, modo in similitudines actuum [50]ip*sas, in aquila*m qui rapuit, cycnum qui cantaverat. Adeo non fabulae istae sunt [51]de fa*stidiosissimis foeditatibus atque summis flagitiis compositae*? *Aut for*sitan non [52]lascivi*ores inde evadant mores atque ingen*ia hominum? [53]Quos *quomodo daemones, malorum angelorum proles*, emissa iam pridem a fide [54]per incre*dulitatem et fabulas similes avertere studuerint, hic* non est nobis extensius agendum[i]. Si enim et [55]re*gibus et princi*pibus et pro-

44. decuit. Post haec quid dubitaret *γ*. decuit ..... dubitaret *Aφ*. decuit ..... (*Aβ*)*ab*. 45. id est adulteria se et *ego*. id est adulteria et *γ*. id est ..... et *Aφ*. id est ..... et (*Aβ*)*ab*. 46. quomodo fere, quando de *ego*. quomodo, quando de *Havercamp. ad Tertulliani Apolog. cap.* 2. *p.* 27. quomodo ..... de *Aφ*. quomodo ..... de (*Aβ*)*ab*. 47. percontationi alienae abusui *ego*. percontando abusui *Havercamp. l. l.* percon ..... abusui *Aφ*. percon ..... abusui (*Aβ*)*ab*. 48. figurando, tamquam si bovem *ego*. figurando ..... bovem *Aφ*. figurando ..... bovem (*Aβ*)*ab*. 49. pergulis immiserit aut aditum *ego*. pergulis ..... aditum *Aφ*. pergulis .... aditum (*Aβ*)*ab*. 50. ipsas, in aquilam qui *ego*. ip ..... qui *Aφ*. ip ... ... im qui *ab*. ip ..... qui *Aβ*. 51. de fastidiosissimis foeditatibus atque summis flagitiis compositae? Aut forsitan *ego*. de fa ..... sit an *Aφ*. fa ..... sit an *a*. fa ..... sit an (*Aβ*)*b*. 52. lasciviores inde evadant mores atque ingenia *ego*. lasciv ..... na *Aφ*. lasciv ..... na *a*. lasciv ..... na (*Aβ*)*ab*. 53. Quos quomodo daemones, malorum angelorum proles emissa *ego*. quose ..... emissa *Aφ*. quos ..... emissa *a*. quos ..... emissa (*Aβ*)*b*. 54. per incredulitatem et fabulas similes avertere studuerint, hic non *ego*. per incr ..... non *Aφ*. per incr ..... non *a*. per incr ..... non (*Aβ*)*b*. 55. regibus et principibus *ego*. re ..... pibus *Aφa*. re ..... pibus (*Aβ*)*b*.

g. in duos culleos dividi Iovem decuit.] Culleus erat peculiaris tantum parricidii poena, etsi etiam incestui summum supplicium imperatores constituissent. Cf. Cod. Theodos. I, 1. de incest. (3, 12.) et I, 3. si nuptiae (3, 10.) cum Gothofredi adnot. De culleo Gloss. Isidori: „Culleus, tunica ex sparto in modum cruminae facta, quae linebatur a populo pice et bitumine, in qua includebantur parricidae cum simia, serpente et gallo, et insuta mittebantur in mare, et contendentibus inter se animantibus homo maioribus poenis afficiebatur.“ Eadem leguntur etiam in Placidi aliorumque glossariis. Cf. Cic. pro Roscio Am. cap. 25., Sueton. Octav. cap. 33. Dion. Halic. IV, 62. fr. 9. Iuven. Sat. VIII, 214. cum interprr.

h. percontationi alienae abusui nundinare] *Operam* dicit ingenia et artificia, quibus ille fugae potestatem sibi facere sciverit. Alienae percontationi autem ea nundinat qui enarrat.

i. Quos quomodo daemones, malorum angelorum proles, emissa iam pridem a fide per incredulitatem et fabulas similes avertere studuerint, hic non est nobis extensius agendum.] Agit enim de hac materia in Apologetico, et aliis libris. Cf. Apolog. cap. 22 „Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens daemonum evaserit, damnata a deo cum generis auctoribus et cum eo quem diximus principe apud litteras sanctas ordo cognoscitur. Nunc de operatione eorum satis erit exponere. Operatio eorum est hominis

seminatoribus suis morata plebs[k] [56]eadem *quidem non erat* natura, alibi auctoritas exigebat similitudinem [57]morum. *Illorum vero* quanto deterior qui non melior? Privato enim titulo Iovem [58]Optimum *vulgo appellatis*[l], et est Vergilii [59]Aequus Iuppiter. [60]Omnes proinde incesti in suos, [61]impudici in extraneos, impii, iniusti. Cui nullam insignem infamiam fabula [62]reliquit, *is* deus fieri non fuit dignus.

Sed quoniam alios seorsum volunt [1]in divinitatem ab ho*minibus* Cap. XIV. receptos, et distingui inter nativos et factos secundum [2]Dionys*ium Stoi*cum[a], de ista quoque specie adiciam. De ipso quidem [3]Hercule *erit sum*ma responsionis, an dignus caelo et divinitate; sic enim [4]pro vo*luntate* meritis addicunt divinitatem. Si ob virtutem, quod feras [5]constan*ter confece*rit, quid tam memorabile? Nonne ludo puniti[b], vel etiam [6]ad *munus dati* arenariae vilitatis plurimas in unum, et quidem [7]studiosiores *bestias confi*ciunt? [8]Si ob peragratum orbem, quantis et locupletibus [9]dulcis *liber*tas aut philosophis famulatoria [10]mendicitas idem [11]praesti*tit*? *Non me*minerunt [12]Asclepiaden Cynicum[c] unica vaccula, cuius et [13]do*rso vehebatur* et si

56. eadem quidem non erat natura *ego*. eadem q ..... natura *Aφa*. eadem q ..... natura (*Aβ*)*b*. 57. morum. Illorum vero quanto *ego*. morum ..... quanto *Aφa*. morum ..... quanto (*Aβ*)*b*. 58. Optimum vulgo appellatis *ego*. optimum ..... tis *a*. optim ..... tis *Aφ*. optimum ..... tis (*Aβ*)*b*. 59. Aequus Iuppiter *b*. aegus iuppiter *Aa*. 60. Omnes (oms *A*.) proinde *A*. Optimus. Proinde *ab*. 61. impudici in extraneos *ab*. Impudici .... traneos *Aφ*. *et Aβ*. 62. reliquit, is *ego*. reliquit .. (*Aβ*)*ab*. reliquit .... *Aφ*.

Cap. XIV. 1. in divinitatem ab hominibus *bγ*. in divinitatem .... minibus *Aab*. 2. Dionysium Stoicum *bγ*. Dionys ..... cum *Aa*. 3. Hercule erit summa *ego*. Hercule ea nobis erit summa *γ*. Hercule ..... ma *Aab*. 4. pro voluntate meritis *ego*. pro u ..... meritis *a*. pro v ..... meritis (*Aβ*)*b*. pro v ..... meritis *Aφ*. 5. constanter confecerit *γ*. constan ..... rit *Aab*. 6. ad munus dati ad bestias auctorati arenariae *γ*. ad ..... araenariae *Aφ*. ad ..... arenariae *Aβab*. 7. studiosiores bestias conficiunt? *γ*. studiosiores ..... ciunt *Aa*. studiosiores ..... ciunt *b*. 8. Si ob (*Aφ*)*b*. Scio *Aβa*. 9. dulcis libertas *ego*. dulcis peregrinitas *γ*. dul ..... tas *Aφ*. dulcis ..... tas *Aβab*. 10. mendicitis *A*. 11. praestitit? Non meminerunt *bγ*. praesti ..... minerunt *Aa*. 12. Asclepiaden *A*. Asclepiadem *ab*. 13. dorso vehebatur et *bγ*. dor ..... et *Aφ*. do ..... et *a*. dor ..... *Aβ*.

eversio; sic malitia spiritalis a primordio auspicata est in hominis exitium." Et paulo post: „Et quae illi accuratior pascua est quam ut hominem e cogitatu verae divinitatis avertant praestigiis falsis?" Inprimis vero respicit daemones sacrarum litterarum interpolatores, de qua re Apolog. cap. 47 „Omnia adversus veritatem de ipsa veritate constructa sunt, operantibus aemulationem istam spiritibus erroris. Ab his adulteria huiusmodi salutaris disciplinae subornata, *ab his quaedam etiam fabulae immissae quae de similitudine fidem infirmarent veritatis vel eam sibi potius evincerent, ut quis ideo non putet Christianis credendum quia nec poëtis nec philosophis, vel ideo magis poëtis et philosophis existimet credendum quia non Christianis*"

k. plebs] Deorum, ex Saturni stirpe prognatorum.

l. Iovem Optimum vulgo appellatis.] Incestuosi et parricidae patris filium item incestuosum et parricidam.

Cap. XIV. a. Dionysium Stoicum] Cf. supra cap. 2.

b. ludo puniti] Bestiarii, ad bestias damnati.

c. Asclepiaden Cynicum] Fortasse Phliasium illum de quo Athen. Deipnos. IV,

quando ubere alebatur[d], orbem totum oculis subegisse? [14]Si *Hercules* etiam ad inferos adiit, quis hoc nesciat, viam ad inferos [15]omni*bus patere*? *Si eum consecrastis ob caedes et pugn*as [16]plurimas, *edidit multo maiorem numerum magnu*s ille [17]Pompeius, *maritimorum praedonum victor, ipsam* qui nec [18]Ostiam sal*vam reliquerant*[e]: *et quot, quaeso, milia usque in* unum [19]angulum Byrsae [20]Carthag*inis a Scipione caesi fuere*[f]? Quo magis Scipio quam Hercules [21]ob*tinendus divinitat*i deputatur. Adicite potius titulis [22]Herculan*eis stupra puellar*um, uxorum, [23]et fascias [24]Omphales[g], et ob decori pueri [25]amissio*nem turpiter* desertam militiam Argonautarum[h]. Adicite ad gloriam post [26]turpi*tudinis not*am etiam furias eius, [27]adorate sagittas quae filios et [28]uxorem *interfec*erunt. Qui tunc dignius rogo sese inrogasset prae dolore [29]parri*cidiorum*, qui uxoris ob lasciviam venenis circumventus magis [30]meru*it ut in*ho-

14. Si Hercules etiam *γ*. Si ..... etiam *Aab*. 15. omnibus patere? Si eum consecrastis ob caedes et pugnas *ego*. omnibus ostentari *γ*. omni ..... as *Aφ*. omni ..... as *a*. omni ..... as (*Aβ*)*b*. 16. plurimas, edidit multo maiorem numerum magnus ille *ego*. plurimas ..... s ille *Aφ*. plurimas ..... s ille *a*. plurimas ..... s ille (*Aβ*)*b*. 17. Pompeius, maritimorum praedonum victor, ipsam qui *ego*. Pompeius ..... qui *Aφ*. Pompeius ..... qui *a*. Pompeius ..... qui (*Aβ*)*b*. 18. Ostiam salvam reliquerant: et quot, quaeso, milia usque in unum *ego*. ostias al ..... n unum *Aφ*. ostias al ..... n unum *a*. hostias (ostias *Aβ*.) ..... n unum (*Aβ*)*b*. 19. angulum *ego*. agnulum *Aab*. 20. Carthaginis a Scipione caesi fuere? *ego*. cartha ..... re *Aφ*. Cartha ..... re *a*. Cartha ..... re (*Aβ*)*b*. 21. obtinendus divinitati *ego*. ob ..... ti *Aa*. ob ..... tí *b*. 22. Herculaneis stupra puellarum *ego*. Herculaneis stupra puerorum *γ*. Hercula ..... um (*Aφ*.) Hercula ..... um (rum *b*.) *Aβab*. 23. et fascias *ego*. et factas *a*. et foetas (*Aβ*)*b*. et facias *Aφ*. 24. Omfales *Aa*. 25. amissionem turpiter desertam *γ*. amissio ..... desertam *a*. amissio .... desertam (*Aβ*)*b*. 26. turpitudinis notam *ego*. turpitudinis omnis infamiam *γ*. turpitudinem *Hildebrandus*. turpi ..... em *Aφ*. turpi ..... am *a*. turpi .... am (*Aβ*)*b*. 27. adorate *Aβ*. auctorate (*Aφ*)*ab*. 28. uxorem interfecerunt *ego*. uxorem simul eius interemerunt *γ*. uxorem ..... cerunt *Aφ*. uxorem ..... erunt *a*. uxorem .... erunt (*Aβ*)*b*. 29. parricidiorum *γ*. parri ..... um *Aφ*. parri ..... m *Aβ*. parri ..... *a*. parti ..... *b*. 30. meruit ut inhonesta *ego*. meru ..... honesta *Aa*. metu .... honesta *b*.

19. p. 168., Hesych. Miles. in Menedemo p. 36. et 38. ed. Orell., Cic. Tusc. V, 39., Diog. Laert. II, 131.

d. et si quando ubere alebatur] *Si quando* est quandoque. Cf. quae adnotavero ad De Corona cap. 11.

e. ipsam qui nec Ostiam salvam reliquerant] Piratas antequam a Pompeio profligati fuerint ad ipsius Italiae oras accessisse pluraque oppida inter eaque Ostiam diripuisse narrant Appian. Mithr. cap. 92. 93. Dio Cass. XXXVI, 5. Plut. Pomp. cap. 24. Cic. pro Lege Manil. cap. 11 sq. Cf. Vell. Paterc. II, 31. Zonar. X, 3. Pompeium cum Hercule similiter componit Plin. Hist. Nat. VII, 26.

f. et quot, quaeso, milia usque in unum angulum Byrsae Carthaginis a Scipione caesi fuere?] V. Appian. VIII, 127 sqq.

g. fascias Omphales] Sen. Hippol. 317 sqq. Herc. Fur. 464 sqq. Ovid. Heroid. IX, 53 sqq. Fulgent. Mythol. II, 5. Apollod. II, 6, 3 sq. Diod. Sic. IV, 31. Palaeph. de Incred. cap. 45. Fasciae mulierum erant. V. de eis Becker Gall. I, p. 320 sq. Heind. ad Horat. Sat. II, 3, 255.

h. desertam militiam Argonautarum.] Hygin. Fab. 31 et 241. Apollod. II, 4, 12. Tzetz. ad Lycophr. 48.

nesta morte moreretur, hunc vos de pyra in caelum [31]sublevastis, illa facilitate qua et alium [32]ignis ex divini *vi* confectum, qui [33]pauca *experientiae* ingenia[i] commentus dicebatur mortuos ad vitam [34]recurasse. *Is Apollinis* filius, tam homo quam Iovis nepos, Saturni [35]pronepos (*vel potius* spurius ut incerto patre, ut Argivus Socrates [36]detulit[k], *quippe expositum* repertum, turpius Iove educatum, canino scilicet [37]ubere), *merito, id quod* nemo negare potest, fulmine haustus est. Malus [38]Iuppiter *Optimus hic rursus* est, impius in nepotem, invidus in artificem. Sedenim [39]Pin*darus*[l] *meritum* eius non occultavit: cupiditatem et avaritiam [40]lucri *in eo dicit vindicatam*, qua quidem ille vivos ad mortem, non [41]mortuos *autem ad vitam* praevaricatione venalis medicinae agebat. Dicitur etiam mater eius eodem casu obisse, [42]meritoque *quae tam periculosam mundo* bestiam ediderat isdem quasi scalis ad caelum erupisse[m]. Et tamen Athenienses scient eiusmodi deis sacrificare. Nam Aesculapio et matri inter mortuos parentant. Quasi non et ipsi Thesea suum [43]adorent[n], [44]me*rito* deum. [45]Quidni? si conservatricem suam in [46]litore peregrino dereliquit, eadem oblivione, immo amentia, quae patri causa mortis fuit[o]?

31. sublevastis illa *ego.* sublevastis tanta *Hildebrandus.* sublegistis ea *γ.* suble .....a *Aab.* 32. ignis ex divini vi *ego.* ignis et quidem divini vi *Gothofredus.* ignis et divini *Aab.* 33. pauca experientiae ingenia *ego.* paucorum medicaminum ingenia *γ.* pauca e.....ingénia *Aa.* pauca e....ingenia *b.* 34. recurasse. Is Apollinis *ego.* recurasse, Apollinis *γ.* recurasse.....s *Aβ.* recurasse.....ns *Aφ.* recurasse..... *b.* recurasse..... *a.* recurasse.....nis *A., teste Gothofredo in secundis curis.* 35. pronepos, vel potius spurius *γ.* pronepos.....spurius *Aφ.* pronepos.....spurius *a.* pronepos....spurius (*Aβ*)*b. Et ante voc.* pronepos *lacunam paucularum litterarum in A. deprehendisse sese Hildebrandus adnotavit. Reliqui tacent.* 36. detulit, quippe expositum repertum *γ.* detulit.....repertum *Aφa.* detulit .....repertum (*Aβ*)*b.* 37. ubere, merito, id quod nemo *ego.* ubere nutritum, quod nemo *γ.* ubere.....nemo *Aab.* 38. Iuppiter Optimus hic rursus *ego.* Iuppiter hic rursus *γ.* Iuppiter.....sus *Aφ.* Iuppiter.....sus (*Aβ*)*ab.* Iuppiter, si fulmen illius *Nic. Rigaltius ex Apolog. cap.* 14. 39. Pindarus meritum *ego.* Pindarus vitium *γ.* pin.....um *Aφ.* pin.....um (*Aβ.*)*ab.* 40. lucri in eo dicit vindicatam *ego.* lucri.....atam *Aφ.* lucri pervulgatam *γ.* lucri.....atam (*Aβ*)*ab.* 41. mortuos autem ad vitam *ego.* mortuos ad vitam *γ.* mortu..... *Aφ.* mortu..... (*Aβ*)*ab.* 42. meritoque quae tam periculosam mundo bestiam *ego.* merito quae tam malam bestiam *γ.* merito.....bestiam *Aφ. et Aβ.* merito.....sam m.....bestiam *ab.* 43. adorarent *Aβ.* 44. merito deum *γ.* mer..... deum (*Aβ*)*ab.* mer..deum *Aφ.* merum deum *Hildebrandus.* 45. Quidni? si *ego.* qui nisi *Aab.* 46. litore *Aβ.*

i. ingenia] Cf. adnot. ad De Corona cap. 8.

k. ut Argivus Socrates detulit.] Eadem de Aesculapio refert ex Tarquitio Lactant. I, 10. Socratis Argivi non semel meminit Plutarchus in Quaestionibus Romanis. Cf. Diog. Laert. II, 47. De Aesculapii morte cf. etiam Apolog. cap. 14., et, si lubet, Minuc. Fel. Octav. cap. 21. Arnob. Adv. Natt. I, 41. Lactant. Div. Instit. I, 10. Firm. Mat. de Err. Prof. Relig. cap. 12.

l. Pindarus] V. Pind. Pyth. III, 56 sqq.

m. isdem quasi scalis ad caelum erupisse.] Cf. Apollod. III, 10, 7. Hygin. Fab. 202. (p. 343. ed. Staver.), cum interpretibus.

n. Thesea suum adorent] Cf. schol. ad Aristoph. Plut. 621.

o. quae patri causa mortis fuit?] De

Cap. XV. [1]Longum foret recensere etiam de illis quŏs in sidera sepelistis et audaciter [2]deis *minis*tratis[a]. Sic opinor digni de caelo Castores et Perseus et Erigona[b], [3]quemadmodum et Iovis [4]exoletus[c]. Sed quid mirandum? etiam canes et [5]scor*pios et* cancros in caelum transtulistis[d]. Differo de his quos in [6]oraculis *colitis*[e]; *hab*et testimonium [7]hoc divini[f]. Quid? et tristitiae deos arbitros esse [8]voltis, *ut sit Vid*uus[g], qui animam corpore viduet, quem intra muros cludi [9]no*n admit*tendo damnastis, item Caeculus[h], qui oculos sensu [10]exani*met, item Or*bana[i], quae in orbitatem semina extinguat; et ipsius [11]mortis *dea est*[k]. Ut cetera transvolem, etiam locorum [12]urbisve loca deos [13]ar*bitramini*, *Ianum* Patrem[l] ([14]et diva arquis est Iana[m]),

Cap. XV. 1. Longum foret (*Aβ*)*ab*. Longum ... *Aφ*. 2. deis ministratis *ego*. deis monstratis (*aut* incentratis) *γ*. dei.... tratis *Aab*. 3. quemadmodum *ab*. que.... modum *Aφ*. *et Aβ*. 4. exsoletus *Aa*. 5. scorpios et *ego*. scorpios *bγ*. scorpios.... *Aa*. 6. oraculis colitis. Habet *ego*. oraculis consecrastis et *γ*. oraculis..... et *Aab*. 7. hoc divini. Quid? et *ego*. hic divini, qui et *Aab*. divinitatis, qui et *Gothofredus*. 8. voltis, ut sit Viduus *ego*. voltis. Est et Viduus *γ*. voltis ..... dius *Aab*. 9. non admittendo *γ*. non permittendo *b*. no..... tendo *Aa*. 10. exanimet, item Orbana *Hildebrandus*. exanime..... bana *Aφ*. exanim.... bana *Aβ*. exani..... bana *a*. exanimet, et Orbana *γ*. exani.... Orbana *b*. 11. mortis dea est. Ut *ego*. mortis..... Ut *Aab*. 12. urbisve *A*. urbis vel *ab*. 13. arbitramini, Ianum Patrem *ego*. arcuum Ianum patrem *γ*. ar..... patrem *Aφ*. ar..... patrem (*Aβ*)*ab*. 14. et diva arquis est Iana *ego*. et diva arquis et Iana *Aab*. Est et diva Arquis et Iana *Gothofredus*.

Thesei fabula, si lubet, adeas Plut. Theseo, Diod. Sic. IV, 61 sqq. Hygin. Fab. 41.

Cap. XV. a. deis ministratis.] h. e. caelo suppeditatis. Prope erat ut scriberem *deis consecratis*.

b. Castores et Perseus et Erigona] Cf. Lactant. Div. Instit. I, 10. De Castoribus v. Eratosth. Catast. 10. Hygin. Poet. Astron. II, 23., de Perseo Eratosth. Catast. 22. Hygin. Poet. Astron. II, 12., de Erigona Hygin. Poet. Astron. II, 4. Apollod. III, 14, 7. V. Nonn. Dionys. XLVII, 246.

c. Iovis exoletus] Ganymedis in caelo signum est aquarius. V. Eratosth. Catast. 26 et 30. Hygin. Poet. Astron. II, 29.

d. etiam canes, scorpios et cancros in caelum transtulistis.] De canis signo v. Eratosth. Catast. 33. Hygin. Poet. Astron. II, 35. et III, 34., de cancro Eratosth. Cataster. 11 et 17. Hygin. l. l. II, 23 et III, 22., de scorpio Eratosth. Catast. 7. Hygin. Poet. Astron. II, 26.

e. Differo de his quos in oraculis colitis] Pariter ut supra distulit cap. 7, nempe in Apolog. cap. 22 et 23. (Gothofr.)

f. divini] Divinus proprie appellatur qui vaticinia edit. V. Buenem. ad Lactant. I, 11. p. 64. Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. III, 20. p. 282., et quos laudat. Habet testimonium hoc divini sc. in oraculis coli.

g. Viduus] Cyprian. de Idol. Van. cap. 2 „ut sit apud illos Viduus deus qui anima corpus viduet, qui quasi feralis et funebris intra muros non habetur, sed foris collocatur, et nihilominus, quia extorris factus, damnatur potius Romana religione quam colitur."

h. Caeculus] V. Serv. ad. Vergil. Aen. VII, 678. Solin. cap. 2. Hartung Relig. der Römer I, 88 et 311.

i. Orbana] Cic. de Nat. Deor. III, 25. cum interprr., Plin. Hist. Nat. II, 7. Cypr. de Idol. Van. cap. 2. Arnob. Adv. Natt. IV, 7.

k. mortis dea est.] De Morte dea v. Cic. de Nat. Deor. III, 17.

l. Ianum Patrem] V. Varro de L. L. V, 164. Plut. Quaest. Rom. 40 et 22. Liv. 1, 19., interpretes ad Ovid. Fast. I, 95. et Horat. Od. IV, 15, 8. Becker Röm. Alterth. I, p. 119 et p. 255.

m. et diva arquis est Iana] Haec in parenthesi collocanda erant. Gothofredus primus correxit *Iana*, haec adnotavit: Pro *Lana* scripsi *Iana;* nempe et haec Ianis praefuit, forte aliquo discrimine inter *Ianos* et *Ianas*. De quibus his

et montium [15] *septem* Septemontium[n]. *Geniis eisdem* illi faciunt[o] qui in isdem locis aras vel aedes habent, [16] praeterea *aliis qui*[p] in alieno loco aut mercedibus habitant. Taceo [17] Ascensum *a scansione* et [18] Clivicolam a clivis[q]; taceo deos [19] Forculum a foribus et [20] Car*deam a cardi*nibus et liminum Limentinum[r], sive qui alii inter [21] vicinos ap*ud vos numi*num ianitorum[s] adorantur. Quid enim magnum? cum [22] et *numina sua* habeant in lupanaribus[t], in [23] culinis[u] [24] et etiam in carcere? [25] In*numeris* itaque [26] propr*iis caelum impletur his* aliisque Romanorum [27] deis, quibus totius vitae officia distri-

15. septem Septemontium. Geniis eisdem illi *ego.* septemontium ..... illi $A\varphi$. Septemontium ... illi $(A\beta)ab$. Septemontium habitantium, illi γ. 16. praeterea aliis qui in *ego.* prae ..... in $A\varphi$. praeterea ..... in $(A\beta)ab$. praeterea et qui in γ. 17. Ascensum a scansione et *ego.* Ascensum ab ascensu et γ. Ascensum ..... et $(A\beta)ab$. ascensum ..... $A\varphi$. 18. Clivicolam *Nic. Rigaltius.* levico iam $A\varphi$. Levicoiam $(A\beta)ab$. Levicliviam *Gothofredus.* 19. Forculum *ab.* aforculum $A\varphi$. aforculinum $A\beta$. 20. Cardeam a cardinibus $b\gamma$. card ..... nibus $A\varphi$. Car ..... nibus *a.* Car ... nibus $(A\beta)b$. 21. vicinos apud vos numinum *ego.* vicinos apu .... num $A\varphi$. vicinos ap ..... num $(A\beta)ab$. ricinos, apuas, titinuum γ. 22. et numina sua habeant *ego.* et ..... habeant $A\varphi$. et habeant *ab.* et ... habeant $A\beta$. et deos suos habeant γ. 23. culinis *ab.* cunilis *A.* 24. et etiam in $A\varphi$. et in imo $(A\beta)ab$. 25. Innumeris itaque *ego.* in usu singuli illi itaque γ. im .... itaque $A\varphi$. in i ..... itaque $(A\beta)ab$. 26. propriis caelum impletur his aliisque *ego.* proprio similes aliique γ. propr ..... aliisque $Aq(A\beta)b$. propr ..... aliisque *a.* 27. dei *Gothofredus.*

temporibus sub Severo Imp. Spartianus [Vit. Severi p. 71. ed. Salm.]: „Opera publica praecipue eius extant, Septizonium et thermae Severianae. Eius denique etiam *ianae* [vulg. *ianuae*, sed etiam opt. cod. Salmasii habet *ianae*] in transtiberina regione ad portam nominis sui, quarum forma intercidens statim usum publicum invidit.“ Haec Gothofredus, cui adsentitur Salmasius ad Spartiani l. l. De diva Iana quae eadem erat cum Diana cf. Varro de Re Rust. I, 37. et de L. L. V, 68. Macrob. Sat. I, 9. Ios. Scaliger de Emend. Tempor. II, p. 174 (ed. 1629.) et Isag. Chronol. Canon. p. 186 et 162.

n. et montium septem Septemontium.] Ita haec verba emendanda videbantur. Ceterum de hoc Septemontio deo nusquam legimus. Septimontialis sacri mentionem facit Tertull. de Idolol. cap. 10. Cf. Fest. s. v. et Varro de L. L. VI, 24. Montinum aliquem montium deum commemorat Arnob. Adv. Natt. IV, 9. Cf. Commodian. Instr. I, 21., et quae ibi adnotata sunt.

o. Geniis eisdem illi faciunt] Latet hic, ni fallor, dei alicuius nomen. *Facere* hic est ῥέζειν, sacrificare.

p. aliis qui] Etiam hic latere puto certum aliquod dei nomen.

q. Ascensum a scansione et Clivicolam a clivis] *Clivicolam* emendatio est Rigaltii verissima, ni fallor. Quamquam non alibi eius deae hodie memoria. *Ascensum* deum Cyprian. de Idol. Van. cap. 2. *Scansum* appellat. Cf. August. de Civ. Dei IV, 8 „Nec agrorum munus uni alicui deo committendum arbitrati sunt, sed rura deae *Rusinae*, iuga montium *Iugatino* deo, collibus deam *Collatinam*, vallibus *Valloniam* praefecerunt.“

r. Forculum a foribus et Cardeam a cardinibus et liminum Limentinum] V. adnot. ad De Corona cap. 13. et ad Scorp. cap. 10. Cf. Cypr. l. l. August. l. l.

s. numinum ianitorum] *Numina ianitores* dixit etiam De Orat. cap. 1.

t. cum et numina sua habeant in lupanaribus] Inter hos esse puto praeter *Priapum* etiam *Libentinam* et *Burnum*, quorum mentionem facit Arnob. Adv. Natt. IV, 9. Libentinae nomen est a libidine, Burni, si genuina est scriptura libri Parisini, videtur ab eadem radice derivandum qua Graecum πόρνη.

u. in culinis] Sic culinis inter alios praefuit Lateranus deus, de quo v. Arnob. Adv. Natt. IV, 6 et 11. Respexerit Tertullianus fortasse etiam Lares, Penates et Vestam. Cf. Arnob. Adv. Natt. II, 67 (meae edit.).

buuntur, taliter ut ceteris deis opus non sit. Immo cum privatim apud Romanos deputentur quos supra signavimus, nec facile foris cogniti, quomodo ea omnia quibus illos praeesse voluerunt in omni genere humano et in omni [28]gente proveniunt ubi praedes eorum [29]non modo honore, sed ipsa quoque notitia carent?

Cap. XVI. Sedenim quidam fructus et [1]necessaria victui demonstraverunt[a]. Quaeso vos, cum dicitis invenisse illos, [2]non*ne con*fitemini prius fuisse quae invenirentur? Cur ergo non auctorem [3]po*tius ho*noratis, cuius haec dona sunt, sed auctorem transfertis in [4]repertores? *Prius*quam *qui* invenisset, utique auctori gratias egit, utique illum deum [5]sensit *cuius vere est* ministerium institutoris, a quo et ipse institutus est qui [6]invenit *et illud ip*sum quod inveniretur. Ficum viridem Romae nemo [7]noverat *Africanam* cum Cato senatui intulit[b], ut [8]quo iam provincia hostilis esset[c], cui [9]sub*igendae* semper instabat, exprimeret. [10]Cerasium Cn. Pompeius de [11]Ponto *primus* Italiae [12]provolgavit[d]. Potuerunt mihi novorum apud Romanos [13]pomorum *inventores hi me*ruisse praeconium divinitatis. Tam vanum hoc quam [14]etiam *propter artium* commenta deos haberi. Quibus si comparentur nostrae [15]aetatis *artifices, quanto* dignius

28. gente (*Aβ*)*ab*. g ... e *Aφ*. 29. non modo honore *ab*. no mo ... onore *Aφ*. non mo ... honore *Aβ*.

Cap. XVI. 1. necessaria *bγ*. ne ..... ia *Aa*. 2. nonne confitemini *ego*. non et confitemini *γ*. non confitemini *b*. non ..... fitemini *Aa*. 3. potius honoratis *bγ*. po ..... noratis *Aa*. 4. repertores? Priusquam qui *ego*. repertores? nam priusquam *γ*. repertores ..... q᾽ *Aφ*. repertores ..... q; *Aβ*. repertores ..... quam *ab*. 5. sensit cuius vere est ministerium institutoris *ego*. sensit cui praebuit ministerium inventoris (*aut* sensit penes quem magisterium institutoris) *γ*. sensit ..... ministerium institutoris *Aab*. 6. invenit et illud ipsum *γ*. invenit ..... sum *Aab*. 7. noverat Africanam cum *ego*. noverat cum Africanam *γ*. noverat ..... ũm *Aab*. noverat, usque dum *Hildebrandus*. 8. quoniam *a., sed corr. in Erratis*. 9. subigendae semper *ego*. subiugandae (*aut* substruendae) semper *γ*. sub ..... semper *Aφ*. sub ..... semper (*Aβ*)*ab*. 10. Cerasium *Aa*. Cerasum *b*. 11. Ponto primus Italiae *γ*. Ponto ..... Italiae *ab*. Ponto ..... taliae *Aφ*. Ponto ..... aliae *Aβ*. 12. provolgavit *Aab*. 13. pomorum inventores hi meruisse *γ*. pomorum ..... ruisse *Aφ*. *Hildebrandus adnotavit oculorum aciem hodie effugere utrum in A. scriptum sit* ruisse, *an* tuisse. pomorum ..... ruisse *ab*. pomorum ..... tuisse *Aβ*. 14. etiam propter artium commenta *ego*. etiam ob artium commenta *γ*. etiam ..... commenta *Aφ*. etiam ..... commenta (*Aβ*)*ab*. 15. aetatis artifices, quanto dignius *ego*. aetatis artifices, multo dignius *γ*. aetatis ..... gmo (?) dignius *Aφ*. aetatis ..... o dignius *ab*. aetatis ..... eo dignius *Aβ*.

Cap. XVI. Concordat Apologetici cap. 11.

a. et necessaria victui demonstraverunt.] Ut hinc divinitatem meruisse viderentur.

b. Africanam cum Cato senatui intulit] V. Plin. Hist. Nat. XV, 18.

c. quo iam provincia hostilis esset] Quam prope sita sit provincia hostilis. Plin. l. l. „tam prope a muris habemus hostem.“ Gothofredus *quo* interpretatur „quo loco quam proximo.“

d. Cerasium Cn. Pompeius de Ponto primus Italiae provolgavit.] V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 11. *Provulgare* vel *provolgare*, ut hic liber Agobardi habet, Tertullianus posuit etiam Adv. Marcion. IV, 21 „utique id noluit *provulgari*.“ et De Virg. Veland. cap. 13 „Quo ergo foris quidem bonum suum

posteris quam prioribus consecratio [16]competisset? *Quaeso vos, an non* omnibus iam artificiis antiquitas exolevit, usu [17]quotidiano *ubique*[e] instruente novitatem? Atque adeo quos ob artes [18]sanctific*atis, laeditis* in ipsis artibus et provocatis in [19]aemulis insuperatis[f].

[1]Denique *religionis vestrae t*utoribus suis non negatis omnibus Cap. XVII.
his quos deos antiquitas voluit, [2]posteritas *credidit, nobis superest adhuc illa Romanarum* [3]superstitionum *praegrandis* [4]praesumptio[a], cui *adversus vos, nationes, congredi ha*bemus, propterea scilicet Romanos totius orbis [5]domin*os atque arbitros factos fuis*se, quod officiis religionum [6]meruerint domina*re sic, ut parum absit, quin ipsis suis d*eis praevaleant. Nimirum [7]Sterculus, et Mutunus, et

16. competisset? Quaeso vos, an non *ego.* competisset, quandoquidem *γ.* competisset ..... on *Aφ.* competisset ... on *(Aβ)ab.* 17. quotidiano ubique instruente *γ.* quotidiano ..... e instruente *A., teste Gothofredo in curis secundis.* quoti ..... e instruente *Aφ.* quotidiano instruente *ab.* quoti .... o instruente *Aβ.* 18. sanctificatis, laeditis in *ego.* sanctificatis, eos in *γ.* sanctifi ..... in *Aφ.* sanctifi ..... in *(Aβ)ab.* 19. aemulis insuperatis *ego.* aemulis insuperatos *Aab.*

Cap. XVII. 1. Denique religionis vestrae tutoribus *ego.* Denique Romae auctoribus *γ.* Denique ..... utoribus *Aφ.* Denique ..... toribus *(Aβ)ab.* 2. posteritas credidit, nobis superest adhuc illa Romanarum superstitionum *ego.* posteritas ..... superstitionum *Aφ.* posteritas credidit, postremum nobis superest adhuc illa Romanarum superstitionum *γ.* posteritas c ..... superstitionum *a.* posteritas c ..... superstitionum *(Aβ)b.* 3. superstitionum praegrandis praesumptio *ego.* superstitionum praeg ..... praesumptio *Aφ.* superstitionum ..... l .. praesumptio *ab.* superstitionum ..... praesumptio *Aβ.* superstitionum perridicula praesumptio *γ.* 4. praesumptio, cui adversus vos, nationes, congredi habemus *γ.* praesumptio, cui ..... bemus *Aφ.* praesumptio, cui ..... bemus *a.* praesumptio, cui ..... bemus *(Aβ)b.* 5. dominos atque arbitros factos fuisse *ego.* domi ..... se *Aφ.* dominos factos fuisse *γ.* domin ..... se *a.* domin ... ... se *(Aβ)b.* 6. meruerint dominare sic, ut parum absit, quin ipsis suis deis *ego.* meruerint ..... eis *Aφ.* dominatum orbis sic, ut nulli hostes eis *γ.* domina ..... cis (*sed a. habet in Erratis corr.* eis) *ab.* 7. Sterculus et Mutunus et Larentina provexit hoc *ego.* Sterculius et Mutinus et Larentina Romanis peperit hoc *γ.* Sterculus ..... hoc *Aφ.* Sterculus (Sterculius *a.*) ..... hoc *Aβa.* Sterculus ..... hoc *b.*

abstrudunt, in Ecclesia vero *provulgant?*" Cf. Sidon. Apoll. IX, 11. Sulpic. Sever. Hist. Sacra II, 5.

e. ubique] Inter *quotidiano* et *instruente* deest vocula, cuius extrema littera *e* adhuc comparet in msto. Quare scribo *ubique.* (Gothofr.)

f. laeditis in ipsis artibus et provocatis in aemulis insuperatis.] Ita omnino reponendum erat. Artes sunt artificia. *Aemuli insuperati* sunt nostrae aetatis artifices, quorum solertia deos irritat quia superat.

Cap. XVII. Concordat Apologetici cap. 25. 26.

a. praesumptio] Apolog. cap. 25 „Quoniam tamen Romani nominis proprie mentio occurrit, non omittam congressionem, quam provocat illa praesumptio dicentium Romanos pro merito religiositatis diligentissimae in tantum sublimitatis elatos, ut orbem occuparint, et adeo deos esse, ut praeter ceteros floreant qui illis officium praeter ceteros faciant. Scilicet ista merces Romanis a deis pro gratia expensa est. Sterculus, et Mutunus, et Larentina provexit imperium. Peregrinos enim deos non putem extraneae genti magis factum voluisse quam suae, patrium solum, in quo nati, adulti, nobilitati sepultique sunt, transfretanis dedisse."

Larentina *provexit* hoc [8]imperium. Unus Romanorum destin*atus a suis deis dominationi populus. Peregrinos enim non pu*tem extraneo [9]potius *populo factum voluisse*[aa] *quam suo, ut fierent desertores* et destitutores, [10]im*mo proditores patrii soli, in quo nati, adulti, nobilitati* sepultique sunt. [11]Ita ne Iuppiter quidem *Cretam suam Romanis fascibus concuti sineret,* oblitus antrum illud [12]Idaeum *et aera Corybantia et nutricis suae illic iucun*dissimum odorem. Nonne omni [13]Capitolio *tumulum illum suum praeposuisset*, ut illa potius terra [14]regnaret *quae Iovis cineres texit? Vellet Iuno Punicam urbem* posthabita Samo dilectam et utique Aeneadarum ignibus [15]adoleri? *Quod sciam*

hic illius arma,
Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
Si [16]qua fata sinant, iam tunc tenditque fovetque[b].

Misera adversus [17]fata non valuit! Nec tamen tantum honoris Romani [18]fatis decreverunt, ut [19]dede*ntibus* Carthaginem sibi, quantum Larentinae. [20]Sed dei isti conferendi *regni*[c] in [21]pote*state non sunt.*

8. imperium. Unus Romanorum destinatus a suis deis dominationi populus. Peregrinos enim non putem *ego.* imperium unus Romanorum destin ..... tem *Aφ.* imperium Latio (*sed in Erratis del. voc.* Latio).. seu Romanorum distin ..... tem *a.* imperium ..... seu Romanorum distin ..... tem (*Aβ*)*b.* imperium. Virtus Romana destinatum ad imperium, quid? Nec prae natali solo putem *γ.* 9. potius populo factum voluisse quam suo, ut fierent desertores *ego.* potius deos imperio voluisse favisse, alioquin impios desertores *γ.* potius ..... tores *Aφ.* potius ..... tores *a.* potius ..... tores (*Aβ*)*b.* 10. immo proditores patrii soli, in quo nati, adulti, nobilitati *γ.* im ..... ti *Aφ.* in .... ti *a.* in ..... ti (*Aβ*)*b.* 11. Ita ne Iuppiter quidem Cretam suam Romanis fascibus concuti sineret, oblitus *ego.* Ita ne iuppiter quidem ..... oblitus *Aφ.* Ita nempe Iuppiter Cretam suam Romanis fascibus premi sineret, oblitus *γ.* Ita nempe ..... oblitus *Aβa.* Ita nempe ..... oblitus *b. Iac. Gothofredus curis secundis in A. deprehendisse sibi visus est haec vocabulorum vestigia:* Ita nempe Iuppiter ..... ms ..... nis fascibus pr ..... oblitus. 12. Idaeum et aera Corybantia et nutricis suae illic iucundissimum *γ.* Idaeum ..... dissimum *Aφ.* Idaeum ..... dissimum *a.* Idaeum ..... dissimum (*Aβ*)*b.* 13. Capitolio tumulum illum suum praeposuisset, ut *ego.* Capitolio ..... ut *Aφ.* Capitolio tumulum praeposuisset, ut *γ.* Capitolio ..... ut *a.* Capitolio ..... ut *b.* ca .... ut *Aβ.* 14. regnaret quae Iovis cineres texit. Vellet Iuno Punicam urbem posthabita *ego.* regnaret quae Iovis cineres tegit? Vellet Iuno urbem posthabita *γ.* regnaret ..... posthabita *Aφ.* regnaret ..... posthabita *a.* regnaret ..... posthabita (*Aβ*)*b.* 15. adoleri. Quod sciam hic *γ.* adoleri (adoleru *Aφ.*) ..... hic *Aab.* 16. qua fata sinant (*Aβ*)*ab.* q ..... sinant *Aφ.* 17. fata non valuit. Nec *ab.* fata ..... nec *Aφ. et Aβ.* 18. fatis decreverunt *ego.* satis decreverint *Aab.* 19. dedentibus Carthaginem *bγ.* dede ..... Carthaginem *a.* deden ..... aginem *Aβ.* dedent ..... ginem *Aφ.* 20. Sed dei isti conferendi regni *ego.* Si dei isti conferendi *Aab.* 21. potestate non sunt. Si regnavit enim *ego.* potestate. Regnavit *γ.* pote ..... vit enim (*Aβ*)*ab.* potest ..... uit *Aφ.*

aa. factum voluisse] Sic edi volui etiam in Apologetico, non *fautum voluisse,* ut me invito expressum est.

b. fovetque.] Vergil. Aen. I, 20 sqq.

c. regni] Vocabulum *regni* revocavi ex ultima parte vocabuli praecedentis. Initio sententiae reposui *Sed* pro *Si,* quod libri habent. Persaepe habes particulas eas confusas a librariis. Exempla addere piget. Quod ad rem cf. Apolog. cap. 25 „Plures deos vestros regnasse certum est. Igitur si conferendi regni tenent

*Si regna*vit enim Iuppiter Cretae et Saturnus Italiae et Isis [22]Aegypto, *et homines* regnaverunt, quibus etiam operati plerique traduntur. [23]Ita qui *servit, et do*minos facit, et [24]dediticius Admeti cives Romanos [25]imper*io auget*, *dum libera*lem cultorem suum [26]Croesum ambiguis sortibus [26b]fallendo *perdidit*[d]. *Quid* timebat deus verum constanter praenuntiare regno [27]exc*idendum ei esse*? *Aucti* potestate regnandi quoque [28]veluti urbes suas [29]tueri *unquam* potuissent! Si Romanis praestitisse[e] valuerunt, cur Athenas a Xerxe Minerva non defendit? vel cur Delphos de manu [30]Pyrrhi[f] Apollo non eruit? [31]Servant urbem [32]Romam qui [33]suas perdiderunt, si hoc religiositas Romana [34]meruit. Atqui non post summum imperium auctis iam rebus superstitio quaesita est? [35]Etsi a Numa sacra introducta sunt, nondum tamen aut simulacris aut templis res vestras divina frustrabant. Frugi religio et paupertina [36]superstitio; *altaria tem*eraria et vasa sordida, et [37]nidor *parvus* ex illis, et deus ipse [38]nusquam. *Ergo non ante* religiosi quam maiores, quia religiosi. Atquin [39]quomodo *summam ob* religionem et deorum profundissimam curam imperium [40]Romanis *quaesitum* videri possit, quod laesis potius deis auctum est? Nisi fallor [41]enim omne regnum vel imperium bellis

22. Aegypto et homines regnaverunt *ego*. Aegypto. Non minus regnaverunt *γ*. aegyp ..... regnaverunt *Aβ*. Aegypto ..... regnaverunt *ab*. aegypto ..... regnaverunt *Aφ*. 23. Ita qui servit, et dominos *ego*. Ita quis alios dominos *γ*. Itaque ..... minos (mines *ab., sed Gothofredum* minos *edi voluisse adnotatio eius testatur*) *Aab*. 24. dediticius *Aβ*. 25. imperio auget, dum liberalem *ego*. imperare voluit. Qualem *γ*. imper ..... lem *a*. imper ..... lem (*Aβ*)*b*. imperium ..... lem *Aφ*. 26. Croesion *Aβ*. 26b. fallendo perdidit. Quid timebat deus *ego*. fallendo perdidit. Timebat enim *γ*. fallendo ..... timebant deum *Aφ*. fallendo ..... timebat deum (*Aβ*)*ab*. 27. excidendum ei esse? Aucti potestate *ego*. exc ..... potestate *Aφ*. excidium. Et alioquin accepta potestate *γ*. exc ..... potestate (*Aβ*)*b*. exc ..... potestate *a*. 28. veluti *ego*. velut in *Aab*. 29. tueri unquam potuissent *ego*. tueri omnino potuissent *γ*. tueri ..... potuissent *Aφ*. tueri ..... potuissent (*Aβ*)*ab*. 30. Pyrri *Aa*. Servant *A*. Servarint *ab*. 32. Romam (*Aβ*)*ab*. Romanam (*Aφ*.) 33. suas *Aφ*. *et Aβ*. sua *ab*. 34. meruit. Atqui (*Aφ*)*ab*. meruerit qui *Aβ*. 35. Etsi a Numa (*Aβ*)*ab*. e si anima *Aφ*. 36. superstitio; altaria temeraria *b*. superstitio; arae temerariae *γ., prob. Havercamp. ad Tertulliani Apolog. p.* 255. superstitio temeraria *Hildebrandus*. supersti.. ..... neraria *Aφ*. superstitio ..... eraria (*in adnot.* erariae) *a*. supersti ..... eraria *Aβ*. 37. nidor parvus (*aut* gratus) ex illis *γ*. nidor ..... ex illis *Aab*. 38. nusquam. Igitur non ante religiosi *ego*. nusquam. Ergo non ante religiosi *γ*. nusquam ..... religiosi *a*. nusquam ..... on ante religiosi *A., teste Gothofredo ex curis secundis*. nusquam ..... gnante religiosi *Aφ*. nusquam ..... religiosi (*Aβ*)*b*. 39. quomodo summam ob religionem *ego*. quomodo ..... religionem *Aφ*. quomodo ..... religionem (*Aβ*)*ab*. quomodo ob religionem *γ*. 40. Romanis quaesitum videri *γ*. Romanis ..... videri *Aab*. 41. enim omne regnum *ab*. enim ..... um *Aβ*. enim ..... num *Aφ*.

potestatem, cum ipsi regnarent, a quibus acceperant eam gratiam? Quem coluerat Saturnus et Iuppiter? aliquem, opinor, Sterculum — — Ergo aliorum est regnum dare, quia regnabatur multo ante quam isti dei inciderentur."

d. fallendo perdidit.] Herodot. I, 50. Diod. Sic. XVI, 56.

e. praestitisse] Potestatem regnandi.

f. de manu Pyrrhi] Pausan. Phoc. cap. 7. Strab. IX, p. 421. Eurip. Androm. v. 51. sqq. et v. 1090 sqq.

quaeritur et bellis ampliatur. [42]Porro *laeduntur victor*ibus et dei urbis. Nam eadem strages et moenium et [43]templorum, pares caedes et civium et sacerdotum, [44]eaedem rapinae profanorum [45]et sacrorum. Tot sacrilegia Romanorum quot [46]tropaea, tot [47]deinde de deis *quot de gent*ibus [48]triumphi. Manent [49]et simulacra captiva, et utique [50]*si* senti*unt victores suo*s, non amant. Sed quia nihil sentiunt, inpune [51]laeduntur, *et quia inpune* laeduntur, frustra adorantur. Itaque quorum [52]fastigium *per victorias* adultum est, non possunt videri religionis meritis [53]excrevisse, *sive crescendo laesores religio*nis, sive laedendo creverunt. Regnum universae [54]nationes *suis quaeque* temporibus habuerunt, ut Assyrii, ut Medi, ut Persae, ut [55]Aegyptii; *est et adh*uc penes quosdam, et tamen qui amiserunt, non sine religionibus et cultu et depropitiorum deorum[g] [56]mora*bantur, donec postremo Romanis* cessit universa [57]paene dominatio. Sors temporum ita [58]volutavit *regna*. Quaerite quis temporum vices ordinavit. Idem regna dispensat, [59]et *nunc* penes Romanos eam summam tanquam pecuniam de multis [60]nominibus exactam in unam arcam congregavit. Quid de ea statuerit sciunt proximi ei[h].

42. Porro laeduntur victoribus *ego*. Porro bella (*voc.* bella *in adnot. non comparet*) ..... ib *a*. Porro ..... ib (*Aβ*)*b*. Porro ..... ibus *Aφ*. Porro cedunt victoribus *γ*. 43. templorum, pares caedes (*Aβ*)*ab*. templiorum ..... des *Aφ*. 44. eaedem *ab*. eadem *A*. 45. et sacrorum *ab*. et ..... rum *Aβ*. et ..... rum *Aφ*. 46. tropaea *a*. tropea *Aβ*. trophaea (*Aφ*)*b*. 47. deinde de deis quot de gentibus *ego*. dein de deis quot de gentibus *γ*. de deis quot de gentibus *b*. deinde dei ..... ntibus *Aφ*. *et Aβ*. deinde dei ..... ibus *a*. 48. triumfi *Aa*. 49. et *ab*. at *A*. 50. si sentiunt victores suos *ego*. sentiunt Romanos *γ*. sentientes deos *Priorius*. senti ..... os *Aφ*. senti ..... os (*Aβ*)*ab*. 51. laeduntur, et quia inpune laeduntur *ego*. leduntur ..... leduntur *Aφa*. leduntur ..... leduntur *Aβb*. laeduntur, et qui laeduntur *γ*. laeduntur, et qui non laeduntur *Priorius*. 52. fastigium per victorias *ego*. fastigium per proelia *γ*. fastigium ..... *Aφa*. fastigium ..... (*Aβ*)*b*. 53. excrevisse, sive crescendo laesores religionis *ego*. excrevisse ..... nis *Aφ*. excrevisse ..... nis (*Aβ*)*ab*. excrevisse, qui uti diximus, crescendo laeserunt *γ*. 54. nationes suis quaeque temporibus *ego*. nationes antiquis temporibus *γ*. nationes ..... poribus *Aφ*. nationes ..... temporibus *a*. nationes ... poribus *Aβ*. nationes temporibus *b*. 55. Aegyptii. Est et adhuc *γ*. Aegyptii ..... aut (uc *in adnot. habet a*.) *ab*. Aegyp ..... uc *Aβ*. aegyp ..... ive *Aφ*. 56. morabantur, donec postremo Romanis cessit *ego*. morabantur, donec Romanis cessit *γ*. morav .... cessit *Aφ*. mora ..... cessit (*Aβ*)*ab*. 57. paene *Aβ*. 58. volutavit regna *ego*. volutavit ..... *Aφ*. volutat ..... (*Aβ*)*ab*. 59. et nunc penes (*Aφ*)*bγ*. et .... penes *Aβa*. 60. nominibus (*Aβ*)*b*. numinibus *Aφa*. *Subscriptio in A. teste Steph. Baluzio est:* AD NATIONES LIBER II. EXPLICIT.

g. depropitiorum deorum] h. e. deorum qui non amplius sunt propitii, sed irati atque infesti. Notantur inprimis Iudaei.

h. sciunt proximi ei.] Nempe Christiani, quibus sunt nota quae Paulus hac de re ad Thessalonicenses scripsit, futuram primum imperii Romani defectionem, dein superventura Antichristi tempora, tum saeculi finem." (Rigalt.)

DE
TESTIMONIO ANIMAE.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat codicem Agobardinum (*Aφ* ex collatione Hildebrandi, *Aβ* ex collatione Steph. Baluzii).
B - editionem principem, Io. Gangneii anno MDXLV. (*Bmg.* scripturam ex huius editionis margine prolatam).
C - - secundam, Sigism. Gelenii (a. MDLXII.), qui codice Britannico, Masburensi, in hoc libro emendando usus erat.
a - - Iac. Pamelii (a. MDLXXIX.).
b - - Nicol. Rigaltii anni MDCXXXIV.

DE

TESTIMONIO ANIMAE*.

Magna curiositate et maiore longe memoria opus est [1]ad studendum[a], [2]si qui velit ex [3]litteris [4]receptissimis quibusque philo- Cap. I.
sophorum vel poëtarum vel quorumlibet [5]doctrinae ac sapientiae [6]saecularis magistrorum testimonia excerpere Christianae veritatis, ut aemuli persecutoresque eius de suo proprio instrumento[b] et erroris in se et iniquitatis in nos [7]rei revincantur[c]. Nonnulli quidem[d], quibus de pristina [8]litteratura et curiositatis labor et memoriae tenor perseveravit, [9]ad eum modum opuscula penes nos condiderunt. commemorantes et [10]testificantes [11]in singula rationem et

* INCIPIT DE TESTIMONIO ANIMAE FELICITER. *Aβ*.

Cap. I. 1. adstudendum *b*. 2. si quis *BCa*. 3. litteris *A., ubicumque nihil adnotavero*. 4. receptissimis cuiusque *Ciacconius, prob. Iunio*. 5. doctrina sapientiae *BCa*. 6. saecularis *Aβ*. 7. rei evincantur. Ac nonnulli *Iunius*. 8. litteratura *A., ubicumque nihil adnotavero*. 9. ad eum modum opuscula *BCa*. ad ..... opuscula *Aφ*. ad gentes *b*. 10. testificantes *Aφ*. contestificantes (*Aβ*)*BCab*. 11. in singula rationem et originem traditionum *ego*. in singulationem et originem et traditionem *A*. in suggillationem et originem et traditionem *BCa*. in singula rationem et originem et traditionem *b*. in suggillationem et originum et traditionum et sententiarum *Latinius, probante Fr. Iunio, adversante Barthio Adverss. p.* 938. in singula rationem et originem et traditionem et argumenta sententiarum per quae re cognosci *Priorius, partim ex sententia Barthii prolata l. l.*

Cap. I. a. ad studendum] Mirificum prorsus Rigaltius de hoc loco *adstudere* aliquod verbum fingens „opus adstudendum" explicat „opus summo studio conficiendum."

b. de suo proprio instrumento] Instrumentum Tertullianus saepissime ponit de librorum apparatu. Apolog. cap. 47 „Nec mirum si *vetus instrumentum* (h. e. Veteris Testamenti libros) ingenia philosophorum interverterunt." Ibid. cap. 10 „Si et ipsa inficias ierit, de suis *antiquitatum instrumentis* revincetur." Ibid. cap. 21 „Sed quoniam edidimus antiquissimis *Iudaeorum instrumentis* sectam istam esse suffultam."

c. rei revincantur.] Fuerunt qui h. l. *rei evincantur* rescribendum iudicabant, sed parum caute. Innumeris enim locis apud Tertullianum *revincere* reperitur pro convincere, ut paucos nunc indicem, praeter locum Apologetici cap. 10. modo excitatum, Apolog. cap. 1 „Non potes dementiam dicere, qui *revincceris* ignorare." Ibid. cap. 46 „Qui nos *revincere* audebit?" Ad Scap. cap. 2 „Daemones autem non tantum respuimus, verum et *revincimus* et quotidie traducimus et de hominibus expellimus." Ad Natt. I, 1. init. „Testimonium ignorantiae vestrae, quae iniquitatem odii, dum defendit, *revincit*." Ita infra etiam hoc ipso capite „seu saeculum *revincens*."

d. Nonnulli quidem] Significat qui

originem traditionum et sententiarum argumenta, per quae recognosci possit nihil nos aut novum aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes et publicae litterae ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris eiecimus aut aequitatis admisimus[e]. [12]Sed suis quidem magistris, alias probatissimis [13]atque lectissimis, fidem inclinavit[f] humana [14]de incredulitate duritia, sicubi in argumenta Christianae defensionis impingunt. Tunc vani poëtae, cum deos humanis passionibus et fabulis [15]designant[g], tunc philosophi duri[h], cum [16]veritatis fores pulsant. Hactenus sapiens et prudens habebitur qui prope Christianum[i] [17]pronuntiaverit, cum, si quid prudentiae aut sapientiae affectaverit seu [18]caerimonias despuens seu saeculum revincens, pro Christiano denotetur. Iam igitur nihil nobis erit cum litteris et doctrina perversae felicitatis[k], [19]cui in falso potius creditur quam in vero. Viderint, si qui de unico et solo deo pronuntiaverunt. Immo nihil[l] omnino [20]relatum

12. Sed suis quidem *ABmg.* Sed ne suis quidem *BCab.* 13. atque lectissimis *om. A.* 14. de incredulitate *A.* dei incredulitate *Barthius l. l.* 15. absignant *Fr. Iunius.* 16. varietatis fores *Aβ.* 17. pronuntiarit *Ca.* 18. cerimonias *Aβ.* ceremonias (*Aφ*)*BCab.* 19. cum in falso eius creditur *A.* 20. relatum fit *a.*

ante se adversus gentes scripserunt, Quadratum dico, Aristidem, Iustinum, Anaxagoram, Melitonem, Theophilum Antiochenum, Apollinarium, Tatianum, Irenaeum, Clementem Alexandrinum et Miltiadem. (Pam.)

e. aut aequitatis admisimus.] h. e. aut veri recepimus in fidem nostram.

f. fidem inclinavit] Gagneii correctionem „Sed *ne* suis quidem magistris," quam reliqui deinceps editores receperunt probare non possum, si quidem *fidem inclinare* non pro „fidem habere" vel „accommodare," et „cum superbia quadam, perpetua ignorantiae comite," ut placet Barthio Advv. p. 939., „accommodare," sed pro *imminuere* positum videtur, ut in illo Quinctiliani loco X, 1. med. „Quin etiam Phalereum illum Demetrium, quamquam is primus *inclinasse* eloquentiam dicitur, multum ingenii habuisse et facundiae fateor." Certe, etiamsi quis ad illam potius verbi *inclinare* interpretationem inclinandum duxerit, interrogationis signo post *impingunt* restituendo quam vulgato *ne* illo, quod prorsus extraneum, servando librorum veterum auctoritati melius consultum fore videbit.

g. designant] Casp. Barthius Adverss. pag. 939. verbum *designare* per *infirmare* interpretans qua auctoritate suam opinionem stabiliendam putaverit assequi nequeo, etsi quod Iunium refutavit, cui „absignare," quod *ἀποσφραγίζειν* interpretantur glossaria, hic visum est posse restitui, recte fecisse videtur. Immo *designare* h. l. accipiendum pro simplici signare, pro repraesentare aut delineare.

h. duri] h. e. stupidi; ut supra *duritia* pro stupore. Cf. Barth. Advv. p. 1331. Exempla ex Tertullliani scriptis collecta alio loco adscribam.

i. prope Christianum] Recte Barthius Adverss. p. 1428. et ad Statii Silv. I, 20. p. 20. „prope Christianum pronuntiare" philosophum interpretatur Christianae sapientiae parem sermonem serere vel paria cum Christianorum dogmatis sciscere.

k. perversae felicitatis] Quippe quae aemulavit et affectavit potius veritatem quam assequi studuit.

l. Immo nihil sqq.] Recte La Cerda: „Immo concedo, ut nihil omnino relatum sit in libris gentilium, quod ad favorem verae religionis agnoscat Christianus, ne idcirco exprobrare Christianus possit, quod ibi scriptum sit." Sequentibus verbis rationem aperit, cur concedat nolle uti gentilium testimoniis,

sit, quod agnoscat Christianus, ne exprobrare possit. Nam et quod relatum est, neque omnes sciunt, neque qui sciunt, constare confidunt. [21]Tanto abest[m], ut nostris litteris annuant homines, ad quas nemo venit nisi iam Christianus. Novum testimonium advoco, immo omni litteratura notius, omni doctrina agitatius, omni editione vulgatius, toto homine maius, id est totum quod [22]est hominis. Consiste in medio anima: seu divina et aeterna res es secundum plures philosophos, eo magis non [23]mentieris: seu minime divina, quoniam quidem mortalis, ut Epicuro soli videtur, eo magis mentiri [24]non debebis[n], seu de caelo exciperis, seu de terra conciperis, seu numeris seu atomis concinnaris, seu cum corpore [25]incipis, seu post corpus induceris, undeunde et quoquo modo hominem facis animal rationale, sensus et scientiae capacissimum. Sed non eam te advoco, quae scholis formata, bibliothecis exercitata, [26]academiis et porticibus Atticis [27]pasta sapientiam [28]ructas. Te simplicem et rudem et impolitam et idioticam[o] compello, [29]qualem te habent qui te solam habent, illam ipsam de compito, de trivio, [30]de textrino totam. Imperitia tua mihi opus est, quoniam aliquantulae [31]peritiae tuae[p] nemo credit. Ea expostulo, quae [32]tecum homini infers, quae aut ex temetipsa aut ex quocunque auctore tuo

21. Tantum *Iunius.* 22. est homines *A.* 23. mentieris *Ciacconius.* mentiens (*Aβ*) *BCab.* 24. non debens *b., ex coniectura Fulvii Ursini.* 25. incoeperis *BCa.* inciperis *Iunius.* 26. acadamicis *Aβ.* academicis *BC.* 27. pasta sapientiam *Ab.* pastam sapientiam *volebat Hildebrandus ad Apuleium tom. II. p.* 332. parta sapientia *B.* partam sapientiam *Ca.* 28. eructas *Ursinus.* 29. qualem habent *BCa.* 30. de textrino notam *Aφ.* 31. peritiae tuae nemo *BCa.* peritiae nemo *Ab.* 32. tecum homini *Ab.* tecum in hominem *BCa.*

scilicet quod ne ipsi quidem gentiles, quod in illis scriptis relatum sit, sciant neque, qui sciant, confidant.

m. Tanto abest] Qui hic „Tantum" rescribendum somniaverunt, loci rationem omnino non ceperunt. Innumeris locis ea comparativi „magis" ellipsis apud Tertullianum reperitur. Ita, ut pauca exempla proferam, Ad Natt. I, 7 „*Quanto* enim proni ad militiam, *tanto* ad mali fidem oportuni estis." Ibid. I, 12 „*quantoque* genus censetur origine, *tanto* origo convenitur in genere." Ibid. II, 12 „At *quanto* diffusa res est, *tanto* substringenda nobis erit." De Fuga in Persec. cap. 2 „Vides iam et a servis dei facilius diabolum accipere potestatem; *tanto abest,* ut eam ex proprietate possideat." V. de hac ellipsi A. Schott. Observatt. Hum. V, 24. Muncker. ad Fulgent. Mythol. II, 7. p. 676. Buenemann. ad Lactant. V, 7. p. 603. et ad Eiusd. De Opif. cap. 19. p. 1216. Hildebr. ad Apul. Florid. III, 16. p. 71. et ad Arnob. Adv. Natt. V, 2.

n. eo magis mentiri non debebis] Animam compellat. Si divina, inquit, et aeterna res es, eo magis non mentiris, cum sit turpe et indignum Deo mendacium: si minime divina res es, eo magis mentiri non debes, ut testimonium dicas in gratiam Dei, ad quem minime pertines. (Rigalt.)

o. idioticam] Adverbium huius adiectivi habes apud Vet. Interpr. Irenaei Praef. I, 1. V, 25.

p. peritiae tuae] Vocula „tuae," in Cod. Agobardino omissa ideoque et ab Rigaltio deleta ex editionibus Gangneii et Gelenii restituenda videbatur, eo magis, quo facilius librarii oculis in syllabam „tiae" praecedentis vocabuli aberrantibus per errorem aut incuriam omitti poterat.

sentire didicisti. Non es, quod sciam, Christiana. Fieri enim, non nasci[q] [33]solet Christiana. Tamen nunc a te testimonium flagitant Christiani, ab extranea adversus tuos, ut vel tibi erubescant[r], quod nos ob ea oderint et [34]inrideant quae te nunc [35]conscientia detinent[s].

Cap. II. Non placemus [1]deum praedicantes hoc nomine [2]unico unicum, a quo omnia et sub quo universa. Dic testimonium, si ita scis. Nam te quoque palam et tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronuntiare, Quod deus dederit[a], et, Si deus voluerit. Ea voce et aliquem esse significas et omnem illi confiteris potestatem ad cuius spectas voluntatem, simul et ceteros negas deos esse, dum suis vocabulis nuncupas, Saturnum, Iovem, Martem, Minervam. [3]Nam solum deum confirmas quem tantum deum nominas, ut, [4]cum et illos interdum deos appellas, de alieno et quasi pro mutuo usa videaris. De natura quoque dei, [5]quem praedicamus, nec te latet. Deus [6]bonus, Deus benefacit tua vox est. [7]Plane, adicis. Sed homo malus, scilicet[b] [8]contraria

33. solet *ABCa.* soles *b.*, *ex coniectura Ursini.* 34. inrideant *AB.* 35. conscientia detinent *ego.* conscientia detinet *AφBmg.* consciam detineant *(Aβ)BCab.*

Cap. II. 1. dominum *BCa.* 2. unico *om. Aφ.* 3. Nam *om. Ab.* 4. cum et *ego.* et cum *ABCab.* 5. quam praedicamus *b.* 6. bonus est *BCa.* 7. planea dicis *A.* Plane ea dicis *BCa.* Plane adiicis *b.* 8. et contraria *B.*

q. fieri enim, non nasci] Apolog. cap. 18 „De vestris sumus: fiunt, non nascuntur Christiani." Hieronym. Ep. ad Laetam „Hoc et gener eius faciebat antequam crederet; fiunt, non nascuntur Christiani."

r. tibi erubescant] Apol. cap. 9 *„Erubescat* error vester *Christianis."* Ibid. cap. 11 „et nunc utique *melioribus* apud inferos *musitantibus erubescit."* Augustin. c. Iulian. IV, 14 „Unusquisque *sibi* vel *alteri erubuerunt."*

s. quae te nunc conscientia detinent.] Quorum te nunc conscientia detinet. De verbo „detinere", quod frequentissimum est apud Tertullianum pro „praeiudicio damnare" vel etiam pro „accusare", alio loco adnotabimus.

Cap. II. a. Quod deus dederit] Minuc. Felix Octav. cap. 18 „Nec nomen deo quaeras, deus nomen est. Illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est: deo, qui solus est, dei vocabulum totum est. Quem si patrem dixero, terrenum opineris; si regem, carnalem suspiceris; si dominum, intelleges utique mortalem. Aufer additamenta nominum, et perspicies eius claritatem. Quid, quod omnium de isto habeo consensum? Audio vulgus, cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam deum dicunt et „deus magnus est" et „deus verus est" et „si deus dederit." Vulgi iste naturalis sermo est, an Christiani confitentis oratio?"

b. Plane, adicis, Sed homo malus, scilicet] Ita cum Rigaltio scribendum duxi, cum olim maluissem: „Plane, ea dicis, sed homo malus scilicet, sed contraria sqq." Iunius, quem in sua editione La Cerda secutus est, loco medelam attulisse sibi visus est scribendo: „plane ea dicis (sed homo malus scilicet) contraria sqq.," ad quam sententiam firmandam haec adnotat: „Infert auctor ex antecedente membrum illud *παρένθεντον* de homine, quod *oblique ἐκ πλαγίου*, et *figuraliter κατὰ σχῆμα* exprobrare videtur anima per consequens, quotiens illud de deo asseverat. Respicit autem ad locum Matth. 6." „Oblique" est *ἐκ πλαγίου*, non aperte, ut ap. Tacit. Ann. III, 35. „Castigatis per litteras *oblique* patribus." Cf. Id. ibid.

propositione oblique et figuraliter exprobrans ideo malum hominem, quia a deo bono abscesserit. Etiam, quod penes deum bonitatis et benignitatis omnis benedictio inter nos summum sit disciplinae et conversationis sacramentum, Benedicat te deus tam facile pronuntias quam Christiano necesse est, at cum [9]in maledictum convertis [10]dictionem dei, perinde dicto omnem super nos potestatem eius consistere secundum nos confiteris. Sunt qui etsi deum non negent, [11]dispectorem plane et arbitrum et iudicem non putent (in quo utique nos maxime reiciunt, qui ad istam disciplinam metu praedicati iudicii transvolamus), sic deum honorantes[c], dum curis observationis et molestiis animadversionis absolvunt cui ne iram quidem adscribunt. Nam si deus, inquiunt, irascitur, corruptibilis et passionalis est[d]: porro quod patitur quodque corrumpitur etiam interitum potest capere, quem deus non capit. At [12]idem alibi animam divinam et a deo [13]conlatam confitentes cadunt in testimonium ipsius animae retorquendum adversus opinionem superiorem. Si enim anima aut divina aut a deo data est, sine dubio datorem suum novit, [14]et si novit, utique et timet, [15]et tantum postremo [16]adauctorem[e]. An non timet [17]quem magis propitium velit quam iratum? Unde igitur naturalis timor animae in deum, si deus [18]non novit irasci? Quomodo timetur qui nescit [19]offendi? Quid timetur, nisi ira? Unde ira, nisi ex animadversione? Unde animadversio, nisi [20]de iudicio[f]? Unde iudicium, nisi de potestate? Cuius potestas summa, nisi dei solius? Hinc ergo tibi, anima,

9. id maledictum *BCa.* in maledictum *Ab., et antea ita emendaverat Latinius.* 10. dictionem dei, perinde dicto *ABmg.* benedictionem dei, perinde dicto *Cab.* benedictionem dei. Proinde dicis *B.* 11. despectorem *AC.* 12. idem *AβB.* 13. conlatam *ABb.* 14. et si non novit *AβB.* 15. ut tantum *BCa.* 16. adauctorem *Ab.* auctorem *BCa.* 17. et quem (quam *Aφ.*) magis *AB.* 18. non vult irasci *Ab.* 19. offendit *A.* 20. de iudicio *b.* de dei iudicio *ABCa.*

V, 2. Gell. III, 2. fin. „Figuraliter" idem est quod „figurate" (cf. Sidon. Apollin. Ep. V, 8. „figuratis quem pungere"), *ἐσχηματισμένως*, ut glossaria explicant. Usurparunt id adverbium etiam Aug. de Genesi lib. I. et Sidon. Apollin. Ep. VIII, 14.

c. sic deum honorantes] Hariolatur Iunius rescribens „sic deum *inhonorantes,*" quod explicat *ἀτιμοῦντες*.

d. corruptibilis et passionalis est] Arnob. adv. Natt. II, 26 „Quicquid enim causa ingruente nonnulla ita mutatur et vertitur, ut integritatem suam retinere non possit, id necesse est iudicari natura esse passivum. Quod autem est promptum atque expositum passioni, corruptibile esse ipsa passibilitate interveniente denuntiat."

e. et tantum postremo adauctorem.] „A quo tot beneficiis adaucta et cumulata est." (Rigalt.) „Postremo" h. l. est „denique" vel „praesertim", nostrum „vollends". Iunius mutari locum et distingui ita voluit: „utique et timet ut tantum. Postremo auctorem annon timet" sqq.

f. de iudicio?] Illud „dei", quod cod. Agob. et ed. princ. firmare videntur, delendum fuisse loci ratio docet. Unde concreverit hoc vocabulum neminem fugiet.

de conscientia suppetit domi ac foris nullo irridente vel prohibente praedicare, Deus videt omnia, et Deo commendo, et Deus reddet, et Deus inter nos iudicabit. Unde [21] tibi hoc non [22] Christianae? atque adeo plerumque et vitta Cereris [23] redimita[g], et pallio Saturni [24] coccinata[h], et deae Isidis [25] linteata[i], in ipsis denique templis deum iudicem imploras? Sub Aesculapio[k] [26] stas, Iunonem [27] in aere exornas[l], [28] Minervam [29] calcias furvis galeam formis[m], et neminem de praesentibus deis contestaris. In tuo foro aliunde iudicem appellas, in tuis templis alium deum pateris. O testimonium veritatis, quae apud ipsa daemonia [30] testem efficit Christianorum!

21. tibi hoc *Ab.* hoc tibi *BCa.* 22. Christianae. Atque deo et plerumque *Aφ.* Christiana? atque adeo plerumque (*Aβ*)*b.* Christiane? Atque ad eum plerunque *B.* Christiana, atque id plerumque *a.* Christiane? Atque id plerumque *C.* 23. redemita *A.* 24. coccinata *BmgCab.* concinnata *AB.* 25. linteata *BmgCab.* lintiata *AB.* 26. stas *ego.* stans *ABCab.* 27. in aere exornas *Bmg.* in aere (aëre *B.*) exoras *AB.* in aere exorans *Ca.* in aere exaurans *b.* 28. Minervam (*Aβ*)*BCab.* Minervae (*Aφ.*) *Iunius et Pamelius.* 29. calcias furnis *ABC.* calceans furvis *ab.* 30. te testem *Iunius.*

g. vitta Cereris redimita] Cereris sacerdotum insigne vittam fuisse notum est. Iuvenal. Sat. VI, 50 „Paucae adeo Cereris vittas contingere dignae.“ V. quae adnotavit Salmasius ad Tertull. de Pallio cap. 4. p. 351 sqq.

h. pallio Saturni coccinata] Coccinea sacerdotum Saturni vestis. Tertull. l. l. „cum ob cultum omnia candidatum et ob notam vittae et privilegium galeri, Cereri initiantur? cum ob diversam affectionem tenebricae vestis et tetrici super caput velleris in Bellonae montes fugantur? cum latioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio Saturnum commendat?“

i. et deae Isidis linteata] Herodot. II, 36. 37, Plut. Is. 3 sqq. Cf. Hildebr. ad Apul. Metam. XI, 10. p. 1019. Plin. H. N. XIX, 2.

k. sub Aesculapio] h. e. sub Aesculapii statua aut in templo eius.

l. Iunonem in aere exornas] Iuno in aere est statua Iunonis aenea, quam, qui deae numen placaturi erant, sertis, floribus et vittis ornasse cogitandi sunt. Rigaltius mutans „in aere exaurans“ de bracteario scilicet verba intellegit, qui simulacro Iunonis aeneo laminas aureas inducit. Non sunt audiendi denique illi qui „in aëre exorans“ scribunt et de templo aliquo hic subdivali aut de nubibus cogitare sibi indulgent.

m. Minervam calcias furvis galeam formis] Locus obscurus. Iunius haec adnotat: „Lego: *Minervae furvis galeam formis calceans*: nam est senarius poetae alicuius. Minervae autem galeam διὰ μετωνυμίας vocat Bellonariorum, cui formae induebantur furvae, id est vestes et tegmina coloris nigri; nempe et „tenebrica vestis et tetricum super caput vellus,“ ut idem loquitur De Pallio cap. 4. Formae enim sunt vestes et repositoria quaevis, etiamque thecae ligneae, prout usurpat Vitruvius et alii. Nam et galeae induebatur aegis ex caprino corio, quam induere „calceare“ poeta dixit.“ Pamelius vult interpretari ex Clemente Alexandrino (Protr. cap. 2. Cf. Arnob. adv. Natt. IV, 16. Firm. Matern. de Err. Profan. Relig. cap. 16. et quae ibi adnotavi] de quinta illa Minerva, Pallantis et Titanidis filia, quam patris ab se occisi pelle ornatam fuisse constat. Equidem „formas“ accipio de figuris et ornamentis, quibus Minervae galea vulgo ornari solebat, scilicet gryphorum, sphingis, quae ipsae formae (ni forte „torvis“ pro „furvis“ mecum legendum potius censueris) furvae appellari poterant ob diversicolorem ab ipsius galeae facie caelaturae et ornamentorum habitum. „Calciare“ autem fere est pro vincire, induere, armare, munire. Tertull. de Corona cap. 4 „*calceatus* de evangelii paratura.“ Cf. Salmas. ad Tertull. de Pallio cap. 4. p. 393. Apte Pamelius citat Act. cap. 12 „*calcia te caligas tuas.*“

Enimvero [1]cum [2]daemonia affirmamus esse, [3]sane, quasi non Cap. III.
et probemus qui ea [4]soli de corporibus [5]exigimus, aliqui Chrysippi [6]adsentator[a] [7]inludit. [8]Et esse et abominationem sustinere execrationes tuae respondent[b]. Daemonium vocas hominem aut immunditia aut malitia aut insolentia aut quacumque macula quam nos daemoniis deputamus [9]ad necessitatem [10]odii inportunum. [11]Satanan denique[c] in omni [12]vexatione et aspernatione [13]et detestatione pronuntias, quem nos dicimus malitiae angelum, totius erroris artificem, totius saeculi interpolatorem[d], per quem homo a primordio circumventus, ut praeceptum dei excederet, et propterea in mortem datus exinde totum genus de suo semine infectum suae etiam damnationis traducem fecit. Sentis igitur perditorem tuum, et licet soli illum [14]noverint Christiani, vel [15]quaecumque apud dominum secta[e], et tu tamen eum nosti, dum odisti.

Iam nunc quod ad necessariorem sententiam tuam spectet, Cap. IV.
[1]quantum et ad ipsum statum tuum tendit, [2]adfirmamus te manere post vitae dispunctionem et expectare diem iudicii proque meritis aut cruciatui destinari aut refrigerio, utroque sempiterno[a]; quibus

Cap. III. 1. cum *ABmgb.* cur *BCa.* 2. demonia affirmamus *Aβ.* 3. Anne *pro* sane *Latinius.* 4. soli de *Cab.* solide *B.* solida e *Bmg.* 5. esse? sane — — exigimus? Aliqui *BCa.* 6. adsentatori *Bmg.* 7. inludit *(Aβ)B.* illudit *Aφ.* 8. et esse se et *A.* ea et esse se et *B.* ea et esse et *Ca.* Et esse et *b.* 9. ad *ego.* aut ad *ABCab.* 10. odii inportunum *Ab.* odii oportunam *BCa.* odiis oportunum *Iunius.* 11. Satanan *A.* 12. vexatione *ABC.* aversatione *Bmgab.* 13. et detestatione *om. A., reliqui habent.* 14. noverunt *Aφ.* noverint *omnes reliqui.* 15. quaecumque *A.* quaecumque capit dominum *Iunius.* quaecumque sapit dominum *Ciácconius.*

Cap. IV. 1. quantum *(Aβ)BCab.* in quantum *(Aφ.) Iunius, qui etiam* necessariorum *in antecedentibus reponendum autumabat.* 2. adfirmamus *AβB.*

Cap. III. a. aliqui Chrysippi adsentator] Sciolus aliqui philosophus.

b. respondent.] spondent, firmant. Apolog. cap. 24 „Omnis ista confessio illorum qua se deos negant esse quaque non alium deum *respondent* praeter unum" sqq.

c. Satanan denique] Ergo Satanae vocabulum usurpatum Graecis aut Latinis nondum Christianis? Etenim alloquitur animam non Christianam. Minime vero; sed „malum" dixere, nota interiectione apud Comicos aversantium aliquid aut aspernantium ac detestantium. Terentius Eunucho [IV, 7, 10.] „Qui, malum, alii?" Plautus Epidico [V, 2, 44.] „Quae, malum, haec impudentia est?" At Christianis „Malus" absolute ponitur pro Satana [Tertull. De Cultu Fem. cap. 5. De Idol. capp. 16. et 21. Paulin. Nol. Carm. adv. Paganos v. 158.] et hoc loco vicissim Tertullianus Satanam posuit pro Malo." (Rigalt.) Cf. Apolog. cap. 22 „Sciunt daemones philosophi, Socrate ipso ad daemonii arbitrium expectante. Quidni? cum et ipsi daemonium a pueritia adhaesisse dicatur, dehortatorium plane a bono. Omnis sciunt poetae, etiam vulgus indoctum in usum maledicti frequentat; nam et Satanan, principem huius mali generis proinde de propria conscientia animae eadem exsecramenti voce pronuntiat."

d. saeculi interpolatorem] Ita Apolog. cap. 46 fin. philosophus dicitur „veritatis *interpolator.*"

e. apud dominum secta] h. e. secta verum deum, omnium rerum dominum, colens eique se vindicans. Significat Iudaeos. Cf. Apolog. cap. 48 „profani vero et qui non integre *ad deum.*"

Cap. IV. a. refrigerio, utroque sempiterno] Apolog. cap. 49 „metu aeterni supplicii et spe aeterni *refrigerii.*" De re

sustinendis necessario tibi substantiam pristinam eiusdemque hominis materiam et memoriam reversuram, quod et nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionalis[b] facultate, et nulla ratio sit iudicii sine ipsius exhibitione qui meruit iudicii passionem. Ea opinio Christiana etsi honestior multo Pythagorica, quae te non in bestias transfert, etsi plenior Platonica, quae tibi etiam dotem corporis reddit, etsi [3]Epicurea [4]gravior, quae te ab interitu defendit, tamen [5]propter suum nomen soli vanitati et stupori et, ut dicitur, praesumptioni deputatur. Sed non erubescimus, si tecum erit nostra praesumptio[c]. Primo enim, cum alicuius defuncti recordaris, miserum vocas eum, [6]non utique quod de bono vitae[d] ereptum, sed ut poenae et iudicio iam [7]adscriptum. Ceterum [8]alias securos vocas defunctos[e]. Profiteris et vitae incommodum et mortis beneficium. Vocas porro securos, si quando extra portam cum obsoniis et [9]matteis tibi potius parentans [10]ad busta recedis[f], aut a bustis di-

3. Epicuraea *Aβ*. Epicura *Aφ*. 4. gravior *ABb*. gratior *BmgCa*. 5. propter suum nomen soli *ABCa*. propter nomen solum *b. Latinius, prob. Iunio*. 6. non utique quod *(Aφ)BCa*. non utique *Aβ*. non uti *b. Latinius qui et* dereptum *pro* ereptum. 7. adscriptum *AB*. 8. alias seros vocas *Aφ*. 9. mattaeis *BCa*. mattyis *Iunius*. 10. ad busta cedis *Lipsius*.

cf. Apolog. cap. 48 sq. Rigaltius citat Auct. libri de Fide p. 43 „habituri unusquisque nostrum specialem resurrectionem pro merito fidei et vitae, sive ad *refrigerium* sive ad ustionem."

b. passionalis] h. e. passioni subiectae; ita paulo supra, cap. 2 „Nam si deus, inquiunt, irascitur, corruptibilis et *passionalis* est."

c. praesumptio.] Christianorum fidei leges et dogmata ab ethnicis vulgo appellabantur praesumptiones et obstinationes. Cf. Apolog. cap. 49 „Falsa nunc sint quae tuemur et merito *praesumptio*, attamen utilia.", et paulo ante, initio capitis „Hae sunt quae in nobis *praesumptiones* vocantur, in philosophis et poetis summae scientiae et insignia ingenia." Ad Natt. I, 17 „De *obstinationibus* vero vel *praesumptionibus* si qua proponitis, ne istae quidem ad communionem comparationis absistunt." Cf. etiam interprr. ad Apul. Metam. IX, 14.

d. quod de bono vitae] Retinui veterum librorum auctoritate „quod", positum hic pro „in quantum" vel „quoad", de quo eius usu adire possis Burm. ad Ovid. Heroid. VIII, 5. Drakenb. ad Liv. XXVI, 32, 6. XXXIX, 45, 7. Cf. interprr. ad Apul. Metam. I, 7. p. 36. f. et Misc. Observv. vol. VII, tom. III, p. 437.

e. securos vocas defunctos.] Ut „quiescere", „quies" et similia, ita et „securus", „securitas" de mortuorum conditione vocabula. Phaedr. fab. 49 „Putabat se post mortem *securum* fore." Sidon. Apoll. Epp. III, 12 „quantum sufficere posset superstitum curae, mortuorum *securitati*." Iul. Firm. Mat. Mathes. I, 1 „Illum *quiescentium securas* animas et iam Lethaei fluminis oblivione purgatas Mercurius cogit nefariis carminibus excitare." Cf. Herald. Digress. I, 18. p. 226., qui plura exempla addit.

f. ad busta recedis] Pro „ad busta recedis" I. Lipsius legi volebat „ad busta cedis." Non bene. Ad busta enim proprie recedebant, id est revertebantur, silicernium facturi. Nam cremato corpore die nono ad bustum recedebant ossa lecturi, ibique aliquando silicernium conficiebant. Varro ap. Nonium [p. 48. Merc.] „Funus exsequuti laute ad sepulchrum silicernium fecimus." Hoc idem scribit Lucianus libello aureo *περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων*, ubi etiam observat eos, qui tunc mortuis unctis ac coronatis inferias ferebant, ad tumulum laute convivari atque adeo sibi po-

lutior redis. At ego sobriam tuam sententiam exigo. Misellos vocas mortuos, cum de tuo[g] loqueris, cum ab eis [11]longe es. Nam in convivio [12]eorum quasi praesentibus et conrecumbentibus sortem suam exprobrare non possis. Debes adulari [13]propter quos lautius vivis. Misellum ergo vocas qui nihil sentit? Quid? quod ut sentienti maledicis, [14]cuius memoriam cum alicuius offensae morsu facis. Terram gravem [15]inprecaris[h] et cineri [16]penes inferos tormentum. Aeque ex bona parte cui gratiam debes, ossibus et cineribus eius refrigerium [17]comprecaris[i] et ut bene requiescat apud inferos cupis. Si nihil passionis est tibi post mortem, si nulla sensus perseverantia, si denique nihil [18]es ipsa ubi corpus reliquisti, cur mentiris in te[k], quasi aliquid ultra pati possis? Immo cur in totum times [19]mortem? Nihil est tibi timendum post mortem, qua nec experiundum post mortem. Nam etsi [20]dici potest ideo mortem timeri non [21]ultra quid minantem, sed ut commodum vitae amputantem, atquin cum et incommoda longe plura vitae pariter [22]excidant, lucratione gravioris partis metum [23]diluit, [24]nec iam timenda est amissio bonorum, quae altero bono, id est incommodorum pace, pensatur. Non est timendum quod nos libe-

11. longe est *B.* 12. eorum quasi *ABCa.* cum quasi *b. Latinius et Iunius.* 13. propter quos lautius *Ab. Ciacconius.* propter quod laetius *BCa.* propter quos laetius *Latinius et Iunius.* 14. si cuius *Iunius.* 15. inprecaris *Aβ.* 16. penes inferos stramentum *AB. Latinius ita corrigendum et constituendam sententiam censuit:* Quid, cum — — — facis, terram *cett.* 17. compraecaris *Aβ.* 18. est ipsa *B.* 19. mortem nihil *A.* mortem, si nihil *BCab.* mortem, si nihil es? tibi — — experiundum post mortem *Semlerus.* 20. dici potest *Ab.* dicere potest *B.* dicere potes *Ca.* 21. ultra quid *ABb.* ut aliquid *Ca.* 22. excidant, lucratione *ego.* excedant, lucratione *Ab.* excedant, et lucratione *B.* excedas, et lucratione *Ca.* excedas, ea lucratione *Iunius.* 23. diluit *ABb.* diluis *Ca. Iunius.* 24. ne iam *A.*

tius quam mortuo parentare solitos: *καὶ γὰρ ἐκείνου* (sc. *τοῦ νεκροῦ*) *καταχέαντες μύρον καὶ τὸν στέφανον ἐπιθέντες αὐτοὶ πίνουσι καὶ εὐωχοῦνται τὰ παρεσκευασμένα.* Nota *πίνουσι.* Unde Tertullianus: „et a bustis dilutior recedis.“ (Herald. l. l.) Adde Lips. ad Taciti Ann. VI, 5. De vocabuli „matteae“ varia scriptura adire possis Herald. ad Martial. Epigr. X, 59. Turneb. Adverss. XXII, 6. Lips. ad Tac. Ann. l. l., et interprr. ad Sueton. Calig. cap. 38. et Petron. Satyr. cap. 65.

g. de tuo] h. e. de tuo foro, de tua ipsius sententia.

h. Terram gravem inprecaris] Plin. H. N. II, 63 „Cuius (sc. terrae) nomen ultimum iam nullis inprecamur irati grave, tamquam nesciamus hanc esse solam, quae numquam irascatur homini.“ Sic Tibull. Eleg. I, 4, 60 „infelix urgeat ossa lapis.“ Seneca Hippolyto v. 1275 „Gravisque tellus impio capiti incubet.“

i. refrigerium comprecaris] Tibull. Eleg. II, 4, 49 „Et bene, discedens dicet, placideque quiescas Terraque secura sit super ossa levis.“ Martial. Epigr. V, 35, 9 „Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi Terra gravis fueris: non fuit illa tibi.“ Iuvenal. Sat. VII, 207 „Dii maiorum umbris tenuem et sine pondere terram Spirantesque crocos et in urna perpetuum ver“ sqq., ad quos locos v. quae congesserunt interpretes.

k. in te] h. e. in tuum prius testimonium.

rat ab omni timendo. Si times vita decedere, quia optimam nosti, certe mortem timere non debes, quam malam nescis. At cum times, scis malam. Non scires autem malam, quia nec timeres, si non scires aliquid esse post mortem quod eam malam faciat, ut timeas. Omittamus nunc naturalem formam timendi mortem. Nemo timeat quod evadere non potest. Ex altera parte congredior, [25]laetioris spei post mortem. Nam omnibus fere ingenita est famae post mortem cupido. Longum est retexere Curtios et Regulos [26]et Graecos viros[l], quorum [27]innumerabilia elogia sunt contemptae mortis propter postumam famam. Quis non hodie memoriae post mortem frequentandae[m] [28]ita studet, [29]vel ut litteraturae operibus vel simplici laude morum vel ipsorum sepulchrorum ambitione nomen suum servet? [30]Unde animae hodie affectare aliquid quod velit post mortem, et tantopere [31]praeparare [32]quae sit usura[n] post obitum? [33]Nihil utique de postero curaret[o], si nihil de postero sciret. Sed forsitan de sensu post excessum[p] tui [34]certior sis quam de resurrectione quandoque, cuius nos praesumptores denotamur. Atquin hoc quoque ab anima praedicatur. Nam si de aliquo iam pri-

25. laetiores spei *B.* 26. et graecos *A.* vel graecos *reliqui.* 27. innum ..... liae logia *A., unde scripsi* innumerabilia elogia. *In reliquis omnibus est* innumera elogia. *Iunius vult scribi* ellogia. 28. ista studet *BCa.* ita studet (*in A. quid extiterit hodie dinosci nequit*) *b. Ciacconius et Iunius.* 29. vel ut *AB.* ut vel *reliqui.* 30. unde ..... affectare *Aφ.* (*Hildebrandus propter spatii vacui exiguitatem vocalem* hodie *in cod. Agob. extare potuisse negat.*) Unde anima hodie adfectaret *BCa.* Unde animae hodie affectare *b.* 31. praeparare *ABb.* praepararet *Ca.* 32. quaesitura post *ABmg.* quo sit usura post *BCa.* quae sit usura *b.* 33. Nihil utique de poste.. .....si *A.* Nihil utique de postero sciret, si *B.* Nihil utique de postero curaret, si *b. In Ca. verba* Nihil — sciret *non leguntur.* 34. certior sis *A.* certioris *B.* certior es *Cab.*

l. Curtios et Regulos et Graecos viros] Cf. Apolog. cap. 50. et Ad Natt. I, 18. „Elogia" sunt testimonia. Dicemus alio loco de hoc vocabulo in Tertulliani scriptis frequentissimo.

m. memoriae post mortem frequentandae] h. e. frequenter repetendae. Cf. Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. cap. 3. et interprr. ad Flavii Vopisc. Aurelian. cap. 35.

n. quae sit usura] De verbo „uti" cum accusativo structo v. interprr. ad Lucret. V, 1033. VI, 1135. De Corona cap. 10 „qui secundum idolorum ornatum *aliquid utuntur.*" Et in Apolog. cap. 23. pars codd. mss. „abuti" structum habet cum accusativo.

o. Nihil utique de postero curaret] Recepi Rigaltii emendationem, quamvis et editionis principis scriptura „sciret" pro „curaret" non omnino indigeat unde defendi possit. „Scire" enim pro „sciscere" passim usurpatum fuisse exempla non desunt. Lex XII tabb. „tignum aedibus iunctum vindicare posse *scit.*" Paul. Digest. XL, 3, 98 extr. Cf. interprr. ad Liv. XXVI, 33. Hinc et in Arnobio Adv. Natt. V, 2. non dubitavi ex codd. Paris. et Bruxell. restituere „Etenim revera stultissimum credere est ipsum remedia *scire,* quibus averti possint ea, quae per fulminis iactum in humanis fieri constituerit rebus," ubi Heraldus „sciscere" et Barthius „sancire" pro „scire" reponendum iudicarunt.

p. post excessum] sc. ex corpore, post mortem. Ita „excessus" pro morte etiam Apolog. cap. 25 „O somniculosa diplomata, quorum vitio *excessum* imperatoris Marci non ante Cybele cognovit."

dem defuncto [35]tanquam de vivo quis requirat, prae manu occurrit dicere, [36]Abiit iam et reverti debet[q].

Haec testimonia animae quanto vera, tanto simplicia, quanto simplicia, tanto vulgaria, quanto vulgaria, tanto communia, quanto communia, tanto naturalia, quanto naturalia, tanto divina[a]. Non [1]puto cuiquam [2]frivola et frigida[b] videri posse, si recogitet naturae maiestatem, ex qua censetur auctoritas animae. Quantum dederis magistrae, tantum adiudicabis discipulae. Magistra natura, anima discipula. Quicquid aut illa [3]edocuit aut ista perdidicit, a deo traditum est, magistro scilicet ipsius magistrae. Quid anima possit de principali institutore praesumere, in te est aestimare de ea [4]quae in te est. Senti illam quae ut sentias efficit. Recogita in praesagiis vatem, [5]in ominibus augurem, [6]in eventibus prospicem[c]. Mirum, si a deo data [7]novit homini divinare? Tam mirum, si eum, a quo data est, novit? Etiam circumventa ab adversario meminit sui auctoris et bonitatis et decreti eius et exitus [8]sui *et* adversarii ipsius. Sic mirum, si a deo data eadem canit quae deus suis dedit nosse? Sed qui eiusmodi eruptiones animae non putavit doctrinam esse [9]naturae congenitae et ingenitae conscientiae [10]tacita commissa, dicet potius [11]diventilatis[d] in vulgus opinionibus [12]publicatarum litterarum usum iam et quasi vitium corroboratum taliter [13]sermocinandi. Certe prior anima quam littera, et prior Cap. V.

35. tanquam de vivo *Ab.* tanquam vivo *reliqui.* 36. habet iam *AB.* abiit iam *reliqui.*

Cap. V. 1. puto *Ab.* putem *reliqui.* 2. frivola et frigida *ego.* frivolae tridi..... videri *Aφ.* frivolam et rigi.... videri *Aβ.* frivolum et frigidum *reliqui.* frivola et ridicula *Hildebrandus.* 3. docuit *A.* 4. quae in te est *ABCa.* quae est in te *b.* 5. in hominibus *A.* 6. in euntibus *Aφ.* 7. novit homini *ABb.* homini novit *Ca.* 8. sui.....rsarii *Aφ.* sui adversarii *BCa.* sui et adversarii *b.* 9. naturae congenitae *Ab.* naturae et congenitae *reliqui.* 10. tacite commissam *Ursinus.* 11. diventilatis *ABb.* de ventilatis *Ca.* 12. publicatum *Iunius.* 13. sermonandi *Aφ.*

q. Abiit iam et reverti debet] Tamquam ominis fuerit eius quaestio qui defunctum nescit. „Abire" pro „mori" dici consuesse notum est. Festus s. v. *„Abitionem* antiqui dicebant mortem.", ad quem locum vide quae congesserunt interpretes. De locutione „prae manu occurrit" cf. Apolog. cap. 28 „ne *prae manu esset* iure libertatis dicere."

Cap. V. a. quanto naturalia, tanto divina.] V. quae adnotavi supra ad cap. 1.

b. frivola et frigida] Haec adiectiva iungit etiam De Fuga in Persec. cap. 3 „De isto quis dubitare possit, ignoro, nisi plane *frivola et frigida* fides, deprehendens eos, qui timide conveniunt in ecclesiam."

c. prospicem.] Cf. Barth. ad Stat. Theb. XII, 15. p. 1430. et Adversa. p. 1881.

d. diventilatis] Retinendum duxi „diventilatis" auctoritate libri Agobardini et editionis principis, licet verbum „diventilare" vel participium „diventilatus" neque lexica norint neque glossaria. Qui alteram scripturam „de ventilatis" a Gelenio nescio an de codicis Masburensis auctoritate propositam censent tuendam, de vi instrumentali „de" praepositionis adeant Handii Tursellin. II, p. 219 sqq. Hildebr. ad Apul. Metam. VIII, 8. p. 668. et ad Arnob. Adv. Natt. I, 39. p. 61 sq.

sermo quam liber, et prior sensus quam stilus, et prior homo ipse quam [14]philosophus et poëta. Numquid ergo credendum est ante litteraturam et divulgationem eius [15]mutos ab huiusmodi pronuntiationibus[e] homines vixisse? Nemo deum et bonitatem eius, nemo mortem, nemo inferos loquebatur? Mendicabat sermo, opinor, immo nec ullus esse poterat, cessantibus etiam tunc sine quibus [16]etiam hodie beatior et locupletior et [17]prudentior esse non potest, si ea, quae tam facilia, tam assidua, tam proxima hodie sunt, in ipsis quodammodo labiis [18]parta, retro [19]non fuerunt, antequam litterae in saeculo germinassent, antequam Mercurius[f], [20]opinor, natus fuisset. Et [20b]unde, oro, ipsis litteris [21]contigit nosse et [22]in usum loquelae disseminare quae nulla [23]umquam mens conceperat aut lingua protulerat aut auris exceperat? At enim cum divinae scripturae, quae penes nos vel Iudaeos sunt, [24]in quorum oleastro insiti sumus[g], multo [25]saecularibus litteris [26]vel modica tantum aetate aliqua [27]antecedant, ut loco suo edocuimus[h] ad fidem earum demonstrandam, et si haec eloquia de litteris usurpavit anima, utique de nostris credendum erit, non de vestris, quia potiora sunt ad instruendam animam priora quam postera, quae et ipsa a prioribus instrui sustinebant[i], cum, etsi de vestris [28]instructam concedamus, ad originem tamen principalem traditio pertineat, nostrumque omnino sit quodcunque de nostris sumsisse et tradidisse contigit vobis. Quod cum ita sit, non multum refert, [29]a deo for-

14. phylosophus *Aβ*. 15. mutos ab huiusmodi *Ab*. multos ab huiusmodi *B*. mutos absque *Ca*. 16. etiam hodie beatior *Ab*. hodie iam beatior *reliqui*. 17. providentior esse non potest *Bmg*. prudentior non potest *A*. prudentior esse non potest *reliqui*. 18. parat. Retro *B*. 19. non fuerint *Aφ*. non fuerunt *reliqui*. 20. opinor *om. Aβ*. 20b. oro *ego*. ordo *libri omnes*. 21. contigit? Unde nosse *vult Iunius*. 22. usu loquelae *Aβ*. 23. umquam *Aβ*. 24. in quorum olea ex oleastro *b. Latinius, prob. Iunio*. 25. saecularibus *Aβ*. 26. vel modica *ABC*. non modica *ab*. 27. antecedantur *A*. 28. instructam *Cab*. instructa *AB*. 29. a deo *Ab*. an a deo *Cab*.

e. mutos ab huiusmodi pronuntiationibus] Cum „mutos" ponat tamquam pro „abstinentes", illud adiectivum etiam cum „ab" praepositione struendum sibi indulget scriptor. Similiter De Idolol. cap. 17 „Ioseph et Daniel *mundi ab* idololatria." De Orat. cap. 11 „ut (sc. manus) *a* falso, *a* caede, *a* saevitia, *a* veneficiis, *ab* idololatria ceterisque maculis, quae spiritu conceptae manuum opera transiguntur, *purae* alleventur." Ad Natt. I, 10 „quos superbia severitatis et duritiae disciplinae *ab* omni timore *securos*" sqq.

f. Mercurius] Mercurius litterarum inventor. Cic. N. D. III, 22. Hygin. Fab. 277. Diod. Sic. I, 16. Cassiod. Var. VIII, 12. In Apolog. cap. 10. idem inventum Saturno tribuitur.

g. in quorum oleastro insiti sumus] Prudent. Apotheos. v. 338 „Heu frondosa prius ramis felicibus arbor! Pinguibus heu quondam radix oleagine bacis! Ecce tibi inserto revirescit nunc oleastro Truncus et externi vestitur cortice libri!"

h. ut loco suo edocuimus] Apolog. cap. 19.

i. instrui sustinebant] h. e. expectabant, ut recte interpretatus est Rigaltius. Apolog. cap. 35 „Cui autem opus est perscrutari super Caesaris salute, nisi a quo aliquid adversus illam cogitatur

mata sit animae conscientia, an litteris dei. Quid igitur vis, homo, de humanis sententiis litterarum tuarum exisse haec in [30]usus communis callositatem[k]?

[1]Crede itaque tuis, et de commentariis nostris tanto magis crede divinis, sed de animae ipsius arbitrio perinde crede naturae. [2]Elige quam ex his fidelius sororem observes veritatis. Si te tuis litteris dubitas, neque deus neque natura mentitur. Ut et naturae et deo credas, crede animae, ita fiet [3]ut et tibi credas. Illa certe est quam tanti facis [4]quantum illa te facit: cuius es totus, quae tibi omnia est, sine qua nec vivere potes nec mori, propter quam deum neglegis[a]. Cum enim times fieri Christianus, eam conveni. Cur alium [5]colit, deum nominat? Cur, cum [6]maledicendos spiritus denotat, daemonia pronuntiat[b]? Cur ad caelum contestatur, et ad terram detestatur? Cur alibi servit, alibi [7]vindicem convenit? [8]Quid de mortuis iudicat? [9]Quae verba[c] habet Christianorum, [10]quos nec [10b]auditos visosve vult? Cur aut nobis dedit ea verba, aut accepit a nobis? Cur aut docuit, aut didicit? [11]Suspectam habe convenientiam praedicationis in tanta disconvenientia conversationis. Vanus es, si huic linguae soli aut Graecae, quae [12]propinquae inter se habentur, reputabis eiusmodi[d], ut neges naturae universitatem. Non Latinis nec Argivis solis anima de caelo cadit[e]. Omnium gentium unus [13]homo nomen est, una anima, varia vox, unus spi-

Cap. VI.

30. usu communi, scallositatem *Aβ*. usus communis scallositatem *B*.

Cap. VI. 1. Credo itaque *AβBmg*. 2. elige quem *Aβ*. 3. ut et tibi credis *A*. 4. quanti illa *Iunius*. 5. colit *ego*. colat *A*. colens *BCab*. 6. maledicendo *AB*. maledicendos *reliqui*. 7. uidicem *A*. 8. Quid de mortuis *AB*. cur de mortuis *reliqui*. 9. quae verba *AB*. cur verba *reliqui*. 10. quos ne *AB*. 10b. au..... sosve *Aφ*. auditos visosque *BCab*. 11. Suspectam habes *Iunius*. 12. propinquo *A*. 13. homo nomen est *ABCa*. homo, varium nomen est *b. Fulv. Ursinus, probb. Wouwerio et Iunio*.

vel optatur, aut post illam speratur et *sustinetur?*" Adv. Iud. cap. 8 „regni aeterni dominator aeternus *sustinendus* est."

k. usus communis callositatem?] Consuetudinem significat, quae longo usu veluti callum obduxit. (Rigalt.) Cic. Tusc. III, 22 „Quorum animis diuturna cogitatio *callum vetustatis* obduxerat.", ad quem locum v. interprr. Cf. Cic. Tusc. II, 15. Id. Fam. IX, 2. Senec. Consol. ad Marc. 8.

Cap. VI. a. deum neglegis] Qui scilicet times fieri Christianus, ne nobiscum pro nomine Christi animam, hoc est vitam, ponas. (Rigalt.)

b. daemonia pronuntiat?] Cur pronuntiat daemonia, quotiens vult maledicendos spiritus denotare? (La Cerda.) Cf. cap. 3.

c. Quae verba] Respicit eloquia illa, quae cap. 2. commemoraverat: „Deus reddet." „Deus videt omnia." „Deo commendo." „Deus inter nos iudicabit."

d. eiusmodi] V. adnotata ad De Baptismo cap. 12. „Reputare" h. l. est pro *tribuere* vel „deputare", verbo quo vulgo utitur Tertullianus quodque proprie est ICtorum. Cf. Papinian. XI, 7, 17 „Si nondum pater dotem recuperaverit, vir solus convenietur, *reputaturus* patri quod eo nomine praestiterit."

e. caelo cadit.] Apolog. cap. 4 „Si lex tua erravit, puto, ab homine concepta est; neque enim *de caelo ruit*."

ritus, varius sonus, propria cuique genti loquela, [14]sed loquelae materia communis. Deus ubique et bonitas dei ubique, daemonium ubique et maledictio daemonii ubique, iudicii divini invocatio ubique, [15]mors ubique et conscientia mortis ubique, et testimonium ubique. Omnis anima suo iure proclamat quae nobis [16]nec mutire conceditur. Merito igitur omnis [17]anima et rea et testis est, in tantum et rea erroris [18]in quantum et testis veritatis, [19]et stabit ante aulas dei die iudicii nihil habens dicere. Deum praedicabas, [20]et non requirebas, daemonia abominabaris, et illa adorabas, iudicium dei appellabas, nec esse credebas, inferna supplicia praesumebas, et non praecavebas, Christianum nomen [21]sapiebas[f], et Christianum persequebaris.

14. sed loquelae *om. A.* 15. mors ubique *om. A.* 16. nec mutire *Ab. Fulv. Ursinus.* ne mutire *BCa.* 17. anima et rea *Ab.* anima rea *BCa.* 18. in quantum et testis *Ab.* in quantum testis *BCa.* 19. stabit *ACab.* stabilis *B.* 20. et non requirebas *om. A.* 21. sapi.....baris *Aφ., unde Hildebrandus scribi mavult* sapiebas et persequebaris. *Rigaltius reponendum putat* Christum sapiebas et Christianum nomen persequebaris. *In Aβ. subscriptum est* DE TESTIMONIO ANIMAE EXPLICIT.

f. Christianum nomen sapiebas] Testimonia tua, o anima, et eloquia tua Christiano nomini conveniebant idque sapiebant, et tamen ipsos Christianos persequebaris!

DE

CORONA.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat codicem Agobardinum (*Aφ* ex collatione Hildebrandi, *Aβ* ex collatione Steph. Baluzii).
B - - Vindobonensem (*Bφ* ex collatione Hildebrandi).
C - - Leidensem.
D - - Florentinum, bibliothecae Mediceo-Laurentianae plut. XXVI. c. XII.
E - editionem principem Beati Rhenani anni MDXXI.
F - - Ioh. Gangneii anni MDXLV.
G - - Sigism. Gelenii anni MDLXII.
H - - Iac. Pamelii anni MDLXXIX.
R - - Nic. Rigaltii anni MDCXXXIV.

DE

*CORONA[a].

Proxime [1]factum est: Liberalitas praestantissimorum impe- Cap. I.
ratorum[b] [2]expungebatur in castris, milites laureati [3]adibant. Quidam [4]illic magis dei miles ceteris constantior fratribus, qui se duobus dominis[c] [5]servire posse praesumpserant, solus libero capite, coronamento in manu otioso[d], [6]vulgato iam et ista disciplina [7]Christiano[e], relucebat. [8]Denique singuli designare, [9]eludere eminus,

* INCIPIT LIBER DE CORONA FELICITER. *Aβ*. DE CORONA *inscriptio est libri in R., in reliquis omnibus tam manu quam typis exaratis* DE CORONA MILITIS.
Cap. 1. 1. factum est: Liberalitas *AR.* factum est liberalitate *BCDE. liber Gorziensis, Florentinus codex bibliothecae Magliabechianae n. CXXVIII., tres Vaticani apud Pamelium.* facta est liberalitas *FGH.* facta liberalitate *Iunius.* 2. expungebatur *AR.* expungebantur *reliqui.* 3. adibant. Quidam *AR.* Adhibetur quidam *B (a m. sec.) EFGH. Magliabechianus.* Adhibetur quidem *BCD.* 4. illici *CD. Magliabechianus.* 5. servire posse praesumpserant *AR. Latinius.* servire posse praesumpserat *BEFG.* servire non posse praesumpserat *BφCDH. Magliabechianus, tres Vaticani, prob. Iunio.* 6. ..gato *A.* vulgato *R.* vulgata *reliqui et Magliabechianus.* 7. Christiano *AR.* Christianorum *reliqui et Magliabechianus.* 8. ..... singuli *A.* Denique singuli *omnes reliqui praeter R. in qua* Denique *abest.* 9. et ludere *AR.* eludere *reliqui omnes, Gorziensis, Magliabechianus et tres Vaticani.*

a. DE CORONA.] Sic inscribitur hic liber in codice Agobardino, non, ut vulgo, DE CORONA MILITIS. Et veterem manum eo libentius sequimur, quod, etsi ab militis cuiusdam facinore Septimius occasionem scribendi sumpserit, tamen haud solos milites, sed omnem omnino Christianum ab coronae gestamine depellit. (Rig.)

Cap. I. b. liberalitas praestantissimorum imperatorum] L. Septimii Severi et M. Aurelii Antonini Caracallae. Cf. Ael. Spartiani Sever. cap. 16. „Liberalitas" est donativum per liberalitatem militibus concessum, ut et congiaria illo vocabulo saepissime significantur in numis veteribus. Cf. interprr. ad Sueton. Octav. cap. 41. Claud. cap. 29. Tac. Hist. I, 20. Spanhem. De Usu et Praest. Num. II, p. 529 sqq. Verbum „expungere" pro „perficere" positum Tertullianeo sermoni multa exempla vindicant. Ut pauca suppeditem: Apolog. cap. 35 „Cur enim vota et gaudia Caesarum casti et sobrii et probi *expunginus?*" Ad Natt. I, 7 „Haec cum *expunxeris*, vives in aeternum." De Orat. cap. 9 „Compendiis paucorum verborum — quot simul *expunguntur* officia?" Ibid. cap. 1 „evangelio *expunctore* totius retro vetustatis."

c. duobus dominis] Deo et Caesari.

d. coronamento in manu otioso] „Otiosum" dicit inutile et ineptum. Sic Ad Uxor. [I, 5.] „Nobis *otiosum* est liberos serere," h. e. Christianis inutile est et ineptum liberos serere, dum saevit in Christianum nomen tyrannus. (Rigalt.) Adde Apolog. cap. 10 „*Otiosum* est etiam titulos persequi."

e. vulgato iam et ista disciplina Christiano] Ista coronae repudiandae disciplina vulgo Christianos notabat.

[10]infrendere cominus. Murmur tribuno defertur; [11]et persona iam ex ordine [12]decesserat. Statim tribunus, Cur, inquit, tam diversus [13]habitus? Negavit ille [14]sibi cum ceteris licere[f]. Causas expostulatus, Christianus sum, respondit. O militem [15]gloriosum in deo! Suffragia exinde, et res [16]ampliata[g], et reus [17]ad praefectos. Ibidem gravissimas penulas posuit[h], [18]relevari auspicatus, [19]speculatoriam morosissimam [20]de pedibus absolvit[i], terrae [21]sanctae insistere [22]incipiens[k], gladium nec dominicae defensioni necessa-

10. infrendere cominus. Murmur *ABCDER.* infrendere continuo murmur (infrendere. Continuo murmur. *FG.*) *Divionensis liber ap. Rigaltium, et Gorziensis.* infrendere comminus in nostrum *H., ex tribus Vaticanis.* 11. Ut persona *Iunius.* 12. decesserat *ACDR.* accesserat *reliqui et Magliabechianus.* abscesserat *B. a m. sec. in marg.* 13. habitus *A.* habitu *reliqui.* 14. sibi cum ceteris *AR.* cum ceteris sibi *reliqui et Magliabechianus.* quod ceteris sibi *Latinius, prob. Iunio.* 15. gloriosum in deo *AR.* in deo gloriosum *reliqui et Magliabechianus praeter E. in qua est* in deum gloriosum. 16. ampliata *AR.* apud acta *reliqui et Magliabechianus.* 17. apud praefectos *C.* (*a m. pr.*) *et Magliabechianus.* 18. relevari *ABCDER. et unus Vaticanus, Ciacconius, Iunius.* revelari *FGH.* 19. spiculatoriam (spiculator iam *CE.*) *BCDE. et Magliabechianus, prob. Iunio. In B. non eadem sed tamen satis vetusta manu margini adscriptum est* clavum morosissimum, *aut quemadmodum Hildebrando adnotatum est* speculator clavum morosissimum. 20. de pedibus *AR.* pedibus *reliqui.* 21. sancte *BCR. Iunius.* sanctae *reliqui.* 22. incipientis *Bφ* (*m. sec.*).

f. sibi cum ceteris licere.] sc. corona uti, quod facile cogitatione additur.

g. et res ampliata] Res ampliari dicitur, cuius cognitio in aliud tempus vel ad aliud tribunal reicitur aut remittitur. Itaque rei in iudiciis damnantur, absolvuntur, ampliantur, amburuntnr. Damnati vel absoluti occurrunt passim. Ampliatorum exempla sunt apud Livium XLIII, [2.] ubi de M. Titinio „Bis *ampliatus,* tertio absolutus est reus." Et paullo post de T. Furio, Philo et M. Matieno „Gravissimis criminibus accusati ambo *ampliatique.*" Ambustorum h. e. eorum qui in discrimen capitis adducti neque damnati neque absoluti sunt, exempla quoque reperiuntur, ut L. Aemilii Pauli apud eundem Livium XXII, [35.] „L. Aemilium Paulum, qui cum M. Livio consul fuerat et damnatione collegae et sua prope *ambustus* evaserat, infestum plebi, diu ac multum recusantem ad petitionem compellit." Et apud Valerium Maximum [VIII, 1.] „ambustae" duae memorantur, inexplicabili cunctatione, quaestionibus modo translatis, modo dilatis. (Rigalt.) De ampliatione adeas Ascon. ad Cic. Verr. I, 9, 29. Sigon. de Antiquo Iure P. R. II, 22. p. 588 sqq. F. Polleti Hist. For. Rom. (Francof. 1676) p. 394 sqq. B. Brisson. de Form. V, p. 480.

h. gravissimas penulas posuit] De penula eiusque usu adesis Beckeri Gallum II, p. 93 sqq.

i. speculatoriam morosissimam de pedibus absolvit] Haec pertinent ad caligam militarem praesertimque militis illius, qui inter speculatores militaverat, quae militia erat valde inquieta, morosa et aspera, cum huc illucque cursitando, explorando nuntiandoque vagaretur. (Rigalt.) De speculatoria caliga v. interprr. ad Sueton. Calig. cap. 52. De ipsis speculatoribus, quorum et in inscriptionibus memoria non rara est (cf. Orell. Inscr. Lat. n. 3518. 1222. Gruter. Inscr. 160, 7. 520, 5.) adeas Salmas. ad Ael. Spartianum p. 29 sqq., Lips. ad Tacit. Hist. I, 24., I. Gothofr. ad legem XVI. Codicis Theodosiani de Cohortalibus, Turneb. Adverss. XXIV, 41. col. 903. et XXVII, 20. col. 1025., Cuiac. Observv. VI, 33. Cf. Appian. B. C. V, 132. De structura verbi „absolvere" cum „de" praepositione prae manu est exemplum Cic. ad Quintum fratrem II, 16 „Drusus erat *de praevaricatione* a tribunis aerariis *absolutus.*" Similiter „exuere" verbum cum „ab" praepositione struunt Arnob. Adv. Natt. I, 53 „*exutus a* corpore" (quod Hildebr. ad eum locum latinum esse negavit) et Firm. Matern. de Err. Prof. Relig. cap. 23 „*a laqueis* artus *exuit.*" Adde interprr. ad Macrob. Somn. Scip. I, 1.

k. terrae sanctae insistere incipiens] Nempe cum iam proxime Christum accederet et veniret ad deum, cuius praesentia terram sanctificat. Sic enim Moses

rium[l] reddidit, laurea [23]et de manu deruit[m], et nunc [24]rufatus [25]sanguinis sui spe[n], calceatus de evangelii paratura[o], succinctus acutiore verbo dei[p], totus de apostolo armatus et de martyrii [26]candida melius coronatus[q] donativum Christi in carcere expectat. Exinde sententiae super illo, nescio [27]an Christianorum — non enim aliae ethnicorum, ut de abrupto[r] et praecipiti et mori cupido, qui de habitu interrogatus nomini negotium fecerit, solus scilicet fortis inter tot fratres commilitones, solus Christianus. [28]Plane superest, ut etiam martyria recusare meditentur qui prophetias eiusdem spiritus sancti respuerunt[s]. [29]Musitant denique[t] tam bonam et longam [30]sibi pa-

23. et de manu deruit *ego.* et de.....ruit *Aφ.* et (ei *B. m. sec.*) de manu claruit *BCDEGH, et Magliabechianus.* et de manu caruit *F. Ursinus et Iunius.* et de manu corruit *R.* et de manu aruit *Wouwerius.* laurea et de manu ruit *vel* lauream et de manu eruit *scribendum censebat Rhenanus.* 24. rufatus *A. Rhenanus.* rufatu *DE. Magliabechianus.* infatu (*in B. m. sec. superscr.* infula) *BC.* russatus *reliqui et Latinius.* 25. sanguine suo *FGH.* 26. candida melius coro..... *Aφ.* candida melius coronandus (*D?*) *R. Ursinus.* candida melius coronatus *BCE. Magliabechianus. Latinius.* candida, laurea melius coronatus *FGH. Gorziensis.* 27. an et Christianorum *Iunius.* 28. plane. Superest *distinguit Iunius.* 29. musitant *AC.* mussitant *reliqui.* mussitent *Iunius.* 30. sibi *om. C.*

et Iosue olim iussi fuerunt calceamenta sua ex suis pedibus exuere, Exod. III, 5. Iosuae V, 15. (Iunius.)

l. gladium nec dominicae defensioni necessarium] Evang. Ioh. XVIII, 11. Matth. XXVI, 52.

m. deruit] Ita emendatum est pro *claruit*, quod codd. retinent. Saepenumero enim in libris manu exaratis confunduntur litterae *d* et *cl*; quemadmodum, ut unum exemplum proferam, in loco Arnobii Adv. Nat. III, 16. erant qui *durino* in cod. Paris. legebant pro *clurino*.

n. rufatus sanguinis sui spe] h. e. sperata martyrii purpura. De tunicis militaribus rufis sive, quod idem est (Gell. N. A. II, 26.), russis adeas Lips. Elect. I, 25. Ruben. Elect. II, 12. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 334.

o. calceatus de evangelii paratura] Paul. Ep. ad Eph. VI, 15 „calceati pedes in praeparationem evangelii." De voce *paratura*, quae frequentissima est apud Tertullianum pro *materia* vel *apparatu* interim cf. De Spect. cap. 4 „universa *paratura* spectaculorum." Adv. Valentin. cap. 26 „*paratura* mundi" et inprimis Apolog. cap. 47 ubi „novitiola *paratura*" novum testamentum opponitur „veteri instrumento" librorum sacrorum.

p. succinctus acutiore verbo dei] Paul. Ep. ad Ephes. VI, 17 „succincti in veritate gladio spiritus, quod est verbum dei."

q. et de martyrii candida melius coronatus] Per *candidam* nimbum videtur significare qui sanctorum fere capita cingere fingitur. Qui de corona sive diademate explicant, habent unde firment in loco Bedae De Sanctis Serm. XVIII „Qui coronam in persecutione purpuream pro passione donavit, ipse in pace viventibus pro iustitiae meritis dabit candidam." Candidas martyribus vestes tribuunt Augustin. De Fide Catechum. II, 6 „In isto sanguine sancti martyres stolas suas laverunt, candidas eas fecerunt." Hieronym. Ep. 34 „Et dedicatio ossium martyris candida tibi vestimenta reddiderit."

r. ut de abrupto] h. e. intractabili, praefracto. Ita apud Tacit. Ann. IV, 20 *abrupta* contumacia est praeceps atque extrema.

s. eiusdem spiritus sancti respuerunt.[Plane fiet ut iam ipsi illi delicatuli Christiani etiam martyria recusent, qui prophetias eiusdem spiritus sancti respuerunt, quo milites Christiani ad haec certamina parantur confirmanturque.

t. Musitant denique] Fortissimi militis huiusce Christiani facinus ab commilitonibus etiam Christianis tamquam imprudentis ac praecipitis et intempe-

cem [31]periclitari. Nec dubito [32]quosdam scripturas emigrare[u], sarcinas expedire, fugae accingi de civitate in civitatem. Nullam enim aliam [33]evangelio memoriam curant[v]. Novi et pastores eorum in pace leones, [34]in proelio cervos[w]. Sed de quaestionibus confessionum[x] alibi docebimus. At nunc [35]quatinus et illud opponunt: Ubi autem [36]prohibemur coronari? hanc magis localem[y] substantiam causae praesentis [37]aggrediar, ut et qui ex sollicitudine ignorantiae quaerunt instruantur, et qui [38]in defensionem delicti[z] contendunt, [39]revincantur, ipsi vel maxime Christiani laureati, quibus [40]id solum quaestio est[zz], quasi aut nullum aut incertum saltem [41]haberi possit delictum quod patiatur quaestionem. Nec nullum autem nec incertum hinc interim ostendam.

Cap. II. Neminem dico fidelium coronam [1]capite nosse[a] alias extra tempus temptationis eiusmodi. Omnes ita [2]observant a catechumenis

31. periclitari is (insueti *supersc. a m. sec. in B.*). Nec *BCD. Magliabechianus.* 32. quosdam scriptore *D.* quasdam scripturas *H.* quosdam secundum scripturas *B. a m. sec.* 33. evangelio *ABφČD. Magliabechianus.* evangelium *B.* ex evangelio *Bφ. a m. sec.* evangelii *reliqui.* 34. et in praelio *Magliabechianus.* 35. quatinus (quatenus *omnes praeter A.*) et illud *ABCDER.* quatenus illud *H., ex tribus Vaticanis, et Magliabechianus.* quia maxime illud *FG. Gorziensis.* 36. perhibemur *BφC.* 37. aggrediar *A.* 38. in defensionem delicti *AR.* in defensione ... delicti *B.* in defensione delicti *reliqui et Magliabechianus.* 39. revincantur. ipsi vel maxime Christiani *AR.* revincantur ipsius vel maxime Christiani *BCDE.* revincantur ipsius vel maxime exemplo Christiani *FGH. Gorziensis, Magliabechianus, et B. m. sec. quae super* delicti *adscripsit verba* ex exemplo. 40. id solum *AR.* in solatium *reliqui et Magliabechianus.* 41. haberi possit *R.* habere possit *A.* haberi posset *reliqui.*

Cap. II. 1. capiti *Ursinus.* 2. observant cathecumis *Aφ.* observant cathecumenis *Aβ.* observat a catechumenis (chathecumenis *C.* cathecuminis *D.*) *BCD.*

stivae fortitudinis exemplum vituperabatur deque eo sermones ferebantur ut de abrupto et praecipiti et mori cupido, qui de habitu interrogatus nomini Christiano invidiam fecisset ac periculum creasset pacemque tam bonam et longam, qua tum Christiani fruebantur, temeritate sua prope evertisset. (Rigalt.) Particula *denique* h. l. significat *adeo* vel *proinde*, ut saepissime apud Tertullianum. De Patient. cap. 4 „Agnoscunt *denique* quae obediunt.“ Alia exempla proposui ad Apolog. cap. 42.

u. scripturas emigrare] Scripturas sacras emigrare dici possunt aut qui leges et regulas earum migrant, aut qui in totum fidem Christianam deserunt eiusque sacris excedunt. Migrant autem scripturas qui martyrium subire pro fide refugiunt.

v. Nullam enim aliam evangelio memoriam curant.] Sc. quam ut, cum repentinum periculum ingruerit, illius obliviscantur extemplo eiusque imperatis et regulis omni animi constantia deposita sese subtrahant.

w. in pace leones, in proelio cervos.] Similiter Sidon. Apollin. Epp. V, 7 „Cum sint in praetoriis leones, in castris lepores.“

x. Sed de quaestionibus confessionum] Quibus quaestionibus confessiones martyrum extorquentur. Multus de hac materia est Tertullianus in Apologetico et Scorpiace.

y. magis localem] Cui edisserendae magis hic locus est.

z. delicti] Sc. coronarum usus. De verbo *revincere* dixi ad Testim. Anim. cap. 1.

zz. id solum quaestio est] Non delictum.

Cap. II. a. capite nosse] Quemadmodum Apolog. cap. 42. Tertullianus dixit „nos coronam *naribus novimus*“,

usque ad confessores et martyres vel negatores. [3]Videris, unde auctoritas moris, de qua [4]nunc maxime [5]quaeritur. Porro cum quaeritur quid observetur[b], observari interim constat. Ergo [6]nec nullum nec incertum videri potest delictum [7]quod committitur in observationem [8]suo iam nomine [9]vindicandam et satis auctoratam[c] consensus patrocinio. [10]Plane, ut ratio quaerenda sit, sed salva observatione, nec in destructionem eius, sed in aedificationem potius, quo magis observes, cum fueris etiam de ratione securus. Quale est autem, [11]ut tunc quis in quaestionem provocet observationem, cum ab ea excidit? et tunc requirat, unde habuerit observationem, cum ab ea [12]desiit[d]? quando, etsi ideo velit videri ad quaestionem vocare, [13]uti ostendat se non deliquisse in [14]observationis destitutione, [15]nihilominus deliquisse [16]eum constet retro in observationis praesumptione. Si enim non deliquit hodie suscepta corona, [17]deliquit aliquando recusata. Et ideo non ad eos erit iste tractatus quibus non competit quaestio, sed ad illos qui studio discendi non quaestionem deferunt, sed consultationem. Nam et

3. Videris *AR.* Viderint *reliqui.* 4. nunc maxime *AC (a m. sec.) R.* quam maxime *Gorziensis.* cum maxime *reliqui et Magliabechianus.* 5. quaeritur. Porro cum quaeritur, quid observetur, observari interim constat *ego.* quaeritur quid observari li..... stat *Aφ.* quaeritur. porro cum quaeritur observari in..... stat *Aβ.* quaeritur. Porro cum quaeritur, cur quid observetur, observari interim constat (constet *BφC.*) *reliqui omnes.* 6. nec ullum *BCD.* 7. quum committitur *E.* 8. suo nomini *Latinius.* suo iam nomini *Iunius.* 9. vindicandum *B, et Magliabechianus.* 10. Plane ut *ABCDER.* Plane, sic tamen ut *FGH. Gorziensis.* 11. ut nunc *D.* 12. desciit *Hildebrandus.* 13. uti *A.* ut *reliqui.* 14. observationis distinctione *D.* 15. nihilhominus *A.* 16. eum constat *B.* cum constet *C.* 17. deliquid *Aβ.*

ubi quae statim sequuntur verba „viderint qui *per capillos* odorantur" voc. *naribus* pro dativo sumere vix admittunt, ita hic paulo audacius „coronam *capite* nosse" ponere sibi indulsit. Itaque non opus erat emendatione *capiti.*

b. quaeritur, quid observetur] Auctoritate Agobardini libri delevi voculam *cur,* cuius vice hic fungitur *quid.* Illa aut magistro alicui deputanda aut ex finali praecedentis vocabuli *quaeritur* syllaba accrevisse censenda videtur. Particula *porro* h. l. significat *at enim* ut admodum frequenter in libris Tertulliani. Ita Ad Natt. II, 3 „Igitur nisi animalia, non mobilia per se. *Porro* allegans quid non appareat, ostendit quid quaesisse debuerat." Cf. ibid. II, 4 „*Porro* Θεός ille" sqq. II, 5 „*Porro* si ista sentiuntur" sqq. Plura exempla alibi proferam.

c. auctoratam] H. e. auctoritate firmatam. *Auctorari* deponens eo significatu positum reperitur apud Pompon. Dig. XXVI, 8, 4 „Si tutor *auctoretur,* cui administratio tutelae concessa non est, id ratum a praetore haberi non debet.", et apud Ulpian. Dig. XXVII, 6, 9 „Dandam actionem adversus eum, qui dolo malo adhibuit, ut alius *auctoraretur* inscius.", activum contra in Praecepto Chlodovei I, regis Franc. ann. CCCCXCVI. inter Instrum. tom. III. novae Gall. Christ. (Brequin. num. 2. ann. CCCCXCVII.) „Et ut hoc praeceptum firmius habeatur ... manus nostrae signaculo subter illud decrevimus roborare, ac signo crucis, quo sacramur, *autoravimus,*" h. e. ratum fecimus.

d. cum ab ea desiit?] Rescripsissem *desciit* cum Hildebrando, pro *desiit,* quod codices praebent, nisi tueretur Prudent. Peristeph. XI, 63 „Iam, tortor, *ab unco Desine.*"

[18]semper quaeritur de isto[e], et laudo fidem quae [19]ante credidit observandum esse quam didicit. Et facile est statim exigere, ubi [20]scriptum sit, ne [21]coronemur. [22]At enim scriptum est, [23]ut coronemur? Expostulantes[f] enim scripturae patrocinium [24]in parte diversa praeiudicant suae quoque parti scripturae patrocinium adesse debere. Nam si ideo dicetur coronari licere, quia non [25]prohibeat scriptura, aeque retorquebitur ideo [26]coronari non licere, quia scriptura non iubeat. Quid faciet disciplina? Utrumque recipiet, quasi neutrum prohibitum sit? an utrumque [27]reiciet, quasi neutrum praeceptum sit? Sed quod non prohibetur, ultro [28]permissum est. Immo prohibetur quod non ultro est permissum.

Cap. III. [1]Et quamdiu per hanc lineam [2]serram reciprocabimus[a], habentes observationem inveteratam, quae praeveniendo statum [3]fecit[b]? Hanc si nulla scriptura determinavit, certe consuetudo corroboravit, quae sine dubio [4]de traditione manavit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, [5]inquis, auctoritas scripta. Ergo quaeramus an et [6]traditio nisi scripta non [7]debeat recipi. Plane [8]negabimus

18. semper *om. D.* 19. .....didit *A.* ante credidit *R.* ante credit *FGH. Gorziensis.* antecedit *reliqui et Magliabechianus.* 20. scriptum est ne *BC.* 21. coronentur *Magliabechianus.* 22. At enim scriptum est. Expostulant enim *A.* At enim ubi scriptum est ut (ubi *D.*) coronemur? Expostulantes enim *reliqui.* 23. ut coronentur *Magliabechianus.* 24. in parte diversa, praeiudicant suae quoque parti scripturae patrocinium *om. A.* partis *BCDE.* 25. prohibea *C.* 26. coronari licere *Magliabechianus.* 27. reiciet *A.* 28. permissum est; immo prohibetur quod non ultro *om. BCD. Magliabechianus.*

Cap. III. 1. et quoniam diu *B. a m. sec.* 2. seram reciprocavimus *BCD. Magliabechianus.* 3. fecit: et hanc *BCD. Magliabechianus.* 4. detractione manavit *D.* 5. iniquis *B (a m. pr.) CD.* 6. traditio non scripta *FGH. Gorziensis.* traditionis scripta *B (a m. pr.) CDE, et Magliabechianus.* 7. debeant *C.* 8. negavimus *B (sed in hoc m. sec. emendatum* negamus) *CD. Magliabechianus.*

e. de isto] sc. studio discendi.

f. Expostulantes] Agobardini scriptura *expostulant* defendi posset ellipsi conditionalis particulae. Nihilominus reliquorum librorum auctoritatem sequendum esse duxi in loco quem ille admodum mutilatum exhibet.

Cap. III. a. per hanc lineam serram reciprocabimus] Proverbialis locutio, sumpta a sectoribus, qui reciproco tractu, dum secant, lineam sequuntur super lignum in longum fere rubrica ductam atque praescriptam. Significat inutilem, certe molestum, laborem circa unam eandemque rem disputantium, qui in eodem argumento immodici sunt, eandemque incudem noctu diuque tundunt. Varro ap. Non. p. 24, 33. Merc. „Aes defraudasse cauponem, bovam luto oblevisse, cum portitore *serram duxe.*“ Id. De Re Rust. III, 5, 1. ubi v. Schneiderus. Fest. p. 344. Muell. „*Serra praeliari* dicitur, cum assidue acceditur recedituruque neque ullo consistitur tempore.“ Similiter Tertullianus De Pudic. cap. 2. dicit „funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere.“, Adv. Marcion. IV, 4 „funem contentiosum ducere.“, De Resurr. Carnis cap. 34 „fune contentioso diem ad vesperam ducere.“

b. statum fecit] Quae ita anticipavit et antevertit olim, ut iam non quaestio dicenda, sed status causae ex ea habendus sit. Eadem phrasi, ut forensi, utitur Quinctil. Instit. Orat. III, 6. (Iunius.) Adde Cic. Part. cap. 29. Cf. Id. De Invent. I, 8. Dicit Tertullianus observationem eam ita esse inveteratam ut iam non quaestio sit, utrum sit iure servanda, sed an iure servata fuerit.

recipiendam, si nulla [9]exempla praeiudicent aliarum observationum, [10]quas sine ullius scripturae instrumento solius traditionis titulo[c] [11]et exinde consuetudinis patrocinio vindicamus. Denique[d] [12]ut a baptismate ingrediar, aquam [13]adituri ibidem[e], [14]sed et aliquanto prius[f] in ecclesia sub antistitis manu, contestamur nos renuntiare diabolo et pompae et angelis eius. Dehinc ter [15]mergitamur[g] [16]amplius aliquid respondentes [17]quam dominus in evangelio determinavit. Inde suscepti lactis et mellis concordiam[h] praegustamus, [18]exque ea die [19]lavacro quotidiano per totam [20]hebdomadem [21]abstinemus. Eucharistiae sacramentum[i] et in tempore victus et omnibus man-

9. exempla re.....t *A.* exempla praeiudicent *reliqui.* 10. quasine ullius *AR.* 11. et exinde *AR.* et *om. reliqui et Magliabechianus.* 12. ut baptismater ingrediar *A.* 13. additur ibidem *Aφ.* aditur ibidem *Aβ., et ita legebat etiam Rigalt. in A.* 14. sed aliquanto *D.* 15. mersitamur *Iunius.* 16. amplius non aliquid *BCDE, et Magliabechianus. In reliquis et in Gorziensi negatio abest.* 17. qm̃ (*h. e.* quoniam) dominus *Bφ. m. sec.* 18. ex quo *BCD, et Magliabechianus.* 19. lavatio *B (a m. pr.) C.* 20. ebdomadem *Aβ.* hebdomadem *BCDR. tres Vaticani.* hebdomadam *reliqui.* 21. abstinere *BC.*

c. solius traditionis titulo] Totum hunc sermonem exsuxit Hieronymus adversus Luciferianos. „Etiamsi scripturae auctoritas non subesset," inquit, „totius orbis in hanc partem consensus instar praecepti obtineret. Nam et multa alia, quae per traditionem in ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scripturae et legis usurpaverunt, velut in lavacro ter caput mergitare, deinde egressos lactis et mellis praegustare concordiam" sqq. (Rigalt.)

d. Denique] h. e. ut paucis absolvam, ut uno exemplo fungar. Qui particulae eius usus admodum frequens in libris ICtorum et Tertulliani. Ita Tertull. Ad Natt. I, 5 „Multum distantiae inter crimen et nomen, inter opinionem et veritatem. Nam et nomina sic sunt instituta, ut fines suos habeant inter dici et esse. Quot *denique* philosophi dicuntur, nec tamen legem philosophiae adimplent?" Apolog. cap. 40 „deprecatores dei esse coeperunt (sc. Christiani). *Denique* cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt" sqq. V. Handii Tursell. II, p. 275. Savigny de Dominio p. 40. Hildebr. ad Apul. Metam. I, 4. p. 22.

e. ibidem] h. e. hoc ipso tempore. Apul. De Magia cap. 80 „Nam ut absurde facit qui tacere se dicit quod *ibidem* dicendo tacere sese non tacet" sqq. Cf. Handii Tursellin. tom. III, p. 170.

f. sed et aliquanto prius] Auct. Quaest. Vet. et Novi Testamenti Quaest. 120 „Qui volunt Christiani fieri, accedunt antistitem, dicunt ei vota sua. Ille facit verba iuris ecclesiastici. Si vera vota sunt, suscipiuntur a iudice." (Rigalt.)

g. ter mergitamur] Ipse adv. Praxean cap. 26 „Nam nec semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tinguimur." Quem ritum in usu fuisse etiam aetate sua Chrysostomus indicat, ad ea verba Lucae Act. Apost. X, 16., ubi visio narratur oblata Petro „*τοῦτο δὲ ἐγένετο τρίς.*" Chrysost. „*τὸ δὲ τρίτον τοῦτο γενέσθαι τὸ βάπτισμα δῆλοι.*" Ammon. ad Iohann. cap. 21., ubi ter Christus interrogat Petrum: Simon Iona, amas me? „*ἔθος δὲ γέγονεν ἐκ τούτου,*" inquit, „*τρεῖς ὁμολογίας ἀπαιτεῖσθαι τοὺς μέλλοντας βαπτισθῆναι.*" Inde illa formula, quam Stephanus II. PP. rusticam vocat. Resp. XIV „In nomine Patris mergo, et Filii mergo, et Spiritus Sancti mergo." tom. II. Concil. Gall. (Rigalt.)

h. lactis et mellis concordiam] Cf. Hieronym. ad Luciferianos loco supra prolato. Baptizatis enim dabatur lac et mel, ut narrat ipse Tertullianus adv. Marc. I, 14., sed iis demum qui grandiores aetate baptizabantur, ut et in eucharistia factum legitur Concil. Carthag. III, can. 24. (Iunius.)

i. Eucharistiae sacramentum] Haec innuunt eucharistiae sumendae tempus aevo Tertulliani tantum abfuisse a tempore victus, quo tempore a Domino erat instituta, ut etiam antelucanis horis sumeretur. Non pugnabo tamen adversus

datum a domino etiam antelucanis coetibus, nec de aliorum manu quam [22]praesidentium sumimus[k]. Oblationes pro defunctis[l]; pro [23]nataliciis[m] [24]annua die facimus. Die dominico ieiunium nefas duci-

22. praesidentium summus (sumus *D.*) *BφCD.* 23. nataliciis *A.* 24. anima die *BφD.*

eos, qui sumptam fuisse dicunt horis etiam extra antelucanas, modo ante omnem cibum. Hoc enim significare videtur libro Ad Uxor. II, 5 „Non sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes.“ Nisi magis videatur etiam ante saeculum Tertulliani indefensum hoc fuisse et pro cuiusque religione varie factitatum. Exigua certe est et obscura mentio coenae dominicae inter Apostolos celebratae, etsi celebratam quidem et saepissime fuisse nemo sobrius negaverit, sed ut ait Tertullianus, in tempore victus adeoque fractione illa panis, quae saepenumero occurrit, includi. Hanc in sententiam ducimur gravissima illa Pauli increpatione ad Corinth. I, 2. (Rigalt.)

k. praesidentium sumimus.] Cum sit omnibus mandatum a Domino ut omnibus exhiberent eucharistiae sacramentum, tamen non de aliorum manu quam praesidentium sumi solet. De honore praesidentium similis est locus De Baptismo cap. 17.

l. Oblationes pro defunctis] Oblationes quid sint recte docuit Heraldus ad Arnob. Adv. Natt. IV. p. 193. (ed. Lugd.), cuius verba appono: „Cyprianus Epp. IV, 5 „Item patruus eius et avunculus Laurentius et Ignatius in castris et ipsi quondam saecularibus militantes, sed veri et spirituales dei milites, dum diabolum Christi professione prosternunt, palmas a domino et coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis semper, ut meministis, offerimus, quoties martyrum passiones et dies anniversaria commemoratione celebramus.“ Pro martyribus ergo die stata sacrificia offerebant. „Sacrificia autem pro martyribus offerre“ quid est? Profecto est, ob commemorationem eorum oblationes erogare et sacrificia eucharistica pro fortissimorum Christi militum adoreis deo reddere. Neque enim video qui haec aliter explicari possint. Interpretationem istam confirmat ipse Cyprian. Epp. III, 6 „Denique et dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus et devotissimus frater noster scripserit et scribat ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosae mortis exitu transeunt, ut celebrentur hic a nobis oblationes et sacrificia ob commemorationes eorum; quae cito vobiscum domino prosperante celebrabimus.“ Ut igitur „pro martyribus oblationes et sacrificia offerre“ est ob commemorationes eorum oblationes erogare et sacrificia eucharistica deo reddere, ut dicebamus, ita „pro defunctis offerre et sacrificium pro dormitione defunctorum celebrare“ est ob defunctorum commemorationem oblationes et eleemosynas per sacerdotem offerre et quod dormiant ac requiescant in domino gratias deo agere, quibus quidem institutis deprecationem nonnulli adiiciebant. Atque haec etiam confirmat Tertulliani locus De Exhort. Cast. cap. 11 „Et iam repete apud deum pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad deum cum tot uxoribus, quot illas oratione commemoras, et offeres pro duabus et commemorabis illas duas per sacerdotem de monogamia ob pristinum, de virginitate sancitum, circumdatum virginibus ac univiris et ascendet sacrificium tuum libera fronte.“ Ceterum „offerre“ dicunt tamquam sacrificium scilicet. Est enim eleemosyna hostia accepta et placens deo.“ Haec Heraldus. Qui plura desiderat, adeat La Cerdam ad h. l. et Du Cangium in Gloss. Med. et Inf. Latinitatis. s. v. *Offerre.*

m. pro nataliciis] Per *natalitia* intellegit sollemnitates fieri solitas in honorem martyrum, quo scilicet die mundo mortui, caelo nati sunt. Beletus de Divin. Off. cap. 4 „Nativitas proprie appellatur festum illius nativitatis, quae est in carne et in mundo, ita ut hinc solum dicatur Nativitas Christi, B. Mariae, et Ioannis Baptistae, quod horum nativitates duntaxat ab ecclesia celebrentur. *Natalis* vel *Natale* vel *Natalitium* vocatur Sanctorum ex hoc saeculo commigratio, quia ut saeculo et mundo moriuntur, ita tunc caelo nascuntur.“ Ita Rufinus verba „γενέθλιον ἡμέραν“, quae sunt ap. Euseb. Hist. Eccl. IV, 15 vertit „diem passionis.“ Augustin. Serm. 10 „Digne natalem istorum colimus, quos beatius

mus[n] [25]vel de geniculis adorare[o]. Eadem immunitate a die [26]Paschae in Pentecosten[p] usque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri[q] aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progressum atque promotum[r], ad omnem aditum et exitum, ad vestitum [27]et calciatum[s], ad lavacra, ad mensas, ad lumina[t], ad cubilia, ad sedilia, [28]quacumque nos conversatio exercet, [29]frontem signaculo terimus.

25. vel de geniculis *AFGHR. Gorziensis.* vel geniculis *reliqui et Magliabechianus.* 26. pascae *C.* 27. et calciatum (*Aφ.*) ad calciatum (*Aβ*)*R.* et calceatum *reliqui et Magliabechianus.* 28. quaecumque *Bauldri ad Lactant. de Mort. Persecut. cap.* 10. *p.* 87 *sq.* 29. ....tem signaculo *A.* frontem signaculo *BCDE. Magliabechianus.* frontem crucis signaculo *reliqui et Gorziensis.*

aeternae vitae mundus edidit, quam mundo aeternorum viscerum partus effudit." Id. in Psalm. 39 „Mortes in quas pagani saevierunt, in illis hodie reficimur, natalem martyrum celebramus, exempla martyrum nobis proponimus." Caesar. Homil. 50. de S. Genesio „Beatorum martyrum passiones natales vocamus dies, quando eos martyrii vita et gloriae fides, dum ingerit morti, genuit et aeternitati, et perpetua gaudia brevi dolore parturiit" sqq. Plura v. ap. Du Cangium Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v. *Natalis.*

n. Die dominico ieiunium nefas ducimus] Scilicet in memoriam et honorem resurgentis Christi. In Canon. Apostol. 64. clericis sub depositionis poena dominico die ieiunare interdicitur, et Can. 55. Concil. Constantinop. in Trullo dicitur: *„εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ νηστεύων, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω."* In Gangrensi Concilio ita statuitur: „Si quis tamquam hoc continentiae convenire iudicans aut in eius diei contemptum die dominico ieiunaverit, anathema esto." Quod decretum ex eius Concilii cap. 18. Gratianus transcripsit. Ambrosius Epp. X, 83 scribit „Dominica ieiunare non possumus, quia Manichaeos etiam ob istius diei ieiunia iure damnamus." V. Cassian. II, 18. Pachom. in Regula „Ne lugeat in die festo domini salvatoris," quod est, ne ieiunet in dominico, explicatore Ciacconio. (La Cerda.)

o. vel de geniculis adorare] Hieronym. adv. Lucifer. l. l. „die dominico et per omnem pentecosten nec de *geniculis* adorare et ieiunium solvere multaque alia, quae scripta non sunt, rationabilis sibi observatio vindicavit." Inter fragmenta Irenaei ita legunt: *„ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τῶν τε ἁμαρτημάτων καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῶν τεθανατωμένου θανάτου ἠλευθερώθημεν."* Cf. Ambros. Ep. 119. ad Ianuarium. Isid. de Eccles. Offic. I, 33. Auct. Serm. 61. inter Ambrosianos, Raban. Maur. de Instit. Cleric. II, 42. Cassian. II, 18.

p. a die Paschae in Pentecosten] Epiphan. lib. III. in fin. loquens de Pentecoste „ὅλης," inquit, *„τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προτέτακται."* Irenaeus in fragm. *„ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ, ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ."* (La Cerda.)

q. etiam nostri] h. e. etiam non eucharistici, etiam profani. Augustin. ap. Gratian. I, 1 „Quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat." (Rigalt.)

r. Ad omnem progressum atque promotum] Nos „bei iedem schritt und tritt."

s. et calciatum] Adesis de hoc loco Balduin. De Calceo cap. 22. Cf. Plin. Hist. Nat. XXVIII, 4.

t. ad lumina] Tempus quo lumina accendebantur et ethnicis fuit et Christianis in honore. Varro De L. L. VI, 4 „Diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad quoiusmodi religionem Graeci quoque, quom lumen adfertur, solent dicere *φῶς ἀγαθόν."* Socrat. V, 21 *„ἐν Ἑλλάδι δὲ καὶ Ἱεροσολύμοις καὶ Θεσσαλίᾳ τὰς ἐν ταῖς λυχναψίαις εὐχὰς ποιοῦνται."* Praeterea citat La Cerda locum S. Basilii De Spir. Sancto *„ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἑσπερινοῦ φωτὸς δέχεσθαι."*, et Hieronym. Ep. ad Laetam de instit. filiae „Assuescat accensa lucerna reddere sacrificium vespertinum." Cf. etiam Tertull. Apo-

Cap. IV. Harum et aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules [1]scripturarum, nullam leges. Traditio tibi praetendetur [2]auctrix, [3]consuetudo confirmatrix, [4]et fides [5]observatrix. Rationem [6]traditioni et consuetudini et fidei patrocinaturam [7]aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui [8]perspexerit disces. Interim [9]nonnullam esse credes [10]cui debeatur obsequium. Adicio unum adhuc exemplum, quatinus et de veteribus docere [11]conveniet. Apud Iudaeos tam [12]sollemne est feminis eorum velamen capitis, [13]ut inde noscantur. Quaero legem. Apostolum differo[a]. Si Rebecca conspecto procul sponso velamen invasit[b], privatus pudor legem facere non potuit, aut causae [14]suae fecerit[c]. Tegantur virgines solae, [15]et hoc nuptum venientes, nec antequam [16]cognoverint sponsos. Si et Susanna in iudicio revelata [17]argumentum [18]velandi praestat, possum dicere: et hic velamen [19]arbitrii fuit. Rea venerat, erubescens [20]de infamia sua, merito abscondens decorem, vel quia timens iam placere. Ceterum [21]in stadio[d] mariti non putem velatam deambulasse quae placuit. Fuerit nunc [22]velata semper. In ipsa quoque [23]legem ha-

Cap. IV. 1. scripturam nullam leges *A.* scripturarum, nulla legis *BCDE, et Magliabechianus.* scripturarum, nullam invenies *FGHR. Gorziensis.* 2. auctor *B. a m. sec.* 3. et consuetudo *Aβ.* 4. et fidei *BCDE. Magliabechianus, et tres Vaticani.* 5. conservatrix *BC.* confirmatrix *tres Vaticani.* 6. traditioni et consuetudini *A (in quo tamen voc.* traditioni *situ prorsus deletum videtur) R.* traditionis et consuetudinis *BCDE, et Magliabechianus.* traditioni consuetudini *FGH. (Gorziensis).* 7. aut ipsa *B (a m. pr.) C.* 8. perspexeris dices *D.* 9. nonnulla *BCD.* non nullam *Iunius.* 10. quibus debeatur *B. a m. sec.* 11. conveniet *(Aβ)R.* convenit *B. m. sec.* conveniat *reliqui et Magliabechianus.* 12. solempne *Aβ.* 13. et inde *BφC.* 14. suae si fecerit, tegantur *Iunius.* 15. et ad nuptum *B.* 16. cognoverint *ABGDHR, et tres Vaticani.* cognoverunt *EFG.* 17. argumentum velatae *B(C)DEFGH.* argumentum velandi *AR.* 18. velandi praestant *Aβ.* velare praestat *Magliabechianus.* 19. arbitris *C.* 20. de infamio suo *BφC.* de infamiae suae *D.* 21. in spatio *Hillebrandus.* 22. velatā semper *A.* 23. legem habitus *AFGHR. Gorziensis.* lege habitum *BCDE. Magliabechianus.*

log. cap. 39 „Post aquam manualem et lumina" sqq.

Cap. IV. a. Apostolum differo.] h. e. Apostoli auctoritatem differo, nec habeo hic eius mandati (I Corinth. cap. 11.) rationem, quia longo post tempore secutum est.

b. invasit] h. e. cito arripuit. Genes. XXIV, 65 „At illa tollens cito pallium operuit se."

c. aut causae suae fecerit.] Non potest dici traditio ista fuisse, quod se Rebecca operuerit, quia fecit privato pudore. Sed esto factum Rebeccae vim legis habuerit, non tamen potuit obligare omnes feminas, sed tantum illas, quibus causa eadem tegendi. Ergo tegantur virgines solae, non omnes feminae, quia Rebecca cum se texit, virgo erat: nec virgines tegantur semper, sed tantum nuptum venientes, quia Rebecca se texit tantum cum venit nuptum: addit maiorem restrictionem subiiciens „nec antequam cognoverint sponsos", id est nec adhuc tegantur toto itinere cum veniunt nuptum, sed tantum cum sponsum conspectum oculis cognoverint. Nam ita fecit Rebecca. (La Cerda.)

d. in stadio] Intellegit *stadii* nomine hypaethram, hoc est subdivalem ambulationem, quam et xystum appellamus, quae etiam arboribus consita esse solebat umbrae gratia. (Rigalt.) Vulgata Dan. cap. XIII. habet *pomarium.* Tertull. Ad Mart. cap. 2 „Vagare spiritu, spatiare spiritu, non *stadia opaca* aut porticus longas proponens tibi." Cf. Propert. III, 20, 25 „Illic vel *stadiis* animum emendare Platonis Incipiam, aut hortis, docte Epicure."

bitus requiro, vel in quacunque alia. Si legem nusquam reperio, sequitur ut traditio consuetudini [24]morem hunc dederit, habiturum quandoque apostoli auctoritatem ex interpretatione rationis. [24b]His igitur exemplis renuntiatum erit posse etiam non scriptam traditionem in observatione defendi, confirmatam [25]consuetudine, [26]idonea teste probatae tunc traditionis ex perseverantia observationis. Consuetudo autem etiam in civilibus[e] rebus pro lege suscipitur, cum [27]deficit lex, nec differt, scriptura [28]an ratione consistat, quando et [29]legem ratio commendet. Porro si [30]ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit a quocunque productum. An non putas omni fideli licere concipere [31]et constituere, dumtaxat quod deo congruat, quod disciplinae conducat, quod saluti proficiat, dicente domino, [32]Cur autem non et [33]a vobis ipsis quod [34]iustum Luc. XII, 57. iudicatis? [35]Et non de iudicio tantum, sed de omni sententia rerum examinandarum dicit et apostolus, Si quid ignoratis, deus Phil. III, 15. vobis revelabit, solitus et ipse consilium subministrare, cum praeceptum domini [36]non habebat, [37]et dicere [38]a semetipso, spiritum dei[f] habens deductorem [39]omnis veritatis. Itaque[g] [40]consilium eius divini iam praecepti instar [41]obtinuit de rationis divinae patrocinio. Hanc nunc [42]expostula [43]salvo traditionis [44]respectu, quocumque [45]traditore censetur, nec auctorem respicias, sed auctoritatem, et inprimis consuetudinis ipsius, quae propterea colenda est, ne non

24. mortem *BφD*. 24b. Et his igitur *D. Magliabechianus*. 25. consuetudinem *BφCD*. 26. idoneae *D*. 27. defecit *CD. Magliabechianus*. 28. a ratione *BC*. 29. legem recommendet *BC*. 30. ratione lex *AR*. lex ratione *reliqui et Magliabechianus*. 31. et constituerit *BCD*. 32. curate autem *A*. cur aut *C*. 33. a nobis *BφC*. 34. iustum iudicatis *A*. iustum est iudicatis *reliqui*. 35. et non de *AR*. ut non de *reliqui et Magliabechianus*. 36. non habebat *AEmgFGHR*. nostri habebat *reliqui et Magliabechianus*. 37. et dicere *A*. et quaedam edicere *reliqui*. 38. a semetipso, spiritum dei *ego*. a semetipso .... dei *A*. a semetipso, sed et ipse spiritum dei *reliqui*. 39. omnis veri statim itaque *A*. omnis veritatis. Itaque *reliqui*. 40. consilium eius *A*. consilium et dictum eius *BCDE*. consilium et edictum eius *FGHR. Rhenanus*. 41. optinuit *Aβ*. 42. expostulo *A*. 43. salva *C, et Magliabechianus*. 44. respectum *Magliabechianus*. 45. traditio recensetur *BCD. Magliabechianus*.

e. Consuetudo autem etiam in civilibus] Cf. Herald. Digress. II, 3., ubi Ulpiani verba citantur: „Diuturnam consuetudinem pro iure et lege in his, quae non ex scripto descendunt, observari solere."

f. spiritum dei] Delevi verba *sed et ipse* quae in vulgatis editionibus leguntur inter *semetipso* et *spiritum,* cum spatium vacuum inter *semetipso* et *dei* in codice Agobardi non plures quam tres quattuorve litteras olim continuisse apertum sit. Puto verba *sed et ipse,* quae impeditius hic inseri nemo non videt, accrevisse ex voc. *semetipso*.

g. veritatis. Itaque] Cod. Agobardi habet *omnis veri Iunoni vitem,* pergens scilicet verbis cap. 7., dum supra cap. 1. post verba *et nunc rufatus* pergit *statim itaque,* quae verba huius sunt capitis. Hinc apparet vocabulum *statim* originem ducere ex finali littera voc. *rufatus* per errorem coniuncta cum particula altera disiecti vocabuli *veri-tatis*. De voc. *deductor* cf. De Fuga in Persec. cap. 1 „paracletum *deductorem omnis veritatis*."

[46]sit rationis interpres, ut, si et hanc deus dederit, tunc [47]discas non an observanda sit tibi consuetudo, sed cur.

Cap. V. [1]Maior [2]efficitur ratio Christianarum observationum, cum illas etiam natura [3]defendit, quae [4]prima omnium disciplina est. Ideoque haec prima [5]praescribit coronam capiti non convenire. Puto autem [6]naturae deus noster est, qui figuravit hominem et fructibus rerum [7]appetendis, iudicandis, consequendis [8]certos in eo sensus [9]ordinavit per propria membrorum quodammodo organa. Auditum in auribus fodit, [10]visum in oculis accendit[a], gustum in ore conclusit, odoratum in naribus ventilavit, contactum in manibus [11]extimavit[b]. Per haec exterioris hominis ministeria [12]interiori homini administrantia[c] fructus munerum divinorum [13]ad animam deducuntur a

46. sit trationis *Aβ*. 47. discas non an *AR*. discas quod non *BCDE. Magliabechianus*. discas, cur nam *FGH*.

Cap. V. 1. *Omnes editores novum caput incipiunt:* Sed cur maior *sqq., excepto uno Rigaltio, qui tamen non magis quam reliqui rationem loci intellexit cum distinguere-t:* consuetudo, sed cur maior — — — disciplina est. Ideoque *sqq.* 2. efficitur *omnes libri praeter FGH., quae praebent* exigitur. 3. defendat *Ursinus*. 4. prima omni disciplina *BφCD*. 5. praescribit *AR*. scribet *C*. praescribet *reliqui*. 6. ...urae deus noster est *Aφ*. ...urae deus noster *Aβ*. naturae deus noster est *DEFGH, et Magliabechianus*. mater deus noster est *BC*. quod natura deus noster est *B. m. sec.* naturae dominus deus noster est *R*. 7. appendendis *D*. 8. certos meos sensus *C*. 9. ordinavit propria *BCD, Magliabechianus. Quid A. habuerit hodie nescitur. In reliquis omnibus est* ordinavit per propria. 10. attendit *C. Verba* visum in oculis accendit *in A. non extant*. 11. extimavit *ABCR*. aestimavit *reliqui*. 12. conteriori homini ministranti *BCD, et Magliabechianus. In AR. extat* Per haec exterioris hominis administrantia munerum *reliquis omissis*. interiori homini ministrantis *B (m. sec.) E*. interiori homini ministrantia *FGH*. 13. ab anima deducuntur ad sensus (adsensus *uno vocabulo R.*) *AR*. *Fortasse rescribendum* ad animam deducuntur ac sensus. *In reliquis omnibus et in Magliabechiano est* ad animam deducuntur a sensibus.

Cap. V. a. visum in oculis accendit] La Cerda citat locum Hilarii Pictav. c. Constant. Aug. „Quaero unde ista his quos generas indulgeas, qualiter sensum inseras, *oculos accendas*, cor affigas?“

b. extimavit] h. e. contactum in partibus corporis extimis, scilicet digitis extimis, collocavit. Ita Rigaltius iam olim explicavit.

c. ministeria interiori homini administrantia] *Ministeria* sunt organa illa, aurium scilicet, oris, oculorum, narium, manuum. Vocabulum *ministerium* saepius poni pro ipsis ministris notum est. Cf. Plin. Epp. X, 13. Tacit. Ann. XIII, 27. Hist. II, 59. Sueton. Nero cap. 12. Tertull. Apolog. cap. 39. ubi cod. Fuld. praebet „Oramus etiam pro imperatoribus, pro *ministeriis* eorum.“ Ad Natt. I, 18 „Sed et tormenta mulier Attica fatigavit tyranno negans, postremo, ne cederet corpus et sexus, linguam suam pastam expuit, totum eradicatae confessionis *ministerium*.“ De Paenit. cap. 12. *Administrare* hic sumo pro *una ministrare*, sc. et exteriori et interiori homini. Verba *a sensibus* verto non *ἀπὸ* sed *ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων*. Rigaltius, qui auctoritatem codicis Agobardini (quem innumeris lacunis et mendis per librarii incuriam natis foedatum esse ex hoc De Corona libro et reliquis facile aliquis demonstraret) sequendum putavit, sic probat: Per haec organa, aurium scilicet, oris, oculorum, narium ac denique manuum, quae omnia exteriori homini, id est corpori, adfamulantur et administrant, rerum naturalium, quae sunt a deo hominum gratia conditae, adsensum sive adprobationem ab anima deduci. Nempe anima est quae audit, anima est quae videt, anima est quae sentit, ab anima deducitur vis illa audiendi, videndi, sentiendi. Itaque animae sentienti recte adsentire dicuntur aures, oculi, manus, per quae anima audit, videt, tangit.

sensibus. Quis igitur fructus ex floribus? Substantia enim propria, certe praecipua, coronarum flores agri. Aut odor, inquis, aut color, aut pariter utrumque. Qui erunt sensus [14]coloris, odoris? visus, opinor, et odoratus. Istos [15]sensus quae membra sortita sunt? oculi, nisi fallor, et nares. Utere itaque floribus visu et odoratu, quorum sensuum fructus est, utere per oculos et nares, [16]quorum sensuum membra sunt. [17]Substantia tibi a deo tradita est, habitus a saeculo. [18]Quamquam nec habitus extraordinarius ordinario usui [19]obstrepit[d]. [20]Hoc sint tibi flores et inserti et innexi et in filo et in [21]scirpo[e], quod liberi, quod soluti, spectaculi scilicet et spiraculi[f] res. Coronam, [22]si forte[g], fascem existimas flo-

14. coloris et odoris (*Aβ*)*R.* coloris, odoris (*Aφ.*) *reliqui et Magliabechianus.* 15. sensus aeque membra *E.* 16. quorum sensum membra *Aβ.* quorum sensus membra *Aφ.* quorum sensuum membra *reliqui.* quae eorum sensuum *Hildebrandus.* 17. Substantia ter (*in marg. B. m. sec. proponit emendandum* terrae *vel* tibi) a deo *BC.* 18. quanquam *Aβ.* 19. opstrepit *A.* 20. Haec sint ter flores *BC.* Haec sint terrae flores *m. sec. in marg. B.* obstrepit. Et haec sint tibi flores *Magliabechianus.* 21. scripo *ACD.* stripo *Bφ.* 22. si forte fascem existimas florum *om. A.*

d. ordinario usui obstrepit.] Substantiam florum tibi deus tradidit; ut habeant se hoc vel illo modo, saeculi inventum est. Tamen nec extraordinarius florum hic per saeculi inventum habitus et modus coniungendi in formam coronamenti flores contra usum est cui destinati flores. Nam videlicet coniuncti in formam coronae servire possunt odoratui et visui. (La Cerda.)

e. in scirpo] Flores in filo quid distulerint a coronis in scirpo, quid insertis ab innexis hodie parum constat. Suspicor tamen per *insertos* hic significari illud coronae genus, quo singula folia foraminibus factis per seriem sibi invicem inseruntur, nulla fili aut scirpi ope, contra per *innexos* vulgare alterum genus, quod scilicet nectitur filo aut scirpo, vel philyra. Cf. Salmas. ad Solin. p. 703.

f. spiraculi] h. e. odoratus, proprie flatus vel spiritus, per quae vocabula explicat Glossar. MS. Sangerm. n. 501. apud Du Cangium. Occurrit hoc significatu Genesi II, 7., VII, 22. Proverb. XX, 27 et alibi. Similiter Macrob. utitur voce *spiramentum* Saturn. praef. 1. med. „confusura videlicet omnium odoraminum in *spiramentum* unum."

g. si forte] Locutio *si forte* Graecorum est *εἰ τύχοι* vel *εἴπερ ἄρα*, uti viderunt iam Turneb. Advv. XXVII, 1. Muret. V. L. XVI, 9. et Garaton. ad Cic. pro Milone cap. 38. p. 329. ed. Lips. Tertullianus ea frequentissime utitur, sed constanter ita, ut sit affirmantis, passim cum ironia quadam, unde non sine iure statuit Gothofredus ad Tertull. Ad Natt. I, 12. p. 120. eam fungi fere pro *scilicet, nempe* vel *atenim.* Similiter nos cum dicimus de re certissima et minime dubitata „wenn dem so ist" vel „wenn dem so sein sollte." Tertull. De Pallio cap. 2 „Ab Assyriis, *si forte,* aevi historiae patescunt," ad quem locum (p. 127.) mirifice Salmasius statuit Tertulliano *si forte* idem esse quod simplex *forte.* Apolog. 16 „Alii plane humanius et verisimilius solem credunt deum nostrum; ad Persas, *si forte,* deputabimur." Ibid. cap. 38 „Si oblectari novisse nolumus, nostra iniuria est, *si forte,* non vestra." Ibid. cap. 41 „et sequitur, ut omnes saeculi plagae nobis, *si forte,* in admonitionem, vobis in castigationem obveniant." Ibid. cap. 43 „Plane confitebor, quinam, *si forte,* vere de sterilitate Christianorum conqueri possunt." Ad Natt. I, 15 „Si illa (sc. religio) impudica est, nostra vero crudelis, coniungimur, *si forte,* natura, qua semper saevitia cum impudicitia concordat." Sufficiant haec ad evincendum omnino falli Handium ad Turselt. II, p. 736., ubi docet locutionem *si forte* interponi orationi, quae de re agat extremo loco concedenda, ut nostrum sit „allenfalls".

rum per seriem [23]conprehensorum, ut plures [24]semel portes, ut omnibus pariter utaris. Iam vero et in sinum [25]conde, si tanta munditia est, [26]et in lectulum spargé, si tanta mollitia est, [27]et in poculum crede[h], si tanta innocentia est. Tot modis fruere, quot et sentis. Ceterum in capite quis sapor floris, quis coronae sensus, nisi [28]vinculi tantum, [29]quo neque color cernitur, neque odor ducitur, nec [30]teneritas commendatur? Tam contra naturam est florem capite sectari, quam [31]cibum aure, quam sonum nare[i]. Omne autem, quod contra naturam est, monstri [32]meretur [33]notam penes omnes[k], penes nos vero etiam elogium[l] sacrilegii in deum, naturae [34]dominum et auctorem.

Cap. VI. [1]Quaerens igitur dei [2]legem habes communem istam in publico mundi, in [3]naturalibus tabulis, ad quas et Apostolus solet provo-
I Cor. XI, 14. care, ut cum in velamine feminae, Nec [4]natura vos, inquit, docet?
Rom. II, 14. ut cum ad Romanos [5]natura facere dicens nationes ea, quae sunt

23. compraehensorum *Aφ.* conpraehensorum *Aβ.* 24. simul portes *R. Ursinus.* semel fortes *BCD. Magliabechianus.* simul flores *m. sec. in marg. C.* semel portes *reliqui.* 25. condensi tanta *D.* 26. et in lectulum *A.* in lectulum *reliqui.* 27. et in poculum *AR.* in poculum *reliqui et Magliabechianus.* 28. vincula *BCD, et Magliabechianus.* 29. quo neque *AR.* quia neque *reliqui et Magliabechianus.* 30. temeritas *C.* 31. cybum aure *Aβ.* 32. meretur n.....vero *A.* 33. notas *B* (*sed a m. sec.* notam) *CD. Magliabechianus.* 34. domino *A.*

Cap. VI. 1. Quaerens *BCD, et Magliabechianus.* Quaeres *AEFGH.* Quaeris *R. Iunius.* 2. legem habes *A.* legem? habes *R.* legem, habens *reliqui et Magliabechianus.* 3. naturalibus talibus *A.* 4. natura inquid *A.* natura nos inquit *D.* 5. naturae *BC.*

h. in poculum crede] Nihili est, quod Paschalius De Coron. II, 2. proponebat „in poculum *inde.*" Locus, si forte, sanus est. Cf. Vergil. Georg. II, 332. „*Inque novos soles* audent se gramina tuto *Credere.*" Alii Tertulliani verba referunt ad morem pocula consonandi, de quo v. interprr. ad Vergil. Georg. II, 528. Aen. I, 728. III, 526. Stat. Silv. III, 1, 76., alii rectius, opinor, ad morem illum, quo folia e coronis decerpta et in poculum coniecta una cum vino bibere solebant, quod *coronas bibere* dicebatur, de quo more v. Boettigeri Sabin. I, 243 sqq. Cf. Iul. Capitol. Gord. p. 159. B. ed. Salm. Pectora et lacertos coronasse floribus antiquitatem docet Athen. Deipnos. V, 5 „*ἐστεφανοῦτο καὶ τὰ στήθη καὶ ἐμύρουν ταῦτα, ἐπὶ αὐτόθι ἡ καρδία.*" Cf. Prudent. Psychom. v. 353 „Proh pudor, armigeris amor est perferre lacertis, Lilia luteolis interlucentia sertis Et ferrugineo vernantes flore coronas." Adde Viscont. ad Mus. Pio-Clement. IV, p. 44. Boettig. Sabin. I, 240 sq. De lectis floribus conspersis adeas Flav. Vopisc. Carin. p. 253. D. et Trebell. Poll. Gallien. p. 182. A. ed. Salmas.

i. nare.] Hoc singulari utitur Tertullianus etiam Ad Marc. I, 13. Cf. Apul. Metam. VII, 462. VIII, 577. Macer ap. Charis. I, 82. Plura suppeditant lexica.

k. penes omnes] Haec verba in codice Agobardino non reperi dicit Rigaltius indeque eicienda censet. Quo inclinat etiam Hildebrandus, qui a prima littera vocis *notam* usque ad voc. *vero* non amplius decem litteras in illo libro deletas esse adnotavit. Interim retinenda duxi, cum innumeris locis qui scripsit Agobardinum peccavit omittendo verba, immo totas lineas, ubi oculis eius ab eodem vocabulo ad idem alterius lineae aberrandi locus et occasio erat.

l. elogium] Elogium testimonium est sive bonum sive malum. Ita pro nota criminis frequentissimum est apud Tertullianum aliosque ecclesiasticos scriptores. Cf. Apolog. cap. 2. 15. 24. 44. Ad Natt. I, 2 et 10. Multa suppeditat ex aliis scriptoribus exempla Orell. ad Ar-

legis, et legem naturalem suggerit et [6]naturam legalem. [7]Sed et in [8]primo[a] epistolae naturalem [9]usum conditionis in [10]non natura- Rom. I, 26 sq.
lem masculos et feminas [11]inter se demutasse affirmans ex retributione erroris in vicem poenae utique [12]naturalibus patrocinatur[b]. [13]Ipsum deum secundum naturam prius novimus [14]scilicet deum[c] appellantes deorum, bonum praesumentes et iudicem invocantes[d]. Quaeris, an conditioni eius fruendae[e] natura [15]nobis debeat praeire, ne illa rapiamur qua dei aemulus universam conditionem certis usibus [16]homini [17]mancipatam cum ipso homine [18]corrupit, unde eam et apostolus invitam ait [19]vanitati [20]succidisse[f], [21]vanis primum Rom. VIII, 20.
usibus, [22]tum turpibus et [23]iniustis et impiis subversam? Sic itaque et circa voluptates spectaculorum infamata conditio est ab eis qui natura quidem [24]omnia dei sentiunt ex quibus spectacula in-

6. naturam regalem *BCD.* 7. Sed in *D.* 8. primo epistolae *ego.* p... epistolae *A.* priore epistolae *CH, et unus Vaticanus.* priore epistola *reliqui.* primore epistola *Rhenanus, Ursinus.* 9. usum coitionis *B. m. sec.* 10. non naturales *C.* 11. inter se demutasse affirmans *om. A.* 12. naturalibus *A., prob. Rigaltio.* naturali usui *EFGHR.* naturalium sui *BCD.* naturalium sibi *B. m. sec.* 13. ipsum dño *Aβ.* 14. scilicet deum *ego.* sed deum *AE, et Magliabechianus.* et deum *R. Rhenanus ad marg. ed. a.* 1528. deum *reliqui.* 15. vobis debeat *BφC.* 16. hominum *duo Vaticani et Iunius.* 17. maneipata *BφCD.* 18. corrumpit *BC.* 19. unitati *A.* 20. succedisse *BφC.* 21. variis primum *A.* variis plurimum *BCDE.* vanis plurimum *FGH.* vanis primum *R.* 22. tunc *D.* 23. imiustis *Aβ.* 24. omnia dei *ACDE.* dei omnia *BHR. tres Vaticani.* dei *om. FG.*

nob. IV, 36. (et in Append. p. 51.) Adde Muncker ad Fulgent. Mythol. I, 1.

Cap. VI. a. in primo] Ita edidi praeeunte Hildebrando, qui adnotavit in libro Agobardino post breviaturam syllabae *pri* tres ad summum litteras deletas esse.

b. naturalibus patrocinatur.] h. e. naturae, vel naturae legi. Apolog. cap. 1 „Quid hoc mali est quod *naturalia* mali non habet?“ Ibid. cap. 20 „quod et monstris et portentis *naturalium* forma turbatur.“ Similiter Ad Natt. II, 12 *seminalia* positum pro *semen.*

c. scilicet deum] Pro *sed,* quod Agobardi liber et prima Rhenaniana retinent, reposui *scilicet.* Saepissime eas particulas inter se confusas esse a librariis vel in vulgus notum est. Cf. Gruner. ad Aurel. Vict. Or. G. Rom. IV, 6. cit. Arntzen. ad Eumen. Grat. Act. cap. 6. Oudendorp. ad Apul. Metam. III, p. 227. Cf. Ad Natt. I, 13. ubi etiam exempla occurrunt.

d. invocantes.] Sunt haec animae iudicia, de quibus v. De Testim. Animae cap. 2.

e. conditioni eius fruendae] h. e. an rebus, quas deus condidit, frui sic debeamus, ut naturam ducem sequamur. *Conditionem* dicit quod alii creaturam. Sic De Cultu Femin. I, 8 „dei *conditio* est thus“ h. e. thus a deo conditum creatumque est. (Rigalt.) Adde infra cap. 10 „ut dei res et hac sua *conditione* communes usui.“ De Resurr. Carnis cap. 11 „quod omnes fere haereses natum et factum mundum annuentes *conditionem* deo nostro adscribunt.“ Adv. Marcion. V, 19 „Quomodo ante omnia, si non primogenitus *conditionis.*“ Apolog. cap. 49 „ingratis experireris *conditionis* tuae legem.“ Cf. infra cap. 10. Prudent. Hamartig. 19 „dominum quoque *conditioni* Impositum.“

f. succidisse] h. e. succubuisse. Apolog. cap. 27 „conditioni suae *succidunt.*“ De Resurr. Carnis cap. 55 „sed non alia genua lapidationi *succiderant.*“ Ibid. cap. 62 „utique nec ulli simili necessitati *succidendo* corporalis conditionis.“ De Anima cap. 43 „numquam *succidere* quieti.“ Cf. Barth. Adverss. XIV, 4. p. 758. Quod ad rem cf. Adv. Hermog. cap. 11 „Cum revelatio filiorum dei redemerit conditionem a malo utique vanitati subiectam, cum restituta innocentia et integritata conditionis pecora conduxerint bestiis et parvuli de serpentibus luserint.“

struuntur, [25]scientia autem deficiunt illud quoque [26]intellegere[g], omnia esse a diabolo mutata. Sed et huic materiae propter suaviludios nostros[h] Graeco quoque[i] stilo satisfecimus.

Cap. VII. Proinde [1]coronarii[a] isti agnoscant interim naturae auctoritatem [2]communis sapientiae nomine, qua homines, [3]et propriae religionis [4]pignora[b], qua deum naturae [5]de proximo colentes, atque ita [6]velut ex abundanti ceteras quoque [7]rationes [8]dispiciant[c] quae nostro [9]privatim capiti coronamentis et quidem omnibus[d] interdicunt. Nam et [10]urgemur a communione naturalis disciplinae[e] converti ad proprietatem [11]Christianae totam iam defendendam per ceteras quoque species coronarum, quae aliis usibus [12]prospectae videntur, [13]ut aliis substantiis structae, [14]ne, quia non ex floribus constant, quorum [15]usum natura signavit, ut ipsa haec laurea militaris, non [16]credantur [17]admittere sectae interdictionem, quia evaserint naturae

25. scientia aut *C.* 26. intellegere *A. ubicumque nihil annotavero.* intellege *EFGH.* intelligere *reliqui.*

Cap. VII. 1. coronarii *AFmgGHR.* dedecorati *F.* dedecorari *BCD.* 2. munis sapientiae *A.* communis sapientiae *R.* communis patientiae *BCDE.* communis parentis *FGH.* 3. sed propriae *AR.* et propriae *reliqui.* 4. pignore *Iunius.* 5. de proxime *A.* de proximo *R.* proxime *B. m. sec. Latinius.* proximo *BDEFGH.* proximum *mg. E.* proximis *C.* 6. velunt *A.* 7. nationes *BφC.* 8. dispiciant *FGHR.* despiciant *reliqui.* 9. privati in capite *BφCD.* 10. urguemur *Aφ.* 11. Christianam *A.* Christianae *reliqui.* 12. prospectur *Bφ.* prospectitae *CD.* prospecte *Aβ.* 13. ut aliis *AR.* ut ex aliis *reliqui.* 14. neque vero ex floribus *D.* 15. usu *BφC.* 16. credatur *Bφ. m. sec.* 17. admittere sanctae *D.*

g. deficiunt illud quoque intellegere] h. e. deficiunt scientia qua intellegant, ut recte interpretatus est Rigaltius. Sic De Resurr. Carnis cap. 50 „regnum dei *capere deficiunt.*" Germanic. Arat. 259 „*Deficiente oculo distinguere* corpora parva." Sil. Ital. III, 111 „gelidos ut *scandere* tecum *Deficiam* montes coniux tua."

h. suaviludios nostros] h. e. Christianos qui suavitate ludorum oblectantur. Cf. De Spectac. cap. 20., ubi eodem vocabulo utitur.

i. Graeco quoque] Plures libros a Tertulliano Graeco sermone conscriptos fuisse notum est. Hinc non erat, quod Rhenano *praecoquo* rescribendum videri deberet.

Cap. VII. a. coronarii] Gloss. Graeco-Lat. ap. Vulcan. col. 56 „Coronarius, *Στεφανοπλόκος.*" Hinc coronarii, h. e. qui sibi coronas nectunt, sibi negotium cum iis faciunt. Besnard vertit „Kränzler". Sed dubito de integritate scripturae. Facillime enim *coronati* corrumpi poterat in *coronari,* et initiali sequentis vocabuli *isti* littera adscita in *coronarii;* ut etiam *dedecorari,* quae est altera scriptura, vel *dedecorati,* ut F. habet, ex compendio vocis *coronati* addita praecedentis vocabuli *Proinde* ultima syllaba ortum esse in plano atque aperto est.

b. et propriae religionis pignora] Ita appellat naturae auctoritatem, quippe quae faciat ad fidem ac religionem Christianam firmandam atque stabiliendam, quod proximo capite aperuit.

c. dispiciant] h. e. perpendant, examinent. Apolog. cap. 1 „*dispicere* et coram examinare." Ibid. cap. 15 „*Dispicite* Lentulorum et Hostiliorum venustates." Adv. Marcion. II, 15 „Institiam ergo primo iudicis *dispice.*" Ad Natt. II, 12 „Tot enim familiae, tot nationes census bona fide quaerunt, ut *dispici* et distingui describique non possint." Gaii Instit. Comment. p. 56 (Gösch.) „Ac prius *dispiciamus* de his, quae in tutela sunt." Ulp. Digest. XIV, 1, 1.

d. omnibus] h. e. omnis generis coronamentis.

e. naturalis disciplinae] Haec solum coronis vivis floribus capiti nexis interdicit, Christiana disciplina contra quovis coronarum genere.

praescriptionem. Video igitur et curiosius et [18]plenius agendum ab originibus usque ad [19]profectus et excessus rei. Litterae ad hoc [20]saeculares necessariae. De suis enim instrumentis saecularia probari necesse est. [21]Quantulas[f] [22]attigi, credo sufficient. Si [23]fuit aliqua [24]Pandora, quam primam feminarum [25]memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum [26]est a Charitibus, cum ab omnibus [27]muneraretur, unde Pandora[g]. Nobis vero Moyses, [28]propheticus, non poëticus pastor[h], principem feminam Evam facilius[i] [29]pudenda foliis quam [30]tempora floribus [31]incinctam describit. Nulla ergo [32]Pandora. [33]Sed et de mendacio[k] erubescenda est coronae origo[l]. [34]Iam nunc et de veritatibus suis[m]. Certe[n] enim [35]certos fuisse constat auctores rei vel illuminatores. Saturnum [36]Pherecydes [37]ante omnes refert coronatum, [38]Iovem [39]Diodorus post devictos [39b]Titanas[o] [40]hoc munere a ceteris [41]honoratum. [42]Dat et Priapo[p] taenias idem, et Ariadnae [43]sertum ex auro et Indicis gemmis, Vul-

18. plenius *mei libri omnes.* planius *alii.* 19. perfectus *BC.* defectus *m. sec. in marg. B.* 20. saeculares *non* seculares *scriptum fere ubique in A.* 21. Quantulas quantulas *Hildebrandus.* 22. attingi *D.* 23. fuit *ADR. Ursinus.* fuerit *reliqui.* 24. pantera *C.* 25. meminerat hesiodus *D.* 26. est achantibus *C.* 27. munerantur *Bφ.* numeraretur *C.* 28. profeticus *R.* 29. pudende *C.* 30. tympora *C.* 31. intinctam *C.* 32. pandona *B.* 33. Sed ut *Iunius.* 34. ita nunc *Iunius.* 35. certos *Ursinus.* Graecos *R.* caecos *Latinius, prob. Iunio.* ceteros *libri mei omnes* (*etiam A., teste Baluzio et Hildebrando*). veteres *Hildebrandus.* 36. pherestides *A.* 37. autem omnes *BφC.* 38. Ionem *C.* 39. dyodorus *B. m. pr.* 39b. tytanas *B. m. pr.* 40. *Verba* hoc munere a ceteris honoratum *om. R.* 41. honoratur *C.* 42. Dat et priapotemianias idem et ariadne *A.* dat et priã potencia si demetarianẽ *B.* dat et prima potentia si demetriani *C.* Dat et Priapotentia si demetarianne *Hirsaugiensis.* Sat et prima potentia si demetari añe *D.* Dat et Priapo taenias idem et Ariadnae (Ariadne *E.*) *reliqui.* 43. sectum *C.*

f. Quantulas] Ut hic *quantulus*, ita praesertim *quantus*, plurali numero, pro *quot* ponere Tertullianei sermonis est. Exemplorum nubem addere supersedeo.

g. unde Pandora.] Hesiod. Opp. et Dies 50 sqq., qui Pandoram narrat non a Charitibus sed ab Horis fuisse coronatam.

h. non poëticus pastor] Uterque enim, et Hesiodus et Moyses, pastor fuit. De illo cf. Opp. et Dies 637 sqq., de hoc Exod. III, 1.

i. facilius] h. e. aptius, convenientius. Cf. infra cap. 10.

k. Sed et de mendacio] Dixi vanum et infirmum argumentum, quod res postulabat, sed adhuc potius addo, esse erubescendum ratione mendacii, quia origo tota fabulosa. Pandora enim nusquam et nunquam. (La Cerda).

l. erubescenda est coronae origo.] De structura verbi *erubescere* cum accus. cf. Apolog. cap. 4 „simul uti *erubescant* accusantes, non dico pessimi optimos, sed iam, ut volunt, conpares suos.“ Adeas interprr. ad Quinctil. VI, 4. (Burm. p. 571.) Burm. ad Ovid. Ib. 352. et ad Propert. III, 12, 19. Drakenb. ad Liv. XL, 14, 1. Interprr. ad Horat. Od. I, 27, 40.

m. et de veritatibus suis.] sc. erubescenda est.

n. certos] Hanc Ursini emendationem esse veram probat loci ratio, probant verba, quae antecedunt: de *veritatibus* suis.

o. post devictos Titanas] Iovis certamen cum Titanibus describit Diodor. III, 5.

p. et Priapo] Montfauc. Suppl. aux Antiqu. Expl. I, pl. 66. Cf. interprr. ad Tibull. El. I, 1, 21.

cani [44a] ac post Liberi [44b] munus, postea sidus[q]. Iunoni vitem [45] Callimachus[r] induxit. Ita et [46] Argis signum eius palmite redimitum subiecto [47] pedibus corio leonino [48] insultantem [49] ostentat novercam [50] de exuviis utriusque privigni[s]. [51] Hercules nunc populum capite praefert, nunc [52] oleastrum[t], nunc apium. Habes [53] tragoediam Cerberi[u], habes [54] Pindarum[v] atque Callimachum, qui et Apollinem memorat interfecto [55] Delphyne[w] dracone lauream induisse, [56] qua supplicem[x]. Erant enim supplices coronati[y] apud veteres. [57] Liberum,

44. ac post *A.* opus *reliqui.* 44b. munus post thesydus (thesidus *D. Gorziensis et Hirsaugiensis.* hesiodum *superscr. m. sec. in B.*) iunoni *BCD.* munus post sidus ariadne *B. m. sec. in marg.* munus post Thesei. Iunoni *E.* munus: post et sidus. Iunoni *FGH.* munus: ac postea sidus. Iunoni *R.* munus, postea sidus. Iunoni *A., quem ego secutus sum. Notandum est post voc.* munus *in libro Agobardino pergi verbis* sanguinis sui, *quae sunt primi huius libri capitis. Cf. etiam adnot. ad cap.* 4. 45. calimacus *B. m. pr.* 46. argi (argis *m. pr. teste Hildebrando*) signum eius palmitem remitum *A.* Argis signum eius palmite redimitum (redemitum *BφC.*) *reliqui.* 47. pedibus corio *A.* pedibus eius corio *reliqui.* 48. exultantem *Iunius.* 49. ostentat *ADR.* ostentant *B.* ostentam *C.* ostentans *B. m. sec. et reliqui libri.* 50. de eximiis *BC.* 51. Et Hercules *B.* Et Herculis *CD.* 52. oleastra *Bφ.* oleastro *CD.* 53. tragoediam Cebetis *Ios. Scaliger.* 54. pyndarum *A. in quo verba* Habes tragoediam Cerberi *omissa sunt. Cf. adnot. ad cap.* 5. *fin.* 55. delphyne (*Aβ*)*DR.* delphine (*Aφ*)*BC.* Delphino *E.* Delphico *FGH. Rhenanus.* 56. quam supplicem corona ..... teres *A.* qua (quae *C.* quasi *B. m. sec.*) supplicem (suplicem *D.*). Erant enim supplices coronarii (coronati *B. m. sec., Ursinus*) apud veteres *reliqui praeter R. in qua haec omnia deleta sunt.* 57. liberos *B* (*m. pr.*) *C.*

q. postea sidus.] V. de hac re Diodor. Sic. V, 51. Serv. ad Vergil. Georg. I, 222. Cf. Hygin. Poët. Astron. II, 5. Ovid. Fast. III, 459. et 513 sqq. Metam. VIII, 180. Hesiod. Theog. 949. Manil. Astron. I, 213. et V, 252.

r. Callimachus] Videtur hic idem cum eo quem de coronis librum condidisse memorat Plin. H. N. XXI, 3.

s. de exuviis utriusque privigni.] De corona vitea Bacchi, de corio leonino Herculis.

t. oleastrum] De populo praeter Serv. ad Vergil. Ecl. VII, 61. Ovid. Herc. IX, 64. Phaedr. III, 17. testis est Plin. H. N. XII, 1., de oleastro idem XVI, 14. Apio coronatos esse victores in certaminibus Nemaeis, Herculi sacris, constat ex eiusdem H. N. XIX, 8. et Plut. Timol. cap. 26. Iuven. Sat. VIII, 226. Hygin. Fab. 74.

u. tragoediam Cerberi] Erant qui Cerberum quendam poëtam fuisse statuerent. Rectius videntur ii iudicium ferre, qui per *tragoediam Cerberi* Herculis cum inferorum ianitore certamen significari censent. Constat enim ex loco Servii modo laudato Herculem tunc primum coronatum populo ex Acherontico fluvio cum Cerberum extraxisset.

v. habes Pindarum] In Olympiacis ludis qui victores evaserant corona ex oleastro, qui Herculi certaminis conditori sacer erat, solebant ornari. Hinc frequens eius arboris mentio apud Pindarum. Cf. Olymp. VIII, 3. XI, 45. III, 23. IV, 19. Nem. I, 26. Adde Pausan. V, 7, 4. Diod. Sic. III, 72.

w. Delphyne] Hesych.: „*Δελφὺς, μήτρα· καὶ ὁ ἐν Δελφοῖς δράκων.*“ Schol. ad Apoll. Rhod. II, 708. Suid. s. v. *Δελφοί* appellant *Δελφύνην* vel *Δελφίνην*. Cf. Berhardyum ad Dionys. Perieg. v. 442.

x. qua supplicem.] *Καθαρσίων ἕνεκα.* Est enim laurus purificationibus adhibita teste Massurio ap. Plin. Hist. Nat. XV, 30. Adde Serv. ad Aen. XII, 120. Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 156. Supplices coronas gestasse notum est ex Sophocle, Appiano, Polybio, Livio, Festo (s. v. *Sub corona* p. 306. Muell.) aliis. Cf. de ea re disserentem Herald. Digress. I, 26. p. 251. Ceterum a Callimacho diversi abeunt omnes reliqui scriptores, qui tradunt laurum Apollini ideo sacram fuisse, quia Daphnen amaverat, quae in hanc arborem transformata est.

y. coronati] Vulgatam scripturam *coronarii* hic nihili esse in plano est. Cum in Agob. inter *corona* — et — *teres* exciderint ad duodecim litterae, cumque

eundem apud Aegyptios [58]Osirin[z], [59]Harpocration[a] industria [60]hederatum[b] argumentatur, quod hederae [61]natura sit cerebrum ab [62]heluco[c] defensare. Sed et alias Liberum principem coronae plane laureae, in qua ex Indis triumphavit, etiam vulgus agnoscit, cum dies in illum [63]sollemnes Magnam appellat Coronam[d]. Si et Leonis [64]Aegyptii[e] [65]scripta volvas, prima [66]Isis repertas spicas[f] capite circumtulit, rem magis ventris. Plura quaerentibus omnia exhibebit praestantissimus in hac quoque materia [67]commentator Claudius Saturninus[g]. Nam est illius de coronis liber et origines et causas et species et [68]sollemnitates earum ita edisserens, ut nullam gratiam floris, nullam laetitiam frondis, nullum [69]cespitem aut palmitem non alicuius capiti [70]invenias consecratum; quo satis [71]instruatur, quam [72]alienum iudicare [73]debeamus coronati capitis institutionem

58. osirim *B.* osirni *C.* 59. arpocration de industria *B. m. sec.* 60. ederatum *A.* 61. naturae sit *A., in quo quae statim sequuntur verba* ab heluco defensare. Sed et alias Liberum *per librarii incuriam sunt omissa.* 62. heleuco *BC.* 63. sollempnes *Aβ.* solempnes *D.* 64. aegyptiis *BC.* 65. scripta (scripte *BφC.*) volvas *ABC.* evolvas *reliqui.* 66. Ysis spic.. *Aβ.* Isis repertas spicas *Aφ.* isis reperta picas *BCD.* 67. commendator *D.* 68. solempnitates *D.* 69. caespitem *Aβ.* 70. invenies *BφC.* 71. instruatur *ABφ.* instruamur *reliqui.* 72. aligenum *BφC.* aligeni *BD.* aliena *B. m. sec. in marg.* alienum *reliqui.* alienam *Hildebrandus.* 73. debemus *C.*

verisimile sit (v. adn. ad cap. 5.) verba *Erant enim supplices* a librario omissa fuisse, putaverim in eo scriptum extitisse *corona ornati apud veteres.*

z. Liberum, eundem apud Aegyptios Osirin] Simili breviloquentia utitur Arnob. Adv. Natt. IV, 22 „ex Leda et eodem (sc. Iove) Graece Dioscoris nomen est," ubi nihil desiderare debebant editores. De re cf. Diod. Sic. I, 13 sqq. Hildebr. ad Apul. Metam. XI, 26. p. 1084.

a. Harpocration] Quis fuerit is Harpocration non constat. Cf. Salmas. ad Solin. pag. 796. Fabric. Bibl. Gr. VI, 250. not. ed. Hark. Barth. Adverss. XI, 16. p. 543.

b. hederatum] Plin. H. N. XVI, 4 „feruntque primum omnium Liberum Patrem imposuisse capiti suo ex hedera." Id. XVI, 26 „Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu, victorem ex India rediisse exemplo Liberi Patris" sqq. De Osiridis coronamento ex hedera v. Plutarch. Is. p. 365. D.

c. ab heluco] Paul. p. 100. M. „*Helucus* ab hiatu et oscitatione dictus." Id. p. 75. „*Elucum* significat languidum ac semisomnum vel, ut alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem, sive halonem, id est hesterno vino languentem, quod ἔωλον vocitant Graeci." Placid. p. 470. „*Hellui* crapula veterani; unde helluones dicuntur," quod Muellerus recte emendat: „Helluci, crapulae veteranae" sqq. Gloss. Lat. ed. ab Ang. Maio tom. VIII. Auctt. Class. pag. 276: „*Helucus,* homo hians et oscitans, qui et pandox dicitur." Cf. Gronov. ad Gell. IV, 19. et Bosscha ad Apul. De Mag. cap. 49. p. 525. De vi hederae dolorem capitis sedandi crapulamque pellendi Plin. XXIV, 10. Serv. ad Vergil. Ecl. VIII, 12.

d. Magnam appellat Coronam.] Liberalia ita dicta fuisse suspicatus est Lips. ad Tacit. Ann. XI, 31. p. 181. Quod si verum est, procul dubio dicta fuere ob celebrantium frequentiam.

e. Leonis Aegyptii] Hygin. Poet. Astron. II, 20. August. de Consol. Evang. I, 23. et De Civ. Dei VIII, 5 et 27. Clem. Alex. Strom. I, p. 139 (322. Sylb.). Tatian. Adv. Graec. cap. 44. ibique Worth. Arnob. Adv. Natt. IV, 29., qui eum Pellaeum appellat, Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 262. et II, 297. Cf. Westerm. ad Voss. de Hist. Gr. p. 462. n. 5.

f. spicas] V. Tomasin. De Donar. 75. Kopp. Palaeogr. tom. III, Lib. II, cap. 8. §. 545. p. 648.

g. Claudius Saturninus.] Fortasse idem cum illo qui librum De Poenis Pagano-

[74]ab eis prolatam et in eorum [75]deinceps [76]honorem dispensatam [77]quos saeculum deos credidit. Si enim [78]mendacium divinitatis diabolus operatur in hac etiam specie, a primordio mendax, sine dubio et eos ipse [79]prospexerat [80]in quibus mendacium divinitatis ageretur. [81]Quale igitur habendum est apud homines [82]dei veri [83]quod a gentibus candidatis diaboli introductum[h] et [84]ipsis[i] a primordio dicatum est, [85]quodque iam [86]tunc[k] idololatriae [87]initiabatur ab idolis [88]et in idolis adhuc vivis? non quasi aliquid [89]sit idolum[l], sed quoniam quae idolis [90]alii faciunt ad [91]daemones pertinent[m]? Porro[n] si quae alii idolis faciunt ad daemones pertinent, quanto magis [92]quod ipsa sibi idola fecerunt [93]cum adviverent[o]? Ipsi scilicet

74. ab eo *BC.* 75. inceps *B (m. pr.) CD.* 76. honore *A.* 77. quos secundum *B (m. pr.) CD.* 78. mendatium *A.* 79. perspexerat *BφCD.* 80. in quibus mendatium *A.* in quibus id mendacium *reliqui.* 81. Quale igitur *AFGHR. Rhenanus in marg. E.* Qua igitur *BCDE.* Cur igitur *B, m. sec.* 82. dei veri *A.* veri dei *reliqui.* 83. quod a gentibus candidatis diaboli *ego.* quod agentibus .....latis diaboli *Aφ.* quod a gentibus diaboli *Aβ.* quod a canditatis diaboli *reliqui.* quod agentibus candidatis diaboli *Hildebrandus.* 84. ipsi a primordio *Iunius.* 85. quoque (*sed eadem manu corr.* queque) *A.* 86. tunc idolislatriae *A.* 87. initiabantur *Aφ.* unciebatur *C.* 88. et in idolis *ACDEF. Faber Agon. I,* 5. et idolis *BR.* et id idolis *GH.* 89. sit *om. Aφ.* 90. aliis (*sed s a m. pr. deletum*) faciunt *A.* alii faciunt *EmgGHR.* alii fiunt *DEF.* aliis fiunt *BC.* ab aliis fiunt *B. m. sec.* 91. daemones pertinere *A.* 92. quod (que *B. m. sec. superscr.*) ipsa is (sibi *Bmg. m. sec.*) idola *BCD.* 93. .....verent *A.* cum adviverent *DEFGHR.* cum adiuvarent *C.* cum advivarent *B. m. pr.* cum adhuc viverent *B. m. sec. Latinius.*

rum conscripsit. V. Panciroll. Thes. Var. Lectt. II, 139. Cf. infra cap. 12. 13.

h. quod a gentibus candidatis diaboli introductum] Opponuntur hic homines dei veri et gentes sive nationes vel ethnici.

i. et ipsis] Non displicet Iunii coniectura corrigentis *ipsi* pro ipsis.

k. iam tunc] sc. a primordio, et cum illi dei adhuc viverent in terris.

l. non quasi aliquid sit idolum] Ait Tertullianus idololatriam esse mendacium divinitatis, quod iam a primordio mendax diabolus operatus est, ita ut proviserit sibi ac prospexerit homines, in quibus id mendacium ageretur. Etenim dii gentium ex hominibus fuere, quos gentes [et vivos et] vita functos vel adulandi studio, posteris eorum forte potentibus, vel beneficiorum memoria pro diis habuere. [Cf. Apolog. cap. 10.] Hic fuit vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscriberentur. Neque aliter de diis aevi sui Plinius opinabatur. Hosce igitur homines, quos sibi prospexit diabolus, ex quibus idola seu divinitatis furta atque mendacia fierent, diaboli candidatos vocat Tertullianus, qui cum adviverent, iam idola esse et sibi statuas poni et coli ambitiose affectaverint. Atque haec omnia Christianis veri dei cultoribus abhorrenda esse ait, non quasi aliquid sint idola vel statuae, sed quoniam cultus ille, quem homines idolis statuisve tribuunt, ad daemones, aemulos dei, pertinet. Deinde adiicit: Quodsi ea, quae homines idolis faciunt, ad daemones pertinent, quanto magis quod ipsa sibi idola fecerunt, cum adhuc essent in vivis? (Rigalt.) De *candidatis diaboli* cf. Ad Uxor. II, 7. Barth. Adverss. XXXVI, 13. p. 1653. et XLVI, 17. p. 2163.

m. ad daemones pertinent.] Cf. I Corinth. X, 19 et 20.

n. Porro] Particula *porro* apud Tertullianum innumeris locis fungitur loco particulae *atquin* vel *atenim.* Sic Apolog. cap. 9 „*Porro* quale est" sqq. Ibid. cap. 23 „*Porro* si et magi" sqq. Ibid. cap. 25 „*Porro* bella et victoriae" sqq. Ibid. cap. 37 „*Porro* nec tanti" sqq. Ad Natt. I, 2 „*Porro* de nobis" sqq. Ibid. 3 „*Porro* sententiae vestrae" sqq. Ibid. 4 „*porro* apud vos" sqq. Ibid. 8 „*Porro* si tam monstrosi" sqq. Ibid. II, 2 „*Porro* timoris origo" sqq. Ibid. 3 „*Porro* allegans" sqq. Ibid. 4 „*Porro* ϑεός ille" sqq. Ibid. 5 „*Porro* si ista sentiuntur" sqq.

o. cum adviverent?] h. e. cum super-

sibi [94]procuraverant[p] daemones per eos in quibus [95]esurierant [96]ante quod [97]procuraverant.

Tene interim [1]hanc fidem[a], dum [2]incursum quaestionis[b] ex- Cap. VIII.
cutio. Iam enim audio dici et alia multa ab eis prolata [3]quos saeculum deos credidit, [4]tamen et in nostris hodie usibus [5]et in pristinorum sanctorum et in dei rebus et in ipso Christo deprehendi, non [6]alias scilicet [7]homine functo quam [8]per communia ista instrumenta exhibitionis humanae[c]. Plane ita sit, [9]nec antiquius adhuc[d]

94. procuraverant *A.* procuraverunt *reliqui.* 95. esurierant *ABDEFGH.* exurierant *BφC.* esurierunt *R.* haesuri erant *vel* laesuri erant *Rhenanus in marg. ed.* 1528. esuriverunt *Ursinus.* 96. ante quod *AR.* antequam *reliqui, et Faber l. l.* 97. procuraverant *ACDEFGHR.* procuraverunt *BR. Ursinus.* procurarent *Faber.*

Cap. VIII. 1. hunc finem *A.* hanc fidem *reliqui.* 2. in cursum *GH.* 3. quos secundum deos *BφCD.* 4. tamen et in nostris *ACDE.* tamen in nostris *reliqui.* 5. et in pristinorum sanctorum et in dei rebus *om. A.* 6. alia *Iunius.* 7. homine *A.* hominem *reliqui.* 8. pro communia *C.* per convivia *D.* 9. ne antiquius *C.* nec antiquitus *Aφ. m. sec.*

stites essent. De Anima cap. 57 „qui in ipsis tunc fuerunt cum *adviverent.*“ V. de eo verbo Cuiac. Observv. VIII, 36. Rosweid. in Gloss. ad Vitas Patrum. Occurrit in Lege Visigoth. lib. IV, tit. 2. §. 13. lib. V, tit. 2, §. 4. lib. XII, tit. 3, §. 13. Plura exempla ex ICtis et Hieronymo addit Du Cangius in Gloss. Med. et Inf. Latin. tom. I, p. 100. ed. nov. Cf. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 69.

p. sibi procuraverant] Ait daemonas procurasse sibi idola et statuas et thura et nitorem sacrificiorum omnem per eos homines, quorum adhuc inter mortales agentium animis ita insederant, ut iis et per eos ipsi vivere atque inter homines esse viderentur. Itaque iam ante ipsi daemones in iis hominibus esurierant et appetierant omnem illum idololatriae apparatum. *Esuriendi* verbum hic usurpatur pro vehementis desiderii ardore, quemadmodum et in Scorpiaco [cap. 1.], ubi de sanctis, qui iam in carcere tormenta quaedam erant passi „degustata,“ inquit „in carcere martyria *esuriunt.*“ (Rigalt.) Curt. VII, 8 „Quid tibi divitiis opus est, quae te *esurire* cogunt?“ Plin. H. N. XXXIII, 10 „Nisi totum Parthorum *esurisset* aurum.“ Cf. Non. p. 90. Merc. „Catullire, *esurire* vel libidinari.“ Pro *surire* positum est *esurire,* si uni, qui superstes est, codici scripto habenda fides, ab Arnobio Adv. Natt. I, 2 „Animalia terris sueta atque in aquis degentia non *esuriunt,* non concipiunt.“ Quod ad rem attinet cf. De Spectac. cap. 10 „Videmus igitur etiam artes eorum honoribus dicatas esse, quia nomina incolunt auctorum, nec ab idololatria vacare, quarum institutores etiam propterea dii habentur. Immo quod ad artes pertinet, altius praescripsisse debemus, daemonas ab initio prospicientes sibi inter cetera idololatriae etiam spectaculorum inquinamenta, quibus hominem a deo avocarent et suo honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse.“

Cap. VIII. a. hanc fidem] Quae scilicet coronas prohibet ex traditione.

b. incursum quaestionis.] h. e. intercurrentem et incurrentem quaestionem.

c. exhibitionis humanae.] h. e. vitae humanae. De Idololatr. cap. 6 „Quam discordiam suscepimus in eos, quibus *exhibitionis* nostrae gratia obligati sumus.“ Ulpian. Dig. XXVII, 2, 3 „Quod exhibitioni (h. e. vitae sustentandae) frugaliter sufficit, modum alimentis dabit. Cf. Popin. Dig. XXVI, 2, 26. Sic *exhibere vitam* ap. Ulp. Dig. I, 12, 1 „maxime si aegros se esse dicant desiderentque a liberis *exhiberi.*“ Id. ibid. XXV, 3, 5 „Si quis a liberis ali desideret, vel liberi ut a parente *exhibeantur.*“ Iustin. H. Phil. IX, 2 „Sterilitas terrae non patrimoniis ditat Scythas sed vix alimentis *exhibet.*“ V. Brisson. De Verb. Signif. s. v., Duker De Latin. Vett. ICtorum p. 436.

d. nec antiquius adhuc] h. e. non inquiram in origines memoriarumque libros, an forte aliquid antiquius diis vestris; esto sint illa ab his prolata. Nihil enim adiuvat antiquitas etiam ulterior; ratio vel sola superat.

in [10]origines disceptabo. Primus [11]litteras Mercurius [12]enarravit[e]: necessarias confitebor et [13]commerciis rerum et nostris erga deum studiis. Sed et si nervos [14]idem[f] in sonum strinxit, non negabo et [15]hoc ingenium[g] [16]cum sanctis fecisse et deo ministrasse, audiens David. Primus [17]medellas [18]Aesculapius [19]exploravit: [20]meminit et Esaias[h] [21]Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse. Scit et Paulus[i] stomacho vinum modicum prodesse. Sed et Minerva prima molita sit navem[k]: videbo [22]navigantem Ionan et [23]apostolos. Plus est, quod et Christus [24]vestietur[l]; habebit etiam paenulam Paulus[m]. Si et [25]uniuscuiusque suppellectilis et singulorum [26]vasorum aliquem ex diis saeculi auctorem [27]nominaris, [28]agnoscam[n] necesse est et recumbentem [29]in lectulo Christum[o], et cum pelvem discipulorum pedibus offert, et cum aquam ex [30]urceo ingerit, et cum linteo [31]circumstringitur, propria Osiridis veste[p]. Huiusmodi quaestioni

10. origines *AR.* originem *reliqui.* 11. litteras Mercurius *AR.* Mercurius litteras *reliqui.* 12. enarravit *A.* enarraverit *reliqui.* 13. commerciis rerum *ADR.* commercii rebus *reliqui.* 14. identidem *A.* 15. hoc inventum *Bφ. m. sec.* 16. cum sanctis fecisse et deo ministrasse *FGHR.* eum (cum *Aφ.*) satis fecisse et deo ministrasse *A.* cum sanctis fecisset et deo ministrasset *BCDE., prob. Iunio.* curis artificis, sed et deo ministrasse *Rhenanus.* 17. medellas *A.* 18. ascalapius *BφC.* 19. exploravit *AD.* exploraverit *reliqui.* 20. meminit et esaias *A.* memini Esaiam *D.* memini et Esaiam (isaiam *C.*) *reliqui.* 21. Eczechiae *Aβ.* 22. navigavigantem Ionan *A.* navigantem Ionam *reliqui.* 23. apostolus *D.* 24. vestitur *A.* vescietur *C.* vestietur *reliqui.* 25. unuscuiusque *C.* 26. vasorum *A.* vasculorum *reliqui.* 27. nominaris *ABDEFGH.* nominant *R.* nominans *C.* 28. agnoscam *BCDEFGH.* agnoscant *AR.* 29. in coenaculo Christum *BC.* 30. urgeo *A. m. pr.* 31. areumstringitur *C.*

e. Mercurius enarrait.] V. adnot. ad librum De Testim. Animae cap. 5.

f. idem] Scripturam codicis Agobardini *identidem* puto ortam ex dubitatione librarii alicuius antiquiore, qui cum antea *idem* scripsisset, postea num hoc verum haesitans superscripserit *item*, quae inde in *identidem* immutata.

g. ingenium] h. e. artificium, ingeniose excogitatum, inventum, ut saepe apud Tertullianum. Sic Apolog. cap. 22 „Quid ergo de ceteris *ingeniis* vel etiam viribus fallaciae spiritalis edisseram?“ Ibid. cap. 49 „Hae sunt quae in nobis solis praesumptiones vocantur, in philosophis et poëtis summae scientiae et insignia *ingenia.*“ Ad. Natt. I, 7. et Apolog. 7 „aemulationis *ingenio.*“ Ad Natt. I, 16 „Ventum est ad horam lucernarum et caninum ministerium et *ingenia* tenebrarum.“ Cf. Gierig. ad Plin. Panegyr. cap. 49. p. 147., Interprr. ad Petron. cap. 119. p. 72. Burm., Salmas. ad Tertull. de Pall. cap. 1. p. 131 sq. De Mercurio lyrae inventore v. Hymn. in Herm. 51 sqq. Apollod. III, 10. Pausan. VIII, 17, 4. IX, 5. XXIII, 6, 54. Diodor. Sic. III, 59. Euseb. Praepar. Evang. II, 29. Unger Theb. Parad. I, 36. Cf. Winkelm. Monum. Ant. I, p. 31. ad n. 39.

h. et Esaias] Ies. XXXVIII, 21.

i. Scit et Paulus] I Timoth. V, 23.

k. Minerva prima molita sit navem] Hygin. Fab. 272. et 14.

l. Plus est quod et Christus vestietur] sc. de textrina Minervae. De hoc Minervae invento cf. Ovid. Fast. III, 816. Metam. VI, 136 et ibi interpretes.

m. etiam paenulam Paulus.] II Timoth. IV, 13.

n. agnoscam] Ita paulo ante „*videbo* navigantem Ionan et apostolos,“ prima persona.

o. recumbentem in lectulo Christum] Tractat hunc locum Sirmondus ad Sidon. Apollin. I, 2.

p. propria Osiridis veste.] h. e. sacerdotum Aegyptiorum veste; Osiris enim hic nominatur tamquam primarius Aegy-

sic ubique respondeo, admittens quidem utensilium communionem, sed provocans eam ad rationalium et [32]inrationalium distinctionem, quia [33]passivitas[q] fallit obumbrans corruptelam conditionis[r], [34]qua subiecta est vanitati. Dicimus enim ea demum et nostris et [35]superioribus usibus et dei rebus et ipsi Christo competisse [36]quae meras utilitates et certa subsidia et honesta [37]solatia [38]necessariis[s] vitae humanae procurant, [39]ut ab ipso deo [40]inspirata credantur, [41]priore prospectore et instructore et oblectatore, si forte[t], hominis sui, quae vero hunc ordinem [42]excesserunt, ea non convenire usibus nostris, praesertim quae propterea scilicet nec [43]apud saeculum nec in dei rebus nec in conversationibus Christi recognosci est.

Quis denique patriarches, quis prophetes, quis levites aut sacerdos aut archon[a], quis vel postea apostolus aut evangelizator aut episcopus invenitur coronatus? Puto nec ipsum dei templum nec Cap. IX.

32. inrationalium *Aβ*. 33. passivitas *AHR. et EDFG. in marg., ex emendatione Rhenani.* passibilitas *BCDEFG.* 34. quae subiecta *B.* 35. superioribus *A.* superiorum *reliqui.* 36. *Malim cum Hildebrando* veras *pro* meras, *quae vulgata est scriptura.* qua emeras *B (m. pr.) CD.* 37. solatio *CD.* 38. necessariis necessitatibus procurant (procurent *D.*) *AD.* necessariis necessitatibus vitae humanae procurent *BCEFGH.* necessariis vitae humanae procurent *R.* 39. ut et ipso *Aφ.* 40. inspirante dantur *A.* 41. priore et oblectatore *A.* propriore prospectione et instructione et oblectatione *BCD.* propiore prospectore et instructore et oblectatore *EFGH.* priore prospectore et instructore et oblectatore *R.* 42. excesserunt *A.* excesserint *reliqui.* 43. apud secundum *BC.*

ptiorum deus. Lini inventrix erat Isis (cf. Kopp. ad Mart. Cap. II, §. 158, p. 213. Heins. ad Ovid. A. A. I, 77. Ruhnken. ad Suet. Oth. cap. 11. Broukh. ad Tibull. I, 3, 30.), unde linteae vestes in sacris adhibitae. Apul. De Mag. cap. 56 „Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysteriis deum conscium quaedam sacrorum crepundia domi adservare atque ea lineo texto involvere, quod purissimum est rebus divinis velamentum, quippe lana, segnissimi corporis excrementum pecori detracta iam inde Orphei et Pythagorae scitis profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges inter optimas fruges terra exorta non modo indutui et amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque rebus sacris usurpatur.“ Cf. Plut. de Isid. p. 354. Hildebr. ad Apul. Metam. XI, 10. p. 1019.

q. quia passivitas] h. e. promiscuus rerum usus, vel frequentatio, promiscua frequentia. Voc. *passivus* et *passivitas* frequenter occurrunt in scriptis Tertulliani. Sic Apolog. cap. 9 „Iam nunc recogitate quantum liceat erroribus ad incesta miscenda, suppeditante materias *passivitate* luxuriae.“ Ad Natt. II, 5 „Aut doceant vulgo fieri, ut de licentia *passivitatis* libertas approbetur.“ De Pall. cap. 4. Adv. Hermog. cap. 46. Adv. Valentin. cap. 30. Adv. Marc. IV, 16. De Carne Chr. cap. 24. De Monogam. cap. 6. De Pudic. cap. 2. V. Du Cang. in Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v. et Hildebr. ad Apul. Metam. VI, 10 p. 426 sq.

r. conditionis] Dixi de hoc voc. supra ad cap. 6.

s. necessariis] *Necessaria* dicit *necessitates*, quod vocabulum explicationis causa olim a magistro aliquo additum expunximus. Ita supra cap. 6. habuimus *naturalia* pro *natura*, ad quem locum cf. quae adnotavimus.

t. si forte] V. adnot. ad cap. 5.

Cap. IX. a. aut archon] h. e. archisynagogus. Luc. VIII, 41 „καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε.“ Et Nicodemus ap. Ioh. III, 1. appellatur ἄρχων.

[1]arca testamenti nec tabernaculum martyrii[b] nec altare nec candelabrum, quibus utique et in prima dedicationis [2]sollemnitate [3]et in secunda [4]restitutionis gratulatione[c] [5]competisset coronari, si dignum deo esset. [6]Atquin si figurae nostrae fuerunt (nos enim sumus et templa dei et altaria et [7]luminaria et vasa), hoc quoque [8]figurate portendebant, homines dei coronari non oportere. Imagini veritas respondere debebit. [9]Si forsitan opponis ipsum Christum coronatum, ad hoc [10]breviter interim audies: Sic et tu coronare; [11]licitum est. Tamen nec illam impietatis [12]contumeliosae coronam populus conscivit. Romanorum militum [13]fuit commentum, [14]ex usu rei saecularis, [15]quem populus dei nec publicae [16]umquam laetitiae nec ingenitae luxuriae [17]nomine admisit, [18]facilius cum tympanis[d] et tibiis et psalteriis revertens de captivitate [19]Babyloniae quam cum coronis, [20]et post cibum et potum[e] [21]exsurgens ad ludendum sine coronis. Nam neque laetitiae descriptio neque luxuriae [22]denotatio de coronae [23]decore aut dedecore [24]tacuisset. Adeo et Esaias
Ies. V, 12. [25]quoniam [26]inquit[f], Cum tympanis [27]et psalteriis et tibiis bibunt vinum, dicturus esset etiam, Cum coronis, si [28]umquam hic usus [29]fuisset in dei rebus.

Cap. X. Ita cum idcirco proponis deorum saecularium [1]ornamenta etiam apud deum deprehendi, ut inter haec coronam quoque capitis com-

Cap. IX. 1. arcam *BCD.* 2. sollempnitate *A.* solempnitate *D.* 3. et in saecula *C.* 4. restitutionis *FGHR.* praestitutionis *ABCDE.* prostitutionis *Hildebrandus.* 5. competisse *CD.* 6. Atquin *AEFGHR.* at quoniam *BCD.* 7. luminaria et vasa *BCDEFGHR.* lumina sua *A., prob. Hildebrando.* 8. figurata *BC.* 9. Si forsitan opponis *AR.* Si forsitan obpones *BD.* Sed forsitan oppones *reliqui.* 10. interim breviter *BCD.* 11. licitum est *AR.* et licitum est *reliqui.* 12. contumeliosae corum *C.* 13. fuit commentum *A.* commentum fuit *reliqui.* 14. ex usu rei saecularis *BCDEFGHR.* luxuria saecularis *A. m. sec. sed antiqua (quid prius scriptum fuerit dignosci nequit).* 15. q.....lus dedit *A.* quem populus dei *reliqui.* 16. umquam *Aβ.* 17. nomen admisit *A. m. sec.* 18. et facilius *BC.* 19. babillonie *C.* 20. quod post cibum *BCD.* et post cybum *Aβ.* 21. exsurgens *Aβ.* 22. denotio *A.* 23. decore aut decore *Bφ.* 24. tacuisset a deo *D.* 25. quoniam *ABCDER.* quando *FGH. Gorziensis.* 26. inquid *Aβ.* 27. et psalteriis et tibiis bibunt vinum, dicturus esset etiam *ego.* et psalteriis et tibiis ..... dicturus etiam *A.* et tibiis et psalteriis bibunt vinum, dicturus esset etiam *reliqui.* 28. umquam *A.* 29. fuisset in *AR.* fuisset et in *reliqui.*

Cap. X. 1. ornamenta *AR.* comenta *B.* commenta *reliqui.*

b. tabernaculum martyrii] h. e. tabernaculum testimonii, ut appellatur in Hieronymiana.

c. secunda restitutionis gratulatione] Esdr. I, 7.

d. cum tympanis] Cf. Esdr. I, 3. et II, 12.

e. et post cibum et potum] V. Exod. cap. 32.

f. inquit] Primum locum hic obtinet *inquit*, ut apud Apul. Metam. VI, 13 „sed contortis superciliis subridens amarum sic *inquit:* Nec me praeterit sqq.“ Ibid. VIII. 18 „Unus illinc denique de summo cacumine cupressus ad nos *inquit:* Non vestrorum sqq.“ Cf. Hildebr. ad Apul. Metam. I, 25 p. 70. et ad VIII, 18 p. 704. et VI, 9 p. 421.

muni usui [2]vindices, ipse tibi iam [3]praescribis non habendum [4]in communionem usus apud nos [5]quod non inveniatur [6]in dei rebus. Quid enim [7]tam indignum deo quam [8]quod dignum idolo? [9]Quid autem tam dignum idolo [10]quam quod et mortuo? Nam et mortuorum est ita coronari[a], [11]vel [12]quoniam et ipsi idola statim fiunt et habitu et cultu consecrationis[b], quae apud nos [13]secunda idololatria est[c]. Igitur qui [14]careant sensu, illorum erit [15]perinde uti ea re, cuius [16]careant sensu, [17]atque si [18]abuti ea vellent, si sensu non carerent. Nulla vero distantia est abutendi, cum veritas cessat utendi. Cessante natura sentiendi, [19]qua vult[d], quis abutatur, cum non habeat qua utatur? Nobis autem abuti apud apostolum[e] non licet, facilius[f] non uti docentem, nisi quod nec abutuntur qui nihil sentiunt. Sed vacat totum et est ipsum quoque opus mortuum, [20]quantum in idolis, vivum plane, quantum in daemoniis[g], [21]ad quae pertinet superstitio. Idolá nationum, [22]inquit David, argentum et aurum. Oculos habent, nec vident, [23]nares, nec odorantur, [24]manus, nec [25]contrectabunt. Per haec enim floribus frui est. Quod si [26]tales edicit futuros qui idola fabricantur, tales iam sunt qui secundum idolorum ornatum quid utuntur[h]. Omnia munda

Psalm. CXV, 4—8.

Tit. I, 15.

2. vendices *unus Vaticanorum.* 3. praescribes *BCD.* 4. in communionem usus quod *AR.* in communione usus apud nos, quod *reliqui.* 5. quod non inveniatur *AFGHR.* quod inveniatur *reliqui.* 6. in dei rebus *AR.* in rebus dei *reliqui.* 7. tam indignum *R. Ursinus.* tam dignum *libri mei reliqui omnes.* 8. quod dignum idolo *AφCR. Ursinus.* quod .. dignum idolo *Aβ.* quod indignum idolo *reliqui.* 9. Quid enim tam *C. In A. verba* Quid autem tam dignum idolo *sunt omissa, et bene abesse possunt.* 10. quam quod mortuo *BC.* 11. vel *om. AR.* 12. quem et ipsi *B (m. pr.) CD.* 13. secunda idolatria *D.* 14. careant sensu *A.* sensu careant *reliqui.* 15. perinde *AR.* proinde *reliqui.* 16. careant sensu *AR.* sensu careant *BCD.* sensu carent *E.* sensu carerent *reliqui.* 17. aeque si *FGH.* ac quasi *Rhenanus in marg. ed.* 1528. 18. abuti ea vellent *R.* abuti eo vellent *A.* abuti vellent *reliqui.* 19. quave quis abutatur *FGH.* qua velut quis abutatur *Rhenanus in marg. ed.* 1528. 20. quantum *om. C.* 21. atque pertinet *BC.* 22. inquid *Aβ.* 23. nares nec *AR.* nares habent nec *reliqui.* 24. manus habent nec *C.* 25. contrectant *R.* 26. tales se dicit *BC.* tale se dicit *D.*

Cap. X. a. mortuorum est ita coronari] Luc. de Luctu cap. 11. Schol. ad Eurip. Phoen. 1626. Plut. Timol. cap. 26. Xenoph. Memorab. II, 2, 13. Clem. Alex. Paedag. II, 8. Stat. Silv. II, 1, 158 sqq. V. 1, 210 sqq. Plin. Hist. Nat. XXI, 3. Kirchm. De Funer. p. 103 sq. 221 sqq.

b. consecrationis] V. Apolog. cap. 10.

c. secunda idololatria est.] Prima est cultus daemonum, altera, qua homines consecrati coluntur instar deorum.

d. qua vult] h. e. cuius ope et auxilio vult abuti, h. e. abusum efficere. Perperam in editionibus post *sentiendi* maiusculo signo rumpitur sententia.

e. apud apostolum] I Corinth. VII, 31. Cf. Tertull. De Cultu Fem. II, 9.

f. facilius] h. e. aptius, rectius. Ita supra cap. 7 „*facilius* pudenda foliis quam tempora floribus incinctam scribit.“ cap. 9 „*facilius* cum tympanis et tibiis et psalteriis revertens de captivitate Babylonica quam cum coronis.“

g. quantum in daemoniis] Ut qui sentiant se coli.

h. quid utuntur.] De structura verbi *uti* cum accusativo v. ad librum De Testim. An. cap. 4.

mundis, ita et immunda omnia immundis, nihil autem immundius idolis. Ceterum substantiae mundae, ut dei res, et hac sua conditione communes usui. [27]Sed et ipsius usus administratio interest. Nam et ego mihi [28]gallinaceum macto, non minus quam Aesculapio Socrates[i], et si me odor alicuius loci [29]offenderit, Arabiae aliquid incendo[k], sed non eodem ritu [30]nec eodem habitu nec eodem apparatu [31]quo agitur apud idola. [32]Si enim verbo nudo conditio
1 Cor. X, 28. polluitur, ut apostolus docet, [33]Si quis[l] autem dixerit, Hoc [34]idolothytum est, [35]non contigeris, multo magis[m], [36]cum [37]habitu et ritu et apparatu [38]idolothytorum [39]contaminatur. Ita et corona idolothytum efficitur. [40]Hoc enim ritu et habitu et apparatu [41]idolis immolatur auctoribus suis, [42]quorum eo vel maxime proprius est usus, ne in communionem possit [43]admitti quod in dei rebus non inve-
1 Cor. X, 14. nitur. Propterea apostolus [44]inclamat, Fugite [45]idololatriam! [46]Omnem utique [47]et totam. Recogita silvam[n] [48]et quantae latitant spinae.

27. sed et ipsius *Aφ.* sed ipsius *reliqui.* 28. gallinacium *BCD.* 29. defenderit *A.* 30. nec eodem habitu *om. Aφ.* 31. quod agitur *B (m. pr.) CD.* 32. Sed enim verbo *Aβ.* 33. Si quis autem *AEFGHR.* Si quis vero *C.* Si quis non *B (m. pr.) D.* Si quis modo *B. m. sec.* 34. idolothichum *C.* idolothicum *D.* 35. ne contigeris, multo magis cum *AR.* non contigeris, multo magis cum *BCEFGH.* non cum *D* > *verbis* contigeris, multo magis *omissis.* 36. cum habitu *BCDEFGH.* cum saltitaveris habitu *AR.* 37. habitu ritu *BC.* 38. idolytharum *B.* idolothicerum *C.* idolaticarum *D.* 39. contaminatur. Ita et corona idolothytum *om. BCD.* corona idolothytorum *EFGH.* 40. et hoc enim *D.* 41. idolo *AR.* idolis *reliqui.* 42. quoque eo *B. m. pr.* quoque enim *B. m. sec.* 43. amitti *D.* 44. clamat *Aφ.* inclamat *(Aβ)DEFGHR.* exclamat *BC.* 45. idolatriam *C.* 46. Omnem utique *AGHR. Gorziensis.* in omnem utique *reliqui.* 47. et totam. Recogita *AEFGHR.* et eo tam recogita *D.* et eo tam recognitam *B. m. pr. C.* et eo tam reconditam *B. m. sec.* 48. ecquantae *Rhenanus in marg. ed.* 1528.

i. quam Aesculapio Socrates] Cf. Apolog. cap. 46. De Anima cap. 1.

k. Arabiae aliquid incendo] Cum de se loquitur, etiam vocabulo thuris uti reformidat. Dixit autem *Arabiae aliquid incendo* hoc est, thuris aliquid vel odoris Arabici. Et libro Adv. Iudaeos *Arabiae spolia* [immo sic interpretatur cap. 9 illud: „Reges Arabum et Saba munera afferent illi.“] interpretatur aurum et odores. Vetus Auctor apud Festum [p. 28 Müller. V. Plaut. ap. Diomed. I, p. 378. Putsch.] *„Arabice olet* id est ex odoribus Arabicis.“ (Rig.) Cf. Tertull. Apolog. cap. 30 „Arabicae arboris lacrimas.“ cap. 42 „si Arabiae queruntur, sciant Sabaei pluris et carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari quam deis fumigandis.“ Arnobius Adv. Natt. VII, 27 „Nam si honorantur hoc numina nec indigne sustinent Panchaicas sibi ardere resinulas.“

l. Si quis] Hieron. „Si quis autem dixerit: hoc immolatum est idolis, nolite manducare.“

m. multo magis] sc. polluitur conditio vel creatura. Quae in Agob. extat scriptura *cum saltitaveris habitu,* a Rigaltio recepta prorsus absona est et nihili. Vocabuli *saltitaveris* enim originis vestigia apparent in proximis verbis *habitu et ritu.*

n. Recogita silvam] Cogita et recogita idololatriam silvam esse innumerasque labendi peccandique occasiones praebere. *Silva* pro vi, copia, materia non uno loco occurrit apud Tertullianum. Sic De Anima cap. 2 „Nec ignoro, *quanta sit silva materiae* istius apud philosophos pro numero etiam ipsorum commentatorum.“ Apolog. 4 „Totam illam veterem et *squallentem silvam legum* novis principalium rescriptorum et edictorum securibus truncatis et caeditis.“ De

Nihil [49]dandum idolo, [50]sic nec sumendum ab idolo. [51]Si in idolio° recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu videri? Quae II Cor. VI, 15.
communio [52]Christo [53]et Beliae? Et ideo fugite. Longum enim
divortium mandat ab [54]idololatria, [55]in nullo proxime agendum.
Draco etiam terrenus[p] de longinquo [56]homines spiritu [57]absorbet.
Altius [58]Iohannes, Filioli, [59]inquit, custodite vos ab idolis! non I Ioh. V, 21.
iam [60]ab idololatria [61]quasi officio, [62]sed ab idolis, id est ab ipsa
effigie eorum. Indignum enim, ut imago dei vivi imago idoli et
mortui [63]fias. [64]Usque adhuc proprietatem [65]istius habitus et ex
[66]originis censu[q] et ex superstitionis usu idolis [67]vindicamus, [68]ex
eo praeterea, quod dum in rebus [69]dei non refertur, magis [70]ma-
gisque illorum deputatur, in quorum et [71]antiquitatibus et [72]sollem-

49. dandum ab idolo *A.* claudum idolo *D.* 50. sic nec sumendum ab idolo *om. Aβ.* 51. Si in idolio *BCD.* 52. Christo *AR.* Christi *reliqui.* 53. et belue *B.* et belial *C., et B. in marg. ed.* et Heliae *D.* 54. idolatria *CD.* 55. ni in nullo *E.* qui in nullo *Rhenanus in marg. ed.* 1528. 56. homines spiritu *ABR.* hominis spiritus *CE.* hominis spes *D.* non minus spiritu *FGH.* 57. absorbet. Altius *ABCDER.* absorbet alites. *FGH.* absorbet. Aliter *Ios. Scaliger.* 58. Iohannes *Aβ.* 59. inquid *Aβ.* 60. *Verba* ab idololatria — — — — quorum exempla nobis obiectantur (*v. fin. cap.*) *repetita sunt in A. post vocem* coronae *initio capitis sequentis. In C. verba* non iam ab idololatria quasi officio, sed ab idolis *sunt omissa.* ab idolatria *A. priore, sed* ab idololatria *altero loco.* 61. quasi officio *A. priore, sed* quasi officia *altero loco.* quasi ab officio *reliqui.* 62. sed diabolis id est *Aφ. altero loco.* 63. fias *AR.* fiat *reliqui. Post* fias *A. pergit* tius habitus, *sed in repetitione plene legitur* Usque adhuc proprietatem istius habitus. 64. Utique adhuc *D (m. pr.).* 65. ipsius *BC.* 66. originis consuet ex *A. priore loco.* 67. vindicamus *A.* 68. et eo *D.* 69. dei non refertur *ABR.* dei nostri refertur *D.* dei nostri infertur *E.* dei nostri non refertur *reliqui.* 70. magisque imago illorum *R.* 71. antiquitatibus *A.* et antiquitatibus *reliqui.* 72. sollempnitatibus *Aβ.*

Praescript. Haeret. cap. 37 „Quo denique, Marcion, iure *silvam meam caedis.*“ De Pudic. cap. 16 „ut intellegas quanta securi censurae *omnem silvam libidinum caedat et eradicet* et excaudicet.“ Ad Natt. II, 9 „alia iam nobis ineunda est humani erroris latitudo, immo *silva caedenda,* quae undique conceptis superstitionum seminibus vitii pueritatem obumbravit.“

o. in idolio] Paul. I. ad Corinth. VIII, 10 „Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, *in idolio* recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma, aedificatur ad manducandum idolothyta?“ Gloss. MS. in cod. reg. 2062: „*Εἰδωλεῖον, ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων, εἰδώλιον δὲ, τὸ ὁμοίωμα.*“ Iso Magister in Gloss. ap. Du Cangium „*Idolium* est locus, in quo idolis immolabatur. *Idolothytum* sacrificium. *Idolum* res ipsa cui immolatur.“ Papias in Gloss. „*Idolium,* locus ubi idololatrae venerantur et colunt idolum.“ Cf. Augustin. De Morib. Manich. II, 14. Prudent. Apotheos. 186. et Psychom. 379. Plures auctores indicat Du Cangius s. v.

p. Draco etiam terrenus] Iunius atque Rigaltius, hic de Satana, ille de Apocalypseos (cap. 13.) bestia interpretantur. Sed recte iam Rhenanus aliique ad basilisci fabulam hunc locum retulerunt. Isidor. Origg. XII, 4, 6 „Basiliscus Graece Latine interpretatur regulus, eo quod sit rex serpentium, adeo ut eum videntes fugiant, *quia olfactu suo eos necat.* Nam et hominem, si vel aspiciat, interimit. Siquidem ab eius aspectu nulla avis volans illaesa transit, sed, quamvis sit procul, eius ore combusta devoratur.“ Horus Apoll. II, 57 „*ἐκεῖνος γὰρ* (sc. *βασιλίσκος*) *τοὺς πλησιάζοντας τῷ ἑαυτοῦ φυσήματι φονεύει.*“

q. ex originis censu] Vertas „aus der geschichte ihres ursprungs.“

nitatibus [73]et officiis convenitur. [74]Ipsae denique[r] fores, [75]et ipsae [76]hostiae et arae, ipsi [77]ministri ac sacerdotes eorum [78]coronantur[s]. [79]Habes omnium [80]collegiorum sacerdotalium coronas [81]apud Claudium. Sed et illam [82]interstruximus distinctionem [83]differentium rationalium [84]et irrationalium eis occurrentem, qui communionem in omnibus de [85]quorundam exemplorum [86]occasione defendunt. Ad hanc itaque partem causas iam ipsas coronarias[t] inspici superest, ut, [87]dum ostendimus extraneas, immo et contrarias disciplinae, nullam earum [88]rationis patrocinio [89]fultam probemus, [90]quod posset[u] habitus [91]huiusmodi quoque communioni vindicari, [92]sicut et quidam[v], quorum exempla nobis obiectantur.

Cap. XI. Etenim, ut ipsam causam coronae militaris aggrediar, puto [1]prius conquirendum, an in totum[a] Christianis militia conveniat. Quale [2]est alioquin [3]de accidentibus [4]retractare, [5]cum a praeceden-

73. et officiis *AEFGHR.* officiis *BCD.* 74. ipse denique furis *A. priore loco.* ipse denique fortes *BCD.* 75. et ipsae *A. priore* et ipse *altero loco.* et ipsae *R. In reliquis* ipsae. 76. hotiae *A. priore loco.* 77. ministri ac sacerdotes *A.* ministri et sacerdotes *reliqui.* 78. coronantur. eorum *CD.* 79. et habes omnium *BCD.* 80. conlegiorum *Aβ. priore* colligi.... *contra altero loco.* 81. aput *Aβ.* 82. instruximus *FG.* 83. differentium *A. altero loco.* differentiae *A. priore loco, et reliqui.* et differentiam *Hildebrandus.* 84. et irrationalium *om. A. utroque loco.* 85. corundam *A.* 86. occansione *A. utroque loco.* 87. cum ostendimus *A. in altero loco.* 88. rationi es patrocinio *A. priore loco.* 89. fultura probemus *D.* 90. quod posset *BCDEFGH. et A. utroque loco.* quo possit *R. Ursinus.* quo posset *Iunius.* 91. huiusmodi quoque *A. utroque loco.* eiusmodi quoque *BCDEFGH.* huiusmodi, usus quoque *R. Ursinus.* 92. sicut et quidam *A. utroque loco et BDEFGH.* sicut et quidem *C.* etsi sunt quidam *R. Ursinus.*

Cap. XI. 1. prius cum quirendum *BC.* prius inquirendum *B. m. sec.* 2. est alioquin *om. A.* 3. de accedentibus *Iunius.* 4. retrae cum *A.* 5. cum praecedentibus *EFG.*

r. denique] h. e. ut uno exemplo fungar, ut pauca afferam. De qua particulae *denique* usu multi annotaverunt.

s. coronantur.] De coronatione forum cf. Apolog. cap. 35., de hostiarum interprr. ad Eurip. Iphig. in Aul. 1455. 1488. Act. Apost. cap. 14., de arae interprr. ad Ovid. Trist. III, 14, 15. V, 5, 9. et ad Vergil. Eclog. VIII, 64. In universum v. interprr. ad Iuven. Sat. XII, 89. Vergil. Aen. II, 249. et IV, 459., ad Ovid. Fast. V, 335. Lactant. Instit. II, 1. Arnob. adv. Natt. VII, 32. Ouzel. ad Minuc. Fel. Octav. p. 15. De ministris et sacerdotibus coronatis adeas Plin. H. N. XVI, 4. Tertull. De Spectac. cap. 20. Cf. Macrob. Saturn. III, 16.

t. causas iam ipsas coronarias] Coronarias appellat causas quibus factum ut coronae gestentur.

u. quod posset] h. e. cur posset. Non opus est igitur Iunii emendatione *quo posset,* vel *quo possit,* quod Ursinus proposuit, Rigaltius in textum recepit.

v. sicut et quidam] sc. aliarum rerum habitus admittuntur.

Cap. XI. a. in totum] Familiaris Tertulliano haec est locutio. Ad Natt. „nos vero *in totum* aversamur." De Exhort. Cast. cap. 1 „non nosse *in totum.*" De Monogam. cap. 5 „innuptus *in totum.*" Ibid. cap. 7 „quam non *in totum* impugnat." Ibid. cap. 15 „qui *in totum* nubere prohibebant." De Pudic. cap. 3 „iam nec *in totum* agenda tibi est." De Ieiun. adv. Psych. cap. 14 „aut si omnem *in totum* devotionem temporum et dierum et mensium et annorum erasit apostolus." Adv. Marcion. V, 6 „*In totum* enim praescriptum a nobis erit." Ibid. IV, 12 „*In totum* autem errabant Pharisaei." De Testim. Animae cap. 4 „immo cur *in totum* times mortem?"

tibus culpa sit? [6]Credimusne humanum sacramentum divino superduci[b] licere, et in alium [7]dominum respondere[c] post Christum, et eierare [8]patrem et matrem[d] et omnem proximum, [9]quos et lex honorari et post deum diligi [10]praecepit[e], [11]quos et evangelium, [12]solo Christo [13]pluris non faciens[f], [14]sic quoque honoravit[g]? Licebit in gladio conversari, domino [15]pronuntiante gladio periturum[h] qui gladio fuerit usus? [16]Et proelio operabitur filius pacis, cui nec litigare conveniet? Et vincula et carcerem et tormenta [17]et supplicia [18]administrabit, nec suarum ultor iniuriarum? [19]Iam et stationes[i] [20]aut aliis magis [21]faciet quam Christo, aut et dominico die, quando nec Christo? Et [22]excubabit pro templis, quibus [23]renuntiavit? Et [24]coenabit illic, ubi apostolo non placet[k]? Et quos interdiu exorcismis [25]fugavit, noctibus [26]defensabit, incumbens et requiescens [27]super pilum[l], quo perfossum [28]latus est Christi? Ve-

6. Credimus nec *Aβ*. 7. dño respondere *Aβ*. 8. patrem et *ABC*. patrem ac *reliqui*. 9. quos lex *A*. 10. praecepit *ABCDEFGH*. praecipit *R*. 11. quos et *AR*. Hos et *EFGH*. Nos et *BCD*. 12. solo Christo *EFGHR*. solo Xp̃m pluris *A*. christo solo *BCD*. 13. pluris non faciens *AE*(1528)*FGHR*. plure non faciens *E*. (*in marg. emendat Rhenanus* pluris). pluere (plũe *BC*.) non faciens *BCD*. 14. sic quorum honoravit *BC*. sic quoque inhonorabit *Ursinus*. 15. ...nunciante qui gladio *A*. 16. et praelio operabit *BCD*. 17. et supplicia *AR*. ac supplicia *Ursinus*. supplicia *reliqui*. 18. administravit *CD*. 19. Iam et stationes (stationis *CD*.) *BCDEFGH*. Iam stationes *AR*. 20. aut aliis *AR*. aut alii *DEFGH*. ut alii *BC*. 21. faciat *BC*. 22. excusabit *B*(*m. pr.*)*CDE*. 23. renunciavit *Aβ*. 24. cenavit *CD*. 25. fugabit *B*. 26. defensavit *D*. 27. super pilum quo *AR*. super lumbos (limbos *B*?) quo *BCDE*. super lancea qua *B. m. sec. in marg.* super luncho quo *FGH*. super lonche qua *Iunius*. 28. latus est *A*. est latus *reliqui*.

b. superduci] h. e. superinduci, superiaci, insuper addi. Ad Natt. I, 11 „Nec tantum in hoc nomine rei (sc. dicimur) desertae communis religionis, sed *superductae* monstruosae superstitionis."

c. respondere] h. e. sponsionem facere, sponsione se obligare. Apolog. cap. 9 „Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perseverabat, *quos quidem ipsi parentes sui offerebant et libentes respondebant.*" Ambros. de Abrahamo diss. 2 „Bona mens quae sine *responsi* caelestis syngrapha certamen arripuit." Papinian. Dig. L, 1, 17 „Fideiussores, qui salvam rempublicam fore *responderunt.*" Cf. adnot. ad De Resurr. Carnis cap. 48. et Ad Mart. cap. 3.

d. et eierare patrem et matrem] Cum novum iuramentum praestas, prius obliteras. Sacramenti principali domui praestandi insigne exemplum habes apud Sueton. Calig. cap. 14 „De sororibus auctor fuit, ut omnibus sacramentis adiceretur: Neque me liberosque meos cariores habebo, quam Caium et sorores eius." Cf. Arrhian. I, 14 „*τῷ θεῷ ἔδει καὶ ἡμᾶς ὀμνύειν ὅρκον οἷον στρατιῶται τῷ Καίσαρι· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν μισθοφορίαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν.*"

e. praecepit] Exod. XX, 12. Levit. V, 16.

f. solo Christo pluris non faciens] Matth. X, 37.

g. sic quoque honoravit?] Hoc est, evangelium non minus parentes et omnem proximum honorari praecepit, quam lege Mosaica praescriptum fuerat. Etenim lex eos proxime post deum, evangelium proxime post Christum honorare praecepit. (Rigalt.)

h. gladio periturum] Matth. XXVI, 52.

i. stationes] De stationibus vide quae adnotavero ad librum De Oratione cap. 14.

k. ubi apostolo non placet?] Paul. I. ad Corinth. VIII, 10.

l. super pilum] Vocabulum *pilum* solus Agobardinus integrum adservavit, nec quid aliud umquam posuit Tertullianus. Nam cum corrupti libri praebeant *lum-*

xillum quoque [29]portabit aemulum Christi? Et signum[m] [30]postulabit a principe, qui iam a deo accepit? [31]Mortuus etiam [32]tuba inquietabitur aeneatoris[n], [33]qui excitari a tuba angeli expectat? Et cremabitur ex disciplina castrensi Christianus, cui cremare non licuit[o], cui Christus merita ignis indulsit? Quanta [34]alia inde delicta circumspici possunt castrensium munium transgressioni interpretanda[p]! Ipsum de castris lucis in castra tenebrarum nomen [35]deferre [36]transgressionis est. Plane, si quos militia praeventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum, quos [37]Iohannes admittebat ad lavacrum, ut centurionum fidelissimorum, quem Christus probat et quem Petrus [38]catechizat, dum tamen suscepta fide atque [39]signata aut deserendum[q] statim sit, [40]ut a multis actum, aut omnibus modis cavillandum, ne quid adversus deum committatur, quae nec [41]extra militiam permittuntur[r], aut novissime[s] [42]perpetiendum pro

29. portavit *CD.* 30. postulavit *CD.* 31. mortuis etiam *D.* 32. tubae *C.* 33. qui a mortuis excitari tuba *B. m. sec.* 34. alia inde delicta *ego.* alia in delicta *BCD.* alibi imitata *Aφ.* alia in delictis *(Aβ)EFGHR.* 35. deferri *B.* deferret *CD.* 36. transgressionis est *A.* transgressio est *reliqui.* 37. Iohannes *A.* 38. catechizat *Aβ.* catezizat *C.* 39. signata deserendum *C.* 40. ut a multis *AR.* ut multis *reliqui.* 41. extra militiam *A.* ex militia *reliqui.* 42. perpaetiendum *Aβ.*

bos vel *luncho,* facili opera apparet syllabam *pi* esse absorptam praegresso vocabulo *per,* et syllaba *bos* vel *cho* repetita ex sequenti *quo* inde coaluisse monstrum vocabuli. De re cf. Liv. XLIV, 33 „Scuto prae se brecto stare galeatos, deinde ubi fessi sint, *innixos pilo* capite super marginem scuti posito sopitos stare." cap. 36 „et quidam incumbentes scutis *nixique pilis* stabant." Philostrat. Icon. II, 3. de militibus *„στηρίζοντας ἐπὶ τῶν αἰχμῶν."* Cf. Lips. de Milit. Rom. V, Dial. 9. tom. III, p. 309. ed. Vesal.

m. signum] Tesseram, *σύνθημα.* Cf. Lips. De Milit. Rom. V, Dial. 9, tom. III, p. 294 sq.

n. tuba inquietabitur aeneatoris] Fuit mos castrensis cadavera efferri ad cantum tubicinis, quem hic vocat aeneatorem. Attribuitur mortuo nihil sentienti quod tribuendum funeri comitantibusque funus et exsequias: Tuum, o mortue, funus inquietabitur humana tuba, qui expectas angelicam? (La Cerda). De tubae in funeribus usu adeas Heindorf. ad Horat. Sat. I, 6, 43. Cf. interprr. ad Gell. N. A. XX, 2. Ovid. Am. II, 6, 6. De *aeneatoribus* cf. interprr. ad Fest. s. v. et ad Amm. Marcell. XXIV, 4 „Collegium aeneatorum" memoratur in inscript. apud Orell. 4059., Grut. 264, 1.

o. cui cremare non licuit] sc. thura idolo.

p. transgressioni interpretanda!] h. e. quae transgressioni adiudicari, pro transgressione iudicari debent. De Virg. Veland. cap. 15 „Hoc nos interdum *diabolo interpretamur.*"

q. deserendum] h. e. deserenda fide modo suscepta atque signata.

r. quae nec extra militiam permittuntur] Quod in exemplari [Agobardino] legitur *„extra militiam",* minus esse videtur ad mentem Tertulliani. Nam hoc sibi vult: Christiano, quem fides in militia deprehendit, aut statim suscepta fide deserendam esse militiam, quod ex militia, id est per militiae leges non licet, aut modis omnibus cavendum, ne quid adversus Christianam fidem committat, quod idem ex militiae Romanae legibus vix liceat, aut extrema quaeque perpetienda pro deo, quod omnis Christianus Christo fide dicta condixit." Haec Rigaltius, quem falli pro certo est. Agobardini enim libri scriptura *„extra militiam"* unice vera. Dicit enim Tertullianus, cum nec extra militiam, hoc est in rebus privatis, permittatur fidem semel susceptam deserere, aut cavillari eam et eludere, ne alterum et prius laedas, quod illi repugnat, officium, sic multo minus hoc in militia per leges eius permitti.

s. novissime] h. e. denique. Cf. Ruhn-

deo, quod aeque fides pagana condixit[t]. Nec enim delictorum impunitatem aut martyriorum immunitatem militia [43]promittit. [44]Nusquam [45]Christianus aliud est. Unum evangelium [46]et idem Iesus, negaturus omnem negatorem et [47]confessurus omnem [48]confessorem dei, et salvam facturus animam pro nomine eius [49]amissam, [50]perditurus autem de contrario adversus nomen eius [51]lucri habitam. Apud hunc tam miles est [52]paganus fidelis, [53]quam paganus est [54]miles fidelis[u]. [55]Non admittit [56]status fidei necessitates. Nulla est necessitas [57]delinquendi, [58]quibus una est necessitas non delinquendi. Nam et ad sacrificandum [59]et directo negandum necessitate quis premitur[v] tormentorum sive poenarum, tamen nec illi [60]necessitati disciplina [61]conivet[w], [62]quia potior est necessitas timendae [63]negationis et obeundi martyrii quam evadendae passionis et implendi officii[x]. Ceterum subvertit totam substantiam sacramenti causatio [64]eiusmodi, ut etiam voluntariis delictis fibulam laxet[y].

43. promittit *A.* promittet *reliqui.* 44. promittet usquam *B. m. sec.* 45. Christianos *CD. et Bφ. m. pr.* Christianis *B.* 46. et idem ibs negaturus *Aφ.* 47. confessurus omnem *om. BCDE.* 48. confessorem et salvam *Aβ.* confessorem dei, et salvam *(Aφ)FGHR.* confessorem et dei salvam *BCDE.* 49. admissam *BCD.* 50. perditurus aut de contrario *C.* producturus autem de contrario *D.* 51. luchri *Aβ.* 52. paganis fidelis *D.* 53. quam pagus est *C.* quam paganis est *D.* quem paganus est *C.* 54. miles infidelis *(Aβ?)FGHR.* miles fidelis *(Aφ.) reliqui.* 55. Nunc admittit *B(m. pr.) CD.* 56. status fidec in necessitates *Aφ.* status fide in necessitates *Aβ.* status fidei necessitates *R.* status fidei allegationem necessitatis *reliqui.* status fidei causam necessitatis *Hildebrandus.* 57. deliquendi *Aφ.* 58. quibus una est necessitas non delinquendi *om. A.* 59. et directio *BD.* 60. necessitate *BCD.* 61. conivet *A.* conibet *BCDE. tres Vaticani.* succumbet *B. m. sec.* connivet *reliqui.* 62. quod potior *BC.* 63. negotiationis *B. m. pr.* 64. eiusmodi etiam *A.*

ken. et Frotscher. ad Rutil. Lup. I, 8 p. 104. ed. Frotsch. Wopkens Lectt. Tull. p. 46.

t. quod aeque fides pagana condixit.] Mortem scilicet. Nam hoc Christianus paganus id est non miles neque Christo condixit ac miles. Hanc interpretationem suggerunt sequentia. (Rigalt.) De hac voc. *paganus* significatione adeundi sunt interpretes ad Iuven. Sat. XVI, 33. Suet. Galb. cap. 19. Tacit. Hist. III, 24. De verbo *condicere* v. quae adnotata sunt ad Scorpiac. cap. 14.

u. quam paganus est miles fidelis.] Verto „Bei diesem ist eben so sehr soldat der treue nichtsoldat als nichtsoldat der treue soldat." Nihil discriminis apud deum est inter paganum et militem, modo uterque fuerit fidelis.

v. quis premitur] De ellipsi condicionalis particulae *si* non pauca possent exempla ex Tertulliani scriptis proferri, si res tanti esset. Ex Arnobio exempla congessit Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. II, 25. p. 162. Plura de hac ellipsi doceri desiderantes adeant Bentl. ad Horat. Sat. I, 45. Beier. ad Cic. De Off. III, 19, 75. Beier. ad Cic. Tuscul. II, 12, 28. Drakenb. ad Liv. XXI, 10, 6. Mai ad Front. Ep. ad Verum I, p. 182. Gronov. Observv. IV, 20.

w. conivet] De scribendi ratione deque usu et significatione huius verbi multus est Hildebrand. ad Apul. Metam. IV, 23. p. 273. et ad Arnob. Adv. Natt. III, 4. p. 254.

x. implendi officii.] Quod diis suis praestandum ethnici postulant.

y. fibulam laxet.] De Pudicitia cap. 16 „Huius boni *fibulam* quis nesciat illum invitum *relaxasse,* ut fornicationi obviam isset?" Cf. Senec. apud Lactant. I, 16 „Quid ergo est, quare apud poëtas sa-

Nam et [65]voluntas [66]poterit necessitas contendi, [67]habens scilicet unde cogatur. Vel [68]ipsam praestruxerim[z] [69]et ad ceteras officialium coronarum[a] [70]causas, quibus familiarissima [71]ista ducatio[b] necessitatis, cum [72]idcirco[c] aut officia [73]fugienda sunt, [74]ne delictis [75]incidamus, [76]aut martyria toleranda sunt, ut officia rumpamus. De prima specie quaestionis, etiam militiae ipsius [77]inlicitae[d], plura non [78]faciam, ut secunda reddatur[e]. [79]Nae, si [80]omni ope expulero militiam, frustra iam de corona militari provocarim[f]. Puta denique licere militiam usque ad causam coronae.

Cap. XII. Sed et de corona[a] prius [1]dicam. Laurea ista Apollini vel Libero [2]sacra est, [3]illi ut deo [4]telorum, [5]huic ut deo [6]triumphorum. Sic docet Claudius, [7]cum et myrto ait milites [8]redimiri solere[b].

65. voluptas *BCE.* 66. poterat *(B?)E.* 67. habes scilicet *BCDE.* 68. ipsam *AR.* ipse haec *BDEFGH.* ipse huc *C.* 69. et ad ceteras *AR. Rhenanus in marg. ed.* 1528. et ceteras *reliqui.* 70. causas, quibus familiarissima ista ducatio necessitatis cum *om. A.* 71. ista ducatio *EFGH.* ista ducatio est *B. m. sec. in marg.* ista ducatione *BCD.* est advocatio *R. Latinius.* 72. Iccirco *Aφ.* 73. fugienda sunt *A.* fugienda sint *reliqui.* 74. ne delictis *A.* ne in delictis *reliqui.* ut in delictis incedamus *Iunius.* 75. indicamus *Aβ.* 76. aut martyria *A.* aut et martyria *reliqui.* 77. inlicitae *Aβ.* 78. faciam, ut secunda *R. Ursinus.* faciunt, ut secunda *ABCDEFGH.* 79. Nae, si *ego.* ne, si *AR.* Nisi *DEFGH.* nec *BC.* 80. omne *C.*

Cap. XII. 1. dicam[3] (*h. e.* dicamus) *Aφ.* 2. sacra *AR.* sacrata *reliqui.* 3. illut deo *Aφ.* Illud deo *B (m. pr.) CD.* 4. celorum *B (m. pr.) CD.* 5. huic video *B (m. pr.) CD.* 6. triumpharum *Aφ.* 7. cum (quum *Aφ.*) et murto *A.* cum et myrto *R.* quamquam ex myrto (mirto *D.*) *reliqui.* Quamquam et myrto *Iunius.* 8. redi solere *A.*

lacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? Utrum sexagenarius factus est, et illi Lex Papia *fibulam imposuit?*" Infibulandi usus notus ex Martiale et Iuvenale.

z. Vel ipsam praestruxerim] Dicit praestruxisse se et praeoccupavisse necessitatis allegationem non solum ad exterminandam lauream coronam, sed etiam ad ceteras.

a. officialium coronarum] Quas necessitate officii gestabant ii qui certis officiis honoribusque fungebantur. Nam et Christiani ad officia interdum adhibebantur ignoti. (Iunius.)

b. ista ducatio] Non opus est rescribere *ista advocatio* quamvis facillima correctio foret. *Ducatio* est idem quod ducatus, quo verbo alias uti solet Tertullianus, non aliter atque Apolog. cap. 7., Ad Natt. I, 7., Adv. Psych. cap. 17., De Virg. Vel. cap. 8., De Anima cap. 25. posuit *ambitio* eodem sensu, quo aliis in locis utitur vocabulo *ambitus. Ducator* pro duce dixit Adv. Iudaeos cap. 13.

c. cum idcirco] sc. propter vanitatem eiusmodi necessitatis officiique allegationis et obtentus.

d. etiam militiae ipsius inlicitae] h. e. quod etiam ipsa per se sit inlicita militia.

e. plura non faciam, ut secunda reddatur.] Ita scripsi cum Rigaltio ex emendatione Ursini pro corrupta librorum scriptura *plura non faciunt, ut secunda reddatur.* In promptu erat et altera emendatio *plura non faciunt. Secunda reddatur.*, ut *facere* hic sit pro efficax esse. Res eodem redit. In eis quae sequuntur reposui *Nae* pro vulgata *ne.*

f. provocarim.] sc. adversarios. Dicit, si pluribus voluerit argumentis expellere et evertere militiam, forte factum iri, ut de ipsa corona, quae pars illius militiae, iam contendere non opus sit.

Cap. XII. a. Sed et de corona] De ipsa corona, non de causa eius.

b. myrto ait milites redimiri solere] Plin. H. N. XV, 29, 38. Valer. Max. III, 6. n. 5.

Veneris enim [9]myrtus[c], matris [10]Aeneadarum[d], etiam amiculae [11]Martis, per Iliam [12]et Romulos[e] Romani. [13]Sed ego Venerem non credo ex hac parte [14]cum Marte Romanam, [15]qua pellicis dolor est[f]. [16]Cum et olea [17]militia coronatur[g], [18]ad Minervam est idololatria, armorum aeque deam, [19]sed et paci cum Neptuno [20]initae[h] ex hac arbore [21]coronatam. In his erit serti militaris superstitio [22]ubique polluta[i] et [23]polluens [24]omnia. Quae iam polluatur [25]et causis[k]. Ecce [26]annua votorum nuncupatio[l] quid videtur? Prima in princi-

9. myrthus *Aβ*. myrtus *AφBCDE*. myrtum *FGHR*. 10. Aeneadarum etiam amiculae *AR*. Aeneae ad aurum etiam amiculae *DE*. aenee ad aurum etiam avunculę *BC*. Aeneae, non laurum, etiam amiculae *reliqui*. Aeneae, ac laurum etiam, amiculae *Iunius*. 11. Martis per Iliam *AEFGHR*. matris (marcus *D*.) in illam *BCD*. 12. et Romulos Romani *FGHR*. et Romulus et Romani *A*. et romulus romam *BCDE*. 13. Sed ego *AFGHR*. Sed et ego *reliqui*. 14. cum marte romana *DE*. 15. quę pelicis ..... dolor *Aβ*. pelicis *scriptum est etiam in C*. 16. Cum et olea *ABER*. Cum et olei *CD*. Quin et olea *FGH*. 17. militia coronatur *ABCDER*. militiam coronari *FGH*. 18. ad Minervam est idololatria armorum aeque deam *AR*. a Minerva est idololatria (idolaria *C*. idolatria *D*.) marmoreaque dea *BCDE*. a Minerva, non solum artium, sed armorum quoque dea *FGH*. 19. Sed et paci *AER*. Sed et pauci *D*. Sed et pati *BC*. Sed et patruo *B. m. sec. in marg.* et pacem *FGH*. et pace *Iunius*. 20. initae *AR*. incite *BCD*. incitante *B. m. sec.* ineite *E*. inisse *FGH*. inita *Iunius*. 21. incoronatam *D*. 22. ubique *om. R*. 23. polluata et *A*. pollutata *Hildebrandus*. 24. omnia. Quae iam polluatur *La Cerda*. omnia quae iam polluantur (*Aφ*)*BCDEFGH*. omnia quae iam polluentur (*Aβ*.) omniaque iam polluentur *R*. 25. et causis *om. A*. ex causis *B. m. sec.* 26. anima votorum *BCD*.

c. Veneris enim myrtus] Pausan. VI, 24, 7. Vergil. Ecl. VII, 12. Plin. H. N. XV, 29, 36.

d. Aeneadarum] Cf. Apolog. cap. 9. Ad Natt. II, 17.

e. Romulos] Sic appellat Romulum et Remum fratres, haud aliter quam Castor et Pollux Castores vulgo sunt dicti.

f. qua pellicis dolor est.] Martem, inquit, Romanum crediderim ex ea parte, qua Romulos ex Ilia suscepit. At Venerem ex ea parte, qua Iliam sibi pellicem sensit et indoluit, Romanam esse non arbitror. (Rigalt.)

g. et olea militia coronatur] Oleaginea serta gestabant ministri triumphantium. V. Gell. N. A. V, 6. Fest. p. 192. „*Oleagineis coronis* utebantur ministri triumphantium, quod Minerva dea belli esse putabatur.“ Cf. Verg. Georg. III, 21.

h. sed et paci cum Neptuno initae] h. e. in (vel propter) pacem quam cum Neptuno inierat. Sic nos dicimus „*für* ein fest schmücken“ „sich *zur* feier kraenzen,“ et quae sunt similia. Tacit. Germ. cap. 33 „*oblectationi oculisque* (sc. Romanorum) ceciderunt.“ Id. Ann. XIII, 40 „*viae* pariter et *pugnae* composuerat exercitum.“ Id. Ann. II, 7 „*honori* patris princeps ipse cum legionibus decucurrit.“ De re cf. Pausan. II, 30, 6. Diodor. Sic. V, 73. Apollod. III, 13. Serv. ad Vergil. Georg. I, 12. et ad Aen. VIII, 128. Plin. H. N. XVI, 44. Pacis notam fuisse oleam vulgo constat. V. Petron. Sat. cap. 108. Stat. Theb. XII, 492., interpretes ad Vergil. l. l. et ad Aen. XI, 306.

i. serti militaris superstitio ubique polluta] Quomodo enim congruunt sibi militarem coronam necti ex lauro, quae arbor Apollini vel Libero sacra, et necti etiam ex myrto quae Veneri, Martis amiculae, sacra, et necti, quod tertium, etiam ex olea Minervae sacrata, quae cum aeque armorum dea dicatur indeque pro belli nota illa arbore usa videatur, tamen pro pacis est usa cum Neptuno initae?

k. Quae iam polluatur et causis.] Ita correxit locum La Cerda, cuius iudicium esse probandum loci ratio evincit. Hoc enim dicit Tertullianus, postquam ostendisset coronae militaris usum atque superstitionem pollutam atque expugnatam esse dissona et de materia et de inventoribus illius, se iam esse eam sui quoque ipsius causis expugnaturum.

l. annua votorum nuncupatio] Fiebat haec III. Non. Ianuarias pro incolumi-

piis, secunda in [27]Capitoliis. Accipe post loca et verba: [28]Tunc tibi, Iuppiter, [29]bovem cornibus auro [30]decoratis [31]vovemus [32]esse futurum[m]. Cuius sententiae [33]vox est? [34]Utique negationis. Etiamsi tacet [35]illic Christianus ore, coronatus capite [36]respondit. Eadem laurea [37]in donativi dispensatione [38]denuntiatur[n]. [39]Plane non gratuita [40]idololatria, aliquibus aureis venditans [41]Christum, ut ar-
Matth.VI,24. genteis Iudas. Hoc erit, Non potestis deo servire et mammonae,
Matth. XXII,21. mammonae manum tradere [42]et deo absistere? [43]Hoc erit, Reddite[o] quae sunt Caesaris Caesari et quae dei deo, [44]nec hominem deo reddere et denarium Caesari auferre? Triumphi laurea foliis [45]struitur, [46]an cadaveribus? [47]lemniscis[p] [48]ornatur, an bustis? unguentis [49]delibuitur[q], an [50]lacrimis coniugum et matrum? fortasse quo-

27. Capitolio *Gruterus, Ursinus.* 28. Tunc tibi *(Aβ)DR.* Tunc ter *BC.* Hunc tibi *(Aφ)EFGH.* Nunc tibi *Ursinus.* 29. bove *R. Ursinus.* 30. decoronatis *Aφ.* 31. vovimus *(Aβ)R. Ursinus.* 32. esse facturum *B. m. sec. in marg., Theod. Canterus, Lipsius (ad Tac. Ann. XVI. Exc. A. p.* 541.), *Heraldus (ad Martial. Epigr. VIII,* 4.), *Iunius.* 33. est vox *C.* 34. ructique *B(m.pr.) C.* 35. illi *BCDE.* 36. respondens serio laurea *Aφ.* 37. in donatis dispensationem *A.* in donativi dispensatione *reliqui omnes.* in donativi dispensationem *Hildebrandus.* 38. denuntiantur *BφCD.* 39. Plane non gratuita *FGHR.* Plane non gratia *BCDE.* plane gratuita *A., prob. Hildebrando.* 40. idolata *CD.* 41. Christum *om. A.* 42. et deo *A.* et ab eo *BCDE.* et a deo *FGHR.* 43. Hoc erit *AR. Ursinus.* hoc est *EFGH.* vocem *BCD.* domini vox est *B. m. sec. in marg.* 44. hec hominem *B(m.pr.) CD.* 45. struitur *AEFGHR. Salmasius.* instruitur *BCD. tres Vaticani. Iunius.* 46. an cadaveribus (cadeveribus *Aφ.*) *AR.* hanc adverbis *BCDEFG.* hinc adverbis *H.* haec aureis *B. m. sec. in marg.* hinc inde adverbis *marg. F. G.* hinc adversis *Iunius.* adornatus *Ursinus.* aureis *Salmasius.* 47. lemniscis *BCEFGH. Salmasius, Ursinus. Iunius.* leviniscis *D.* lemnis *A.* lamnis *R.* 48. ornatur an bustis *R.* ornatus an bustis *A.* inornatura ambustis *BCE.* inornata ira ambustis *D.* inornata lemniscis *B. m. sec. in marg.* inoratur lamnulis *F.* ambitur lamnulis *marg. FG.* inauratur lamnulis *GH.* inornatur ac mustis *Salmasius,* hinc auratur lamnulis *Iunius.* 49. delibuitur *Aφ. Salmasius.* delibitur *B. m. sec. et C.* 50. lachrimis *Aβ.*

tate imperatorum. V. Lips. ad Tacit. Ann. XVI, Exc. A. p. 541. et interpretes ad Sueton. Tiber. cap. 54. et Neron. cap. 46. Plin. Epp. X, 44. Cf. F. H. Norris. Dissert. De Votis Decenn. in Sallengre Nov. Thes. Antiqu. Rom. tom. I, c. 461 sq.

m. vovemus esse futurum.] In fragmentis vet. lapidis extat formula concepta his verbis: QVOD. SI. FACSIS. TVNC. TIBI. IN. EADEM. VERBA. NOMINE. FRATRVM. ARVALIVM. BOVE. AVRATO. VOVIMVS. ESSE. FVTVRVM. (Fulv. Ursinus.) Cf. praeterea de ista formula Norris. et Lips. l. l.

n. in donativi dispensatione denuntiatur.] Cf. supra cap. 1. Denuntiatur est militibus gestanda indicitur.

o. Hoc erit Reddite] Verte „Wird dies sein 'Gebt dem kaiser was dem kaiser ist' den menschen gott nicht geben und dem kaiser das geld nehmen?" Ait igitur Christianum, cum sit et miles et laureatus, non reddere hominem deo, quia cum ornatu incedat idolis dicato, et denarium auferre Caesari, quia referat a Caesare donativum. Itaque non reddere quae sunt dei deo, neque etiam quae sunt Caesaris Caesari, significat militiae proeliorumque negotia non convenire Christiano. Proelia relinquenda Caesari, coronam saeculo et Satanae, hominem ipsum, imaginem dei, reddendum deo, sed purum, sed liberum, nullius servum, nullius militem, praeter dei. (Rigalt.)

p. lemniscis] V. Fest. s. v., Plin. H. N. XVI, 14, 25. XXI, 3. 4. et interprr. ad Liv. XXXIII, 33. Suet. Ner. cap. 25. Cic. pro Rosc. Am. cap. 35. Cf. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 103. qui hunc pertractat.

q. unguentis delibuitur] De hoc more cf. Plutarch. Sympos. Qu. I. et Demo-

rundam et Christianorum; et apud barbaros [51]enim Christus. Qui hanc portaverit in capite causam[r] nonne et [52]ipsi pugnavit? Est et alia militia regiarum familiarum[s]. Nam et castrenses appellantur, munificae[t] et ipsae [53]sollemnium [54]Caesarianorum. Sed [55]et tum[u] proinde miles ac servus alterius [56]es, et si duorum, dei et Caesaris, [57]certe tunc non Caesaris, [58]cum te deo debes, etiam in communibus[v], credo, potiori.

Coronant et [1]publicos ordines laureis publicae causae[a], [2]ma- Cap. XIII. gistratus vero insuper aureis, ut Athenis, ut Romae. [3]Superferuntur [4]etiam illis [5]Hetruscae[b]. Hoc vocabulum est coronarum [6]quas gemmis et foliis ex auro [7]quercinis [8]ab Iove [9]insignes ad deducendas [10]tensas cum [11]palmatis togis sumunt. Sunt et [12]provincia-

51. enim Christus. Qui *AFGHR.* Christus enim, qui *reliqui.* 52. ipsi pugnavit *ego.* ipse oppugnavit *R. Ursinus.* ipse pugnavit *reliqui.* 53. sollempnium *Aβ.* solempnium *D.* solemnos *Bφ. m. sec.* 54. Caesarianorum (*Aβ*)*R. Iunius.* Caesareanorum *reliqui.* 55. et tum *ego.* et tu *libri mei omnes praeter A. qui om.* 56. es *om. A.* 57. certe tunc non Caesaris *om. A.* 58. cum deo *B.*

Cap. XIII. 1. publicos ordines laureis *om. A.* 2. magistra vero *BCD. Verba* ut Athenis, ut Romae *om. R.* et Athenis *C.* 3. superferuntur *ABCDER.* praeferuntur *reliqui.* 4. enim illis *AβBE.* 5. et Ruscae *E.* 6. quod gemmis *BC.* 7. quercinis *CDEFGHR.* quecernis *A.* querci *B. sed sec. m. superscr.* querceis. 8. ab Iove *A.* a Iove *D.* obionem *BC.* ob Iovem *B. m. sec. et reliqui.* 9. insignis *CDE.* insigneis *FR.* 10. tensas *ABEF.* thensas *reliqui.* 11. palmitis *BCD.* 12. pronũptiales *B. m. pr.* pronuntiales *C.*

damas ap. Athen. Deipnos. XV, p. 682. F. Ioseph. Lanzonus De Coronis et Unguentis Diss. in Sallengre Thes. Nov. Ant. Rom. tom. III, p. 706. Schmidt ad Horat. Epp. I, 5, 14.

r. portaverit in capite causam] Scilicet non lauri folia sed cadavera, non lemniscos sed busta, non unguenta sed lacrimas coniugum et matrum.

s. regiarum familiarum.] Significat militiae comitatensium vel palatinorum aulicum officium. Cf. Casaub. et Salmas. ad Lamprid. Vit. Alex. Severi cap. 41. p. 224 sq. et Salm. ibid. p. 382. Guther. De Offic. Dom. Aug. III, 29 in Sallengre Thes. Nov. Ant. Rom. tom. III, p. 597 sq., et La Cerda in adnot. ad hunc Tertulliani locum, qui multa, etsi incomposita, de castrensibus, castricianis ceterisque militibus et ministeriis aulicis adnotarunt.

t. munificae] Coronae munificae sollemnium Caesarianorum sunt, quae tamquam munia obeunda habent in Caesarum sollemnibus. Erat enim Franc. Iunius interpretans munificas istas coronas „quae sint munificum hominum.“ Cf. De Oratione cap. 22 „Certe in quibus (puellis) iam pueritia mutavit, sicut naturae, ita et disciplinae debet aetas esse munifica“, ad quae verba cf. quae adnotavi. Sic usurpant vocabulum *munificus* etiam ICti. Fr. 18. de V. S. 50. 16 „Quosdam milites *munificos* vocari.“ Cod. Theodos. XII, 1, 192 „Spontanei hypomnematographi *munifici.*“ Adde Isidor. Origg. X, 166 „Munificus dictus, vel quia alicui munera dat multa, *vel quia munus suum, id est officium quod debet, adimplet.*“

u. Sed et tum] Sic corrigendum duxi pro vulg.: Sed et *tu.* Dicit enim: Sed etiamsi in hac domus sacrae militia militas, non in altera illa quae cadaveribus et lacrimis sibi praemia parat, quibus deum offendat, tamen et in hac sanctum tuum erga deum officium laedere subinde cogeris.

v. in communibus] Cui plus debes etiam in iis rebus quae ad utrumque communiter videntur pertinere. (Iunius.)

Cap. XIII. a. publicae causae] Ita infra „Coronant et nuptiae sponsos.“

b. Hetruscae.] Has commemorat Plin. H. N. XXI, 3. Cf. XXXIII, 1. et XII, 3 et 4.

les [13]aureae[c], [14]imaginum [15]iam, non virorum, capita maiora quaerentes. Sed tui [16]ordines et tui magistratus et ipsum curiae nomen ecclesia est Christi. [17]Illius es, conscriptus in libris vitae[d]. Illic purpurae tuae sanguis [18]domini et clavus [19]latus in cruce ipsius; illic [20]securis [21]ad caudicem iam arboris [22]posita; illic [23]virga[e] ex [24]radice Iesse. [25]Viderint[f] [26]et publici equi cum coronis suis[g]. Dominus tuus, ubi secundum [27]scripturam [28]Hierusalem ingredi voluit,
Ps. XX, 8. nec asinum habuit privatum. Isti in curribus et isti in equis, nos autem in nomine [29]domini dei nostri invocabimus. Ab ipso incolatu Babylonis illius in Apocalypsi [30]Iohannis[h] submovemur, nedum [31]a suggestu[i]. Coronatur et vulgus nunc ex principalium [32]prospe-

13. aure *A.* 14. immaginum *B. m. pr., sed a sec. m. corr.* in magnum. 15. iam numerum capita *BCDE.* iam non viro capita *Aβ.* iam non virorum capita *reliqui.* iam non virûm capita *Hildebrandus.* 16. ordines *ABCR.* ordinis *reliqui.* 17. illius est *C.* 18. dño et *Aβ.* 19. latus inicũ ipsius *A.* 20. securus *BCD.* secures *A.* 21. ad caudicem iam *A.* ad caudicem *R.* ad candices *B. m. pr.* ad caudices *B. m. sec. DEFGH.* ad radices *B. m. sec. C. Iunius. Rhen. in marg. C.* 22. positae *BCD.* 23. virga *BCEFGH.* virgae *ADR.* 24. radicaeesse *Aφ.* 25. viderunt *D.* 26. et publici et qui cum *BCDE.* et pudeat eos qui *B. m. sec. in marg.* 27. scripturarum *CD.* scripturas *B. m. sec.* 28. Hierusalem *AE.* ierusalem *BCD.* 29. domini non invocabimus *A.* 30. Iohannis *ABCD.* 31. ad suggestum *BCDE., prob. Iunio.* ab suggestu *Rhenanus in marg. C.* 32. prosperitatum *AR.* proprietatum *reliqui.*

c. provinciales aureae] De his v. interprr. ad Liv. XXXVIII, 37. et ad Cic. in Pison. cap. 37. Gell. N. A. V, 6. et inprimis Lips. de Magnit. Rom. II, 9. tom. III, p. 716 sqq. ed. Vesal., qui multus est de hac materia.

d. in libris vitae.] Ep. ad Philipp. IV, 3.

e. virga] Esai. XI, 1. Purpurae et latus clavus, securis et virga, magistratuum insignia.

f. Viderint] Frequentissimus est huius locutionis apud Tertullianum usus, nec antiquioris aetatis scriptoribus ignotus, ubi aliis rei cuiuspiam cura relinquitur. Tertull. De Pall. cap. 6 „*Viderit* nunc philosophia quid prosit." De Paenit. cap. 2 „*Viderit* ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis paenitentiam cogit." Adv. Hermog. cap. 1 „Sed *viderit* persona; cum doctrina mihi quaestio est." Adv. Valent. cap. 9 „*Viderit* soloecismus, sophia enim nomen est." De Virg. Veland. cap. 7 „Proinde *viderit* saeculum aemulum dei, si sqq." De Test. Animae cap. 1 „*Viderint*, si qui de unico et solo deo pronuntiaverunt." De Anima cap. 10 „*Viderint* disciplinae et artes, *viderint* et effigies." Ad Scap. cap. 4 „*Viderint* qui sectam mentiuntur." Apolog. cap. 16 „Cum lignum aliquod propitiatur, *viderit* habitus, cum materiae qualitas eadem sit, *viderit* forma, dum id ipsum dei corpus sit." Ibid. cap. 25 „*Viderit* Cybele, si urbem Romanam et memoriam Trojani generis adamavit." Ibid. cap. 42 „*Viderint* qui per capillum odorantur." Ad Natt. I, 7 „*Viderimus* de fide istorum, dum suo loco digeruntur." Ibid. I, 12 „*Viderint* nunc liniamenta, dum una sit qualitas, *viderit* forma, dum ipsum sit dei corpus." Ibid. II, 6 „*Viderint* igitur humanae doctrinae patrocinia." Adde Cic. ad Att. XII, 21. Quinctil. Instit. Orat. I, 4, 10. V, 13, 11. VII, 1, 54. XI, 3, 135. Petron. Satyr. cap. 87. Ovid. Am. II, 371. Trist. V, 2, 43. Similiter et Graeci passim, ut Lucian. Dial. Mort. tom. I, p. 267 (ed. Voss.) „*Ἀμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη ὅτι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὑτοῦ.*" Id. Contempl. pag. 345 „*εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι, σὺ ἄν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδῆτε.*" Et nos „er mag zusehen" vel plenius „er mag zusehen, wie er damit fertig wird."

g. equi cum coronis suis.] Notum est in triumphis equos coronatos fuisse. Cf. Ovid. Trist. II, 178. IV. 2, 22 et 48. Fast. VI, 726. Pont. II, 1, 58. Martial. Epigr. VII, 7.

h. Iohannis] Apocal. XVIII, 7.

i. suggestu.] h. e. ornatu, apparatu.

ritatum exultatione, nunc ex municipalium sollemnitatum proprietate. [33]Est enim omnis publicae laetitiae luxuria [34]captatrix. [35]Sed tu [36]peregrinus mundi huius, [37]civis civitatis supernae Hierusalem. Noster, [38]inquit, municipatus [39]in caelis. Habes tuos census, [40]tuos Phil. III, 20. fastos, nihil tibi cum gaudiis saeculi, immo contrarium debes. [41]Saeculum enim gaudebit, vos vero lugebitis. [42]Et, puto, felices Ioh. XVI, 20. ait legentes, [43]non coronatos[k]. Coronant et nuptiae sponsos[l], [44]et ideo non [45]nubemus ethnicis, ne [46]nos ad idololatrian usque deducant, a qua apud illos nuptiae incipiunt. Habes legem a patriarchis [47]quidem, habes apostolum in domino nubere iubentem[m]. Coronat et libertas saecularis[n]. Sed tu iam redemptus es a [48]Christo, et quidem magno[o]. Servum alienum quomodo saeculum manumittet? Etsi libertas [49]videtur, sed et servitus videbitur[p]. Omnia imaginaria in saeculo et nihil veri. Nam et tunc liber [50]hominis eras, redemptus a Christo, et nunc servus es Christi, licet [51]manumissus ab homine. [52]Si veram putes saeculi libertatem, ut et [53]corona eam consignes, redisti in servitutem hominis, quam putas libertatem, amisisti libertatem Christi, [54]quam putas servitutem. Numquid et agonisticae causae[q] disputabuntur, quas statim tituli

33. Est enim *A.* et est *reliqui omnes.* 34. capatrix *C.* 35. Si tu *BCD.* 36. peregrinus *AR.* peregrinus es *reliqui.* 37. civis civitatis supernae Hierusalem *A.* civitatis civis supernae ierusalem *BCD.* civis supernae Hierusalem *reliqui.* 38. inquam *B. m. sec.* 39. in caelis. In caelis habes *Iunius.* 40. tuos fastos *om. A.* tuos fastus *D.* 41. saeculum *A.* 42. Et puto *BCDEFGHR.* puto *A.* 43. non coronatos *om. A.* 44. et ideo *BCDEFGH.* ideo *AR.* 45. nubemus *A.* nubamus *R.* nubimus *reliqui.* 46. nos ad idolatriam *D.* nos idolatrian *A.* 47. qui idem *Iunius.* 48. Christo et quidem magno *AEFGHR.* Christo nigno (mg̃no *B.?*) *BC.* Christo in ligno *D.* 49. videbitur *A(D)R.* videbatur *reliqui.* videatur *Ursinus.* 50. hominis eras *AR.* homini eras *reliqui.* 51. manumissus sis ab homine *Aφ.* 52. Si vera *CDE.* 53. corona eam *A.* coronam *CDEFGH.* corona *BR. Latinius.* 54. quam putasti servitutem *Aβ.* quam non putas servitutem *BCD.*

Apolog. cap. 16 „Omnes illi imaginum *suggestus* in signis monilia crucum sunt." Ad Natt. I, 13 „Scilicet ille imaginum *suggestus* et totius auri cultus monilia crucum sunt." Ibid. II, 8 „Hunc Serapidem ex *suggestu*, quo caput eius ornatum, vocaverunt, cuius *suggestus* modialis figura frumentationis memoriam obsignat." Multa eius vocabuli usus exempla ex Tertulliani scriptis protulit Salmas. ad librum De Pallio p. 362 sqq.

k. non coronatos] Matth. V, 4.

l. Coronant et nuptiae sponsos.] Ita initio capitis dixit „Coronant et publicos ordines laureis publicae causae." De re v. Ovid. Fast. IV, 189. Claudian. Magn. 27. Schol. Aristoph. Pac. 869. Av. 159. Liban. Orat. XXXVI, p. 325. R. Plutarch. Amat. cap. 10. Lucian. Dial. Meretr. II, 3. 4. Böttiger Aldobr. Hochz. p. 42. Panofka Bilder Ant. Lebens XI, 3, 7.

m. in domino nubere iubentem.] Paul. Ep. I. ad Corinth. VII, 39.

n. Coronat et libertas saecularis.] Plaut. Pseudol. V, 2, 2. Thucyd. IV, 80 „καὶ προκρίναντες ἐς δισχιλίους οἳ μὲν ἐστεφανώσαντό τε καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον ὡς ἠλευθερωμένοι, οἱ δὲ sqq."

o. et quidem magno.] Ep. I. ad Corinth. VI, 20.

p. videbitur] sc. libertas a saeculo data.

q. agonisticae causae] Cf. Tertull. De Spectac. cap. 6 sqq. Plin. H. N. XVI, 4.

sui damnant, [55]et sacras et [56]funebres scilicet? Hoc enim superest, ut Olympius Iupiter et [57]Nemeaeus Hercules et [58]misellus [59]Archemorus[r] et [60]Antinous[s] infelix in Christiano coronentur, ut ipse spectaculum fiat, quod spectare [61]taedet. Universas, ut arbitror, causas [62]enumeravimus, nec ulla nobiscum est; omnes alienae, profanae, illicitae, semel iam in sacramenti [63]testatione eieratae. [64]Hae enim [65]erant pompae diaboli et angelorum eius, officia saeculi, honores, [66]sollemnitates, [67]popularitates[t], falsa vota, humana servitia, laudes vanae, gloriae turpes, et in omnibus istis [68]idololatriae in solo quoque censu[u] coronarum, quibus omnia ista redimita sunt. [69]Praefabitur[v] quidem Claudius etiam caelum sideribus apud Homeri[w] carmina coronatum, certe [70]a deo, certe homini; igitur et homo[x]

55. et *ante* sacras *om. A.* 56. funebras *BC.* 57. nemeus *A.* 58. mesellus *CD.* 59. Archimorus *CDE.* 60. anthinous *C.* 61. taedet *ego.* debet *AR.* non debeat *DEFGH.* non debebat *BC.* dedecet *Hildebrandus.* 62. enumeravimus *ABR. Ursinus, Iunius.* enumeramus *reliqui.* 63. temptatione eieratae (ei erat *B. m. pr.*) *BC.* tentatione eieratae *EFG.* testatione eieratae *reliqui.* tinctione eieratae *Latinius.* 64. nec enim *B* (*m. pr.*) *CD.* 65. erunt *CD.* 66. solempnites *A.* 67. popularitates *ADR. Ursinus.* postularitates *BE.* postulantes *C.* postulatrices *reliqui.* 68. idololatriae *A.* idolatriae *CD.* idololatria *reliqui.* 69. Praestabitur *D.* 70. ipse a domino *Aφ.*

r. Archemorus] In huius enim honorem ludi sunt instituti. Apollod. III, 6, 4. Cf. Barth. ad Stat. Theb. V, 534. tom. III, p. 261.

s. Antinous] Hieronym. Catal. Scriptt. Eccles. XXII, ex Hegesippo „Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus, e quibus est et Antinous servus Hadriani Caesaris, cui et gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem, quam ex eius nomine condidit, et statuit prophetas in templo.

t. popularitates] Studia quibus populi favorem aucupantur. Sueton. Tit. cap. 8 „Ne quid *popularitatis* praetermitteret non nunquam in thermis suis admissa plebe lavit.“ Tacit. Ann. III, 69. „Quanto rarior apud Tiberium *popularitas*, tanto lactioribus animis accepta.“

u. censu.] *Census* pro origine et *censeri* pro originem habere vel ducere innumeris locis apud Tertullianum deprehendes. Similiter nos dicentes „geschichte“ et „seine geschichte haben“ pro „seinen ursprung, sein bestehen haben.“ Ita supra cap. 10. habuimus „Usque adhuc proprietatem istius habitus et *ex originis censu* et ex superstitionis usu idolis vindicamus.“ Apolog. cap. 7 „*Census* istius disciplinae (sc. Christianae), ut iam edidimus, a Tiberio est.“ Ibid. c. 10 „Ante Saturnum deus penes nos nemo est, ab illo *census* totius vel potioris et notioris divinitatis.“ Ibid. cap. 21. „hunc edidimus et sectae et nominis *censum* cum suo auctore.“ Ad Natt. I, 12 „Nec diutius super isto argumentandum est, quando naturali praescriptione omne omnino genus *censum* ad originem refert, quantoque genus *censetur* origine, tanto origo convenitur in genere.“ Ibid. II, 2. „Triplici enim genere deorum *censum* distinxit.“ Ibid. II, 12 „Extat apud litteras vestras usquequaque Saturni *census.*“ Apolog. cap. 12 „In metalla damnamur: inde *censentur* dei vestri.“ Ibid. cap. 15 „De contemptu utique *censentur* tam eorum qui eiusmodi factitant, quam eorum quibus factitant.“

v. Praefabitur] Claudius igitur Saturninus haec de caelo sideribus coronato in libri sui praefatione commemoravit. Quod veri simillimum esse et ipsa rei ratio evincit.

w. Homeri] Il. XVIII, 485 de clypeo Achillis „*ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.*“

x. igitur et homo] Si caelum coronatum est, tamen a deo, et in gratiam hominis, non idoli. Igitur si deus hominem coronet, laudo hanc coronam. (La Cerda.)

ipse a deo coronandus est. Ceterum[y] a saeculo coronantur et lupanaria et latrinae et [71]pistrinae [72]et carcer et ludus[z] et ipsa amphitheatra[a] [73]et ipsa spoliaria[b] ipsaeque [74]libitinae[c]. [75]Quam sacer [76]sanctusque, quam honestus [77]ac mundus sit habitus iste, noli de uno poëtico caelo, [78]sed de totius mundi commerciis [79]aestimare. At enim Christianus nec [80]ianuam suam laureis [81]infamabit[d], si norit, quantos deos etiam [82]ostiis diabolus [83]adfinxerit, Ianum a ianua, [84]Limentinum[e] a limine, Forculum[f] et [85]Carnam[g] a [86]foribus et cardinibus, [87]etiam apud Graecos [88]Thyraeum Apollinem[h] et Antelios [89]daemonas.

[1]Tanto abest[n], ut [3]capiti suo [4]munus inferat [5]idololatriae, im- Cap. XIV.
mo iam dixerim Christo, siquidem viri [6]caput Christus est, tam liberum quam et Christus, ne velamento quidem obnoxium, nedum

71. pistrinae (pristinae *Aφ.*) *ABCDE.* piscinae *B. m. sec.* pistrina *reliqui.* 72. et carcer *om. A.* 73. et ipsae sponsariae *A.* 74. libicinae *C.* 75. quamquam *C. et B. m. sec.* 76. sanctusque quam *ADR.* sanctus quamquam *BC.* sanctus quamque *reliqui.* 77. at mundus *Aβ.* et mũndus *C.* 78. sed de *om. Aφ.* 79. extimare *C.* 80. ianuis suam lauream *Aβ.* lauream suam ianuis *Aφ.* 81. infamavit *CD.* 82. ostiis *R.* hostiis *AβFGH.* hostis *B (m. pr.) CDE.* 83. adfinxerit *Aβ.* affinxerit *FGHR.* finxerit *BCDE.* 84. limituum a limite *D.* lumen tuum a lumine *C.* 85. Carnam *AE.* Carna *CD.* Cardam *BFGHR.* 86. foribus atque cardinibus *Aβ.* 87. etiam *ABC.* et apud *reliqui.* 88. thyreum *AB.* 89. daemonas *Aφ.* daemones *reliqui.*

Cap. XIV. 1. tanto habes ut *BCD.* tamen (*superscr.* tm̃) abest ut *B. m. sec. in marg.* 3. capiti tuo *B. m. sec.* 4. munus *AR.* manus *reliqui.* 5. idolatriae *BCD.* idolatria *B. m. sec. Latinius.* 6. caput (capud *Aβ.*) viri *AR.* viri caput *reliqui.*

y. Ceterum] h. e. Sed. V. adnot. ad cap. 4.

z. et ludus] Cf. De Idol. cap. 10.

a. et ipsa amphitheatra] Cf. De Spectac. cap. 12.

b. spoliaria] Ubi gladiatorum cadavera deponebantur et exuebantur. Agit de eis Lips. Saturn. Serm. I, 18. p. 918.

c. libitinae.] Sunt feretra mortuorum. Sidon. Apollin. II, 8 „Cum libitinam ipsam flentes omnes, externi quoque, prensitarent, remorarentur, exoscularentur sqq. Ascon. Argum. Orat. Milon. „Fasces ex lecto libitinae raptos attulit ad domum Scipionis.“ Plin. H. N. XXXVII, 3, 11. n. 2. Martial. Epigr. X, 97. De re cf. Plin. H. N. XXI, 3. Pithoei Adverss. II, 15.

d. ianuam suam laureis infamabit] V. adnot. ad Apolog. cap. 35.

e. Limentinum] Tertull. De Idol. cap. 15. Scorpiac. cap. 10. Ad Natt. II, 15. Arnob. Adv. Natt. IV, 9. cf. Id. I, 28. August. De Civ. Dei IV, 8. VI, 7.

f. Forculum] Cyprian. De Idol. Van. cap. 2. Tertull. De Idol. c. 15. Scorp. cap. 10. Ad Natt. II, 15. Arnob. et August. l. l.

g. Carnam] Est eadem cum Cardea dea, ut a Tertulliano appellatur De Idol. cap. 15. et Ad Natt., si fides habenda libro Agobardi. Scorp. cap. 10. in eodem libro legitur „*Barnum* quendam et Forculum et Limentinum.“ Ovid. Fast. VI, 101. „Prima dies tibi, Carna, datur. Dea cardinis haec est, Numine clausa aperit, claudit aperta suo.“ Cf. August. De Civ. Dei IV, 8. VI, 17. Cyprian. De Idol. Van. cap. 2.

h. Thyraeum Apollinem] De Idol. cap. 15. „Etiam apud Graecos Apollinem Thyraeum et Antelios daemonas ostiorum praesides leguntur.“ Cf. Schol. et interpretes ad Soph. Elect. 637. Arnob. Adv. Natt. VI, 12. Macrob. Saturn. I, 9. Hesych. „*Ἀντήλιοι, θεοὶ οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι.*“ Idem alio loco: „*Ἀντήλιος, ὁ ἀντικρὺ ἡλίου ἱδρυμένος βωμὸς ἢ θεός.*“

Cap. XIV. a Tanto abest] De hac ellipsi comparativi *magis* adnotatum est ad libr. De Testim. Animae cap. 1.

obligamento. Porro[b] et quod obnoxium est velamento, [7]caput feminae, [8]hoc ipso iam occupatum non vacat etiam obligamento. Habet humilitatis suae sarcinam. Si nudo capite videri non debet propter angelos, multo [9]magis coronato [10]fortasse tunc illos coronatos scandalizaverit[c]. Quid [11]enim est [12]in capite [13]feminae corona [14]quam formae lena, [15]quam summae lasciviae nota, extrema negatio verecundiae, conflatio [16]inlecebrae? Propterea [17]nec ornabitur operosius mulier ex apostoli prospectu[d], ut nec [18]crinium artificio coronetur. Qui tamen et viri [19]caput est et feminae facies, [20]vir [21]ecclesiae, [22]Christus Iesus, quale, oro te, sertum pro utroque sexu subiit? Ex spinis opinor et tribulis, in figuram delictorum, quae nobis protulit terra carnis, abstulit [23]autem virtus crucis, [24]omnem aculeum mortis in dominici capitis tolerantia obtundens. Certe praeter figuram [25]contumelia [26]in promptu est [27]et dedecoratio et turpitudo et his implexa saevitia, [28]quae tunc domini tempora [29]foedaverunt et lancinaverunt, uti tu nunc laurea et myrto et [30]olea et [31]inlustri [32]aliqua fronde et, quod magis usui est, [33]centenariis quoque [34]rosis [35]de horto Midae lectis[e] et [36]utrisque

7. capud *Aβ*. 8. hoc ipso iam *AR*. iam hoc ipso *reliqui*. 9. magis coronatos *B*. 10. fortasse tunc illos coronatos *R*. fortasse tunc illos coronato (*Aφ*.) tunc illo fortasse coronato *D*. fortasse tunc illo coronato *reliqui*. 11. enim aliud est *B. m. sec.* 12. in capite *AR*. capite *reliqui*. capiti *Latinius, prob. Pamelio*. 13. faeminae *Aβ*. 14. quam formae lena *om. A*. quam forma linea *D*. quam formae linea *BCE*. 15. quam summae *A*. quam summa *reliqui*. 16. inlecebrae *Aβ*. 17. nec ornabitur *AR*. non ornabitur *H. Iunius*. non coronabitur *BCDEFG*. 18. criminum *BC*. 19. caput (capud *Aβ*.) est et feminae *AEFGHR*. caput est feminae *reliqui*. 20. vir *AR*. ut *reliqui*. 21. ecclesia *BCD*. 22. Christus ipse *Aφ*. Christus Iesus *AβFGHR*. Christi Iesu *C*.) *BCDE*. 23. aut virtus *D*. 24. omnem aculeum *AR*. omnes acuteos *reliqui*. 25. contumeliam *C*. 26. in proptu *Aβ*. 27. et dedecoratio et turpitudo *A*. et turpitudo et dedecoratio *reliqui*. 28. quae tunc domini *D*. 29. foedaverunt *A(BC?)*. et foedaverunt *reliqui*. 30. olei *CD*. 31. inlustri *Aβ*. illustri *R*. illustriore *reliqui*. 32. aliqua *AR*. quaque *reliqui*. 33. centenariis (*Aφ*)*FGHR*. centenarii *Aβ*. centaureis *reliqui*. *Divionensis liber et tres Vaticani*. 34. rosis *AFGHR. et B. m. sec.* roris *reliqui et Divionensis*. 35. de (ex *FGH.*) horto Midae lectis *FGHR*. et hortomi delictis *BCD*. ortomi delectis *E. Divionensis*. de horto lectis *A*. et hortorum deliciis *B. m. sec.* 36. utriusque *B* (*m. pr.*) *C*.

b. Porro] h. e. Atenim. V. adnot. ad cap. 7.

c. scandalizaverit.] Si nudo capite mulier scandalizat angelos (I. Corinth. XI, 10), multo magis capite coronato scandalizaverit illos seniores coronatos, quos memorat Ioh. Apocal. IV, 4.

d. ex apostoli prospectu] I. Timoth. II, 9. I. Petr. III, 3.

e. centenariis quoque rosis de horto Midae lectis] Herod. VIII, 138. „οἱ δὲ ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίης οἴκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω· ἐν τοῖς φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων.“ ad quem locum v. quae adnotavit Wesselingius. Praeterea cf. Theophr. Hist. Plant. VI, 6. (qui ἑκατοντάφυλλα ῥόδα appellat), Tertull. De Pall. cap. 2. et Böttig. kl. Schr. tom. III, p. 160. Creuzer Studien tom. II, p. 305. Mueller Maked. p. 51. Adiectivum *centenarius* usurpari solere de numero maximo indefinito docuit Car. Fea ad Winkelm. Storia della scult.

liliis[f] et omnibus violis[g] [37]coroneris, etiam [38]gemmis forsitan et auro, ut et illam Christi coronam aemuleris, quae postea ei obvenit, quia et favos post fella gustavit[h], nec ante rex gloriae[i] in caelestibus salutatus est, quam rex Iudaeorum proscriptus [39]cruci, minoratus primo a patre [40]modico [41]quid citra angelos, et ita gloria et honore coronatus[k]. Si [42]ob haec [43]caput ei tuum debes, tale, [44]si potes, ei repende, quale suum pro tuo obtulit, aut nec floribus coroneris, si spinis non potes, [45]quia floribus non potes.

Serva deo rem suam [1]intaminatam. Ille eam, si volet, coronabit. [2]Immo et vult denique, invitat. Qui vicerit, inquit, dabo ei coronam vitae. Esto et tu fidelis ad mortem [3]et decerta et tu bonum agonem, cuius coronam et [4]apostolus repositam sibi merito [5]confidit[a]. [6]Accipit et angelus victoriae coronam procedens in candido equo, ut vinceret, [8]et alius iridis ambitu ornatur caelesti [7]prato[b]. Sedent et presbyteri coronati eodemque auro [9]et ipse filius Cap. XV. Apoc. II, 10. Iac. I, 12.

37. coroneis *C.* 38. genus *BCD.* 39. cruci *AR.* in crucem *reliqui.* in cruce *Iunius.* 40. modico *Aβ.* modice *BCDE.* modicum (*Aφ*)*FGHR.* 41. quid *om. C.* 42. ob hoc *BCD.* 43. capud *Aβ.* 44. si potes (*Aβ*)*HR. Latinius.* ....tes *Aφ.* si forte *reliqui.* si pote *Hildebrandus.* 45. quia floribus non potes *A.* quia non floribus potes *reliqui.*

Cap. XV. 1. intaminatam *A*(*D*)*R. G. Scioppius.* inattaminatam *EFGH.* incontaminatam *BC.* 2. Immo *om. A., prob. Hildebrando.* 3. et decerta *A.* decerta *reliqui.* 4. apostolus repositam sibi merito *ADEFGHR.* apostolus scilicet merito *BC.* 5. confidet *D.* confidat *C. et B. m. sec.* 6. Accepit (*Aφ.*) 7. At alius *Aβ. Et ita legebat in A. etiam Salmasius.* 8. prato. Sedent *AR.* proto sedent *BCD.* Protosedent *reliqui.* Porro sedent *Ursinus.* parato. Sedent *Salmasius.* pro te. Sedent *Iunius.* paratu. Sedent *Ios. Scaliger.* 9. et ipsi (et ipse *Aφ.*) coronati *AφBCD.*

tom. III, p. 351. Cf. Salmas. De Fen. Trapez. p. 641. Apolog. cap. 6 „Video enim et *centenarias coenas* a centenis iam sestertiis dicendas.“ De Pall. cap. 5 „*centenarii ponderis* lances.“ Arnob. Adv. Natt. II, 75 „*centenarii vagitus.*“ Lucil. ap. Non. p. 18, 21 „*Ballistae centenariae.*“

f. et utrisque liliis] Albis et purpureis. De quibus cf. interprr. ad Ovid. Metam. X, 211 sq. ubi de hyacintho: „Tyrioque nitentior ostro Flos oritur formamque capit quam *lilia, si non Purpureus color his, argenteus esset in illis.*“ Plin. H. N. XX, 7 et XXI, 5. Salmas. ad Solin. p. 861 sq. et p. 864. Caeruleum genus Graeci vulgo appellabant *χρίνον*, argenteum *λείριον*. Athen. Deipnos. XV, p. 679 E. et p. 680. F. Sed apud eundem XV, p. 681. B. et p. 683. D. idem vocabulum *λείριον* pariter ut apud Latinos lilium utrumque genus complectitur.

g. et omnibus violis] Scilicet purpureis, luteis, albis. Haec enim tria genera enumerat Plin. H. N. XXI, 6.

h. favos post fella gustavit] Proverbii speciem habet, de eo vulgo dici solitum qui toleratis adversis laetioribus tandem rebus potitur. (Rhenanus.) Huc faciunt illa: „Ex tempestate in portum.“ „Post agonem corona.“ Vulgare „Ab atro cane in candidum.“ (Hoyus.) La Cerda adire nos iubet et Viegam ad Apocalyps. I, sect. 20. n. 4.

i. rex gloriae] Psalm. XXIV, 10.

k. et honore coronatus.] Psalm. VIII, 6.

Cap. XV. a. confidit.] II. Timoth. IV, 10.

b. caelesti prato.] Apocal. X, 1. Salmas. ad Solin. p. 790. pro *prato* emendat *parato*, quod explicat ornamentum, nec tamen disconvenire denique genio Tertulliani iudicat, ut scripserit *prato*, ut „caeleste pratum“ vocet iridem ob colorum varietatem. Rectius Rigaltius „caeleste pratum“ iridem nuncupari vidit ob speciem smaragdi instar viridantem.

hominis [10]supra nubem micat[c]. Si tales imagines in visione, quales veritates in [11]repraesentatione? Illas aspice[d], illas [12]odora. Quid [13]caput [14]strophiolo aut [15]dracontario[e] damnas, diademati destinatum? [16]Nam et reges nos deo et patri suo fecit[f] Christus Iesus. Quid tibi cum flore morituro? [17]Habes florem ex virga [18]Iesse, [19]super quem tota divini spiritus gratia requievit, florem incorruptum, [20]immarcescibilem[g], sempiternum; quem et bonus miles eligendo in caelesti [21]ordinatione profecit. [22]Erubescite, commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo [23]Mithrae milite, qui cum initiatur in [24]spelaeo[h], in castris vere tenebrarum, coro-

10. sup *h. e.* super *Aβ*. 11. reprehensatione *Bφ*. 12. odora *AR*. adora *B. m. sec.* adorare *reliqui*. 13. capud *Aβ*. 14. stropiolo *C*. stapri ... *Aβ*. stupri ... *Aφ*. 15. dracontrario *B*. drantrario *C*. 16. Nam reges *A*. 17. et habes *C*. 18. Iessae *A*. 19. super quae *C*. superque *D*. 20. immarcessibilem *R*. 21. ordinatione profecit *A*. ordinatione dignatione *R*. dignatione in ordinatione *B. m. sec.* dignatione ordinatione *reliqui*. 22. Erubescite commilitones *R*. ... bescite commilitones *A*. Erubescite Romani commilitones *reliqui*. 23. mitrae *AβE*. 24. speleo *Aβ*.

Ita enim in Apocalypsi describitur: *Καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ.*

c. supra nubem micat.] Apocal. IV, 4. XIV. 14.

d. Illas aspice] sc. coronas.

e. strophiolo aut dracontario] Strophiolum erat corolla, interprete Plinio H. N. XXI, 2. De dracontario appono verba Heraldi (Digress. I, 23. p. 248) qui quale ornamentum significetur, primus edocuit: Dracontaria appellat Tertullianus monilia ex auro flexuosa et in formam draconum, quibus collum aut manus ornabant. *Δράκοντας* Graeci appellant. Lucianus in Amoribus [tom. I, p. 902. ed. Voss.] *„Τί δεῖ τὰ τούτων πλουσιώτερα κακὰ διεξιέναι; λίθους ἐρυθραίους κατὰ τῶν λοβῶν, πολυτάλαντον ἠρτημένας βρίθος, ἢ τοὺς περὶ καρποῖς καὶ βραχίοσι δράκοντας, ὡς ὤφελον ὄντως ἀντὶ χρυσίου δράκοντας εἶναι.“* Sed et ponderosiora fuisse hoc genus monilia ostendit idem Lucianus in Elencho, ubi ea dicit anguillis ipsis, in quarum formam efficta erant, esse crassiora: *„ἑώρων περιδέραια χρυσᾶ τῶν ἐγχέλεων παχύτερα.“* Nota *τῶν ἐγχέλεων*. Nam idcirco etiam *σμυραίνας* appellabant, ut ostendit Clementis Alexandrini locus a Iunio prolatus [Clem. Alex. Protrept. II, cap. ult. *„ἤδη δὲ καὶ φανερώτατα τοῦ πονηροῦ σύμβολα οὐκ αἰσχύνονται περικείμενοι. Ὡς γὰρ τὴν Εὔαν ὁ ὄφις ἠπάτησεν, οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ὁ κόσμος ὁ χρυσοῦς δελέατι προσχρώμενος τοῦ ὄφεως τῷ σχήματι ἐξέμηνεν εἰς ὕβρεις, σμυραίνας τινὰς καὶ ὄφεις ἀποπλαττομένας εἰς εὐπρέπειαν. Λέγειγοῦν ὁ κωμικὸς Νικόστρατος ἀλύσεις, καθετῆρας, δακτυλίους, βουβάλια, ὄφεις περισκελίδας, ἑλλέβορον* sqq.] Hieronymus ad Marcellam: „Cum primum hoc propositum arripuit, aurum colli sui, quod quidem moraenulam vulgus vocat, (quod scilicet metallo in virgulas lentescente quadam ordinis flexuosi catena contexitur) absque parentibus vendidit.“

f. reges nos deo et patri suo fecit] Apocal. I, 6.

g. immarcescibilem] Paulin. Nolan. Carm. XV *„Immarcescibilis* redimivit honore coronae.“

h. cum initiatur in spelaeo] V. Porphyr. De Antro Nymph. cap. 6. Schol. ad Stat. Theb. I, 719. Zoega Abhandl. p. 145. 161 sqq. Kopp. Palaeogr. Crit. III, §. 106. §. 309. §. 481. et ad Mart. Cap. §. 191. p. 236. Muenter ad Firm. Mat. De Err. Prof. Relig. cap. 5. Cf. Movers Phoeniz. tom. I, p. 390 sqq. Hieronym. Ep. ad Laetam „Nonne specum Mithrae et omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles initiatur, subvertit?“ Paulin. Nolan. Ad Pagan. v. 112 „Quid quod et Invictum spelaea sub atra recondunt, Quemque (*Quaeque* Murator.) tegunt tenebris, au-

nam interposito [25]gladio sibi oblatam, quasi [26]mimum [27]martyrii, dehinc capiti suo accommodatam monetur obvia manu [28]a capite pellere [29]et in humerum, si forte[i], transferre, dicens [30]Mithran esse coronam suam. Atque exinde nunquam [31]coronatur, [32]idque in signum habet ad probationem sui, [33]sicubi temptatus fuerit de sacramento, [34]statimque creditur Mithrae miles, si deiecerit coronam, si eam in deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcirco quaedam de divinis [35]affectantis, ut nos de suorum fide confundat et iudicet[k].

25. glodio *Aβ*. 26. numum martyrii *C*. mimus martyrii *Iunius*. 27. matyrii *Aβ*. 28. a capite pellere *AR*. capite depellere *reliqui*. 29. et in humerum si forte transferre *om. A*. 30. mitran *A*. mitram *E*. Mithram *reliqui*. 31. corotur *Aβ*. 32. idque *AR*. id quod *reliqui*. 33. sui si (sic *Aφ*.) sacramento *ceteris omissis A*. 34. statim quod *C*. quod *D*. stitimque *Aβ*. 35. affectantis *AFGHR*. affectantem *BCDE*. *In margine B. superiori absque alio signo haec scripta extant:* Quid est homo? quod minuisti eum paulo minus ab angelis? gloria et honore coronasti eum?, *quae pertinere ad ultima verba capitis praegressi nemo est qui non videat. In Aβ. subscriptum est:* DE CORONA EX.....

dent hunc dicere Solem.“ Cf. De Praescript. Haeret. cap. 40.

i. si forte] V. adnotata ad cap. 5.

k. et iudicet.] *Iudicare* hic sumendum est pro iudicio tradere vel etiam pro condemnare aut punire. Certe eo censu hoc verbum non uno loco in Tertulliani scriptis occurrit. Apolog. cap. 14 „Pindarum dico, qui Aesculapium canit avaritiae merito, quia medicinam nocenter exercebat, fulmine *iudicatum*.“ Ibid. cap. 4 „Sed et *iudicatos* in partes secari a creditoribus leges erant.“ Ibid. cap. 18 „quae signa maiestatis suae *iudicantis* ediderit per ignes, per imbres.“ Ibid. cap. 47 „et ex varietate defensionum *iudicet* veritatem.“

DE
FUGA IN PERSECUTIONE.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat codicem Vindobonensem (*Aφ* ex collatione Hildebrandi).
B - - Leidensem.
a - editionem principem Beati Rhenani (anni MDXXI.).
b - - Ioh. Gangneii (anni MDXLV.).
c - - Sigism. Gelenii (anni MDLXII.).
d - - Iac. Pamelii (anni MDLXXIX.).
e - - Nic. Rigaltii (anni MDCXXXIV.)

DE

FUGA IN PERSECUTIONE.

[1]Quaesisti proxime, Fabi frater, [2]fugiendum necne sit in per- Cap. I.
secutione, quod nescio quid annuntiaretur[a]. Ibidem [3]ego [4]oblocutus aliquid[b] pro loco ac tempore [5]et quarundam personarum importunitate semitractatam materiam abstuli mecum plenius eam de stilo nunc renuntiaturus, utpote quam [6]mihi tua consultatio commendarat et condicio temporum suo iam nomine iniunxerat. Quanto enim frequentiores imminent persecutiones, tanto examinatio procuranda est, quomodo eas excipere fides debeat. Procuranda autem examinatio [7]penes vos, [8]*qui*, si forte[c], [9]paracletum non recipiendo [10]deductorem omnis veritatis[d] merito adhuc etiam aliis quaestioni-

1. Quinti Septimi Florentis Tertulliani incipit liber de fuga in persecutione *AB.* De Fuga sive De Persecutione *codex Magliabechianus n. DXXVII.* De Fuga in Persecutione *reliqui.* De Persecutione *codex Magliabechianus n. DXXVIII. et Laurentianus Plut. XXVI. cod. VII., tres Vaticani, teste Pamelio, Hieronymus, Nicephorus, Trithemius, Politianus, alii.*

Cap. I. 2. fugiendum ne sit *Laurentianus.* 3. ergo *AB.* 4. oblutus *A(m. pr.)B.* locutus *Beatus Rhenanus in ed. a. MDXXVIII.* 5. ex quarundam *Rhenanus in ed. a. MDXXVIII.* 6. mihi et tua *e. et Fulvius Ursinus.* et tua *Iunius.* ei et tua *reliqui.* ei tua *Laurentianus.* 7. penes suos *ac. Laurentianus.* 8. qui si forte *Fulv. Ursinus.* si forte *reliqui.* 9. paraclitum *B.* 10. deductoris *AB.*

Cap. I. a. Quod nescio quid annuntiaretur.] sc. de superventura persecutione.

b. Ibidem ego oblocutus aliquid] In contrariam partem locutus, contra fugam. De usu temporali adverbii *ibidem* cf. De Corona cap. 3 „Denique ut a baptismate ingrediar, aquam adituri *ibidem* sed et aliquando prius in ecclesia sub antistitis manu contestamur non renuntiare diabolo.“ Apolog. cap. 2 „vel ne compulsus negare non ex fide negarit et absolutus *ibidem* post tribunal de vestra rideat aemulatione iterum Christianus?“ Ibid. cap. 50 „Inde est quod *ibidem* sententiis vestris gratias agimus.“ Hand. Tursell. tom. III, p. 170. II, 1. Cf. Id. ibid. p. 165. II, 1.

c. si forte] V. quae adnotata sunt ad De Corona cap. 5.

d. deductorem omnis veritatis] De Corona cap. 4 „Spiritus dei *deductor omnis veritatis.*“ Apolog. cap. 21 „Huius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister, inluminator atque *deductor* generis humani filius dei adnuntiabatur,“ in quo altero loco Heraldus deductorem interpretatur recte per *καθηγητήν.* Gloss. Latino-Graecum apud Vulcan. col. 63 „Deductores, *Καθοδηγοὶ, Ἀρ-*

bus [11]obnixi estis[e]. Igitur consultationi tuae ordinem quoque induimus, animadvertentes ante determinari oportere de statu ipsius persecutionis, utrum a deo obveniat, an a diabolo, quo facilius de obitu eius[f] constare possit. Omnis enim rei [12]inspectio auctore cognito planior. Satis est quidem [13]praescribere nihil fieri sine dei voluntate[g]. Sed non statim hac sententia [14]ceteris retractatibus locum dabimus, ne a praesenti articulo[h] [15]avocemur, [16]si qui [17]responderit: Ergo et malum a deo et delictum a deo, nihil iam [18]in diabolo, nihil etiam in nobis ipsis. De persecutione nunc quaeritur. Circa hanc interim dixerim nihil fieri sine dei voluntate, respiciens eam inprimis dignam deo esse et, ut ita dixerim, necessariam, [19]ad probationem scilicet servorum eius sive reprobationem. Quis est enim exitus persecutionis, quis [20]effectus alius, nisi probatio et reprobatio fidei, [21]qua suos utique dominus [22]examinabit? [23]Hoc domini iudicium est persecutio, per quam quis aut probatus aut reprobatus iudicatur. Porro iudicium soli deo competit. [24]Haec pala illa[i], quae et nunc dominicam aream purgat, ecclesiam scilicet, confusum acervum fidelium eventilans et discernens frumentum

11. obnixi *abcd. Laurentianus.* onixi *AB.* obnoxii *e. et Rhenanus, prob. Iunio.* obnexi *Ios. Scaliger.* 12. suspectio *B.* 13. praescribere *de.* perscribere *reliqui.* 14. ceteris retractatibus *A (m. sec.) e. Rhenanus in ed. a. MDXXVIII., Fulv. Ursinus.* ceteris retractavimus *Ba. Laurentianus.* ceteris retractaverimus *bcd.* ceteras retractantibus *Ios. Scaliger.* de ceteris retractaverimus *Latinius.* ceteris retractantibus *A. m. sec. in marg.* 15. revocemur *B. Iunius.* 16. si qui *Aabcd.* se qui *B.* se quis *e.* 17. responderint *Aφ. m. sec.* 18. a diabulo *Laurentianus.* 19. approbationem *ABa.* 20. affectus alias *AB. Laurentianus.* 21. quam suos *AB.* 22. examinabit *Rhenanus.* examinavit *et scripti et editi libri.* 23. Hoc domini iudicium *d.* et hoc nomen iuditium *AB.* Hoc nomen iudicium *abc.* Hoc nomen iudicum *Laurentianus.* Hoc omne iudicium *e. Fulv. Ursinus, Harrisius.* Hoc nomen iudicii (*vel etiam* Hoc nonne iudicium) *Rhenanus in ed. MDXXVIII.* 24. et haec palam *AB.*

χηγήται·" et Gloss. Graeco-Latin. ap. eundem col. 498 „*Καθοδηγός*, Deductor." Cf. Evang. Ioh. XVI, 13.

e. etiam aliis quaestionibus obnixi estis.] Qui ex Beati Rhenani coniectura *obnoxii* correxerunt, sententiam non ceperunt. Ipse Rhenanus postea in secundis curis retraxit prius iudicium recte interpretatus: etiam per alias quaestiones obnitimini nobis et repugnatis."

f. de obitu eius] h. e. de ea obeunda.

g. nihil fieri sine dei voluntate.] De hac praescriptione uberius disputat Adv. Marc. II, 5 sqq.

h. articulo] h. e. particula, capite, sectione. Gaius Dig. I, 8, 1 „summa rerum divisio in duos *articulos* diducitur." Papin. Dig. I, 5, 9 „in multis nostri iuris *articulis*." Apul. De Dogm. Plat. II, 8 „Hanc *δύναμιν τοῦ πείθειν δίχα τοῦ διδάσκειν* definivit Plato, quam civilis *articuli* umbram, id est imaginem, nominavit."

i. Haec pala illa] V. Matth. III, 12. Tertull. De Praescr. Haer. cap. 3. Cypr. Epist. LIV. Isidor. Origg. XX, 14, 10. (et Papias): „*Pala*, quae ventilabrum vulgo dicitur a ventilandis paleis." Amos Proph. IX, 9 „pala frumenta in area ventilantur." Hieron. Adv. Lucifer. „Nemo sibi potest Christi *palam* assumere, nemo ante iudicii diem de hominibus iudicare." Cf. Chartar. Eccles. Auxit. cap. 98 (apud Du Cangium) „Triginta concas frumenti ad mensuram de Auxis et eas in villam istam afferent. Frumentum autem debet esse *de prima pala*."

[25]martyrum [26]et paleas negatorum, [27]et haec [28]etiam [29]scalae, quas [30]somniat Iacob, aliis ascensum in superiora, aliis descensum ad inferiora demonstrantes. Sic et agonem [31]intellegi [32]capit persecutionem[k]. A quo [33]certamen edicitur, nisi a quo corona et praemia proponuntur? Legis edictum agonis istius in Apocalypsi[l], quibus praemiis ad victoriam invitet vel maxime illos qui proprie vicerint in persecutione, vincendo luctati revera non adversus carnem et sanguinem, sed adversus spiritalia nequitiae[m]. Ita agnosces ad eundem [34]agonothetam pertinere certaminis arbitrium qui invitat ad praemium. Totum quod agitur in persecutione gloria dei est, probantis et reprobantis, imponentis et deponentis. Quod autem ad gloriam dei pertinet, utique ex voluntate illius eveniet. Sed quando deus magis creditur, [35]nisi cum magis timetur? nisi in tempore persecutionis? [36]Ecclesia in [37]attonito est[n]. Tunc et fides in expeditione sollicitior et disciplinatior in ieiuniis [38]et stationibus et orationibus et humilitate, [39]in alterutra diligentia[o] et dilectione, in sanctitate et sobrietate. Non enim vacatur nisi timori et spei. Adeo et ex hoc ipso ostenditur nobis non posse diabolo deputari eam quae meliores efficit dei servos.

[1]Si, quod iniquitas a deo non est, sed a diabolo, persecutio Cap. II.

25. maturûm *ABa. Laurentianus.* 26. et palias *B.* 27. et haec *B.* Haec *de. tres Vaticani.* et hae *A.* Hae *reliqui.* 28. etiam *ABabc.* enim *reliqui.* 29. schalae *B.* 30. somniavit *Laurentianus et tres Vaticani.* 31. intellegi *a.* 32. cepit *Laurentianus.* 33. certamen dicitur *a.* certamine dicitur *AB. Laurentianus.* 34. agonithetam *AB. Laurentianus.* 35. nisi cum — — persecutionis ecclesia *Latinius.* 36. Tunc ecclesia *e.* 37. actonitu *A. Laurentianus.* 38. in stationibus *b.* et stationibus *reliqui omnes et tres Vaticani.* 39. et alterutra *AB.*

Cap. II. 1. Si quidem iniquitas *A. m. sec. in marg.* Si, quoniam iniquitas *Latinius, prob. Iunio.*

k. agonem intellegi capit persecutionem.] *Capit* est Graecum ἐνδέχεται et hoc usu admodum familiare Tertulliano. Apolog. cap. 17 „Hoc quod est deum aestimari facit, dum *aestimari non capit.*" De Pudic. cap. 1 „*capit et indulgeri*, quasi modica." De Baptismo cap. 1. „nec *capit numerari* quod non habetur." Ad Natt. II, 3 „non *capit* utique *videri* deus." Adv. Marc. III, 6 „Id enim *intellegi vel non intellegi capit* quod substantiam habendo praedicationis habebit et materiam vel agnitionis vel erroris." De Idol. cap. 10 „Fideles magis *dicere quam docere litteras capit.*" De Cultu Fem. I, 2 „Sed haec *aestimare non capit.*" Adv. Marc. II, 9 „*Capit* etiam imaginem spiritus *dicere* flatum."

l. in Apocalypsi] Apocal. III, 12. Cf. Scorpiac. adv. Gnost. v. cap. 12.

m. adversus spiritalia nequitiae.] Ep. ad Ephes. VI, 12 „*Spiritalia* dicit *spiritus.* Non aliter Apolog. cap. 1 „Quid hoc mali est, quod *naturalia* mali non habet" et ibid. cap. 20 „portentis *naturalium* forma turbatur", *naturalia* posuit pro *natura,* De Corona cap. 8 „*necessaria* vitae pro *necessitatibus,* et Ad Natt. II, 12 *seminalia* pro ipsis *seminibus.*"

n. in attonito est.] V. quae adnotavi ad De Idol. cap. 24.

o. alterutra diligentia] h. e. mutua diligentia. De Pudic. cap. 2 „in *alterutra* oppositione." Cf. Apul. De Dogm. Platon. III, (p. 268) tom. II, p. 266. Hild., ubi Hildebrandus citat etiam locum Arnobii V, 35 (?) „nec *alterutrum* rerum vocare contextum."

autem ex iniquitate consistit ([2]quid enim [3]iniquius, quam veri dei antistites, [4]omnes sectatores veritatis nocentissimorum [5]more tractari?), ideo videtur persecutio a diabolo evenire, a quo iniquitas agitur ex qua constat persecutio, scire debemus, [6]quatinus nec persecutio [7]est sine iniquitate [8]diaboli [9]nec probatio fidei sine persecutione, propter probationem fidei necessariam [10]iniquitatem non patrocinium [11]praestare persecutioni, sed ministerium; praecedere enim dei voluntatem circa fidei probationem, quae est ratio persecutionis, sequi autem diaboli iniquitatem ad instrumentum persecutionis, quae ratio est probationis. Nam et alias in quantum iustitiae iniquitas aemula[a] est, in tantum materia est ad testimonia eius, cuius est aemula, ut sic [12]iustitia in iniquitate perficiatur,
I Cor. I, 27. quomodo virtus in infirmitate perficitur[b]. Nam infirma mundi electa sunt a deo, ut confundantur fortia, [13]et stulta eius, ut [14]confundatur sapientia. Ita et iniquitas adhibetur, ut iustitia probetur confundens iniquitatem. Igitur quod ministerium non est arbitrii, sed servitii (arbitrium enim domini persecutio propter fidei probationem, ministerium autem iniquitas diaboli propter persecutionis instructionem), ita eam per diabolum, si forte[c], non a diabolo evenire credimus. Nihil satanae in servos dei vivi licebit, nisi per-

2. quod enim *AB.* 3. iniquus *AB.* 4. omnes *ABabc.* omnis *de. tres Vaticani.* homines *Rhenanus.* 5. more mactari *A. m. sec.* 6. quatinus (*A*)*a.* quatenus *reliqui.* 7. est sine *cde. Gorziensis.* potest sine *ABab. Laurentianus.* pot' est *Iunius.* potest esse sine *A. m. sec.* 8. diabuli *Laurentianus.* 9. nec probatio fidei *bcde. Gorziensis.* nec perfectio fidei *A. m. sec.* nec persecutio fidei *ABa. Laurentianus.* nec probatio fieri *Rhenanus.* 10. iniquitati non *Rhenanus.* 11. praestare persecutionem *ABa. Laurentianus. Rhenanus.* praestari persecutioni *reliqui, Gorziensis, et Rhenanus in marg. ed. pr.* 12. iustitia in *de.* iustitiam *AB.* iustitia *reliqui.* 13. et statuta eius *AB. Laurentianus.* et stulticia eius *A. m. sec. in marg.* 14. confundatur *ABabd. Laurentianus et duo Vaticani.* confundantur *ce.*

Cap. II. a. aemula] *Aemulus* innumeris Tertulliani in locis pro *inimicus* positum reperitur, ut etiam quae inde derivantur vocabula *aemulatio, aemulator.* Sic habes, ut pauca exempla proferam, Apolog. cap. 2 „intellegere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam ratio *aemulae* operationis insequitur." Ibid. cap. 5 Facilius utique pessimi ab optimis quibusque, ut ab *aemulis,* quam a suis sociis eradicandi iudicarentur." Ibid. cap. 27 „Ille scilicet spiritus daemonicae et angelicae paraturae, qui noster ob divortium *aemulus* et ob dei gratiam invidus de mentibus vestris adversus nos proeliatur." Ibid. cap. 48 „Quae ratio universitatem ex diversitate conposuit, ut omnia ex *aemulis* substantiis sub unitate constarent." Ad Natt. I, 7 „quales simus damnator ipse demonstravit, utique *aemula* sibi puniens." Ibid. paulo postea „Vitam aeternam sectatoribus et conservatoribus suis spondet, e contrario profanis et *aemulis* supplicium aeternum aeterno igni comminatur." Apolog. cap. 2 „et absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat *aemulatione* iterum Christianus." Ibid. cap. 7 „Tot hostes eius quot extranei, et quidem proprie ex *aemulatione* Iudaei sqq." Ibid. cap. 47 „operantibus *aemulationem* istam spiritibus erroris." De Spectac. cap. 2 „illa vis interpolatoris et *aemulatoris* angeli."

b. in infirmitate perficitur.] II. Ep. ad Corinth. XII, 9. Cf. De Carne Chr. cap. 4.

c. si forte] V. quae adnotavi ad De Cor. cap. 5.

miserit dominus, ut aut ipsum destruat per fidem electorum [15]in temptatione victricem, [16]aut homines eius fuisse traducat[d] qui [17]defecerint ad illum. Habes exemplum Iob, cui diabolus nullam potuit incutere temptationem, nisi a deo accepisset potestatem, [18]nec in substantiam quidem eius, nisi dominus, Ecce, dixisset, omnia quae Iob. I, 12. sunt ei, in manu [19]tua do, in ipsum autem ne extenderis manum. Denique [20]nec extendit, nisi [21]posteaquam et hoc postulanti [22]dominus, Ecce, dixisset, trado tibi illum, tantum animam eius custodi. Iob. II, 6. Sic et in apostolos facultatem temptationis postulavit non habens eam nisi ex [23]permissu, siquidem dominus in evangelio ad Petrum, Ecce, inquit, postulavit satanas, [24]ut cerneret[e] vos velut frumen- Luc. XXII, 31. tum, [25]verum ego rogavi pro te, ne deficeret fides tua, [26]id est, ne tantum [27]diabolo permitteretur, ut fides periclitaretur. [28]Quo ostenditur utrumque apud deum esse, et concussionem fidei et protectionem, cum utrumque ab eo petitur, concussio a diabolo, protectio a filio. Et utique cum filius dei protectionem fidei habet in sua potestate, quam a patre postulat, a quo omnem accipit potestatem in caelis et in terris[f], quale est, ut concussionem fidei diabolus in manu sua habeat? Sed in legitima oratione[g], cum dicimus ad patrem, Ne nos inducas in temptationem (quae autem maior Matth. VI, 13. temptatio, quam persecutio?), ab eo illam profitemur accidere a quo veniam eius deprecamur. [29]Hoc est enim quod sequitur, Sed erue nos a maligno, [30]id est, ne nos induxeris in temptationem permittendo nos maligno. Tunc enim eruimur [31]diaboli manibus,

15. in tentatione *bcde. Gorziensis. Rhenanus.* intentationem *reliqui et Laurentianus.* 16. aut hominem *AB.* 17. defecerit *Laurentianus.* 18. nec substantiam *AB. Laurentianus.* 19. tua domine in ipsum *AB.* 20. nec ostendit *B.* 21. post quam *AB.* 22. dominus et ceteris *A. m. pr. Ba. Laurentianus.* dominus, ecce, ait *A. m. sec.* dominus, ecce, dixisset *reliqui et Gorziensis.* 23. promissu *AB.* 24. ut cerneret *Aa.* uti cerneret *Bde. tres Vaticani.* ut discerneret *bc. Gorziensis.* 25. verum ego rogavi pro te *bcde.* sed ego oravi patrem *A. m. sec. in marg. Verba om. ABa. Laurentianus.* 26. id est ne tantum *abcde.* vel ne tantum *AB.* 27. diabulo *Laurentianus.* 28. Quod ostenditur *AB. Laurentianus.* 29. et hoc est *AB.* 30. id est ne *abcde.* vel ne *A, et Laurentianus. Verba* id est — — maligno *om. B.* 31. diaboli *ABabcd.* e diaboli *A. m. sec.* a diaboli *e. Fulv. Ursinus.*

d. eius fuisse traducat] Demonstret homines fuisse diaboli, qui deserto deo defecerint ad diabolum et in publicum spectandos et cognoscendos quasi transvehat. Cf. infra cap. 12 „Ergo dum nolendo tradi non vis *traduci*, nolendo negasti quod te esse *traduci* noluisti.“ Ad Scap. cap. 2 „Daemones autem non tantum respuimus, verum et revincimus et cotidie *traducimus* et de hominibus expellimus.“ De Anima cap. 1 „quae vim istam perniciosissimam nec umquam bonam, antiqui erroris artificem, omnis veritatis avocatricem sola *traducit.*“

e. ut cerneret] h. e. cribraret et cribrando purgaret. Utuntur hac significatione Plin. Hist. Nat. XVIII, 11, 19. XXXIII, 5, 26. et Cato De Re Rust. CVII.

f. in caelis et in terris] Evang. Matth. XXVIII, 18.

g. in legitima oratione] Orationem legitimam dicit quam nobis dictavit Christus caelestis iuris peritus. Sic „precem legitimam“ dixit Augustin. Serm. CXXV. De Temp. (Rig.).

cum illi non tradimur in temptationem. Nec in porcorum gregem[h] diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de deo impetrasset; [32]tantum potestatem abest [33]ut in oves dei habeat. Possum dicere[i] [34]porcorum quoque setas [35]tunc numeratas [36]apud deum fuisse, [37]nedum capillos sanctorum. Habere videtur diabolus [38]propriam iam potestatem, [39]si forte, in eos [40]qui ad deum non pertinent, [41]semel[k] in [42]stillam situlae et in pulverem areae et in salivam nationibus deputatis[l] a deo ac per hoc diabolo expositis in vacuam quodammodo possessionem. Ceterum[m] in domesticos dei [43]nihil illi [44]licet

32. tantum potestatem abest *ego*. tantum abest *bcde*. tantum (tantem *a*.) potestatem habet *ABa*. *Laurentianus*. tantum abest ut potestatem *A. m. sec. in marg*. 33. ut moves *B*. 34. porcorum quoque setas *abcde*. porcorum coques quoque et has *AB, et Laurentianus*. porcorum greges quoque et has *A. m. sec*. 35. tunc numeras *AB*. tunc immanes *Aβ. m. sec*. tunc immunes *Aφ. m. sec*. 36. apud eum *A. m. sec*. 37. in capillos *A. m. sec*. 38. propriam iam *ABacde, et tres Vaticani*. propriam potestatem *bc*. 39. nisi forte *A. m. sec*. 40. quo ad *A (m. sec.) B. Laurentianus*. 41. simul in *A. m. sec*. 42. scillam siculae *AB*. 43. nihil *om. AB. Laurentianus*. 44. liceat vel ex quibus *AB. Laurentianus*.

h. in porcorum gregem] Evang. Marc. V, 13.

i. Possum dicere] Ita Ad Uxor. I, 3 „*Possum dicere*, quod permittitur non est bonum." Item Scorpiac. cap. 7.

k. semel] h. e. nostrum „ein" für allemal" et ita occurrit persaepe in Tertulliani scriptis. Apolog. cap. 9 „Nobis vero *semel* homicidio interdicto etiam conceptum utero — — dissolvere non licet." Ibid. cap. 10 „*semel* deos non colendo." Ibid. cap. 11 „*semel* utique in ista constructione dispositum et instructum et ordinatum cum omni rationis gubernaculo inventum est." Ibid. cap. 11 „Properavit, opinor, et caelum *semel* clusit, et nunc utique melioribus apud inferos musitantibus erubescit." Ibid. cap. 23 „Porro si et magi — — somnia immittunt habentes *semel* invitatorum angelorum et daemonum adsistentem sibi potestatem" sqq. Ibid. cap. 41 „Qui enim *semel* aeternum iudicium destinavit post saeculi finem, non praecipitat discretionem." De Corona cap. 13 „omnes alienae, profanae, inlicitae, *semel* iam in sacramenti testatione eieratae." Cf. Buenem. ad Lactant. V, 4. p. 589. Cort. ad Lucan. II, 198. VI, 756. Duker. ad Flor. II, 12. Burm. ad Quintil. Declam. VI, 2. Bach. ad Ovid. Metam. XIII, 101. Hildebr. ad Apul. Metam. VI, 17. p. 452., ad De Magia cap. 89. p. 613., et ad Arnob. Adv. Natt. I, 46.

l. et in salivam nationibus deputatis] h. e. despectim conspuendis, ut verbis Rigaltii utar. Respiciuntur autem verba Iesaiae XL, 15 (Hieronym.) „Ecce gentes quasi stilla situlae et quasi momentum staterae reputatae sunt. Ecce insulae quasi pulvis exiguus."

m. Ceterum] h. e. *Sed, At, Immo*. Apolog. cap. 1 „Scit (veritas) se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire, *ceterum* genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in caelis habere." Ibid. cap. 21 „Iovis ista sunt nomina vestra. *Ceterum* dei filius nullam de impudicitia habet matrem." Ad Natt. I, 5 „Utique enim facilius inter nos inviti desertores disciplinae quam voluntarii continerentur. *Ceterum* sine causa vocatis Christianos quos ipsi negant Christiani, qui se negare non norunt." Ibid. II, 1 „haberi enim debet (divinitas), sicut est, certa, integra, communis, quia scilicet omnium. *Ceterum* quem deum credam?". Ad Uxor. II, 7 „Ita facilius huiusmodi lucro fiunt in quos dei gratia consuetudinem fecit. *Ceterum* aliud est, ultro et sponte in prohibita descendere." De Corona cap. 13 „Praefabitur quidem Claudius etiam caelum sideribus apud Homeri carmina coronatum. Certe a deo; certe homini. Igitur et homo ipse a deo coronandus est. *Ceterum* a saeculo coronantur et lupanaria" sqq. Cf. interpr. ad Liv. IX, 21, 1. Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. V, 36.

ex propria potestate, quia, quando liceat, id est ex quibus causis, exempla in scripturis signata demonstrant. Aut enim ex causa probationis [45]conceditur ei ius temptationis [46]provocato vel provocanti, [47]ut in superioribus[n], [48]aut ex causa reprobationis traditur [49]ei peccator, quasi carnifici in poenam, ut Saul (Et [50]abscessit, inquit, spiritus domini a Saule, et concutiebat eum spiritus nequam a domino et suffocabat eum), [51]aut ex causa [52]cohibitionis, ut apostolus refert[o] datum [53]sibi sudem angelum satanae, ut [54]colaphizaretur; [55]nec hanc speciem permitti[p] diabolo [56]in sanctos humiliandos per carnis [57]vexationem, nisi[q] simul ut et virtus tolerantiae scilicet in infirmitate perfici possit. Nam et ipse apostolus[r] [58]Phygellum et Hermogenem tradidit satanae, uti emendentur, ne blasphement. [59]Vides iam et a servis dei facilius diabolum accipere potestatem; [60]tanto abest[s], ut eam ex proprietate possideat. I Sam. XVI, 14.

Cum ergo et haec exempla magis in persecutionibus eveniant, [1]siquidem magis tunc probamur vel reprobamur, et magis tunc humiliamur vel emendamur, ab eo permittatur vel [2]imperetur necesse est catholice fieri haec[a] a quo et [3]ex parte, scilicet ab illo qui dicit, Ego sum qui facio pacem et condo [4]mala, id est bel- Cap. III. Ies. XLV, 7.

45. conceditur ut vis *AB.* conceditur et ius *Laurentianus.* conceditur ut vi *A. m. sec.* 46. provocato provocanti *AB. Laurentianus.* 47. ut in *bcde. Rhenanus.* uti *reliqui et Laurentianus.* 48. aut ex causa reprobationis *bcde. Gorziensis.* aut ex causa probationis *ABa. Laurentianus.* 49. et peccator *AB. Laurentianus.* 50. accessit *A (m. pr.) B.* abcessit *a.* 51. ut ex causa *Laurentianus.* 52. cohabitationis *a.* cohibitionis *reliqui et Gorziensis.* 53. sibi si id est angelum *AB.* sibi si idem angelum *Laurentianus.* sibi scilicet angelum *A. m. sec.* 54. colafizaretur *AB. Vaticani.* colaphizetur *reliqui et Laurentianus.* 55. ne hanc *AB. Laurentianus.* in eò hanc (?) *Ios. Scaliger.* sic hanc *Iunius.* 56. ni ad sanctos *Rhenanus.* ni sanctos *b.* 57. vexationem, nisi simul *e.* vexationem simul *reliqui et Laurentianus.* 58. Phygellum *e.* Phigelum *AB.* Phygelum *abc.* Phigellum *d.* Philetum *Gorziensis, „nec hic tantum. De quo quis mirari queal" adnotavit Rhenanus.* 59. Videns *AB. Laurentianus.* 60. tum abest *A. m. sec.*

Cap. III. 1. sed quidem *AB. Laurentianus.* 2. impetretur *A.* 3. ex patre *A. m. sec. in marg.* 4. mala vel bellum *AB. Laurentianus.*

n. ut in superioribus] In exemplis Iob et apostolorum.

o. ut apostolus refert] II. Corinth. XII, 7. *Sudem* dicit palum, *σκόλοπα τῇ σαρκί.* Cf. Adv. Marcion. V, 13.

p. nec hanc speciem permitti] Haec apta sunt a superioribus „exempla in scripturis signata demonstrant," ut vidit iam Beatus Rhenanus.

q. nisi] Iure repetiit hanc particulam Rigaltius ex finali littera praecedentis et ex syllaba *si* sequentis vocabuli. Nullus enim sine illa loci ordo aut sensus sanus.

r. apostolus] II. Timoth. I, 15.

s. tanto abest] De hac ellipsi v. adnot. ad De Testim. Animae cap. 2.

Cap. III. a. catholice fieri haec] Opposita sibi sunt *catholice* et *ex parte.* Cum constet in singulis quae prolata sunt temptationis satanicae exemplis eius auctorem deum semper ipsum, satanam tantum ministerium fuisse, cum eiusmodi exempla nullo magis quam persecutionis tempore eveniant, necesse est eorum auctor sit deus hoc quoque tempore, ubi non singillatim, sed *καθ' ὅλου* et generaliter et multis simul eiusmodi inmittantur. De loco Iesaiae v. Adv. Marcion. II, 14.

lum; hoc est enim contrarium paci. Nostrae autem paci [5]quod est bellum quam persecutio? Si persecutionis vel maxime[b] exitus aut vitam [6]afferunt aut mortem, aut plagam aut sanationem, habes
Deut. XXXII, 39. [7]auctorem eiusdem[c]: Ego percutiam et sanabo, ego vivificabo et
Zach. XVI, 9. mortificabo. [8]Uram, inquit, illos sicut [9]uritur aurum, et probabo, inquit, illos sicut [10]probatur argentum[d]. Cum enim exurimur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. [11]Haec erunt ignea iacula diaboli[e], per quae fidei ustio et conflatio administratur, ex dei tamen voluntate. De isto quis dubitare possit, ignoro, nisi plane frivola et frigida fides[f], deprehendens eos qui timide conveniunt in ecclesiam. [12]Dicitis enim, [13]quoniam incondite convenimus et simul convenimus et complures concurrimus in ecclesiam, [14]quaerimur a nationibus et timemus, ne turbentur nationes. [15]An non scitis, quod deus omnium sit dominus? Et si velut deus, tunc persecutionem patieris, si vero [16]noluerit, silebunt nationes. Credas utique, [17]si tamen in eum deum credis, sine cuius voluntate nec passer unius assis cadit in terram[g]. Nos autem, puto, multis passeribus antistamus[h].

Cap. IV. Igitur si [1]constat a quo persecutio eveniat, possumus iam consultationem tuam inducere[a] et determinare ex hoc ipso [2]praetractatu fugiendum in persecutione non esse. Si enim persecutio a deo evenit, nullo modo fugiendum erit, quod a deo evenit; sicut

5. quid est *e. Latinius.* 6. afferunt *e. Latinius.* auferunt *abcd.* aufertur *B. Laurentianus.* aufert *A.* affert *A. m. sec.* 7. auctoritatem *A. m. sec.* 8. Vestra inquit *B.* 9. uritur argentum *de.* 10. probatur aurum *de.* 11. et haec erunt *AB.* 12. Dicitis enim inquit *ABa. Laurentianus.* 13. quomodo incondite *AB.* 14. quaerimus *Laurentianus.* 15. Annon *bcde.* Aeae non *a.* eae. Non *B.* hec. Non *A.* hae. Non *Laurentianus.* 16. noluerint *AB.* 17. sed tamen — — in terram? *Leopoldus.* si tamen meum deum *AB. Laurentianus.*

Cap. IV. 1. constet *bc.* constat *reliqui et tres Vaticani.* 2. retractatu *Rhenanus.*

b. vel maxime] Refer ad praegressum *persecutionis.* Hae enim generalia sunt bella temptandi causa a deo instituta in probationem aut reprobationem; in quibus qui probantur vitam aeternam et malorum sanationem sperare debent, qui reprobantur poenas dabunt.

c. eiusdem] Habes, inquit, auctorem non solum eius, quod persecutiones a dei ratione proficiscuntur, sed etiam huius, quod vitam affert ipse aut mortem, plagam aut sanationem per illas.

d. sicut probatur argentum.] Cf. Scorp. Adv. Gnost. cap. 7.

e. ignea iacula diaboli] Epist. ad Ephes. VI, 16.

f. frivola et frigida fides] Cf. De Testim. Animae cap. 5 „Non puto cuiquam *frivola et frigida* videri posse, si recogitet sqq.“

g. cadit in terram.] Matth. X, 29.

h. antistamus.] De structura huius verbi adeas Hildebr. ad Apul. Metam. IV, 8. p. 233. Barth. Adverss. XXXIV, 6. p. 1554.

Cap. IV. a. consultationem tuam inducere] Inducitur proprie quod deletur. Hic „consultationem inducere“ est tollere dubium consultationis. Exponit autem seipsum cum addit *et determinare.* Ita Rhenanus. Aliter Iunius, sed parum recte, cum explicet *inducere* „in ordinem huius tractationis nostrae inducere, ut excutiamus eam, ac velut in consilium mittere.“

duplex ratio [3]defendit, quia [4]neque debeat devitari neque possit evadi quod a deo evenit. Non debet devitari, quia bonum; necesse est enim bonum esse omne quod deo visum est. Et numquid[b] ideo in Genesi sic positum est, Et vidit deus quia bonum est, non quod ignoraret bonum esse, nisi vidisset, sed ut hoc sono portenderet bonum esse [5]quod deo visum est? Multa quidem sunt, quae a deo eveniant et alicuius malo eveniant. Immo bonum est ideo, quia a deo evenit, ut [6]divinum, rationale. Quid enim divinum non rationale, non bonum? Quid bonum non divinum? Si autem sensui [7]cuiusque videtur[c], non sensus hominis praeiudicat statui [8]rerum, sed status sensui. Status enim [9]unusquisque certum [10]quid est et dat sensui legem [11]ita sentiendi statum [12]sicuti est. Si autem [13]statu quidem bonum quod a deo venit ([14]nihil enim a deo non bonum, quia divinum, quia rationale), sensui vero malum videtur, erit status [15]in tuto, sensus in vitio. [16]Statu optima res pudicitia et veritas et iustitia, [17]quae a multorum [18]sensu displicent[d]. Numquid ideo status [19]sensui addicitur? Ita et persecutio statu bona est, quia divina et rationalis dispositio, sensui eorum [20]vero, quorum malo [21]venit, displicet. Vides etiam illud malum [22]rationale apud deum [23]habere[e], cum quis in persecutione evertitur de salute, sicut et [24]bonum illud ratione contingere, [25]cum quis ex persecu-

3. defendit *e. Ciacconius.* dependit *reliqui et Vaticani.* 4. neque debeat devitari, neque possit evadi (evadi possit *e.*) *bcde. Gorziensis.* neque (nec *a.*) debeat evadi *ABa.* 5. quod deum *AB.* 6. divinum rationale *ABab.* divinum et rationale *reliqui.* 7. cuiusque non videtur *A. m. sec.* 8. rerum *om. cde.* 9. uniuscuiusque *de. Rhenanus, tres Vaticani.* 10. quid est et dat *bcde. Rhenanus.* quid est, sed dat *ABa.* quid ex se dat *Rhenanus.* 11. ita sentiendi *e. A. m. sec. in marg.* sentienti *bcd. Rhenanus.* sentientis *reliqui.* 12. sicuti est *e.* si est *reliqui.* 13. statum quidem *AB.* status quidam *A. m. sec.* 14. nihil enim *bcde. Gorziensis.* nihil *ABa.* 15. in toto *A (m. pr.) Ba.* 16. Status optima *A. m. sec.* 17. quae multorum *A. m. sec.* 18. sensu displicent *abcde.* sensus displicent *AB.* sensibus displicent *A. m. sec.* 19. sensui addicitur (adicitur *A. m. sec.*) *bcde. Gorziensis et A. m. sec.* sensus a sui adicitur *A.* sensus sui addicitur *Ba.* 20. vero mala quorum *A. m. sec.* quorum malo venit mala *Rhenanus in marg.* 21. venit, displicet. Vides *bcde. Gorziensis.* venit. Sed quid est *ABa.* venit. Sequitur *Rhenanus.* 22. rationale *ABa.* rationem *reliqui.* 23. haberi *Rhenanus.* 24. bonum illud *ABab.* illud bonum *reliqui.* 25. cum quis et persecutione evertitur de salute sicut et bonum illud ratione contingere cum quis ex persecutione *A.*

b. Et numquid] Verte „Und sollte vielleicht darum eben auch in der Genesis stehen“ sqq. Cf. Adv. Marc. II, 4, ubi iisdem paene verbis eandem rem pertractat.

c. Si autem sensui cuiusque videtur] Scilicet omne quod a deo evenit bonum esse, quia divinum, quia rationale. *Praeiudicat,* h. e. iudicio praeit.

d. quae a multorum sensu displicent.] Animadvertis structuram verbi *displicere,* hic insolentius iuncti cum *a* praepositione, similiter atque etiam verba *dissidere, distare, abhorrere* et similia praeter legitimam passim admittunt etiam simplicis dativi structuram.

e. rationale apud deum habere] Rhenanus corrigi voluit *haberi,* alii *rationem* pro *rationale,* quod libri scripti una cum principe editione retinent, emendandum duxerunt. Neutro, opinor, opus esse videbitur, si memineris apud Tertullianum non infrequentem esse adiectivorum usum substantive positorum.

tione [26]proficit in salute. Nisi si irrationaliter quis aut perit apud dominum aut salvus est[f], is non poterit persecutionem malum dicere, quae etiam [27]in mali parte[g] bonum est, dum ratione administratur. Ita si bonum persecutio quoquo modo, quia de statu constat, merito definimus quod bonum est vitari non oportere, quia delictum sit quod bonum est recusare, eo amplius, quod deo visum est, iam vero nec posse vitari, quia a deo evenit, cuius voluntas non poterit [28]evadi. Igitur qui putant fugiendum aut malum exprobrant deo, si persecutionem uti [29]malum fugiunt (bonum enim nemo devitat), aut fortiores se deo existimant, qui putant se evadere posse, si deus tale aliquid voluerit evenire.

Cap. V. Sed quod meum est, inquit[a], fugio, ne peream, si negavero; illius est, si voluerit, [1]etiam fugientem [2]me reducere in medium. [3]Hoc mihi prius responde: certus [4]es te negaturum, si non fugeris, an incertus? Si enim certus, iam negasti, quia praesumendo te negaturum id despopondisti de quo praesumpsisti, et vane iam fugis, ne neges, qui, si negaturus es, iam negasti. Si vero [5]incertus es, cur non ex aequalitate incerti metus inter utrumque eventum etiam confiteri te posse praesumis et salvum magis fieri, quo minus fugias, [6]sicut negaturum te praesumis, ut fugias? Iam nunc aut in nobis est utrumque aut totum in deo. Si in nobis est confiteri aut negare, cur [7]non id praesumimus, quod est [8]melius, id est confessuros nos? Nisi si vis confiteri, [9]pati non vis; nolle

26. proficit in salutem. Si rationaliter *Rhenanus.* 27. in mali parte *e. Ios. Scaliger.* in malis parte *ABd, et tres Vaticani.* in malis par *abc.* 28. evadi. Igitur *bcde. Rhenanus.* eo adi igitur *A.* eo adigitur *Ba.* evitari igitur *A. m. sec.* eo ad igitur (*in marg.* eo ad id est adeo) *Divionensis, teste Rigaltio.* 29. malum fugiant *e.*

Cap. V. 1. est fugientem *AB.* 2. ne reducere *B.* 3. et hoc mihi *AB.* 4. es negaturum *abc.* es te negaturum *reliqui et tres Vaticani.* 5. incertus est *A.* 6. sicut *bcde. Gorziensis, et antea Rhenanus ex coniectura.* si cum *reliqui.* 7. id non *AB.* 8. melius vel confessuros *AB.* 9. pati non vis *bcde.* patiaris *reliqui.*

Cf. quae adnotata sunt supra ad huius libri cap. 1. ad voc. *spiritalia.*

f. Nisi si irrationaliter quis aut perit apud dominum aut salvus est] Supra demonstratum erat nihil evenire praeter rationem. Hinc igitur sequitur nec magis quemquam posse praeter rationem apud deum perire aut salvum esse.

g. in mali parte] Qui *in malis par* scripserunt, interpretantur hoc coniugum cum malo, adeo ut bonum et malum paria in eadem re facere videantur.

Cap. V. a. inquit] De ellipsi huius *inquit,* quod fere respondentis aut novum obicientis aut inferentis esse solet v. Bentl. ad Horat. Serm. I, 4, 79. Buenemann. ad Lactant. De Ira cap. 19. p. 1091. Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. I, 9. Eius *inquit* ex Tertulliano exemplorum ingens numerus possit afferri. Sufficiant haec: Infra cap. 6. initio „Immo, *inquit,* quia praeceptum adimplevit, fugiens de civitate in civitatem.“ Apolog. cap. 1 „Sed non ideo, *inquit,* quia multos convertit.“ Ibid. cap. 2 „Hoc sum, *inquit,* quod quaeris an sim.“ Ibid. cap. 31 „Orate, *inquit,* pro regibus et pro principibus et potestatibus, ut omnia tranquilla sint vobis.“ Ibid. cap. 46 „Eadem, *inquit,* et philosophi monent et profitentur.“ De Spectac. cap. 15 „Si furem, *inquit,* videbas, concurrebas cum eo.“

autem confiteri negare est. Si vero in deo totum est, cur non totum relinquimus arbitrio eius agnoscentes virtutem et potestatem, quod possit nos sicut fugientes [10]reducere in medium, ita et non fugientes, immo et in medio populo conversantes obumbrare[b]? Quale est[c], ut ad fugiendum deo honorem reddas, qui possit te etiam fugientem producere in medium, [11]ad contestandum autem inhonores illum desperans potentiam protectionis ab illo? [12]Quare non magis ex hac parte constantiae et fiduciae in deum dicis: Ego quod meum est facio; non discedo; deus, si voluerit, ipse me proteget? Hoc potius nostrum est, stare sub dei arbitrio, quam fugere sub nostro. Rutilius[d] sanctissimus martyr, cum totiens fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum, ut putabat, nummis redemisset, [13]post totam securitatem, quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus et praesidi oblatus tormentis dissipatus[e], credo pro fugae castigatione, dehinc ignibus datus passionem, quam vitarat, [14]misericordiae dei retulit[f]. Quid aliud voluit dominus nobis demonstrare hoc documento, quam fugiendum non esse, quia nihil fuga prosit, si deus nolit?

Immo, [1]inquit, praeceptum[a] adimplevit fugiens de civitate in civitatem. [2]Sic enim voluit quidam, [3]sed et ipse fugitivus, argumentari, et qui proinde [4]nolunt intellegere sensum [5]domini illius[b] Cap. VI.

10. reducere *e. Latinius, ex Vaticano aliquo.* educere *reliqui.* 11. ad contestandum *bcde. Gorziensis.* aut constandum *ABa.* 12. Quare non *de. Latinius.* Quanto magis *reliqui.* 13. post tutam *A. m. sec.* 14. misericordiae *bcde. Gorziensis.* misericordia *reliqui.*

Cap. VI. 1. inquit, praeceptum *Iunius.* inquit, quja praeceptum *libri omnes.* 2. Sicut enim *AB.* 3. sed et ipse *bcde.* fiet ipse *ABa.* fieri ipse *A. m. sec.* 4. noluit *AB.* 5. dominicae *A. m. sec., et Rhenanus.*

b. obumbrare?] h. e. tegendo tueri. Cf. Vergil. Aen. XI, 222 „Multa simul contra variis sententia dictis Pro Turno: et magnum reginae nomen *obumbrat.*“

c. Quale est] Ita passim loquitur Tertullianus, ut infra initio cap. 7 „Primo quidem, si a deo persecutio est, *quale est,* ut idem fugiendam eam mandet qui et infert?“ Adv. Marcion. I, 23 „*quale est* secundam ei rationem referri, cui deficit prima?“ Ibid. I, 26 „*Quale est* enim, ut praecepta constituat non executurus?“ De Ieiun. cap. 13 „*Quale est* autem, ut tuo arbitrio permittas quod imperio dei non das?“ De Pudic. cap. 15 „*Quale est* enim, ut cum maxime fornicatori incesto postliminium largitus ecclesiasticae pacis statim ingesserit de aversatione inmunditiarum?“

d. Rutilius] Passus est in Africa cum Silvano et Maximo, ut ex martyrologio patet, in quo male *Rutilus.* (Priorius.) V. Morcelli Afr. Christ. II, p. 71. Muenteri Primordia Eccl. Afr. p. 195.

e. dissipatus] h. e. dissectus atque dilancinatus. Sic De Spectac. cap. 12 „quia ferarum voluptati satis non fiebat, nisi et feris humana corpora *dissiparentur.*“ Ibid. cap. 21 „et qui ad cadaver hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derosa et *dissipata* et in sanguine suo squallentia corpora patientissimis oculis desuper incumbat.“ Apolog. cap. 46 „hoc pro suis omni atrocitate *dissipatis* nemo umquam temptavit Christianus.“

f. misericordiae dei retulit.] Dudum debitam deo passionem persolvit misericordiae praemium pro ea reportaturus.

Cap. VI. a. inquit, praeceptum] Redundat *quia* (quod libri omnes inserunt post *inquit*) et puto ex proximae vocis *inquit* terminatione accrevisse. (Fr. Iunius).

[6]pronuntiationis, [7]ut eam[b] ad velamentum timiditatis suae [8]utantur,
Matth. X, 23. cum et personas suas habuerit et tempora et causas. [9]Cum coeperint, inquit, persequi vos, fugite de civitate in civitatem. Hoc in [10]personas proprie apostolorum et in tempora et in causas eorum pertinere defendimus, [11]sicut subsequentes sensus[c] probabunt, qui
Matth. X, 5, 6. non nisi in apostolos competunt: In viam nationum ne ieritis et in civitatem Samaritanorum ne introieritis, [12]sed ite potius ad oves perditas domus Israëlis. Nobis autem et via nationum patet, in qua et inventi sumus et usque in finem incedimus, et nulla civitas excepta est, [13]quo[d] per totum orbem praedicamus, sed nec cura nobis Israëlis iniuncta est extra ordinem[e], nisi qua et omnibus gentibus praedicare debemus. Etiam si apprehendamur, non in concilia eorum perducemur nec in synagogis illorum flagellabimur[f], sed Romanis utique potestatibus et tribunalibus obiciemur. [14]Sic igitur et fugae praeceptum apostolorum condicio desiderabat, [15]quoniam primo praedicandum erat ad oves perditas domus Israëlis. Ut ergo [16]perficeretur praedicatio apud quos [17]priores eam perfici oportebat, uti panem ante filii quam canes sumerent, ideo illis fugere tunc ad tempus [18]praecepit, non propter [19]eludendum periculum [20]proprio nomine persecutionis ([21]atquin persecutiones eos passuros [22]praedicabat et tolerandas docebat), sed propter profectum annuntiationis, ne [23]statim[g] oppressis evangelii quoque disseminatio [24]perimeretur.

6. pronumptiationis *A.* 7. ut eam *ABabcd.* ut ea *A (m. sec.) e, et Ursinus.* 8. utatur *B.* 9. Cum coeperint — — — tempora et causas *om. B.* 10. personas *e. Ursinus, Iunius.* persona *Aabcd.* 11. sicut subsequentes sensus probabunt *abc.* sicut subsequentes probabunt *AB.* sicut subsequentia probabunt *A. m. sec.* sicut praecedentes et subsequentes sensus probabunt *de., praeter omnem scriptorum auctoritatem.* 12. sed nec potius *AB.* 13. qua per *e. Latinius.* quoniam per *Rhenanus.* 14. Sic igitur et *de.* Si igitur et *abc.* fugitur et *AB.* fugite hoc et *A. m. sec.* 15. quam primo *AB.* 16. perficeretur *e. Latinius, Ursinus.* perciperetur *reliqui.* 17. priores eam perfici *ABabcd.* priores perfici *e.* 18. praecipit *e.* 19. eludendum *ABbcde.* elidendum *a.* 20. pro nomine *Latinius.* 21. atquin *abcde.* et quoniam *B.* at quoniam *A.* at qui *A. m. sec.* 22. praedicebat *A. m. sec.* 23. statim *bcde. Rhenanus.* statu *reliqui, prob. Iunio.* 24. perveneretur *A. m. pr.*

b. ut eam] Ita restitui pro *ut ea,* quod praeter librorum auctoritatem irrepsit. Cf. De Testim. Animae cap. 4 „et tantopere praeparare *quae* sit *usura* post obitum?“ De Corona cap. 10 „Quod si tales edicit futuros qui idola fabricantur, tales iam sunt qui secundum idolorum ornatum *quid utuntur.*“ De hac structura verbi *uti* cum accusativo v. interpretes ad Lucret. V, 1033. VI, 1135. Ruddim. Instit. Gramm. Lat. II, p. 195 sq.

c. sicut subsequentes sensus] Intellegendi sunt scilicet qui protinus ab ipso Tertulliano exprimuntur, non qui apud Matthaeum. Sanum igitur interpolaverunt locum qui *praecedentes et* adiecerunt.

d. quo] Temptarunt pro *quo* reponere *qua* et *quoniam.* Sed recte Rhenanus olim iudicaverat *quo* hic esse pro *quare,* qui usus scriptoribus vel optimae aetatis alienus non est.

e. extra ordinem] h. e. praecipua, extraordinaria.

f. nec in synagogis illorum flagellabimur] Matth. X, 17.

g. statim] Censuerunt quidam retinendum *statu* pro *statim* interpretantes cum Rhenano: ob statum h. e. si perstitis-

Neque enim [25]quasi tacite in aliquam civitatem transfugiendum erat, sed quasi ubique annuntiaturi et ex hoc ubique persecutiones subituris, donec replerent [26]doctrinam suam[h]. Denique, Non [27]consummabitis, inquit, civitates Israëlis. Adeo intra terminos Iudaeae [28]praeceptum fugae continebatur. Nobis autem nulla Iudaeae praefinitio competit praedicationis in omnem iam carnem effuso spiritu sancto. Itaque Paulus et apostoli ipsi memores praecepti dominici contestantur illud apud Israël, quem iam [29]doctrina sua impleverant, Vobis oportuit [30]in primis sermonem dei tradi, [31]sed quoniam repulistis eum nec dignos vos aeterna vita existimastis, ecce convertimus nos ad nationes. Atque exinde conversi et ipsi, sicut antecessores instituerant, et in viam nationum abierunt et in [32]civitates [33]Samaritanorum introierunt, ut in totam scilicet terram exiret sonus eorum [34]et in terminos orbis voces eorum[i]. Si ergo cessavit exceptio viae nationum [35]et [36]introitus in civitates Samaritanorum, cur non cessaverit et fugae praeceptum pariter emissum? Denique ex quo saturato Israële apostoli in nationes transierunt, [37]nec fugerunt de civitate in civitatem nec pati dubitaverunt. [38]Atquin[k] et Paulus, qui se per murum concesserat expediri de persecutione, [39]qua ad hoc tempus erat [40]praecepti, idem iam in clausula officii et in consummatione praecepti discipulis magnopere

Matth. X, 23.

Act. XIII, 46

25. quasi tacitis *Latinius.* 26. doctrina sua *ABae. Iunius.* doctrinam suam *reliqui, Gorziensis.* 27. consumabitis inquit cuntes israelis *AB.* 28. praeceptum — — Iudaeae *om. AB.* 29. doctrinam suam *AB.* 30. in pennis sermonem *AB.* 31. sed quomodo repulistis cum nec *AB.* 32. civitate *AB.* civitatem *A. m. sec.* 33. Samaritarum *ABabcd.* 34. et in terminos orbis voces eorum *om. AB.* 35. et in *B. m. pr.* 36. introitus *om. AB.* 37. nec fugerunt *e. Ciacconius.* et fugerunt *reliqui.* 38. Atquin et Paulus *de. tres Vaticani.* Atquin (Atqui *A.*) Paulus *ABa.* Quin et Paulus *reliqui.* 39. quoad hoc *A.* 40. praeceptum *A. m. sec.*

sent nec fugissent. Sic infra in fine cap. 11 „Ceterum," inquit „si grex fugere deberet, non deberet praepositus gregis *stare*, sine causa *staturus* ad tutelam gregis."

h. replerent doctrinam suam.] Ita infra cap. 8 „donec scilicet *doctrinam suam impleret.*"

i. voces eorum.] Psalm. XVIII, 4.

k. Atquin] *Atquin* particula Tertulliano familiaris est pro attamen, contra potius, immo, quinimmo. Exemplum modo supra habuimus „*atquin* persecutiones eos passuros praedicabat et tolerandas docebat," cui addo Apolog. cap. 2 „*Atquin* invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam." Ibid. cap. 8. Ad Natt. I, 6 „nulla lex prohibet inquirere. *Atquin* pro legibus facit inquisitio." Ibid. I, 15 „Sed nec eo distat, si vos non ritu sacri neque [deo nec]atis. *Atquin* hoc asperius, quod frigore et fame aut bestiis [eos obici]tis aut longiore in aquis morte summergitis." Apolog. cap. 41 „et sequitur, ut omnes saeculi plagae nobis, si forte, in admonitionem, vobis in castigationem a deo obveniant. *Atquin* nos nullo modo laedimur." Ad Natt. I, 7 „Oro vos, extraneis unde notitia, cum enim licita et iusta mysteria omnem arbitrum extraneum caveant? Nisi inlicita minus spernunt. *Atquin* extraneis tam ignorare quam confingere magis competit." Ibid. II, 9 „Pius Aeneas ob unicum puerum et decrepitum senem Priamo et Astyanacte destitutis? *Atquin* Romanis magis detestandos qui pro salute principum et domus eorum adversus liberos et coniuges et o[mne] pignus suum deierant." Cf. Handii Tursell. tom. I, p. 513 sqq.

deprecantibus, ne se Hierosolyma committeret [41]passurus illic quae Agabus prophetaverat, [42]sollicitudini eorum non subscripsit, sed e
Act. XXI, 13. contrario, Quid, inquit, facitis lacrimantes et conturbantes cor meum? Ego enim non modo vincula pati optaverim, sed etiam mori Hierosolymis pro nomine domini mei Iesu Christi. Atque ita omnes aierunt, Fiat voluntas domini. Quae erat voluntas domini? Utique non fugiendi iam persecutionem. Ceterum[1] poterant et priorem domini voluntatem proposuisse, qua fugere mandaverat. qui illum persecutionem vitasse maluerant. Igitur cum etiam sub apostolis ipsis temporale [43]fuerit fugae praeceptum, sicut et reliquorum praescriptorum, non potest apud nos perseverare, quod apud doctores nostros concessavit[m], etsi non proprie ad illos fuisset emissum, aut, si perseverare illud dominus voluit, deliquerunt apostoli, qui non usque in finem fugere curaverunt.

Cap. VII. Videamus nunc, an et cetera domini edicta congruant perpetuo fugae praecepto. Primo quidem, si a deo persecutio est, quale est, ut[a] idem fugiendam eam mandet, qui et infert? Quam si evadi vellet, melius non immitteret, ne voluntatem suam alia voluntate praevaricari[b] videretur. Aut pati enim nos voluit persecutionem aut fugere. Si fugere, quomodo pati? si pati, quomodo fugere? Iam vero quanta inaequalitas sententiarum iubentis fugere et invitantis
Matth. X, 32. 33. ad passionem contrariam [1]fugae. Qui confessus [2]fuerit me et ego
Marc. VIII, 38. [3]confitebor illum coram patre meo. Quomodo confitebitur fugiens?
Luc. IX, 26. quomodo fugiet confitens? [4]Qui mei confusus fuerit, et ego con-

41. passuros *AB.* passurum *A. m. sec.* 42. solitudini *AB.* 43. fuit fugae *e.*
Cap. VII. 1. fugae. Qui *bcde.* fugae que (me *A. m. sec. superscr.*) qui *AB.* fugae. Quae? Qui *a.* 2. fuerit in me *de.* 3. confitebor in illo *bd.* 4. Qui me *bd.*

1. Ceterum] h. e. alioquin. Poterant igitur discipuli et priorem Paulo domini voluntatem, qua fugere mandaverat, proposuisse, nisi non fugiendi vera voluntas domini fuisset. De illo particulae *ceterum* usu atque significatu adeas Handii Turself. tom. II, p. 39. cf. Hildebr. ad Apul. Metam. VII, 28. p. 631 sqq. Ex Tertulliani scriptis, ne multa excitem, exemplum ad manum est Ad Natt. II, 6 „Age iam, conceditisne divinitatem non modo non serviliter currere, sed inprimis integre stare neque minui neque intercipi neque corrumpi debere, *ceterum* abiit omnis felicitas eius, si quid patitur umquam."

m. concessavit] Adv. Prax. cap. 1 „coëgit et litteras pacis revocare iam emissas et a proposito recipiendorum charismatum *concessare.*" Adv. Marcion. I, 21 „nisi quoniam fide manente in creatorem sola lex eius *concessare* debebat."

Cap. VII. a. quale est, ut] V. adnot. ad cap. 5.

b. praevaricari] h. e. corrumpi, laedi, neglegi. *Praevaricare* pro *praevaricari* vel veteribus in usu fuisse testimonio est Priscian. VIII, 799. Cf. Augustin. Tractat. in Iohann. 99 „Adam non sicut audivit, iudicavit, quia, quod audivit, *praevaricavit,*" qui locus de structura quoque eius verbi ad Tertulliani locum firmandum inprimis facit.

fundar [5]eius[c] coram [6]patre. Si [7]devito passionem, [8]confundor confessionem[d]. Felices qui persecutionem passi fuerint causa nominis mei. Infelices ergo qui fugiendo ex praecepto non erunt passi. Qui sustinuerit in finem, iste salvabitur. [9]Quid ergo me iubens fugere vis in finem sustinere? Tanta diversitas sententiarum si non congruit divinae gravitati, apparet ex his quoque praeceptum fugae suam tunc habuisse rationem, quam [10]ostendimus. Sed infirmitatem, inquit, quorundam prospiciens dominus pro sua humanitate nihilominus et portum fugae demonstravit. Non enim idoneus erat etiam sine fuga tam turpi et indigno et servili praesidio salvos facere in persecutione quos sciret infirmos. [11]Atquin[e] non fovet, sed recusat semper infirmos, primum docens non fugiendos esse persecutores, sed potius non timendos. Nolite timere eos qui corpus occidere possunt, animae autem nihil valent facere, sed timete eum qui et corpus et animam perdere potest in gehennam. Atque exinde quae timidis praefinit? Qui pluris fecerit animam suam quam me, non est me dignus, et qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest esse meus discipulus. Postremo [12]in Apocalypsi[f] non fugam timidis offert, sed inter ceteros reprobos particulam [13]in stagnum[g] sulphuris et ignis, quod est mors secunda.

Matth. V, 11. Matth. X, 22. Matth. X, 28. Luc. XIV, 26.

Refugit et [1]ipse vim interdum, sed eadem ratione qua apostolis fugere praeceperat, donec scilicet doctrinam suam impleret[h], qua [2]consummata, non dico stetit, sed nec auxilium a patre [3]angelorum exercituum desideravit, increpito etiam Petri gladio. Professus quidem et ipse est animam anxiam usque ad mortem et car- Cap. VIII.

5. eum coram *bd.* 6. patre meo *A. m. pr.* 7. debito *ABa.* 8. confundor *Ios. Scaliger.* confundo *libri mei omnes.* 9. Qui ergo *e.* 10. ostendemus *AB.* 11. Atquin *ABade. tres Vaticani.* Atqui *A. m. sec., et reliqui.* 12. apocalypsim *AB.* 13. in stagnum *ABa.* in stagno *reliqui.*

Cap. VIII. 1. ipsa *AB.* 2. consumata *B. pro more.* 3. angelorum exercitum (*ita et A. m. sec.*) *aut* angelicorum exercituum *Rhenanus.*

c. confundar eius] Cf. De Carne Christi cap. 5 et Scorpiac. adv. Gnost. c. 9.

d. confundor confessionem.] Structura Graeca verbi *ἐπαισχύνεσθαι,* cum modo utebatur Latina verbi *pudere* mutuatus. *Confundi* pro *pudore affici* vel *suffundi* habes etiam ap. Sulpic. Sever. Vit. S. Martini cap. 9. et cap. 16. Cf. Apul. Asclep. cap. 23. et Metam. IX, 41. Ambros. De Offic. I, 18 „Quae absconenda accepimus, etsi casu aperiantur hae partes, *confundimur* verecundia, si studio, impudentia aestimatur."

e. Atquin] V. adnot. ad cap. 6.

f. in Apocalypsi] Apocal. XXI, 8.

g. in stagnum] Revocavi veterem scripturam, quam non reiciendam fuisse non pauca apud Tertullianum exempla comprobant. Ita infra cap. 10 „sed illum non dico in mari et terra, verum *in uterum* etiam bestiae inveni," et Apolog. cap. 40 „omnis popularis incommodi Christianos esse *in causam.*" Cf. de hac praepositionis *in* structura cum accusativo pro ablativo Oudendorp. ad Caes. De Gall. I, 25., Hand Tursell. III, p. 345 sqq., Hildebr. ad Apul. De Dogm. Platon. II, 23, p. 250, qui multos de hoc archaismo excitat.

Cap. VIII. a. doctrinam suam impleret] Cf. supra cap. 6 „donec replerent doctrinam suam."

nem infirmam, ut tibi ostenderet primo in se [4]utramque substantiam humanam fuisse ex proprietate [5]anxietatis animae et imbecillitatis carnis, ne aliam[b], ut quidam nunc induxerunt, aut carnem aut animam Christi interpretareris, dehinc ut demonstratis conditionibus earum scires illas nihil valere per semetipsas sine spiritu. Et ideo praeponit [6]spiritus promptus[c], ut utramque conditionem substantiae utriusque respiciens [7]intellegas in te esse etiam fortitudinem spiritus, quomodo et infirmitatem carnis, ac iam hinc scias quid unde facias et quid cui subicias[d], infirmum scilicet forti, ne, ut nunc facis, de carnis quidem infirmitate causeris, de spiritus autem firmitate dissimules. Postulavit et ipse a patre, si fieri posset, transiret ab illo calix passionis. Postula et tu, sed stans ut ille, sed
Matth. XXVI, 39. postulans tantum, sed subiungens et reliqua, Verum non quod ego volo, sed quod tu. Fugiens autem [8]quomodo hoc postulabis, ipse tibi praestans calicis translationem, nec quod pater vult [9]faciens, sed quod tu?

Cap. IX. [1]Omnia apostoli secundum deum utique docuerunt, [2]omnia evangelii revolverunt[a]. Ubi [3]illos ostendis praeceptum fugiendi de civitate in civitatem restaurasse? quia nec potuissent[b] tale quid

4. utraque *AB*. 5. ansietatis *B*. 6. spiritus propretus *A*. spiritus pro praetiis *B*. 7. intelligas interesses *AB*. intelligas interesse *a*. 8. quomodo haec *AB*. 9. facies *Aφ*.

Cap. IX. 1. Omnia — — docuerunt *om. B*. 2. omnia evangelii revolverunt *a., prob. Iunio*. omnia cum angelis revolverunt *A*. omnia evangelizare voluerunt *reliqui et Gorziensis*. 3. illis ostendit *AB*.

b. ne aliam] Sive imaginariam ut Marcionitae, sive ex sideribus conflatam, ut Apelletiani. (Fr. Iunius.)

c. praeponit spiritus promptus] Evang. Matth. XXVI, 41.

d. quid unde facias et quid cui subicias] Interrogatio duplex uno membro iuncta, more Graeco magis quam Latino. Cf. Ad Mart. cap. 4 „ut ostenderet, *quid cui debeat esse subiectum.*“ Scorp. cap. 1 „nesciunt simplices animae, *quid quomodo scriptum sit.*“ Apolog. cap. 19 „Graecorum etiam censuales conferendi, ut *quae quando sint gesta*, ut concatenationes temporum aperiantur.“ Ibid. cap. 22 „(daemones) *quid ubi geratur* tam facile sciunt quam adnuntiant.“ Ibid. cap. 48 „Multis etiam iocis ex otio opus erit, si velimus ad hanc partem lascivire, *quis in quam bestiam reformari* videretur.“ Ita etiam Arnobius Afer passim, ut Adv. Natt. I, 48 „Non inquiro, non exigo, *quis deus aut quo tempore cui fuerit auxilialus*,“ et paulo post „scire *quae quibus conveniat* medicina aut arte curari.“ Ibid. II, 28 „*quas ex quibus circulis qualitates*, dum in haec loco labuntur, attraxerint.“ Ibid. IV, 8 „cum esset vobis similiter nescium, *quisnam eorum quid posset.*“ Graecorum scriptorum eius usus exempla suppeditant Hermann. ad Sophocl. Aiac. 1164. Heindorf. ad Platon. Hipp. M. p. 297. extr.

Cap. IX. a. omnia evangelii revolverunt.] Beatus Rhenanus Gorziensem librum secutus edidit „*omnia evangelizare voluerunt*,“ quod explicat „apostoli voluerunt omnia evangelium sapere sive referre evangelium et evangelio respondere,“ quo sensu *evangelizare* verbum usquam reperiri qui probet adhuc expecto. Revocavi igitur vulgatam scripturam „omnia evangelii revolverunt,“ h. e. repetierunt vel recoluerunt, quod ipsum interpretamentum non defuerunt qui ut in textum reciperem suasefunt.

b. quia nec potuissent] Quamvis negativa proposita interrogatione valde tamen nemo non videt incommodum esse

constituere tam contrarium exemplis suis, ut fugam mandarent, qui cummaxime de vinculis vel insulis, quibus ob confessionem, non ob fugam nominis continebantur, ad ecclesias scribebant. Infirmos [4]sustinere iubet Paulus[c], utique enim non fugientes. Quomodo enim [5]sustineantur absentes? [6]An patientia[d]? [7]Dicit [8]sustinendos, [9]sicubi per infirmitatem fidei suae offenderint, sicut pusillanimes consolari, non tamen in fugam mitti. Sed cum admonet[e], ne locum malo demus, non fugae suggerit consilium, sed iracundiae docet temperamentum, et si redimendum tempus dicit[f], quia dies nequam sunt, non per fugam, [10]per sapientiam conversationis lucrari nos vult commeatum[g]. Ceterum qui [11]lucere nos iubet [12]velut filios lucis non iubet fuga abscondi ut filios tenebrarum. Stare immobiles praecipit, utique nec fuga mobiles, et accinctos, in fugam, an in occursum[h] evangelii? Arma quoque demonstrat, quae fugituris non essent necessaria. Inter quae et clypeum, quo possitis tela diaboli extinguere[i], resistentes sine dubio et excipientes omnem vim illius.

4. sustineri *tres Vaticani.* 5. sustineantur *ego.* sustinebantur *libri omnes.* 6. non patientia *tres Vaticani, teste Pamelio.* 7. dicit *bcde.* dicti *ABa.* 8. substinendos *A.* 9. sicubi *bcde. et A. m. sec.* si cum *reliqui.* 10. sed per sapientiam *de.* 11. lucere *de.* lugere *ABa.* (*et tres Vaticani, ut puto.*) fulgere *b., et Gorziensis.* fugere *c.* 12. vult ut filios nos lucis *AB.*

hoc *quia,* quod nisi malueris mutare in *qui* vel *quin,* in praegressa sententia sublata interrogatione reponendum fuerit *Nullibi* pro *Ubi.*

c. iubet Paulus] Ep. ad Roman. XIV, 1. XV, 1. I Ep. ad Thessalon. V, 14.

d. An patientia?] Vulgo distinguebatur: „An patientia dicit sustinendos, sicubi per infirmitatem fidei suae offenderint? Sic" sqq., ut infinitivi *consolari* et *mitti* unde penderent vix haberent. Valde enim incommodum esset ad illa ex superioribus repetere verba *iubet Paulus.* Verte igitur: „er gebietet die zu stützenden, wo sie im wankelmuth ihres glaubens gesündigt, wie kleinmüthige zu trösten, nicht aber zur flucht zu veranlassen."

e. cum admonet] Ep. ad Ephes. IV, 27. Cf. De Resurr. Carnis cap. 45, ubi pro *malo* transtulit *diabolo.*

f. si redimendum tempus dicit] Ep. ad Ephes. V, 16.

g. conversationis lucrari nos vult commeatum.] Commeatum conversationis dicit commeatum vitae et ampliatam moram in saeculo. Festus p. 277. Muell. „Remeare", inquit, „redire: ut commeare, ultro cito ire, *unde commeatus dari dicitur, id est tempus quo iri redirique possit.*" Apolog. cap. 32 „qui vim maximam universo orbi imminentem ipsamque clausulam saeculi acerbitates horrendas comminantem Romani imperii *commeatu* scimus retardari." Ibid. cap. 46 „Quid enim Thales ille princeps physicorum sciscitanti Croeso de divinitate certum renuntiavit *commeatus deliberandi* saepe frustratus?" Ad Natt. II, 2 „Thales Milesius Croeso sciscitanti quid de diis arbitraretur post aliquot *deliberandi commeatus* Nihil renuntiavit." Adv. Prax. cap. 1 „Sed et denuo eradicabitur, si voluerit dominus, in isto *commeatu.*" De Anima cap. 30 „quia nec pariasset *commeatus hic vitae* miliario tempori." Adv. Marc. II, 10 „et *commeatum* operationibus eius admetiendo rationem bonitatis suae egit." De Paenit. cap. 6 „Certi enim indubitatae veniae delictorum medium tempus interim furantur et *commeatum* sibi faciunt delinquendi quam eruditionem non delinquendi." V. Muncker. ad Hygin. Fab. CCLVII, p. 366.

h. an in occursum] Malim hic rescribere „*non* in occursum," interrogationis signo sublato.

i. tela diaboli extinguere] Ep. ad Ephes. VI, 16.

Proinde et Iohannes[k] pro fratribus quoque animas ponendas docet, nedum pro domino. Hoc a [13]fugientibus non potest adimpleri. Denique memor [14]Apocalypsis suae, in qua timidorum exitum [15]au-
I Ioh. IV, 18. dierat, [16]de suo sensu admonet et ipse timorem reiciendum: Timor, inquit, non est in dilectione. Sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem, quia timor [17]suppliciamentum[l] habet, utique ignem stagni; qui autem timet, non est perfectus in dilectione, dei scilicet. Porro[m] quis fugiet persecutionem, nisi qui timebit? Quis timebit, nisi qui non [18]amavit? Spiritum vero si consulas[n], quid magis [19]sermone illo [20]spiritus [21]probat? Namque omnes paene ad martyrium[o] [22]exhortatur, non ad fugam; ut et illius commemoremur[p]: Publicaris[q], inquit, bonum tibi est; qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in domino. Ne confundaris, iustitia te producit in medium. Quid confunderis laudem ferens? Potestas fit, cum conspiceris ab hominibus. Sic et alibi: Nolite in lectulis nec in [23]aborsibus[r] et febribus mollibus optare exire, sed in martyriis, uti glorificetur qui est passus pro vobis.

Cap. X. Sed [1]omissis quidam divinis exhortationibus illum magis Graecum versiculum saecularis sententiae sibi adhibent: Qui [2]fugiebat, [3]rursus proeliabitur[a]; ut et rursus forsitan fugiat. Et quando vincet

13. fugientibus potest impleri? *AB.* 14. apocalypsi *AB.* 15. audierat *bcde. Gorziensis.* audieram *reliqui.* 16. de sensu *e.* 17. suppliciamentum *e.* supplicium *A. m. sec.* supplicamentum *reliqui.* 18. amabit *A. m. sec. Rhenanus.* 19. sermones illos *ABa.* 20. spiritus *delet. m. sec. in A.* 21. probat? Namque omnes *bcde.* probat? Nam quod omnes *Ba.* probat? Nam quid illos omnes *A.* probat? qui illos omnes *A. m. sec.* probat, quam quod omnes *Rhenanus.* 22. exortantur *ABa.* 23. aborsibus *bcde.* avorsibus *a.* aversibus *AB.*

Cap. X. 1. omissis quibusdam *AB.* 2. fugiet *Aφ. m. sec.* 3. rursus sibi proeliabitur *B, et A. m. pr.*

k. et Iohannes] I. Ep. Io. III, 16.

l. suppliciamentum] Verissima haec est Rigaltii emendatio pro vulgato librorum *supplicamentum.*

m. Porro] De huius particulae significatu cf. adnot. ad De Corona cap. 7.

n. Spiritum vero si consulas] Spiritum dicit Montani citans verba novae prophetiae.

o. paene ad martyrium] Non ad constantiam solum, sed paene ad martyrium.

p. ut et illius commemoremur] h. e. mentionem faciamus, vel commoneamus, ut vult Casp. Barthius Adversarr. IX, 17. p. 962. Deponentiali hac verbi *commemorare* forma iterum utitur Tertullianus Adv. Marcion. IV, 22 „Et si *commemoremur promissionis* Moysi, hic invenietur expuncta," et Augustinus, qui cum accusativo struit, Enarrat. in Psalmos cap. 54 „*Homines malos,* quos patitur, *commemoratus est.*"

q. Publicaris] h. e. cum infamia traduceris. Aperto enim errant qui Reyvardum Var. cap. 18. secuti hic de addictione in publicum et de venditione interpretantur. De ellipsi particulae condicionalis adnotatum est ad de Corona cap. 11.

r. nec in aborsibus] Non. Marcell. p. 448 „*Aborsus,*" inquit, „et *Abortus* significationes varias habent: *aborsus* enim ille dicendus est, qui est in primis mensibus, cum conceptui exordium factum est: *abortus* prope tempus pariendi; tunc enim moritur quod nascitur. In plurimis haec reconditis invenimus."

Cap. X. a. Qui fugiebat, rursus proeliabitur] Graecum versum in textu fuisse

qui, cum fugerit, victus est? Bonum militem Christo imperatori suo praestat qui tam plene ab apostolo armatus[b] [4]tuba persecutionis [5]audita diem deserit persecutionis. Respondebo et ego de saeculo aliquid: Usque adeone mori miserum est[c]? Moriatur quoquo modo aut victus aut victor. Nam etsi negando ceciderit, cum tormentis tamen proeliatus. Malo miserandum quam erubescendum[d]. Pulchrior est miles [6]in pugna pilo transmissus quam in fuga salvus. Times hominem, [7]Christiane, quem timeri oportet ab angelis, siquidem angelos iudicaturus es: quem timeri oportet a daemoniis, siquidem et in daemonas accepisti potestatem: quem timeri oportet ab universo mundo, siquidem et in te mundus iudicatur? Christum indutus es, siquidem in Christum tinctus es, qui fugis diabolum[e]. [8]Depretiasti Christum, qui in te est, fugitivum cum diabolo te reddidisti. Sed dominum fugiens exprobras omnibus fugitivis [9]sui [10]vanitatem consilii. Fugerat et quidam animosus prophetes dominum, traiecerat ab [11]Ioppe Tarsum, quasi et a deo [12]transfretaret, sed illum non dico in mari et in terra, verum [13]in uterum[f] etiam bestiae [14]invenio, in quo nec mori per triduum potuit nec vel sic deum evadere. [15]Quanto melius qui sive [16]inimicum dei timens [17]non fugit eum, [18]sed potius contemnit, confidens scilicet de tutela domini, sive deum reformidat [19]quanto magis sub oculis eius astitit, dicens: Dominus est, potens est. Omnia illius sunt; [20]ubi fuero,

4. tuba *bcde.* ut tuba (tubam *B.*) *ABa., prob. Iunio.* vix tuba *Rhenanus.* 5. audita persecutionis *om. AφB.* 6. in pugna pilo transmissus *A.* in pugna pilo missus *B.* in pugna praelio amissus *abcd.* in proelio amissus *e. Latinius.* 7. Christiane, quem timeri *bcde.* Christi neque timere (timeri *a.*) *ABa.* 8. deprecasti *AB.* 9. sui *be. Rhenanus.* suis *reliqui.* 10. nativitatem consilii *AB.* 11. iopen *AB.* 12. transfecerat *AB.* transfectarat *Aφ. m. sec.* 13. in uterum *ABa.* in utero *reliqui.* 14. invenio *ABade. tres Vaticani.* invenit *bç.* 15. Quanto melius qui *ABd. tres Vaticani.* Quanto melius servus qui *abc.* Quanto melius dei servus *e. Fulvius Ursinus.* 16. inimicum dei timens *ego.* inimicus dei imminet *e. Fulvius Ursinus.* inimicus dei timens *A. m. sec.* iniquus deus (deum *abcd.*) *ABabcd.* 17. non fugit eos *A. m. sec.* 18. sed potius convenit *Rhenanus.* 19. tanto *Iunius.* 20. ubi ubi fuero *e. Fulvius Ursinus.*

suspicantur Rhenanus et Iunius, quem citat Gell. N. A. XVII, 21 „Philippus apud Chaeroneam proelio magno Athenienses vincit. Tum Demosthenes orator ex eo proelio salutem fuga quaesivit, cumque id ei, quod fugerat, probrose obiceretur, versu illo notissimo elusit: „Ἀνὴρ,“ inquit, „ὃ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.“

b. tam plene ab apostolo armatus] Ep. ad Ephes. VI, 13 sqq.

c. Usque adeone mori miserum est?] Vergil. Aen. XII, 646. Sueton. Nerone cap. 47.

d. quam erubescendum.] Cf. Apolog. cap. 4 „simul uti erubescant accusantes, non dico pessimi optimos, sed iam, ut volunt, conparares suos.“ De Corona cap. 7 „Sed et de mendacio *erubescenda est* coronae origo.“

e. qui fugis diabolum.] Vulgata interpunctio est: „tinctus es. Qui fugis diabolum, depretiasti Christum, qui in te est. Fugitivum cum diabolo te reddidisti.“

f. in uterum] Cf. adnotat. ad cap. 7. fin.

in manu eius sum; faciat quod vult, non discedo, et si perire me volet, ipse me perdat, dum me ego servo illi. Malo invidiam ei facere[g] per voluntatem [21]ipsius pereundo, [22]quam bilem per meam evadendo.

Cap. XI. [1]Hoc sentire et facere omnem servum dei oportet, etiam minoris loci, [2]ut maioris fieri possit, si quem gradum [3]in persecutionis [4]tolerantia[a] ascenderit. [5]Sed cum ipsi auctores[b], id est [6]ipsi diaconi [7]et presbyteri [8]et episcopi fugiunt, quomodo laicus intellegere poterit, qua ratione dictum: Fugite de civitate [9]in civitatem? Itaque cum duces fugiunt[c], quis de gregario numero sustinebit[d] ad

21. illius pereundo *AB*. 22. quam velim *ABa*.

Cap. XI. 1. et hec sentire *AB*. 2. et maioris *AB*. 3. in persecutionis *ABabc*. ex perseeutionis *reliqui*. *Beatus Rhenanus corrigi volebat* si qui in gradu in persecutionis tolerantia steterit. 4. tollerantia absconderit *AB*. 5. Sed cum ipsi auctores *bcde*. *Gorziensis*. secum ipsi actor *ABa*. *tres Vaticani*. sed cum ipsi lectores (lictores *Aφ*.) *A. m. sec.* Sed cum pastores ipsi diaconi *Rhenanus*. 6. vel ipsi diaconi *AB*. 7. et prèsbyteri *abc*. ut presbyteri *B*. presbyteri *reliqui*. 8. vel episcopi *A. m. sec.* 9. in civitate *B*.

g. invidiam ei facere] Hoc est deum in invidiam adducere. (Rhenanus.)

Cap. XI. a. in persecutionis tolerantia] Reposui *in* praepositionem, quae instrumentalem quandam hic habet vim. Ita Arnob. Adv. Natt. IV, 4 „quod partis unius *in pulsione* formatum est.“ Ibid. 13 „verum etiam serii atque *in* moris *tetrica asperitate* durati.“ Minuc. Felic. Octav. cap. 11. extr. „Omnia ista figmenta male sanae opinionis et inepta solatia a poëtis fallacibus *in dulcedine* carminis lusa a vobis nimirum credulis in deum vestrum turpiter reformata sunt.“ Petron. cap. 6 „*in cursu* fatigatur.“ Apul. Metam. I, 3 „*in flexibus tortuosis* exosam saltationem explicat.“ V. Hand. Tursell. III, p. 261. Hildebr. ad Apul. Metam. XI, 2. p. 986. et ad Arnob. Adv. Natt. I, 39. p. 61 sq.

b. ipsi auctores] Auctores dicit ecclesiae praepositos et magistros, quos penes est ecclesiae habenda auctoritas. Et in Glossis Philoxeni „Auctor, ἀρχηγὸς, αὐθέντης,“ et in Agrimensorum libris *auctores* absolute ponuntur pro doctoribus et magistris. (Rigalt.) Apud ICtos auctor est sponsor (Cf. interprr. ad Cic. pro Tull. §. 13., et Verr. V, 22.), unde auctores a Tertulliano dicuntur presbyteri, diaconi, episcopi, quod sint quasi sponsores ecclesiae. Nec qui *actores* pro *auctores* Tertullianum scripsisse censebunt in interpretatione multum abierint. *Actor* enim est defensor, patronus, causidicus, advocatus, deinde etiam in universum qui rebus curandis alicuius praeest. Hinc dicuntur *actores* diaconi, presbyteri, episcopi, quia patroni sunt, procuratores et syndici ecclesiae, cuius causam, dum fugiunt, deserunt. Ceterum *auctor* et *actor* persaepe in codicibus scriptis permutantur, de quo cf. Cort. ad Sall. Cat. cap. 2. Arntz. ad Aurel. Vict. Caes. cap. 20. Barth. ad Stat. Theb. IX, 752. Drakenb. ad Liv. I, 26, 5. XL, 11, 2. et ad Sil. Ital. XVII, 419.

c. cum duces fugiunt] Hoc dedecus exprobrat libro De Corona [cap. 1.] „Novi et pastores eorum in pace leones, in proelio cervos.“ (Rigalt.)

d. sustinebit] h. e. expectabit, sperabit. Ita Apolog. cap. 35 „Cui autem opus est perscrutari super Caesaris salute, nisi a quo aliquid adversus illam cogitatur vel optatur, aut post illam speratur et *sustinetur?*“ De Testim. Animae cap. 5 „quia potiora sunt ad instruendam animam priora quam posteriora, quae et ipsa a prioribus *instrui sustinebant.*“ De Paenit. cap. 6 „Quam porro ineptum, quam iniquum paenitentiam non adimplere et veniam delictorum sustinere?“ Adv. Iud. cap. 8 „regni aeterni dominator aeternus *sustinendus est.*“ Scorp. Adv. Gnost. cap. 13 „quibus *sustinetis* ostentamen iusti iudicii dei.“ Ibid. cap. 2 „*Sustineant* evangelia paulisper, dum radicem eorum exprimo legem, dum inde elicio dei voluntatem, unde et ipsum recognosco.“ De Cultu Fem. II, 13 „stolae martyriorum praeparantur, angeli baiuli *sustinentur.*“

gradum [10] in acie figendum [11] suadere? Certe quidem bonus pastor animam pro pecoribus ponit[e], ut Moyses [12] non domino adhuc Christo revelato [13] et iam in se figurato ait: Si perdis hunc populum, in- Exod. XXXII, 32.
quit, et me pariter cum eo disperde. Ceterum Christo [14] confirmante figuras suas malus pastor est qui viso lupo fugit et pecora diripienda [15] derelinquit[f]. Proicietur de villa pastor huiusmodi, detinebuntur illi missionis suae [16] mercedes [17] in compensationem[g], immo et de priore peculio eius exigetur detrimenti dominici restitutio. Etenim qui habet, dabitur ei[h], ab eo autem, qui non habet, Matth. XIII, 12. XXV, 29.
etiam quod videtur habere auferetur. Sic Zacharias comminatur: Exurge [18] rhomphaea in pastores et evellite oves, et superducam Zach. VIII, 7.
[19] manum meam in pastores. In quos et Ezechiel et [20] Hieremias iisdem minis perorant, quod non tantum de pecoribus improbe vescantur pascentes potius semetipsos, [21] verum et dispersum gregem faciant et in praedam esse omnibus bestiis agri, dum non est pastor illis. Quod numquam magis fit, quam cum in persecutione destituitur [22] ecclesia a clero. Si et spiritum quis agnoverit, [23] audiet fugitivos denotantem. Porro[i] si eos qui gregi praesunt fugere, cum lupi irruunt, nec decet, immo nec licet (qui enim talem pastorem malum pronuntiavit, utique damnavit, omne autem quod damnatur, illicitum [24] factum est sine dubio), ideo praepositos ecclesiae in persecutione fugere non oportebit. Ceterum[k] si grex

10. in acie fugiendum *ABa.* 11. suadere *ABabcd.* suadentes *e. Fulvius Ursinus.* sudare *Rhenanus.* 12. nondum adhuc *Rhenanus.* 13. etiam in se *libri, ut videtur, omnes.* 14. confirmantem *B.* 15. dereliquit *AB.* 16. mercedes suae in *abcd.* 17. compensatione *Babcd.* messionis suae mercedes vel in compensationem *Latinius.* mensiones suae, mercedes suae in compensationem *Rhenanus.* 18. a romphaea *B.* 19. agnum meum *ABabc.* 20. Ieremias iisdem nimis *B.* 21. verum quod dispersum gregem faciant et (et *om. e.*) in praedam esse *e. Latinius.* 22. ecclesia adero *B.* 23. audiet et *de.* 24. factu *A. m. sec.*

e. pro pecoribus ponit] Evang. Ioh. X, 11. Cf. Adv. Marc. II, 26.

f. diripienda derelinquit.] Evang. Ioh. X, 12.

g. in compensationem] Pecoris scilicet a lupo direpti per neglegentiam aut perfidiam pastoris, cuius fidei vigilantiaeque commissum fuerat pacta commissionis mercede. (Rigalt.) Eo quo Rigaltius interpretatur sensu vocem *missionem* apud ullum vel sequioris aevi scriptorem reperiri vix mihi persuaserim. Rhenanus (qui in prioribus curis *mensionis* pro *missionis* reponendum suspicatus erat) adstipulante Iunio *missionem* accipit de operarum in vineam ablegatione, ad Matth. cap. 20. Sed parum adposite, ut loci ratio ostendit, in quo non de operis in vineam ablegatis, sed de pastoris boni parabola tractatur. Hinc rectius videtur *missionem* accipere pro *dimissionem*, ut mercedes missionis sint mercedes quas ex pacto accepturus esset pastor dimissus.

h. Etenim qui habet, dabitur ei] Cf. Adv. Marc. IV, 19.

i. Porro] Dixi de huius particulae significatione ad De Corona cap. 7.

k. Ceterum] h. e. Alioquin. Sic supra cap. 6 „Quae erat voluntas domini? Utique non fugiendi iam persecutionem, *ceterum* poterant et priorem domini voluntatem proposuisse, qua fugere mandaverat.“ Ad Natt. II, 6 „Age iam, conceditisne divinitatem non modo non serviliter currere, sed inprimis integre

fugere deberet, non [25]deberet praepositus [26]gregis stare, sine causa [27]staturus ad tutelam gregis, quam grex non desideraret, ex licentia fugae scilicet.

Cap. XII. Quod pertineat, frater, ad tuum problema, habes sententiae nostrae responsionem et exhortationem. Porro [1]qui quaerit, an persecutio [2]fugienda sit, [3]sequentem *quaestionem*[a] quoque iam prospiciat necesse est, an, si fugienda [4]non est, redimenda certe sit. Ultro igitur et de hoc tibi suggeram, [5]definiens persecutionem, quam constat non esse fugiendam, proinde nec [6]redimendam. Pretium interest[b]; ceterum sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio nummaria fuga est. Certe et huius [7]timiditatis consilium est. Quod times, [8]redimis, ergo fugis. Pedibus stetisti, [9]curristi[c] nummis. Hoc [10]ipso, quod stetisti, ex redemptione fugisti. Ut autem redimas hominem [11]tu nummis, quem sanguine suo redemit [12]Christus, quam indignum deo et [13]dispositionibus[d] eius, qui filio suo non pepercit pro te[e], ut fieret [14]maledictum pro nobis, quia

25. debere praepositos *ABa.* 26. stare — — gregis *om. B.* 27. staturos *A. m. sec., et a.*

Cap. XII. 1. quis quaerit *AB.* 2. fugiendi sit *B.* 3. sequentem quaestionem quoque (quoque quaestionem *e.*) iam *e. Fulvius Ursinus.* sequentem quoque iam *reliqui omnes.* 4. non est, non est redimenda certe sit ultro. Igitur *ABa.* non est, ut non est redimenda certe sit ultro. Igitur *A. m. sec.* 5. diffiniens *AB.* 6. redimendam. nihil inter fugam pretium *A. m. sec.* 7. timiditas *Fulvius Ursinus, et A. m. sec.* 8. redimes *Aφ. m. pr.* 9. curristi nummis curristi hoc *a.* curristi nummis. Hoc *reliqui, praeter AB. qui om. verba* curristi — — quod stetisti. *Fulv. Ursinus emendat* cucurristi. 10. ipso *ego.* ipsum *reliqui.* 11. tu nummis quem sanguine *bc. Gorziensis et A. m. sec.* tuum nummis sanguine *ABa.* tuum nummis quem sanguine *reliqui et tres Vaticani.* tuum nummis, te Christus sanguine *Rhenanus.* 12. Christus *om. a.* 13. dispositionibus *ego.* dispositionis *ABabcd.* dispositione *e. Latinius et Iunius.* dispositioni *A. m. sec., et Rhenanus.* 14. maledictus *A. m. sec.*

stare neque minui neque intercipi neque corrumpi debere? *Ceterum* abiit omnis felicitas eius, si quid patitur umquam.“ Cf. infra cap. 12. Hand. Tursell. II, p. 39. Hildebr. ad Apul. Metam. VII, 28.

Cap. XII. a. quaestionem] Recte Fulvius Ursinus hoc vocabulum repetiit absorptum in praecedens *sequentem.*

b. Pretium interest] Pretium solum facit discrimen. Rhenanus praeter causam corruptum suspicabatur hunc locum et haec duo vocabula pertinere ad praecedentem sententiam mutanda in *pretio nummario esse,* nisi libuerit potius rescribere *pretio. Nil interest.*

c. curristi] Ita scribo cum Rigaltio librorum auctoritatem secutus, probante et Hildebrando ad Arnobii locum IV, 4, ubi ex cod. Parisini fide recte editum est „Et ubi, quaeso, iamdudum Pellonia haec fuit, cum — — apud Thrasymeni lacum sanguinei *currere* torrentes.“ Citant etiam Front. Ep. ad Ver. cap. 2., quem locum reperire non potui. Cf. Vossii Aristarch. tom. II, p. 854. ed. Eckst.

d. dispositionibus] Ita reposui pro *dispositione,* quod in vulgatis editionibus obtinet pro *dispositionis,* quae veterum librorum corruptela est. Quod quidam hic de duplici adiectivi *indignus* structura memorarunt, ut librorum corruptelam defenderent, certe ad hunc locum non aptum erat. Quod autem *dispositionibus* malui scribere, ideo feci, quod syllabas *is* et *ibus* multo saepius in veteribus libris permutatas constat quam *is* et *e.*

e. non pepercit pro te] Cf. Ep. ad Roman. VIII, 32. ad Galat. III, 13.

maledictus qui pependerit in ligno, qui tamquam ovis[f] ad victimam ductus est et tamquam agnus ante tondentem, sic non aperuit os, sed posuit dorsum suum in flagella, maxillas autem in palmas, et faciem non avertit a sputaminibus, et inter iniquos deputatus est, et traditus est in mortem[g], mortem autem crucis. Totum hoc, ut nos a peccatis lucraretur. [15]Sol cessit diem emptionis nostrae[h]. Apud inferos [16]remancipatio[i] nostra est et stipulatio nostra in caelis. Sublevatae sunt portae sempiternae, ut introiret rex gloriae[k], dominus virtutum, hominem de terris, immo ab inferis mercatus in caelos. Quis est nunc, qui [17]adversus illum reluctatur, immo [18]depretiat [19]mercem eius[l] tam magno [20]comparatam, pretiosissimo scilicet sanguine, *et* [21]commaculat[m]? Iam ergo meliùs fugere quam

15. solus in diem redemptionis *Iunius.* sol conscit diem emancipationis *Rhenanus.* 16. remancipatio *ABa. tres Vaticani, prob. Iunio.* emancipatio *reliqui.* 17. adversus illas *A. m. sec.* 18. depretiat *Rhenanus, Rigaltius.* depretiat et *bcde.* de pretio et *reliqui.* 19. mercem *Rhenanus, Rigaltius.* mercede *AB.* mercedem *reliqui.* 20. comparata *Aφ. m. pr.* comparatis *A. m. sec.* 21. et commaculat *ego.* commaculat *abcde.* commaculati *B.* commaculatis *A. m. sec.*

f. qui tamquam ovis] Ies. LIII, 7., ubi Hieronymiana pro *victimam* habet *occisionem.* Rescriberet aliquis in Tertulliani loco „ad *victimandum* ductus est", facillima correctione. Absorpta finali *dũ* per priorem sequentis vocabuli *ductus* quod supererat *victiman* facili opera transiit in *victimam.* Sed alii loci in Tertulliani scriptis, ubi idem versus Iesaiae eisdem verbis citatur, prohibent. Cf. De Patient. cap. 3. Adv. Iud. cap. 9. 13. 14.

g. traditus est in mortem] Epist. ad Philipp. II, 8.

h. Sol cessit diem emptionis nostrae.] Solem dicit repraesentasse emptionis nostrae diem, quo die Christus dominus surrexit a mortuis. Itaque cessit dies solis in diem redemptionis nostrae. Christi morte emancipatio nostra celebrata est. Emptor familiae Christus moriens. Emptor ipse et pretium. Merx et familia homo. Stipulator in caelis deus. Emptionis nostrae sponsor et pretium Christus ad patrem regrediens summae totius arrhabonem intulit caelo. (Rigalt.)

i. remancipatio] Ita restitui ex libris antiquis. *Remancipatio* est mancipii id est iuris proprietarii restitutio. „Deo proprietario, inquit Iunius, mancipium nostri a diabolo fuerat interceptum, adeo ut inferis mancipati essemus. Nos autem inferi Christo remancipaverunt, *ἀντιπαρεχώρησαν, ἀποκατέστησαν*, ut in Glossario exponitur. Itaque apud illos est nostra remancipatio, *ἀντιπαραχώρησις.* Sic Boëth. in Topica [III, p. 299. Orelli] „fiduciam accepisse dicitur, cuicumque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando *remancipet.*" Gallus item Aelius apud Festum [p. 277. Mueller.] „remancipatam esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum convenerit." Addit auctor „et stipulatio nostra in caelis." Nam idem, qui nos ab inferis et morte aeterna vindicatos mancipavit sibi, nostram stipulationem in caelis fecit apud patrem." De remancipatione adeas Gaii Instit. I, 137. Haschke Studien I, p. 216 sqq. Rein Röm. Privatrecht I, 178 sqq.

k. ut introiret rex gloriae] Psalm. XXIII, 7.

l. immo depretiat mercem eius] Liber Ursini: *immo depretiat mercem eius.* Sunt qui adfirment in alio exemplari scriptum se comperisse: *Immo depretiat mercedem eius tam magno comparatam, pretiosissime scilicet sanguine agni immaculati.* Ex utroque vera lectio restitui posse videtur in hunc modum: *Immo depretiat mercem eius tam magno comparatam, pretiosissime scilicet sanguine agni immaculati?* Mercem dei vocat hominem Christi sanguine redemptum. (Rigalt.)

m. et commaculat?] Antequam in hanc loci emendationem incidi, in animo erat rescribere *depretiat mercem — — pretiosissimo scilicet sanguine commaculatam. Ergo* sqq.

fieri viliorem, si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit domino. Et dominus quidem illum redemit ab angelis munditenentibus[n] [22]potestatibus, a [23]spiritualibus[o] nequitiae, a tenebris [24]huius aevi, a iudicio aeterno, a morte perpetua. Tu autem [25]pro eo pacisceris cum delatore vel milite vel furunculo aliquo praeside sub tunica et [26]sinu, quod aiunt, [27]ut furtivo[p], quem coram toto mundo Christus emit, immo et manumisit. [28]Hunc ergo liberum pretio [29]aestimabis et pretio possidebis, nisi [30]eodem, quanto, ut diximus, domino constitit, sanguine suo scilicet? Ut quid ergo de homine Christum [31]redimis[q] in homine, in quo Christus est? Non aliter et Simon facere temptavit, cum pecuniam apostolis obtulit pro spiritu Christi. Audiet ergo et iste, qui se redimens Christi spiritum
Act. VIII, 20. redemit: Pecunia tua tecum sit in interitum, [32]quoniam gratiam dei pretio consequendam putasti. Quis [33]tamen abnegatorem[r] [34]spernat? Quid enim dicit [35]ille concussor[s]? Da mihi pecuniam. Certe ne eum tradat, siquidem non aliud venditat, quam quod praestaturus est praemio tuo. Cum das, utique ne [36]tradaris voluisti.

22. et (ex *Aφ.*) potestatibus *A. m. sec.* 23. spiritualibus *AB.* 24. huius cuius a iudicio *AB.* 25. pro eo paristerris cum *AB.* 26. sinum *ABa.* 27. ut furtivum quoque *ABa.* ut furtum quem *A. m. sec.* ut furtivo quo, quem *Iunius.* ut furtivo quem *reliqui.* 28. Nunc ergo *B.* 29. extimabis *AB.* 30. eadem *B.* 31. redemis *AB.* 32. quomodo gratiam *AB.* 33. tamen abnegatorem *ABabcd.* talem abnegatorem *e.* tamen obnegatorem *tres Vaticani.* tamen a negatore *Rhenanus.* tamen ab negatore rem *Latinius.* tamen eum abnegatorem *Iunius.* 34. sperat *Rhenanus.* 35. illi *Rhenanus.* 36. tradaris, tradi noluisti: traditus autem *Rhenanus.*

n. angelis munditenentibus] Adv. Valentin. cap. 22. „Et tamen diabolum quoque opus demiurgi affirmant et *munditenentem* appellant.“ Adv. Marcion. V, 18 „An sicut duo dei, ita et duo diaboli, et pluraliter potestates et *munditenentes?*“

o. spiritualibus] Cf. supra ad cap. 1.

p. ut furtivo] Tamquam furtivus sit, de quo pacisceris.

q. Ut quid ergo de homine Christum redimis] Tamquam de homine aliquid sit Christus. Hoc sibi vult Septimius: Quid ab homine ethnico delatore scilicet vel milite vel furunculo praeside Christianae sectae licentiam tibi redimis? tibi, inquam, Christiano, qui si Christianus es, Christum in te habes, quid pecunia redimis spiritum Christi, hoc est ut tibi vivere liceat Christiano? Itaque mox dicet Septimius: „Non decet Christum pecunia constare.“ (Rigalt.)

r. abnegatorem] Malim reponere „Quis tamen *ut negatorem.*“

s. concussor?] ICtis concussio dicitur crimen, quo quis alterum illicite terret intentanda accusatione gravioris criminis vel simulando iussa aut minas magistratuum, ut ab eo pecuniam extorqueat periculi vitandi causa. Ulpian. Dig. XLVII, 13, 1. Id. I, 18, 6. Dicitur autem concussio, quia terror est metus concutiens, interprete Cicer. Tuscul. IV, 19. Tertull. Ad Scapulam cap. 4 „Pudens etiam missum ad se Christianum, in elogio *concussione* eius intellecta, dimisit.“ Ibid. cap. 5 „Parce provinciae, quae visa intentione tua obnoxia facta est *concussionibus* et militum et inimicorum suorum cuiusque.“ Cf. infra cap. 13 „In causa eleemosynae, non in *concussurae.* Petenti, inquit. Porro qui *concutit,* non petit.“ Ibid. paulo post „Non tamen dixit traditorem aut persecutorem aut *concussorem.*“ Apolog. cap. 7 „Tot hostes eius, quot extranei, et quidem proprie ex aemulatione Iudaei, ex *concussione* milites,“ ad quem locum apte citat Heraldus locum Evang. Lucae III, 14 „*Μηδένα διασείσητε μηδὲ συκο-*

Non traditus autem [37]traduci habebas[t]? [38]Ergo dum nolendo tradi [39]non vis traduci, nolendo [40]negasti, quod te esse [41]traduci noluisti. Immo, inquis, dum nolo traduci quod [42]sum, *sum* confessus id esse quod nolo [43]traduci, id est Christianum. [44]Potest itaque te martyrem [45]vindicare constanter [47]ostendisse *se* Christus? Redimens non [48]ostendit. Apud unum, si forte[u], confessus es, ergo et apud plures nolendo confiteri negasti. Ipsa salus [49]iudicabit hominem excidisse, dum evadit. Excidit ergo qui maluit evasisse. Negatio est etiam martyrii recusatio. Christianus pecunia salvus est, et in hoc nummos habet, ne patiatur, dum adversus deum erit dives. At enim Christus sanguine fuit dives pro illo. Felices Matth. V, 3. itaque pauperes, quia illorum est, inquit, regnum caelorum, qui animam solam in confiscato habent[v]. Si non possumus deo servire et mammonae, [50]possumus et a deo [51]redimi et a mammona? Quis enim magis serviet mammonae quam quem mammonas redemit? Postremo quo exemplo uteris in redemptionem traditionis? Apostoli [52]tractantes[w] persecutionibus agitati quando se pecunia liberaverunt? Quae illis utique non deerat ex praediorum pretiis ad pedes eorum depositis, certe multis locupletibus credentibus viris ac feminis, qui his etiam refrigeria subministrabant. Quando [53]One-

37. nec traduci habebas *Latinius.* 38. Ego *B.* 39. non ut traduci nolendo *ABa.* ut non traduci volendo *Rhenanus.* 40. negasti quod te esse *bcde. Rhenanus.* negasti te esse *ABa.* 41. traduci sum *A. m. sec.* 42. sum, sum confessus *e. Rhenanus, Latinius.* sum, confessus *reliqui.* 43. traduci vel Christianum *AB.* 44. Potest *ABa.* Potes *reliqui.* 45. vendicare *ABab.* vindicans constanter ostendi Christianus, redimens non ostendi? *Ios. Scaliger.* 47. ostendisse se Christus? *ego.* ostendisse Christum *libri omnes.* ostendis te Christianum *Rhenanus.* 48. ostendit *ego.* ostendi *ABabcd.* ostendisti? *e. Fulvius Ursinus.* 49. indicabit *Iunius.* 50. possumus a deo *e.* 51. redemi *AB.* 52. tractantes *post* pecunia *ponit e., ex emendatione Pithoei.* 53. onesiphenis *B.*

φαντήσητε καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. Cf. etiam Barth. Adverss. VII, 12. p. 334.

t. traduci habebas?] Erant qui signo interrogationis sublato *traduci cavebas* legere mallent. Praeter causam. Structurae verbi *habere* cum infinito, per hellenismum Tertulliano familiarissimae, haec habeas exempla: Apolog. cap. 22 „*Habent* — — caelestes *sapere* paraturas." Ibid. cap. 37 „*habemus odisse.*" De Anima cap. 55 „*habes credere.*" De Resurr. Carnis cap. 26 „*habemus allegorizare.*" De Ieiun. cap. 8 „*habens efficere.*" Ad Natt. II, 4 „*habes coniungere.*" (Cf. ibid. II, 2 „quem non liquido *tenebat determinare*) De Patient. cap. 7 „*habemus amittere.*" Ibid. cap. 13 „*eruditi haberent* blasphemandum non esse." De Idol. cap. 5 „*habes vivere.*" De Habitu Mul. cap. 1 „mori habuit." Ad Uxor. I, 2 „*habeo loqui.*" De Virg. Veland. cap. 1 „*nasci* non *habebat.*" Cf. interprett. ad Cic. Tuscul. I, 8 et ad IV, 9. tom. II, p. 305. Moser. Hildebr. ad Apul. De Magia cap. 28. p. 507. Barth. Adverss. XXV, 3. p. 1261. et ad Statium tom. III, p. 410.

u. si forte] V. adnot. ad De Corona cap. 5.

v. animam solam in confiscato habent] *In confiscato habere* pro *confiscatam habere* h. e. in fisco repositam. Glossae: „Confiscare, ταμιεύειν, ἀποθησαυρίζειν." Sueton. August. cap. 101 „Quam summam repraesentari iussit; nam et *confiscatam* semper depositamque habuerat." Cf. Salmas. De Fenore Trapez. p. 647. et ad Tertull. De Pallio p. 458.

w. tractantes] Non res sacras, ut qui-

siphorus aut Aquila aut [51]Stephanus[x] hoc modo eis in [55]persecutione succurrerunt? Paulus quidem, cum Felix[y] praeses pecunias accepturum se pro eo a discipulis sperasset, de quo et ipse in secreto tractavit cum ipso, neque ipse pro se neque discipuli pro eo numeraverunt. Illi utique discipuli, qui flentes, [56]quod aeque Hierosolymam [57]tendere perseveraret et persecutiones praeAct. XXI, 13. dicatas illic non [58]praecaveret, postremo inquiunt: Fiat voluntas dei. Quae ista voluntas? Utique ut pateretur pro nomine domini, non ut redimeretur. Oportet enim, quomodo [59]Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo et a nobis, nec tantum pro ipso, immo etiam pro fratribus propter ipsum. Quod Ioannes docens [60]non et pro fratribus numerandum, sed moriendum potius pronuntiavit. Nihil interest, si quem Christianum redimere non debeas [61]aut emere. [62]Et adeo voluntas dei sic est. [63]Aspice regnorum et imperiorum utique a deo [64]dispositum statum, in cuius manu cor regis[z], tanta cotidie aerario augendo prospiciuntur remedia censuum[a], vectigalium, collationum[b], stipendiorum[c], nec umquam usque adhuc [65]ex Christianis [66]tale aliquid prospectum est[d] [67]sub aliqua redemptione capitis et sectae [68]redigendis, cum tantae multitudinis [69]nemini ignotae fructus ingens [70]meti posset. [71]San-

54. Stephana *Pamelius.* 55. persecutionem *AB.* 56. quod aeque Hierosolymam *ego.* quod Hierosolymam *bcde.* quod neque Hierosolymam *ABa.* quod etiam ierosolymam *A. m. sec.* 57. tendere parceret *Rhenanus.* 58. praecavere *AB.* 59. Christus *om. AB.* 60. non et fratribus numerandum *c.* 61. aut emere *bcde. Gorziensis.* alium mente *ABa.* alium, nec te *Rhenanus.* 62. et a deo *B.* 63. Aspice *ae.* Ab apice *bcd. Gorziensis.* apisee *AB.* 64. disposito statu *bcd. Gorziensis.* dispositum statum *reliqui, et Vaticanus unus teste Ciacconio.* 65. ex Christianis *abcde.* e Christianis *B.* Christianis *A.* 66. talem *B.* 67. sub aliqua redemptione *ABa.* sub aliquam redemptionem *reliqui.* 68. redingendis *B.* 69. memi *AB.* 70. meti posset *bcde.* metipsos: sed *ABa.* in semetipso *aut* in censu ipso *emendandum censebat Rhenanus.* 71. sanguine munerati *e. Latinius.*

dam interpretati sunt, sed de sui redemptione.

x. Quando Onesiphorus aut Aquila aut Stephanus] Enumerat inter eos, qui apostolis necessaria subministrabant Onesiphorum, cuius mentio II. Timoth. capp. I et 4., Aquilam, de quo Act. cap. 18. Rom. cap. 16., I. Corinth. cap. 16. et II. Timoth. cap. 4., Stephanum, cuius historia Act. capp. 6. et 7., nisi quis malit legere *Stephana,* quod nusquam Stephanus Paulo legitur id officii praestitisse, at Stephana, de qua legitur I. Corinth. capp. 1 et 16. (Pamelius.)

y. Paulus quidem, cum Felix] Act. Apost. capp. 24 et 21.

z. in cuius manu cor regis] Proverb. XXI, 1.

a. censuum] Census proprie sunt recensiones vel descriptiones tributorum, praesertim agris impositorum, ut libri ICtorum docent, sequiore aetate etiam ipsa tributa et pensitationes, quae ex agris et praediis solvuntur. Cf. Dirksen Manuale s. v., Interprett. ad Lactant. De Mortib. Persecut. cap. 23. Du Cange Gloss. Med. et Inf. Latin. tom. III, p. 275. s. v. (ed. nova.)

b. collationum] h. e. pecuniarum per contributionem exigendarum. Dirksen l. l. s. v.

c. stipendiorum] h. e. pensionum a stipendiariis videlicet agris praestandarum. Dirksen. s. v.

d. tale aliquid prospectum est] Sed paulo post factum fuisse colligitur ex

guine empti, sanguine numerati[e] nullum nummum pro capite debemus, quia caput nostrum Christus est. Non decet Christum pecunia constare. Quomodo et martyria fieri possent in gloriam domini, si tributo licentiam sectae compensaremus? Itaque qui eam praemio paciscitur, dispositioni divinae adversatur. Cum igitur nihil nobis Caesar indixerit [72]in hunc modum stipendiariae sectae, [73]sed nec indici umquam tale quid possit, [74]antichristo iam instante[f] et in sanguinem, non in pecunias [75]hiante Christianorum, quomodo mihi proponere [76]potest [77]scripturam esse[g], Reddite quae sunt Caesaris Caesari? Miles [78]me vel delator vel inimicus concutit, nihil Caesari exigens, immo [79]contra faciens, cum Christianum, legibus humanis reum, [80]mercede dimittit. Alius est denarius quem Caesari debeo, qui ad eum[h] pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, a [81]tributariis scilicet, non a liberis debitus. [82]Aut quomodo reddam quae sunt dei deo, utique proinde imaginem et monetam ipsius inscriptam nomine [83]eius[i], id est hominem Christianum? Quid autem deo debeo, sicut denarium Caesari, nisi sanguinem quem pro me filius fudit ipsius? Quodsi deo quidem hominem et sanguinem meum debeo, [84]nunc vero in eo sum tempore, ut quod deo debeo expostuler, utique fraudem deo facio id agens, ne quod debeo solvam. [85]Bene observavi praeceptum Caesari reddens quae sunt Caesaris, deo vero quae sunt dei abnegans. Matth. XXII, 21.

72. in hunc mundum *ABa.* 73. sed nec indici umquam tale *bcde. Rhenanus.* sed nec indictum quam tale (talem *Aa.*) *ABa.* indictum quia tale *A. m. sec.* 74. ante christo *AB.* 75. hii ante (hi ante *Ba.*) Christianum *ABa.* is autem Christianus *A. m. sec.* 76. potes *Fr. Iunius.* 77. scriptum esse *Ios. Scaliger.* 78. me delator *AB.* 79. contra faciem faciens *Ba, et libri scripti Rhenani.* 80. mercedem *AB.* 81. tributarius tributariis *ABabc.* 82. ut quomodo *AB.* 83. eius vel hominem *AB.* verum homo christianus quid deo debeo *A. m. sec. in marg.* 84. cum vero *ABa, prob. Iunio.* 85. et bene observem *AB.*

iis, quae apud Cyprianum leguntur de libellaticis. (Rig.)

e. sanguine numerati] Sanguine Christi profuso et tamquam numerato pretio soluti.

f. antichristo iam instante] Haud aliter Iudas opus suum in hebdomadas Danielis usque ad decimum Severi annum producens antichristi adventum eo tempore praedixisse videtur. Refert Hieronymus in Catal. Scriptt. et Nicephor. Hist. Eccl. V, 35, in quo (inquit ibidem Hieronymus) erroris arguitur. Sed hoc ideo scripsit, quia magnitudo persecutionis praesentem mundi minabatur occasum. (Pamelius.)

g. scripturam esse] Videbatur reponendum Iosepho Scaligero *scriptum esse.* Sed *scriptura* est pro *mandato* (quo sensu etiam *scriptum* occurrit paulo infra in verbis „quasi et fugere *scriptum* permittat," in Cod. Theodos. VII, 20. cap. 13 „De quibus ad omnes militares iudices paria *scripta* direximus") vel lege perscripta in sacris libris. De loco scripturae cf. De Idol. cap. 13.

h. qui ad eum] Puto rescribendum *quia ad eum.*

i. et monetam ipsius inscriptam nomine eius] Ignatius Epist. ad Magnesianos „ὁ θεοσεβὴς ἄνθρωπος νόμισμά ἐστι ὑπὸ θεοῦ χαραχθέν." (Rigalt.)

Cap. XIII. Sed et omni [1]petenti me dabo in causa eleemosynae, non in concussurae. Petenti inquit[a]. Porro[b] qui [2]concutit, non petit. Qui comminatur, si non acceperit, non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam expectat qui non miserandus, sed timendus venit. Dabo igitur [3]misericordiae, non timiditatis meae nomine, ubi qui accepit deum honorat et benedictionem mihi reddit, non ubi [4]amplius et benefactum [5]praestitisse se credit et praedam suam aspiciens dicit: [6]De reatu[c]. [7]Irascar et *in* inimicum[d]? Sed inimicitiae [8]et alios habent titulos. Non tamen [9]dixit traditorem aut persecutorem aut concussorem. Nam huic quanto magis carbones acervabo super caput, si me non [10]redemero? Proinde[e], inquit, qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium concede. Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quaesierit. Concedam et pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam reposcam. Omnium iam nunc [11]domini sententiarum[f] suae sunt et causae et regulae. Termini non [12]*in* infinitum nec ad omnia spectant. [13]Atque adeo omni [14]petenti dari iubet, ipse signum petentibus non dat. Alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum [15]febricitanti, sed etiam

Cap. XIII. 1. potenti *AB.* 2. concutit *e. Rhenanus et Ciacconius.* incutit *ABabcd.* 3. misericordiae *bcde. Gorziensis.* misericordiam *reliqui.* 4. amplius et *ABa.* amplius se *reliqui, ex emendatione Rhenani.* 5. praestitisse se credit *ego.* praestitisse credit *bcde. Rhenanus.* praestitisset et reddit *ABa.* 6. de reatu est. *e. Fulv. Ursinus.* 7. Irascar et in inimicum *ego.* Irascar et inimicum *ABabcd.* Pascam et inimicum *e. Fulvius Ursinus.* ulciscar et inimicum *Latinius.* irascar et in amicum *et* ulciscier inimicum (*sc.* convenit) *et* irascier inimicum (*sive* inimice) *emendationes sunt a Rhenano propositae in ed.* 1528. 8. et alios *ABabcd.* alios *e.* 9. dixi *Rhenanus.* 10. redimero *AB, pro more.* 11. domini sententiarum suae *ego.* dominicarum suae *ABabcd.* dominicarum pronuntiationum sui *e.* dominicarum pronuntiationum suae *Fulv. Ursinus.* dominicarum sententiarum *Latinius.* 12. in infinitum *e. Fulv. Ursinus.* infiniti *Latinius.* infinitum *reliqui.* 13. Atque adeo *ABabcd.* Atque adeo qui *e. Fulv. Ursinus.* At qui adeo *Latinius.* 14. potenti *AB.* 15. febrici tantum *AB.*

Cap. XIII. a. Petenti, inquit.] Cf. Evangel. Luc. VI, 30. Adv. Marcion. IV, 16.

b. Porro] V. De Corona cap. 7., ubi exempla huius particulae pro *at*, atenim, vel *immo* positae ex Tertulliani scriptis adnotavi.

c. De reatu.] Reatus hoc lucrum est. Mali enim aut sceleris sibi non conscius a me concuti se passurus non fuisset.

d. Irascar et in inimicum?] Qui haec cum praegressis coniungunt, sanum sensum numquam extorquebunt. Verba sunt Christiani qui se redemit. Procul dubio, inquit, cum tu mihi me redimere licere ex lege scripturae neges, vel potius irasci in inimicum me inbebis, id quod scriptura, ni fallor, aperte vetat? Cui respondet Tertullianus obiciens inimicitias et alios interdum habere titulos eoque nomine neque traditores neque persecutores neque concussores comprehendi debere aut eos esse quibus irasci a Christo vetemur. Huiusmodi homini enim, si quis se non redemerit, minime posse carbones acervari super caput.

e. Proinde] Qui tibi tunicam sustulerit, inquit, ei proinde (h.e. aeque, pari modo) vel etiam pallium concede.

f. domini sententiarum] Libri habent *dominicarum*. Reposui *domini sententiarum*, quam veram esse emendationem ostendunt quae sequuntur *Atque adeo omni petenti dari iubet*, quae alioqui

venenum aut gladium mortem desideranti daturus. Facite [16]autem Luc. XVI, 9
vobis amicos de mammona[g], quomodo intellegendum sit, parabola praemissa [17]te doceat. Ad populum Iudaicum [18]dictum, qui, commissam sibi rationem [19]domini cum male administrasset, [20]deberet de [21]mammonae [22]hominibus, quod nos eramus[h], amicos sibi potius prospicere quam inimicos, et [23]relevare nos a debitis peccatorum, quibus deo detinebamur, si nobis [24]id dominica ratione [25]conferrent, ut, cum coepisset [26]ab his deficere gratia, ad nostram fidem refugientes reciperentur in tabernacula aeterna. Quamvis nunc puta aliam interpretationem parabolae et sententiae istius, dum scias verisimile non esse, ut concussores nostri in amicitiam redacti per mammonam recipiant tunc nos in tabernacula aeterna. Sed quid non timiditas persuadebit? Quasi et fugere [27]scriptum permittat et redimere praecipiat. Parum denique est, si unus aut alius [28]ita eruitur[i]. [29]Massaliter[k] [30]totae ecclesiae tributum sibi [31]irrogaverunt. Nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus [32]beneficiariorum et [33]curiosorum[l] inter tabernarios et

16. autem *om. AB.* 17. te doceat *ABabcd.* doceat *e.* 18. dictum *ABabcd.* dicta *e. Fulv. Ursinus.* 19. domini *om. AB.* 20. debere *a.* 21. mammona *Aφ.* 22. nominibus *Latinius.* homines *A. m. sec.* 23. revelare *AB. Verba* nos a debitis — — ratione *om. AB.* 24. id *ABabcde.* in *Iunius.* de *e. Latinius.* 25. conferent et *A.* 26. ab huius *e. Fulv. Ursinus.* ab hiis *A.* 27. scriptum *ABabcd. tres Vaticani.* scriptura *e. Rhenanus, Latinius.* 28. ita exuritur *AB.* 29. massalitur *AB.* 30. tot *A. m. sec.* 31. irrogaverint *A.* (irrogaverunt *Aφ.*) irrogaverim *B.* irrogavere *A. m. sec.* 32. beneficiatorum *A. m. pr. et B.* 33. curiosiorum *ABa.* causariorum *A. m. sec.*

subiecto carerent. Scriptura *dominicarum* orta est ex breviatura vocis *sententiarum*, quae coaluit cum praecedente *domini*.

g. Facite vobis amicos de mammona] Cf. Adv. Marcion. IV, 16.

h. quod nos eramus] Loquitur de tota humanitate.

i. eruitur] Redimitur ex periculo.

k. Massaliter] Serie capitum iuncta massam fecere vectigalium Christianorum. Sic Optatus libro secundo sub finem „Et tamen has plebes coëgistis flectere et inclinare cervices et serie capitum iuncta *massam paenitentium facere.*“ (Rigalt.) Cf. Adv. Valentin. cap. 16 „Sed enim exercitata et usu vitiosa confudit, atque ita *massaliter solidata* defixit seorsum in materiae corporalem paraturam.“ Adv. Hermog. cap. 30 „*massalis* illius molis argumenta portendant.“ Adv. Marcion. IV, 18 „redactam scilicet in dominum, ut in *massalem suam summam.*“

l. beneficiariorum et curiosorum] Beneficiarii dicebantur milites beneficio principis adsumpti ad officia seu ministeria certa. Itaque apparebant principi mandatis exsequendis. Ex eorum schola seu corpore erant curiosi, cursus publici curae praepositi, qui et stationarii dicebantur, per stationes dispositi. Iis autem inter cetera hoc muneris iniungit lex prima C. de Curiosis, „ut crimina iudicibus nuntianda meminerint.“ Ergo reorum nomina requirebant ac deferebant, ipsos reos sistebant tribunalibus et iudicio. Vetus historia passionis Fructuosi episcopi: „Direxerunt beneficiarii in domum eius,“ et paulo post: „Cui milites dixerunt: Veni, praeses te accersit“ sqq. Scriptor anonymus vitae Chrysostomi apud Suidam: *ἐλκόμενος ὑπὸ τοῦ κουριόσου τῆς πόλεως,*“ et apud Euseb. Hist. Eccl. IX, 9 „*Βενεφικαρίων ὕβρεις καὶ σεισμοί.*“ Huiusmodi autem officia tandem in praevaricationes et rapinas et

[34]ianeos[m] et fures balnearum[n] et [35]aleones et lenones [36]Christiani quoque vectigales continentur. Hanc episcopatui formam apostoli providentius condiderunt, [37]ut regno suo [38]securi frui possent, [39]sub obtentu [40]procurandi[o]? Scilicet enim talem pacem Christus ad patrem regrediens mandavit a militibus per [41]Saturnalia[p] redimendam!

34. ianeos *AB. Gorziensis et tres Vaticani, prob. Iunio.* ianios *a. Hirsaugiensis.* lanios *reliqui.* 35. aleones et leones *ABa.* 36. Christianis *Aa.* Christianus *B.* 37. et regno *B.* 38. secure *Rhenanus.* 39. sub *om. B.* sibi obtentum *Rhenanus.* 40. procurandi *bcde.* procurando *a.* procurandae *AB.* procurandae pacis *A. m. sec., et A. Neander.* 41. saturnalia *AB.* Saturnalicia *reliqui.*

concussiones degeneravere, conniventibus plerumque hominum pessimorum improbitati beneficiariis et curiosis. Nam et ipsi pensionibus annuis aut menstruis corrupti tabernariorum, ganeonum, furum, lenonum scelera dissimulabant, ita ut domi servarent matriculas turpium huiusmodi pactionum. Cum igitur et in Christianos mandata principum sive proconsulum aut praesidum tamquam in facinorosos atrocia exequerentur, tandem et istis Christiani quoque pecunias pactis pensionibus numerare coeperunt. Hoc Septimius nomini Christiano turpe ac pudendum esse ait, in matricibus beneficiariorum et curiosorum inter ganeones et fures et tabernarios et lenones Christianos quoque vectigales censeri. (Rigalt.) De Tertulliani hoc loco adeas praeterea Salmas. ad Scriptorr. Hist. Aug. p. 5. et 29., qui refutat Casauboni interpretationem ad Sueton. Calig. cap. 41 expositam. Cf. Iac. Guther. De Offic. Dom. Aug. III, 13. in Sallengre Nov. Thes. Antiqu. Rom. tom. III, p. 531. et Dirksen Manuale s. v. *Beneficiarius* et s. v. *Curiosus.* Cf. de hoc loco etiam Muenteri Primordia Eccl. Afr. p. 197.

m. ianeos] Retinui librorum scriptoram *ianeos,* quos interpretor homines alienorum marsupiorum amatores et sacularios, qui ad portas et circum ianuas aedium fere versantur. Rhenanus interpretatur circumforaneos, scilicet venditatores et propolas. Pauli glossa p. 103. Muell. habet *Ianeus, ianitor.* Rigaltius, qui *lanios* correxit, haec adnotavit: Laniorum tabernae in veterum scriptorum monumentis reperiuntur. Et lanios in matricula tabernariorum censitos nemo ambigit. Itaque mendosum esse videatur, quod hic separatim notantur. Certe in exemplaribus antiquis scriptum fuisse *ianios* et *ianeos* testatur Rhenanus. Quasi *ganeos* dixerit Septimius pro ganeonibus. Sic enim Ad Uxor. II, 6 „Audiat sane, inquit, audiat aliquid de scena, de taberna, *de ganea,*" quod in vulgatis editionibus depravatum antea legebatur *de gehenna.* Et in Ammiani Marcellini libro XVIII., ubi legitur „per *ianos* et fora clamitant" legendum „per *ganeas* et fora." Verumtamen cum illius aevi Christianos tantum ab sanguine et cruore abhorruisse sciamus, ut a botulis et ceteris huiusmodi eduliis studiosissime abstinerent, facile mihi persuaderi patiar, Tertullianum hoc loco lanios ab generali tabernariorum appellatione exemisse, quo magis negotii, de quo agitur, foeditatem extolleret.

n. fures balnearum] Hoc commemorat etiam Apolog. cap. 44, ubi dicuntur *lavantium praedones,* et De Idol. cap. 5. Cf. Diog. Laert. VI, 52. Catull. XXXIII, 1. Ovid. A. A. III, 639. Petron. Satyr. cap. 30. Plaut. Rud. IV, 2, 118. Paul. Dig. V, 3. §. 5. Coll. LL. M. VII, 4. fr. 3. de fur. balnear. 47, 17. Gloss. Vulcan. col. 407 *„Βαλανοκλέπτης,* Fur balnearius."

o. sub obtentu procurandi?] Donis et tributis tractantes cum ecclesiae Christianae inimicis speciem praebere volunt tamquam ecclesiae securitas sibi curae et cordi sit, dum nihil nisi ipsorum spectant, ut scilicet regno suo secura pace frui possint.

p. per Saturnalia] (Saturnalium vel) „Saturnaliciorum nomine, inquit Rhenanus, munera intellegit, qualia in Saturnalibus ultro citroque solebant a Romanis missitari." Ael. Spartian. Vit. Adriani p. 8. ed. Salm. „Iis quos ad militiam ipse per se vocavit, equos, mulos, vestes, sumptus et omnem ornatum semper exhibuit. *Saturnalicia* et sigillaricia frequenter amicis inopinantibus misit."

Sed quomodo colligemus[a], inquis, quomodo dominica sollemnia celebrabimus? Utique quomodo et apostoli, fide, non pecunia tuti, quae fides si montem transferre potest, multo magis militem. Esto sapientia, non praemio cautus. Neque enim statim et a populo eris tutus[b], si officia militaria redemeris. Una ergo tibi et fides et et sapientia ad tutelam opus est, quibus non adhibitis et redemptionem tuam [1]potes perdere, [2]adhibitis haud redemptionem [3]desiderare. Postremo si colligere interdiu non potes, habes noctem, [4]luce Christi [5]luminosa adversus eam. Non potes discurrere per singulos[c]. [6]Sit tibi et in tribus ecclesia. Melius est, turbas tuas[d] aliquando non videas, quam addicas[e]. Serva Christo virginem sponsam; nemo quaestum de ea faciat. [7]Haec tibi, frater, dura forsitan et intolerabilia videntur, [8]sed recita deum dixisse, Qui capit, capiat, id est, Qui non [9]capit, discedat. Non potest qui pati timet eius esse qui passus est. At qui pati non timet, iste perfectus erit in dilectione, utique dei. Perfecta enim dilectio foras mittit timorem. [10]Et ideo multi vocati, pauci electi. Non quaeritur qui latam viam sequi paratus sit, sed qui angustam[f]. Et ideo [11]para-

Cap. XIV. Matth. XIX, 12. 1 Ioh. IV, 18. Matth. XXII, 14.

Cap. XIV. 1. potest *B.* 2. adhibitis aut *Αφα.* adhibitis autem *AB.* 3. non desiderare *A. m. sec.* 4. lucem *Rhenanus.* 5. luminosa *Ios. Scaliger.* luminosi *ABabcde.* luminosam *e. Fulv. Ursinus. Verba* adversus eam *Rigaltius inducenda putat.* 6. si tibi est in *ABa.* 7. et haec tibi *AB.* 8. sed reputa deum *Iunius.* sed recita eum *B. m. sec.* Sed recogita deum *Rhenanus.* 9. capiat vel qui *AB.* 10. *Verba* Et ideo *suspecta habuit Iunius.* 11. paraclitus *AB.*

Saturnalia Saturnalicia appellat Tertullianus etiam De Idololatria cap. 10. quem locum vide.

Cap. XIV. a. quomodo colligemus] *Πῶς συνάξομεν.* Irenaeus III, 3 „Confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam vel vanam gloriam vel per caecitatem et malam sententiam praeterquam oportet *colligunt.*“ Optatus libro II. „Non enim grex aut populus appellandi fuerunt pauci, qui inter quadraginta et quod excurrit basilicas locum ubi *colligerent* non habebant.“ (Rigalt.) Anastasius Bibliothecarius in Praefat. ad Octavam Synodum: „Favebat autem his quidam senator saecularis administrationis, fungens officio a secretis, nomine Photius, qui ad patriarchale conscendere fastigium affectans cum eis seorsum *colligebat.*“ Acta SS. Saturnini et soc. n. 6 „Christiani sumus nos, nos, inquit, *colligimus.*“ Acta S. Philippi Mart. „Ait Bassus: Legem Imperatoris iubentis nusquam *colligere* Christianos.“ V. Du Cangii Glossar. Med. et Inf. Latin. s. v. *Colligere* et s. v. *Collecta* n. 4 et 6. (ed. nov. tom. II, p. 432.)

b. et a populo eris tutus] Etsi nummis oblatis concussores illos beneficiarios et curiosos placaveris pacemque ab iis redemeris, non statim et a populi furentis rabie tutus eris. (Rigalt.)

c. Non potes discurrere per singulos.] Ex mente adversarii facta obiectio altera, cui Septimius verbis scripturae occurrit.

d. turbas tuas] h. e. collectas fratrum Christianorum.

e. quam addicas.] Nempe tributariae servituti, ait Rigaltius. Aliter Iunius, qui explicat „sic imprudentia et importunitate tua exponas adversariis, ut si vendidisses addictam pretio.“ Res eodem redit. De ellipsi condicionalis particulae *si* aliis locis adnotatum est.

f. sed qui angustam.] Cf. Evang. Matth. VII, 13. Luc. XIII, 24.

cletus necessarius, deductor omnium veritatum[g], exhortator omnium tolerantiarum. Quem qui receperunt, neque fugere persecutionem neque redimere noverunt, habentes ipsum qui pro nobis erit, sicut [12]locuturus [13]in interrogatione, [14]ita iuvaturus in passione.

12. locuturus *bcde*. locutus *ABa*. 13. in *om. AB*. 14. ita vivamus in passione *AB*. Quinti Septimi Florentis Tertulliani de fuga in persecutione liber finit. Eiusdem ad Scapulam liber incipit *B*. Explicit liber Tertulliani de persecutione. Incipit liber Tertulliani ad scapulam. *Aφ*.

g. deductor omnium veritatum] Cf. supra cap. 1.

SCORPIACE.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat codicem Agobardinum (*Aφ* ex collatione Hildebrandi, *Aβ* ex collatione Steph. Baluzii).
B - editionem principem Io. Gangneii anni MDXLV. Signum *Bmg.* denotat scripturam in margine eius editionis adnotatam.
C - - Sigism. Gelenii a. MDLXII., quae editio innititur codice Britannico, Masburensi.
a - - Iac. Pamelii a. MDLXXIX.
b - - Nicol. Rigaltii anni MDCXXXIV.

[1]SCORPIACE[a].

[2]Magnum de modico malum [3]scorpio terra suppurat. Tot venena [4]quot genera, tot pernicies quot et species, tot dolores quot et colores. Nicander[b] [5]scribit et pingit. Et tamen unus omnium Cap. I.

1. INCIPIT SCORPIACE. LEGE FELICITER. *Aβ.* Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS contra Gnosticos Scorpiacum. *BC.* Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI ADVERSVS GNOSTICOS SCORPIACVM DE BONO MARTYRII. *a.* Q. SEPTIMI FLOR. TERTVLLIANI SCORPIACE. *b.*

Cap. I. 2. Macnum de modico *Aφ.* 3. scorpio *AB.* scorpium *Ca.* scorpios *b. Fulv. Ursinus et Ios. Mercerus.* 4. quot genera *ABb.* quot ingenia *BmgCa.* quot et genera *Ciacconius.* 5. et scribit *ego.* et scripsit *A.* scribit *reliqui.*

a. SCORPIACE.] In codice Agobardi librum De Praescriptione Haereticorum proxime sequitur Scorpiace qui liber in vulgatis editionibus inscribitur: Adversus Gnosticos Scorpiacum De Bono Martyrii. [*De Bono Martyrii* adiecit Iac. Pamelius ex cap. 2.] Nos veteres membranas secuti appellavimus Scorpiacen sive De Scorpiace. Nam et ita inscribitur, ut De Praescriptione Haereticorum, et Exhortatio Castitatis. Tertullianus huic opusculo sane eleganti titulum fecit Scorpiacen Graecorum more, qui et σκορπιακὴν ἀντίδοτον dicunt. Apud Hieronymum libro Adv. Vigilantium [tom. IV, p. 285. ed. Benedict.]: „Scribit adversum haeresim tuam, quae olim erupit adversum ecclesiam (ne et in hoc quasi repertor novi sceleris glorieris) Tertullianus, vir eruditissimus, insigne volumen, quod *Scorpiacum* vocat rectissimo nomine, quia arcuato vulnere in ecclesiae corpus venena diffundit, quae olim appellabatur Caïna haeresis, et multo tempore dormiens vel sepulta nunc a Dormitantio suscitata est. Miror quod non dicas nequaquam perpetranda martyria; Deum enim, qui sanguinem hircorum taurorumque non quaerat, multo magis hominum non requirere.“ (Rigalt.) Iac. Pamelius Scorpiacen Tertulliani cum in ceteros Gnosticos, tum proprie contra Scorpianum haereticum scriptum putat idque libri sui inscriptione auctorem significasse. Opinio Pamelii nititur loco Optati Milevit. De Schism. Donat. IV, p. 91 (ed. Prior.) „Talis sermo est et Corpiani haeretici, qui negabat debere esse martyria, sed venena sua sibi serpant, ne eorum relatio auditum intellectus simplices vel leviter vexet. Huius igitur sermo est, qui vitandus est, ne serpat sicut cancer.“ Sed ut vera sit *Scorpiani* scriptura nominis ab Optato memorati (libri scripti variant partim habentes *Corpiani*, partim *Scaepiani*, partim *Scorpiani*), hoc certe mirificum esset, Tertullianum, in quem hominem proprie refutandum hoc opusculo invectus sit, eius nominis per totum librum praeter quam titulus significet, mentionem ullam non fecisse, neque Hieronymum loco citato de hoc Scorpiano commemorasse.

b. Nicander] V. Nicandri Theriac. v. 769 sqq., qui octo species scorpii enumerat et colore et veneno diversas.

violentiae gestus de cauda nocere, quae cauda erit [6]quodcumque de postumo corporis propagatur et verberat. [7]Proinde scorpii series illa nodorum venenata intrinsecus [8]venula [9]subtilis arcuato impetu[c] insurgens hamatile spiculum in summo tormenti ratione[d] [10]stringit. Unde et bellicam machinam [11]retractu tela vegetantem de scorpio nominant. Id spiculum et fistula est patula tenuitate [12]in vulnus [13]et virus, qua figit, effundit[e]. Familiare periculi tempus [14]aestas; Austro et Africo saevitia velificat[f]. In remediis naturalia [15]plurimum[g]; aliquid et magia circumligat; medicina cum ferro [16]et poculo occurrit. [17]Nam et praebibunt [18]quidam festinando tutelam; sed concubitus exhaurit[h], et denuo sitiunt. Nobis fides praesidium, si non et ipsa percutitur diffidentia[i], [19]signandi statim et adiurandi et [20]unguendi [21]bestia calcem[k]. Hoc denique modo etiam ethnicis saepe subvenimus, donati a deo ea potestate quam apostolus dedicavit[l] cum morsum viperae sprevit. Quid ergo promittit stilus

6. quotcumque *Aβ*. 7. perinde ut scorpii *C*. Proinde scorpiis *Franc. Iunius*. 8. venulas *B*. 9. suptilis *Aβ*. 10. stringit *AB*. restringit *Bmy*. restringens *BCa*. 11. et retractu *B*. 12. id vulnus *C*. 13. et virus *om. A*. 14. aestus *a*. 15. plurimum *BCa*. plur.... *Aφ*. plurima *b. Fulvius Ursinus*. 16. et populo *Aβ*. 17. Nam praebibunt *Aβ*. Iam et praebibunt *Franc. Iunius*. 18. quaedam festinando *Fulv. Ursinus*. 19. signando statim et adiurando *Fulv. Ursinus*. 20. unguendi (ungendi *B.*) *ABCa*. ungendo *Fulv. Ursinus*. urgendi *e. Latinius*. 21. bestiae calcem *ABCab*. bestia calcem *Franc. Iunius*.

c. arcuato impetu] Hieronym. In Ioël. prooemio „Insurgat licet scorpio et arcuato vulnere ferire conetur."

d. tormenti ratione] Id tormentum describunt Vitruv. De Archit. X, 15. Veget. De Re Milit. IV, 22. Lips. Poliorc. III, 4. p. 578. ed. Vesal.

e. qua figit, effundit.] Isidor. Origg. XVIII, 8 „Scorpio est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa, quae, dum ad hominem venerit, virus, qua figit, infundit, unde et scorpio nomen accepit."

f. saevitia velificat.] Austro et Africo saevitia secundis sibi ventis utitur iisque adiutoribus crescit.

g. naturalia plurimum] Enumerat Nicander Ther. inde a versu 837., Plin. XI, 25.

h. concubitus exhaurit] Quod scilicet praebiberunt remedii, Veneris ardore exhauritur.

i. diffidentia] Si quis a scorpio petitus se non diffidat his tribus, signando scilicet, adiurando et ungendo sibi mederi posse.

k. et unguendi bestia calcem.] Vulnus calci inflictum Christianus fide sua tutus cruce signat, per nomen Christi adiurat, bestiae denique illisae succo et sanie medicat. Rigaltius scripsit *arguendi bestiae calcem* ex emendatione Fulvii Ursini et interpretatus est ita: Urgere bestiae calcem idem est atque urgere bestiam calce. Ipse mox dicet: At tu fides si vigilat, ibidem scorpio pro solea anathema inlidito. Inlidere scorpio soleam est urgere bestiae calcem. Ait autem Christus Lucae X, 19 „Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones."

l. apostolus dedicavit] Act. Apost. XXVIII, 3 sqq. Verbum *dedicare* pro initiare, inchoare, primum instituere, familiare est Tertulliano. Sic Apolog. cap. 12 „in patibulo primum corpus dei vestri *dedicatur*." Ad Natt. I, 18 „Crucis vero novitatem numerosae, abstrusae Regulus vester libenter *dedicavit*." De Paenit. cap. 2 „iam inde in semetipso paenitentiam *dedicavit*." De Anima cap. 19 „Mentior si non statim infans ut vitam vagitu salutavit, hoc ipsum se testatur sensisse atque intellexisse, quod natus est, omnes simul ibidem *dedicans* sensus." Apolog. cap. 5 „Sed tali *dedicatore* damnationis nostrae etiam gloriamur." De Carne cap. 17 „novae na-

iste, si fides de suo [22]tuta est? [23]Ut et alias [24]de suo tuta sit, cum [25]suos scorpios [26]patitur. Acerba mediocritas [27]et istis et genus varium, et uno modo armantur, et certo tempore subornantur, nec alio quam ardoris. Hoc apud Christianos persecutio est. Cum igitur fides aestuat et ecclesia exuritur de figura rubi[m], tunc Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt [28]calentes et ipsi offendere[n], figere, occidere. Nam [29]quod sciant multos simplices ac rudes tum infirmos, plerosque vero [30]in ventum[o] et si placuerit Christianos, [31]numquam magis adeundos sapiunt, quam cum aditus animae formido laxavit, [32]praesertim cum aliqua iam atrocitas fidem martyrum coronavit. Itaque primo trahentes adhuc caudam de [33]affectibus applicant[p] aut quasi in vacuum flagellant: Haeccine pati[q] homines innocentes? [34]Ut putes fratrem aut de melioribus ethnicum. Siccine tractari sectam nemini molestam? Dehinc adigunt: Perire homines [35]sine causa. Perire enim, et sine causa[r], prima fixura. Exinde iam [36]caedunt. Sed nesciunt simplices animae, quid

22. tuta est *Ab.* tuta sit *reliqui.* 23. ut et alias (*Aφ*)*BCb.* et alias *Aβa. Franc. Iunius.* 24. ut de suo *Iunius.* 25. suo scorpios *B.* suo scorpio *Ursinus.* 26. patitur acerba *B.* patitur acerbam *Ursinus.* 27. et isti *BCa. Ursinus.* 28. callentes *a.* 29. quod sciam *ABmg.* 30. in ventum et si *ACb.* invento et si *B.* inventum et si *Bmg.* in ventum si *a.* 31. numquam *Aβ.* 32. praesertim cum aliqua iam *ego.* praesertim cum aliqua *Ab.* praesertim si aliqua iam *reliqui.* 33. affectibus applicant *Aβ.* 34. ut puta *a., probante Iunio.* 35. et sine causa *BCab.* sine causa *A.* 36. cedunt *B.*

tivitatis *dedicator.*" Hieronym. Epist. LXXIX. „qui primus ab apostolis baptizatus salutem gentium *dedicavit.*" Cyprian. Epist. XXXIII. de lectore „Hoc die auspicatus est, dum *dedicat* lectionem." Commodian. Instr. LIII (II, 11, 14. meae edit.) „Ille parat dona, ille pro victoria laetus Suscipit, et proprium satellem *dedicat* esse." Plura exempla eius usus si desideras, adeas Alex. Mazocchium Comment. in Mutil. Camp. Amphith. Titulum inserto Poloni Suppl. Graevii Thes. Antiq. Rom. tom. V, p. 593 sqq.

m. de figura rubi] Exod. III, 2.

n. calentes et ipsi offendere] Verissima scriptura. Etenim scorpiis incalescentibus venenum inardescit. Hinc supra dixerat „familiare periculi tempus aestas; Austro et Africo saevitia velificat," et deinde „et certo tempore subornantur nec alio quam ardoris." Cf. Plin. Hist. Nat. XI, 25 „Venenum omnibus medio die cum incanduere solis ardoribus."

o. in ventum] Quos dicit *in ventum Christianos* quosnam intellegat, verba *et si placuerit,*" quae subsequuntur, explicant, scilicet quorum fides cuivis aurae obnoxia est quique non constantia gubernatrice velificant sed vela dant ventis.

p. de affectibus applicant] Affectus movendo blande ac molliter accedunt et caudam applicant quos mox laesuri sunt.

q. Haeccine pati] Haec dicuntur sub persona Gnostici accedentis ad Christianos simplices et formidantes. Tam blande autem agit haereticus is scorpius, ut putes fratrem aut de melioribus ethnicum aliquem ad te accessisse. Nota gradationem: primo applicant caudam aut quasi in vacuum flagellant, deinde adigunt, exinde caedunt.

r. Perire enim, et sine causa] Haec verba, quae *primam fixuram* appellat, sunt Tertulliani Gnosticorum dicta cum indignatione examinantis. Etenim dicebant perire qui martyria subirent et perire sine causa. Quasi perirent, qui deo impendebantur! Aut quasi sine causa, qui pro Christi nomine! (Rigalt.)

quomodo[s] scriptum sit, ubi et quando et coram quibus confitendum, nisi quod nec simplicitas ista, sed vanitas, immo dementia pro deo mori, [37]ut qui me salvum faciat. Si is [38]occidit, [39]qui salvum facere debebit? Semel[t] Christus pro nobis obiit, semel occisus est, ne occideremur. Si vicem repetit, num et ille salutem de mea nece expectat? An deus hominum sanguinem flagitat, ma-
Psalm. XLIX, 13. xime si taurorum et hircorum recusat[u]? Certe peccatoris paenitenEzech. XXXIII, 11. tiam mavult quam mortem. Et quomodo non [40]peccatorum desiderat mortem? [41]Haec et si qua alia [42]adinventa[v] haereticorum venenorum quem non vel in scrupulum figant, si non in [43]exitium vel in bilem, si non in mortem? At tu, si fides vigilat, ibidem[w] scorpio pro solea anathema inlidito et relinquito [44]in suo sopore[x] morientem. Ceterum, si plagam satiaverit[y], intimat virus, et properat in viscera; statim omnes pristini sensus retorpescunt, sanguis animi [45]gelascit, [46]caro spiritus exolescit, nausea nominis[z] [47]inacrescit[a]. Iam et ipsa mens sibi, quo vomat, quaerit, [48]atque ita semel [49]infirmitas, qua percussa est, sauciatam fidem vel in [50]haeresim vel in [51]saeculum [52]exspirat. [53]Et nunc praesentia rerum est medius [54]ardor, ipsa canicula persecutionis, [55]ab ipso scilicet cynocephalo[b].

37. ut qui *BCa.* Et quis *b. Fulv. Ursinus. In A. quid fuerit hodie erui nequit.* 38. occidet *Ab.* 39. quis salvum *Ca.* 40. peccatorum non *a.* 41. Haec est et si *A.* 42. adinventa *BCa.* admenta *Ab.* 43. exitum *a.* actu *B.* 44. in suo pure morientem *Iunius.* 45. gelescit *A.* 46. carne *ab. In A. verba* caro spiritus exolescit *sunt omissa.* 47. inagrescit *ACa.* magrescit *B.* inaccrescit *alii.* 48. atque *Ab.* ut quae *BCa.* 49. infirmitas qua percussa est *ego.* infirmitas quae percussa est *Ab.* infirmitas quaeque percussa *B.* infirmitate quoque percussa *Ca.* 50. heresim *A.* haeresim *B.* 51. saeculum *Aβ.* 52. exspirat *ABab.* expuat *C.* 53. Et nunc praesentia rerum *ABb.* Et in praesentiarum *Ca.* 54. ador *A.* 55. ab ipso *Ab.* ab isto *reliqui.*

s. quid quomodo] V. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 8. *Quomodo* autem hic est pro *Quo sensu.*

t. Semel] V. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

u. si taurorum et hircorum recusat?] Cf. verba Hieronymi ab Rigaltio in adnotatione ad huius libri inscriptionem citata.

v. adinventa] Rigaltius edidit ex Agobardino *admenta,* citans Gloss. Vett. [Cf. Vulcan. 15, 20.] „Ammentum, *Ἄμμα λόγχης, λῶρόν ἐστιν ὅθεν κατέχεται ἡ λόγχη.*“ Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 10. Sed haec Agobardini scriptura quin falsa sit, non est quod dubites. Quid enim ammentis cum venenis? aut qua ratione figere dicuntur ipsa ammenta, quod tantum missiliuni est? Reposui *adinventa* ex editione principe, per quae significantur ingeniose excogitata et ceteris addita. Vocabulum est ICtorum. Coll. LL. M. XV, 3 „Exquisita et *adinventa* commenta.“ Fr. 28. pr. de poen. 48, 19 „Quod postea id genus poenae *adinventum* est.“

w. ibidem] h. e. illico. Cf. ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

x. in suo sopore] Bene Franc. Iunius „in suo pure morientem.“ Scripturam tamen mutare nolui, cum et vulgata habeat quo defendatur. Soporem dicit cuius causa erat illisio.

y. plagam satiaverit] Si iaculum penetravit adactum in vulnus venenoque circum omnia replevit.

z. nausea nominis] Puta Christiani.

a. inacrescit.] De verbo *inacrescere* vel *inacescere* v. Gronov. Observatt. II, 21. p. 196. ed. Frotsch., Heinsium ad Ovidii Remed. Am. v. 307., Intt. ad Quinctil. Declam. VIII, 1. et ad Apul. Metam. V, 10. p. 341.

b. cynocephalo.] Diabolo, canina invidia genus humanum vexante. (Rigalt.)

Alios ignis, alios gladius, alios bestiae Christianos probaverunt, [56]alii fustibus interim et ungulis insuper [57]degustata martyria in carcere esuriunt. Nos [58]ipsi ut lepores, destinata venatio, de longinquo obsidemur, et haeretici ex more grassantur. Itaque tempus admonuit adversus nostrates bestiolas [59]nostram mederi [60]theriacam[c] [61]stilo temperare. Qui legeris, biberis. [62]Nec [63]amarum potio[d]. Si Psalm. XI,7. eloquia domini dulcia super mella et favos, inde pigmenta sunt. Si lacte et melle promissio dei manat, hoc sapiunt quae illuc fa- Exod. III,17. ciunt. Vae autem qui dulce in amarum et lumen in tenebras con- Ies. V,20. vertunt! Perinde enim et qui martyriis [64]refragantur salutem [65]perditionem interpretantes tam dulce in amarum quam lucem [66]in tenebras reformant, atque ita miserrimam hanc vitam illi beatissimae praevertendo tam amarum [67]pro dulce[e] quam tenebras pro luce supponunt.

Sed nondum de bono [1]martyri, [2]nisi de debito primum, [3]nec ante Cap. II. de utilitate eius, quam de necessitate [4]discendum. Auctoritas divina praecedit, an [5]tale quid voluerit atque mandaverit deus, ut qui negant bonum non [6]suadeantur [7]accommodum, nisi cum subacti fuerint[a].

56. alios fustibus *A.* 57. degustato martyrio *Ca.* 58. ipsi ut *Ab. Fulv. Ursinus.* ipsius *BCa.* 59. nostram mederi *A.* nostrati mederi *B.* nostrate *Ca.* promptam mederi *b.* 60. theriacam (teriacam *A.*) *ABmgb.* scorpiacam *B.* scorpiacum *Ca.* 61. stilo *A.* 62. Nec (*Aφ*)*BCa.* Non (*Aβ*)*b.* 63. amara enim *Latinius.* 64. refrangantur *Aβ.* 65. perditione *B.* 66. in tenebris *A.* 67. pro dulce *A.* pro dulci *reliqui.*

Cap. II. 1. martyri *A.* 2. nisi de debito *Ciacconius.* nisi debito *ABCab.* 3. nec ante de *Cab.* negant et de *A.* negant de *B.* 4. dicendum *Latinius, prob. Iunio.* 5. tale qui *B.* 6. suadentur *Aφ.* 7. accomodum *Ab.* ad commodum *BCa.*

Iac. Pamelius et Franc. Iunius cum aliis per *cynocephalum* intellegi putant Severum Imperatorem aut Plautianum praefectum, de quo v. Reimar. ad Dion. Cass. LXXV, 14.

c. mederi theriacam] *Mederi* est infinitivus Graeco more positus pendens ab voce *theriacam* aut a verbo *temperare.* Cf. Apolog. cap. 22 „utriusque nominis testes *esse* vel magi adsunt." Ibid. cap. 39 „Post aquam manualem et lumina, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium deo *canere.*" Minuc. Felic. Octav. cap. 40 „Post haec laeti hilaresque discessimus, Caecilius, quod crediderit, Octavius *gaudere,* quod vicerit.

d. Nec amarum potio.] Graecismus, cuius apud Tertullianum frequens est usus. Exempla alio loco addam.

e. pro dulce] Servatam volui Agobardini libri scripturam *dulce* pro aliorum *dulci.* Cf. de hoc ablativo interprr. ad Ovid. Metam. XV, 743. et ad Heroid. VIII, 64. XVI, 277. Sanct. Minerv. II, 7. Ruhnken ad Cic. De Nat. Deor. I, 21. p. 93. Cr.

Cap. II. a. nisi cum subacti fuerint.] Ait Tertullianus eos, qui negant bonum esse martyrium, non prius suaderi debere bonum esse et commodum, quam divinarum scripturarum auctoritate subacti fuerint credere necessarium esse ad salutem martyrium. Nam hoc evicto facile obtineri, ut credant non modo bonum esse, sed et commodum atque utile. (Rigalt.) Duo sunt, inquit auctor, hominum genera, quibus scribo, imperiti atque haeretici. Imperitis suadeo praemium, doceo officium, quo assequantur praemium. Atque hi prius docendi quam movendi. Haereticis nec suadeo praemium, sed revinco obduratum illorum animum auctoritate allata dei. Turpiter

Ad officium haereticos compelli[b] non [8]illici dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda[c]. Et utique satis optimum praeiudicabitur quod probabitur a deo constitutum atque praeceptum. Sustineant[d] evangelia paulisper, dum radicem eorum exprimo [9]legem, dum inde elicio dei voluntatem unde et ipsum recognosco: Exod. XX, 2 sq. Ego sum, [10]inquit, [11]deus deus tuus qui te eduxi de terra Aegypti. Non erunt tibi [12]dii alii praeter me. Non facies tibi simulacrum [13]eorum quae in caelo et quae in terra deorsum et quae in mari infra terram. Non [14]adorabis ea, neque [15]famulaberis eis. [16]Ego Exod. XX, 22. enim dominus deus tuus. Item in [17]eadem Exodo: Ipsi vidistis, quod de caelo locutus ad vos sim. Non facietis [18]vobis deos argenteos, et deos [19]aureos non facietis vobis. Secundum haec et in Deut. VI, 4 sqq. Deuteronomio: Audi Israël, [20]dominus deus tuus unus est, et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et totis viribus tuis [21]et ex tota anima tua. Et rursus: [22]Nec obliviscaris domini dei tui, qui te eduxit de terra [23]Aegypti [24]ex domo servitutis. Dominum deum tuum timebis, et illi famulaberis soli, [25]et illi adglutinaberis,

8. illic dignum *A.* inlici dignum *B.* 9. legem *Cab.* legimus *Aφ.* legamus *AβB.* 10. inquid *Aβ.* 11. deus deus *ABC.* dominus deus *a.* deus *b.* 12. dii alii *Ab.* dei alii *a.* alii dii *B.* alii *C.* 13. eorum *om. A.* 14. adorabitis *A.* 15. famulaberis *Ab.* servies *BCa.* 16. Ego enim dominus deus tuus *BC.* Ego enim sum dominus deus tuus *ab.* Ego enim deus deus tuus *A.* 17. eodem exhodo *A.* 18. vobis deos *Aab.* inibi deos *BC.* 19. aureos et argenteos non facietis *a.* 20. deus deus tuus *A.* 21. et ex tota anima tua et ex totis viribus tuis *ab.* 22. Nec *B.* Ne *Cab.* *Verba* ex toto corde — — — obliviscaris domini dei tui *om. A.* 23. egypti *A.* 24. ex domo *A.* e domo *Fr. Iunius.* et domo *BCab.* 25. et illi glut..... et in nomine *A.*

sane auctore abutuntur qui ad firmandam suam tyrannidem in causa fidei hunc locum detorserunt. Non docentur fidem haeretici, sed revincuntur infidelitatis nomine ex auctoritate verbi. (Franc. Iunius.)

b. Ad officium haereticos compelli] Gnostici martyria nec bona nec utilia apud deum esse dicebant adeoque non adpetenda Christianis. Septimius adversus id genus haereticos sic agendum sibi non esse ait, ut blandis aut subtilibus rationum illecebris suadeantur utilia esse martyria, sed in ipso iam limine disputationis vim adhibendam, qua compulsi coactique sentiant necessaria esse. Etenim ea fortiter obiri deum velle, deum iubere. Itaque verbi divini auctoritatem, vires et copias divinas, arma caelestia intemptat. Aciem scripturarum instruit. His gladiis compellit haereticos ad officium, his crucibus atque tormentis duritiam eorum frangit atque subigit. Et consentanea loquitur iis, quae ad Scapulam dixit: „Religionis non esse cogere religionem," quae sponte suscipi debeat, non vi. Nimirum eo sermone vim abdicandum esse contendit, quae corpus hominis vexat aut necat, eamque vim in huiusmodi negotiis absurdam atque inutilem ideo damnat, quod hypocritas quidem faciat, minime autem religiosos, nedum Christianos. (Rigalt.)

c. non suadenda.] De structura verbi *suadere* cum accusativo cf. Tertull. De Hab. Muliebri cap. 1 „Tu es, quae *eum suasisti,* quem diabolus aggredi non valuit." V. interprett. ad Apul. Metam. IX, 25. p. 642. Burm. ad Phaedr. I, 15, 6. ad Ovid. Heroid. XVII, 185. et ad Petron. cap. 46. Ruddimanni Inst. Gramm. Lat. II, 148 sq.

d. Sustineant] V. adnotata ad De Fuga cap. 11.

et in nomine eius deierabis. Non ibitis post deos [26]alienos et deos nationum, quae circum vos, [27]quia et deus aemulator dominus deus tuus in te, et ne iratus indignetur et exterminet te a facie terrae. Sed et proponens [28]benedictiones et maledictiones: Benedictiones, [29]inquit, si audieritis praecepta domini dei vestri, quaecunque ego praecipio vobis [30]hodie, et non erraveritis de via quam mandavi vobis, ut abeuntes serviatis [31]deis aliis, quos non scitis. De quibus omnifariam extirpandis: Perditione perdetis omnia loca, in quibus servierunt nationes [32]deis suis, quas vos possidebitis hereditate, [33]super montes et colles [34]et sub [35]arbores densas, quasque effodietis [36]aras eorum[e], evertetis et comminuetis [37]staticula eorum, et excidetis [38]lucos eorum, [39]et sculptilia [40]ipsorum deorum concremabitis igni, et disperdetis [41]nomen eorum de loco illo. Adhuc ingerit, cum introissent terram promissionis et exterminassent nationes eius: Cave tibi, ne sequaris [42]eas, posteaquam exterminatae fuerint a facie tua, ne requisieris deos illarum dicens, Quemadmodum faciunt nationes [43]deis suis, [44]ut et ego ita faciam[f]. [45]Sed et, Si ipse prophetes, inquit, exsurrexerit in te [46]aut somnium somnians, et dederit tibi signum vel ostentum, et [47]venerit, et dixerit, Eamus et serviamus [48]diis aliis, quos non scitis, ne audiatis sermonem prophetae aut somniatoris illius, quia [49]temptat vos dominus deus vester, [50]an ex toto corde vestro et ex tota anima [51]vestra timeatis deum. [52]Post dominum deum vestrum abibitis, [53]et hunc timebitis, et praecepta eius custodietis, et vocem eius

Deut. XI, 27 sqq.

Deut. XII, 2 sq.

Deut. XII, 30.

Deut. XIII, 1 sqq.

26. alienos et deos nationum *ego.* alienos ex deos nationum *A.* alienos ex deis nationum *b.* aliorum ex deis nationum *Fr. Iunius.* aliorum et deos nationum *reliqui.* 27. quia et deus aemulator dominus deus tuus in te, et ne *BC.* quia deus aemulator dominus deus tuus in te, et ne (ut ne *Iunius.*) *a.* quia aemulatur deus deus tuus in te, ne *Ab.* 28. benedictionem et maledictionem. Benedictionem *a.* 29. inquid *Aβ.* 30. hodie et non *Ab.* hodie, ne erraveritis *BC.* hodie, maledictionem, si *a.* hodie, et maledictionem, si non audieritis praecepta domini dei nostri, quaecumque ego praecipio vobis hodie et erraveritis *Fr. Iunius.* 31. deis *A.* 32. deis *A. Voc.* suis *om. a.* 33. subter montes *b. Quid in A. fuerit scriptum hodie nequit dignosci.* 34. et sub arbores *ABb.* et arbores *Ca.* 35. et sub arbore densa quaque *Fr. Iunius.* 36. aras eorum *BC.* aras..... *A.* aras earum *ab.* 37. staticula eorum *ABC.* staticula earum *ab.* 38. lucos eorum *BC.* lucos..... *A.* lucos earum *ab.* 39. et sculptilia *BCa.* et scalptilia *b.* et captilia *A.* 40. ipsorum deorum *BCb.* ipsorum de eorum *Aφ.* deorum ipsarum *a.* 41. nomen illorum de loco illo *Aβ.* 42. ea posteaquam exterminata *A.* 43. deis *A.* 44. ut et ego *ABC.* et ego *ab.* 45. Sed et si ipse *BCa.* Sed et id si *b.* sed et ipsi *A.* 46. aut *om. A.* 47. venerit *AβBC.* evenerit (*Aφ*)*ab.* 48. diis *Aβ.* 49. temptat vos deus deus vester *A.* 50. an ex toto *Ab.* ex toto *BC.* ut sciat si ex toto *a.* 51. vestra ametis deum *Fr. Iunius.* 52. Post deum vestrum *BCa.* 53. ut hunc *A. Verba* et praecepta eius custodietis *om. A.*

e. aras eorum] Restitui tribus locis *eorum* pro *earum* ex librorum vetustorum auctoritate. Syneseos species admodum vulgaris.

f. ut et ego ita faciam.] Reposui *ut* particulam, quae adhortantis aut optantis hic est.

audietis, et illi servietis, et illi adiciemini. Prophetes autem [54]vel somniator ille morietur; locutus est [55]enim ad seducendum te a
Deut. XIII, 6 sqq. domino deo tuo. Sed et [56]alio capitulo[g]: Si autem rogaverit te frater tuus ex patre vel matre, aut filius tuus, aut [57]filia tua, aut mulier quae in gremio tuo est, aut amicus qui animae tuae par est, clam dicens, Eamus et serviamus [58]diis aliis, quos non scis, nec patres tui, [59]ex deis nationum, quae circum te [60]proxime aut longe, ne velis ire cum illo, et ne audieris [61]eum. [62]Non parcet oculus tuus super eum, nec [63]desiderabis[h] nec salvabis eum; [64]annuntians annuntiabis de eo. [65]Manus tuae erunt in eum in primis ad occidendum, et manus populi tui in novissimis, et lapidabitis illum, et morietur, quoniam quaesivit [66]avertere te a domino deo tuo. Subicit etiam de civitatibus, si quam ex his constitisset suasu iniquorum hominum transisse ad deos alios, ut interficerentur omnes incolentes eam, et [67]devotamenta fierent [67b]universa eius, et colligerentur omnia spolia eius in omnes [68]exitus eius, et igni cremarentur [69]in omnibus viis suis, et cum omni populo in conspectu
Deut. XIII, 16 sqq. domini dei, et non erit habitabilis, inquit, in aeternum, non reaedificabitur amplius, nec adhaerebit [70]quicquam manibus tuis ex [71]devotamento eius, [72]uti avertatur dominus ab indignatione irae suae. Maledictionum quoque ordinem ab idolorum execratione commisit:
Deut. XXVII, 15. Maledictus homo qui fecerit [73]sculptile aut fusile [74]aspernamentum[i], opus manuum artificis, et collocaverit illud in abscondito. In Le-
Lev. XIX, 4. vitico vero: [75]Ne sequimini, inquit, idola, et deos fusiles non fa-

54. vel *A.* et *reliqui.* 55. enim est *A.* 56. alio titulo *A.* 57. filia aut *A.* 58. diis *A.* 59. ex deis *A.* 60. proxime (proximae *B.*) aut *AB.* proxime sunt aut *reliqui.* 61. eum *om. A.* 62. ne *Aβ.* 63. desiderabis nec salvabis *C.* desiderabis nec salutabis *B.* desidera ..... vabis *A.* misereberis nec celabis *ab.* 64. annuntians annuntiabis *Aβ.* adnuntians adnuntiabis *B.* 65. manus populi tui *ABC.* manus omnis populi *ab.* 66. averteret *Aφ.* 67. devotamenta fierent *Cab.* devota ..... fierent *A.* devota mente fieret *B.* 67b. universa et colligerentur *A.* 68. exitus et igni *A.* 69. in omnibus viis suis *A.* cum omnibus viis suis *Bmg.* cum omnibus vasibus suis *BCab.* 70. quicquam *Aβ.* 71. devota mente *B, sed emendatum in marg.* 72. uti *Aφ.* 73. scalptile *b.* 74. aspernamentum opus *ABC.* aspernamentum domino *ab.* 75. Ne sequimini *A.* Non sequimini *BCab.* Non sequemini *alii.*

g. Sed et alio capitulo] Quod semel annotasse sufficiat, vel hinc patet longe aliam fuisse capitum distinctionem in bibliorum editionibus aetate Tertulliani atque nunc, cum istud eodem capite hodie reperiatur. Neque id novum videbitur qui commentarios veterum Patrum et maxime Rhabani Mauri in scripturas paene universas, qui apud me manuscripti extant, inspexerit. Nata est vero haud dubie varia distinctio eo, quod in capita initio distinctae scripturae non fuerint, sed in libros dumtaxat. (Pamelius.)

h. desiderabis] Trades eum et traditum neque misericordia neque desiderio prosequeris.

i. aspernamentum] Adv. Marc. IV, 14 „qui *aspernamento* habetur a nationibus.“ De Pudic. cap. 18 „odio habens traducentem in portis et *aspernamento* sermonem sanctum.“

cietis vobis. Ego dominus deus vester. Et alibi: Filii Israël famuli pueri mei. Hi sunt[k] quos eduxi de terra Aegypti. Ego dominus deus vester. Non facietis vobis manu facta nec [76]sculptile [77]staticulum statuetis vobis. Nec lapidem scopum ponetis in terra vestra. Ego dominus deus vester. [78]Et haec quidem prima per Moysen [79]dicta sunt a domino, utique pertinentia quoscumque dominus deus [80]Israëlis perinde de Aegypto superstitiosissimi saeculi et de domo humanae servitutis eduxerit. Sed et deinceps omne os prophetarum eiusdem dei vocibus sonat, eandem legem suam eorundem praeceptorum instauratione cumulantis, nec [81]aliud primum tam principaliter[l] [82]denuntiantis, quam ab omni factura atque cultura idolorum cavere; ut per David: Dii nationum argentum et aurum, oculos habent [83]nec vident, aures habent nec audiunt, nares habent nec odorantur, os, nec [84]loquuntur, manus, nec contrectant, pedes, nec ingrediuntur. Similes erunt illis [85]qui ea faciunt et qui fidunt in illis. Lev. XXV, 55. XXVI, 1. Psalm. CXXXV, 15 sqq. CXV, 4 sqq.

Nec putem disceptandum, an digne deus prohibeat nomen et honorem suum [1]mendacio addici, an digne quos ab errore superstitionis avulserit rursus in Aegyptum regredi nolit, an digne a se non [2]patiatur absistere [3]quos sibi adlegit. Ita nec illud [4]expectabit retractari a nobis, [5]an observari voluerit disciplinam quam voluit instituere, [6]et an merito ulciscatur desertam quam voluit observatam, quando frustra instituisset, si observari eam noluisset, et frustra observari voluisset, si vindicare noluisset. Sequitur enim, ut has [7]definitiones dei adversus superstitiones tam [8]evictas quam etiam vindicatas [9]probem, quoniam ex his tota martyriorum ratio constabit. Aberat apud deum [10]in monte Moyses, cum populus tam [11]necessariam absentiam eius impatiens[a] deos sibi producere quaerit [12]quos potius ipse perdiderit. Urgetur Aaron, [13]et iubet Cap. III. Exod. XXII.

76. scalptile *b*. 77. nec staticulum *a*. 78. Et haec quidem prima *BCa*. Et quidem prima haec *ab*. 79. dicta sunt a domino *ABb*. dei scita sunt ad omnes *BmgCa*. 80. Israhelis *A*. Israelis *b*. Israel *reliqui*. 81. aliut *Aβ*. 82. denunciantis *Aβ*. 83. nec vident *Ab*. et non vident *reliqui*. 84. locuntur *Aβ*. 85. qui ea faciunt *AB*. qui faciunt ea *a*. qui faciunt *reliqui*.

Cap. III. 1. mendatio *Aβ*. 2. patitur *Ab*. 3. quod sibi *B*. 4. expectabitur *Fulv. Ursinus*. 5. an servari *A*. 6. *Verba* et an merito — — — voluit observatam *om. A*. 7. difinitiones *A*. 8. edictas quam *Fulv. Ursinus*. 9. probem *Cab*. probent *AB*. 10. in montem *B*. 11. necessariam absentiam *ABb*. necessariae absentiae *reliqui*. 12. quo se potius *Fr. Iunius*. 13. et iubet *Ab*. iubet *reliqui*.

k. Hi sunt] Franc. Iunius distinguendum putavit „famuli, pueri mei hi sunt, quos“ sqq.

l. principaliter] Apolog. cap. 6 „in quo *principaliter* reos transgressionis Christianos destinastis.“

Cap. III. a. necessariam absentiam eius impatiens] Similiter Gell. N. A. IX, 10 „Homo *pleraque alia* non *indoctus*.“ De adiectivo *patiens* cum accusativo structo cf. Hildebr. ad Apul. Metam. VII, 23. p. 609.

inaures feminarum suarum in ignem conferri. Amissuri enim erant [14]in iudicium sibi vera ornamenta aurium, dei voces. Sapiens ignis[b] effigiem vituli [15]defundit illis, [16]suggillans illic cor habentes ubi et thesaurum, apud Aegyptum scilicet, inter cetera animalia bovis etiam cuiusdam consecratricem. [17]Itaque tria milia hominum a parentibus[c] [18]proximis caesa, quia tam proximum parentem deum offenderant, transgressionis et primordia et merita dedicaverunt.

Num. XXV, 1 sqq. [19]In Arithmis[d] cum divertisset Israël [20]apud Sethim, abeunt libidinatum ad filias Moab, invitantur ad idola, [21]ut et spiritu fornicarentur, edunt denique de pollutis eorum, [22]dehinc et adorant deos gentis et [23]Beelphegor initiantur. Ob hanc quoque [24]idololatriam moechiae [25]sororem viginti tria milia [26]domesticis obtruncata gladiis

Iudic. II, 8. 13. divinae irae litaverunt. Defuncto [27]Iesu Nave [28]derelinquunt deum patrum suorum et serviunt idolis [29]Baalim et Astartis, et iratus dominus tradidit eos [30]in manibus diripientium[e], et diripiebantur ab

14. in iudicio *A.* 15. diffundit, illos *Fulv. Ursinus.* 16. suggillans *A.* 17. Itaque tria *Cab.* Ita..... *A.* ita quod tria *B.* 18. et proximis *BCa.* 19. in arathmis cum devenisset *A.* 20. apud sattin *A.* 21. ut et spiritu *Ab.* ut spiritu *reliqui.* 22. dehinc adorant *A.* 23. delfegor *A.* 24. idolatriam *Aβ.* 25. sorore XXIIII domesticis *A.* 26. domestici *B.* 27. ihũ nauue *Aφ.* 28. derelincunt *Aβ.* 29. bahalim *A.* 30. in manus *Aφ.*

b. Sapiens ignis] *Πῦρ σωφρονοῦν* dicit etiam Clem. Alex. Protr. p. 35., etsi aliam ob causam. Item Minuc. Fel. Octav. cap. 35 „Illic (sc. in gehenna) *sapiens ignis* membra urit et reficit, carpit et nutrit." Hieronym. in Daniel. cap. 3 ad verba „Qui respondentes regi dixerunt: Vere rex, et ait: Ecce ego video viros quattuor solutos et ambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis in eis est, et species quarti similitudo filii dei." „O quam *sapiens,* inquit, *ignis,* quam inenarrabilis dei potentia! vinculis stricta sunt corpora, uruntur vincula, corpora non uruntur!" Cf. Paulin. Epist. ad Sever. IX. et Tertull. Apolog. cap. 48.

c. parentibus] De quibuslibet consanguineis affinibusque reperitur hoc vocabulum saepius et apud Curtium. V. Snakenb. Ind. s. v. Cf. Capitolin. M. Aurel. cap. 5. Lamprid. Alex. Sever. cap. 67. ubi v. Casauboni adnot., Tertull. Ad Martyr. cap. 2 „Cetera aeque animi impedimenta usque ad limen carceris deduxerint vos, quousque et *parentes* vestri." Hieronym. in Rufin. II, 2 „Nisi forte *parentes militari vulgarique sermone cognatos et affines nominat.*" Firm. Matern. III, 13, 4 „Cum *parentibus vel affinibus* assiduas inimicitias exercere." Cf. interprett. ad Apul. Metam. VI, 30. et inprimis Dirksen Manuale s. v. p. 678., qui multa eius usus exempla ex lCtorum scriptis suppeditat.

d. In Arithmis] Utitur Graeco vocabulo pro vulgato Numerorum. Ita et infra *Critas* dicit quos vulgo *Iudices.*

e. tradidit eos in manibus diripientium] De structura *in* praepositionis cum ablativo pro accusativo cf. Apolog. cap. 12 „*in insulis relegamur.*" Ibid. cap. 19. in segmento codicis Fuldani legitur „Superior invenitur annis circiter trecentis, quam ille antiquissimus penes vos Danaus *in Argo transvexisset.*" Ibid. cap. 21 „plumatum amatorem aut *in auro conversum.*" Ad Natt. I, 11 „Sed quid ego defendam, professus interim confessionem temporalem omnium *in vobis* ex pari *transferendorum?*" Apul. Metam. VI, 14 „Sic inpossibilitate ipsa *mutata in lapide* Psyche, quamvis praesenti corpore, sensibus tamen aberat.", ad quem locum Hildebr. citat Gronov. ad Macrob. Somn. Scip. I, 4. Scheffer. ad Iul. Obsequ. cap. 71., Cort. ad Sallust. Catil. cap. 42, 3. Hand. Tursell. III, p. 297. Adde Goerenz ad Cic. De Legg. II, 14. p. 157. Meurs. ad Plaut. Amphitr. IV, 1, 14. Duker ad Flor. III, 20, 8. Casaub. ad Lampridii Commod. cap. 8.

illis et [31]venumdabantur inimicis, nec poterant omnino subsistere a facie inimicorum suorum. Quocunque processerant, manus [32]erat super illos in mala, et [33]compressati sunt valde. [34]Post quae instituit super illos deus Critas, quos Censores [35]intellegimus. Sed [36]nec istis obaudire perseveraverunt. Ut quis Critarum obierat, illi ad delinquendum[f] supra quam patres eorum, abeundo [37]post deos aliorum et serviendo et [38]adorando eos. [39]Itaque dominus iratus. Quoniam quidem, ait, [40]transgressi sunt gens ista pactum meum, quod disposui patribus eorum, et non [41]audierunt vocem meam, et ego non [42]advertam ad auferendum virum a facie eorum[g] ex nationibus, quas [43]reliquit decedens Iesus. Atque [44]ita per omnes paene annales Critarum et deinceps Regum reservatis gentium circumcolarum viribus bello et captivitate et iugo [45]Allophylorum iram dispensavit Israël, quotienscumque ab illo maxime in [46]idololatrian exorbitaverunt[h]. Iudic. II, 20 sq.

Hanc igitur si a primordio constat et prohibitam, de tot tantisque praeceptis, et [1]numquam inpune commissam, de tot tantisque documentis, nec ullum tam superbum crimen [2]deputari apud deum, quam huiusmodi transgressionem, ultro intellegere debemus divinarum et denuntiationum et executionum intentionem iam tunc martyriis patrocinatam non modo non dubitandis, verum etiam sustinendis, quibus scilicet locum fecerat prohibendo [3]idololatrian. Aliter enim martyria non evenirent. Et utique auctoritatem suam praestruxerat, [4]volens ea evenire quibus locum fecerat. Nunc enim de dei [5]voluntate [6]conpungimur, et ingeminat scorpius plagam, hanc Cap. IV.

31. venumdabantur *AβB.* 32. erant *Ab.* 33. compressati isti sunt *Aφ.* 34. Post quae *Aab.* postquam *BC.* 35. intellegimus *Aβ.* 36. nec isti *Aφ.* 37. post duos *A, sed ab eadem manu correctum.* 38. adorando *Aab.* orando *BC.* 39. Itaque deus iratus *A.* 40. transgressi sunt *A, prob. Rigaltio.* transgressa est *BCab.* 41. audierunt vocem meam *Ab.* obaudierunt voci meae *BCa.* 42. avertam *B.* 43. reliquid *Aβ.* 44. ita omnes *b.* 45. allophylorum dspensavit *Aβ.* 46. idolatrian *Aβ.* idololatriam *b. Ios. Scaliger.* idololatria *(Aφ)BCa.*

Cap. IV. 1. nunquam inpune *Aβ.* 2. deputari apud deum *A.* apud deum deputari *reliqui.* 3. idolatrian *A.* 4. volens evenire *A.* 5. voluntate et *Ca.* 6. conpungimur *Aβ.*

p. 496. Oudend. et Schneider ad Caesar. Bell. Gall. IV, 12. Oudend. ad Sueton. Caes. cap. 35. Burm. ad Phaedr. V, 1. Dederich in Glossar. ad Dict. Cret. p. 362. et p. 324.

f. obierat, illi ad delinquendum] Erat cum scribere mallem „obierat, *ierant* (vel *ibant*) illi ad delinquendum.“ Sed nihil impedit, quominus aut *deficiendi* vel *eundi* verbum tacite ex sequente *abeundo* repetamus, aut saltim verbum *esse*, ut *ad delinquendum esse* sit pro *delinquere* vel *in delinquendo occupatum esse.*

g. a facie eorum] h. e. in conspectu eorum. Ita paulo supra legimus „nec poterant omnino subsistere *a facie inimicorum suorum.*“

h. in idololatrian exorbitaverunt.] Possis retinere etiam vulgatam scripturam „in *idololatria* exorbitaverunt.“ V. quae adnotavi supra ad verba „tradidit eos in manibus diripientium.“

negans, hanc accusans voluntatem, ut aut alium deum insinuet, cuius haec non sit voluntas, aut nostrum nihilominus destruat, cuius talis sit voluntas, [7]aut omnino neget voluntatem dei, si ipsum negare non [8]poterit. Nos autem de deo alibi dimicantes[a] et de reliquo corpore haereticae cuiusque doctrinae nunc in unam speciem congressionis certas praeducimus lineas[b], non alterius dei quam [9]Israëlis eam defendentes voluntatem quae martyriis locum fecerit, tam ex praeceptis prohibitae semper, quam ex iudiciis punitae idololatriae. Si enim praeceptum [10]observatum vim patitur, hoc erit quodammodo observandi [11]praecepti praeceptum, [12]ut id patiar per quod potero observare praeceptum, vim scilicet, [13]quaecumque mihi imminet [14]caventi ab idololatria. Et utique qui [15]inponit praeceptum, extorquet obsequium. Non potuit ergo noluisse ea evenire per quae constabit obsequium. Praescribitur mihi, ne quem [16]alium deum dicam, ne vel dicendo, non minus lingua quam manu, deum fingam neque alium adorem [17]aut quo modo venerer, praeter unicum illum, qui ita mandat, quem et iubeor timere, ne ab eo deserar, et de omni substantia diligere, ut pro eo moriar. Huic sacramento militans ab hostibus provocor. Par sum illis, [18]si illis manus dedero. Hoc defendendo depugno in acie, vulneror, [19]concidor, occidor. Quis hunc militi suo exitum voluit, nisi qui tali [20]eum sacramento consignavit?

7. aut omnino neget *Cab.* aut domino neget *B.* aut neget *A.* 8. poterit *Ab.* potuerit *reliqui.* 9. israhelis *A.* 10. observatum vim patitur *ABmgb.* observando vim patior *BCa.* 11. praecepti praeceptum *BCa.* praecepti *A.* praeceptum *b.* 12. ut ita patiar *AB.* 13. quaecumque *Aβ.* 14. caventi *Cab.* cavendam *AB.* 15. inponit *Aβ.* 16. alium deum vel dicendum *A.* 17. aut quo modo *Fr. Iunius.* aut quomodo *ABCa.* aut quoquo modo *b. Fulv. Ursinus, Ios. Mercerus, Latinius.* 18. nisi illis *Latinius.* 19. conci ..... hunc *A, unde apparet omissum fuisse voc.* occidor. 20. sacramento eum *A.*

Cap. IV. a. alibi dimicantes] Hoc pertinet ad primum librum adversus Marcionem et quae sequuntur verba „de reliquo corpore haereticae cuiusque doctrinae" ad alteram partem libri De Praescriptione Haereticorum.

b. certas praeducimus lineas] Metaphora locutionis sumpta de circo, ubi sulco impresso aut colore aliquo insperso praescribebantur certae lineae inter quas depugnandum esset. De qua re copiose tractarunt Salmas. ad Solin. p. 642 sqq. et Lips. Saturn. Serm. II, 20. tom. III, p. 971. ed. Vesal. Cf. Tertull. Adv. Marcion. III, 5 „Sed et hinc iam ad certum et comminus dimicaturus video aliquas etiamnunc *lineas praeducendas,* ad quas erit dimicandum." De Pudic. cap. 6 „*ad hanc* iam *lineam* dimicabit nostra congressio." De Carne Christi cap. 17 „cum psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alicuius auctoris interserit, *ad unam* iam *lineam* congressionem dirigamus." Adv. Marcion. IV, 17 „Puto me non temere huic usque adhuc *lineae insistere,* qua definio" sqq. Ibid. I, 9 „Age igitur, *ad lineas* rursum et *in gradum.*" De Anima cap. 26 „*In nostras* iam *lineas gradum colligam.*" De Corona cap. 3 „Et quamdiu *per hanc lineam* serram reciprocabimus?" Adv. Marcion. I, 7 „Quamquam tota materia de duobus deis dimicetur, *hic interim lineis* eam clusimus, intra quas de singularibus iam proprietatibus congrediemur." Cf. infra ad cap. 7.

Habes igitur dei mei voluntatem. Occursum est huic plagae. Cap. V.
[1]In alium [2]ictum consideremus de voluntatis qualitate. Longum est, ut deum meum bonum ostendam, quod iam a nobis didicerunt Marcionitae. Deum interim sufficit dici, ut necesse sit bonum credi. Malum enim deum [3]quis praesumpserit[a], constare in utroque non poterit: aut deum negare debebit quem malum existimarit, [4]aut bonum quem deum [5]pronuntiarit. Bona igitur erit et voluntas [6]eius qui nisi bonus non erit deus. Probabit hoc etiam ipsius rei bonitas quam deus voluit, martyrii dico, [7]quia bonum non nisi bonus voluit. Bonum contendo martyrium [8]apud eundem deum [9]a quo prohibetur et punitur idololatria. Obnititur enim et adversatur idololatriae martyrium. Malo autem obniti et adversari nisi bonum non potest. Non quasi [10]negem esse aemulationem tam malorum inter se quam et bonorum, sed alia condicio est huius tituli. Martyrium enim non de communi aliqua [11]malitia certat[b] cum [12]idololatria, sed [13]de sua gratia; liberat enim ab idololatria. Quod a malo liberat [14]quis non bonum pronuntiabit? Quid aliud est adversatio idololatriae atque martyrii quam mortis et vitae? In tantum [15]vita martyrio deputabitur, quantum [16]morti idololatria. Vitam qui malum dixerit, habet mortem, quam bonum dicat. Est et haec perversitas hominum salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa [17]quaeque [18]medicamina devitare, aut mori denique citius quam curari desiderare. Nam et medicinae [19]praesidium [20]plures qui refugiunt, [21]plures stulti, plures timidi et male verecundi. Et est

Cap. V. 1. nec alium *Latinius.* 2. hictum *A.* 3. quis praesumpserit *BCa.* qui praesumpserit *b.* ..... aescripserit *A.* 4. aut bonum quem *AB.* aut bonum dicere quem *reliqui.* 5. pronuntiaverit *Aβ.* 6. eius *om. A.* 7. quia bonum non nisi bonus voluit *Ab.* quia non nisi bonus voluit bonum *reliqui.* 8. apud eum deum *Aβ.* 9. a quo prohibetur *AC.* a quo et prohibetur *Bab.* 10. negem *A.* negemus *reliqui.* 11. malitia *A. Latinius, prob. Iunio et Rigaltio.* militia *BCab.* 12. idolatria *Aβ.* 13. cum sua gratia *A.* 14. qui non *a.* 15. vita *ACab.* ut a *B.* 16. morti idololatria *ABCab.* mors idololatriae *Fulv. Ursinus.* 17. quaeque *BCa.* quaerere *b. Quid in A. fuerit hodie nequit dignosci.* 18. medicamina devitare aut mori *ego.* medica male vitare aut mori *AB.* medicamina vitare, mori *Ca.* medica male vitare, mori *b.* 19. in praesidium *B.* 20. plures refugiunt *b. In A. haec verba omnino non comparent.* 21. Plures enim stulti *(Aβ)b.*

Cap. V. a. quis praesumpserit] Ellipsis particulae condicionalis alio loco exempla protulimus.

b. non de communi aliqua malitia certat] Ait Tertullianus martyrium esse bonum, quia malo, quod est idololatria, adversatur, nec adversari malo possit nisi bonum. Non quasi neget adversationem seu pugnam aemulationemque esse vitiorum seu malorum inter se; quippe interdum experimur rapacitatem certare cum crudelitate, gulam cum libidine, nam tunc utrimque sunt mala et vitia. Sed aliam esse ait condicionem sermonis, quem instituit de certamine martyrii cum idololatria. Etenim martyrium non certare cum idololatria de communi aliqua malitia, quasi esset certamen inter duo mala, utrum sit potentius, immo certare de sua gratia, de suo bono, quod ab idololatria liberat. (Rigalt.)

plane quasi saevitia [22]medicinae de scalpello [23]deque cauterio, de sinapis incendio; non tamen secari [24]et inuri [25]et extendi [26]morderique idcirco malum, quia dolores utiles [27]affert, nec quia tantummodo contristat, recusabitur, sed quia necessario contristat, adhibebitur. Horrorem operis fructus excusat. Ululans denique ille et gemens et mugiens inter manus medici postmodum easdem mercede cumulabit et artifices optimas praedicabit et saevas iam negabit. [28]Sic et martyria desaeviunt, [29]sed in salutem. Licebit et deo [30]in vitam aeternam per ignes et gladios et acerba quaeque curare. Sed medicum [31]quidem miraberis etiam in illo, quod [32]ferme pares adhibet qualitates [33]medellarum adversus qualitates [34]querellarum, cum quasi de perverso auxiliatur per ea subveniens per quae laboratur. Nam et calores caloribus amplius [35]onerando compescit, et ardores siti potius macerando [36]restinguit, et fellis [37]excessus amaris quibusque [38]potiunculis [39]colligit, et sanguinis fluxus defusa insuper venula revocat. Deum vero et quidem [40]zeloten culpandum existimabis, si voluit certasse[c] cum causa et iniuriae aemulando prodesse, mortem morte dissolvere, occisionem occisione dispargere, tormentis tormenta discutere, supplicia suppliciis evaporare, vitam auferendo conferre, carnem [41]laedendo iuvare, animam eripiendo servare. Perversitas, quam putas, ratio est; quod saevitiam existimas, gratia est. Ita deo de momentaneis [42]aeterna [43]medicante[d] magnifica bono tuo [44]deum tuum; incidisti in manus

22. medicinae *Ab.* medicina *reliqui.* 23. denique cauterio *B.* 24. et inuri *Ab.* inuri *reliqui.* 25. et excendi *Fr. Iunius.* 26. morderique *om. Ab.* 27. affert *Aβ.* 28. Sic et *Ab.* Et si *reliqui.* 29. sed *inducit Ios. Scaliger.* 30. in *inducit Ios. Scaliger.* 31. quidem *Ab.* quoque *reliqui.* 32. perme pares *A.* 33. medellarum *A.* 34. querellarum *A.* 35. honerando *Aβ.* 36. restinguit *b. Latinius, Ios. Scaliger.* resringit *A.* restringit *reliqui.* 37. excussus *A.* 38. potiunculis *Ab.* potionibus *reliqui.* 39. corrigit *Latinius.* 40. zelotem *b.* 41. eledendo (?) *Aφ.* 42. aeternam *B.* 43. medicante *Ab.* meditante *reliqui.* 44. deum tetrum (tetrū *A.*) *Ab.*

c. si voluit certasse] Amat Septimius infinitivos perfecti temporis ponere pro praesentis. Ita paulo infra secundum ed. princ. legitur „dignissimus bona fide in totum *perisse* qui voluit." De Fuga in Persecut. cap. 6 „Poterant et priorem domini voluntatem *proposuisse*, qua fugere mandaverat, qui illum persecutionem *vitasse* maluerant." Ibid. cap. 12 „Ipsa salus iudicabit hominem *excidisse*, dum evadit. Excidit ergo qui maluit *evasisse*." Apolog. cap. 2 „Ideo et credunt de nobis quae non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse quae malunt *credidisse*."

d. de momentaneis aeterna medicante] Ait Tertullianus deum nostro bono crudelem atque tetrum, qui homines etiam per martyriorum cruciatus ad felicitatis aeternae gloriam evadere velit, nobis esse colendum amandumque multo magis quam medicum, qui corporis nostri valetudinem nonnisi urendo secandoque restituit, dein explicat et emollit, quod alias durum ac tetrum videbatur. Hunc locum imitari voluit Lucifer Calaritanus libro De Contemnenda Morte pro Christo: „Quod enim licet medicus secet, cauterio urat, sinapis incendio aegrum ad omnem dolorem dedúcat, tamen nec

eius, sed feliciter incidisti. Incidit et ille in aegritudines tuas. Homo semper [45]prior negotium medico facit, denique sibimet ipse periculum mortis attraxit. Acceperat a domino [46]suo ut a medico satis utilem disciplinam secundum legem vivendi, ut omnia quidem ederet, [47]ab una solummodo arbuscula temperaret, [48]quam ipse medicus [49]inportunam[e] interim [50]noverat. Audiit ille quem maluit, et abstinentiam rupit. Edit inlicitum et transgressione saturatus in mortem [51]cruditavit, dignissimus bona fide[f] in totum [52]perire qui voluit. Sed dominus [53]sustentata fervura delicti[g], donec tempore medicina temperaretur, paulatim remedia composuit, omnes fidei disciplinas et ipsas aemulas vitio, verbum mortis verbo vitae rescindentes, auditum transgressionis auditu [54]devotionis limantes. Ita, et cum mori praecipit medicus ille, veternum mortis excludit. Quid gravatur [55]nunc pati homo ex remedio quod non est tunc gravatus pati ex vitio? Displicet occidi in salutem cui non displicuit occidi in perditionem? [56]Nauseabit ad antidotum qui hiavit ad venenum?

[1]Sed si certaminis nomine deus nobis martyria [2]proposuisset, Cap. VI.
per quae cum adversario experiremur, ut, a quo libenter homo [3]elisus est, eum iam constanter elidat, hic quoque liberalitas magis quam acerbitas dei praeest[a]. Evulsum enim hominem de diaboli gula[b] per fidem iam et inculcatorem[c] eius voluit efficere per

45. prior negotium medico *Aβ.* medico prior negotium *reliqui.* 46. suo *om. A.* 47. et ab una *B.* 48. et quam *B.* 49. inportunam *Aβ.* 50. noverat *Ab.* norat *reliqui.* 51. cruditavit *b. Fulv. Ursinus.* ... ditavit *A.* eruditavit *B.* eructavit *Ca.* 52. perire *Ab.* perisse *reliqui.* 53. ..... ta fervura *A.* sustentata fervura *b.* sustentato fervore *reliqui.* 54. devotioni *B.* 55. nunc pati *A.* pati nunc *reliqui.* 56. nausiabit *A.* Nausei abit *B.*

Cap. VI. 1. Sed si *Ab.* Sed et *reliqui.* 2. proposuisset *Ab.* proponit *reliqui.* 3. helisus *Aβ.*

secari, inuri, exedi morderique esse inimicum." sqq. Sed longa est inter artifices differentia. (Rigalt.)

e. quam ipse medicus inportunam] Non dubito, quin reponendum sit „quam *ipsi* medicus inportunam interim noverat."

f. bona fide] h. e. certo, profecto, plane. Ad Natt. I, 1 „Quot desertores bonae vitae? Quot transfugae in perversum? Multi *bona fide*, immo iam plures pro extremitatibus temporum." Ibid. II, 12 „Tot enim familiae, tot nationes census *bona fide* quaerunt, ut dispici et distingui describique non possint." V. Spalding. ad Quinctil. X, 3, 23. Burmann. ad Quinctil. Declam. XII, 1.

g. sustentata fervura delicti] Ita edi volui cum Rigaltio secutus fidem libri Agobardini. Tuentur vocabulum *fervuram* Glossae S. Benedicti cap. De Medicina col. 262. Vulcan. „Fervura, *φλεγμονή*." et Vet. Moschionis Interpres: „*Ζέσις*, Fervura." Agobardus in Epist. ad Bartholom. „Quamvis exustiones istae, super quibus movemini, non multum distent a vesicis turgentibus, vel sicut alia editio dicit *fervuris* Aegyptiis illatis" sqq. Exod. IX, 9. 10., ubi Graecus Interpres *φλυκτίδες ἀναζέουσαι.*

Cap. VI. a. praeest.] Certamini, tamquam agonotheta.

b. de diaboli gula] De Pudic. cap. 8 „cui conditio gratior quaeque *de gula erepta* est."

c. et inculcatorem] h. e. contempto-

virtutem, ne solummodo evasisset, verum etiam [4]evicisset inimicum. [5]Amavit, qui vocaverat in salutem, invitare [6]et ad gloriam, [7]ut, qui gaudebamus liberati, exultemus etiam coronati. Agonas istos, contentiosa sollemnia et superstitiosa certamina [8]Graecorum et religionum et [9]voluptatum, quanta gratia saeculum celebret [10]iam et Africae liquuit[d]. [11]Adhuc Carthaginem singulae civitates [12]gratulando inquietant donatam Pythico agone post stadii senectutem[e]. Ita ab aevo dignissimum creditum est studiorum experimentum committere artes, corporum et vocum [13]praesentia exprimere[f], praemio indice, spectaculo iudice, sententia [14]voluptate. Qua [15]nuda sunt proelia[g], [16]non nulla sunt vulnera; pugni [17]quassant, [17b]calces arietant, caestus dilaniant, flagella dilacerant. Nemo tamen agonis [18]praesidem [19]suggillans erit, quod homines [20]violentiae [21]obiectat. Iniuriarum actiones extra stadium. Sed, quantum livores illi et cruores et [22]vibices

4. evicisset *Ab.* devicisset *reliqui.* 5. Amavit qui (*Aβ*)*b. Fulv. Ursinus.* Amavit quae *BCa.* Amavit quos *Latinius.* 6. et ad *Ab.* ad *reliqui.* 7. ut qui gaudebamus *ego.* ut qui gaudeamus *BCa.* ut gaudeamus *Ab.* ut qui gaudemus *Franc. Iunius.* 8. Graecorum *B.* gregorum *A.* Graecarum *reliqui.* 9. voluntatum *Aβ.* 10. iam et Africae licuit *A.* etiam et Africae licuit *B.* etiam Africae liquuit *reliqui.* 11. Adhuc certamine singulae *A.* 12. gratulando .... tan donatam *A.* 13. praesentia (praeentia *Aβ.*) exprimere *ABmgb.* de praestantia expendere *B.* praestantiam expendere *reliqui.* 14. voluntate *A.* volutante *Ios. Scaliger.* 15. nuda *AB.* nulla *reliqui, ex emendatione Latinii.* 16. nonnulla sunt vulnera *BCa.* nonnulla vulnera *Ab.* nulla sunt vulnera *Latinius.* 17. cassant *B.* 17 b. calvae arietant *Faber Agonist. II,* 9. 18. praeside *A.* 19. suggillans erit *AB.* suggillaverit *reliqui.* 20. violentae *Aβ.* 21. obiectat *b.* oblectant *Aφ.* obiectet *reliqui.* 22. vibices negotiantur *BCab.* vib ..... tientur *A.*

rem. *Inculcare* saepius apud Tertullianum reperitur de eo qui indigne vel cum contemptu et indignatione quid tractat. Ad Natt. I, 10 „Privatos enim deos, quos Lares vel Penates domestica consecratione perhibetis, domestica et licentia *inculcatis.*" De Paenit. cap. 7 „Plerique naufragio liberati exinde repudium et navi et mari dicunt, et dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam; nolunt iterum divinae misericordiae oneri esse; formidant videri *inculcare,* quod consecuti sunt." De Patient. cap. 15 „linguam frenat, manum continet, temptationes *inculcat,* scandala pellit." De Praescript. Haeret. cap. 8 „Venio itaque ad illum articulum, quem et nostri praetendunt ad ineundam curiositatem, et haeretici *inculcant* ad importandum scrupulositatem." Ad Uxor. II, 5 „sed ut *inculcent,* ut illudant huiusmodi feminae." Minuc. Felic. Octav. cap. 37 „horrorem carnificis inridens *inculcat.*"

d. iam et Africae liquuit.] Cf. Salmas. ad Tertull. De Pall. p. 109.

e. post stadii senectutem.] Postquam stadium, id est locus ad agones deputatus, iam senectutem quandam passus esset, utpote a multis annis minime frequentatus. (Iac. Pamelius.) Postquam iam olim consenuisset in Africa stadiorum usus a Graecis apportatus. (Franc. Iunius.)

f. praesentia exprimere] Verissima est scriptura libri Agobardini. Exprimuntur artes corporum et vocum praesentia, cum respraesentantur in stadio et per certamina quasi spectandae proponuntur.

g. Qua nuda sunt proelia] Qua mera sunt proelia hi agones, nonnulla in iis et vulnera. Rigaltius genuino Septimii stilo ingenium Latinii cum ceteris anteferens edidit *qua nulla sunt proelia, non nulla vulnera,* quae interpretatur: Nulla sunt proelia, quia nullus hostis, sed tamen non sunt nulla vulnera, quia strenue ac fortiter decertant et vulnerantur.

negotiantur, [23]intendet, coronas scilicet et gloriam et dotem[h], privilegia publica, [24]stipendia civica, imagines, [25]statuas et, qualem potest praestare saeculum, [26]de fama aeternitatem, de memoria resurrectionem. Pyctes ipse non queritur dolere [27]se, nam vult; corona premit [27b]vulnera, palma sanguinem obscurat; [28]plus victoria tumet quam iniuria. Hunc tu laesum existimabis, quem vides laetum? Sed nec victus ipse de [29]agonotheta casum suum exprobrabit. Deum [30]dedecebit artes et disciplinas suas educere [31]in medium, in hoc saeculi spatium, in spectaculum hominibus et angelis et universis potestatibus? [32]carnem atque animam probare de constantia atque tolerantia? dare huic palmam, huic honorem, illi civitatem, illi [33]stipendia? etiam quosdam reprobare, et castigatos cum ignominia [34]submovere? Nimirum [35]praescribis deo, quibus temporibus aut modis aut locis de familia sua iudicet, [36]quasi non et praeiudicare iudici congruat. [37]Quid nunc, si non certaminis nomine in martyria fidem exposuisset, [38]sed proprii profectus, nonne oportebat illam habere aliquem spei cumulum, cui studium suum cogeret votumque suspenderet, quo eniteretur ascendere, cum terrena quoque officia [39]in gradus aestuent[i]? Aut quomodo multae mansiones apud patrem, si non pro varietate meritorum? quomodo et [40]stella ab stella distabit in gloria, nisi pro diversitate radiorum? 1 Cor. XV, 41.
Porro et si fidei propterea congruebat [41]sublimitati et claritatis aliqua prolatio, tale quid esse oportuerat illud emolumenti, quod magno [42]constaret labore, cruciatu, tormento, morte. Sed respice compensationem, cum caro et anima dependitur — quibus in homine nihil carius est, alterum manus dei, alterum [43]flatus, — ipsa

23. intendet (*Aβ*)*b*. intende *Aφ*. intendit *B*. intendis *reliqui*. 24. stipendia, civitatem, imagines *Latinius, prob. Iunio*. 25. statutas *Aβ*. 26. de fama *om. A*. 27. se, nam vult *Ab*. se non vult *reliqui*. 27b. vulnera *om. A*. 28. plus victoria tumet quam iniuria *b*. plus victoriatum et quam iniuria *A*. plus victoria tuum est quam iniuriatum *BC*. plus victoriatum est quam iniuriatum *a*. Plus victoriarum est quam iniuriarum *Latinius, Ios. Scaliger et Iunius*. Plus victoria tamen est quam iniuria *Harrisius*. Plus victoria tum est quam iniuria *alii*. 29. agonitheta *A*. 30. decebit *ABmg*. 31. remedium *B, sed in marg. extat* in medium. 32. carmen *Aφ. m. pr*. carnen *Aφ. m. sec*. 33. stipendia *Ab*. stipendium *reliqui*. 34. submovere *Aβ*. 35. praescribis *A*. praescribes *reliqui*. 36. quasi non praeiudare *A*. 37. Quid nunc, si non *Aab*. Quid nunc sine *B*. Qui si non *C*. 38. sed et proprii *Ab*. 39. in gradus *Ab*. in gradu *reliqui*. 40. stella ab stella *A*. stella a stella *reliqui*. 41. sublimitati et claritatis *AB*. sublimitati et claritati *Ca*. sublimitatis et claritatis *b*. *Fulv. Ursinus*. 42. constaret ..... labore *Aφ*. *Cum sex litterarum vocabuli situ obesi vestigia in Agobardino libro comparere Hildebrandus testetur, si quid scripturae evanuit, reposuerim* pretio. 43. flatus *Ab*. adflatus *reliqui*.

h. et dotem] Franc. Iunius *dotem* interpretatur donativum, honorandum. Et sane Glossae Philoxeni ap. Vulcan. col. 80., dum aliis locis *dotem* explicant per „προῖκα“, alio interpretantur: „Dos, δόσις.“

i. in gradus aestuent?] Hoc est contendant pro dignitate gradus, ut primum obtineant locum. (Rigalt.)

[44]dependi in profectu quorum est profectus, ipsa erogari[k] quae lucri fiant, eadem pretia quae et merces. Prospexerat et alias deus [45]inbecillitates conditionis humanae, adversarii insidias, rerum [46]fallacias, saeculi retia, etiam post lavacrum periclitaturam fidem, perituros plerosque rursum post salutem, qui vestitum obsoletassent [47]nuptialem, qui faculis oleum non praeparassent, qui requirendi per montes et saltus et [48]humeris essent reportandi. Posuit igitur secunda [48b]solatia [49]et extrema praesidia, dimicationem martyrii et lavacrum sanguinis exinde [50]securum. De cuius felicitate David:
Psalm. XXXI, 1 sq. Beati quorum [51]dimissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. [52]Beatus vir cui non [53]imputaverit deus delictum. Proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lavacro ipsa
I Petr. IV, 8. Matth. XXII, 37. vita deponitur[l]. Sic dilectio operit multitudinem [54]peccatorum, quae deum scilicet diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decertat, ex tota anima sua, quam pro deo ponit, hominem martyrem excudit. Haec tu remedia, consilia, iudicia, spectacula etiam dei atrocitatem [55]vocabis? Sanguinem hominis deus concupiscit? Et tamen ausim dicere, si et homo regnum dei, [56]si homo certam salutem, si et homo secundam regenerationem. [57]Nulli[m] compensatio invidiosa est in qua aut gratiae aut iniuriae communis est ratio.

Cap. VII. Incutiat adhuc scorpius homicidam deum ventilans[a], horrebo plane spurcum blasphemiae [1]flatum de haeretico ore [2]foetentem,

44. dependi in praefectum *Franc. Iunius.* 45. inbecillitates conditionis *A.* 46. fallatias saeculi *Aβ.* 47. nuptialem, qui faculis oleum non praeparassent *om. Aβ.* 48. umeris *Aβ.* 48b. solacia *Aβ.* 49. et extrema *BCa.* extrema *Ab.* 50. securum *ABmgCab.* secuturum *B.* 51. dimissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata *A.* dimissa sunt delicta et quorum opertae sunt iniquitates *reliqui.* 52. beatus ... non *Aφ. Hildebrandus vocem* vir *in A. extitisse negat.* 53. imputaverit *Ab.* reputaverit *reliqui.* 54. peccatorum *A.* delictorum *reliqui.* 55. vocabis *A.* iudicabis *reliqui.* 56. si homo certam salutem *om. A.* si et homo certam salutem *Ciacconius.* 57. Nulla *Fulv. Ursinus.*

Cap. VII. 1. flatum *Ab.* adflatum *reliqui.* 2. fetentem *Aβ.*

k. erogari] h. e. impendi, consumi. Tertullianei stili vocabulum. Apolog. cap. 48 „non enim absumit (sc. ignis divinae poenae) quod exurit, sed dum *erogat,* reparat.“ Ad Natt. I, 10 „super inquinamenta poenarum proinde saltant dei vestri argumenta et historias nocentibus *erogandis.*“ Apolog. cap. 44 „cum tot innocentes *erogamur.*“ Adv. Iud. cap. 2 „*erogat* hominem febris.“ De Anima cap. 51 „corruptelae materias *erogarat.*“ Cf. Hildebr. ad Apul. Metam. V, 13. p. 341. et inprimis Dirksen Manuale s. v. p. 327 sq.

l. quibus in lavacro ipsa vita deponitur.] In lavacro sanguinis. V. Desid. Herald. ad Apologet. cap. 49. p. 186 sq. Dodwell De secundo Martyrii Bapt., inter Dissertatt. Cyprian. XIII. Cf. De Baptismo cap. 16.

m. Nulli] Fulvius Ursinus correxerat *Nulla compensatio* sqq., praeter iustam causam. Infra cap. 8 „Danielem *nullius* praeter dei supplicem.“ Apolog. cap. 8 „Veni, demerge ferrum in infantem *nullius* inimicum, *nullius* reum.“ V. adnotata ad De Corona cap. 10.

Cap. VII. a. vendilans] Nimirum caudam. Cf. supra cap. 1. De ellipsi condicionalis non est quod verbo moneam.

[3]sed et talem deum de fiducia rationis amplectar, qua ratione etiam ipse se plus quam homicidam pronuntiavit ex [4]sophiae suae persona, voce [5]Solomonis. [6]Sophia, inquit, iugulavit filios suos[b]. Prov. IX, 2. Sophia sapientia est. Sapienter utique iugulavit, dum [7]in vitam, et rationaliter, dum [8]in gloriam. O [9]parricidii ingenium! o sceleris artificium! o argumentum crudelitatis[c], quae idcirco occidit, ne moriatur quem occiderit! Et ideo quid sequitur? Sophia [10]in exitibus cantatur hymnis[d]; cantatur enim et exitus martyrum. Sophia [11]in plateis de constantia agit; bene enim filios suos iugulat. Super summos autem muros confisa dicit, [12]cum quidem secundum [13]Esaiam hic exclamat: Ego dei sum; et hic vociferatur: In nomine Iacob; et alius [14]scribit: In nomine Israëlis. O bonam matrem! opto et ipse in filios eius redigi, ut ab ea occidar; opto occidi, [15]ut filius fiam. Solum autem iugulat filios suos, an et torquet? Audio enim et alibi dicentem deum: Uram illos [16]sicut uritur [17]aurum[e], et probabo illos sicuti probatur [18]argentum. Utique per tormenta ignium et suppliciorum, per martyria fidei examinatoria. Scit et apostolus qualem deum adscripserit, cum scribit: Si deus filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit [19]illum, quomodo [20]non et cum illo omnia condonavit nobis? Vides, quomodo etiam proprium suum filium primogenitum et unigenitum sophia divina [21]iugulaverit, utique victurum, immo et ceteros in vitam redacturum. [22]Possum dicere cum [23]sophia dei: Christus est qui se tradidit pro delictis nostris. Iam et semetipsam [24]sophia trucidavit. Verba non sono solo sapiunt, sed et sensu, nec auribus tantummodo audienda sunt, sed et mentibus. Crudelem deum, qui non intellegit, credit. [25]Quamquam [26]et non intellegenti posita sententia est, quae temeritatem cohibeat aliter intellegendi. Quis enim, inquit, Zach. XIII, 19. Rom. VIII, 32. Rom. IV, 25. Rom. XI, 33.

3. sed talem *Aφ.* 4. sofiae *Aβ.* 5. Solomonis *AB.* 6. Sofia *Aβ., utroque loco.* 7. invitam *B.* 8. ingloriam *B.* 9. paricidii *b.* 10. in exitibus cantatur *b.* in exitubus cantatur *Aβ.* in exitu cuntatur *Aφ.* in exitibus canitur *reliqui.* 11. in plateis constantiam *a.* 12. cum quidem *Ab.* cum quis *reliqui.* 13. Eseiam *Aφ.* 14. scribit *Ab.* inscribit *reliqui.* 15. ut filius filiam *Aφ.* 16. sicut *A.* sicuti *reliqui.* 17. aurum *ABC.* argentum *ab.* 18. argentum *ABC.* aurum *ab.* 19. illum *om. Aφ.* 20. non et *ABab.* et non *C.* 21. iugulaverat *Aβ.* 22. Possim *Aφ.* 23. sofia *Aβ., ut etiam in sequentibus.* 24. sophiam trucidavit *B.* 25. quanquam *Aβ.* 26. et non intelligendi *Ca.*

b. iugulavit filios suos.] Cf. Augustin. De Civ. Dei XVII, 20.

c. argumentum crudelitatis] V. quae adnotata sunt ad De Spectat. cap. 4.

d. Sophia in exitibus cantatur hymnis] LXX Interpretes habent: „Σοφία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται, ἐν δὲ πλατείαις παῤῥησίαν ἄγει. Ἐπ' ἄκρων δὲ τειχέων κηρύσσεται" κτλ. Hieronymus: „Sapientia foris praedicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua dicens." sqq.

e. Uram illos sicut uritur aurum] Cf. De Fuga in Persecut. cap. 3.

cognovit sensum [27]domini? aut quis illi consiliarius fuit, qui eum instruat, aut viam intellegentiae quis demonstravit illi? Sed enim Scytharum Dianam aut Gallorum Mercurium aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud saeculum [28]licuit, et [29]Latio [30]ad hodiernum Iovi media in urbe humanus sanguis ingustatur[f], nec quisquam retractat, aut non [31]ratione praesumit aliqua[g] aut [32]inaestimabile dei sui [33]voluntate. Si noster quoque deus propriae hostiae nomine martyria sibi depostulasset, [34]quis illi exprobrasset funestam religionem et [35]lugubres ritus et aram rogum et pollinctorem sacerdotem[h], et non [36]beatum amplius reputasset quem deus comedisset?

Cap. VIII. Unum igitur gradum insistimus[a] et in hoc solum provocamus, an praecepta sint a deo martyria, ut credas ratione praecepta, si praecepta cognoveris, quia nihil deus non ratione praeceperit. Si-
Ps. CXV,5. quidem honorata est apud illum mors religiosorum ipsius, ut canit David, non, opinor, ista communis et omnium debitum (atquin ista etiam ignominiosa est ex elogio transgressionis et merito damnationis)[b], [1]sed illa quae in ipso aditur ex testimonio religionis et

27. domini (dñi) *A.* dei *reliqui.* 28. liquuit *a.* 29. Latiari *Ciacconius.* 30. ad hodiernum *ABb.* in hodiernum *reliqui.* 31. ratione praesumit aliqua *AB.* rationem praesumit aliquam *reliqui.* 32. inaestimabile *Aφ.* inaestimabilem *reliqui.* 33. voluntate *ego.* voluntatem *libri omnes.* 34. quis ille *A.* 35. lugebres *Aβ.* 36. beatum *om. A.*

Cap. VIII. 1. sed ista *A.*

f. humanus sanguis ingustatur] De his sacrificiis humano sanguine cruentatis v. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 9.

g. aut non ratione praesumit aliqua] sc. fieri, vel ingustari, quae est facillima et frequentissima ellipsis.

h. et pollinctorem sacerdotem] Cf. Apolog. cap. 13 „Quo differt ab epulo Iovis silicernium? a simpulo obba? ab haruspice pollinctor? Nam et haruspex mortuis apparet."

Cap. VIII. a. Unum igitur gradum insistimus] Locutio cum aliis multis de arena repetita. Cf. quae adnotata sunt supra ad cap. 4., et inprimis Lips. Saturn. Serm. II, 20. (tom. III, p. 971 sqq. ed. Vesal.) „Gradum alium inire" Tertullianus dixit Adv. Marc. IV, 6., „gradu eodem occurrere" Ibid. IV, 29., „ad gradum praesentem occurrere" Adv. Marcion. I, 19., „gradum conferre" Adv. Iud. cap. 2. et 7. Adv. Marcion. III, 2., „gradum dirigere" Adv. Marcion. IV, 37., „gradum figere" De Veland. Virgin. cap. 11. Adv. Marcion. IV, 2. et V, 10. Adv. Prax. cap. 8. et 22. De Ieiun. cap. 11. De Fuga in Persecut. cap. 11., „de gradu cedere" De Praescript. Haeret. cap. 9. Adv. Marcion. V, 16. De Pudic. cap. 7., „gradu excludere," „gradu expellere," „de gradu pellere" De Anima cap. 6. Adv. Marcion. I, 13. et IV, 9., „de gradu deici aut moveri" De Resurr. Carnis cap. 2., „gradum movere" De Ieiun. cap. 13., „gradum obstruere" Apolog. cap. 27. De Veland. Virgin. cap. 15. De Praescript. Haeret. cap. 15. De Resurr. Carnis cap. 48., „gradum sustinere" Adv. Marcion. I, 1., „de gradu primo praeludere" Adv. Marcion. III, 5., „in gradum decurrere" De Pudic. cap. 21., „in gradu ipso provocare" Adv. Marcion. V, 1., „in gradu esse" De Pudic. cap. 10., „in gradum rursum" Adv. Marcion. I, 9., „gradus hic stabit" De Anima cap. 6., „gradum conferre" Adv. Natt. II, 1., „gradum comparare ad gradum" Ibid. II, 13.

b. ex elogio transgressionis et merito damnationis] Hoc dicit ex sententia existimantium ideo mori homines, quia

proelio confessionis pro iustitia et sacramento. Sicut [2]Esaias, [3]Videte, [4]inquit, quomodo perit iustus, et nemo excipit corde, et viri iusti auferuntur, et nemo animadvertit; a facie enim iniustitiae perit iustus et erit honor sepulturae eius. Habes hic quoque et praedicationem et remunerationem martyriorum. A primordio enim iustitia vim patitur. Statim ut coli deus [5]coepit, invidiam religio sortita est. Qui deo placuerat, occiditur, et quidem a fratre. Quo [6]proclivius impietas alienum sanguinem [7]sectaretur, a suo [8]auspicata insectata est, denique non modo iustorum, verum etiam et prophetarum. David exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur, [9]Esaias secatur, Zacharias inter altare et aedem trucidatur, perennes cruoris sui maculas silicibus [10]assignans. Ipse clausula legis et prophetarum, nec prophetes, sed angelus dictus, contumeliosa caede truncatur in puellae [11]psalticae lucar[c]. Et utique qui spiritu dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, [12]ut et iam patiendo quae[d] et praedicassent. Proinde et trina fraternitas, cum dedicatio imaginis [13]regiae urbem urgeret officio, non [14]ignoraverunt quid fides, quae sola in illis captiva non fuerat, exigeret, moriendum scilicet adversus [15]idololatrian. Meminerant enim et Hieremiae[e] scribentis ad eos, [16]quibus illa captivitas imminebat: Et nunc vide- Isa. LVII, 1. Matth. XIV, 3 sqq. Baruch. VI, 3 sq

2. Eseias *Aφ*. 3. Videte (*Aβ*)*ab*. Vide (*Aφ*)*C*. Videt *B*. 4. inquid *Aβ*. 5. cepit *b*. 6. ...clius impietas *A*. 7. sectaretur *Ab*. insectaretur *reliqui*. 8. avectata est. Denique *Aβ*. auspica... sectata est. Denique *Aφ*. auspicata insectata est. Denique *BC*. auspicata est. Denique *ab*. 9. Eseias *A*. 10. assignans *Aβ*. 11. psalticae *AB*. salticae *reliqui*. 12. ut et iam *Ab*. ut etiam *B*. etiam *reliqui*. 13. regiae turbam *Franc. lunius*. 14. ignoverunt *Aβ*. 15. idololatrian *A*. 16. quos illa *Aφ*.

adversus vetitum de arbore gustaverant, quam in medio paradisi positam deus exceperat. (Rigalt.) Verba *atquin* — — — *damnationis* omnino in parenthesi ponenda erant. De vocabulo *elogium* v. adnotata ad De Corona cap. 6.

c. in puellae psalticae lucar.] Pro *salticae*, quod vulgo extat in editionibus, cum Rigaltio reposui *psalticae* ex auctoritate libri Agobardini. Et ita haud dubie emendandus erit etiam locus Aldhelmi De Virgin. cap. 8., quem laudat Casp. Barth. ad Statii Theb. VI, 322. tom. III, p. 470. Vocabulum *lucar* explicant Glossae Labb. „Lucar, θεατρικὸν ἀργύριον, μισθὸς ἀπὸ φίσκου, μισθὸς θεατρικός· θεωρικόν· τὸ λυκόφως.“ Fest. s. v. *Pecunia* p. 253. Muell. „Pecunia, quae erogatur in ludos et spectacula, appellatur *lucar*, dicta quod ex lucis captetur.“ Gloss. Erfurt. (a me editae et insertae in Iahn et Klotz Archiv 1848. p. 345.) „Lucar, negotiatio.“, nisi forte ibi reponendum „Lucar, erogatio,“ cum p. 348. eaedem glossae praebeant „Lucar, erogatio, quae solebant in lucis fieri“ (h. e. erogatio, quae solebat ex l. f.). Cf. Fest. p. 119. Muell. s. v. *Lucar*. Interprett. ad Tacit. Ann. I, 77. Boettich. Lex. Tacit. p. 297. Inscr. ap. Grut. 436, 5. Orell. Inscr. n. 3882. tom. II, p. 191 sqq. Salmas. ad Solin. p. 165. et p. 797.

d. ut et iam patiendo quae] Cum iam et patienda essent quae patienda praedicassent.

e. et Hieremiae] Hieremiae olim adscriptum a patribus quidquid hodie libro Baruch continetur adnotavimus ad Cyprian. Testimon. II, 6., atque adeo etiam de eius scripturae auctoritate canonica, quibus consentit hic auctor citans Hieremiae nomine quod invenitur Baruch capite sexto. (Pamelius.)

bitis deos Babyloniorum aureos et argenteos et ligneos portari super humeros ostentantes nationibus timorem. Cavete igitur, ne et vos consimiles sitis [17]allophylis et timore capiamini, dum aspicitis turbas adorantes retro eos et ante, sed dicite in animo vestro: Te domine adorare debemus. Itaque dixerunt [18]a deo concepta fiducia, [19]quando vigore animi [20]condicionales minas regis excutiunt:
Dan. III, 16. Non habemus necessitatem [21]respondendi huic tuo imperio. Est enim deus noster, quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis et ex manibus tuis, et tunc manifestum fiet tibi, quod neque idolo tuo [22]famulabimur nec imaginem tuam auream, quam statuisti, adorabimus. O martyrium et sine passione perfectum! Satis passi, satis exusti sunt, quos propterea deus texit, ne potestatem eius mentiti viderentur. Nam et [23]Danielem[f], nullius praeter dei [24]supplicem et [25]idcirco a Chaldaeis delatum ac depostulatum, statim utique conclusa et usitata feritas leonum devorasset, si Darii digna praesumptio de deo falli debuisset. Ceterum pati oportebat omnem dei praedicatorem atque cultorem [26]qui ad idololatrian provocatus negasset obsequium, secundum illius quoque rationis statum, [27]qua et praesentibus tunc et posteris deinceps commendari veritatem oportebat, pro qua fidem diceret passio ipsorum [28]defensorum eius, quia nemo [29]voluisset occidi, nisi[g] compos veritatis. Talia a primordio et praeccpta et exempla debitricem martyrii fidem ostendunt.

Cap. IX. Superest, ne antiquitas [1]suum forte habuerit[a] sacramentum, [2]novitatem Christianam recensere, quasi et de deo aliam ac proinde disciplina quoque aemulam[b], cuius sophia filios suos [3]iugulare non norit. Plane[c], alia in Christo et divinitas et voluntas et [4]schola. Martyria aut nulla in totum[d] aut aliter intellegenda

17. allofilis *A*. 18. a deo coepta *A*. 19. quanto *AB*. 20. condicionales illas minas *Aβ*. 21. respondenti *A*. 22. famulabitur *AβB*. 23. danihelem *Aβ*. danihelum *Aφ*. 24. suplicem *Aβ*. 25. idcirco a callatum ac postolatum (postulatum *Aφ*.) *A*. 26. qui idololatrian *A*. qui ad idololatriam *reliqui*. 27. quia et *BCa*. 28. defensorem *A*. 29. voluisset frustra occidi *A*.

Cap. IX. 1. suum forte *BCa*. suum quoque *Ab*. 2. novitale Christianam *A*. 3. iugulanda etiam norit *Aφ*. 4. schola, qui martyria *Fulv. Ursinus*.

f. Danielem] Cf. De Idololatr. cap. 5.

g. nemo voluisset occidi nisi] An corrigendum „nemo voluisset *frustra* occidi, *nec* nisi compos veritatis“? Certe illud *frustra* tenet liber Agobardi.

Cap. IX. a. suum forte habuerit] Ne quis putet Veteri solum Testamento martyria ordinata eique peculiaria et quasi propria fuisse. Sacramentum dicit martyrium, lavacrum sanguinis, novitatem vero Novum Testamentum.

b. aemulam] Hoc est contrariam et inimicam. Cf. adnotata ad De Fuga cap. 2.

c. Plane] *Plane* saepenumero ironiae inservit apud Septimium. Sic De Corona cap. 1 „*Plane* superest, ut etiam martyria recusare meditentur qui prophetias eiusdem spiritus sancti respuerunt.“ Apolog. cap. 15 „*Plane* religiosiores estis in cavea, ubi super sanguinem humanum, super inquinamenta poenarum proinde saltant dei vestri.“

d. in totum] V. adnot. ad De Corona cap. 1.

[5]mandarit qui neminem ad huiusmodi discrimen hortetur, qui pro eo passis nihil repromittat, quia pati eos nolit, et ideo praeceptorum principia deducens[e], Beati, [6]inquit, qui persecutionem patiuntur ob iustitiam, quoniam [7]ipsorum est regnum caelorum? Hoc quidem absolute ad omnes; dehinc proprie ad apostolos ipsos: Beati eritis cum vos dedecoraverint et persecuti fuerint et dixerint adversus vos omnia mala propter me: Gaudete et exultate, quoniam merces vestra plurima in caelo: sic enim faciebant et prophetis patres [8]illorum: ut etiam prophetaret[f], quod et ipsi occidi haberent[g] ad exemplum prophetarum. [9]Quamquam et si omnem hanc persecutionem [10]condicionabilem[h] in solos tunc apostolos destinasset, [11]utique per illos cum toto sacramento, cum propagine nominis, cum traduce spiritus sancti in nos quoque spectasset etiam persecutionis obeundae disciplina, ut in haereditarios discipulos et apostolici seminis frutices. Nam [12]et sic rursus ad apostolos dirigit: Ecce ego [13]mitto vos tamquam oves in medio[i] luporum, et: Cavete ab hominibus; [14]tradent enim vos in consessus et in synagogis suis flagellabunt vos, et ad praesides [15]et ad reges perducemini mei causa, in testimonium illis et nationibus et cetera. Cum autem subicit: Tradet autem frater fratrem et pater filium in mortem, et insurgent filii in parentes et mortificabunt eos, manifeste iniquitatem istam in ceteros pronuntiavit, quam in apostolis non invenimus. Nemo enim eorum aut fratrem aut patrem passus est [16]traditorem, quod plerique iam nostri. Dehinc ad apostolos revocat: Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Quanto magis nos, quos a parentibus quoque tradi oportet? Ita [17]ipsam hanc traditionem nunc ad apostolos, nunc ad omnes disponendo eundem in universos nominis[k] exitum [18]effundit in quibus [19]consederit nomen

Matth. V, 10 sqq. Luc. VI, 23.

Matth. X, 16 sqq.

5. mandarit qui in huiusmodi *A*. 6. inquid *Aβ*. 7. ipsorum *A*. illorum *reliqui*. 8. illorum *A*. eorum *reliqui*. 9. quanquam *Aβ*. 10. condicionabilem (*Aφ*)*BCa*. condicionalem (*Aβ*)*b*. 11. utique illos *A*. 12. et sic *ego*. et si *AB*. et *reliqui*. 13. mittã vos tamquam *Aβ*. 14. tradent enim vos *om. A*. 15. et ad reges *Aβ*. et reges *reliqui*. 16. traditorem *om. A*. 17. ipsam hanc traditionem *ABmg*. ipsa hac permistione *BCab*. 18. effudit *Ab*. 19. considerit *A*.

e. praeceptorum principia deducens] *Praeceptorum principia* dicit capita praeceptorum gravissimasque fidei Christianae regulas, quas Christus praedicator apud Matth. V, 10 sqq. deducit atque instruit. De verbo *deducere* cf. Quinctil. Instit. Orat. III, 6, 59 „Sunt enim velut regestae in hos commentarios, quos adolescens *deduxerat*, scholae.", ad quem locum v. Spalding.

f. etiam prophetaret] Haec sic docuit, ut etiam prophetaret, quod et ipsi occidi haberent ad exemplum prophetarum. Verbis Matthaei addit Lucae VI, 23.

g. occidi haberent] Vide adnotata ad De Fuga cap. 12.

h. persecutionem condicionabilem] Retinui vulgatam *condicionabilem* pro *condicionalem*, quod in Rigaltii editione extat. Nec aliter dicitur *penetrabilis* et *penetralis*, *genitabilis* et *genitalis*.

i. in medio] Vide supra adnotata ad cap. 3.

k. universos nominis] *Universos nomi-*

cum odii sui lege. Qui autem sustinuerit usque in finem, iste salvus fiet. Quid sustinendo, nisi persecutionem, nisi traditionem, nisi occisionem? Nec enim aliud est sustinere in finem quam pati finem. Et ideo: Non est discipulus super magistrum, statim sequitur, nec servus super dominum suum, quia cum magister et dominus ipse perpessus sit persecutionem et traditionem et occisionem, multo magis servi et discipuli [20]eandem expendere debebunt, ne quasi superiores exempti de iniquitate videantur, quando hoc ipsum sufficere eis ad gloriam debeat, aequari passionibus domini et magistri; ad quarum tolerantiam aedificans monet non eos timendos, qui solum corpus occidant, animam autem interficere non valeant, sed illi potius metum consecrandum, qui [21]et corpus et animam occidere et perdere possit in [22]gehennam. Quinam hi solius corporis [23]interemptores, nisi praesides et reges supra dicti, homines opinor? Quis etiam animae dominator, nisi deus solus? Quis [24]iste, nisi ignium [25]comminator, [26]nisi is, sine cuius voluntate nec passerum alter in terram cadit, id est nec altera ex duabus substantiis hominis, caro aut anima? quia et capillorum apud eum [27]regestus est numerus. Nolite ergo metuere. [28]Cum super dicit: Multis passeribus antistatis, non frustra, id est non sine emolumento casuros in terram repromittit, si magis ab hominibus quam a deo occidi [29]eligamus. Omnis igitur, qui in me confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor in illo coram patre meo, qui in caelis est. Et [30]omnis, qui negaverit me coram hominibus, et ego negabo illum coram patre meo, qui in caelis est. Manifesta, [31]ut opinor, definitio et [32]ratio est tam confessionis quam negationis, etsi dispositio diversa est. Qui se Christianum confitetur, Christi [33]se esse testatur, qui Christi est, in Christo sit necesse est. [34]Si in Christo est, in Christo utique confitetur, [35]cum se Chri-

20. eadem *Fulv. Ursinus.* 21. et corpus animas *A.* 22. gehenna *Ab.* 23. intemptores *B.* 24. iste nisi ignium *ABCa.* iste ignium *b.* 25. comitor *A.* 26. nisi is *om. A.* 27. regestus numerum *A.* 28. cum super dicit *BCab.* cum dicit *A.* cum insuper dicit *Franc. Iunius.* 29. deligamus *A.* 30. omni qui me nega ..... me *A.* 31. ut opinor est et definitio *BCa.* 32. ratio est tam *Ab.* ratio tam *reliqui.* 33. se esse *A.* esse *reliqui.* 34. Si *om. A.* 35. cum se Christianum confitetur *om. A.*

nis dicit universos Christi nomini addictos. *Exitus* autem pro *exitio* vel *interitu* peculiare est stili Tertullianei. Ita supra fine cap. 4 „Quis hunc militi suo *exitum* voluit?“ Apolog. cap. 19 in segmento codicis Fuld. „*exitus* gentium.“ Ibid. cap. 21 „etsi ipsi (sc. Iudaei) non confiterentur, probaret *exitus* hodiernus eorum.“ Ibid. cap. 50 „Anaxarchus cum in *exitum* tisanae pilo contunderetur.“, et paulo post „qui de tali suo *exitu* etiam iocabatur.“ Ad Natt. I, 16 „referunt invicem *exitus* suos.“ V. Cort. ad Sallust. Catil. 55, 6. Burmann. ad Quinctil. Declam. XI, 9. p. 238., ad Petron. Satyr. cap. 103. Dederich. Glossar. ad Dict. Cret. II, 24. et IV, 15. Dirksen Manuale s. v. p. 317.

stianum confitetur. Hoc enim non potest esse, nisi sit in Christo. Porro in Christo confitendo Christum [36]quoque confitetur, qui sit in Christo, dum et ipse in illo est, utpote Christianus. [37]Nam et si diem dixeris, lucis rem [38]ostendisti, quae diem praestat, licet non dixeris lucem. Ita etsi non directo pronuntiavit, Qui me confessus fuerit, non est diversus actus [39]quotidianae confessionis a sensu dominicae pronuntiationis. Quod enim est [40]qui se confitetur, id est Christianum, etiam id, per quod est, confitetur, id est Christum. Proinde qui se negavit Christianum, in Christo negavit, negando [41]se esse in Christo, dum [42]negat se Christianum; et Christum autem[1] in se negando, dum se in Christo negat, Christum quoque negabit. Ita et qui in Christo negaverit, [43]Christum negabit, et qui in Christo confessus fuerit, Christum confitebitur. Suffecisset igitur etsi de confitendo tantummodo dominus pronuntiasset. Ex forma enim confessionis contrario quoque eius praeiudicaretur, id est negationi, [44]perinde [45]negatione negationem rependi a domino, quemadmodum [46]confessione confessionem. Et ideo cum in forma confessionis etiam negationis condicio intellegatur, apparet [47]ad alium modum [48]negationis pertinere, quod de ea aliter [49]dominus pronuntiavit, quam de confessione dicendo, Qui me negaverit, non, Qui in me. Prospexerat enim et hanc vim plerumque in expugnatione nominis subsecuturam, ut qui se Christianum negasset, [50]ipsum quoque Christum compelleretur blasphemando negare. Sicut non olim [51]pro! auspice[m] [52]cum tota fide quorundam colluctatum hoc modo horruimus. Itaque frustra erit dicere: Etsi [53]me negavero Christianum, non negabor a Christo, non enim ipsum negavi. Ex illa enim negatione tantundem tenebitur, qua se Christianum negando Christum in se negans etiam ipsum negavit. Plus est autem quod et confusioni confusionem comminatur: [54]Qui

36. quoque *om. A.* 37. Nam ut si *Fulv. Ursinus.* 38. ostendis *Ab.* 39. quotidianae (*Aβ.*) 40. qui se *Aβb.* qui se se *Aφ.* cum se *reliqui.* 41. se esse in Christo *A.* se in Christo esse *reliqui.* 42. negat Christianum *A.* 43. Christum negavit *B.* 44. proinde *B.* 45. negatione negationem *BCa.* negationem negatione *A.* negationi negationem *b.* 46. confessioni confessionem *Ab.* 47. ad alium *Ab.* non ad alium *reliqui.* 48. negotiationis pertinere *Aβ.* 49. deus pronuntiavit *B.* 50. ipse quoque *B.* 51. pro auspice *BCa.* pro .... spice *b.* pro ..... uspice *Aφ.* 52. cum tota *Ab.* cum in tota *reliqui.* 53. me negabo Christianum *A.* 54. qui me confessus *A.*

1. et Christum autem] Apolog. cap. 21 „*Et* nos *autem* sermoni atque rationi itemque virtuti, per quae omnia molitum deum ediximus, propriam substantiam spiritus inscribimus." Cf. Interprett. ad Sueton. Aug. cap. 73. Hand Tursell. I, p. 583 sqq.

m. pro! auspice] Valde hic locus torsit interpretum ingenia, qui dum voculam *pro* pro praepositione habent longe a vero aberraverunt. *Auspicem* fidem dicit quae laeti auspicii erat antequam temptata est. Cf. Claudian. IV. Consul. Honor. 610 „*auspex* victoria." Id. Epist. ad Seren. 51 „*auspex* purpura."

me confusus[n] fuerit coram hominibus, et ego confundar eum coram patre meo, [55]qui est in caelis. Sciebat enim a confusione vel maxime formari [56]negationem; mentis statum in fronte consistere; priorem esse pudoris quam corporis plagam.

Cap. X. Qui vero non hic, id est, non intra hunc ambitum terrae nec per hunc commeatum vitae[a] nec apud homines huius [1]communis naturae confessionem putant constitutam[b], quanta praesumptio est adversus omnem ordinem rerum in terris [2]istis et in vita ista [3]et sub humanis potestatibus experiundarum? Nimirum cum animae de corporibus [4]excesserint et per singula tabulata caelorum[c] [5]de recepto[d] dispici coeperint et interrogari [6]arcana illa haereticorum sacramenta, tunc confitendum apud veras potestates et veros [7]homines, Teletos scilicet et [8]Abascantos et Acinetos Valentini[e]. No-

55. qui est in caelis *Aβ.* qui in caelis est *reliqui.* 56. negotiationem *A.*

Cap. X. 1. communis naturae *A.* naturae communis *reliqui.* 2. istis in vita *A.* 3. et subi humanis *Aφ.* 4. excesserunt *A.* 5. de recepto *BCab.* de respecto *A.* de receptu *Latinius, Croi Specim. p.* 22. de praecepto *Rigaltius.* 6. archana *Aβ.* 7. homines Teletos *BCa.* homines Theletos *b.* homines.... letos *Aφ.* 8. aginetos et abscantos *Aφ.* Abascantos et Aginetos *BCa.* Abascantos et Acinetos *b.* Abascantos et Ageratos *Fulv. Ursinus.* Abascantos et Agennetos *Fr. Iunius.*

n. qui me confusus] Cf. De Carne Christi cap. 5., Adv. Marcion. IV, 21., De Idololatr. cap. 13.

Cap. X. a. per hunc commeatum vitae] De voce *commeatus* deque eius usu cf. adnotata ad De Fuga cap. 2.

b. confessionem putant constitutam] Iam respondet ad illud Gnosticorum argumentum, de quo supra cap. 1 „Sed nesciunt," inquit, „simplices animae, quid quomodo scriptum sit, ubi et quando et coram quibus confitendum." Cf. Advers. Valentin. cap. 30.

c. per singula tabulata caelorum] Cf. Adv. Valentin. cap. 7., cap. 23. et cap. 30 sqq.

d. de recepto] Scribendum *de praecepto.* De praecepto dispici est, inquiri et examinari, an praecepto Christi paruerimus, an fuerimus constantes in confessione nominis Christi coram potestatibus. (Rigalt.) Iudicium Rigaltii, qui *de praecepto* corrigi vult, firmare videtur similis locus huius ipsius capitis, ubi codex Agobardi et margo editionis principis habent „Quae porro fides rerum, ut post excessum ad superna sublevatus illic prober, quo non nisi iam probatus imponerer? illic *de praecepto examinarer,* quo nisi admittendus pervenire non possem?" Alii correxerunt *de receptu,* utroque loco. Mihi quidem retinenda videtur vulgata scriptura et *receptum* interpretandum *sponsum* vel *promissum.* Examinantur scilicet animae mortuorum et dispiciuntur, an fidei suae atque promissis, quibus sese Christo addixerant, steterint.

e. Teletos scilicet et Abascantos et Acinetos Valentini.] Haec vocabula reperiuntur inter nugas Valentinianorum, quibus significabant homines veros perfectos, infascinabiles, constantes, *τελείους, ἀβασκάντους, ἀκινήτους.* (Rigalt.) Franc. Iunius, qui rescribi vult „Theletos scilicet et Abascantos et Agennetos Valentini" haec sibi commentus est: „Sensus est animas in salutem venturas per Aeonas proximos et ultimos et nobis coniunctissimos probatum iri apud ordines Gnosticorum. Tres autem eorum ordines sive classes in hoc argumento statuit. Unus eorum est qui Aeonas omnes coniugatos tradiderunt, secundus eorum qui coniugatos negarunt, tertius denique eorum qui coniugatos ex parte voluerunt et ex parte abiugos, prout faciebant qui Ogdoadem suam Bytho praestruxerunt. Primus ordo proprie simpliciterque Valentini fuit, qui Theletum sive Philetum in Aeonis ultimi coniugatione collocavit. Cf. Adv. Valentin. cap. 8. et cap. 32. Secundus ordo a Valentino fluxit, eorum nempe, qui, ut coniugii dedecus a Bytho avellerent, nullum ei sexum deputaverunt. Cf. Adv. Valentin. cap. 34. Atque hi pro-

strates[f] enim, inquiunt, nec [9]ipse Demiurgus constanter [10]homines probabat, quos [11]stillicidium situlae et pulverem [12]areae et sputamen et locustas deputavit, etiam irrationalibus iumentis adaequavit. Plane, ita scriptum. Non tamen idcirco aliud hominis genus intellegendum praeter nos, [13]quod, quia constat esse, comparatione potuit induere salva et proprietate generis et [14]singularitate. Neque enim si vita vitiata est, ut [15]despectui iudicata[g] despectis compararetur, statim natura sublata est, ut alia in nomine eius deputaretur. Atquin servatur natura, etsi suffunditur vita[h], nec alios [16]novit Christus homines quam de quibus dicit: Quem me aiunt esse homines? Et: Quomodo vultis ut faciant vobis homines, [17]ita et vos facite illis. Vide, an servaverit genus a quibus et testimonium sui expectet et in quos iustitiae vicem mandat. Illos autem caelestes homines si expostulem mihi ostendi, [18]facilius Aratus Persea et Cephea et Erigonam et Ariadnam inter sidera [19]delineabit. Quis autem prohibuit [20]dominum illic etiam confessionem hominum faciendam [21]manifeste determinare, ubi suam futuram aperte [22]pronuntiavit, [23]ut ita esset positum: Qui in me confessus fuerit coram

Ies. XL, 15.

Matth. XIV, 13.

Matth. VII, 12. Luc. VI, 31.

9. ipse demiurgus *Ab. Fulv. Ursinus.* ipsi, sed demiurgus *Latinius.* ipsi eadem iurgiis *B.* ipsi Eadem iurgiis *Ca.* 10. homines probabat (*Aφ.*) homines probabit *BC.* homines probabat veros esse (*Aβ*)*b.* probabat homines veros non esse *a.* 11. stilicidium *Aβ.* 12. aereae *Aβ.* 13. quod *ABCa.* quos *b. Latinius, Fulv. Ursinus.* 14. singulatate *A.* 15. dispectis *A.* 16. novit dominus homines *A.* 17. ita et vos *A.* et vos ita *BCa.* et ita vos *b.* 18. facilius perseacen et aerigonam et ariadnam *A.* facilius Aratus Persea et Cephea et Erigonem et Ariadnen *B.* 19. deliniabit *ACab.* deliniabat *B.* 20. dominus *A.* 21. manifeste *om. BCa.* 22. inpronuntiavit *Aφ.* 23. at ita *Franc. Iunius.*

pterea voce Graeca *ἀβάσκαντοι* fuerunt per ludibrium appellati homonymos, quia sic dicuntur Graecis tum innocentes et puri *ἄνευ βλάβης,* unde et Abascantorum nomen apud Romanos iis attributum, qui sine offensa dominorum suorum vixissent in Cornelia, Satria et Titinnia gente; tum vero *οἱ ἄνευ βασκάνου,* Galli evirati, quibus deest virilitas. Tertius ordo ibidem ponitur cap. 35., in quo ultimus Ogdoadis, qui proxime praecedit Bytho, dictus Agennetos. Per hoc igitur probari tradebant animas et ad Demiurgum traduci, prout sequentibus exponitur commode, si bene repurgentur."

f. Nostrates] Distinguit *ñostrates* homines a *veris* Valentinianorum.

g. despectui iudicata] Hoc est damnata. V. adnotata ad De Corona cap. 15. De structura cf. Apolog. cap. 49 „sed in eiusmodi enim, si utique, *inrisui iudicandum est,* non *gladiis* et *ignibus* et *crucibus* et *bestiis.*" Liv. VI, 14 „Centurionem *iudicatum pecuniae* cum duci vidisset." Gell. N. A. XX, 1 f. „Quantae *pecuniae iudicatae* essent."

h. suffunditur vita] *Suffundere* pro *rubore suffundere* familiare est usurpare Tertulliano. Sic Adv. Marcion. II, 3 „*suffundens* iam hinc bonitatem dei Marcionis." Apolog. cap. 37 „Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis, *suffudisset* utique dominationem vestram tot qualiumcumque civium amissio, immo etiam et ipsa destitutione punisset." Ibid. cap. 4 „*suffundere* maluit hominis sanguinem quam effundere." De Virg. Veland. cap. 2 „sancti viri est *suffundi,* si virginem viderit." De Resurr. Carnis cap. 61 „Officia membrorum ludibriose de industria *suffundendae* resurrectionis oblatrant." De Anima cap. 38 „*suffusior* sexus." Hieronym. Adv. Iovin. I, 48 „Haec Theophrastus disserens quem non *suffundat* Christianorum?"

hominibus [24]in caelis, et ego [25]in illo confitebor coram patre meo, qui in caelis est? Eripere me debuit ex isto terrenae confessionis errore, quam suscipi noluisset, [26]si caelestem praecepisset, quia nullos alios homines noveram praeter incolas terrae, ne ipso quidem [27]adhuc tunc in caelis homine conspecto. Quae porro fides rerum, ut post excessum ad superna [28]sublevatus illic [29]prober, quo non nisi iam probatus [30]inponerer, illic [31]de praecepto examinarer, quo nisi admittendus pervenire non possem? Christiano caelum ante patet quam via; quia nulla via in caelum, nisi cui patet caelum; quod qui attigerit, intrabit. Quas mihi potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, [32]Carnum[i] quendam et Forculum et Limentinum? quas a cancellis ordinas potestates[k]? Si
Ps. XXIV, 7. umquam [33]legisti apud David, Auferte portas, principes, [34]vestras, et subleventur portae aeternae, et intrabit rex gloriae, si item au-
Amos. IX, 6. disti apud Amos, Qui ascensum suum aedificat in caelos, [35]et profusionem suam fundat in terras, [36]scito et ascensum illum exinde complanatum vestigiis domini et introitum exinde [37]reseratum viribus Christi, nec ullam moram aut [38]quaestionem in limine Christianis occursuram, qui non [39]dinosci habeant[l] illic, sed agnosci, nec interrogari, sed admitti. Nam etsi adhuc clausum putas cae-

24. in caelis *om. Aβ.* 25. in illo *Ab.* in illum *reliqui.* 26. si *Cab.* etsi *AB.* 27. tunc .. nō in caelis *Aφ.* 28. sublevatus *Ab.* sublatus *reliqui.* 29. prober *ABCab.* probarer *Fulv. Ursinus.* 30. inponerer *Aβ.* 31. de praecepto *ABmgb.* de receptu *BCa.* de recepto *Fulv. Ursinus.* 32. Carnum quendam *Hildebrandus ad Arnobium IV,* 9. *p.* 342. Cardeam quandam *a.* barnum quendam *AB.* Cardum quendam *C., prob. Fr. Iunio.* Ianum quendam *b.* 33. legistis *A.* 34. vestri *Ab.* 35. et promissionem suam *Bmg. Latinius, Iunius.* 36. cito *A.* 37. reservatum *B.* 38. quaescionem *Aβ.* 39. dinosci *AB.*

i. Carnum] Ita corrigi voluit Hildebrandus, et recte meo quidem iudicio, licet Carni huius dei nusquam extet memoria aut certum testimonium, quin ipse Septimius De Corona cap. 13. et De Idololatria cap. 15., ubi deorum ianitorum item mentionem facit, coniunctim cum Iano et Limentino non Carnum hunc, sed Carnam sive Cardeam deam enumeret. Hinc aliis probabile visum est hoc loco reponere *Ianum,* aliis *Carnam* vel *Cardeam.* Sed cum a liminibus essent etiam duo numina, teste Arnobio Adv. Natt. IV, 10., Limentinus et Lima, cum a ianua essent Ianus et Iana (v. Tertull. Ad Natt. II, 15), cum item a stando essent Statanus et Statina (Varro ap. Non. p. 532. Merc. Tertull. De Anima cap. 39.), a voluntate Volumnus et Voleta (Tertull. Ad Natt. II, 11. August. De Civ. Dei VII, 3.), cum etiam Agobardi liber et editio princeps hoc loco consentiant in scriptura „barnum quendam," facile nobis persuaderi passi sumus, ut *Carnum* reponeremus. Nam de forma *Cardus,* quam tuetur editio secunda, Sigismundi Gelenii, nescio an ex auctoritate codicis Masburensis, valde dubito. Cum enim constet de vocabulis *Carna* (quod est pro *Cardina*) et *Cardea,* si quod masculum revocabimus numen, appellandum erit aut *Carnus,* id quod hic Tertulliani locus probabile facit, aut *Cardeus.*

k. quas a cancellis ordinas potestates?] Cf. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 199.

l. dinosci habeant] Sic cap. 11 fine „si aliter praedicantur, quam *evenire habent.*" Plura eius structurae exempla attuli ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

lum, memento [40]claves eius hic dominum Petro et per eum ecclesiae reliquisse, quas hic unusquisque interrogatus atque confessus feret secum. Sed [41]asseverat diabolus illic confitendum, ut suadeat hic negandum. [42]Pulchra videlicet documenta praemittam[m], bonas mecum claves feram, timorem eorum, qui solum corpus occidunt, animae autem nihil faciunt: commendatus ero huius praecepti desertione, honeste in caelestibus stabo, qui in terrenis stare non potui, sustinebo maiores potestates, qui minoribus cessi, [43]merebor denique admitti, iam exclusus. Suppetit adhuc dicere: Si in caelestibus confitendum, [44]et hic negandum est[n]. [45]Nam ubi alterum, [46]ibi utrumque. Aemula enim quaeque concurrunt. Etiam persecutionem in caelis agitari oportebit, quae confessionis negationisve materia est. Quid itaque cessas, audacissime haeretice, totum ordinem Christianae concussionis in superna transferre, et inprimis ipsum nominis odium illic collocare, ubi ad patris [47]dexteram praesidet Christus? [48]Illic constitues et synagogas Iudaeorum, fontes persecutionum, apud quas apostoli flagella perpessi sunt, et populos nationum cum suo quidem circo, ubi facile conclamant: Usque quo [49]genus tertium[o]? [50]Sed et fratres nostros et patres et filios et socrus et nurus et domesticos nostros ibidem exhibere [51]debetis, per quos traditio disposita est; item reges et praesides et armatas potestates, [52]apud quas causa [53]pugnanda est. Erit certe etiam carcer in caelo, carens sole aut ingratis luminosus, et vincula fortasse de zonis, et [54]eculeus axis ipse [55]qui torquet. Tum si lapidandus Christianus, grandines aderunt, si urendus, fulmina prae manu sunt, si trucidandus, Orionis [56]armati munus operabitur, si bestiis finiendus[p], ursas [57]septentrio emittet, zodiacus tauros

40. claves hic dominus *A.* 41. asseverat *Aβ.* 42. Pulchra *Aβ.* 43. merebor utique admitti *Aβ.* 44. et hic *Ab.* vel *reliqui.* 45. Nam *Ab. Latinius.* ne *B.* nae *Ca.* 46. ibi *Ab.* ibidem *reliqui.* 47. dextera *A.* 48. illi constitues *B.* 49. genus tetrum *Fulv. Ursinus.* 50. Sed et patrem et fratres nostros socrus *Aβ.* sed et patrem et fratres et filios et socrus *Aφ.* 51. debebis *Fulv. Ursinus.* 52. apud quas *(Aφ)BCa.* apud quos *(Aβ)b.* 53. pugnanda est *(Aφ)BC. Franc. Iunius.* purganda est *(Aβ)Bmgab.* 54. eculeus *AB.* 55. qui torqueat *Franc. Iunius.* 56. armati manus *ab.* 57. septenario mittet *A.*

m. Pulchra videlicet documenta praemittam] Quasi causae nostrae instrumenta. Sic Lib. 29. C. de Donationibus *documenta idonea.* (Rigalt.) V. Dirksen Manuale s. v. p. 300.

n. confitendum, et hic negandum est.] Interpunctionem a Rigaltio constitutam recepi. Neque tamen displicet scribere cum Franc. Iunio „si in caelestibus confitendum *vel* negandum est (nam ubi alterum ibidem utrumque; aemula enim quaeque concurrunt), etiam persecutionem in caelis agitari oportebit."

o. Usque quo genus tertium?] Haec theatrica in Christianos invehendi formula, quae percrebuit maxime Septimii Severi tempore. Primum genus, probatum Severo, ethnicorum fuit, duo damnata, secundum Iudaeorum et tertium Christianorum. (Franc. Iunius.) V. Ad Natt. I, 8. 20.

p. si bestiis finiendus] Cui scilicet

et leones. Haec qui sustinuerit in finem, iste erit salvus. Ergone et finis in caelis et passio, et occisio et prima confessio? Et ubi caro omnibus istis necessaria? ubi corpus, quod solum ab hominibus habet occidi? Haec nobis etiam ludicrum in modum certa ratio mandavit, nec ullus obicem praescriptionis istius extrudet, ut non omnem ordinem persecutionis, omnem eius causae firmam paraturam illuc transferre cogatur, ubi [58]confessioni forum dederit. Siquidem confessio a persecutione deducitur et persecutio in confessione finitur, nec possunt non una sequi quae et aditum et exitum, id est initium finemque disponunt. Porro[q] et odium nominis hic erit, et persecutio hic erumpit, et traditio hic producit, et interrogatio hic compellit, et carnificina hic desaevit, et totum hunc ordinem in terris confessio vel negatio [59]expungit[r]. Igitur si cetera hic, nec confessio alibi; si confessio alibi, nec cetera hic. Enimvero non alibi cetera, itaque nec confessio in caelo. [60]Aut si aliam volunt esse rationem [61]interrogationis et confessionis [62]caelestis, utique et ordinem suum illi struere debebunt alium longe et ab ista dispositione [63]diversum, quae scripturis notatur. Et [64]possimus

58. confessionis *Aφ*. 59. expugit *Aφ*. 60. aut si iam volunt *Aβ*. 61. interrogationis et *om. A*. 62. caelestibus *A*. 63. diversumque scripturis *B*. 64. possimus *Ab*. possumus *reliqui*.

ad bestias damnato mors obeunda, vita finienda. *Dies finitionis* inscriptione quadam inter collectanea Gruteri [810, 10.] ex Apiano: SI PERMANSERIT. VSQVE IN DIEM FINITIONIS. SVAE., quod de vidua dicitur. Finiendus, consumendus, Fabius Declam. XIX „Filium verberibus ignibusque consumpsi." Ulpian. Libro VI. §. sed et si quis: „Non tunc cum consumptus est, sed cum sententiam passus est.", et Libro III, de poenis: „Praegnantis mulieris consumendae poena differtur"; quod vulgo adiicitur *damnatae* interpretamentum est. (Rigalt.) Inscriptio apud Gruter. 827, 3 (n. 4776. p. 336. Orell.): DIS MANIBVS SERGIAE NICE VIXIT ANNIS XVIIII MENSIBVS VI HERMES SERGI FRVCTI CONIVGI CARISS HOS AB ANIMO POTVIT DISIVNGERE NEMO NISI FINITIO FATI. Sic *finitus* est mortuus vel vita functus ap. Bernard. Ord. Cluniac. I, 74, 28 „Duo maiora signa non pulsantur, nisi in festivitatibus quae fiunt in cappis et ad officium fratris, qui intra monasterium est *finitus*." Miracula S. Paulini, Iulii tom. III, p. 272 „Cum ego fui in curia B. Alexandri, ego vidi eum *finitum*, spiratum et mortuum." *Finire* pro interficere habes apud Apul. Metam. VI, 26 „An custodiam anus semimortuae formidabis, quam licet claudi pedis tui calce unica *finire* poteris?", ap. Senec. De Provid. cap. 6 „Mors vos aut *finit* aut transfert.", ap. Plin. Epist. I, 12 „Illis qui morbo *finiuntur*." Plura suppeditabunt Ruhnken ad Vell. II, 123. Duker ad Flor. II, 15. Interprett. ad Valer. Max. II, 6, 6. Ext. Cf. Boettich. Lex. Tacit. p. 199.

q. Porro] h. e. At, Immo. Sic cap. 11 „Quod enim scriptum est, hoc evenire oportebit. *Porro* tunc eveniet quod est scriptum, si non aliud eveniet." V. quae sunt adnotata ad De Corona cap. 7.

r. expungit.] h. e. perficit. Verbum *expungere* hoc sensu perquam familiare est Tertulliano. Apolog. cap. 15 „Ceterum si adiciam — — sub isdem vittis et apicibus et purpuris thure flagrante libidinem *expungi*, nescio, ne" sqq. Ibid. cap. 21 „Duobus enim adventibus eius significatis, primo, qui iam *expunctus est* in humilitate conditionis humanae." Ibid. cap. 35 „Cur enim vota et gaudia Caesarum casti et sobrii et probi expungimus?" Ad Natt. I, 7 „Haec cum *expunxeris*, vives in aeternum."

dicere: Viderint[s], dum hic ordo terrenae interrogationis et confessionis [65]ex materia decurrens persecutionis et discordiae publicae in nomen salvus sit suae fidei, [66]ita credendum sit, sicut et scribitur, ita intellegendum [67]sit, sicuti auditur. Hic omnem ordinem [68]sustineo, ipso domino non aliam regionem mundi [69]destinante. Quid enim post confessionis et negationis terminum subiungit? Ne putaveritis venisse me, uti pacem mittam in terram, [70]sed machaeram, certe in terram. Veni enim dividere hominem adversus patrem suum et filiam adversus [71]matrem suam et socrum adversus nurum suam, et inimici [72]hominis domestici sui. Sic enim efficitur, ut tradat frater fratrem in mortem et pater filium, et insurgant filii in parentes, et mori eos faciant. Et qui sustinuerit in finem, [73]iste sit salvus. Adeo [74]totus [75]hic ordo dominicae [76]machaerae non in caelum missae, sed [77]in terram, illic constituit etiam confessionem, quae in finem sustinendo passura est mortem. Matth. X,34 sqq. Matth. X,21 sq.

Eadem igitur forma cetera quoque ad martyrii statum pertinere defendimus. Qui pluris, [1]inquit, fecerit etiam animam suam quam me, non est me dignus, id est qui maluerit vivere [2]me negando quam mori confitendo, [3]et, Qui animam suam invenerit, [4]perdet illam, qui vero [5]perdiderit mei causa, inveniet illam. Proinde enim [6]invenit [7]eam qui negat lucri faciendo vitam, [8]sed perdet in gehennam qui se putat negando lucri facere eam. Perdet autem eam ad praesens qui confessus occiditur, [9]sed et inventurus eam in vitam aeternam. Ipsi denique praesides cum [10]hortantur negationi, Serva animam tuam[a]! dicunt, [11]et, Noli animam tuam per- Cap. XI. Luc. XIV,26. Matth. X,39.

65. et materia *A.* 66. ut ita *b. Fulv. Ursinus.* 67. sit uti auditur *A.* 68. sustineo *Cab.* sustinens *AB.* 69. destinantem *AB.* 70. sed machaeram *A.* non veni, sed ut machaeram *reliqui.* 71. matrem et socrum *A.* 72. hominis *AφB.* homini *reliqui.* 73. iste sit salvus *Aβ.* iste salvus erit (*Aφ.*) hic salvus erit *reliqui.* 74. totus *ABmgCab.* tutus *B.* 75. hic *om. A.* 76. macherae *A., uti iam supra,* maceriae *B.* 77. in terram *Ab.* in terras *reliqui.*

Cap. XI. 1. inqnid *Aβ.* 2. me *om. A.* 3. et qui *A.* qui *reliqui.* 4. perdit *Aφ.* 5. perdiderit mei causa *Ab.* perdiderit illam mei causa *reliqui.* 6. invenit (*Aβ*)*BCab.* inveniet (*Aφ.*) 7. eam qui negat *A.* eam qui negarit *b.* ille qui negarit *reliqui.* 8. ut perdet *Franc. Iunius.* 9. sed et *A.* sed *reliqui.* 10. hortantur *Aφb.* cum ortantur *Aβ.* cum cohortantur *reliqui.* 11. ei Noli *B.*

s. viderint] Viderint, inquit, illi, qui confessionem in caelum transferunt, viderint, an eam ibi invenerint; dummodo nobis hic terrenae confessionis ordo salvus sit fidei suae, dummodo ita credendum sit, quomodo scribitur de ea in sacris scripturis, dummodo harum verba ita intellegenda sint, quomodo audiuntur, id quod persuasum habemus. De locutione *viderint,* quae admodum familiaris est Tertulliano vide quae adnotata sunt ad De Corona cap. 13.

Cap. XI. a. Serva animam tuam!] Consimiles Paterni Proconsulis ad Cyprianum voces occurrunt in historia passionis fortissimi martyris, quas et Augustinus exagitat Serm. de eodem Cypriano. (Rigalt.) V. Desider. Herald. ad Apolog. cap. 27. p. 113.

dere! Quomodo loqueretur Christus, nisi quomodo tractaretur Christianus? Sed cum prohibet meditari responsionem ad tribunal,
Matth. X, 19. famulos suos instruit, spiritum sanctum responsurum repromittit,
Matth. XXV, 36. et cum in [12]carcerem[b] fratrem vult visitari, [12b]confessuris imperat
Luc. XVIII, 7. curam[c], et cum deum vindictam facturum electorum suorum [13]affir-
Matth. XIII, 3 sqq. mat, passiones consolatur illorum, etiam in parabola [14]sermonis post cespitem[d] arefacti [15]in persecutionum figurat ardorem. Haec si non ita accipiuntur quemadmodum pronuntiantur, sine dubio praeter quam sonant sapiunt, et aliud in vocibus erit, [16]aliud in sensibus, ut allegoriae, [17]ut parabolae, ut [18]aenigmata. [19]Quemcunque igitur conceperint ventum[e] argumentationis scorpii isti, quocunque se acumine [20]inpegerint, una iam linea est[f], ad ipsas res provocabuntur, an secundum scripturas transigantur. Siquidem tunc aliud [21]significabitur in scripturis, si non id ipsum reperiatur in rebus. Quod enim scriptum est, [21b]hoc evenire oportebit. Porro tunc eveniet [22]quod est scriptum, si non [23]aliud eveniet. Ecce autem et odio habemur ab omnibus hominibus nominis causa, quomodo [24]scriptum est, et tradimur etiam a proximis, quomodo [25]scriptum est, et perducimur ad potestates, et interrogamur, et torquemur, et confitemur, et trucidamur, quomodo [26]scriptum est. [27]Sic do-

12. carcerem *A.* carcere *reliqui.* 12b. confessuris *AB.* confessoris *reliqui.* 13. affirmat *Aβ.* 14. sermonis *A.* seminis *reliqui.* 15. in persecutionum *AB.* persecutionum *reliqui.* 16. aliud in sensibus *om. A.* 17. ut parabolae *BCab.* et parabolae *Aβ.* parabolae *Aφ.* 18. enigmata *Aβ.* 19. Quodcunque igitur conceperint venenum *Franc. Iunius.* 20. inpegerint *Aβ.* 21. significabatur *Aβ.* 21b. hoc venire *Aβ.* 22. quod est scriptum *Ab. Fulv. Ursinus.* quod et scriptum *reliqui.* 23. aliud *Ab.* aliter *reliqui.* 24. et scriptum est *BCab.* 25. et scriptum est *BCab.* 26. et scriptum est *BCab.* 27. sicut dominus *Aφ.*

b. in carcerem] V. adnotata ad De Fuga in Persecut. cap. 7.

c. imperat curam] Confessuris curam habendam imperat.

d. post cespitem] Hoc est: postquam cespitem egerat. Familiaris haec est Tertulliano in usu *post* et *ante* praepositionum brachylogia. Apolog. cap. 2 „vel ne compulsus negare non ex fide negarit et absolutus ibidem *post tribunal* de vestra rideat aemulatione iterum Christianus?“ Ibid. cap. 10 „in qua Saturnus post multas expeditiones *postque Attica hospitia* consedit.“, et paulo post eodem capite „tota denique Italia *post Oenotriam* Saturnia cognominabatur.“ Ibid. cap. 25 „Sed quam vanum est fastigium Romani nominis religiositatis meritis deputare, cum *post imperium* sive adhuc regnum religio profecerit?“ Ibid. cap. 39 „*Post aquam manualem et lumina*, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium deo canere.“ Ad Natt. II, 12 „Nam *post plurimas terras et Attica hospitia* Italiae, vel ut tunc vocabatur, Oenotriae consedit.“ Ibid. II, 17 „quid? non *post summum imperium* auctis iam rebus superstitio quaesita est.“ Apolog. cap. 12 „Cervices ponimus: *ante plumbum et glutinum et gomphos* sine capite sunt dii vestri.“ Ad Natt. I, 4 „Alii quos retro *ante hoc nomen* vagos, viles, improbos norant, emendatos repente mirantur.“

e. Quemcumque igitur conceperint ventum] Cap. 1 „Familiare periculi tempus aestas, Austro et Africo saevitia velificat.“

f. una iam linea est] Vide quae adnotavi supra ad cap. 4.

minus edixit. Si aliter edixit haec, cur non aliter eveniunt [28]quam edixit, [29]id est quemadmodum edixit? Atquin non aliter eveniunt quam edixit; ergo sicut eveniunt, ita edixit, et sicut edixit, ita eveniunt. Nam nec licuisset [30]aliter evenire quam edixit, nec ipse aliter edixisset quam evenire voluisset. Ita non aliud significabunt scripturae [31]istae quam in rebus [32]recognoscimus, [33]aut, si nondum aguntur illa quae praedicantur, [34]quomodo aguntur quae praedicata non sunt? Non sunt enim haec praedicata quae aguntur, si alia sunt quae praedicantur, et non haec quae aguntur. At [35]nunc quia ipsa sunt in rebus [36]quae in vocibus aliter dicta creduntur, quid fieret, si aliter [37]facta invenirentur? [38]Sed haec erit perversitas fidei, probata non credere, non probata praesumere. Cui perversitati illud quoque opponam, ut, si haec quae sic aguntur quemadmodum scripta sunt, non erunt ipsa quae praedicantur, [39]illa quoque[g] non debeant sic agi quemadmodum scripta sunt, ne et ipsa horum exemplo periclitentur excludi, siquidem aliud in vocibus, [40]aliud in rebus est, et relinquitur nec praedicata videri, [41]cum evenerint, si aliter praedicantur, quam evenire habent. Et quomodo credentur quae [42]non erunt [43]praedicata quomodo eveniunt? Ita haeretici quae praedicantur non ut probata sunt credendo ea quae [44]nec praedicata sunt credunt.

[1]Quis nunc [2]medullam scripturarum magis nosset, quam ipsa Christi schola? quos[a] et sibi discipulos dominus adoptavit omnia utique edocendos, et nobis magistros ordinavit omnia utique docturos. Cui potius figuram vocis suae declarasset[b], quam cui effigiem gloriae suae revelavit, [3]Petro, Iohanni, Iacobo et postea Paulo, quem paradisi quoque [4]compotem fecit ante martyrium? An et illi aliter, quam sentiunt, scribunt, fallaciae magistri, non veri- Cap. XII.

28. quae edixit *Franc. Iunius.* 29. *Verba* id est — — — nec ipse *om. A.* 30. et aliter evenire *B.* 31. istae *om. Ab.* 32. recognoscimus *ABb.* recognoscitur *reliqui.* 33. aut si *ABb. Fulv. Ursinus.* At si *reliqui.* 34. quomodo aguntur quae *A.* quomodo aguntur haec quae *B.* quomodo haec aguntur quae *ab.* quomodo haec quae *C.* 35. cum ipsa *Ciacconius.* 36. quae et in vocibus *BCa.* 37. facta *Ab.* acta *reliqui.* 38. sed ..... perversitas *A.* sed haec est perversitas *b.* 39. illa quoque *ego.* illa quae *libri omnes.* 40. aliut in rebus est relinquitur *A.* aliud in rebus est. Ita relinquitur *Franc. Iunius.* 41. cum evenerit *A.* 42. non erint *A.* 43. praedicata quomodo (quodo *Aβ.*) eveniunt *ABCa.* praedicata, quia non ita erunt praedicata, quomodo eveniunt *b.* 44. ne praedicata *A.*

Cap. XII. 1. Qui *A.* 2. medullam *A.* medullas *reliqui.* 3. Petro Iohan..... .....et postea *Aβ.* Petro Iohan.....bo et postea *Aφ.* 4. conpotem *Aβ.*

g. illa quoque] Ita emendavi pro *illa quae,* quae corruptela omnem loci sensum excludebat.

Cap. XII. a. schola? quos] Adverte synesin.

b. Cui potius figuram vocis suae declarasset] Sermonis sui mysteria, sacramenta, cum scilicet recedunt a litteris suis sensus, ut ipse loquitur cap. 13. (Rigalt.)

I Petr. II, 20 sq. tatis? Petrus quidem ad Ponticos, Quanta enim, [5]inquit, gloria[c], si non ut delinquentes puniamini sustinetis? Haec enim gratia est, in hoc et vocati estis, quoniam et Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum semetipsum, uti [6]adsequamini vestigia
I Petr. IV, 12 sqq. ipsius. Et rursus: [7]Dilecti, ne epavescatis[d] ustionem, quae agitur in vobis in [8]temptationem, quasi novum accidat vobis. Etenim secundum quod communicatis passionibus Christi, gaudete, uti et in revelatione gloriae eius[e] gaudeatis exultantes. Si dedecoramini in nomine Christi, beati estis, [9]quod [10]gloria et [11]dei spiritus requiescit in vobis, dum ne quis vestrum patiatur ut homicida aut fur aut maleficus aut alieni speculator, si [12]autem ut Christianus, ne erubescat, glorificet [13]autem dominum in nomine isto. [14]Iohannes
I Ioh. III, 16. IV, 18. [15]vero, ut etiam pro fratribus nostris animas ponamus, hortatur, negans timorem esse in dilectione. Perfecta enim dilectio foras abicit timorem, quoniam timor poenam habet, et qui timet, non est perfectus in dilectione. Quem timorem [16]intellegi praestet, nisi negationis auctorem? Quam dilectionem perfectam [17]adfirmat, nisi fugatricem timoris et animatricem confessionis? [18]Qua poena timorem puniat, nisi quam negator relaturus est cum corpore et anima occidendus [19]in gehennam? Quodsi pro fratribus, quanto magis pro domino moriendum docet, satis de [20]Apocalypsi quoque sua instructus haec suadere? Mandaverat etenim spiritus ad angelum
Apocal. II, 10. ecclesiae [21]Smyrnaeorum: Ecce diabolus ex numero tuo [22]coniciet in carcerem, ut temptemini diebus decem. Esto fidelis ad mortem
Apocal. II, 12 sqq. usque, et dabo tibi vitae coronam. Item ad Pergamenorum de Antipa, fidelissimo martyre, interfecto in habitatione satanae. Item ad

5. inquit *om. A.* 6. adsequamini (*Aβ*)*B.* 7. dilectione expavescatis *B.* 8. temptationem *Aβ.* 9. quod *AφB.* quoniam *reliqui.* 10. gloriae *Franc. Iunius.* 11. dei ..... it *Aφ.* dei spiritus requiescit (*Aβ*)*ab.* dei spiritus requiescet *BC.* 12. autem Christianus *A.* 13. autem deum *Aβ.* 14. Iohannes *Aβ.* 15. ve .. etiam *Aφ., unde Hildebrandus voculam* ut *inducendam putat.* 16. intellegi praestet *A.* intelligi praestat *reliqui.* 17. adfirmat (*Aβ.*) 18. Qua poena timorem *Aug. Neander.* Quam poenam timore *ABCab.* 19. in gehenna *Ab.* 20. apocalipsi *Aβ.* 21. Smyrneorum *Aβ.* 22. coniiciet in carcerem, ut *ab.* coniicit in carcerem, ut *BC.* conici ..... rem ut *Aφ.*

c. Quanta enim, inquit, gloria] I Petr. II, 20 „*Ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ θεῷ.*“ Hieronymus: „Quae enim est gloria si peccantes et colaphizati sufferti? Sed si bene facientes patienter sustinetis, haec est gratia apud deum.“

d. ne expavescatis] I Petr. IV, 12 „*Ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γενομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος.*“ Hieronymus „Carissimi, *nolite peregrinari* in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat.“ Cyprianus: „Carissimi, *nolite mirari* ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit, *nec excidatis,* tanquam novum aliquod vobis contingat.“

[23]Philadelphenorum, quod a temptatione ultima liberaretur, qui domini nomen non negarat. Exinde [24]victori cuique promittit nunc arborem vitae et mortis veniam secundae, nunc latens manna cum calculo candido et nomine ignoto, nunc ferreae virgae potestatem et stellae matutinae claritatem, nunc albam vestiri nec deleri de libro vitae et columnam fieri in dei templo in nomine dei et domini et Hierusalem caelestis [25]inscriptam, nunc residere [26]cum domino in throno eius, quod aliquando [27]Zebedaei filiis negabatur. Matth. XX, 20—23. Quinam isti tam beati victores, nisi proprie martyres? Illorum etenim victoriae, quorum et pugnae, eorum vero pugnae, quorum et sanguis. Sed et interim sub altari[e] martyrum animae placidum quiescunt [28]et fiducia ultionis patientiam pascunt et indutae stolis candidam claritatis[f] [29]usurpant, donec et alii consortium [30]illorum gloriae [31]impleant. Nam et rursus innumera multitudo [32]albati et palmis [33]victoriae insignes revelantur, scilicet de Antichristo [34]triumphantes, sicut unus ex presbyteris, Hi sunt, ait, [35]qui veniunt ex illa pressura magna et laverunt [36]vestimentum suum et candidaverunt ipsum in sanguine agni. Apocal. VII, 14. Vestitus enim animae caro. Sordes [37]quidem baptismate abluuntur, [38]maculae vero martyrio candidantur. Quia et [39]Esaias[g] [40]ex russeo et coccino niveum et laneum repromittit. Es. I, 18. Magna etiam Babylon cum describitur ebria sanctorum cruore, sine dubio ebrietas eius martyriorum poculis ministratur, quorum formido quid relatura sit aeque ostenditur. Inter omnes enim reprobos, immo [41]ante omnes, *timidi*. Timidis[h] autem, [42]inquit,

23. Filadelphenorum quod a temptatione *Aβ*. 24. victoribus quib ..... nunc (*h. e.* victoribus quibusque promittit nunc) *A*. 25. inscripta *Ab*. 26. cum deo in throno *A*. 27. Zebedei *A*. 28. et fiducia ultionis patientiam (pascientiam *Aφ*.) pascunt et indutae (induta est *Aφ*.) stolis candidam (candidae *Bmg*.) *ABmgb*. et fiducia ultionis candidam *reliqui*. 29. usurpant, donec et alii *BCab*. susurant onec alii *A*. 30. illorum *A*. illarum *reliqui*. 31. impleantur *Aφ*. 32. albatis *B*. 33. victoria *B*. 34. triumfantes *Aβ*. triumphales *BCa*. triumphantes *b*. 35. qui venerunt *Aφ*. 36. vestimenta sua *a*. 37. et quidem *A*. 38. macule *Aβ*. 39. Eseias *A*. 40. ex russeo et coccino (coctino *Aφ*.) *Ab*. ex rufo et coccino *reliqui*. 41. ante omnes, timidi. Timidis *ego*. ante omnes timidis *AB*. ante omnes. Timidis *Cab*. 42. inquid *Aβ*.

e. Sed et interim sub altari] Altaris vocabulo significari videtur terra, quae fuit instar altaris martyrum immolationi. (Rigalt.) Mirifica haec est Rigaltii interpretatio, cum simpliciter constet martyrum reliquias sub aris componi solitas, unde postea etiam ipsae ecclesiae his aris sanctorum cinerum conservatricibus superstructae martyria appellabantur. Hieronymus ad Vigilantium: „Ais enim vel in sinu Abrahae, vel in loco refrigerii, vel *subter aram dei animas apostolorum et martyrum consedisse*.“ Ceterum et Hieronymus et Tertullianus suis verbis respiciunt illa Apocal. VI, 9 „Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν, ἣν εἶχον.“ Cf. etiam Joseph. Scalig. ad Hieronym. Chron. a. MMCCCCLXXXVI., p. 258.

f. candidam claritatis] Cf. De Corona cap. 1.

g. Esaias] Cf. Adv. Marcion. IV, 10.

h. immo ante omnes, timidi. Timidis]

dehinc ceteris particula in stagno ignis et [43]sulphuris. Sic [44]timor, in epistola eius quem dilectio foras abicit, habet poenam.

Cap. XIII. Paulus vero apostolus de persecutore, qui primus ecclesiae sanguinem fudit, postea gladium [1]stilo mutans et convertens machaeram in aratrum, lupus rapax Benianim, dehinc [2]ipse adferens escam secundum Iacob, qualiter martyria iam et sibi optabilia com-
II Thess. I, 3, 4. mendat! [3]cum de Thessalonicensibus gaudens, Uti, [4]inquit, gloriemur in vobis in ecclesiis dei pro tolerantia vestra et fide, in omnibus persecutionibus et [5]pressuris, quibus sustinetis ostentamen iusti iudicii dei, ut digni habeamini regno eius, pro quo et pati-
Rom. V, 3 sqq. 11. mini. Sicut et ad Romanos: Non solum autem, verum etiam exultantes in pressuris, [6]certi, quod pressura tolerantiam perficit, tolerantia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non
Rom. VIII, 17 sqq. 35. confundit. Et rursus: Quodsi filii et haeredes, [7]haeredes quidem dei, cohaeredes vero Christi; siquidem [8]compatiamur[a], uti et cum illo glorificemur. Reputo enim [9]passiones huius temporis non esse dignas ad gloriam, quae [10]in nobis revelabitur. Et ideo postmodum, Quis, [11]inquit, separabit nos a dilectione Christi? pressura, an angustia, an [12]famis, an nuditas, an periculum, [13]an machaera? secundum [14]quod scriptum est: [15]Tua causa mortificamur tota die; deputati sumus ut pecora iugulationis, sed in omnibus istis supervincimus pro eo qui nos dilexit. Persuasum enim habemus, quod neque mors neque vita neque virtus neque sublimitas [16]neque profundum neque alia condicio poterit nos a dilectione dei separare, quae est in Christo Iesu domino nostro. [17]Sed et Corinthiis pas-
II Cor. XI, 23 sqq. siones suas enumerans [18]patiendum utique praefinivit: In laboribus

43. sulfuris *A*. 44. timor in epistola eius quem *B*. timor eius in epistola quem *Ca*. timor eius in epistola eius quem *b*. timor ..... quem *Aφ*.

Cap. XIII. 1. stilo *A*. 2. ipse adferens escam *Ab*. ipse adferens etiam escam *B*. adferens ipse etiam escam *Ca*. 3. cum de Thessalonicensibus (*Aφ*)*BCa*. cum Thessalonicensibus (*Aβ*)*b*. 4. inquid *Aβ*. 5. praessuris *Aβ*., *et sic in sequentibus ubique*. 6. certi quod pressura tolerantiam *b*. *Franc. Iunius*. certe quod pressura tolerantiam *BCa*. certi quod praestolerantiam *A*. 7. et heredes dei *A*. 8. compatiamur *AB*. compatimur *reliqui*. 9. passionis *A*. 10. in nobis revelabitur *Ab*. in nos habeat revelari *reliqui*. 11. inquid *Aβ*. 12. famis *A*. fames *reliqui*. 13. an machaera *BCab*. an g ..... *Aβ*. an gladius *Aφ*. 14. quod est scriptum *B*. 15. Tua *A*. Tui *reliqui*. 16. neque profundum neque *Ab*. neque profunditas neque *reliqui*. 17. Sed Corinthiis *B*. 18. paciendum *Aβ*.

Exciderat vocabulum *timidi,* ad sententiae clausulam omnino necessarium, quod repetii ex sequente *Timidis*. Rigaltius distinxit „immo ante omnes. Timidis" sqq. cum Gelenio et Pamelio. Gangneius contra et Franc. Iunius iungunt sententias. Ad verba Tertulliani cf. Apocalyps. XVII, 6. et XXI, 8.

Cap. XIII. a. siquidem compatiamur] Ita edidi ex auctoritate libri Agobardini et editionis principis. Hieronymus habet *compatimur,* sed Cyprianus De Exhort. Mart. cap. 8. cum illis consentit, illud *συνδοξασθῶμεν* vertens per *commagnificemur*. Cf. De Resurr. Carnis cap. 40.

abundantius, [19]in carceribus plurimum, in mortibus saepius, a Iudaeis [20]quinquies quadragenas citra unam accepi, ter virgis caesus, semel lapidatus, et reliqua. Quae si magis incommoda quam martyria [21]videbuntur, tamen rursus, Propter quod, [22]inquit, boni duco in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Etiam in superioribus[b]: Qui in omnibus tribulemur, sed non [23]coangustemur, et indigeamus, sed non perindigeamus, [24]quoniam persecutionibus agitemur, sed non derelinquamur, qui deiciamur, sed non pereamus, semper mortificationem [25]Christi in corpore nostro circumferentes. Sed etsi, inquit, exterior homo noster vitiatur, caro scilicet vi persecutionum, sed interior renovatur die et die, anima scilicet spe promissionum. Nam quod ad praesens temporale et leve pressurae nostrae, [26]per supergressum in supergressum aeternum[c] pondus gloriae perficit, nobis non intuentibus quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur temporalia, de incommodis dicens, quae vero non videntur aeterna, [27]de praemiis spondens. [28]Thessalonicensibus[d] vero de vinculis scribens utique beatos [29]affirmavit quibus donatum esset non tantum [30]credere in Christum, sed etiam [31]pro ipso pati. Eundem, inquit, agonem habentes quem in me [32]et vidistis [33]et nunc auditis. Nam etsi libor super sacrificium, gau-

II Cor. XII, 10.

II Cor. IV, 8 sqq. 16 sq.

Phil. I, 29 sq.

Phil. II, 17 sq.

19. in carceribus plurimum *om. A.* 20. quinquies .. L citra *A.* 21. videbantur *A.* 22. inquid *Aβ.* 23. in omnibus congustemur *A.* 24. qui etiam persecutionibus *Fr. Iunius.* 25. Christi Iesu in corpore *ab.* 26. per supergressum in supergressum *Ab. Latinius.* per supergressum insuper per *reliqui.* 27. de promissis spondens *A.* 28. Philippensibus vero *a.* 29. affirmavit *Aβ.* 30. credere in Iesum, sed *A.* 31. pro ipso pati *Ab.* pati pro ipso *reliqui.* 32. et vidistis *A.* vidistis *reliqui.* 33. et nunc audistis *(Aβ)b.*

b. in superioribus] Malim quidem legere *tribulamur,* et omnia reliqua similiter quae sequuntur, in praesenti tempore, iuxta quod habet apostolus. Sed quod nimia esset immutatio, retinui veterem lectionem, cum nulli suppetant manuscripti codices. Proprie autem reddit *coangustemur,* quod Graece est *στενοχωρούμενοι,* sicuti etiam B. Ambrosius, et „indigemus, sed non perindigemus“ pro *ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι.* Omittit etiam cum Graecis Patribus, B. Ambrosio et Syro interprete „humiliamur, sed non confundimur,“ quod etiam non habent antiqui aliquot Latini codices. Secundum autem omnes et ipsum auctorem supra De Resurr. Carnis cap. 44. supplemus „Christi Iesu.“ (Iac. Pamelius.)

c. per supergressum in supergressum aeternum] *„καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον.“*

d. Thessalonicensibus] Prorsus castigandus hic locus et pro *Thessalonicensibus* legendum *Philippensibus,* tum quia additur *de vinculis,* e quibus scripta est haec altera, neutra vero ad Thessalonicenses, tum quod inveniantur Philipp. capp. 1. et 2. quae sequuntur scripturae testimonia. In quorum priori ex Graeco retinuit vocem *agonem.* In posterioribus confirmat lectionem Latinorum emendatiorum codicum, qui legunt *immolor supra sacrificium* pro eo quod alii *aemulor.* Transferens „Et si libor super sacrificium“, Graece *σπένδομαι,* retinuit etiam Latinam vocum adlusionem *gaudeo et congaudeo,* sicuti Graece est *„χαίρω καὶ συγχαίρω“* etiam secundo. (Iac. Pamelius.)

deo et congaudeo omnibus vobis, perinde et vos gaudete et congaudete mihi. Vides, quam martyrii definiat felicitatem, [34]cui de gaudio mutuo adquirit sollemnitatem. [35]Ut proximus denique voti sui factus est, qualiter de prospectu eius [36]exultans scribit Timotheo:
II Tim. IV, 6 sqq. Ego enim [37]iam libor, et tempus [38]diiunctionis instat; agonem bonum decertavi, cursum consummavi, fidem custodivi; superest corona, quam mihi dominus illa die reddet, scilicet passionis. Satis
II Tim. II, 11 sqq. et ipse supra allocutus: Fidelis sermo. Si enim commortui sumus Christo, et convivemus, si sufferimus, et conregnabimus, si negaverimus, et ille nos [39]negabit: si non credimus, ille fidelis est,
II Tim. I, 8. negare se non potest. Ne ergo confundaris [40]martyrium domini
II Tim. I, 7. [41]nostri, neque [42]me vinctum eius; quia praedixerat: Non enim dedit nobis deus spiritum [43]timoris, sed virtutis et dilectionis et sanae mentis. Virtute enim patimur ex dilectione in deum, et sana mente, cum ob innocentiam patimur. Sed et sicubi tolerantiam praecipit, quibus magis eam quam passionibus prospicit? sicubi ab idololatria divellit, quid ei magis quam martyria praevellit[e]?

Cap. XIV. Rom. XIII, 1 sqq. Plane monet Romanos omnibus potestatibus subici, quia non sit potestas nisi a deo, [1]et quia non sine causa gladium [2]gestet, et quia [3]ministerium sit dei, [4]sed et ultrix, inquit, in iram [5]ei qui malum fecerit. Nam et praemiserat: Principes enim non sunt [6]timores boni operis, sed mali[a]. Vis autem non timere potestatem, [7]fac bonum, et [8]laudem ab ea referes. Dei ergo [9]ministerium est tibi in bonum. Si vero malum facias, time. Ita non in occasione

34. cui gaudio mutuo adquirit sollempnitatem *A*. 35. ut proximis *B*. 36. exultans scribit Timotheo *A*. exultans Timotheo scribit *b*. exultat scribens Timotheo *B*. exultat dicens Timotheo *Ca*. 37. libor iam *Aφ*. 38. diiunctionis (disiunctionis *Bmg*.) instat *ABmgb*. deversionis insistit *BCa*. 39. negabit nos *A*. 40. martyrium (*Aφ*)*Ca*. martyrio (*Aβ*)*Bb*. 41. nostri *om. A*. 42. me *om. A*. 43. timoris *Ab*. timiditatis *reliqui*.

Cap. XIV. 1. et quia *A*. quia *reliqui*. 2. gestat *A*. 3. ministerium *Ab*. ministra *reliqui*. 4. sed et ultrix *Cab*. sed ultrix *B*. et *illud utrum A. habuerit necne dinosci hodie non potest*. 5. ei *om. A*. 6. timores boni operis, sed mali *ego*. timoris boni operis sed mali *A*. timori bono operi sed malo *reliqui*. 7. bonum fac *B*. 8. laudem habea referes *Aβ*. 9. ministerium *Aφ*. minister *Aβ*. ministra *reliqui*.

e. quam martyria praevellit?] Ait Tertullianus: Sicubi homines deus ab idololatria divellit, quid magis idololatriae praevellit, quod praevulsum statim ipsi opponat, quam martyria fortium Christianorum? (Rigalt.)

Cap. XIV. a. timores boni operis, sed mali.] Ita restitui ope libri Agobardini pro eo quod vulgo in editis reperitur *timori bono operi, sed malo*. In Graeco est οἱ μὲν ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν (al.: τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ). Hieronymus: „Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.“ Timores autem sunt qui timorem incutiunt. Propert. III, 5, 40 „et audaci tu *timor* esse potes.“ Ovid. Fast. I, 551 „Cacus Aventinae *timor* atque infamia silvae.“ Plin. H. N. VIII, 32, 50 „Febrium morbos non sentit hoc animal, quin et medetur huic *timori*.“

frustrandi martyrii iubet te subici potestatibus, sed in provocatione bene vivendi, etiam sub illarum respectu, quasi [10]adiutricum tributarum iustitiae, [11]quasi ministrarum divini iudicii hic etiam de nocentibus praeiudicantis. Dehinc et exequitur, quomodo velit [12]te subici potestatibus, reddere iubens cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, id est quae sunt Caesaris Caesari, et quae dei deo; [13]solius autem dei homo. Condixerat scilicet Petrus[b] regem quidem honorandum, ut tamen tunc rex honoretur, cum suis rebus insistit, cum a divinis honoribus longe est; quia et pater et mater [14]diligentur cum deo, non comparabuntur. Ceterum super deum [15]diligere nec animam licebit. Rom. XIII, 7. Matth. XXII, 21. I Petr. II, 13.

[1]Nunc ergo et apostolorum litterae [2]nobiles[a]. Et nos usquequaque simplices animae, et solummodo columbae, libenter errantes[b]? Credo vivendi cupiditate. Ita vero sit, ut recedant a litteris [3]suis sensus. Quae tamen passos apostolos scimus, manifesta doctrina est. Hanc intellego solam Acta decurrens, nihil quaero. Carceres illic et vincula et flagella et saxa et gladii et impetus Iu- Cap. XV.

10. adiutricum tributarum iustitiae *ego.* adiutricum tributum iustitiae *A.* adiutricum iustitiae *BCab.* 11. quasi ministrum *A.* 12. te *om. A.* 13. solius (*Aφ*)*b. Fulv. Ursinus.* solus *AβBCa.* 14. diligenter *a.* deligentur *A.* 15. diligi nec *Ab.*
Cap. XV. 1. Nunc *Aβ.* Num (*Aφ.*) *reliqui.* 2. mobiles *b. Fulv. Ursinus.* nubilae *Fr. Iunius.* 3. sui sensus *Fulv. Ursinus.*

b. Condixerat scilicet Petrus] Franc. Iunius distinguendum ita et emendandum censebat „solus autem dei homo condixerat scilicet. Petrus regem inquit honorandum“ sqq. Iac. Pamelius voluit „Paulo autem homo dei condixerat.“ *Condicere* Septimius passim usurpat pro *idem dicere,* ut De Anima cap. 8 „Et ipsi philosophi ex contrariis universa constare *condicunt.*“ Adv. Prax. cap. 17 „Item ad ipsum patrem, Nomen tuum manifestavi hominibus; *condicente* etiam scriptura.“ Adv. Marcion. II, 2 „Cui et apostolus *condicet,*“ h. e. consentiet. De Corona cap. 11 „quod aeque fides pagana *condixit.*“ De Pudic. cap. 7 „*Condico* Christianum iam peccatorem in parabola utraque portendi.“

Cap. XV. a. et apostolorum litterae nobiles.] In Agobardi libro Septimius ait: „Num ergo et apostolorum litterae nobiles?“ Quae lectio retinenda est. Etenim posteaquam probavit auctoritate prophetarum et Evangelii martyria fortiter obeunda esse Christianis, atque hoc esse praeceptum sive mandatum a domino, id etiam probat citatis apostolorum litteris et subiungit „Num ergo et apostolorum litterae nobiles?“ Hoc est: Nonne sunt omnibus notae, clarae, manifestae? Et sane sunt. Mox ingerit: Ita vero sit, ut recedant a litteris suis sensus nec tam clarae illae sint et manifestae, quin admittant interpretationis alicuius benignitatem. Veniamus ad res ipsas. Videamus quid ipsimet apostoli suarum litterarum interpretes fecerint. Vitam certe ipsi suam martyrio impendere non dubitaverunt, de dominico scilicet praecepto nihil ambigentes. (Rigalt.) Nobiles ait iam esse et apostolorum litteras postquam proposita ex iis martyrii testimonia reliquis scripturis consentantea et congrua esse demonstravit. Iam, pergit, cum constet non solum antiqua lege, sed et evangeliis, sed et ipsis apostolorum litteris comprobari martyrii necessitatem, iam nos, qui his disertis et manifestis testimoniis universae scripturae nobis persuaderi non patiebamur, eramusne solummodo simplices animae dicendae, solummodo columbae ex simplicitate, nec potius serpentes prudentia? De adiectivo *nobilis* Festus s. v. p. 175. Muell. Nonius p. 351. Merc.

b. libenter errantes?] Incauta simplicitate aberrantes et avolantes a dominicis aedibus. (Rigalt.)

daeorum et coetus nationum et tribunorum [4]elogia et regum auditoria et proconsulum tribunalia et Caesaris nomen interpretem non habent[c]. Quod Petrus [5]caeditur[d], quod Stephanus opprimitur[e], quod Iacobus immolatur[f], quod Paulus distrahitur[g], ipsorum sanguine scripta sunt. Et si fidem [6]commentarii[h] voluerit haereticus, instrumenta[i] imperii loquentur, ut lapides Hierusalem. Vitas Caesarum legimus: orientem fidem Romae primus Nero cruentavit[k]. Tunc Petrus ab altero cingitur[l], cum cruci adstringitur. Tunc Paulus civitatis Romanae consequitur nativitatem, cum illic martyrii renascitur generositate. Haec ubicumque iam legero, pati disco; nec

4. ellogia *Franc. Iunius.* 5. editur *Rigaltius.* 6. commentarii voluerit *b.* commenta ... vo ..... *Aφ.* commentari voluerit *reliqui.*

c. interpretem non habent.] Interprete non egent.

d. Petrus caeditur] Sic habet vetus exemplar Agobardi. Verumtamen cum hoc loco mortes apostolorum per suppliciorum genera designentur, Petri passionem significantiore verbo descriptam fuisse arbitramur, et mendosum esse quod hic legimus *caeditur*. Itaque legendum *editur*, quod est sustollitur et suspenditur, edita et erecta cruce *ὑψοῦται*, quod vulgata versio dixit *exaltatur*. Iohann. XII, 32 „*ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς*“ verba sunt Christi significantis qua morte esset moriturus: Si exaltatus fuero a terra. Sulpic. Severus „Petrus in crucem sublatus est.“ (Rigalt.) Retinui *caeditur*, quod libri omnes tuentur, eoque magis retinendum duxi, quoniam mos ille, quo cruci adfixorum crura frangere solebant, quo mortem accelerarent, significatus videatur. De quo more v. Lips. De Cruce II, 14. Cf. Apolog. cap. 21.

e. Stephanus opprimitur] Impetu saxorum, lapidatione. (Rigalt.)

f. Iacobus immolatur] Frater domini, an frater Iohannis? Fratrem Iohannis Herodes interemit gladio. Lucas Act. XII, 2 „*ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν κυρίου* [immo *Ἰωάννου*], *μαχαίρᾳ.*“, quod in martyrologiis accipitur pro decollatione et minime convenit immolationi. Itaque dicendum hic designari Iacobum, fratrem domini, quem Eusebius, Epiphanius, Hieronymus fuste fullonis in cerebro percussum interiisse tradunt, sed ex Hegesippi narratione, satis inepta et futili; quae tamen, quantum ad genus mortis, firmari videatur hisce Septimii nostri verbis, ut Iacobum, domini fratrem, immolatum fuisse dixerit fuste fullonis, tamquam popae malleo seu clava mactatum. (Rigalt.)

g. Paulus distrahitur] Capite separato et ab cervice reciso. Separationem opus esse machaerae ait Septimius Adv. Marcion. IV, 29., et Lucas *διαμερισμὸν* dixit quod Matthaeus *μάχαιραν*. Itaque distrahitur Paulus decollatione principalem corporis partem auferente. Nam hoc accidit iis, qui tali supplicio plectuntur, ut non cadant integri, nec iaceant cadavere toto. Etenim decollatorum capita pilo fere aut hastae praefixa. (Rigalt.) Euseb. Hist. Eccles. II, 24. Paulum ait *τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι*. Erat enim Romanus civis Paulus, quem cruci adfigi nefas erat.

h. commentarii] Hoc est, si fidem ex publicorum etiam archivorum fide doceri voluerit. (Rigalt.) Qui *commentari* ediderunt, partim interpretati sunt *commentariis probari*, cuius verbi usus exempla non suppetunt, partim pro *commentis velut commentariis circumscribere* aut pro *mendacii arguere* sumpserunt, quae significatio aeque praeter usum esset.

i. instrumenta] Cf. adnotata ad De Corona cap. 7.

k. orientem fidem Romae primus Nero cruentavit.] Apolog. cap. 5 „Consulite commentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam cum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse.“

l. ab altero cingitur] Iohann. XXI, 18 „*ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου καὶ ἄλλος σε ζώσει.*“ V. etiam Lips. De Cruce II, 8. adnot. p. 1224. ed. Vesal., qui hunc locum explicat. *Alter* pronomen explica pro *quovis alio*, de quo eius usu adeas Scheffer ad Phaedr. Fab. 19. Ruhnken ad Ovid. Heroid. II, 103. Eckstein ad Voss. Aristarch. III, p. 918.

mea interest, quos sequar martyrii magistros, sensusne an exitus apostolorum, nisi quod et sensus in exitibus recognosco. Nihil enim passi fuissent quod non prius patiendum [7] esse scissent. Cum vincula Paulo Agabus gestu quoque prophetasset, discipuli flentes et orantes, ne se Hierosolyma committeret, frustra [8] oraverunt. Ille enim quod semper docuerat animatus, Quid fletis, inquit, et contristatis cor meum? At ego non modo vincula Hierosolymis pati [9] optaverim, verum etiam mori pro nomine domini [10] mei Iesu Christi. Atque ita cesserunt dicendo: Fiat voluntas domini; fidentes scilicet passiones [11] ad voluntatem dei pertinere. Non enim dehortationis consilio, sed dilectionis retinere temptaverant, ut apostolum desiderantes, non ut martyrium dissuadentes. Quodsi iam tunc [12] Prodicus aut Valentinus [m] adsisteret suggerens non in terris esse [13] confitendum apud homines, [14] minus vero, [15] ne [n] deus humanum sanguinem sitiat nec Christus vicem passionis, quasi et ipse de ea salutem consecuturus exposcat, statim audisset a servo dei quod audierat [16] diabolus a domino [o]: Recede [17] satana, scandalum mihi es. Scriptum est Dominum deum tuum adorabis [p], et illi soli servies. Sed et nunc audire debebit, quatenus multo post venena ista suffudit, nulli infirmorum [18] facile nec sic nocitura [q], [19] si qui [20] hanc nostram ex fide praebiberit vel etiam superbiberit potionem. [21]

Act. XXI, 11 sqq.

Matth. XVI, 23. IV, 10.

7. esse scissent *A.* esse sensissent *reliqui.* 8. orant *Aβ.* oraverant *Aφ.* 9. optaveram *Aφ.* 10. mei *om. A.* 11. ad dei voluntatem *Aφ.* ad voluntatem *Aβ.* 12. Prodigus *AB.* 13. confitendum *Aab.* conandum *BC.* 14. minus vero *ABb.* quod *Ca.* 15. ne *Ab.* nec *BCa.* 16. a domino diabolus *A.* 17. satana *Ab.* sathanas *reliqui.* 18. facile nec sic nocitura *ego.* facile nisi nocitura *Bb.* facilem sinocitura *A.* facile nocitura *Ca. Ios. Mercerus.* 19. si qui *Ab.* nisi si qui *Ios. Mercerus.* si quis *reliqui.* 20. hanc *(Aφ)BCa.* non hanc *(Aβ)b.* 21. ..... E: SCORPIACE: EXPLICIT. *Aβ.*

m. Prodicus aut Valentinus] Cf. Adv. Prax. cap. 3.

n. minus vero ne] Eo vero minus, ne deus sanguinem humanum sitire videatur.

o. quod audierat diabolus a domino] Immo ipse Petrus Matth. XVI, 23. Sed aliquis erga Petrum affectu Matthaei narrationem sic accipi voluit, quasi ea verba, propter quae Petrum Christus increpat, non tam ipse Petrus protulisset, quam per os Petri diabolus. Enimvero Chrysostomus *„οὐκ εἶπεν, ὁ Σατανᾶς ἐφθέγξατο διὰ σοῦ, ἀλλ' ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, καὶ γὰρ ἐπιθυμία ἦν ἀντικειμένου, τὸ μὴ παθεῖν τὸν Χριστόν.* (Rigalt.)

p. Dominum deum tuum adorabis] Haec ita se habent in exemplari, quae tamen haud faciunt quicquam ad Tertulliani propositum, et opinamur insita fuisse eadem manu, qua praecedens increpatio detorta in diabolum ablato nomine Petri. (Rigalt.) Aug. Neander Tertullianum h. l. duos potius scripturae sacrae locos confudisse iudicat, cui equidem assentior.

q. nulli infirmorum facile nec sic nocitura] Ita omnino emendandum erat. Ait venena scorpii neque ipsis, qui ictu eius iam infirmi facti sint, facile nocitura, neque vel iis, qui metu eorum vel ante ictum vel etiam statim post ictum hac sua theriaca pro prophylacterio usi fuerint.

AD

SCAPULAM.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat codicem Vindobonensem (*Aφ* ex collatione Hildebrandi).
B - - Leidensem.
C - editionem principem Beati Rhenani anni MDXXI.
a - - Ioh. Gangneii anni MDXLV., sive alteram Beati Rhenani.
b - - Sigism. Gelenii anni MDLXII.
c - - Iac. Pamelii anni MDLXXIX.
d - - Nic. Rigaltii anni MDCXXXIV.

AD

[1]SCAPULAM[a].

Nos quidem neque expavescimus neque pertimescimus ea Cap. I.
quae ab ignorantibus patimur, cum ad hanc sectam utique suscepta condicione eius [2]pacti venerimus, ut etiam animas nostras auctorati[b] in has pugnas [3]accedamus, ea quae deus repromittit consequi optantes et ea quae diversae vitae comminatur pati timentes. Denique [4]cum omni saevitia vestra concertamus etiam ultro erumpentes[c], magisque damnati quam absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum [5]non nobis timentes misimus, sed vobis et omnibus inimicis [6]nostris, nedum amicis. Ita enim disciplina iubemur diligere inimicos quoque et orare pro iis qui nos persequuntur, ut haec sit perfecta et propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim

1. Explicit liber de Persecutione. Incipit liber Tertulliani ad scapulam *A*. Quinti Septimi Florentis Tertulliani de fuga in persecutione liber finit. Eiusdem ad scapulam Liber incipit. *B*. Q. Septimii Florentis Tertulliani ad Scapulam Liber *C*.

Cap. I. 2. pacti venerimus, ut etiam animas nostras auctorati *abcd. Gorziensis codex*. pacti ante cum anima nostra et auctorati (auctoritati *AB.*) *ABC. Florentinus codex Biblioth. Laurent. Plut. XXVI. c. XII.* 3. accedamus *abcd.* accedimus *ABC. Florentinus*. 4. cum omni sententia concertamus *AB*. 5. non vobis timentes *AB*. 6. vestris necdum *A* (*m. pr.*) *B*. nostris necdum *A* (*m. sec.*) *C. Florentinus*.

a. AD SCAPULAM.] In L. Divus Marcus De Offic. Praes. extat rescriptum Marci et Commodi Scapulae Tertyllo, et in basi marmorea palatii Farnesiani Romae legitur: DEDICATA III. ID. APRIL. SCAPVLA TERTVLLO ET TINEIO CLEMENTE COS. (Rigalt.) Scapula Africam pro consule rexit a. CCXI. Cf. Muenter Primordia Eccl. Afr. p. 194. et p. 203 sq. Cf. Morcelli Afr. Christ. II, p. 69 sq., qui eum Qu. Flavium Scapulam Tertullum appellat.

Cap. I. b. animas nostras auctorati] Structura Graeca, cum Tertullianus non deponentiali verbi forma uti soleat, sed activa. Ad Martyr. cap. 5 „Iam et ad ignes quidam se *auctoraverunt*." Ad Natt. I, 18 „ex quo se quidam proxime vestiendum incendiali tunica ad certum usquequaque locum *auctoravit*." Deponentiali eodem sensu utitur Apuleius Metamorph. IX, 19 „Nec a genuina levitate discivit mulier, sed execrando metallo pudicitiam suam protinus *auctorata est*." Ille autem Graecismus passivum struendi cum accusativo non rarus est in Tertulliani scriptis. Ad Natt. I, 16 „trucidatus oculos." Scorp. cap. 15 „quod semper docuerat animatus."

c. ultro erumpentes] Scilicet ad subeundam saevitiam vestram, et verbo et facto. (Iunius.)

diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum. Qui ergo dolemus [7]de ignorantia vestra, et miseremur erroris humani, et futura [8]prospicimus, [9]et signa eorum [10]cottidie [11]intentari videmus, necesse est vel hoc modo erumpere ad proponenda vobis ea quae palam non vultis audire.

Cap. II. Nos unum deum colimus, quem omnes naturaliter nostis, ad cuius fulgura et tonitrua [1]contremiscitis, ad cuius beneficia gaudetis. Ceteros et ipsi putatis deos esse quos[a] nos [2]daemonas scimus. Tamen humani iuris et naturalis potestatis est unicuique quod putaverit colere, nec alii obest aut prodest alterius religio. Sed nec religionis est cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non vi, cum et hostiae ab animo libenti [3]expostulentur[b]. Ita etsi nos compuleritis ad sacrificandum, nihil praestabitis diis vestris. Ab invitis enim sacrificia non desiderabunt, [4]nisi si contentiosi sunt; contentiosus [5]autem deus non est[c]. Denique qui est verus, omnia sua [6]ex aequo[d] et profanis et suis praestat, ideoque et [7]iudicium constituit aeternum de gratis et ingratis. Tamen nos, quos sacrilegos existimatis, nec [8]in furto umquam deprehendistis, nedum in sacrilegio. [9]Omnes autem, qui templa [10]dispoliant et per deos iurant et eosdem colunt, et Christiani [11]non sunt et sacrilegi tamen

7. de ignorantia nostra *AB.* 8. prospiciemus *AB. Florentinus.* 9. et signa *ABCabc.* signa *d.* 10. cottidie *ABC.* 11. ostentari videmus *Franc. Iunius.*

Cap. II. 1. contremiscimus *ABC. Florentinus.* contremiscimus *habet iam editio Rhenani a. MDXXVIII.* 2. daemones *AB. Florentinus.* 3. prosequuntur ut hac sit *Florentinus.* 4. nisi si *ABCabc. Florentinus.* nisi *d.* 5. aut deus *B.* 6. ex equo et prophanis *B.* 7. iuditium *B.* 8. in futuro unquam deprehendistis nec dum *AB. Florentinus.* 9. Omnis autem *B. Florentinus.* 10. dispoliant *AB. tres Vaticani codices.* despoliant *reliqui.* 11. non sunt sacrilegi *A. m. pr.*

Cap. II. a. quos] Eiusmodi deos, quales nos daemones scimus.

b. ab animo libenti expostulentur.] Apolog. cap. 9 „quos quidem ipsi parentes sui offerebant et *libentes* respondebant et infantibus blandiebantur, *ne lacrimantes immolarentur.*“ Nefas enim erat hoc fieri, ut vulgo notum est.

c. contentiosus autem deus non est.] Alioquin enim ab invitis sacrificia sibi praestanda contenderet, et quasi per contentionem et rixam, ut fere homines, extorquere sibi honores studeret.

d. ex aequo] Apolog. cap. 37 „Male enim velle, male facere, male dicere, male cogitare de quoquam *ex aequo* vetamur.“ De Baptismo cap. 17 „Quod enim *ex aequo* accipitur, *ex aequo* dari potest.“ Ad Natt. I, 11 „professus interim confessionem temporalem omnium in vobis *ex pari* transferendorum.“ Adv. Hermog. cap. 7 „Neutrum altero humiliorem sive superiorem, sed stare ambo *ex pari* magna, *ex pari* sublimia, *ex pari* solidae et perfectae soliditatis.“ Graeci ἐξ ἴσου vel ἐξ ἴσης. Similia apud Tertullianum sunt Adv. Prax. cap. 14 „Hic *ex diverso* volet aliquis etiam filium invisibilem contendere.“ Ibid. cap. 15 „Quis *ex diverso* non argumentabitur recte utrumque dictum.“ Apolog. cap. 16 „Haec *ex abundanti.*“ De Corona cap. 7 „velut *ex abundanti.*“ Ad Uxor. I, 8 „post apostolum quidem *ex abundanti* retractata.“ Adv. Marcion. III, 7 „Discat nunc haereticus *ex abundanti* cum ipso licebit Iudaeo“ sqq. Ibid. IV, 19 „Et tamen *ex abundanti* causas temptationis expostulo.“ Ibid. V, 9 „Cetera iam *ex abundanti.*“ Adv. Prax. cap. 15 „superdicit *ex abundanti* Deum nemo vidit umquam.“ Cf. Herald. ad Apolog. cap. 16.

deprehenduntur. [12]Longum est, si retexamus, quibus aliis modis et [13]derideantur et contemnantur omnes dii ab ipsis cultoribus suis. [14]Sic et circa maiestatem imperatoris [15]infamamur, tamen numquam Albiniani nec Nigriani vel Cassiani[e] inveniri potuerunt Christiani, sed [16]idem ipsi qui per genios eorum [17]in pridie[f] usque iuraverant[g], qui pro salute eorum hostias [18]et fecerant et [19]voverant, qui Christianos saepe damnaverant, hostes eorum sunt reperti. Christianus [20]nullius[h] est hostis, nedum imperatoris, quem sciens a deo suo constitui necesse est ut et ipsum diligat et revereatur et honoret et salvum velit cum toto Romano imperio, quousque saeculum stabit: [21]tamdiu enim stabit[i]. [22]Colimus ergo et imperatorem sic quomodo et nobis licet et ipsi expedit, ut hominem a deo secundum[k] et quicquid est [23]a deo consecutum [24]et solo deo mi-

12. et longum *AB*. 13. deridantur et condtempnantur *B*. 14. et sic *B*. 15. infamiam *Florentinus*. 16. idem ipsi (ipse *B. Florentinus*) *ABCc. Florentinus, tres Vaticani*. iidem ipsi *reliqui*. 17. in presidiis usque *A. m. sec*. 18. et fecerant *abcd*. effecerant *BC. Florentinus*. effecerunt *A. m. pr*. efferunt *A. m. sec*. 19. noverant *B*. vovent *A. m. sec*. 20. nullus *B*. 21. tamdiu enim stabit *om. B*. 22. Colamus *B*. 23. a deo saeculum et *B*. 24. et solo *A* (*m. sec.*) *cd. Vaticani*. solo *Cab*. est solo *A* (*m. pr.*) *B*.

e. numquam Albiniani nec Nigriani vel Cassiani] V. Apolog. cap. 35.

f. in pridie] Qui pro suis imperatoribus iuraverant, iam hodie reperti sunt eorum hostes.

g. per genios eorum in pridie usque iuraverant.] Apolog. cap. 32 „Sed et iuramus, sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis.“ Ibid. cap. 35 „Atque adeo omnes illi sub ipsa usque impietatis eruptione et sacra faciebant pro salute imperatoris et genium eius deierabant, alii foris, alii intus, et utique publicorum hostium nomen Christianis dabant.“

h. nullius] Cf. quae adnotavi ad De Corona cap. 10.

i. tamdiu enim stabit.] Colligit hoc ex illis apostoli verbis II. Thessal. II, 6 „Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat.“ Tertull. Apolog. cap. 32 „Est et alia maior nobis necessitas orandi pro imperatoribus, etiam pro omni statu imperii rebusque Romanis, qui vim maximam universo orbi imminentem ipsamque clausulam saeculi acerbitates horrendas comminantem Romani imperii commeatu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, et dum precamur differri, Romanae diuturnitati favemus.“ Ibid. cap. 39 „Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris eorum, pro potestatibus, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis.“ Ambros. ad Epist. I. Ad Thessal. „Non prius veniet Christus, quam regni Romani defectio fiat et appareat Antichristus, qui sanctos interficiat, reddita Romanis libertate, sed sub suo tamen nomine.“ Cf. Augustin. De Civ. Dei XX, 19. Lactant. Instit. Div. VII, 25 „Etiam res ipsa declarat lapsum ruinamque rerum brevi fore, nisi quod incolumi urbe Roma nihil istiusmodi videtur esse metuendum. At vero cum caput illud orbis occiderit et ῥύμη esse coeperit, quod Sibyllae fore aiunt, quis dubitet venisse iam finem rebus humanis orbique terrarum? Illa, illa est civitas, quae adhuc sustentat omnia, precandusque nobis et adorandus est deus caeli“ sqq.

k. hominem a deo secundum] Apolog. cap. 30 „Nos enim pro salute imperatorum deum invocamus aeternum, deum verum, deum vivum, quem et ipsi imperatores propitium sibi praeter ceteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium, sciunt, qua homines, quis et animam, sentiunt eum esse deum solum, in cuius potestate solius sunt, a quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes et super omnes deos.“

norem. Hoc et ipse volet. Sic enim omnibus maior est, [25]dum solo vero deo [25]minor est. Sic et ipsis diis maior est, dum et ipsi in potestate sunt eius. Itaque et sacrificamus pro salute imperatoris, sed deo nostro et [26]ipsius, sed quomodo praecepit deus, pura prece[1]. Non enim eget deus, conditor [27]universitatis, odoris aut sanguinis alicuius. [28]Haec enim [29]daemoniorum pabula sunt. Daemones autem non tantum respuimus, verum et revincimus[m] et [30]cottidie traducimus[n] et de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. Ita nos magis oramus pro salute imperatoris, ab eo [31]eam postulantes qui praestare potest. Et utique ex disciplina [32]patientiae divinae agere nos satis manifestum esse vobis potest, cum tanta hominum multitudo, pars [33]paene maior civitatis cuiusque, in silentio et modestia [34]agimus, singuli forte noti magis quam omnes, nec aliunde noscibiles[o] quam de emendatione vitiorum pristinorum. Absit enim, ut indigne feramus ea nos pati [35]quae optamus, aut ultionem a nobis aliquam machinemur, quam a deo [36]expectamus.

Cap. III. Tamen, sicut supra diximus, [1]doleamus necesse est, quod

25. minor est et ipsis *B.* 26. ipsius scilicet quomodo *B. Florentinus.* 27. universitatis *A (m. sec.) Cabcd.* immensitatis *AB., tres Vaticani et Florentinus.* 28. et haec enim *AB.* 29. daemonas *B.* 30. cottidie *C.* quotidie *B.* 31. tam postulantes *B.* 32. pacientiae *B.* 33. paene maior civitatis *abcd. Gorziensis.* paene civitatis *ABC. Florentinus.* 34. agimus singuli *abcd. Rhenanus.* agimus singulis *C.* augurum singulis *B. Florentinus.* augurum singuli *A. Manus secunda A. in margine pro* augurum *proponit* arguuntur *aut* anguntur *vel* aguntur *reponendum.* 35. quae optamus *abcd. Gorziensis liber, Rhenanus.* quam optamus *C.* quae obeamus *AB. Florentinus.* 36. expectemus *Florentinus.*

Cap. III. 1. dolemus *AB. Florentinus.*

1. pura prece.] Absque thure, absque victima. De Paenit. [cap. 9.] „pastum et potum pura nosse.“, h. e. mero pane et aqua. Sic Iuvenalis [Sat. VI, 158.] „Observant ubi festa mero pede sabbatha reges.“, i. e. nudo pede. Itaque *pura prece* est sola et nuda oratione de mente sancta et innocenti. Offerebant gentes diis vanis inanima aut bruta, thura aut boves. Christiani vero deo offerunt animam rationalem, laudes et gratias dicentem deo. Hoc diserte explicat Athenagoras legatione illa pro Christianis ad Antoninum et Commodum, citatis etiam Pauli verbis, quibus hostiam describit [p. 13. ed. Colon.] „*θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ τὴν λογικὴν λατρείαν ἡμῶν.* Ipse Tertullianus [cap. 30.] „Offero opimam et maiorem hostiam, quam ipse mandavit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam.“, et Adv. Marcion. IV, 1 ad illud Malachiae „Offertur nomini meo oblatio munda“, scilicet simplex oratio de conscientia pura, et IV, 9. hominem ait offerre debere munus deo apud ecclesiam per Christum Iesum catholicum patris sacerdotem. Minucius Felix [Octav. cap. 32.] posteaquam dixit „delubra et aras non habemus“, addidit „litabilis hostia bonus animus et pura mens et sincera sententia. — — Haec nostra sacrificia, haec dei sacra sunt.“ Denique eucharistica nostra confici pura prece sive oratione sola Iustinus adversus Tryphonem Iudaeum testatur. (Rigalt.)

m. revincimus] Cf. adnotata ad De Testim. An. cap. 1.

n. traducimus] Cf. adnotata ad De Fuga in Persec. cap. 2.

o. noscibiles] Scorpiac. cap. 15 „Nunc ergo et apostolorum litterae *nobiles*“, h. e. notae, manifestae.

nulla ciuitas impune latura sit[a] sanguinis nostri effusionem; sicut et sub [2]Hilariano praeside[b], cum de [3]areis sepulturarum nostrarum [4]adclamassent: Areae non [5]sint[c]! areae ipsorum non fuerunt! [6]Messes enim suas non egerunt[d]. Ceterum [7]et imbres anni praeteriti quid [8]commemoraverint[e] genus humanum apparuit, cataclysmum scilicet et retro fuisse propter [9]incredulitates et [10]iniquitates hominum, et ignes, qui super moenia Carthaginis proxime pependerunt per noctem, [11]quid minati sint, sciunt [12]qui viderunt, et pristina tonitrua [13]quid sonaverint, sciunt qui obduruerunt[f]. Omnia haec signa sunt imminentis irae dei, quam necesse est, [14]quoquo modo possumus, ut et [15]nuntiemus et praedicemus et deprecemur[g] interim localem esse. Universalem enim et supremam suo tempore sentient qui exempla eius aliter interpretantur. Nam et sol ille [16]in con-

2. Hilariano praeside *abcd. Gorziensis.* Hilariano *ABC. Florentinus.* 3. arei *A. m. pr.* arci *B.* 4. adclamassent *ABC.* 5. sint, areo ipsorum *B.* sicut areae ipsorum *Florentinus.* 6. messes cum suas *B.* 7. et imbres *BC.* et imbre *abcd.* per imbres *A.* 8. commemoraverint *ABC.* commemoraverim *Rhenanus.* commeruerit *editio Rhenani a. MCXXVIII. et reliqui.* commeruerunt (*m. sec.* commeruerint) *Florentinus.* 9. incredulitatem *d.* incredulitatis *B. Florentinus.* 10. iniquitatis *B.* 11. quid minati sint *abcd.* qui mirati sunt *reliqui.* 12. qui viderunt *abcd.* quid viderunt *AC.* quod viderunt *B.* 13. qnod sonaverint *B.* quid sonuerint *d.* 14. quomodo *B.* 15. nuntiemus *ABC. Florentinus.* annuntiemus *reliqui.* 16. in comitatu *B. m. pr.*

Cap. III. a. quod nulla civitas impune latura sit] Cyprian. Ad Demetrian. p. 192. ed. Oxon. „Nec umquam impiorum scelere in nostrum nomen exsurgitur, ut non statim divinitus vindicta comitetur."

b. Hilariano praeside] A quo SS. Perpetuam et Felicitatem bestiis expositas legimus in Actis Sanctt. (Bolland.) tom. VII, p. 633 sqq., et ap. Ruinart. Act. Martyr. cap. 85 sqq. Cf. Morcelli Afr. Christ. II, p. 74. Muenter Prim. Eccl. Afr. p. 199.

c. areae non sint!] Coemeteria intellegit. Ludit enim in voce. Nam cum illi adclamassent: Areae non sint, intellexit de sepulturis, cum rursum dicit: Areae ipsorum non fuerunt, intellegit de areis messium. Area autem pro coemeterio sumitur. Pontius Diaconus in Actis Cypriani „Sepultus est in area Candidi procuratoris." Etenim coemeteria vocabant veteres arenarias et areas, ut testificatur Bulengerus De Templis III, 42. (La Cerda.) Addo Act. Procons. in causa Felicis Episc. ap. Baronium a. 314. n. 24 „Tollat de vestris aliquis in *area,* ubi orationes facitis." Gesta purgationis Caeciliani „Cives in *area* martyrum fuerunt inclusi." Samson Abbas St. Zoili praefat. libri VI. Apologetici „Corpora ut fuerant sub *areis* dei posita, e suis loculis vespillo traxit." Inscript. ap. Guasconem (Musei Capitol. Ant. Inscriptt. Romae 1775.) tom. III. p. 111, 1117: AREA. L. MVNATI. PLANCI L. SOSTRATI. Cf. Guasconem l. l. tom. II, p. 75., qui copiose de area sepulchrali tractat, et Iac. Pamel. ad Cypriani Epist. LXVIII, n. 25.

d. messes enim suas non egerunt.] Haec verba non sunt adclamantium gentilium, sed ipsius Tertulliani, quibus probat illos de hoc Christianorum odio divina vindicta afflictos. Qui areas sepulturarum Christianis inviderant, in suis ipsorum areis iam videbant ab ira dei sè plecti, cum messes non facerent.

e. commemoraverint] Ita omnino restituendum erat ex librorum veterum auctoritate. *Commemorare* pro *commonefacere* usurpat etiam Augustin. De Unitate Eccl. cap. 11., Libro post Collat. cap. 20., Contra Crescent. I, 38.

f. qui obduruerunt.] Qui ad illa obduruerunt.

g. deprecemur] Deprecari h. l. est pro valde precari, de quo usu v. quae congessit Hildebrand. ad Apul. Metam. IX, 39. p. 861.

ventu [17]Uticensi[h] extincto paene lumine adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati positus in suo [18]hypsomate[i] et domicilio. [19]Habetis astrologos. Possumus [20]aeque et exitus quorundam praesidum tibi proponere, qui in fine vitae suae recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos. [21]Vigellius Saturninus[k], qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. [22]Claudius Lucius [23]Herminianus[l] in [24]Cappadocia, cum, indigne ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse, Christianos crudeliter tractasset, [25]solusque in praetorio [26]suo vastatus peste [27]convivis [28]vermibus ebullisset[m], Nemo sciat, aiebat, [29]ne gaudeant Christiani [30]aut sperent Christianae[n]. Postea [31]cognito errore suo,

17. incensi *AB.* 18. hippomate *B.* hyppomote *A.* 19. et habetis *AB.* 20. eque et eritis *AB.* aeque et erit *Florentinus.* 21. Vigellius Saturninus *ACabcd.* ingellius saturninus *B.* Valgius Saturninus *Iac. Pamelius.* Vitellius Saturninus *Franc. Iunius.* M. Gellius Saturninus *alii.* 22. Claudius Lucius *C.* gladius lutius *AB.* Claudius *abcd.* 23. Herminianus *abcd.* hyerorainianus *A.* hyerominianus *Aφ.* hierorainianus *B.* Hierominianus *C.* Gerominianus *tres Vaticani.* Hieronymianus *alii.* 24. capadociam *AB.* 25. solusque in *abcd.* solo *ABC.* 26. in suo *B.* 27. convivis *Ios. Scaliger.* cum vivis *C.* cum vivus *abcd.* cum muris *AB.* cum innumeris *A.m. sec.* cutem vivus *Franc. Iunius.* 28. vermibus obtulisset *B.* 29. ne spe gaudeant *cd., ex Vaticano uno.* 30. aut sperent Christianae *Rhenanus.* aut spe Christianae *ABC. Omittunt ea verba abcd. cum Gorziensi.* 31. cognito horrore *B.*

h. in conventu Uticensi] Beatus Rhenanus accipit pro tractu, qui iurisdictioni Uticensium subiectus erat, dum Ios. Scaliger ad Chron. Hieronymi p. 61. *conventum* ipsam interpretatur metropolin. Sic Hieronymus De Scriptt. Ecclesiast. in Polycarpo „Scripsit ad Philippenses valde utilem epistolam, quae usque hodie *in Asiae conventu* legitur" h. e. in urbe Smyrna, cuius episcopus Polycarpus fuit ipse. Cf. Plin. Hist. Nat. III, 1, 3. et Interprett. ad Cic. Verr. II, 8, 66. Res fere eodem redit.

i. hypsomate] Utitur vocabulis astrologorum loquens de eclipsi quadam solis non ordinaria, sed prodigiosa. Vulgus astrologorum hodie vocat *altitudinem* et *domum.* (Rhenan.)

k. Vigellius Saturninus] Fuit Africae proconsul, qui a. CC. vel sicut aliis placet a. CCV. Carthagine Speratum aliosque Scillitanos martyres capite damnavit. V. Baron. Ann. ad a. CCII. §. 2 sqq. Ruinart. Act. Martyr. p. 77 sqq. Morcellus Afr. Christ. II, p. 48. Saturnini persecutionem refert ad annum CXCVIII. Cf. Muenter Prim. Eccl. Afr. p. 180.

l. Claudius Lucius Herminianus] De nomine huius praefecti res incerta est. Libri variant inter *Herminianus, Hierorainianus, Hieronymianus, Gerominianus.* In marmoribus inscriptis occurrunt et *Germiniani* et *Hermoniani* et *Geminiani,* aliaque similia.

m. convivis vermibus ebullisset] Praeclara haec est Iosephi Scaligeri emendatio, quam in textum recipere non dubitavi. *Ebullire* autem h. e. est pro *fervere,* neque inepte ebullire dicitur is, qui phthiriasi aut simili morbo laborat, qui morbus bestiolarum suarum frequentiam per bullas quasi et pustulas in cute emittat. Aliis in locis *ebullire* Tertulliano est „cum abundantia erumpere", ut Scorpiac. cap. 1 „tunc omnes martyriorum refragatores *ebulliunt.*" De Idol. cap. 3 „Priusquam huius monstri artifices *ebullissent,* sola templa et vacuae aedes." Aliorum scriptorum aliquot praeterea exempla suppeditabit Du Cangius Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v. tom. III, p. 2. ed. nova. Est etiam pro *fervere* vel *ardere,* ut Adv. Marc. I, 27 „Age itaque qui deum non times quasi bonum, quid non *in omnem libidinem ebullis?*" Activo sensu posuit Tertullianus Adv. Valentin. cap. 8 „Hinc numero gestientes et ipsi tali quid patri de suo offerre, *alios ebulliunt fetus.*"

n. aut sperent Christianae.] His verbis, quae ab Rigaltio aliisque eiecta ex emendatione Beati Rhenani reponenda

quod tormentis quosdam a proposito suo excidere fecisset, paene Christianus decessit. [32]Caecilius Capella[o] in illo exitu Byzantino[p], Christiani gaudete! exclamavit. [33]Sed qui[q] videntur sibi impune [34]tulisse, venient in diem divini iudicii. Tibi quoque optamus [35]admonitionem solam fuisse, [36]quod cum [37]Adrumeticum [38]Mavilum[r] ad bestias [39]damnasses, [40]et statim haec vexatio subsecuta est et nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis[s]. [41]Sed memento de cetero[t].

32. Cecilius Capilla *ABC.* 33. Sed et qui *bcd.* 34. tulissent *Aφ.* 35. monitionem *AB.* 36. quod cum *abcd.* quod *B.* quod et *AC.* quod ut *Rhenanus.* 37. Adrumeticum *abcd.* Adyrmenticum *A. m. pr.* Adrymetticum *A. m. sec.* Adrymeticum *C.* adirmeticum *B.* Adrimeticum *tres Vaticani.* 38. Mavilum *ACabcd.* manilum *B.* Mavillium *tres Vaticani.* 39. damnasses *A* (*m. sec.*) *abcd. Rhenanus.* damnasset *ABC.* damnas. Sed *editio Rhenani a. MDXXVIII.* 40. et statim haec vexatio *abcd.* statim et vexatio *C.* statim et veratio *A. m. pr.* statim et veneratio *A. m. sec.* statim et ne ratio *B.* 41. Sed memento *abcd.* et memento *ABC.*

curavi, intelleges scilicet respici uxorem Herminiani. Corruptelam *spe*, quae in libris scriptis obtinet, ortam puto ex compendio scripturae *spe* (h. e. *spere*), litteris *nt* in fine per errorem aut ignorantiam omissis.

o. Caecilius Capella] Nimirum quod ipse Byzantii (ait Baronius) persecutus Christianos, dum partium Nigri fautor illic praesidem ageret, civitate a Severo expugnata meliora iam illis tempora affulgere videret, sicque invitus ac dolens id illis faustum, quod in libertatem vindicarentur, exclamavit, cum ipse ad dandas poenas in manus Severi devenisset, hostis acerbissimi. Omnes, qui in ea urbe magistratum gerebant, a Severo occisos Dio affirmat. (La Cerda.) Indicendae exultationis formula fuit *Gaudete.* Quod etiam discimus ex aureo nummo Maximiani Caesaris, in quo duae Victoriae cippum sustinent, cum inscriptione: GAVDETE ROMANI. Prudentius Cathemer. [XII, 201.] „Gaudete quidquid gentium est.“ Martial. Epigr. XI, 62. (Rigalt.)

p. in illo exitu Byzantino] Fest. p. 81. Muell. „Exitium antiqui ponebant pro exitu; nunc exitium pessimum exitum dicimus.“ Exempla ex Tertulliano proposui ad Scorp. cap. 4. Cf. Apolog. cap. 19. (in segm. cod. Fuld.) „Secundum enim historiam Thalli, qua relatum est bellum Assyriorum et Saturnum Titanorum regem cum Iove dimicasse, ostenditur bellum CCCXX. et duobus annis *Iliacum exitum* antecessisse.“ De Byzantii excidio sub Severo facto adeas Dion. Cass. LXXIV, 13 sqq.

q. Sed qui] Sed si qui forte contra atque quorum exempla commemorata sunt, impune tulisse sibi videantur, etiam hos suo tempore manet poena divini iudicii.

r. Adrumeticum Mavilum] Passus est CCVI. Cf. Morcelli Afr. Christ. II, p. 69.

s. interpellatio sanguinis.] Scapula statim post damnatum Mavilum acutissimae cuiusdam aegritudinis cruciatu vexari coeperat, quo etiam tum, cum haec scriberet Septimius, ob iteratam in Christianos saevitiam denuo vexabatur. Clamaverat ad deum sanguis Christianorum atque divinae patientiae moras interpellaverat. (Rigalt.) Divinare est *vexationem* et *interpellationem sanguinis* referre ad Scapulam eumque ipsum morbo, tamquam divinae irae poena, correptum dicere; illi contra aperte errant, qui his verbis persecutionem Christianorum significari opinantur, cui quidem interpretationi loci ratio oppugnat. Simplicius interpretaberis per vexationem respici ad imbres, quorum supra mentio facta erat, quos quidem calamitas indeque annonae caritas iam fuerit subsecuta, per interpellationem autem sanguinis significari aliud malum, scilicet pestilentiam, quae ipsos mortales pernicie affecerit. Interpellatio ICtis est in ius vocatio. Sanguis igitur a deo in ius vocatur ubi sanguine i. e. morte poenae luendae sunt hominibus.

t. de cetero.] Hoc est de futuro; manere scilicet ultionem aeternam longe formidabiliorem. (Rigalt.) Cf. Apolog. cap. 2 „perturbatus, quid *de cetero* age-

Cap. IV. Non te terremus, qui nec timemus, sed [1]velim, ut omnes
Act. Ap. V, 39. XXIII, 9. salvos facere possimus monendo [2]μὴ θεομαχεῖν. [3]Potes et [4]officio iurisdictionis tuae fungi et humanitatis meminisse, vel quia et vos sub gladio estis. Quid enim [5]amplius tibi mandatur quam nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta revocare? [6]Videtis ergo, quomodo ipsi vos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. Adeo confitemini innocentes esse nos, quos damnare statim ex confessione non vultis. Si autem contenditis ad elidendos[a] nos, iam ergo innocentiam expugnatis. Quanti autem praesides et constantiores [7]et crudeliores dissimulaverunt[b] ab huiusmodi causis? ut Cincius Severus[c], [8]qui [9]Thysdri ipse dedit remedium, quomodo responderent Christiani, ut dimitti possent: ut [10]Vespronius Candidus[d], qui Christianum quasi [11]tumultuosum[e] civibus suis satisfacere dimisit: ut Asper[f], qui modice vexatum hominem et statim deiectum[g] nec sacrificium compulit facere, ante professus inter advocatos et adsessores [12]dolere se incidisse in hanc

Cap. IV. 1. velim ut *abcd., ex emend. Rhenani, quae iam recepta est in edit. a. MDXXVIII. et Gorziensi libro.* velim et *ABC.* 2. *μὴ θεομαχεῖν om. AB. spatio vacuo relicto.* 3. Potest *AB.* 4. offitio iuris et dictionis (ditionis *A. m. sec.*) *AB.* 5. amplius ter mandatur *A (m. pr.) B.* 6. Videritis *Aφ. m. sec.* 7. et cum delitiores *AB.* et cum delinores *Aφ.* 8. qui *Cabcd.* quod *AB.* 9. Thysdri *d.* Thystri *AB.* Thistri *Cabc.* Thristi *Vaticanus unus.* Tysdri *A. m. sec. Ios. Scaliger.* 10. vesperinus candidis *B.* 11. tumultuosis civibus suis satisfaceret *A. m. sec.* 12. dolore se *abcd.* se *AC.* sed *B.*

ret.“ Paul. Dig. XLVIII, 3, 10. Cod. Iustin. VIII, 54, 37. Senec. Epist. 78. med.

Cap. IV. a. elidendos] h. e. occidendo. Apolog. cap. 23 „si pueros in eloquium oraculi *elidunt.*“ Scorpiac. cap. 6 „Sed si certaminis nomine deus nobis martyria proposuisset, per quae cum adversario experiremur, ut, a quo libenter homo *elisus* est, eum iam constanter *elidat*“ sqq. Minuc. Fel. Octav. cap. 30 „Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere *elidere.*“ Cf. Buemann. ad Lactant. VI, 20. p. 816. Barth. Adverss. X, 8. p. 474. et XXXV, 14. p. 1612. Burm. ad Anthol. Lat. I, p. 22. Interprett. ad Apul. Metam. VIII, 15.

b. dissimulaverunt] Dissimulando destiterunt ab huiusmodi causis.

c. Cincius Severus] Casaubonus ad Scriptt. Aug. p. 112. putat eundem cum Cingio Severo, qui ab Aelio Lampridio memoratus Vit. Commodi p. 53., quique idem esse videtur cum Cincio Severo, quem Spartianus p. 69. a Severo imperatore interfectum esse narrat, quod factum esse inter annos CCII. et CCVIII. Dodwellus censet De Paucitate Mart. p. 70. Cf. Tillemontii Mem. III, p. 56.

d. Vespronius Candidus] Cognomento ille fortasse Verus, qui cum imperatore Commodo Consul fuit anno ab U. C. 931. Meminerunt Spartianus in Iuliano, Lampridius in Commodo, Dio Cassius, Cassiodorus, Fasti Graeci, ut Onuphrius annotavit. Cf. Casaub. ad Ael. Spartian. p. 112. V. Muenteri Primordia Eccl. Afr. p. 201.

e. qui Christianum quasi tumultuosum] Vespronius ille Candidus cives suos Christianum quendam ad mortem deposcentes admonuit se quidem libenter eorum votis satisfacturum, sed rem civitati tumultuosam providere. (Rigalt.)

f. ut Asper] Duorum alter, qui postea anno U. C. 964. primo post obitum imperatoris Severi fuerunt consules, Fastis Graecis et Latinis, Cassiodoro et Onuphrio testibus. (Franc. Iunius.) V. Muenteri Prim. Eccl. Afr. p. 202.

g. deiectum] Fide interpretatur Rigaltius, de animo Rhenanus, de equuleo vel de praetorio La Cerda.

causam. [13]Pudens[h] etiam missum ad se Christianum in elogio [14]concussione[i] eius intellecta dimisit, scisso eodem elogio, sine [15]accusatore negans se auditurum [16]hominem secundum mandatum[k]. [17]Haec omnia tibi et [18]de officio suggeri possunt et ab [19]eisdem advocatis, qui et ipsi beneficia habent Christianorum, licet acclament[l] quae volunt. Nam et cuiusdam notarius, cum a daemone praecipitaretur[m], liberatus est, et quorundam propinquus et puerulus, et quanti honesti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut a daemoniis aut [20]valetudinibus remediati sunt? Ipse etiam Severus, pater Antonini, Christianorum memor fuit. [21]Nam et Proculum [22]Christianum, qui [23]Torpacion cognominabatur, [24]Euhodiae procuratorem[n], [25]qui eum

13. Pudes *B.* 14. confessione *A. m. sec.* 15. accusatione *AB.* 16. hominem *abcd., ex Gorziensi. Omittunt reliqui libri.* 17. et haec omnia ter et *AB.* 18. de edicto *A. m. sec.* 19. eiusdem *AB., tres Vaticani. Probat Franc. Iunius.* 20. valitudinibus *AB.* 21. Nam et *abcd. Gorziensis.* Nam cum *ABC.* 22. Christianum *abcd., ex Gorziensi. Reliqui omittunt.* 23. Torpacion *abcd. Gorziensis.* Torpeion *C.* Tot pacion *AB.* 24. Euhodiae *d. Ios. Scaliger.* euhodiae *Iac. Pamelius, Fr. Iunius.* Euhodeae *Cabc.* euhodae *A.* enhodae *B.* Euhode *Gorziensis.* Euboeae *Rhenanus.* Euhodi *Petr. Pithoeus, alii.* 25. qui eam *Otto Sperlingius.*

h. Pudens] Hic Servilius Pudens consul bello Marcomannico, Caesaribus Antonino et Vero anno U. C. 917. et 918., ut patet ex Cassiodoro et Fastis Graecis ac Latinis. (Franc. Iunius.) V. Muenteri Prim. Eccl. Afr. p. 202 sq.

i. concussione] Dixi de hoc vocabulo ad De Fuga in Persec. cap. 12., de vocabulo *elogio* ad De Corona cap. 5.

k. secundum mandatum] Hadrjani scilicet ad Minucium Fundanum Procons. Asiae. Huius Eusebius meminit in Chronico [ad a. MMCXLII. p. 211. ed. Scal.] „*Κουαδρᾶτος ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστολῶν ἀκουστὴς Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν, καὶ Ἀριστείδης Ἀθηναῖος ὁ φιλόσοφος ἐπέδωκαν, ὅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερενίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου ὡς ἄδικον εἴη γραψαμένου Χριστιανοὺς ἀκρίτως ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων κτείνειν, γράφει Μινουκίῳ Φουνδανῷ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας.*“ Cuius epistolae usque ad nostram memoriam durat exemplum. Ea vero epistola extat apud Iustinum [Apolog. II, p. 99 sq. ed. Colon.] et latine quidem editam a Iustino fuisse arbitratur Ios. Scaliger [ad Euseb. Chron. p. 213.], post traductam in Graecum ab Eusebio. Atque hoc etiam testatur Eusebius. Ruffinus latine expressit nulla mentione facta versionis Graecae. (Rigalt.) V. Oros. VII, 13. Euseb. Hist. Eccles. IV, 9.

l. acclament] Suffragentur in iudicio.

m. cum a daemone praecipitaretur] Glossae Vet.: „Caducus, *ἐπιληπτικός.*“ Augustinus De Beata Vita [ad med.] „Isti homines,“ inquit, „caducarii sunt, quo nomine vulgo apud nos vocantur quos comitialis morbus subvertit.“ Plin. Hist. Nat. XXVIII, 6 „Corruens morbo comitiali.“ Arnobius Adv. Natt. IV, 25 „morborum comitialium ruinae.“ (Rigalt.)

n. Euhodiae procuratorem] Videtur hic esse, cuius faciunt mentionem Capitolinus in M. Antonino Philosopho et Trebellius Pollio in Aemiliano, qui Eutychius dictus est, grammaticus celeberrimus, quem coluit Antoninus Philosophus. Et Eutychius idem qui et Torpacion lingua Punica, sive Tobracon aut Topacron aut (ut inquit Baronius) Toparcion. Est enim Eutychius Graece et Topacron Punice „in quem inclinant bona.“ Hic praepositus est *τῇ εὐοδίᾳ*, itineribus (sic enim legendum est cum Pamelio, non Euhodeae), ut scriptum ab Pollione his verbis: „Quod apud Proculum grammaticum, doctissimum sui temporis virum, cum de peregrinis regionibus loquitur, invenitur“ sqq. Quamobrem Capitolinus proconsulem factum existimat, honorarium videlicet itineris causa curandi. Haec desumpsi ex Pamelio et Iunio, qui mihi sunt visi rem attigisse. Nisi quis decurrat ad Stepha-

per oleum[o] aliquando curaverat, requisivit et in palatio suo habuit usque ad mortem eius; quem et Antoninus optime [26]noverat lacte Christiano educatus[p]. [27]Sed et clarissimas feminas et clarissimos viros Severus, sciens huius sectae esse, non modo non [28]laesit, verum et testimonio exornavit et populo furenti [29]in nos palam [30]restitit. Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione[q] Christianorum militum orationibus ad deum factis imbres in siti illa

26. noverat Christianis educatum *Divionensis liber.* 27. Sed et *abcd., ex Gorziensi.* Non enim et *ABC.* 28. lesit *B.* lexit *A.* neglexit *A. m. sec.* 29. in nos *ABd. Gorziensis et tres Vaticani.* in os *reliqui.* in eos *Baronius Ann. II, p.* 275. 30. resistit *AB.*

num Durantum De Rit. Eccles. I, 20., qui coniicit fuisse presbyterum. Nam in Martyrologio Calendis Decembris fit mentio S. Proculi Presbyteri. Longe est ab hoc Proculus alter, cuius fit mentio a Victore Episc. Uticensi Historiarum primo. (La Cerda.) In veteri codice *Euhodae* legitur. Placet emendatio P. Pithoei quam et Baronius adserit *Euhodi.* Is fuit educator Antonini Caracallae, filii Severi, atque in ipsius Severi gratia floruit, ut ex Dione colligitur. Quare et locupletem fuisse et ad curandas ac dispensandas facultates suas procuratorem et hunc quidem Proculum habuisse facile crediderim. Atque ex ea occasione et Proculum istum Severo per oleum Christiano ritu medicinam fecisse. Evodum vero Christianum fuisse neque ait Tertullianus neque fit verisimile ex iis, quae per ipsum ad Plautiani caedem curasse Antoninum Dio [LXXVI, 3 sqq.] scribit. Iosephus Scaliger Animadversionibus in Eusebium [Scalig. ad Euseb. Chron. p. 229.] vulgatam lectionem tueri videtur *Euodiae.* Nam longe alium fuisse hunc Proculum ab erudito illo, qui adversus haereses scripsit, cuius etiam meminit Tertullianus Adv. Valentin. [cap. 5.] ex eo maxime probat, quod iste non theologus, sed talium studiorum aut artium fuerit, ut feminae fieret procurator et villicus aut dispensator. (Rigalt.) In P. Pithoei coniecturam *Euhodi* vel *Euodi* incidisse video etiam Sperlingium in epistola ad Gisb. Cuperum in Poleni Supplem. Thes. Antiqu. Graec. et Rom. tom. IV, p. 39., ubi aut „*Euhodiae* (hanc Euhodi filiam sive uxorem Antonini nutricem fuisse coniectat et Tertulliani verba „quem et Antoninus optime noverat *lacte Christiano educatus*" de ea intellegit) *procuratorem qui eam*" aut „*Euhodi procuratorem qui eum*" rescribendum esse arbitratur. Euhodia nomen occurrit in inscriptione apud Gruterum pag. DCCLXXXIX, 5: D. M. HERMES EVHODIAE. CONIVGI. SVAE. BENEMERENTI., unde non dubitavi id nomen reponere pro *Euhodae,* quod libri vulgo praebent. Iunii et La Cerdae hallucinationes de Proculo grammatico cum Tertulliani hoc uno eodemque iure explosit iam Is. Casaubonus ad Scriptt. Hist. Aug. p. 57. V. etiam Korthold De Persecut. Eccl. Primitivae p. 255.

o. per oleum] Ioh. Cassianus Collat. VII, 26 de Paulo abbate „ut cum de oleo, quod cadavere suo potius quam corpore contigisset, ungerentur infirmi, confestim cunctis valetudinibus curarentur." Cf. Hieronym. Vit. S. Hilarionis, Baron. Annal. I, p. 596., Anton. Marsil. Hydrapolog. Sect. III, cap. 5., Bellarmin De Extr. Unctione cap. 2.

p. lacte Christiano educatus.] Alio sensu codex Divionensis „*quem* et Antoninus optime noverat *Christianis educatum.*" ut educatio ista ad Proculum, non ad Antoninum referatur. Sed pro recepta iam pridem lectione faciunt quae de Antonino Spartianus tradidit, eum videlicet adhuc puerum septennem, cum collusorem suum puerum ob ludaicam religionem gravius verberatum audisset, neque patrem pueri vel auctores verberum diu respexisse. (Rigalt.) Locum Spartiani pro eadem causa citans Franc. Iunius Iudaicam interpretatur Christianam, quomodo haud dubie intellexit etiam Rigaltius.

q. in Germanica expeditione] Apolog. cap. 5 „At nos e contrario edimus protectorem, si litterae M. Aurelii, gravissimi imperatoris, requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur.", ad quem locum adeas quae a me adnotata sunt.

impetravit. Quando non geniculationibus et ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae? Tunc et populus adclamans deo deorum, [31]qui solus potens, in Iovis nomine deo nostro testimonium reddidit. [32]Praeter haec depositum non abnegamus, matrimonium nullius [33]adulteramus, pupillos pie tractamus, indigentibus refrigeramus[r], nulli malum pro malo reddimus. Viderint[s] qui sectam mentiuntur[t], quos et ipsi recusamus. Quis denique de nobis alio nomine [34]queritur? Quod aliud negotium patitur Christianus, nisi suae sectae, quam incestam, quam crudelem[u] tanto tempore nemo probavit? Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro deo vivo cremamur, [35]quod nec sacrilegi nec [36]hostes publici [37]veri nec tot maiestatis rei pati solent. Nam et nunc a praeside Legionis[v] et a praeside Mauritaniae vexatur hoc nomen, sed gladio tenus[w], sicut et a primordio mandatum est animadverti in huiusmodi[x]. Sed maiora certamina, maiora [38]praemia.

Crudelitas vestra gloria est nostra. Vide tantum, ne hoc ipso, Cap. V. quod talia sustinemus, ad hoc solum videamur erumpere, ut hoc ipsum probemus, nos haec non timere, sed ultro vocare. Arrius Antoninus[a] in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civi-

31. qui *abcd., ex Gorziensi.* et qui *ABC.* 32. Praeter *abcd., ex Gorziensi.* Propter *ABC.* 33. adulteramur *C.* adulteraturum *B.* 34. quaeritur *Latinius, Iunius.* 35. quos nec *AB.* 36. hospes *A(m.pr.)B.* 37. veri *ABCabc.* verum *d. Rhenanus, Latinius.* 38. praemia *ABC.* sequuntur praemia *abcd. Gorziensis.*

r. indigentibus refrigeramus] Refrigerio iuvamus indigentes. Graece *τοῖς πένησιν ἀναψύχομεν.* TertuH. De Anima cap. 51 „corpus etiam illud non modo fratri cessisset, verum et alias mutatione situs *sibimet ipsi refrigerasset.*"

s. Viderint] Cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

t. qui sectam mentiuntur] Qui Christianam fidem nomine tantum, non factis profitentur.

u. quam incestam, quam crudelem] Incestam propter promiscuum de mendacio gentilium cum matribus et sororibus concubitum, crudelem propter infanticidium.

v. Legionis] De regno Legionis in Hispania hallucinati sunt Iac. Pamelius et La Cerda, citantes Irenaeum Adv. Haeres. I, 3., Pamel. ad Cyprian. Epist. LXVIII, n. 2., sed recte contendit Franc. Iunius significari Numidiam, in qua Legio tertia Augusta castra habebat ad oppidum Lambaesam. Cf. Dio Cass. LV, 23. Cypriani Epist. LV. Itin. Anton. p. 32 sqq. Tab. Peuting., Ptolem. IV, 3. Shaw Voyages dans plus. provinc. de la Barb. I, p. 53. Muenter Prim. Eccl. Afr. p. 193.

w. gladio tenus] Non usque ad crematione ustulationemque inhumanam, quam iubebat Scapula. (Fr. Iunius.) Apolog. cap. 40 „Olet adhuc incendio terra et, si qua illic arborum poma, conantur *oculis tenus,* ceterum contacta cinerescunt." De Paenit. cap. 1 „Paenitentiam hoc genus hominum, quod et ipsi retro fuimus, caeci sine domini lumine *natura tenus* norunt."

x. in huiusmodi.] V. quae adnotavero ad De Baptismo cap. 12. De mandato isto citat Rhenanus Vitam Cypriani: „Sententia recitata est ex tabella, Thascius Cyprianus gladio feriatur." Cf. Cypriani Vita in Cypr. Opp. ed. Oxon. p. 13.

Cap. V. a. Arrius Antoninus] Avus Antonini Pii Imper., qui proconsulatum Asiae summa aequitate gessisse dicitur, ut Lampridius, Spartianus, Capitolinus meminerunt. (Franc. Iunius.) Cf. Is. Casaub. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 48.

tatis Christiani [1]ante [2]tribunalia eius se manu facta[b] obtulerunt. [3]Tum ille paucis duci[c] [4]iussis reliquis ait, [5]*Ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε*[d]. [6]Hoc [7]si placuerit et hic fieri, quid facies [8]de tantis milibus[e] hominum, tot viris ac feminis, omnis sexus, omnis aetatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi? Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit? [9]Quid ipsa Carthago passura est, [10]decimanda a te, cum propinquos, cum contubernales suos illic unusquisque cognoverit, cum [11]viderit illic fortasse et tui ordinis viros et matronas et principales quasque personas et amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? Parce ergo tibi, si non nobis. Parce Carthagini, si non tibi. Parce provinciae, quae visa intentione tua obnoxia facta est concussionibus[f] et militum et inimicorum [12]suorum cuiusque. Magistrum neminem habemus, [13]nisi deum solum. Hic ante te est nec abscondi potest, sed cui nihil facere possis[g]. Ceterum quos putas tibi magistros, homines sunt, et ipsi morituri quandoque. Nec tamen deficiet haec secta, quam tunc magis aedificari scias, cum caedi videtur. [14]Quisque enim tantam tolerantiam [15]spectans, [16]ut aliquo scrupulo [17]percussus, et inquirere accenditur, [18]quid sit in causa[h], et ubi cognoverit veritatem, et ipse statim sequitur.

Cap. V. 1. ante *abcd. Gorziensis.* ad *A. m. sec. Omittunt ABC.* 2. Christiani tribunali eius *Rhenanus.* 3. tum ille *C.* cum ille *reliqui.* 4. iussit *BC.* 5. *Ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε abcd. Ω ΔΙ ΠΩΙΗ Ω ΗΛΗΘΗΑ Η Θ ΩΝΗΣΚΗΙΝ ΚΡΗΜΝΩΥΣ Η ΒΡΩΧΩΥΣ ΗΧΘΗ C. Ὦ λοιποὶ εἰ θελ. κτλ. tres Vaticani, prob. Franc. Iunio. Ὠδὶ ποῖον πλῆθος ἀποθνήσκειν κρημνοῖς ἢ βρόχοις ἤχθη Rhenanus in annot. ad edit. a. MDXXVIII. Graeca desiderantur omnino in AB.* 6. et hoc *AB.* 7. ni placuerit *A. m. sec.* 8. de tantis milibus *abcd., ex Gorziensi.* decem milibus *ABC.* 9. quod ipsa *BC.* 10. decimanda *abcd., ex auctoritate, opinor, Gorziensis.* decimata *ABC.* 11. videris *A. m. sec.* 12. suorum cuiusque *abcd.* cuius quorum cuiusque (*A. m. sec.*) *BC.* quorumcumque cuiusque *A.* et curiosorum cuiusque *Rhenanus.* 13. nisi *A (m. sec.) Cabcd.* vero *AB.* 14. Quisque *abcd.* Quis *ABC.* 15. spectans *abcd.* expectans *reliqui.* 16. ut *abcd.* in *ABC.* non *Rhenanus.* 17. perculsus *A. m. sec.* 18. quod sit *AB.*

b. manu facta] Apolog. cap. 39 „Coimus in coetum et congregationem, ut ad deum quasi *manu facta* precationibus ambiamus orantes. Haec vis deo grata est.“

c. duci] sc. ad supplicium. Plin. Epist. X, 97 „perseverantes *duci* iussit.“ Lactant. De Mort. Persec. cap. 40 „Innocentes *duci* iubentur.“ Aldhelm. De Laude Virg. cap. 19 „Sanctos ferreis collaribus nexos — — *duci* iussit.“

d. ἔχετε.] Iuvenal. Sat. VI, 30 „Ferre potes dominam salvis tot testibus ullam? Cum pateant altae caligantesque fenestrae, Cum tibi vicinum se praebeat Aemilius pons.“ (Rigalt.)

e. de tantis milibus] V. Muenteri Prim. Eccl. Afr. p. 19 sq.

f. concussionibus] Cf. adnotata ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

g. sed cui nihil facere possis.] Mali scilicet. Cf. Scorp. cap. 10 „Quomodo vultis ut faciant vobis homines, et ita vos facite illis.“

h. quid sit in causa] Apolog. cap. 50 „Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum quid intus in re sit? quis non, ubi requisivit, accedit?“

DE
ORATIONE.

In scripturae discrepantia verbis scriptoris subiecta

A significat codicem Agobardinum (*Aφ* ex collatione Hildebrandi, *Aβ* ex collatione Steph. Baluzii).
B - - - Ambrosianum, olim Bobbiensem.
C - editionem principem Ioh. Gangneii (anni MDXLV.).
D - - Sigism. Gelenii, qui codice scripto Anglico, Masburensi, usus erat, anni MDL.
a - - Iac. Pamelii (anni MDLXXIX.).
b - - Nic. Rigaltii (anni MDCXXXIV.)
c - - Lud. Ant. Muratorii (anni MDCCXIII.).

DE

ORATIONE.

Dei spiritus[a] et dei sermo et dei ratio[b], sermo rationis et Cap. I.
ratio sermonis et [1]spiritus[c], utrumque Iesus Christus dominus no-

Cap. I. 1. spiritus utriusque *malebat vir doctus in Miscell. Observ. vol. III, tom.* 1, *p.* 220.

Cap. I. a. Dei spiritus] Non hic tantum, sed et alibi Christus a Tertulliano *Dei spiritus* appellatur, ut videre est in Apolog. cap. 21., et adv. Marcion. I, 10. III, 6 et 16. IV, 21. et adv. Prax. cap. 26. Appellatio certe nostris nunc auribus male sonans, at veteribus quibusdam, haereses, quae deinde obortae sunt, ante oculos habentibus, incaute usurpata. In ea potissimum sententia fuit Lactantius Firmianus, teste S. Hieronymo in Epistola ad Pammachium et Oceanum de Erroribus Origenis. „Lactantius, inquit ille, in libris suis, et maxime in Epistolis ad Demetrianum, Spiritus Sancti omnino negat substantiam, et errore Judaico dicit eum vel ad Patrem referri vel ad Filium, et sanctificationem utriusque personae sub eius nomine demonstrari.“ Idem ab Hieronymo repetitur in Comment. ad cap. 4. Epist. ad Galatas. Quare quin et hic Tertullianus erret, dubitandum non videretur. Cum tamen aliis in libris a Patre ac Filio Spiritum Sanctum apertissime distinguat, „tertium numen divinitatis et tertium nomen maiestatis“ appellans, ideo Christum *Dei spiritum* ab illo vocatum arbitror, quod generali nomine Deum dici spiritum crederet, Iohanne Apostolo scribente: *Deus spiritus est.* (Muratorius.)

b. et dei ratio] Hisce attributis Filium Dei denotare amat Tertullianus. Apolog. [cap. 23.] „Venturus cum totius mundi motu, cum orbis horrore, cum planctu omnium, sed non Christianorum, ut dei virtus et dei spiritus et sermo et sapientia et ratio et dei filius.“ (Rigalt.) Adde Apolog. cap. 17 „Quod colimus, deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit, de nihilo expressit.“ Ibid. cap. 21 „Et nos autem sermoni atque rationi itemque virtuti, per quae omnia molitum deum ediximus, propriam substantiam spiritus inscribimus, cui et sermo insit pronuntianti, et ratio adsit disponenti, et virtus praesit perficienti.“ Cf. De Carne Chr. cap. 19.

c. sermo rationis et ratio sermonis et spiritus] Cur Deum Patrem Sermonis quoque et Rationis appellatione hic Tertullianus donet, mirabitur quisquis veterum loquelam e recentiorum sermone metiri velit. At cum *τοῦ λόγου* vox anceps rationem, cogitationem, mentem ac intellectionem significet, eo sensu Patri quoque facta est communis et *τοῦ λόγου* et rationis et sermonis appellatio. Quamobrem *λόγος ἐκ λόγου,* Verbum ex Verbo a nonnullis Patrum dictus est Filius, et S. Irenaeus lib. II, cap. 48 Patrem *λόγον* seu Verbum et mentem appellat ita scribens: „Deus autem totus existens mens, et totus existens Logos, quod cogitat, hoc et loquitur, et quod loquitur, hoc et cogitat. Cogitatio enim eius Logos, et Logos mens, et omnia concludens mens ipse est Pater.“ Verum quocumque modo appellentur Pater

ster [2]nobis discipulis Novi Testamenti novam [3]orationis formam
Matth. IX, 16. 17. determinavit. Oportebat enim in hac quoque specie novum vinum novis utribus recondi et novam plagulam novo [4]adsui vestimento. Ceterum quicquid retro[d] fuerat, aut demutatum est, ut [5]circumcisio, aut suppletum, ut reliqua lex, aut impletum, ut prophetia, aut perfectum, ut fides ipsa. Omnia de carnalibus in [6]spiritalia renovavit nova dei gratia, superducto evangelio[e], expunctore totius retro vetustatis[f], in quo et dei spiritus et dei sermo et dei ratio approbatus est dominus noster Iesus Christus, spiritus quo valuit, sermo quo docuit, ratio [7]qua venit[g]. [8]Sic oratio a Christo [9]constituta ex tribus constituta est. Ex sermone, quo enuntiatur, ex spiritu, quo tantum [10]potest, docuerat[h] et [11]Iohannes discipulos suos [12]adorare; sed omnia [13]Iohannis Christo praestruebantur, donec [14]ipso
Ioh. III, 30. aucto (sicut idem Iohannes praenuntiabat illum augeri oportere, se vero deminui) totum praeministri opus cum ipso spiritu transiret

2. novis *a*. 3. orationem *Aφ*. orationum *Aβ*. 4. adsui *AC*. 5. circumcisio *Aβ*. circuncisio *C*. 6. spălia *Aφ*. spiritalia *Aβ*. spiritualia *CD*. 7. quo venit *ACDa*. qua venit *bc. Fr. Iunius*. qua promovit *Latinius*. 8. Sic oratio a Christo *Dabc*. Sic igitur a Christo *AC*. Sic igitur oratio a Christo *bc*. 9. instituta *volebat vir doctus in Misc. Obs. l. l.* 10. potest, docuerat *ACD*. potest, ex ratione qua docetur. Docuerat *a*. potest, ex ratione qua suscipitur. Docuerat *bc., cum Fulvio Ursino*. 11. Iohannes *A*. Ioannes *C*. 12. orare *Fulv. Ursinus*. 13. Iohannis *A*. Ioannis *C., et sic ubicumque nihil adnotavero*. 14. ipso *om. Aφ*.

et Filius, inepta ac dubia divinitatis vocabula inenarrabilis rei magnitudine et maiestate excusantur, modo in id consentiatur, ut Filium a Patre distinguamus, unamque in iis ac in Sancto Spiritu essentiam et naturam praedicemus. Ita praeclarissime sensit S. Ambrosius in libro De Filii Divinitate cap. 5., cuius verba producere volumus, ut pateat non a Tertulliano solum, sed ab aliis quoque scriptoribus ecclesiasticis tum Patrem, tum Filium nominibus Verbi seu rationis, et Sermonis ac spiritus fuisse designatos. „Haec est, inquit, nominis ratio, ut in Patre et Filio unitatem substantiae credas, licet rem ipsam, quae est inenarrabilis, definire non possis: ut sive lumen de lumine dicas, sive Verbum de Verbo, sive Spiritum de Spiritu, sive Dominum de Domino, quodcumque de eo dixeris, unius tamen essentiae Patrem et Filium credas.“ (Murator.)

d. retro] Antea. Cf. adnot. ad De Spect. cap. 9.

e. superducto evangelio] *Superducere* Tertulliano est superaddere. Cf. quae adnotavi ad lib. I. Ad Natt. cap. 11.

f. retro vetustatis] Sic saepius in scriptis Tertulliani substantivis adverbia iunguntur loco adiectivorum. Exempla protuli ad Apolog. cap. 9.

g. ratio qua venit.] Libri veteres pro *qua* habent *quo*; quod si retinere velis, interpretaberis *in quam*. Sed admodum dubito an genuinum sit istud *quo*. Librarii oculi ad praecedentia aberraverint, ubi bis obviam *quo*. Sed quod rem dirimit, Christus, qui ipse ratio est, quomodo *in rationem* venisse dici poterat? Immo *ratione* venit.

h. Ex sermone, quo enuntiatur, ex spiritu, quo tantum potest, docuerat] Hac interpunctione sanavi verba, quae manca esse putaverunt. Vulgo enim distinguentes *constituta est, ex sermone quo enuntiatur, ex spiritu quo tantum potest. Docuerat* cett. desiderabant tertium membrum, *rationem* orationis. Sed hoc dicit Tertullianus, ex sermone quidem et spiritu docuisse et Iohannem orare, non item ex ratione divina illa, quae dominicae propria est orationis. Huc pertinent illa quae sequuntur: „Ideo nec extat *in quae verba docuerit Iohannes adorare.*“ Ut Christus in carne apparuit, ita ratio in dominicae orationis corpore.

ad dominum. Ideo nec [15]extat, in quae verba docuerit Iohannes adorare, quod terrena caelestibus cesserint. Qui de terra est, in- Ioh. III, 31.
quit, terrena fatur, et qui de caelis adest, quae vidit, ea loquitur. Et quid non caeleste quod domini Christi est, ut haec quoque orandi disciplina? Consideremus itaque, benedicti, caelestem eius [16]sophiam, inprimis de praecepto secrete adorandi, quo et fidem hominis exigebat[i], ut dei omnipotentis et conspectum et auditum sub tectis et in [17]abditum[k] etiam adesse confideret, et [18]modestiam fidei desiderabat, ut, quem ubique audire et videre fideret, ei soli religionem suam offerret. [19]Sequente sophia [20]in sequenti [21]praecepto[l] proinde [22]pertineat ad fidem et modestiam fidei, si non agmine verborum[m] adeundum putemus ad dominum, quem ultro suis prospicere certi [23]sumus. [24]Et tamen brevitas ista, quod ad tertium Matth. VI, 8.
sophiae gradum faciat, magnae ac beatae interpretationis substantia fulta est, quantumque substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. Neque enim propria tantum orationis officia complexa est, [25]vel venerationem dei aut hominis petitionem, sed omnem paene sermonem domini, omnem commemorationem disciplinae, ut revera in oratione breviarium[n] totius evangelii comprehendatur.

15. extat *AC.* 16. sofiam *Aβ., ubicumque nihil adnotavero.* 17. abditum *AC.* abditis *Dabc.* 18. modestiam *Abc. Fulv. Ursinus.* modestum *CDa. Verba* et modestiam fidei *in C. sunt uncinis inclusa.* 19. Sequens *Franc. Iunius.* 20. insequenti *C.* 21. praecepto; quod etsi proinde *bc., cum Fulv. Ursino.* 22. pertinet *Franc. Iunius. Vir doctus in Misc. Obs. l. L. volebat scribi* quod etsi proinde pertineat ad fidem hominis et modestiam fidei. 23. sumus (*Aφ*)*CDāc.* simus (*Aβ*)*b.* 24. Et tamen *ACDa.* attamen *bc., cum Fulv. Ursino.* 25. vel venerationem *AC.* venerationem *Dabc.*

i. quo et fidem hominis exigebat] V. Matth. VI, 5 sq. Cyprian. De Orat. Dominica: „Dominus secrete orare nos praecipit, in abditis et sanctis locis, in cubiculis ipsis, quod magis convenit fidei, ut sciamus eum ubique praesentem esse, audire omnes, et maiestatis suae plenitudine in abdita quaeque et occulta penetrare."

k. in abditum] Servavi veterem scripturam. Non semel struxit Tertullianus *in* praepositionem cum accusativo, ubi ablativi locus fuisset. Cf. quae exempla adscripsi ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

l. Sequente sophia in sequenti praecepto] Secundum alterius praecepti sophiam. Novo enim praecepto et nova inest sophia. Prima sophia est in praecepto secrete adorandi, altera in praecepto modeste ac paucis verbis adorandi. Tertia sophia representat ipsam dominicam orationem.

m. agmine verborum] *Πολυλογίᾳ καὶ βαττολογίᾳ.* Cf. Barth. ad Stat. Theb. vol. III, p. 38.

n. breviarium] Sueton. Aug. cap. ult. „*breviarium* totius imperii." Plin. H. N. XVIII, 26 „Omnis culturae *breviarium*," et VII, 26 „hoc est *breviarium* eius ab oriente." Cassian. IV, 43 „*breviarium* colligam." Quod voce hac Tertullianus, et Cyprianus per *compendium*, cum scripserit in hac oratione magna latere *sacramenta* et multa breviter esse *collecta*, adeo „ut nihil omnino praetermissum sit quod non in precibus atque orationibus nostris *caelestis doctrinae compendio* comprehendatur." Iterum de eadem oratione: „Praceptorum suorum fecit grande *compendium*." Sed et ad *breviarium* Tertulliani allusit scribens: „Magisterio suo omnem pacem nostram salutari sermone *breviavit*." Ambros. de Instit. Virg. cap. 2 „Dominica oratio omnia comprehendit." Quod isti *breviarium* et compendium, Cassianus Collat.

Cap. II. Incipit a testimonio dei et merito fidei, cum dicimus, [1]PATER QUI IN CAELIS ES[a]. Nam et deum oramus et fidem commendamus,
Ioh I, 12. cuius meritum est haec appellatio. Scriptum est, Qui in eum [2]crediderint, dedit eis potestatem, ut filii dei vocentur. [3]Quamquam frequentissime dominus patrem nobis pronuntiavit deum, immo et
Matth. XXIII, 9. praecepit, ne quem in terris patrem vocemus, nisi quem habemus in caelis. Itaque sic adorantes etiam praeceptum obimus. Felices, qui patrem agnoscunt. Hoc est quod [4]Israëli exprobratur, quod
Ies. I, 2. caelum ac terram spiritus contestatur, Filios, dicens, genui, et illi me non agnoverunt. Dicendo autem patrem deum quoque cognominamus. Appellatio ista et pietatis et potestatis est[b]. Item in
Ioh. X, 30. patre filius invocatur[c]. Ego enim, inquit, et pater unum sumus. Ne mater quidem ecclesia praeteritur[d]. Siquidem in filio et patre

Cap. II. 1. Pater noster *Fulv. Ursinus.* 2. crediderint *CDabc.* crediderunt *Aβ.* credidē *Aφ.* 3. Quanquam *AβC.* 4. Israheli exprobatur *Aφ.*

IX, 23. dixit *formam* et *modulum,* loquens de hac ipsa oratione dominica. Et cap. 24. dixit hanc orationem „perfectionis plenitudinem continere." Et cap. 1. in virtute orationis reliquas omnes virtutes esse „colligatas atque compactas." Notes obiter, quod Plinio, Suetonio, aliis dicitur *breviarium,* eidem Suetonio August. cap. 28. dici *rationarium,* et Vopisco in Aureliano non breviarium, sed *breve.*" (La Cerda.)

Cap. II. a. PATER QUI IN CAELIS ES.] Notam etiam Luciano fuisse huius orationis formulam declarant ista Triephontis ad Critiam sub finem dialogi qui inscribitur Philopatris [tom. II. p. 779. ed. Graev.]: „*ἔασον τούτους, τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος καὶ τὴν πολυώνυμον ᾠδὴν ἐς τέλος ἐπιθείς.*" (Rigalt.) His verbis sive hac appellatione duo ait praestari, deum scilicet adorari et fidem nostram significari, qua id sumus consecuti, ut filii dei appellemur. Addit nos etiam, cum ita adprecamur, praeceptum obire et adimplere, quo praecipitur, ne quem in terris patrem vocemus, nisi quem habemus in caelis. (Herald. Digress. II, 2.)

b. Appellatio ista et pietatis et potestatis est.] Apolog. cap. 34 „Qui pater patriae est, quomodo dominus est? *Sed et gratius nomen est pietatis quam potestatis.*"

c. Item in patre filius invocatur.] Marcellinus Papa Epist. I: „Sacrificium, quod a Christianis sacris altaribus admovetur, non solum Patri Deo, sed etiam Filio communi devotione offertur, quoniam nec Patri sine Filio potest offerri neque Filio sine Patre sacrari." (La Cerda.)

d. Ne mater quidem ecclesia praeteritur.] Ecclesiam eam intellegit, quam in Patre, Filio et Spiritu Sancto pluribus locis constitutam esse affirmat, ut De Bapt. cap. 6. et De Pudic. cap. 21. Quibus locis existimat Tertullianus ecclesiam esse in Patre, Filio et Spiritu Sancto; unde concludit h. l. mentionem fieri Spiritus et Ecclesiae in Oratione Dominica, quando dicimus Pater Noster. Qui enim invocat patrem, Filii quoque et Matris Ecclesiae sive Spiritus Sancti nomen implorare videtur, atque ita uno nomine, Patris videlicet, tres personae recensentur. (Albaspinaeus.) Ad haec Muratorius haec respondet: Nolim e libro de Pudicitia huius loci explicationem peti, siquidem certum mihi videtur non alium ibi Spiritum Sanctum intelligi quam haeresiarcham Montanum, cuius deliramentis ut Tertullianus assentaretur, Ecclesiam in eo proprie et principaliter constitutam somniavit, immo ipsum esse Ecclesiam lepidissima opinione est arbitratus. Contra cum hucusque S. Hilario teste creditum fuerit, librum de Oratione a Tertulliano catholico scriptum fuisse, nescio quam bene huic libro lucem afferre possimus productis alterius libris nugis ac somniis. Si vero Ecclesiam in Patre, Filio et Spiritu Sancto constitutam dicamus, quod recte dici potuisse non inficior, ne ita quidem ab hisce ambagibus nos expediemus, ut serio cogitanti patebit. Haec Muratorius. Addo etiam Heraldi explicationem, quam proposuit in Digress. II, 2. p. 265: „Signi-

mater recognoscitur, de qua constat et patris et filii nomen. Uno igitur genere aut vocabulo et deum cum suis honoramus[e] et praecepti meminimus et oblitos patris denotamus.

Nomen dei patris nemini proditum fuerat. Etiam qui de ipso Cap. III.
interrogaverat [1]Moyses[a], [2]aliud quidem nomen audierat. Nobis revelatum est in filio. Iam enim filius [3]novum patris nomen est. [4]Ego veni, inquit, in nomine patris; et rursus: Pater, glorifica Ioh. V, 43. XII, 28.
nomen tuum; et apertius: Nomen tuum manifestavi hominibus. Id Ioh. XVII, 6.
ergo ut SANCTIFICETUR postulamus. Non quod deceat homines bene deo optare, quasi sit et [5]alius de quo ei possit optari[b] aut laboret, nisi optemus. Plane benedici deum omni loco ac tempore condecet ob debitam semper memoriam beneficiorum eius ab omni homine. Sed et hoc benedictionis vice fungitur. Ceterum quando non sanctum et sanctificatum est[c] per semetipsum nomen dei, cum ceteros sanctificet ex semetipso? Cui illa angelorum circumstantia non [6]cessant[d] dicere: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Proinde igitur et nos Ies. VI, 3. Apoc. IV, 8.

Cap. III. 1. Moses *A.* 2. aliud quidam *A.* aliud quid, non *Franc. Iunius.* 3. novum *Dabc.* non *AC.* 4. Ego veni, inquit, in nomine patris: et rursus: Pater glorifica nomen tuum *om. CDa.* 5. alius *ACb.* aliud *Dac.* 6. cessant *Aβbc.* cessat *(Aφ)Cda.*

ficat non quidem Matrem Ecclesiam invocari, quod esset perquam absurdum et impium, sed iisdem verbis tacitam eius mentionem quasi iniici, siquidem cum Deum appellamus Patrem, filios eius nos contestamur, et idcirco matris Ecclesiae meminimus, sine qua neque Deus nobis Pater est, neque nos filii Dei sumus. Tertullianus igitur filium hic dicit fidelem, quem mater Ecclesia Deo peperit.“ „Domina mater ecclesia“ appellatur ab Tertulliano Ad Mart. cap. 1. Cf. Cyprian. de Unitate Eccles. p. 467. ed. Baluz.: „Habere iam non potest Deum Patrem, qui ecclesiam non habet matrem.“

e. cum suis honoramus] Id est cum Filio et Spiritu Sancto, uno verbo Deum trinum et unum. Addit „et oblitos patris denotamus.“ Nempe quia dixerat antea „Felices qui patrem agnoscunt. Hoc est quod Israëli exprobratur. Filios genui, et illi me non agnoverunt.“ Cyprianus de Orat. Dom.: „Sed coniungimus et dicimus *Pater Noster,* id est eorum, qui credunt et eorum qui per eum sanctificati et gratiae spiritalis nativitate reparati filii Dei esse coeperunt. Quae vox etiam Iudaeos perstringit et percutit, qui Christum sibi per prophetas annunciatum et ad se prius missum non tantum spreverunt infideliter, sed crudeliter necaverunt.“ (Herald. Digress. l. l.)

Cap. III. a. Moyses] Exod. III, 14 „Si dixerint mihi, Quod est nomen eius? quid dicam eis? Dixit dominus ad Moysem, Ego sum qui sum.“

b. alius de quo ei possit optari] Quasi ulla sit alia maiestas numinis ullius de qua ei possit optari ut sanctificetur. Etenim nulla est, cum unus sit Deus et praeter eum nullus. (Rigalt.)

c. et sanctificatum est] Hieronym. Epist. CXXXV. „Non quod nobis orantibus sanctificetur quod per se sanctum est, sed quod petamus ut quod per naturam sui sanctum est sanctificetur in nobis.“ (Rigalt.) Cyprianus de Orat. „Non quod optemus deo, ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus ab eo, ut nomen eius sanctificetur in nobis.“ Augustin. Epist. CXXI. „Cum dicimus, Sanctificetur nomen tuum, nos ipsos admonemus desiderare, ut nomen eius, quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non contemnatur.“ Venant. Fortunat. de Orat. „Numquid invenitur superior, a quo pater sanctificari valeat? Quasi nos videamur aliquid illi orando praestare, cum magis ipse cuncta sanctificet. Sed Sanctificetur, id est benedicatur nomen tuum incessanter omnibus linguis, universis in locis.“

d. angelorum circumstantia non ces-

angelorum, si [7]meruerimus[e], candidati, iam hinc caelestem illam in deum vocem et officium futurae claritatis [8]ediscimus. Hoc quantum ad gloriam dei. Alioquin quantum ad nostram petitionem, cum dicimus: SANCTIFICETUR NOMEN TUUM, id petimus, ut sanctificetur in nobis, qui in illo sumus, simul et in ceteris[f], quos adhuc gratia dei expectat, ut et [9]huic praecepto pareamus, [10]orando pro omnibus, etiam pro inimicis nostris. Ideoque suspensa enuntiatione non dicentes, Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus.

Cap. IV. Secundum hanc formam subiungimus: FIAT VOLUNTAS TUA[a] IN CAELIS ET IN TERRA, non quod aliquis obsistat[b], quo minus voluntas dei fiat, et ei successum voluntatis suae oremus, sed in omnibus petimus fieri voluntatem eius. Ex interpretatione enim figurata[c]

7. meruerimus *ACa.* meminerimus *Dbc. Probat hoc etiam Fr. Iunius.* 8. ediximus *c.* 9. huius *Fr. Iunius.* 10. orandi *praetulit V. D. in Misc. Obs. l. l.*

sant] Sic habet liber Agobardi. Circumstantiam dicit apparitionem, satellitium, stipatum, et congruenter nomini collectivo pluralis numeri verbum apposuit. (Rigalt.) Circumstantia, *περίστασις* vel potius *παράστασις* Graeco more de angelis enunciatur. Gell. N. A. VII, 4. *circumstationem* vocat. (Fr. Iunius.)

e. si meruerimus] Fr. Iunius et Nic. Rigaltius praeferunt *si meminerimus,* puta caelestis illius vocis atque officii quod iam ediscamus. Rigaltius: „Sed candidati dicuntur, inquit, qui dignitates ambiunt, digni vel indigni, nec refert, ut id vocentur, bene an male sint meriti; est enim commune vocabulum." Verum hae argutiae nihil efficiunt. Gennina est scriptura libri Agobardi et principis editionis *si meruerimus.* „Candidatos angelorum" hic dicit ut „candidati diaboli" De Corona cap. 7. et „candidatus dei" Ad Uxor. II, 7. Sic et De Anima cap. 39 „genimina sua daemoniorum candidata profitentur."

f. simul et in ceteris] Venantius Fortunatus de Orat. „Videmur non tantummodo pro nobis optare ut sanctificetur nomen eius, sed et pro illis qui necdum ad baptismi meruere gratiam pervenire. Nam in Christi plenissima caritate docemur etiam pro inimicis orare, quia et ipse non amicos et fideles, sed adversarios suos et culpabiles de mortis carcere liberavit." Et iterum: „Homo ante baptismum carnalis esse describitur, post baptismum spiritalis efficitur, ideoque pro illis, qui adhuc sine lavacro sunt, a nobis oratur." Tu reliqua. (La Cerda.)

Cap. IV. a. FIAT VOLUNTAS TUA] Hoc iterum Christus ad Deum patrem sub tempus passionis dixit. Matth. XXVI, 42 „*εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.*" Socrates cicutae sorbendae proximus „*Εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γενέσθω.*" (Rigalt.)

b. non quod aliquis obsistat] Venantius Fortun. „Quid est quod sic petitur, ut fiat voluntas Dei? Numquid aliquid potuit eius resistere voluntati, ut non faceret aliquando quod voluit omnipotens?" Tu reliqua. Transcribit certe Tertullianum; ut etiam Cyprianus, qui ait: „Nam Deo quis obsistit, quominus quod velit faciat?" (La Cerda.)

c. Ex interpretatione enim figurata] Per terram typice figurari carnem nostram, per caelum spiritum etiam dixit Venantius, cum ait debere fieri voluntatem dei „sicut in caelo, id est spiritu, ita in terra, id est in carne." Ad quam rem notantes Drogon, Episcopus Hostiensis, Serm. de Passione Christi „Egredere de terra carnis tuae." Et Cyprianus [de Orat. „Nam cum corpus e terra et spiritum possideamus e caelo"], terra et caelum sumus, et in utroque, id est in corpore et in spiritu, ut dei voluntas fiat oramus." Et cum Nazianzenus Orat. l. dixit „*δοῦναι τὸν χοῦν τῷ πνεύματι*", per terram intelligit corpus et carnem hominis. Et Florus, qui vixit sub Carolo Calvo, in Exegesi Missae: „Possumus etiam per caelum et terram intelligere spiritum et carnem, quoniam spiritus e caelo, caro e terra esse co-

carnis et spiritus nos sumus caelum et terra. [1]Quamquam, etsi simpliciter [2]intellegendum est, idem tamen est sensus petitionis, ut in nobis fiat voluntas dei in terris, ut possit scilicet fieri et in caelis. Quid autem deus vult quam incedere nos secundum suam disciplinam? Petimus ergo substantiam et facultatem voluntatis suae subministret nobis, ut salvi simus et in caelis et in terris, quia summa est voluntatis eius salus eorum quos adoptavit[d]. Est et illa dei voluntas, quam dominus administravit praedicando, operando, sustinendo[e]. [3]Si enim ipse pronuntiavit non suam, sed Ioh. VI, 38.
patris facere se voluntatem, sine dubio, quae faciebat, ea [4]erant voluntas patris, ad quae nunc nos velut ad exemplaria provocamur, ut et praedicemus et operemur et sustineamus ad mortem usque. Quae ut implere possimus, opus est dei voluntate[f]. Item dicentes, Fiat voluntas tua, vel eo nobis bene optamus, quod nihil [5]mali sit in dei voluntate, etiam si quid pro meritis cuiusque [6]secus inrogatur. Iam hoc dicto ad sufferentiam nosmetipsos praemonemus. Dominus quoque cum [7]substantia passionis[g] infirmitatem carnis demonstrare iam in sua carne voluisset, Pater, inquit, [8]transfer poculum istud; et recordatus, Nisi quod mea non, sed tua fiat voluntas. Ipse erat voluntas et potestas patris[h], et tamen ad demonstrationem sufferentiae debitae voluntati se patris tradidit. Luc. XXII, 42.

Cap. IV. 1. Quanquam *A., pro more.* 2. intellegendum *A., constanter.* 3. Si *AφC.* Sic *Dabc.* 4. erat *Aφ.* 5. mali sit *(Aβ)Cbc.* sit mali *(Aφ)Da.* 6. sequius *Ios. Scaliger.* 7. substantia *ACDa.* sub instantiam *bc., Fulvio Ursino.* 8. transfert *C.*

gnoscitur. Sed spiritus caelestia quaerit, caro terrena concupiscit, et ideo petimus ut voluntatem dei his duobus concordantibus faciamus." (La Cerda.)

d. salus eorum quos adoptavit.] Gregor. Niss. Serm. IV. de Orat. Domin. „Γενηθήτω τὸ θέλημά σου· θέλημα δὲ θεοῦ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ἐστίν." Cassian. Collat. IX, 19 „Vel certe taliter accipiendum: voluntas Dei salus omnium est, secundum illam Beati Pauli sententiam, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Dicentes ergo ei, Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra, hoc cum aliis verbis oramus, ut, sicut hi qui in caelo sunt, ita omnes qui in terra consistunt, tua pariter agnitione salventur."

e. praedicando, operando, sustinendo.] Venant. Fortunat. „Ergo orandum est, ut nos similiter mereamur docere, agere, sustinere.".

f. opus est dei voluntate.] Cyprianus: „Oramus et petimus, ut fiat in nobis voluntas Dei, quae ut fiat in nobis est Dei voluntate, id est spe eius et protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia et misericordia tutus est."

g. substantia passionis] Natura, qualitate et modo passionis suae. Nihil est quod rescribunt *sub instantiam.*

h. Ipse erat voluntas et potestas patris] Recte, et cum theologis melioribus tum Graecis tum Latinis, qui Filium voluntatem ac potentiam Patris appellarunt. Magnus Athanasius Orat. III: „ἔστι γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ δημιουργὸς καὶ ποιητικὸς, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς βουλή." Cui consentit S. Augustinus de Trinit. XV, 20 „Quidam ne Filium consilii vel voluntatis Dei dicerent unigenitum Verbum, ipsum consilium seu voluntatem Patris idem Verbum esse dixerunt. Sed melius, quantum existimo, dicitur consilium de consilio et voluntas de voluntate." Fau-

Cap. V. Veniat quoque regnum tuum ad id pertinet, [1]quo et Fiat voluntas tua, in nobis scilicet. Nam deus quando non regnat, in
Prov. XXI, 6. cuius manu cor omnium regum est? Sed quicquid nobis optamus, in illum auguramur, et illi deputamus quod ab illo expectamus. Itaque si ad dei voluntatem et ad nostram suspensionem[a] pertinet regni dominici repraesentatio, quomodo quidam [2]protractum quendam in saeculo postulant[b], cum regnum dei, quod ut adveniat oramus, ad consummationem saeculi tendat? Optamus maturius regnare, et non diutius servire. Etiamsi praefinitum in oratione non esset de postulando regni adventu, ultro eam [3]vocem protulissemus, festinantes ad spei nostrae complexum. Clamant ad dominum
Apoc. VI, 10. [4]invidia animae martyrum[c] sub altari: Quonam usque non ulcisceris, domine, sanguinem nostrum de incolis terrae? Nam utique ultio illorum a saeculi fine dirigitur. Immo quam [5]celeriter veniat, domine, regnum tuum votum Christianorum, confusio nationum, exultatio angelorum, propter quod conflictamur, immo potius propter quod oramus.

Cap. VI. Sed quam eleganter[a] divina sapientia ordinem orationis in-

Cap. V. 1. quo et *Leopoldus.* quod et *ACDab.* quod est *Semlerus.* 2. protractum *Abc. Fulv. Ursinus.* pertractum *CDa.* per tractum *Ios. Scaliger.* 3. vocem protulissemus *bc.* vocem postulissemus *A.* vocem postulassemus *CDa.* voto postulassemus *Latinius.* vocem post tulissemus *Ios. Scaliger.* 4. invidia *ACb.* in visu *Dac.* 5. caeleriter *Aβ.*

stinus contra Arianos cap. 1 „Pie ergo dictum est, quod Filius voluntas est Patris.“ Idem senserunt Origenes, Clemens et Cyrillus Alexandrini, Gregorius Nyssenus, Hieronymus, Ambrosius, Marius Victorinus et alii. Cum praeterea Deus omnia per Filium fecerit, hinc est quod Filius *potentia* seu *postestas,* et *vis* et *virtus* et *manus* et *brachium Patris* appellatur. Cuius rei testimonia producere superfluum reor. (Murator.)

Cap. V., a. et ad nostram suspensionem] Hoc est ad spei sive expectationis nostrae solatium in resurrectionis nostrae et regni dominici mora expectamus sollicite quod in suspenso esse novimus. (Rigalt.)

b. protractum quendam in saeculo postulant] Orantes pro mora finis. (Rigalt.) Venant. Fortunatus: „Agnoscitur his verbis eas increpare personas, quae saeculi istam vitam diutius volunt *protrahere.*“ Cf. Cyprian. de Mortal. cap. 12. et 13.

c. Clamant ad dominum invidia animae martyrum] Usurpata saepius huic auctori locutio. In Apolog. [cap. 40.]: „In sacco et cinere volutantes *invidia caelum tundimus.*“ De Fuga in Persecut. [cap. 10.]: „— malo *invidiam ei facere* per voluntatem ipsius pereundo quam bilem per meam evadendo.“ De Ieiun. [cap. 16.]: „Annuo ritu saccis velati et cinere conspersi idolis suis *invidiam supplicem obiiciunt.*“ Tacit. Ann. XI. [cap. 34.]: „Vibidiam depellere nequivit, quin *multa cum invidia flagitaret,* ne indefensa coniunx exitio daretur.“ Et Iuven. Sat. XV. [v. 122 sq.]: „— anne aliam terra Memphitide sicca *Invidiam facerent* nolenti surgere Nilo?“ Clamant igitur ad Dominum invidia animae martyrum sub altari, hoc est multa cum invidia tundunt, sanguine per tot cruciatus fuso invidiam Deo obiiciunt. Tam sunt obnixae et efficaces martyrum voces, ut ab Deo vel invito sanguinis ob ipsius nomen fusi vindictam extorquere valeant, adeoque ipsum, nisi petentibus annuat, invidia crudelitatis et immisericordiae onerare videantur. (Rigalt.) Cf. adnot. ad Apolog. cap. 40.

Cap. VI. a. Sed quam eleganter] Venant. Fortunatus hoc initium etiam ha-

struxit, ut post caelestia, id est post dei nomen, dei voluntatem et dei regnum terrenis quoque necessitatibus petitioni locum faceret! Nam [1]et edixerat dominus: Quaerite prius [2]regnum, et tunc vobis etiam haec adicientur. Quamquam PANEM NOSTRUM QUOTIDIANUM DA NOBIS HODIE [3]spiritaliter potius intellegamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus et [4]vita panis. Ego sum, in- Ioh. VI, 35.
quit, panis vitae. Et paulo supra: Panis est sermo dei vivi, qui Ioh. VI, 33.
descendit de caelis. [5]Tum quod et corpus eius in pane censetur: Hoc est corpus meum. Itaque petendo panem quotidianum perpe- Matth. XXVI, 26.
tuitatem postulamus in Christo et individuitatem a corpore eius[b]. Luc. XXII, 19.
Sed et quia carnaliter admittitur ista vox, non sine religione potest fieri et [6]spiritalis disciplinae. Panem enim peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est; cetera enim nationes requirunt. Ita Matth. VI, 32.
et exemplis inculcat et parabolis retractat, cum dicit: Numquid Matth. XV, 26.
panem filiis pater aufert et canibus tradit? Item: Numquid filio Matth. VII, 9.
panem poscenti lapidem tradit? Ostendit enim, quid a patre filii expectent. Sed et nocturnus ille pulsator panem [7]pulsabat[c]. Merito Luc. XI, 5.
autem adiecit: Da nobis hodie, ut qui praemiserat: Nolite de cra- Matth. VI, 34
stino cogitare quid edatis. Cui rei parabolam quoque accommodavit illius hominis, qui [8]provenientibus fructibus ampliationem horreorum et longae securitatis spatia [9]cogitavit, is ipsa nocte Luc. XII, 16 sqq.
moritur[d].

Consequens erat, ut observata [1]dei liberalitate etiam clemen- Cap. VII.

Cap. VI. 1. et edixerat *Dabc.* et ei dixerat *AC.* 2. regnum dei et *V. D. in Misc. Obss. l. l.* 3. spiritaliter *AC.* 4. vitae *Semlerus et V. D. in Misc. Obss. l. l.* 5. Tum (*Aφ*)*Dabc.* Tunc *AβC.* 6. spiritalis *AC.* 7. pulsabat *ACDa.* poscebat *bc., cum Fulvio Ursino.* 8. pro venientibus *Fr. Iunius.* 9. cogitans ipsa *V. D. in Misc. Obss. vol. III, tom. 1. p.* 221.

Cap. VII. 1. dei *Dabc.* diei *AC.*

bet: „Considerandum est quam mirabiliter orationis huius ornatus sit textus, ut nominatis aeternis temporalia peterentur" cett.

b. individuitatem a corpore eius.] Mentem Tertulliani explicat Cyprianus his verbis: „Hunc panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus et eucharistiam quotidie ad cibum salutis recipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abstenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur." Fortunatus vero sic: „Quod vero quotidianum panem petimus, hoc insinuare videtur, ut communionem eius corporis, si est possibile, omnibus diebus reverenter sumamus." (La Cerda.)

c. panem pulsabat.] Nihil muto. Panem pulsare est panem pulsando poscere. Sic Petr. Chrysol. Serm. XLIII. orationem *pulsare* dicit.

d. is ipsa nocte moritur.] Abundat pronomen demonstrativum. Sic Arnob. Adv. Natt. V, 1 „Numam *illum regem* — — celasse *eum* vinculis. Id. VI, 8 „ostendimus templa *diis immortalibus* aut inaniter *iis* esse constructa aut" cett. V. Gronov. ad Gell. N. A. XI, 1. et ad Sueton. Aug. cap. 67. Arntz. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. III, 27. Drakenb. ad Liv. XXV, 27. et ad Sil. Ital. XII, 441. Orell. et Hildebr. ad Arnob. l. l., Davis ad Cic. de Nat. Deor. I, 18. et ad Tuscul. III, 8. Hildebr. ad Apul. de Mundo cap. 7. tom. II, p. 357.

tiam eius precaremur. Quid enim alimenta proderunt, [2]si illis reputamur[a] revera quasi taurus ad victimam? Sciebat dominus se solum sine delicto esse. Docet itaque Petamus [2b]DIMITTI NOBIS DEBITA NOSTRA. Exomologesis est petitio veniae, quia qui petit veniam delictum confitetur[b]. Sic et [3]paenitentia demonstratur acceptabilis deo, [4]qui mavult eam quam mortem peccatoris. Debitum autem in scripturis delicti figura est[c], quod perinde iudicio debeatur et ab eo exigatur, nec evadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio; sicut illi servo dominus debitum remisit. Huc enim spectat exemplum parabolae totius. Nam et quod idem servus [4]a domino liberatus non perinde parcit debitori suo ac propterea delatus
Matth. V, 25. 26. penes dominum tortori delegatur ad solvendum novissimum quadrantem, id est modicum usque delictum, eo competit, quod remittere nos quoque profitemur debitoribus nostris. Iam et alibi ex
Luc. VI, 37. [6]hac [7]specie orationis: Remittite, inquit, et remittetur vobis. Et
Matth. XVIII, 21. 22. cum interrogasset Petrus, si septies remittendum esset fratri, Immo, inquit, septuagies septies; ut legem in melius reformaret, quod in Genesi de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies ultio reputata est[d].

Cap. VIII. Adiecit ad plenitudinem tam expeditae[a] orationis, ut non de remittendis tantum, sed etiam de avertendis in totum delictis supplicaremus: NE NOS INDUCAS IN [1]TEMPTATIONEM, id est, ne nos patiaris induci, ab eo utique qui [2]temptat. Ceterum absit ut dominus temptare videatur[b], quasi aut ignoret [3]fidem cuiusque aut deicere [4]sit

2. si illis *ACDa.* si illi *bc.* si in eis *Fr. Iunius.* 2b. *Possis* DIMITTE. 3. patientia *C.* 4. qui mavult (*Aφ.*) *Leopoldus.* quia vult (*Aβ*)*CDabc.* 5. a dnō *A.* 6. hac *om. c.* 7. spetię *Aβ.*

Cap. VIII. 1. temptationem *Aβ., ubicunque nihil adnotavero.* 2. temptat *Aβ., ubicunque nihil adnotavero.* 3. et fidem *C.* 4. sit gestiens (*Aβ*)*bc.* sit consentiens (*Aφ*)*CDa.*

Cap. VII. a. si illis reputamur] Si illis alimentis deputamur vel destinamur quasi saginandi. *Reputare* pro deputare, quo fere utitur, habes ita cum dativo positum Scorpiac. cap. 6 „Beatus vir cui deus non imputaverit delictum. Proprie enim *martyribus* nihil iam *reputari* potest, quibus in lavacro ipsa vita deponitur. De Testim. An. cap. 6 „Vanus es, si *huic linguae soli aut Graecae,* quae propinquae inter se habentur, *reputabis eiusmodi,* ut neges naturae universitatem."

b. delictum confitetur.] Venant. Fortunatus: „Bene post escam quaesitam postulatur venia peccatorum, ut qui dei cibo pascitur deo vivat, si ei dimittantur peccata: et congrue, ne se humana extollat superbia petendo veniam, videtur confiteri delicta."

c. delicti figura est] Cyprianus: „Si peccata donentur, quae debita Dominus appellat, sicut in evangelio suo dicit, Dimisi tibi omne debitum, quia me rogasti." Fortunatus: „Convenienter debita peccata dicuntur, quae et debentur et requirenda sunt. Nam sicut debitor a creditore requiritur, ita peccatum a deo in die iudicii necesse est exigatur."

d. ultio reputata est] Ultio septuagies septies exigenda reputata vel visa est.

Cap. VIII. a. expeditae] Compendiosae.

b. absit ut dominus temptare videatur] Fortunatus: „Numquid deus aliquem in laqueum tentationis inducit? aut ab

gestiens[c]. Diaboli est et infirmitas et malitia. Nam et [5]Abraham non temptandae fidei gratia sacrificare de filio iusserat, sed probandae, ut per eum faceret exemplum praecepto suo, quo mox praecepturus erat, [6]ne quae pignora[d] deo [7]cariora haberet. Ipse a diabolo temptatus praesidem et artificem temptationis demonstravit. Hunc locum posterioribus confirmat, Orate, dicens, ne temptemini. Luc. XXII, 46. [8]Adeo temptati sunt dominum deserendo, [9]quia somno potius indulserant quam orationi. Ergo respondet [10]clausula, interpretans quid sit, Ne nos deducas in temptationem. Hoc est enim: SED [11]DEVEHE[e] NOS A [12]MALO.

Compendiis[a] [1]pauculorum verborum [2]quot attinguntur edicta prophetarum, evangeliorum, apostolorum, sermones domini, parabolae, exempla, praecepta! [3]quot simul expunguntur [4]officia[b]! Dei honor in patre, [5]fidei testimonium in nomine, oblatio obsequii in voluntate, commemoratio spei in regno, petitio vitae in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo [6]temptationum in postulatione tutelae. Quid mirum? Deus solus docere potuit, [7]quomodo se vellet orari. Ab ipso igitur ordinata religio orationis, et [8]de spiritu ipsius iam tunc, cum ex ore divino ferretur, Cap. IX.

5. Abraham *ACDa.* Abrahamum *bc.* 6. ne quae *ego.* ne quis *Ios. Mercerus.* neque *ACDabc.* 7. chariora haberet *C.* carior haberet *A.* cariora habenda *Dabc.* 8. A Deo *C.* 9. quia *AβC.* qui (*Aφ*)*Dabc.* 10. causula *Aβ.* 11. devehe *ACbc.* evehe *Da.* 12. malos *C.*

Cap. IX. *Hic incipit codex B. cum hac inscriptione:* INC. TERTVLLIANI DIVERSARVM RERVM NECESSARIARVM. I. Posse nos superadicere. II. Ne orans patrem fratri irascaris. III. Etiam omni animi contusionẽ vacuum esse debere. IV. De lavatione manuum. V. Apostrophe. VI. De expositis penulis. VII. De assidendo post orationem. VIII. De manibus elatis. IX. De vultu. X. De osculo. XI. De stationibus. XII. De habitu feminarum. XIII. De virginibus. XIV. Responsio. XV. De genu ponendo. XVI. De loco. XVII. De tempore. XVIII. De fratrum digressu. XIX. De subiugendo psalmo. XX. De hostia spiritali. XXI. De vi et affectu orationis. ANACEPHALESIS. Compendiis *cett.* *In A. extat:* malo. ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙωCIC. Compendiis (Compendium *Aφ.*) *cett.* *Inscriptionem* Ἀνακεφαλαίωσις *habent etiam CDc. Abest tantum in ab.* 1. pauculorum *Bc.* paucorum *ACDab.* 2. quot *bc.* quod *ABCDa.* 3. quod *ABC.* 4. officia dei, honor *distinguunt* (*A*)*BCDa.* 5. fidei (*Aβ*)*Bbc. Fulv. Ursinus, Franc. Iunius.* fides *AφCDa.* 6. temptationum *AB., ubicumque.* 7. quomodo *B.* ut *ACDabc.* 8. de spiritu *ABCDabc.* spiritu *alii.*

inimico cupit supplantari, qui monet ne incidat?"

c. deicere sit gestiens.] Testatur Rigaltius ita in libro Agobardi legi. Pristinam scripturam *sit consentiens* rescribendam puto in *sit nos gestiens.*

d. pignora] Cf. quae adnotata sunt ad De Idolol. cap. 12.

e. DEVEHE] Cf. De Cultu Fem. I, 2 „— ne eis profuisset felicitas sua, sed ut *devectae de simplicitate et sinceritate* una cum ipsis in offensam dei pervenirent."

Cap. IX. a. Compendiis] Recte Anacephalaeosis inscribitur hoc caput, cum compendiose tota dominicae orationis expositio ante legentium oculos exhibeatur. (Murator.)

b. expunguntur officia!] De verbo *expungere,* apud Tertullianum usitatissimo, cf. adnot. ad Apolog. cap. 35.

animata, suo privilegio ascendit in caelum, commendans patri quae filius docuit[c].

Cap. X. Quoniam tamen dominus prospector humanarum necessitatum
Matth. VII, 7. Luc. XI, 9. seorsum post [1]traditam orandi disciplinam, Petite, inquit, et accipietis, et sunt, quae petantur pro [2]circumstantia cuiusque[a], praemissa legitima et ordinaria oratione quasi fundamento, [3]accedentium desideriorum ius est [4]superstruendi extrinsecus petitiones, cum memoria tamen praeceptorum[b].

Cap. XI. Ne [1]quantum a praeceptis, tantum ab auribus dei longe simus, memoria praeceptorum viam orationibus sternit ad caelum; quorum praecipuum [2]est, ne prius ascendamus ad [3]altare dei, quam, si
Matth. V, 23 sq. quid discordiae vel offensae cum fratribus contraxerimus, resolvamus. [4]Quale est[a] enim ad pacem dei [5]accedere sine pace? ad remissionem debitorum cum retentione? Quomodo placabit patrem iratus in fratrem, cum omnis ira ab initio interdicta sit nobis? Nam et [6]Ioseph dimittens fratres suos ad perducendum patrem, Et
Gen. XLV, 24. ne, inquit, irascamini in via. Nos scilicet [7]monuit (alias enim via cognominatur disciplina nostra[b]), tum ne in via orationis constituti

Cap. X. *Inscriptio* POSSE NOS (HOS *Aφ.*) SVPERADICERE (super adiicere *CD.* superadiicere *c.*) *extat in ABC., abest in ab.* 1. tradita morandi *Aφ.* 2. circunstantia *Cb., pro more.* 3. accedentium desideriorum *B.* accedentium iuxta desideriorum *L. Latinius et Fr. Iunius.* accidentium iuste desideriorum *Ios. Scaliger.* accidentium iustorum desideriorum *Fulv. Ursinus.* accidentium ius est desideriorum *ACDabc.* 4. superfluendi *c.*

Cap. XI. 1. quantum *CDabc.* quam *A.* quã *B.* 2. est, NE ORANS PATREM FRATRIS IRASCARIS. Ne prius *ABCD. In c. caput XI. incipit post voc.* simus, *cum eadem inscriptione. In ab., quorum haec caput X. incipit ilem post* simus, *illa cum verbis* Cum memoria tamen, *abest inscriptio.* 3. altare dei *B.* dei altare *ACDabc.* 4. Quale est enim *Aβ.* Quale est enim si quid *B.* Quid est enim *(Aφ)CDabc.* 5. accedere *(Aφ)BCDa.* recedere *(Aβ)bc.* 6. Iosef *Aβ., pro more.* 7. monuit Helias enim *B.*

c. commendans patri quae filius docuit.] Praeclare Augustinus in Psalm. LVI. „Preces tibi composuit caelestis iuris peritus. Qui noverat quid ibi ageretur, ait tibi, Aliter non impetrabis.“ Et paulo post: „Vide quod voluit esse ipse advocatus tuus, ipse adsessor patris.“ (Rigalt.)

Cap. X. a. pro circumstantia cuiusque] Pro necessitate cuiusque. De leiun. cap. 9 „Sed constitui oportebat exemplum docens in tempore pressurae et persecutionis et *cuiuscumque circumstantiae,* xerophagiis esse vivendum.“

b. cum memoria tamen praeceptorum.] Praeter generales orationis dominicae petitiones, quae cuilibet Christianorum sunt communes, alia saepe a deo, singulorum propria hominum, petenda se offerunt. Communi itaque orationi quaedam addere licet pro cuiusque necessitate et voto, dummodo petitionibus nostris divina praecepta non adversentur. (Murator.)

Cap. XI. a. Quale est] Ita edidi ex libro Ambrosiano. Formula enim est Tertulliano satis usitata. V. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 5.

b. alias enim via cognominatur disciplina nostra] Plenus psalmus Davidicus, in quo *via mandatorum* cett., ubi via est doctrina divina. (La Cerda.) Unde „homines viae“ primo dicti sunt Christiani, ut est in Actis cap. 9., ubi Paulus acceperat litteras, ut homines viae comprehenderet, id est Christianos.“ (Pancirolus.)

ad patrem cum ira incedamus. Exinde aperte dominus amplians legem iram in fratrem homicidio superponit[c]. Ne verbo quidem malo permittit expungi; etiam si irascendum est, non ultra solis receptum, ut Apostolus [8]admonet. Quam [9]autem temerarium est aut diem sine oratione transigere, [10]dum cessas fratri satisfacere, aut orationem perseverante iracundia perdere? Eph. IV, 26.

Cap. XII. Nec ab ira solummodo, sed omni omnino [1]confusione animi libera [2]esse debet orationis intentio, de tali spiritu emissa, qualis est spiritus ad quem [3]mittitur. Neque enim agnosci poterit [4]spiritu sancto spiritus inquinatus, aut tristis a laeto, aut impeditûs a libero. Nemo adversarium recipit, nemo nisi comparem suum admittit.

Cap. XIII. Ceterum quae ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente orationem obire, quanto et ipsis manibus [1]spiritales munditiae sint necessariae, ut a falso, a caede, a saevitia, a [2]veneficiis, ab [3]idololatria ceterisque maculis, quae spiritu conceptae manuum [4]opera transiguntur, purae alleventur? Hae sunt verae munditiae, non quas plerique superstitiose curant, ad [5]omnem orationem, etiam [6]cum a lavacro totius corporis veniunt, aquam sumentes. Id cum [7]scrupulosius percontarer et rationem requirerem, comperi commemorationem [8]esse in domini deditionem. Nos dominum adoramus, non [9]dedimus, immo et adversari debemus deditoris exemplo, nec propterea manus abluere. Nisi [10]quod conversationis humanae inquinamentum conscientiae [11]causa, ceterum[a] satis mundae sunt manus, quas cum toto corpore in Christo semel lavimus.

8. ammonet *Aβ*. 9. aũ temerariũ *B*. 10. an (*eadem manus corr.* aut) dũ *B*.

Cap. XII. ETIAM OMNI ANIMI CONFVSIONE (CONTVSIONE *B.*) VACVVM ESSE DEBERE (DEBERE *om. B.*) Nec (Ne *A.*) *ABCDc. Inscriptionem non habent ab.* 1. contusione *B*. 2. esse debet *B*. debet esse *ACDabc*. 3. emittitur *B*. 4. spiritu *ABC*. a spiritu *Dabc*.

Cap. XIII. DE LAVATIONE MANVVM. Ceterum *ABCDc. Inscriptio non comparet in ab., in quibus hic incipit caput XI.* 1. spiritales *AC*. spirituales *B*. 2. beneficiis *B*. 3. idolatria *B*. 4. opere *B*. 5. omnememorationem *Aφ*. 6. cum a lavacro totius corporis veniunt, aquam *ego*. cum a lavacro totius corporis veniunt ad aquam *B*. cum lavacro totius corporis veniunt aquam *AC*. cum lavacro totius corporis aquam *Dabc*. 7. scrupulosius *B*. scrupulose *ACDabc*. 8. esse in domini deditionem *Dabc*. esse in domini dedicationem *AC*. esse pilati. manus abluisse in domini deditione *B*. *Verba* pilati manus abluisse *quin glossatoris sint vix ambigendum puto*. 9. dicimus *B*. 10. quod conversationis *ACDabc*. quod aliquđ conversationis *B*. quoad conversationis *Ios. Mercerus*. 11. causa, ceterum *AB*. causa lavemus. Ceterum *CDabc*. *Perperam Muratorius cum voce* Ceterum *incipit caput XIV.*

c. superponit.] Expresse in veteri lege prohibita non videtur ira, sed quidem homicidium. At Christus amplians legem, hoc est perficiens et novis disciplinae praeceptis amplificans, homicidio damnato irae quoque damnationem ac prohibitionem addidit sive superposuit. (Murator.)

Cap. XIII. a. ceterum] Vulgo male scribunt et distinguunt *abluere, nisi quod*

Cap. XIV. Omnibus licet membris lavet quotidie [1]Israël, nunquam tamen mundus est. Certe manus eius semper immundae, sanguine prophetarum et ipsius domini [2]cruentatae in aeternum; et ideo conscientia patrum haereditarii rei nec attollere eas ad dominum au-
Ies. I, 15. dent, ne exclamet aliquis [3]Esaias[a], ne exhorreat Christus. Nos vero non attollimus tantum, sed [4]etiam expandimus[b], [5]et *de* dominica passione [6]modulati[c] et orantes confitemur Christo.

Cap. XV. Sed quoniam unum [1]aliquod attigimus vacuae[a] observationis, non [2]pigebit cetera quoque denotare, quibus merito vanitas [3]exprobranda est, [4]siquidem [5]sine ullius aut dominici aut apostolici praecepti auctoritate [6]fiunt. Huiusmodi[b] enim non [7]religioni, sed superstitioni deputantur, affectata et coacta et curiosi potius quam rationalis officii, certe vel eo [8]coërcenda, quod gentilibus [9]adaequent. Ut est quorundam [10]expositis paenulis[c] orationem facere;

Cap. XIV. APOSTROPHE (APOSTROFE *A.*). Omnibus *ABC. Inscriptio desideratur in Dab.* 1. Israhel numquam *A. Pro* quotidie *in B. est* cottidie. 2. incrustatae *B.* 3. Eseias *A.* 4. etiam *in B. est postea additum, sed ab eadem manu.* 5. et de dominica *ego.* et dominica *ABCDa.* e dominica *bc.* 6. modulati *ego.* modulamur *Desid. Heraldus ad Tertull. Apolog. cap.* 29. *p.* 118. modulatum *ABbc.* modulantes *CDa. Leopoldus rescribendum censuit* et dominicam passionem modulantes.

Cap. XV. *In ab. incipit caput XII.* 1. aliquđ attingimus *B.* 2. pigebat *B.* 3. exprobanda *Aφ.* 4. si quidem (*Aφ*)*BDabc.* Et siquidem *AβC.* 5. si ullius *B.* 6. definiunt *B.* 7. religionis *A.* 8. cohercenda *B.* 9. adaequent. DE EXPOSITIS (POSITIS *D.*) PENVLIS. Ut est *ABCD. In ab. inscriptio non comparet, in c. legitur initio huius capitis.* 10. expositis *ABCbc.* positis *Da.*

— — *conscientiae causa lavemus. Ceterum* cett. Pro *Nisi quod* in libro Ambrosiano extat *Nisi quod aliquot* h. e. *Nisi quod aliquod.* Glossator adscripserat voculam *aliquod,* qua illud *quod* explicaret. Haec per errorem postea in textum irrepsit. Sic supra cap. 13. idem liber habet *comperi commemorationem esse pilati. manus abluisse in domini deditione.* Sed verba *pilati manus abluisse* neque editio princeps, nec Gelenii, nec liber Agobardi agnoscunt. Quod superest, in sequentibus vocem *causa* cave ne pro ablativo sumas.

Cap. XIV. a. aliquis Esaias] De pronomine *aliquis* per emphasin addito nominibus propriis v. quae adnotavi ad Apolog. cap. 11.

b. sed etiam expandimus] Cf. Apolog. cap. 30.

c. et de dominica passione modulati] Praepositionem *de* absorpserat sequens vocabulum. Modulari est formare. Cf. Ad Natt. I, 3 „Christianum vero nomen — — sic quoque *de* suavitate vel bonitate *modulatum est.*“ Ibid. II, 4 „discediturr vocabuli interpretatione, pariter et divinitatis opinione, quae de cursu et motu *modulata* rescinditur.“ Ceterum pro *de dominica passione modulati* possis etiam *dominicam passionem modulamur.* Quod ad rem cf. Ad Natt. I, 12 „si statueris hominem manibus expansis, imaginem crucis feceris.“ Maxim. Taurin. Homil. II, de Cruce Domini: „Ipsius etiam incessus hominis, cum manus levaverit, crucem pingit.“

Cap. XV. a. vacuae] h. e. supervacuae, vanae atque inanis. De Carne Chr. cap. 5 „Diximus retro aeque illum et nativitatis et infantiae imaginariae *vacua* ludibria subire potuisse.“ Ita haud raro etiam *vacare* apud Tertullianum est pro supervacuum esse. Apolog. cap. 2 „(tormenta) si confessione praevenianntur, *vacabunt.*“ De Corona cap. 10 „sed *vacat* totum, et est ipsum quoque opus mortuum.“ De Pall. cap. 5 „Si quid interulae subter est, *vacat* zonae tormentum.“

b. Huiusmodi] V. adnotata ad De Baptismo cap. 12.

c. expositis paenulis] *Exponere* Afri potissimum usurpant pro deponere. Cf.

sic enim adeunt ad idola nationes[d]. Quod utique [11]si fieri oporteret, [12]apostoli, qui de habitu orandi docent, comprehendissent; nisi si qui putant Paulum paenulam suam in oratione penes Car- II Tim. IV, 13.
pum reliquisse. Deus scilicet non audiat paenulatos, qui tres sanctos in fornace [13]Babylonii regis orantes cum [14]sarabaris et [15]tiaris[e] Dan. III, 19 sqq.
suis exaudivit.

Item quod [1]assignata oratione[a] assidendi mos est quibusdam, Cap. XVI.
non [2]perspicio rationem, [3]nisi quam pueri volunt[b]. Quid enim, si Hermas ille[c], cuius scriptura fere Pastor inscribitur, transacta oratione non super lectum assedisset, verum aliud quid fecisset, id quoque ad observationem vindicaremus? Utique non. Simpliciter enim et nunc positum est, Cum adorassem et [4]assedissem super lectum[d], ad ordinem narrationis, [5]non ad instar disciplinae. Alio-

11. si fieri oporteret *ACDabc.* ●fieri oportere *B.* 12. apostoli, qui *BDabc.* apostoli quae *C.* apostolique *A.* 13. Babylonis *B.* 14. sarabaris *Dabc.* sabaris *ABC.* 15. tyaris *ACDbc.*

Cap. XVI. DE ASSIDENDO POST ORATIONEM. Item *ABCDc. Abest titulus in ab.* 1. assignata *B.* adsignata *AC.* 2. perspici orationem *BC.* 3. nisi quam pueri volunt. Quid enim si *B.* nisi si *ACDabc.* 4. sedissem *B.* 5. nos *B.*

De Pallio cap. 5 „Nullius profecto alterius indumenti *expositio* quam togae gratulatur." Ibid. paulo post: „etiam cum *exponitur*, nulli cruci in crastinum demandatur.", ad quae verba v. Salmasii adnotata. Cyprian. Ep. ad Antonian. p. 113. ed. Oxon. „Mortificate itaque membra vestra, quae in terra sunt, *exponentes* fornicationem, immunditiam et concupiscentiam malam" cett., Arnob. Adv. Natt. II, 41 „omnique alio cultu vigorem virilitatis et *exponere* et in habitum feminarum deliciasque molliri." Id. IV, 26 „nomen virginitatis *exponere*." Cf. Hildebr. ad Arnob. IV, 21. p. 368. et Buenem. ad Lactant. Inst. Div. I, 7. p. 46. III, 26. p. 403. et ad VII, 5. p. 886.

d. sic enim adeunt ad idola nationes.] Paenula vestium genus fuit, quas pluvioso frigidoque caelo veteres induebant. Has, antequam precibus operam darent, quidam e Christianis deponendas arbitrabantur. Quod vero Tertullianus ait, id consuevisse fieri ab Nationibus idola adeuntibus, Aeschyli interpres Graecus confirmare videtur. Nescio quid etiam de mutationibus vestium in Gentilium sacris ipse Tertullianus habet De Pallio cap. 4. (Murat.) Schol. Aesch. Septem c. Theb. v. 101: „*Πότε στέφη ῥίψομεν ἢ πέπλους ἐπὶ γῆς, ἢ νῦν, τραπεῖσαι ἐπὶ λιτανείαν τὴν περὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως; παρετίθεσαν γὰρ καὶ πέπλους, καὶ ἐνέδυον τοὺς πέπλους τὰ ἀγάλματα.*"

e. cum sarabaris et tiaris] Cf. De Pall. cap. 4. De Resurr. Carnis cap. 58.

Cap. XVI. a. assignata oratione] Interpretantur vulgo peracta, vel finita oratione, quod sensus postulare videatur, sed est oratione *dicata*. Cf. Scorp. cap. 8 „perennes cruoris sui maculas silicibus *adsignans*." De Patient. cap. 13 „virginem (patientia) *adsignat*" (sc. deo). Cf. De Pall. cap. 4. et De Pudicitia cap. 20.

b. nisi quam pueri volunt.] Ita edidi ex codice Ambrosiano. Puerilis autem est aetatis sibi quaeque, cum in aliis viderint, imitanda censere.

c. si Hermas ille] Memoratur Hermae Pastor, apocryphus liber, et De Pudic. cap. 10 et 20. Ceterum ex eo, quod hoc loco Tertullianus non diserte illum apocryphum appellet et damnet, id quod fecit in libro De Pudicitia, argumenti aliquid peti non posse quo libellum De Oratione catholicus scripsisse firmetur, nemo non videt. Posse tamen persuaserat Muratorius, sibique post eum alii. Immo, vel pronomen *ille* Hermae nomini additum demonstrat Tertulliani iudicium. Est enim contemptus.

d. super lectum] Herm. Past. lib. II, prooemio: „Cum orassem domi et consedissem supra lectum, intravit vir quidam" cett. Pro *et nunc positum est* G.

quin nusquam erit adorandum, nisi ubi fuerit lectus. [6]Immo contra scripturam fecerit, si quis in cathedra aut subsellio sederit. Porro[e] cum [7]perinde faciant nationes, [8]vel adoratis sigillaribus suis residendo[f], vel propterea in nobis [9]reprehendi meretur quod apud idola celebratur[g]. Eo apponitur et [10]inreverentiae crimen, etiam ipsis nationibus, si quid [11]saperent, intellegendum. Si quidem [12]inreverens est assidere sub conspectu contraque conspectum eius quem [13]cum maxime reverearis ac venereris, quanto magis sub conspectu dei vivi, angelo adhuc orationis [14]adstante[h], factum istud [15]inreligiosissimum est? Nisi exprobramus deo, quod nos oratio fatigaverit.

Cap. XVII. Atqui cum modestia et humilitate adorantes magis [1]commendamus deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius [2]elatis[a], sed temperate ac probe [3]elatis, ne vultu quidem in audaciam [4]erecto[b]. [5]Nam ille publicanus, qui non tantum prece, sed et vultu

6. immo, *non* imo, *scriptum est in ABC., ubicumque nihil adnotavero.* 7. proinde *B.* 8. vel adoratis *AβBC.* adoratis (*Aφ*)*Dabc.* 9. deprehendi *B.* 10. inreverentiae *AβB.* 11. saperet *B.* 12. inreverens *AβBC.* 13. cum maxime *ACDabc.* maxime *B.* 14. adstante *AC.* astante *B. Pro* orationis *Fr. Iunius vult* orationi. 15. inreligiosissimum *ABC.*

Cap. XVII. DE MANIBVS ELATIS. Atqui *ABCD.* DE MANIBVS ELATIS ET DE VVLTV. Atqui *c. In ab., qui inscriptionem non habent, incipit caput XIII.* 1. commendamus (*Aφ*)*Dabc.* commendavimus *AβC. Possis inde* commendabimus. 2. elatis *deleri vult Fr. Iunius.* 3. elatis. DE VVLTV. Ne vultu *ABCD.* 4. recto *B.* 5. Nam et ille *B.*

Pancirolus reponendum putabat *est hoc positum.* Sed hoc vult Tertullianus, non magis hodie illa verba Hermae debere posita videri ad instar disciplinae, quam tum, cum scripserit auctor; pertinere enim solummodo ad ordinem narrationis.

e. Porro] Atenim, atquin, immo. Cf. adnot. ad De Corona cap. 7.

f. vel adoratis sigillaribus suis residendo] Sigillaria appellat signa deorum gentilium, per contemptum. Sunt enim sigillaria *νευρόσπαστα,* quae *poppacci* hodie appellant Romani, Galli *marionettes.* Cf. Adv. Valentin. cap. 12 et 18. De Anima cap. 7. Macrob. Sat. I, 11.

g. quod apud idola celebratur.] Non e Tertulliano tantum, sed et e Pindaro ac Plutarcho discimus gentiles consuevisse assidere, postquam stantes orassent. Pindarus enim Isthm. VI, 81. descriptis precibus, quas Hercules ad Deos miserat, haec subdit: „Ὡς ἄρα εἰπὼν αὐτίκα Ἔζετο —". Plutarchus vero legem hanc a Numa promulgatam narrat, ut sedeatur postquam adoratum fuerit. Haec ille in ipsius Numae vita; quorum etiam triplicem explicationem profert. In Quaestionibus vero Romanis tradit suo quoque tempore usitatum, ut qui precati essent ac adorassent, in templis perstarent ac sederent. (Murator.) Cf. interpr. ad Vergil. Aen. IX, 4. Tibull. Eleg. IV, 13, 23. et ad Terent. Heautontim. V, 2, 22.

h. angelo adhuc orationis adstante] Augustinus Ep. CXXI. ad Probam: „Orationes nostras innotescere ait angelis, qui sunt apud deum, ut quodammodo eas offerant deo et de his consulant, et quod eo iubente implendum esse cognoverint, hoc nobis vel evidenter vel latenter apportent. Dixit enim, inquit, angelus homini, Et nunc quando orabas tu et Sara, ego obtuli orationem vestram in conspectu caritatis dei. (Rigalt.) Cf. Tob. XII, 12 sq. Luc. I, 11. Apocalyps. VIII, 3. 4.

Cap. XVII. a. elatis] Erant qui hoc prius *elatis* delendum censerent. Absit. Cf. supra cap. 1 „Sic oratio a Christo *constituta* ex tribus *constituta* est." Apolog. cap. 4 „crudeliter postea erasa *est,* in pudoris notam poena conversa *est.*"

b. ne vultu quidem in audaciam ere-

[6]humiliatus atque deiectus orabat, iustificatior pharisaeo procacissimo discessit. [7]Sonos etiam vocis subiectos [8]esse oportet[c], aut quantis arteriis opus est, si pro sono [9]audiamur? Deus autem non vocis, sed cordis auditor est[d], sicut conspector. Daemonium oraculi [10]Pythii, Et mutum, inquit, intellego et non loquentem exaudio[e]. [11]Dei aures sonum [12]expectant? Quomodo ergo oratio Ionae [13]de imo ventre [14]ceti per tantae bestiae viscera ab ipsis [15]abyssis per tantam aequoris molem ad caelum potuit evadere? Quid amplius [16]referent isti qui clarius adorant, nisi quod proximis obstrepunt? Immo prodendo petitiones suas quid minus faciunt, quam si in publico [17]orent? Luc. XVIII, 9 sqq.

Alia iam consuetudo invaluit. Ieiunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt osculum pacis, quod est signaculum orationis. [1]Quando autem magis conferenda cum fratribus pax est, [2]nisi cum operationis *tempore* oratio commendabilior ascendit, ut ipsi de nostra operatione [3]participent, qua maduerint de sua pace fratri [4]transigendo[a]? Quae oratio cum divortio sancti osculi integra? Cap. XVIII.

6. humilis *B.* 7. DE SONO VOCIS. Sonos (Sono *B.*) *ABCD.* 8. esse *non habent AB.* 9. audimur *B.* 10. phytii *Aβ.* 11. das̃ aures *B.* 12. expectant *AB., ubicumque nihil adnotavero.* 13. de imo ventre *B.* de ventre *ACDabc.* 14. coeti *B.* 15. abys *A.* 16. refer̃ (*i. e.* referunt) *B.* 17. *Manus diversa, sed antiqua, in margine B. addit* veraciter namque orare est. amaros in cŏpunctione gemitus et incomposita verba resonare.

Cap. XVIII. DE OSCVLO. Alia *ABCDc. Abest inscriptio in ab.* 1. Quanto *B.* 2. nisi cum operationis tempore oratio *ego.* nisi cum operationis. cum oratio *B.* nisi cum oratio *bc.* nisi cum oratione *ACDa.* 3. participent qua maduerint *B.* participent quam auderent *ACDa.* participes iam audeant *bc., cum Fulvio Ursino.* 4. transigendo *ego.* transigend *B.* transigendus *A.* transigere *CDabc.*

cto.] Cyprianus: „Non allevatis in caelum impudenter oculis, nec manibus insolenter."

c. Sonos etiam vocis subiectos esse oportet] Hoc est submissos et compressos, ne proximum quemque turbent; non enim voce est opus, ut a deo audiamur. In hac sententia fuerunt et alii Patres, quippe clamorem quem ad deum SS. Prophetae emittebant, non oris, sed mentis clamorem seu animae alacritatem ac studium, *τῆς ψυχῆς προθυμίαν*, ut cum Theodoreto loquar, intellegebant. Videndi Basilius M. in Psalm. 53, 16. Clem. Alex. Strom. VII. Chrysost. Homil. XII. tom. V. S. Augustinus et alii, ac inprimis Cyprianus, qui ut in aliis, hic etiam Tertullianum describere videtur cap. 2. de Oratione. (Murator.) Cyprian. l. l. „non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modeste deo tumultuosa loquacitate iactare. Cf. Macor. Homil. VI. Valafridus cap. 12. de Rebus Eccles.: „Brevis et pura debet esse oratio, et non in multiloquio, sed in puritate cordis et compunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus, et non clamosa voce, sed in lacrimis et intentione cordis."

d. sed cordis auditor est] Cyprian. „Quia deus non vocis, sed cordis auditor est; nec admonendus est clamoribus qui cogitationes hominum videt." Hieron. in Epist. ad Ephes. „Audiant haec adolescentuli, audiant hi quibus psallendi in ecclesia officium est: deo non voce, sed corde cantandum, nec in tragoedorum modum" cett.

e. et non loquentem exaudio.] V. Herodot. I, 47 *„Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω."*

Cap. XVIII. a. qua maduerint de sua pace fratri transigendo?] Ita restitui hanc sententiam, partim ope libri Ambrosiani. Dicit operationis ieiunii tem-

Quem domino officium facientem impedit pax? Quale sacrificium est a quo sine pace [5]receditur? Quaecumque [6]oratio[b] sit, non erit potior praecepti observatione, quo iubemur ieiunia nostra celare. Iam enim de abstinentia osculi agnoscimur ieiunantes. Sed et si qua ratio est, ne tamen huic [7]praecepto reus sis[c], [8]potes

5. disceditur *B.* 6. oratio sit *AφC.* ratio sit *BDa.* operatio sit *(Aβ)b.* operatio est *c.* 7. praecepto reus *ABbc. Emendaverat ita iam Fulv. Ursinus.* praeceptor tu *CDa.* 8. potes domi si forte *ABbc.* potes domi forte *CDa.*

pore si quo alio vel maxime esse osculi pacem cum fratribus conferendam, ut ipsi de nostra operatione eiusque fructu participent, qua quidem participatione fieri, ut divina gratia inundati et emolliti illorum animi ultro ad transigendum cum nobis de sua lubentius ipsorum pace permoveantur. Pro *transigendo* ed. princeps praebet *transigere,* qui infinitivus posset reponi. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 39. Quod in praegressis reposui *nisi cum operationis tempore oratio,* ibi vocabulum *tempore* revocavi ex falsa, quae irrepsit, scriptura *cum* et initio sequentis vocabuli *oratio.* Heraldus Digress. II, 3. p. 273. et Rigaltius reponunt: Quando autem magis conferenda cum fratribus pax est, nisi cum oratio commendabilior ascendit, ut ipsi de nostra operatione *participes iam audeant* de sua pace fratri transigere?" Sed librorum scriptorum auctoritate haec emendatio non innititur, sed Fulvii Ursini ingenio, cuius fetus Wouwerius olim pro codicum vetustorum scripturis vendidit, quibusque et magnus Rigaltius imponi sibi passus est. Heraldus ita interpretatur: „Pacem cum fratribus nusquam magis esse conferendam, quam si quando ieiuniis nostris orationem commendabiliorem efficimus et acceptiorem deo, unde fit ut fratres nostri, cum quibus communicamus pacem, operationis nostrae quasi participes fiant, et sic de sua pace lubentius nobiscum transigere ac convenire velint." Neque aliter Rigaltius. Vides in explicatione sententiae interpretes non discordare. Quod ad rem cf. Cyprian. de Orat.: „Orantes autem non infructuosis nec nudis precibus ad deum veniamus. Inefficax petitio est, cum precatur deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens fructum excidatur et in ignem mittatur, utique et sermo non habens fructum promereri deum non potest, qui nulla *operatione* fecundus est. Et ita scriptura divina instruit dicens, *Bona est oratio cum ieiunio* et eleemosyna." Quare addit: „Nam qui in die iudicii praemium pro operibus et eleemosynis redditurus est, hodie quoque ad orationem *cum operatione* venienti benignus auditor est." Cf. De Ieiun. cap. 9 „Inspiciamus igitur et xerophagiorum novitatem aut vanitatem, si non et in his tam antiquissimae quam efficacissimae religionis *operatio* est."

b. Quaecumque oratio sit] Haec verba continent adversarii oscula subtrahentis obiectionem. Dixerat Tertullianus: „Quae oratio cum divortio sancti osculi integra?" Ad hoc ille respondet: „Qualiscumque oratio esse debeat, non tamen contendes eam potiorem esse praecepti observatione, quo ieiunia nostra celare iubemur? Nonne autem de osculo agnoscimur ieiunantes? (Cf. Martial. Epigr. IV, 4.) Ad haec Tertullianus: „Immo, iam enim de abstinentia osculi agnoscimur ieiunantes. De vocabuli *ratio* peculiari significatione cf. Desid. Herald. l. l., ubi illustrat locum insignem De Corona cap. 4. Rigaltius pro „Quaecumque *oratio* sit" reposuit „Quaecumque *operatio* sit, et sacrificium intellegit orationem cum participatione corporis Christi, cuius clausula et signaculum fuerit osculum pacis, osculum sanctum. Cetera sic interpretatur: Quamlibet severa ac perfecta sit ieiunii vel cuiuscumque operationis, quam ipsi nobis imperavimus, auctoritas, non erit commendabilior observatione praecepti dominici, quo iubemur ieiunia nostra celare. Nempe qui ob ieiunia privata osculo pacis post celebratam cum fratribus orationem abstinebant, ipsa osculi abdicatione praedicabant se ieiunare."

c. ne tamen huic praecepto reus sis] Age, ita inoleverit atque invaluerit consuetudo sitque ratio aliqua quae eam induxerit, quia tamen etiam praecepto quo ieiunia tua privata iuberis occultare, satisfaciendum tibi est, haec tibi ineunda est ratio, ut domi quidem inter tuos, qui te ieiunare sciunt, assignata et habita oratione pacem differas, in ecclesia vero, ubi cavere debes, ne ie-

domi, si forte, inter quos latere ieiunium [9]in totum non datur, differre pacem. [10]Ubicumque autem alibi operationem tuam abscondere potes, [11]debes meminisse praecepti; ita et disciplinae [12]foris et consuetudini domi [13]satisfacies. Sic et die Paschae, quo communis et quasi publica [14]ieiunii religio est, merito deponimus osculum[d], nihil curantes de [15]occultando quod cum omnibus faciamus.

Similiter [1]et de stationum diebus[a] [2]non putant plerique sacri- Cap. XIX.

9. in totum *ACDab.* totum *B.* 10. Ubicumque *A.* Ubicunque *BC.* 11. debet *B.* 12. foris *Dab.* iuris *ABC.* 13. satisfaciet *B.* *Post voc.* satisfacies *in c. incipit caput XIX.* 14. ieiuniis *B.* 15. occultando (*Aβ*)*Bbc.* oscultando *Aφ.* osculando *CDa.*

Cap. XIX. *Inscriptio* DE STATIONIBVS *extat in BCDc. In A. est vitiose* DE TESTATIONIBVS. *Carent inscripto ab.* 1. et de *B.* det *Aφ.* de *AβCDa.* et *bc., cum Fulv. Ursino.* 2. nos *B.*

iunium tuum contra Christi praeceptum publicetur, nisi sit publicum et cum ceteris commune, pacem cum fratribus communices. (Heraldus Digr. II, 3.)

d. merito deponimus osculum] Albaspinaeus Observ. de Vet. Eccl. Rit. I, 17. ex his Tertulliani verbis colligit osculum pacis antiquitus a Christianis omissum illis diebus, quibus indictum et promulgatum esset plenum atque integrum ieiunium. Cuius opinionem impugnat Muratorius ad h. l. ex ipsius maxime Tertulliani verbis De ieiun. cap. 2 et 13. V. etiam Rigaltium ex hoc libri de Oratione loco probantem aevo Tertulliani in Africa integrum sive solidum ieiunium, commune ac publicum non fuisse, nisi dominicae passionis die, eoque die ac ieiunio omissas fuisse sacrificiorum orationes, omissa pacis oscula, sed usitatissima certis per reliquum annum diebus spontanea seu privata et propria cuique pro sua religione ieiunia, solida quidem et in vesperam producta, quibus tamen ad sacrificiorum orationes et pacis oscula convenirent; praeterea statos fuisse dies, quibus ad martyrum sepulchra conventus indicerentur atque ibi statim ab exortu solis orationibus vacantes et ieiuni, sed non ultra nonam perstarent, hora nona post eucharistiam et oscula conventus et ieiunia solverent.

Cap. XIX. a. stationum diebus] Christianorum ieiunia quaedam stata ac solemnia erant, alia indictiva necessitate exigente. De his Tertull. de ieiun. cap.13 „Bene autem quod et episcopi universae plebi mandare ieiunia assolent, interdum ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa.“ Id. ad Uxor. II, 4 „Ut si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas, si ieiunia observanda sunt, maritus eodem die convivium exerceat.“ Quare furente persecutione ieiunia crebrius frequentata et religiosius observata ostendit idem De Fuga in Persecut. cap. 1 „In tempore persecutionis ecclesia in attonito est. Tunc et fidelis in expeditione sollicitior et disciplinatior in ieiuniis et stationibus et orationibus“ cett. Sed praeter ieiunia erant etiam alia stata et sollemnia, quemadmodum quae ante Pascha et die Paschae, id est die passionis, ut recte interpretatur Pamelius, ac praeterea stationum dies, ut docet Tertull. de Oratione. — — Habes igitur hic solemne et publicum paschae ieiunium ac stationum dies, id est feriam quartam et sextam. His enim diebus celebrabantur in ecclesia stationes, in quibus Christi milites veluti in excubiis stabant, quemadmodum ostendit Tertullianus l. l. Lactant. Div. Instit. VII, 27 „Et dum spiritus hos regit artus, infatigabilem militiam deo militemus, stationes vigiliasque celebremus“ cett. Stationum autem istarum partem maximam ieiunium efficiebat, quo religio et, ut loquuntur, devotio accendebatur, quapropter simul cum statione solvebatur ieiunium, id est hora nona apud catholicos. Nam ad vesperam usque stationes suas Montanistae extendebant, qua de re Tertull. de Ieiuniis locis compluribus. Sed haec cap. 10 „Namque stationes nostras, ut indignas, quasdam vero et in serum constitutas novitatis nomine incusant, hoc quoque munus et ex arbitrio esse dicentes, et non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more.“ Quem in locum Pamelius Tertullianum

ficiorum orationibus[b] interveniendum, quod statio solvenda sit[c] accepto corpore domini. Ergo devotum deo obsequium eucharistia resolvit, an magis deo obligat? Nonne [3]sollemnior erit statio tua, si [4]et ad aram dei[d] steteris? Accepto corpore domini et reservato[e] [5]utrumque salvum est, et participatio sacrificii et [6]executio officii. Si statio de militari exemplo nomen [7]accepit (nam et militia dei sumus), utique nulla laetitia [8]sive tristitia obveniens castris statio-

3. sollemnior *A.* sollempnior *B.* solennior *C.* 4. *Vocula* et *in B. compunct. antiqua manu.* 5. utrunque *BC.* 6. exsecutio *BC.* 7. accepit *B.* accipit *ACDab.* 8. sine *C.*

calumniae accusat immerito, cum id, quod ille ibi ait, idem et alii uno ore affirment, stationem hora nona fuisse dissolutam, *τετράδι καὶ ἐν προσαββάτῳ, ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης,* inquit Epiphanius. Elegans locus est in agone Fructuosi, Tarraconensis Episcopi, cuius acta extant apud Surium: „Cumque multi ex fraterna caritate aromatibus conditum poculum illi porrigerent ut sumeret, respondit Fructuosus: Non est, inquit, hora solvendi ieiunium stationis. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem et in carcere quarta feria stationem solemniter celebraverat. Sexta igitur feria laetus atque securus festinabat cum martyribus in paradiso dei stationem solvere.“ Quaenam autem solvendae stationis fuerit hora, quam nondum advenisse dicebat Fructuosus, docet Prudentius in eodem agone [Peristeph. VI, 52 sqq.]: „Quosdam de populo vidit sacerdos Libandum sibi poculum offerentes: Ieiunamus, ait; recuso potum; Nondum nona diem resignat hora.“ Quin ergo hora nona stationem solverint dubium nullum esse potest. Nam quae firmandae suae suspicioni proponit Pamelius, ea ne refutari quidem egent. Debuerat observare stationes differre a strictioribus illis ieiuniis quae ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa indicebantur, et ab iis ipsis quae die paschae celebrabantur, quae adusque galli cantum quandoque extensa scribit Epiphanius. (Desid. Heraldus ad Min. Felicis Octav. p. 69 sq.) Cf. Muenteri Primordia Eccl. Afr. p. 109 sqq.

b. sacrificiorum orationibus] Non simpliciter orationes dicit, neque orationum sacrificia, sed sacrificiorum orationes, quia hic agit de ieiuniis et eucharistia, quae sacrificia maxime celebrantur orationibus. Ipsae autem orationes sacrificia sunt, ut iam notavimus ad ea quae habentur libello ad Scapulam: „Sacrificamus, quomodo praecepit deus, pura prece.“ Idem etiam Adv. Marcion. III, 22. ad illud in Malachia „Et in omni loco sacrificium nomini meo offertur, et sacrificium mundum. Gloriae scilicet relatio, inquit, et benedictio et laus et hymni.“ et ibid. IV, 1 „Sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de conscientia pura.“, et eiusdem libri cap. 9 „significabant hominem quondam peccatorem, verbo mox dei emaculatum, offerre debere munus deo apud templum, orationem scilicet et actionem gratiarum apud ecclesiam per Christum Iesum catholicum patris sacerdotem.“ Plerisque autem locis afflictationem carnis et ieiuniorum sacrificia commendat, et libro quidem de Patientia cap. 13. hostias esse ait domino placatorias. Illud etiam notandum libro de Ieiun. cap. 16. ieiunium vocari sacrificium carnale. (Rigalt.)

c. quod statio solvenda sit] Numquam a statione Christianus populus recedebat, nisi accepto corpore domini, cuius communicatione peracta absolvebantur preces et piis conventibus finis imponebatur. At a sacra synaxi abstinebant delicatuli quidam, quod sibi viderentur accepto corpore domini ieiunium frangere. (Murator.)

d. aram dei] Id est mensam Christi, unde corpus Christi sumebatur, pane, vino, sanctis orationibus in passionis domini memoriam consecrato. Nam aras non habuisse veteres Christianos notum est.

e. et reservato] Et hoc eruditis compertissimum est, veteres Christianae religionis cultores interdum consuevisse corpus Christi a sacerdote acceptum deferre secum, ut domi ac in privatis precibus manducarent; quae consuetudo a Conciliis postea sublata est. (Murator.)

nes militum rescindit. Nam laetitia libentius, tristitia sollicitius [9]administrabit [10]disciplinam[f].

De habitu vero [1]dumtaxat feminarum varietas observationis Cap. XX.
[2]efficit post sanctissimum apostolum nos vel maxime nullius loci[a] homines impudenter retractare, nisi quod non impudenter, si secundum apostolum retractemus. De modestia quidam cultus et ornatus aperta praescriptio est etiam Petri[b], cohibentis eodem [3]ore, quia eodem et spiritu, [4]quo Paulus[c], et vestium gloriam et auri superbiam et [5]crinium [6]lenonem [7]operositatem[d].

Sed [1]quod [2]promisce [3]observatur per ecclesias [4]quasi[a] incer Cap. XXI.
tum, id retractandum est, velarine debeant virgines, an non. Qui enim virginibus indulgent capitis immunitatem, hoc niti videntur, quod apostolus non virgines nominatim, sed mulieres designaverit velandas esse, nec sexum, ut diceret feminas, sed gradum sexus, dicendo mulieres. Nam si sexum nominasset, feminas dicendo, ab- 1 Cor. IX, 5.

9. administravit *B.* 10. *Post voc.* disciplinam *quae sequuntur, non habent CDa. In C. subscriptum legitur* LIBRI TERTULLIANI DE ORATIONE FINIS.

Cap. XX. DE HABITV FEMINARVM. De habitu *ABC.* *Abest inscriptio in b.* 1. dumtaxat *Aβ.* duntaxat *B.* 2. efficit *Ab.* effecit *Bc.* *Probat V. D. in Misc. Obss. Vol. III, tom. I, p.* 223. 3. ore (*Aβ*)*bc.* more *AφB.* 4. quo Paulus *om. Ab.* 5. criminum *B.* 6. lenonem *ABbc.* lenoniam *Leopoldus.* 7. operositatem *Abc.* morositatem *B.*

Cap. XXI. DE VIRGINIBVS. Sed *ABc.* Sed *b.* 1. qd (*h. e.* quod) *B.* quid *c.* 2. promisce *B.* promiscue *c,* praemisce *A.* 3. observatur *B.* observetur *c. Cf. Misc. Obss. Vol. III. tom. I, p.* 210. 4. quas *A., post quod vocabulum sequuntur in eo absque ulla distinctione* disposita utensilitas *cett., quae leguntur De Cultu Femin. I,* 5. *Reliqua solus habet B., et inde extant in c.*

f. administrabit disciplinam.] Laetitiam refer ad stata et solemnia ieiunia, tristitiam et sollicitudinem ad indictiva, quae imponebantur aliqua necessitate exigente. V. quae Heraldus adnotavit supra ad initium capitis.

Cap. XX. a. nullius loci] „Nulli locorum consuetudini favens“ interpretatus erat Muratorius. Quem recte refutavit V. D. in Misc. Observatt. vol. III, tom. 1. p. 209. „Homo nullius loci opponitur sanctissimo apostolo, sensu tam claro et usitato, ut nullis videatur egere exemplis ad id illustrandum.“

b. Petri] Epist. I, 3, 3.

c. Paulus] I. ad Timoth. 2, 9.

d. crinium lenonem operositatem.] Facile erat reponere *lenoniam* aut *lenam* pro *lenonem,* quod libri veteres retinent, nisi complura similia in Tertulliani scriptis occurrerent, quibus vetari videbamur. Sic Apolog. cap. 25. optimi item ac vetustissimi libri habent „quos sciebat *Graeciam* Phrygiae *debellatorem* subacturos.“, cui scripturae postliminium fortasse non debet denegari. Ad Natt. II, 1. liber Agobardi habet „omnem illam *expugnatorem multitudinem* prosternit.“ Quod ad scripturam libri Ambrosiani *morositatem* pro *operositatem,* et ea defendi potest. Morositas enim Tertulliano est et alibi scrupulositas atque exacta et sollicita cura qua quid efficitur aut administratur. Ad Natt. II, 4 „Quid probet tanta praesumptione asservationis otium affectatae *morositatis* eloquii artificio adornatum?“ De Praescr. Haeret. cap. 40 „Nonne manifeste diabolus *morositatem* illam Iudaicae legis imitatus est?“ *Crinis operositatem* dixit etiam De Cultu Femin. II, 13.

Cap. XXI. a. quasi] Causam vitii codicis Agobardi, in quo post voculam *quas* (pro *quasi*) absque ulla distinctione iam sequuntur verba De Cultu Fem. I, 5. *disposita utensilitas* sqq., in eo quaerendam existimo, quod librarii oculi ab inscriptione capitis 20. libri de Oratione DE HABITV FEMINARVM aberraverint ad inscriptionem illius libri.

solute definisset de omni muliere, [5]at cum unum gradum sexus nominat, alium tacendo secernit. Potuit enim, inquiunt, aut et virgines nominare specialiter, aut compendio generaliter feminas.

Cap. XXII. Qui ita [1]concedunt[a], recogitare debent de statu vocabuli ipsius, quid est[b] mulier a primis quidem literis sanctorum commentariorum. [2]Nam inveniunt sexus esse nomen, non gradum sexus; siquidem [3]Evam nondum virum [4]expertam deus mulierem et feminam
Gen. II, 23. cognominavit, feminam, [5]qua sexus generaliter, mulierem, qua gradus sexus specialiter. [6]Ita quoniam tunc [7]innupta adhuc Eva mulieris vocabulo fuit, commune id vocabulum et virgini factum est. Nec mirum, si apostolus eodem utique spiritu actus, quo cum omnis scriptura [8]divina, tum et illa Genesis digesta est, eadem voce usus est mulierem ponendo, quae exemplo Evae innuptae et virgini competat. Cetera denique [9]consonant. Nam et hoc ipso, quod virgi-
I Cor. VII, 34. nes non nominavit, sicut alio in loco, ubi de nubendo docet, satis praedicat de omni muliere et de toto sexu dictum, nec distinctum esse [10]inter virginem, [11]*cum* omnino non nominat[c]. Qui enim alibi distinguere meminit, ubi scilicet differentia postulat (distinguit autem [12]utramque speciem suis vocabulis designans), ubi non distinguit, dum utramque non nominat, nullam vult differentiam [13]intellegi. Quid? quod Graeco sermone, quo litteras apostolus fecit, usui est mulieres vocare [14]quam feminas, id est [15]*γυναῖκας*, quam [16]*θηλείας*[d]. Igitur si pro sexus nomine vocabulum istud frequentatur, quod est interpretatione pro eo quod est femina, sexum nominavit, dicens [17]*γυναῖκα*. In sexu autem et virgo [18]contingitur.
I Cor. IX, 4.5. Sed et manifesta pronuntiatio est: Omnis, inquit, mulier adorans,

5. at *V. D. in Misc. Obss. l. l.* aut *Bb.*

Cap. XXII. RESPONSIO. Qui ita *B.* Qui ita *c.* 1. contendunt *V. D. in Misc. Observatt. Vol. III, tom.* I. *p.* 47. 2. iam (*aut* eam) *V. D. in Misc. Obss. l. l.* 3. Eva *B.* 4. experta *B.* 5. quã *B.* 6. Ita quoniam *ego.* Itaque iam *Bc.* 7. cum innupta *V. D. in Misc. Obss. l. l.* 8. divina, tum *V. D. in Misc. Obss. l. l.* divinitatum *Bc.* 9. consonant *V. D. in Misc. Obss. p.* 48. 10. inter mulierem et virginem *V. D. in Misc. Obss. l. l.* 11. cum omnino *ego.* quam omnino *V. D. in Misc. Obss. l. l.* 12. utranque *B., pro more.* 13. intelligi *B., pro more.* 14. quã *B.* tam *c.* 15. τυναικας *B.* 16. ΘΗλειας *B.* 17. τυναικα *B.* 18. continetur *V. D. Misc. Obss. l. l.*

Cap. XXII. a. Qui ita concedunt] Qui ita esse concedunt eis qui adversantur velandis virginibus. Non opus est igitur corrigere *contendunt.*

b. quid est] Male in aliquot libris distinctum reperi *ipsius. Quid* cett. Ignorabant nempe editores usum Tertullianei stili. Cf. quae adnotata sunt ad lib. Ad Martyras cap. 2.

c. inter virginem, cum omnino non nominat.] Nihil excidit ante aut post voc. *virginem.* Tacite quae desiderari videntur ex superioribus sunt repetenda. Ante *omnino* reposui *cum,* quod absorptum puto prima vocabuli *omnino* syllaba, quodque sententia hic necessario postulat.

d. quam feminas — quam *θηλείας.*] De hoc *quam — quam* v. adnot. ad De Idolol. cap. 4.

et prophetans intecto capite dedecorat caput suum. Quid est omnis mulier, nisi omnis aetatis, omnis ordinis, omnis condicionis? Nihil mulieris excipit dicendo Omnis, sicut [19]nec viri nec velandi[e]; proinde enim Omnis vir inquit. Sicut ergo in masculino sexu sub viri nomine etiam investis[f] [20]velari vetatur, ita et in femirino sub nomine mulieris etiam virgo velari iubetur. Aequaliter in utroque sexu minor aetas maioris sequatur disciplinam, aut velentur et virgines masculi, si non velantur et virgines feminae, quia nec isti nominatim tenentur; aliud sit vir [21]et investis, si aliud est mulier et virgo. Nempe propter angelos[g] ait velari oportere, quod angeli propter filias hominum desciverunt a deo. Quis ergo contendat solas mulieres, id est nuptas iam et [22]virginitate defunctas, [23]concupiscentiae[h], nisi si non licet et virgines specie praestare et amatores invenire? [24]Immo videamus, ne virgines solas concupierint[i], cum dicat scriptura filias hominum, quia potuit uxores hominum nominasse vel feminas indifferenter. Etiam quod ait, Et accepe- Gen. VI, 2.
runt sibi in uxores, eo facit, quod accipiuntur in uxores quae vacant scilicet. De non vacantibus autem aliter [25]enuntiasset. Itaque vacant tam viduitate quam et virginitate. Adeo sexum nominando generaliter [25b]filias et species in genere commiscuit. Item [26]cum dicit naturam ipsam docere [27]velandum feminis esse, quae capillum I Cor. XI, 14.
pro tegumento et ornamento mulieribus assignarit, nonne idem tegumentum et idem honor capitis virginibus quoque [28]asscriptus est? Si mulieri turpe est radi, et virgini [29]proinde. In quibus ergo una [30]condicio capitis deputatur, una et disciplina capitis ex-

19. nec viri *Muratorius.* nec vir *Bc.* 20. velare vertatur *B.* 21. et investis *c.* investis *B.* 22. virginitate *ego.* virginitatē *B.* virginitati *c.* 23. concupisci *V. D. in Misc. Obss. l. l.* 24. Immo videamus ne *ego.* Immo videmus ne *B.* Imo videmus quod non *c.* 25. enuntiasset *B. Pro* Itaque *V. D. in Misc. Obss. p.* 50. *mavult* Utique. 25b. filias *vult deleri V. D. in Misc. Obss. l. l.* 26. cum *B., constanter.* 27. velandum feminis *B.* feminas velandas *c.* 28. asscriptus *B.* 29. proinde *B.* perinde *c.* 30. condicio *B.*

e. sicut nec viri nec velandi] Sicut nec viri quicquam excipit, quem non velandum docet. Cf. De Veland. Virgin. cap. 8., ubi eandem materiam pertractat.

f. investis] Festus s. v. *Vesticeps*: „Investis puer qui necdum pubertate vestitus est.“ Macrob. Sat. III, 8 „Romani pueros et puellas nobiles et *investes* camillas et camillos appellant, flaminicarum et flaminum praeministros.“ Pallad. XI, 14 „Ut quoties vinum movetur, *investis* puer hoc aut satis purus efficiat.“ Cf. Nonius Marc. p. 45. Merc., Tertull. De Virg. Veland. cap. 8 „Igitur si eo, quod dictum sit Omnis vir, commune est nomen viri etiam nondum viri, masculi *investis,* commune autem cum sit nomen secundum naturam, communis est et lex non velandi eius qui inter viros virgo est.“ Cf. ibid. cap. 11.

g. propter angelos] V. adnot. ad De Idolol. cap. 9.

h. concupiscentiae] Verba non puto corrupta. Quis ergo contendat, inquit, solas mulieres concupiscentiae esse, h. e. concupiscentiam posse movere?

i. videamus ne virgines solas concupierint] Ita restitui, partim ope libri Ambrosiani. De illo *ne* cf. adnot. ad Apolog. cap. 2.

igitur, etiam ad eas virgines, quas pueritia defendit[k]; a primo enim femina nominata est. Sic denique et Israël observat[l]. Sed si non observaret, nostra lex ampliata atque suppleta defenderet sibi adiectionem. Virginibus quoque iniciens velamentum excusetur. Nunc[m] aetas, quae sexum suum ignorat, simplicitatis privilegium teneat. Nam et Eva et Adam, ubi eis contigit sapere, [31]texerunt statim quod agnoverant. Certe [32]in quibus iam pueritia mutavit, sicut naturae, ita et disciplinae debet aetas esse munifica[n]. Nam et membris et officiis mulieribus resignantur[o]. Nulla virgo est ex quo potest nubere, quoniam aetas iam in ea nupsit suo viro, id est tempori. Sed aliqua se deo vovit. Iam et crinem exinde transfigurat[p], et omnem habitum ad [33]mulieris convertit. Totum ergo asseveret[q], et totum virginis praestet: quod propter deum abscondit, plane obumbret. Interest nostra quod dei gratia [34]exerceat[r] solius dei conscientiae commendare, ne, quod a deo speramus, ab homine

31. texerunt *B.* texuerunt *c.* 32. in quibus iam *B.* in quibus *c.* 33. mulieris *B., manu secundâ, sed eadem antiqua.* mulieres *B (m. pr.) c.* 34. exerceamus *V. D. in Misc. Obss. l. l. p.* 51.

k. etiam ad eas virgines, quas pueritia defendit] Etiam quoad eas virgines, quae per aetatem de lege ea eximendae videntur.

l. et Israël observat.] Iudaeis etiam feminis in usu fuisse, ut velato capite incederent, idem Tertullianus alibi testatur, nempe lib. De Corona Mil. cap. 4 „Apud Iudaeos tam solemne est feminis eorum velamen capitis, ut inde noscantur.“ Tum addit exemplum Rebeccae adhuc virginis, quae velata ad sponsum profecta est, et Susannae, quae cum iudicio sisteretur, operta erat velamine pro more ceterarum mulierum Hebraearum. Similia repetit de Veland. Virg. cap. 11. Rabbi etiam Nathan in Aruch veli cuiusdam tenuis mentionem facit, quo feminarum capita obtegi solebant. (Murator.)

m. Nunc] Esto antea licuisse puellae non velato capite incedere, at nunc, id quod Christiana iam regula poscit, tantum ea aetas hoc simplicitatis privilegium teneat, quae sexum suum ignorat.

n. sicut naturae, ita et disciplinae debet aetas esse munifica.] Aetas virginis munifica naturae est, dum pubertatis munia et officia obit. Pariter virgini et disciplinae ab aetate sibi impositae munia et officia obeunda esse Tertullianus statuit. Cf. De Veland. Virg. cap. 11. De adiectivo *munificus* cf. De Corona cap. 12 „Est et alia militia regiarum familiarum. Nam et castrenses appellantur, *munificae* et ipsae solemnium Caesarianorum.“, ad quae verba cf. quae adnotavi. Inprimis vero ad hunc libelli de Oratione locum faciunt verba auctoris Carminis Sodoma v. 125 sq.: „Dicitur et vivens alio iam corpore sexus *Munificos* solito dispungere sanguine *menses.*“

o. resignantur.] h. e. recluduntur, communicare cum mulieribus incipiunt, vel in statum mulierum transeunt. Pro *mulieribus* facile esset corrigere *mulebribus;* sed correcto non opus est.

p. crinem exinde transfigurat] Crinis habitum transfigurat.

q. Totum ergo asseveret] De virginibus sacris hic agi magis per ista persuadeor. Sensus enim est: Si ex quo virginitatem deo dicavit, crinium licentiam comprimere et gravitatem in vestibus prae se ferre virgo debet, cur postea intecto capite in sacris hominum conventibus conspiciendam se praebet? Omnino igitur ostendat se Christo nuptam et totam sacrae virginis modestiam servet, plene obumbrando virgineum caput, quod propter deum abscondit. (Murator.) *Plane obumbret* h. e. tam ante homines quam ante deum. Sacratae igitur virgines non secus ac matronae velato capite incedebant in publico, sed nudato erant in ecclesia.

r. quod dei gratia exerceat] Quod dei gratia in te operetur.

compensemus[s]. Quid denudas ante deum quod ante homines tegis? Verecundior eris in publico quam in ecclesia? Si dei gratia est, et accepisti, quid gloriaris, inquit, quasi non acceperis? Quid alias I Cor. IV, 7.
[35]ostensione tui iudicas[t]? An alias gloria tua ad bonum invitas? Atqui et ipsa periclitaris [36]amittere, si gloriaris, et alias ad [37]eadem pericula cogis. Facile [38]eliditur[u] quod affectione gloriae assumitur. Velare virgo, si virgo es; debes enim erubescere. Si virgo es, plures oculos pati noli. Nemo miretur in tuam faciem; nemo mendacium tuum sentiat[v]. Bene mentiris nuptam, si caput veles. Immo mentiri non videris; nupsisti enim Christo. Illi carnem tuam tradidisti, age pro mariti tui disciplina. Si nuptas alienas velari iubet, suas utique multo magis. Sed non putet [39]institutionem unusquisque antecessoris commovendam. Multi alienae consuetudini prudentiam suam et constantiam eius addicunt[w]. Ne compellantur

35. ostentione *B.* ostentatione *c.* 36. admittere *B.* 37. eidem periculis *B.* 38. eliditur *M. Iosephus Routh Scriptt. Eccles. Opusc. tom. I. p.* 184. *ed. alt.* eligitur *Bc.* 39. institutionem unusquisque *Aug. Neander.* institutione unusquisque *Bc.* institutione uniuscuiusque *Muratorius.*

s. ab homine compensemus.] Ne hominum venerationi temporali postponamus gratiam dei aeternam, quam speramus. Id vero periclitari videri poterant quae deo devotae in publico velatae incedebant, in ecclesia caput nudabant.

t. Quid alias ostensione tui iudicas?] Cum mos fuerit in plurimis ecclesiis, sed idem ex sententia Tertulliani vitiosus, ut ne velarentur virgines, quaevis femina non velando, sed cetera similiter atque matronae, id quod hic innuitur, vestita virginem se esse deo devotam ostentabat, aliasque haud tale quid de se professas iudicare videbatur. (Routh.)

u. eliditur] Sic reponendum erat. Est vox Tertullianea. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 23.

v. mendacium tuum sentiat.] Exploratum est cunctas mulieres nuptas, ut apostolo obtemperarent, tum in publicis locis tum in sacris aedibus velo capita obduxisse. Proinde hoc nuptarum indicium erat. Cum virgines sacrae pro nuptis Christo haberi vellent, iisdem vestibus, ornatibus et velamentis in publico utebantur, quibus matronae ac nuptae mundo, in ecclesia vero velum ad earum differentiam deponebunt. Inquit igitur Tertullianus: Nemo miretur in tuam faciem, nemo mendacium tuum sentiat. Scilicet mendacium appellat, pium utique, se fingere nuptas, cum adhuc virgines essent. Si et in ecclesia velo usae fuissent virgines, nemo eas a nuptis distinxisset, et bene solum se nuptas mentiri poterant virgines, si caput ubique velassent. (Murator.) Cf. De Virg. Veland. cap. 16.

w. et constantiam eius addicunt.] Haec verba duplicem admittunt interpretationem. Aut enim omnia illa verba *Sed non putet — — addicunt* ex mente adversarii sunt prolata, haec obicientis: Sed non liceat sic temere unicuique, qui volet, institutiones antecessorum, h. e. veterum ecclesiae doctorum, abrogare; multi enim prudentes viri illam, quam tu ut Christianae legi alienam attaminas, receperunt et in recepta constanter perseverandum esse existimant, — aut tantum haec *Sed non putet — commovendam,* et hoc vult Tertullianus: At inquiet aliquis, si tu hanc veterem virginum non velandarum institutionem abrogas, nonne fieri facile possit, ut unusquisque, qui volet, tuum exemplum secutus et alias antecessoris cuiusvis instituta tollenda censeat? His respondeo hoc non quidem temere cuiquam licere, sed tamen si *plerumque* non liceat, non inde etiam sequi quod *nunquam.* Fit enim haud raro ut quamvis prudentes viri ad instituta aberrent ecclesiae aliena et constanter in iis etiam perseverent. Muratorius annotavit: „Latere mendum in his verbis sentio, sed reparare non audeo. Fortasse legendum *uniuscuiusque.*

velari[x], certe voluntarias prohiberi non oportet; quae se etiam virgines negare non possunt, [40]contentae [41]abuti fama sua conscientiae apud deum securitate[y]. De illis tamen, quae sponsis dicantur, constanter super meum modulum[z] pronuntiare contestarique pos-

40. contenti *B.* 41. abuti fama sua *ego.* abuti in fama sua *B.* abuti in fama suae *c.*

Sensus autem est: non esse virginum quae antecesserunt, consuetudinem pro ratione adducendam. Et verba *Multi alienae consuetudini* corrupta existimo. Legere mallem *Multae.* Inquit autem complures virgines, ne in templo velari compellerentur, praecedentium virginum consuetudine sese tueri, satis se prudentes arbitratae, si quod illae constanter fecerunt, et ipsae facerent." Ad haec Routh V. Rev. haec: „Magis existimem voce *antecessoris* episcopum antecessorem significari et corrigendum esse *institutionem.* Adi Tertull. de Virg. Veland. capp. 2. et 3. Deinde quae sequuntur corrigenda ita mihi videntur, ut voce *Multi* significentur praesules qui virgines velari non cogebant. Nam superius atque ex ipsius auctoris disputatione de Virginibus Velandis satis constat ex parte non velantium stetisse consuetudinem plerarumque ecclesiarum. Itaque locum sic refingo: *Multi alienae consuetudini prudentiam suam addicunt, et constantiam eius adducunt, ne compellantur virgines velari.*" Audaciter hoc, et praeter necessitatem, ut mea quam supra dedi explicatio satis demonstrat. Nec multum interest ad sensum, utrum verba *Sed non putet — — commovendam* per interrogationem posita statuas, ut haec tantum e mente adversarii sint, an et sequentia trahantur ad eius obiectionem. Quod denique ad vocabulum *antecessor,* id apud Tertullianum bis occurrit De Virg. Veland. cap. 1. et cap. 3., utroque loco eo sensu quo supra explicavimus.

x. Ne compellantur velari] Perperam vulgo haec cum praecedentibus coniunguntur. Hoc dicit: Sed ne diutius de hac re certemus, dabo tibi ne per legis severitatem virgines cogantur atque compellantur velari, at hoc certe postulare mihi videor ne, quae velari sponte volunt, hoc facere prohibeantur.

y. conscientiae apud deum securitate.] Quae sponte velatae, tametsi velatae, nihilomagis tamen virgines esse ubique agnoscentur, videlicet per morum suorum et vitae castitatem, et dum secura apud deum conscientia virginitatis gaudent, nihil laborant fama sua eo abuti, ut quae corde virgines sint in publico mulieres videantur. Hanc veram arbitror esse verborum Tertulliani interpretationem. Antea scribebatur *abuti in fama.* Sed illud *in,* quod accrevit ex finali littera praecedentis vocabuli, omnino erat exterminandum. Muratorius adnotavit haec: „Velari feminas nuptiis saeculi aut Christi addictas, omnino necessarium est. At quae virginitatem voluntariam colunt, donec maritum sibi comparent, his prorsus interdicenda non est capitis nuditas, sed monendae tantum, ut meliora disciplinae consilia amplectantur, quamvis se virgines interdum mentiantur. Mendosum codicem explicare per solas coniecturas cogimur." Ad quae Routh: „Voluntarias interpretor ego virgines volentes velari, quae se etiam virgines esse negare *poscunt,* ita enim scribendum puto, inter nuptas celatae; hoc modo ingloriae et obscuratae, conscientia vero virginitatis suae apud deum contentae. Ait auctor supra: *Bene mentiris nuptam, si caput veles.* Interea pro vocibus *in fama* reponerem *in infamia* vel *infamatae,* quod quidem verbum habet auctor in libro suo de Corona Mil. cap. 6. Et convenit cum illis *suae conscientiae apud deum securitate* apostoli illud Rom. XIV, 22." Muratorius inprimis eo erravit, quod haec omnia de virginibus deo devotis intellegeret. Sed de his iam absolvit statuens eas non solum in publico, sed etiam in ecclesia velari debere.

z. super meum modulum] Non solum ex mei iudicii regula qua omnes perinde virgines in ecclesia velandas esse statui. Modulus Tertulliano est regula. Sic Adv. Marcion. IV, 18 „ex forma prophetici moduli." Quod ad rem, Muratorius verba Tertulliani non intellexit cum ita interpretaretur: „Nihilominus, quae virgines voluntariae dicuntur, adhuc velandas esse Tertullianus arbitratur ex eo die, quo viris desponsae fuerunt seque ad futuras nuptias parare coeperunt. Has a vere nuptis nihil differre contendit. Similia habet de Virg. Veland. cap. 11. Sponsalia vero a Christianis dato osculo et dextera coniuncta peragi solita dixi-

sum velandas ex ea die esse qua ad primum viri corpus osculo et dextera expaverint[a]. Omnia enim in his praenupserunt, et aetas per maturitatem, et caro per aetatem, et spiritus per conscientiam, et pudor per osculi experimentum, et spes per exspectationem, et mens per voluntatem. Satisque nobis exemplo Rebecca est, quae sponso [42]demonstrato tantum notitia eius nubendo velata est[b]. Gen. XXXIV, 65.

De genu quoque ponendo varietatem observationis patitur oratio per pauculos quosdam qui sabbato abstinent [1]genibus[a]. Quae dissensio [2]cum maxime apud ecclesias causam [3]dicit, dominus dabit gratiam suam, ut aut cedant, aut sine aliorum scandalo sententia sua utantur. Nos vero, sicut accepimus, solo die [4]dominicae resurrectionis[b] non ab isto tantum, sed omni anxietatis habitu et Cap. XXIII.

42. demonstratū *B.*

Cap. XXIII. DE GENV PONENDO. De genu *Bc.* 1. gentibus *B. m. pr.* 2. cum *B.* 3. dič (*h. e.* dicit) *B.* dicat *c.* 4. dominicę *B.* dominico *c.*

mus." Tertullianus cum antea censuit generaliter omnes esse virgines velandas, deinde eius usus adversariis paululum cedens hoc postulat ut certe quae deo se voverint aut sponsae sint deo velentur.

a. ad primum viri corpus osculo et dextera expaverint.] Cf. adnot. ad lib. Ad Martyr. cap. 3.

b. nubendo velata est.] Sensum loci ostendunt verba Tertulliani in libro de Veland. Virg. cap. 11 „Ostendit enim etiam nuptias de aspectu et animo fieri, quemadmodum stupra, nisi quod etiam Rebeccam quidam adhuc velant." Ubi optime in editione Halensi adnotatur „Rebeccam, virginem desponsatam; sed aliam non velant." *Nubendo* hoc loco *ut nuberet* significat. (Routh.) Cf. etiam De Corona cap. 4.

Cap. XXIII. a. sabbato abstinent genibus.] Antiquissimus est ritus genua flectendi in oratione. Exempla habemus in lib. I Regum VIII, 54. Luc. XXII, 41. Act. Apost. VII, 60. et XX, 36. et XXI, 5. Quin Eusebius Caesareensis hunc morem Christianorum proprium appellat Hist. Eccles. V, 5., ubi Christianos milites orasse ait „*γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν κατὰ τὸ οἰκεῖον τοῖς Χριστιανοῖς τῶν εὐχῶν ἔθος.*" Quidam vero a genu flectendo sabbato abstinebant, cum ecclesiae reliquae contrarium usum tuerentur. In posteriorum sententia erat Tertullianus, qui idcirco eiusmodi ritus differentiam tolli cupit. Et certe sublatam arbitror, cum ex antiquis neminem offendam, qui sabbato genua flectere prohibeat. Graecis tamen recentioribus eandem placuisse opinionem auctor est Iohannes Monachus in Canonario subiecto libris Morini de Poenit. Ibi haec habentur: „*τὰς πάσας σαββατοκυριακὰς καὶ ἑορτὰς δεσποτικὰς καὶ δωδεκαήμερον, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἡμέρας ἕως τῶν ἁγίων Πάντων μὴ γονυκλιτεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς.*" In Iuris etiam Graeco-Romani lib. III, n. 9., ubi de Luca patriarcha, legitur: „*οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν τῷ τυχόντι σαββάτῳ ἢ τῇ κυριακῇ γονικλιτοῦντα ἢ νηστεύοντα.*" Quamquam Graeculus hic fallitur (non enim in Apostolorum Canonibus quid tale reperitur), nihilominus palam fit in Oriente multis post Tertullianum seculis huiusmodi consuetudinem iterum valuisse. (Murator.)

b. solo die dominicae resurrectionis] In libro quoque de Corona Mil. eadem affirmantur veluti e traditionis penu atque auctoritate recepta. Die, inquit [cap. 3.], Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paschae in Pentecosten usque gaudemus." Communis autem inter Christianos erat hic ritus; quare cum nonnulli ab eo descivissent, placuit patribus concilii Nicaeni primi rem statuere in canone ultimo, ne ecclesiae in eo dissentirent. De intermittenda genuflexione tum singulis diebus dominicis, tum diebus a Paschate ad Pentecosten, mentionem faciunt S. Hilarius prologo in Psalt., S. Hieronymus cap. 4. c. Luciferianos, Auctor Quaestt.

[5]officio cavere debemus, differentes etiam negotia, ne quem diabolo locum demus. [6]Tantundem et spatio Pentecostes, [7]quod eadem exultationis [8]sollemnitate dispungimus[c]. Ceterum omni die quis dubitet prosternere se deo vel prima [9]saltem oratione qua lucem ingredimur[d]? Ieiuniis autem et stationibus nulla oratio sine genu et reliquo humilitatis more celebranda est. Non enim oramus tantum, sed et deprecamur, et satisfacimus deo domino nostro. De temporibus orationis nihil omnino praescriptum est, nisi plane omni in tempore et loco orare[e].

Cap. XXIV. Sed quomodo omni loco, cum prohibeamur in publico? Omni,
I Tim. II, 8. inquit, loco, quem [1]opportunitas aut etiam necessitas [2]importarit. Neque enim contra praeceptum reputatur ab apostolis factum, qui in carcere audientibus custodiis orabant et canebant deo, [3]apud
Act. Apost. XXVII, 35. Paulum[a], qui in navi coram omnibus eucharistiam fecit.

Cap. XXV. De tempore vero non [1]erit otiosa extrinsecus[a] observatio etiam horarum quarundam, istarum dico communium quae diei interspatia signant, tertia, sexta, nona[b], quas [2]sollemniores in scripturis

5. officio *V. D. in Misc. Obss. p.* 212. officia *Bc.* 6. tantundem *B.* 7. quod *ego.* quae *Bc.* quo *V. D. in Misc. Obss. l. l.* 8. sollemnitate dispungimus *ego.* sollemnitate dispungitur *Routh.* sollemnitate dispungimur *V. D. in Misc. Obss. l. l.* sollemnitatem dispungimur *Bc.* sollemnitas est, dispungimus *Muratorius.* 9. salutem *B.m.pr. Verba* Ceterum — — ingredimur? *prave omissa sunt in edd. Semleri et Leopoldi.*

Cap. XXIV. DE LOCO. Sed *Bc.* 1. oportunitas *B.* 2. importarit. Neque *B.* importaret. Non *c.* 3. aut a Paulo *Muratorius, prob. V. D. in Misc. Obss. p.* 213.

Cap. XXV. DE TEMPORE. De *Bc.* 1. *Inter voc.* erit *et* otiosa *in libro B. conspicitur rasura quinque litterarum.* 2. sollempniores *B., pro more.*

ad Orthodox. inter opera S. Iustini qu. 115., S. Basilius cap. 17. De Sp. Sancto, S. Augustinus epist. 119., Cassianus, Germanus Constaninopol., Balsamon, Zonaras, aliique non pauci. (Murator.)

c. quod eadem exultationis sollemnitate dispungimus.] h. e. discriminamus. Sic De Corona cap. 18 „De illis speciebus spectaculorum quae saecularі litteratura lusoriam vel agonisticam scenam *dispungunt.*" Cf. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 37.

d. qua lucem ingredimur.] Celebres sunt apud antiquos ἑωθιναί seu matutinae preces. De iis consule Constit. Apostol. VIII, 34. Chrysost. Homil. in Psalm. 119. et alibi, ac Basilium, in Regulis fusius disputatis, Interrog. 37., ut alios omittam. (Murator.)

e. omni in tempore et loco orare.] Alludit ad cap. 2. Epist. ad Timoth., ubi inquit Paulus: „Volo ego viros orare in omni loco." At de tempore nullam habet mentionem. (Murator.)

Cap. XXIV. a. apud Paulum] Genuina est haec scriptura. Neque enim ipsi Paulo (cf. Act. Apost. XXVII, 35.) contra praeceptum reputatum esse quod ab apostolis factum est, qui in carcere audientibus custodiis orabant et canebant deo, inde colligi potest, quod ipse in navi coram omnibus eucharistiam fecit.

Cap. XXV. a. extrinsecus] Ex vita communi.

b. tertia, sexta, nona] Tempora, quibus orationi vacandum esset alia alii constituerunt. Constitutionum Apostolicarum Auctor lib. VIII, cap. 34. sexies quotidie orandum ait, nempe circiter auroram, hora tertia, sexta, nona, vespere et circiter gallicinium. Chrysostomus Homil. in Psalm. 119. sexies itidem orandum esse docet, sed non eadem horarum divisione utitur. S. Basilius septies in die preces ad deum fundendas esse statuit. Clemens vero Alexandrinus Strom. VII. huiusmodi horarum divisionem laudat quidem, sed alia subdit non contemnenda: „Nonnulli, inquit, certas et definitas horas constituunt precationi, ut verbi causa

invenire est. Primus spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus, qua die visionem communitatis omnis in illo vasculo expertus est, sexta hora [3]orandi gratia ascenderat in superiora. Idem cum [4]Iohanne ad nonam in templum adibat, ubi [5]paralyticum sanitati reformavit [6]suae. Etsi simpliciter se [7]habent sine ullius observationis praecepto, bonum tamen [8]sit aliquam constituere praesumptionem, [9]quae et orandi admonitionem constringat et quasi lege ad tale munus extorqueat a negotiis interdum, ut, quod Danieli quoque legimus observatum utique ex Israëlis disciplina, ne minus ter die saltem adoremus, [10]debitores trium Patris et Filii et Spiritus Sancti; exceptis utique legitimis orationibus[c], quae sine ulla admonitione debentur ingressu lucis et noctis. Sed et cibum non prius sumere[d], et lavacrum non prius adire quam interposita oratione fideles decet. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria et pabula quam carnis, et priora caelestia quam terrena[e].

Act. Apost. II, 15. X, 9. III, 1.

Dan. VI, 10.

Fratrem domum tuam introgressum ne sine oratione dimiseris (Vidisti, inquit[a], fratrem, vidisti dominum tuum), maxime advenam,

Cap. XXVI.

3. orandi gratia ascenderat *B.* ascenderat orandi gratia *c.* 4. Iohanne *B., ut solet.* 5. paraliticum *B.* 6. Quae etsi *V. D. in Misc. Obss. p.* 214. 7. habent si *B.* habeant sine *c.* 8. sit *c.* si *B.* 9. quae *Routh.* qua *Bc.* 10. debitores trium, patris *B.* debitores patris *c.*

Cap. XXVI. DE FRATRVM DIGRESSV. Fratrem *Bc.*

tertiam, sextam, nonam. At is, qui est cognitione praeditus, per totam orat vitam, dum per preces suas cum deo versari studet.“ Tertullianus autem alibi, in libro nempe de Ieiun. cap. 10. tertiam, sextam et nonam orationi destinatas repetit suamque sententiam iisdem confirmat exemplis. In synagoga quoque ter die quolibet precibus dari operam auctor est Maimonides in lib. de Prec. et Benedict. Sacerdot. cap. 1. Idemque et in ecclesia dei ter solitum fieri testatur S. Cyprianus in lib. de Oratione, et S. Hieronymus in Epist. ad Laetam et Demetriadem. (Murator.)

c. exceptis utique legitimis orationibus.] Preces matutinas ac vespertinas a lege praescriptas ait. De iis loquitur Chrysostom. Homil. 22. in Epist. ad Hebr. V. et Cyprianus cap. ult. de Orat. ubi mane et recedente sole necessario orandum ait. (Murat.) Respicere h. l. Tertullianum ad usitatas hymnorum formulas mane et vesperi a veteribus Christianis recitatas demonstrant, opinor, Tertulliani verba, modo sint cum Cyprianicis collata, sicut iam olim dixi ad Hymnum Vespertinum in Vol. III. Reliqu. Sacr. De matutino illo ita loquitur auctor supra cap. 23 „vel prima saltem oratione, qua lucem ingredimur.“ Chrysostomi verba sunt: *„οὕτως εὐχομένους μετὰ προθυμίας· οὕτως ὑμᾶς εἶναι βούλομαι ἀεί, εἰ δὲ μὴ ἀεί, κἂν πλεονάκις, εἰ δὲ μὴ πλεονάκις, κἂν ὀλιγάκις, κἂν ἐν ταῖς ἑωθιναῖς, κἂν ἐν ταῖς ἑσπεριναῖς.“* (Routh.)

d. cibum non prius sumere] Cf. Apolog. cap. 39.

e. quam terrena.] De ellipsi comparativi *magis* v. adnot. ad De Test. Animae cap. 2.

Cap. XXVI. a. Vidisti, inquit] Haec e sacris scripturis citari videntur, locum vero innuere nescio. Quod patet, respicit ad cap. 13. v. 2. Epist. ad Hebr., ubi apostolus hospitalitatem commendans ait: „Et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt (*placuerunt* habent alii) quidam, angelis hospitio receptis.“ Alludit autem ad angelos, qui se hospites Abrahamo et Lot obtulerant. Hinc S. Ambrosius in lib. de Abrahamo cap. 5 „Qui scis, inquit, an deum suscipias, quem hospitem putas? Abraham cum peregrinantibus defert ho-

ne angelus forte sit. Sed nec ipse a fratribus [1]exceptus priora fecerit refrigeria terrena caelestibus. Statim enim iudicabitur fides
Luc. X, 5. tua. Aut quomodo secundum praeceptum pax huic domui dices, nisi et eis qui in [2]domo sunt pacem mutuam reddas?

Cap. XXVII. Diligentiores in orando subiungere in orationibus Alleluia[a] solent et hoc genus psalmos quorum clausulis respondeant[b] qui simul sunt. Et est optimum utique institutum omne quod [1]praeponendo et honorando deo [2]conpetit saturatam orationem velut [3]opimam hostiam[c] admovere.

Cap. XXVIII. Haec est enim hostia spiritalis quae pristina sacrificia delevit.
Ies. I, 11. Quo mihi, inquit, multitudinem sacrificiorum vestrorum? Plenus sum holocaustomatum arietum, et [1]adipem agnorum et [2]sanguinem taurorum et hircorum nolo. Quis enim requisivit ista de manibus
Ioh. IV, 23. vestris? Quae ergo quaesierit deus evangelium docet. Veniet hora, inquit, [3]cum veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et
II Cor. III, 17. veritate. Deus enim spiritus est, et adoratores itaque tales requirit. Nos sumus veri adoratores et veri sacerdotes, qui spiritu orantes spiritu sacrificamus [4]orationem hostiam dei propriam et acceptabilem, quam scilicet requisivit, quam sibi prospexit. Hanc de toto corde devotam, fide pastam, veritate curatam, innocentia integram,

1. exceptus *V. D. in Misc. Obss. p.* 214. exeptis *B.* exemtis *c.* 2. domu *B.*

Cap. XXVII. DE SVBIVNGENDO PSALMO. Diligentiores *Bc.* 1. praeponēndo *B.* proponendo *c.* 2. conpetit *B.* 3. opimam *V. D. in Misc. Obss. p.* 214. optimam *Bc.*

Cap. XXVIII. DE HOSTIA SPIRITALI QVIA (*repone* QVAE) ORATIO SIT. Haec est *B.* Haec est *c.* 1. adipē *B* (*m. pr.*) *c.* adipe *B. m. sec.* 2. sanguinē *B.* 3. cum *B., constanter.* 4. orationem hostiam dei *B.* orationem dei *c.*

spitium, deum atque angelos eius suscepit hospitio. Quamvis et cum hospitem suscipis, deum suscipis" cett. Idem ab eo repetitur lib. II, cap. 21. de Officiis. At in verbis Tertulliani aliquid fortasse desideratur. (Murator.) Cf. etiam Matth. X, 40.

Cap. XXVII. a. Alleluia] De huius vocis antiquitate ac repetito usu in orationibus sacris iam alii satis egere, deque illa mentionem faciunt. S. Augustin. in Psalm. 106. et 110., S. Ambrosius in Apologia pro Davide, Sozomenus lib. VII, capp. 15. et 19., S. Paulinus, S. Hieronymus, Isidorus, Sidonius et alii. A Iudaeis ad Christianos transiit; est enim in Davidicis psalmis frequens, eamque olim potissimum in ecclesia Hierosolymitana usurpatam discimus a Gregorio lib. II. Epist. 63. (Murator.)

b. quorum clausulis respondeant] Legentium eruditioni facerem iniuriam, si post doctissimum summeque pium Cardinalem Bonam de antiquissimo psallendi ac Davidicos psalmos aut recitandi aut canendi usu loqui vellem. Eius librum de psalmodia consulat quisquis saturari cupit. Hic transiens animadverto, quam vetustus etiam ille sit ritus, quo psalmi alternis in choro aliisque ecclesiasticis supplicationibus recitantur. (Murator.) Orationibus subiungi hic dicuntur id genus psalmi, quorum clausulae aptae sunt ad respondendum. (Routh.)

c. velut opimam hostiam] Ita reponendum videbatur. Cf. Apolog. cap. 30 „qui ei offero *opimam* et maiorem *hostiam*, quam ipse mandavit, *orationem* de carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam." De Ieiun. cap. 10 „*pinguiorem orationem* deo immolat." Hanc *pinguiorem* h. l. appellat *saturatam*. Cf. etiam infra cap. sequ. et adnot. ad De Spectac. cap. 10.

castitate mundam, agape coronatam[a] cum pompa operum bonorum inter psalmos et hymnos deducere ad dei altare [5]debemus, omnia nobis a deo impetraturam.

Quid enim orationi de spiritu et veritate venienti [1]negavit deus, qui eam exigit? Legimus et audimus et [2]credimus quanta documenta efficaciae eius. Vetus quidem oratio et ab ignibus et a bestiis et ab inedia liberabat, et tamen non a Christo acceperat formam. Ceterum quanto amplius [3]operatur oratio [4]Christiana! Non roris [5]angelum[a] in mediis ignibus sistit, nec ora leonibus obstruit, nec esurientibus rusticorum prandium transfert, [6]nullum sensum passionis [7]delegata gratia avertit, sed patientes et sentientes et dolentes sufferentia instruit, virtute ampliat [8]gratiam, ut sciat fides quid a domino consequatur, [9]intelligens quid pro dei nomine patiatur. Sed et retro oratio plagas irrogabat, fundebat hostium exercitus, imbrium utilia prohibebat. Nunc vero oratio iustitiae omnem iram dei avertit, pro inimicis excubat, pro persequentibus supplicat. [10]Mirum si aquas caelestes[b] extorquere novit, quae potuit et ignes impetrare? Sola est oratio quae deum vincit; [11]sed Christus eam nihil mali voluit operari. Omnem illi virtutem de bono contulit. Itaque nihil novit, nisi [12]defunctorum animas de ipso mortis itinere [13]revocare, debiles reformare, aegros remediare,

Cap. XXIX.

Dan. III, 25 sqq. VI, 16 sqq. II Reg. IV, 38 sqq.

5. debemus, omnia *Muratorius.* debemus. DE VI ET AFFECTV (*repone* EFFECTV) ORATIONIS. Omnia *Bc.*

Cap. XXIX. 1. negabit *V. D. in Misc. Obss. p.* 218. (*cf. p.* 223.) 2. cernimus *maluit V. D. in Misc. Obss. p.* 223. 3. operatur *V. D. in Misc. Obss. p.* 223. oratur *Bc.* oratio *V. D. in Missc. Obss. p.* 218. 4. Christiana *B.* Christianorum *c.* 5. angelum duntaxat in mediis *Muratorius.* 6. nec ullum *maluit V. D. in Misc. Obss. p.* 218. 7. deligata *B.* 8. gratiam *delet V. D. in Misc. Obss. p.* 218. 9. intelligens *B., constanter.* 10. et mirum *maluit V. D. in Misc. Obss. l. l.* 11. sed Christus eam nihil mali voluit *V. D. in Misc. Obss. p.* 218. sed Christus eam nihil mali novit *Bc. Possis etiam* sed Christus ea nihil mali novit. *Aliis placuit* sed Christianus ea nihil mali novit. 12. defunctorum *Bc.* perfunctorum *ed. Semleri.* 13. revocare *V. D. in Misc. Obss. p.* 217. vocare *Bc.*

Cap. XXVIII. a. agape coronatam] Etsi agaparum nomine convivia illa fere semper significari solent, quae a primis Christianis in sacro conventu celebrari solebant in pauperum solatium, in mutuae dilectionis communionem, interdum tamen ipsam eucharistiam atque incruentum sacrificium ea voce significarunt Patres. Neque vero ab agapis olim disiungebatur dominici corporis et sanguinis ministratio. Priore sensu intellexisse videtur Tertullianus in Apologia cap. 39. In libro etiam ad Martyr. cap. 2. „agapen fratrum" vocat. Hinc autem constat post orationem celebrari solitam fuisse agapen, cum haec orationis corona dicatur. De agapis sublatis disquisitionem subdidi Carminibus Anecdotis S. Gregorii Nazianzeni. (Murator.)

Cap. XXIX. a. roris angelum] Eum angelum, qui tres pueros veluti roscido imbre perfusos in fornace servavit, roris angelum appellat. Eodem scilicet modo aliis angelis ab aliqua re gesta aut aliquo munere nomen imposuit, angelum orationis supra nominavit, angelos matrimonio praepositos memorat lib. II. ad Uxor. cap. ult., angelum, cui hominis in utero formandi est cura, nominat lib. de Anima cap. 37. (Murator.)

b. aquas caelestes] Cf. Apolog. cap. 5.

daemoniacos expiare, claustra carceris aperire, vincula [14]innocentium solvere. Eadem diluit delicta, [15]temptationes repellit, persecutiones extinguit, pusillanimos consolatur, magnanimos oblectat, peregrinantes deducit, fluctus mitigat, latrones obstupefacit, alit pauperes, regit divites, lapsos erigit, cadentes suspendit, stantes continet. Oratio murus est fidei, arma et tela nostra adversus [16]hostem, qui nos undique observat. Itaque [17]nunquam inermes incedamus. Die stationis, nocte vigiliae meminerimus[c]. Sub armis orationis signum nostri imperatoris custodiamus, tubam angeli exspectemus orantes. Orant etiam angeli omnes, orat omnis creatura, orant pecudes et ferae et genua declinant, et egredientes de stabulis ac speluncis ad caelum non [18]otioso ore[d] suspiciunt, vibrantes [19]spiritum suo more. [20]Sed et aves nido exurgentes eriguntur ad caelum, et alarum crucem pro manibus [21]expandunt, et dicunt aliquid quod oratio videatur. Quid ergo amplius de officio orationis? Etiam ipse dominus oravit, cui sit honor[e] et virtus in [22]secula seculorum.

14. innocentum *B. m. pr.* 15. temptationes repellit persecutiones *B.* 16. hostem *V. D. in Misc. Obss. p.* 223. hominem *Bc.* 17. nunquam *B.* 18. otioso *Muratorius.* otiosi *Bc.* 19. spiritum suo more *V. D. in Misc. Obss. p.* 222. spiritu suo movere *Bc.* 20. Sed et aves nido exsurgentes *V. D. in Misc. Obss. p.* 219. Sed et aves cum exsurgentes — — extendunt, dicunt *V. D. in Misc. Obss. l. l.* Sed et aves hinc exsurgentes *V. D. in Misc. Obss. p.* 223. Sed et aves nunc exurgentes *Bc.* 21. expandunt *B.* extendunt *c.* 22. seculo *ed. Semleri, vitiose.*

c. vigiliae meminerimus.] Actum agerem, si de vigiliarum in ecclesia dei antiquitate mandare litteris aliquid vellem. Ad eam tamen luculentius probandam non parum conferet hic Tertulliani locus. Eorum autem confidentiam praeterire non possum, qui vigiliarum institutionem ex necessitate factam ac servatam tribus primis ecclesiae saeculis scribunt; cum enim, aiunt illi, convenire interdiu Christiani non possent prae paganorum timore, hinc factum est, ut noctu conventum celebrarent, vigilantes in oratione et in laudibus divinis. At quid evidentius quam et diurno tempore ad ecclesiam coisse Christianos vel ipsis tribus a Christo nato saeculis? Id satis probant quae de stationibus breviter ego, fusius alii adnotarunt. (Murator.)

d. otioso ore] Sic rescribendum erat. Librarius coniunxerat in comparativum *otiosiore.* Hinc ortum vitium.

e. cui sit honor] Similem doxologiam Christo domino affert fine Epistolae suae posterioris Petrus apostolus. Cf. S. Pauli Ep. poster. ad Timoth. cap. ult., et S. Iohannem plus semel in Apocalypsi. (Routh.)

DE
PATIENTIA.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta siglum

A significat codicem scriptum Vindobonensem (*Aφ* ex collatione Hildebrandi).
B - - - Leidensem.
C - editionem principem, Beati Rhenani, a. MDXXI. Editor usus erat duobus codicibus, uno Paterniacensi, qui hodie Seletstadii asservatur, altero Hirsaugiensi.
a - - Ioh. Gangneii, quae prodiit Parisiis anno MDXLV.
b - - Sigism. Gelenii a. MDL.
c - - Iac. Pamelii a. MDLXXIX. Pamelius usus est excerptis ex tribus codicibus scriptis Vaticanis.
d - - Nicol. Rigaltii a. MDCXXXIV. Rigaltius passim respexit variantes scripturas codicis scripti Pithoeani.

Litterae *mg.* siglis *C* et *a* additae denotant scripturam in margine horum librorum additam.

DE

PATIENTIA*.

Confiteor ad dominum deum satis temere me, si non etiam Cap. I.
impudenter, de patientia componere ausum, cui praestandae idoneus omnino non [1]sum, ut homo nullius boni[a], quando oporteat demonstrationem et commendationem alicuius rei adortos ipsos prius in administratione eius rei deprehendi et constantiam [2]commonendi propriae conversationis auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubescant. Atque utinam erubescere [3]istud remedium [4]ferat, [5]uti pudor non exhibendi quod aliis [6]suggestum imus exhibendi fiat magisterium, nisi quod bonorum quorundam sicuti et malorum intolerabilis magnitudo est, ut [7]ad capienda et praestanda ea sola gratia divinae inspirationis operetur. Nam quod maxime bonum, id maxime penes deum, nec alius id quam qui possidet dispensat, ut cuique dignatur. Itaque velut solatium erit disputare super eo quod frui non datur, [8]vice languentium, [9]qui, cum vacent a sanitate, de bonis eius tacere non norunt. Ita miserrimus ego, sem-

* DE PATIENTIA. *Cabcd., et codex scriptus bibliothecae Magliabechianae n. DXXVII.* DE PATIENTIA DEI. *AB., codex scriptus bibliothecae Laurentianae XII. plut. XXVI. et Magliabechiani n. DXXVIII. et CCLIX.*

Cap. I. 1. sim *Bcd., tres Vaticani, liber biblioth. Laurentianae n. XII. plut. XXVI. et liber biblioth. Magliabechianae n. DXXVII.* sum *ACab.* 2. comendi *AB.* commendandi *A. m. sec., Latinius, prob. Fr. Iunio.* 3. illud *AφB. Laurentianus.* 4. feret *Laurentianus.* 5. ut *AφB.* 6. suggestum (subgestum *A.*) unus *AB.* subgestum munus *A. m. sec.* suggestum minus *Magliabechianus.* 7. a capienda *AφB.* 8. more languentium *A. m. sec.* mee languentium *A. m. pr.* mea languentium *Laurentianus.* 9. cum eum vacent *Laurent.*

Cap. I. a. homo nullius boni] Ubique fere abiectissime de se loquitur. Sic lib. de Paenit. [cap. 4.]: „Eam tu peccator nec similis, immo me minor (ego enim praestantiam in delictis meam agnosco), ita invade" cett., et de Cultu Fem. lib. II. [cap. 1.]: „Quod deus permittat", et ibid. [cap. 7.]: „utinam miserrimus ego" cett. (Rigalt.) Adde De Baptismo cap. ult.: „Tantum oro, ut, cum petitis, etiam Tertulliani peccatoris memineritis." De Orat. cap. 20 „De habitu vero duntaxat feminarum varietas observationis efficit post sanctissimum apostolum nos vel maxime nullius loci homines impudenter retractare, nisi quod non impudenter, si secundum apostolum retractemus."

per aeger caloribus impatientiae, quam non obtineo patientiae sanitatem et [10]suspirem et invocem et perorem[b] necesse est, cum recordor et in meae imbecillitatis contemplatione digero bonam fidei [11]valitudinem et dominicae disciplinae sanitatem non facile cuiquam, nisi patientia [12]adsideat[c], provenire. Ita [13]praeposita dei rebus est, ut nullum praeceptum [14]obire quis, nullum opus [15]domino complacitum perpetrare [16]extraneus a patientia possit. Bonum [17]eius etiam [18]qui extra eam[d] vivunt summae virtutis appellatione [19]honorant. Philosophi quidem, qui alicuius sapientiae [20]animalia[e] deputantur, tantum illi subsignant[f], ut [21]cum inter sese variis [22]sectarum libidinibus et sententiarum aemulationibus[g] discordent, solius tamen patientiae in commune memores [23]huic uni studiorum suorum [24]commiserint pacem. [25]In eam conspirant, [26]in eam foederantur, [27]illam in adfectatione [28]virtutis unanimiter student[h], omnem sapientiae ostentationem de patientia praeferunt. Grande testimonium eius est, cum [29]etiam vanas saeculi disciplinas ad laudem et gloriam [30]promovet. Aut numquid potius iniuria, [31]cum divina

10. susparem *B.* suspirarem *A.* 11. valitudinem *AB. Laurent. Magliab.* 12. adsit *Beatus Rhenanus.* 13. praeposita *AφB. Laurent.* proposita *reliqui.* 14. obire *ABCabcd. Laurentianus et liber Hirsaugiensis.* obicere *liber Paterniacensis et Magliabechianus.* 15. dominicum placitu (placitũ *Magliab.*) *AB. Laurent. Magliab.* 16. extraneus a patientia *Cabcd.* extraneus sapientia *AB. Laurent. Magliab.* 17. etiam eius *Laurent.* 18. qui extra eam vivunt *Laurent.* que ex ea vivunt (veniunt *A. m. sec.*) *AB.* qui ceca iuvat *Magliab.* qui caecutiunt *Rhenanus.* qui caeca vivunt *Cabc.* qui caeci vivunt *d., cum Fulvio Ursino.* 19. honorant *d., ex emend. Fulvii Ursini.* honorent *Cabc. Magliab.* honorarent *AB. Laurent.* honorare *Aφ. m. sec.* 20. animalis *Fulv. Ursinus.* 21. eum *AB.* 22. sextarum *AB.* 23. huic uni *Cabcd. Magliab.* hinc *A.* huic *AφB. Laurent.* 24. comiserint *A.* comiscerint *Aφ.* 25. meam *B. Laurent.* 26. meam *B. Laurent.* 27. illam in adfectatione *ego.* illam in affectione *AB. Magliab. Laurent.* illam adfectatione *d.* illi in adfectatione *Cabc.* 28. virtutum *Laurent. Verba* unanimiter student, omnem sapientiae *om. AB. Laurent.* 29. et *AB.* 30. promerem *B.* promorem *A.* promoverit *A. m. sec.* 31. eum *AB.*

b. perorem] Cf. adnot. ad De Idol. cap. 7.

c. nisi patientia adsideat] Id est assistat et praesens sit et per otium etiam sedeat, ut solent medici aut ministri alii qui aegrum curant. — — Senec. Epist. CI. „Cum per totum diem amico graviter affecto et sine spe iacenti usque in noctem *assedisset.*“

d. extra eam] Restitui genuinam scripturam. Vulgatam *caeca vivunt* excusant et interpretantur Iuvenalis illo „Bacchanalia vivunt.“ Sic etiam Cyprianus De Bono Patientiae: „Qui non loquimur magna, inquit, sed vivimus.“

e. sapientiae animalia] Sic libro De Anima cap. 1. philosophum appellat *gloriae animal.* De loco cf. Cyprian. de Bono Patient. „Hanc sectari philosophi profitentur, sed tam illis patientia falsa est quam et falsa sapientia. Unde enim vel sapiens esse vel patiens possit qui nec sapientiam nec patientiam dei novit?“

f. subsignant] h. e. subscribunt, favent, probant. Cf. Adv. Marcion. I, 7 „In vobis est, si velitis, illi obsequium *subsignare.*“ Ad Uxor. I, 5 „Nihil viduitati apud deum *subsignatae* necessarium est quam perseverare.“

g. aemulationibus] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

h. illam in adfectatione virtutis unanimiter student.] Facile est rescribere: *in illam — — student.*

[32]res in saecularibus artibus [33]volutatur? Sed [34]viderint illi quos mox sapientiae suae cum saeculo destructae ac [35]dedecoratae pudebit.

Nobis exercendae patientiae auctoritatem non [1]adfectatio hu- Cap. II.
mana [2]caninae[a] [3]aequanimitatis stupore formata, sed [4]vivae ac caelestis disciplinae divina dispositio [5]delegat, [6]deum ipsum ostendens patientiae exemplum[b] iam primum, [7]qui florem [8]lucis[c] huius super iustos et iniustos aequaliter spargit, [9]qui temporum officia, elementorum servitia, totius geniturae tributa[d] dignis simul et indignis [10]patitur occurrere, sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium et opera manuum [11]suarum adorantes, [12]nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem [13]quotidie [14]insolescentem, ut sua [15]sibi patientia detrahat. Plures enim dominum idcirco non credunt, quia saeculo [16]iratum tamdiu nesciunt.

32. res sit in *A. m. sec.* 33. volvitur *Laurent.* voluntã *AφB.* 34. viderit *AφB.* 35. decoratae *AφB.*

Cap. II. 1. affectio *b.* affectatam *Laurent.* 2. caninae *Cabcd. Magliabech.* carne *Laurent.* et animae *AB.* 3. equanimitati *A.* equanimitas *A. m. sec.* 4. vivae ac *cd. Laurent. Vaticani tres, Latinius.* viva ac *Cab. Magliab.* nunc a te *B.* 5. delegat *abcd.* diligat *ABC. Magliab. Laurent.* dirigat *Cmg.* 6. deum ipsum deum *B. Laurent.* 7. qui florem *Cabc. Magliab. Laurent.* quae florem *AB.* qui rorem *d., cum Fulvio Ursino.* 8. luci h^{i} *Aφ.* 9. quae *A. Laurent.* 10. patitur occurrere *AB. Laurent.* patiatur occurrere *Ca. Magliab.* patiatur simul occurrere *b.* patitur simul occurrere *cd.* (*Vaticani tres*). 11. suorum *AB.* 12. nomen cum familia *ABcd. Laurent. Vaticani tres, et Hirsaugiensis liber m. sec.* nomen, familiam *Cab. Magliab. Hirsaug. Paterniac., et liber quem Salmasius inspexit, ut testatur in Adnot. ad Tertull. De Pallio p.* 131. (*ed. LB.* 1656.). omnem familiam *aut* nomen ac familiam *Rhenanus.* 13. cottidie *Ca., constanter.* 14. inolescentem *d., cum Fulvio Ursino.* 15. sibi *Cabcd. Magliab.* eis *AB. Laurent.* ei *A. m. sec.* 16. iratum tamdiu nesciunt *Cabcd. Magliab.* reatum tamdiu nescivit *AB. Laurent.*

Cap. II. a. caninae] h. e. Cynicae. Cf. Cypr. de Bono Patientiae: „Nam si sapiens ille est qui est humilis et mitis, philosophos autem nec humiles esse videmus nec mites, sed sibi multum placentes, et hoc ipso quod sibi placeant deo displicentes, apparet illic non veram esse patientiam, ubi sit insolens affectatae libertatis audacia et exerti ac seminudi pectoris inverecunda iactantia."

b. deum ipsum ostendens patientiae exemplum] Cyprian. l. l. „Quasi servi et cultores dei patientiam, quam magisteriis caelestibus discimus, obsequiis spiritalibus praebemus. Est enim nobis cum deo virtus ista communis. Inde patientia incipit, inde claritas eius et dignitas caput sumit. Origo et magnitudo patientiae deo auctore procedit."

c. florem lucis] V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 11. Cf. Cyprian. l. l. „Super bonos et malos aequaliter facit diem nosci et lumen solis oboriri, et cum imbribus terram rigat, nemo a beneficiis eius excluditur, quominus iustis similiter et iniustis indiscretas pluvias largiatur" cett.

d. totius geniturae tributa] Id est conceptum nutricationemque fetus in utero, et partum ipsum animalium omnium, ac non solius hominis. (Rhenanus.) Rhenano adstipulatur Fr. Iunius. Aliter Ludov. de La Cerda, qui verba Cypriani: deum iussisse „grandescere copias messium, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere" Tertulliani interpretamentum esse iudicavit. Recte; nam *genitura* hic est pro *natura,* vel creatura, non pro nativitate, qua quidem significatione et aliis locis hac voce Tertullianus utitur. Adv. Valent. cap. 14 „Certe nec forma nec facies ulla, defectiva scilicet et abortiva *genitura.*" Adv. Marcion. IV, 23 „O *genitura* incredula, quousque ero apud

Cap. III. Et haec [1]quidem divinae patientiae species, quasi de longinquo, [2]fors ut de supernis [3]aestimetur[a]. Quid illa autem, quae inter homines palam in terris quodammodo manu apprehensa est? Nasci [4]se deus in utero patitur matris [5]et exspectat[b], et natus [6]adolescere sustinet, et adultus non [7]gestit agnosci, sed contumeliosus insuper sibi est[c] et a servo suo [8]tinguitur; [9]et temptatoris congressus

Cap. III. 1. quidem *om. c.* 2. sors *A (m. pr.) B. Laurent.* 3. aestimatur *Laurent.* extimatur *AB.* 4. deus se *Magliab.* 5. et expectat, et natus *Bd. Magliab.* expectat, et natus *A. Laurent.* et expectat, natus *Cabc.* 6. adulescere *Laurent.* 7. gestiet *AB. Laurent. Magliab.* 8. cingnitur *AB.* ringitur *A. m. sec.* 9. et temptatoris congressus *Cabcd. Magliab.* temptatoris egressus *Laurent.* temptatore egressus *AB.* a temptatore agressus *A. m. sec.*

vos?", quae sunt verba evangelii Lucae IX, 22., Arnob. Adv. Natt. I, 11 „Morsu animam serpens tollit, maledicam scilicet primordiis rerum, quod tam saeva prodigia *genituris* spirantibus addiderunt."

Cap. III. a. fors ut de supernis aestimetur.] Possit enim quispiam obiicere: Haec quidem species divinae patientiae, o Tertulliane, quasi de longinquo est, nihil ad nos pertinet, quis dei patientiam possit imitari; et hoc obiiciunt: fors ut haec patientia de supernis aestimetur ac perinde nihil ad mortales pertineat. Nam homines qui possint superna aemulari? (La Cerda.)

b. et expectat] Christus se patitur concipi et expectat naturae lege in utero matris dum noscatur et veniat in lucem. Cf. Hieronym. ad Eustochium: „Dei filius pro nostra salute hominis factus est filius, novem mensibus in utero ut nascatur expectat, fastidia sustinet, cruentus egreditur, pannis involvitur, blanditiis delenitur, et illo pugillo mundum includens praesepii continetur angustiis." Id. adv. Helvidium: „Iunge, si libet, et alia naturae contumelias, novem mensibus uterum insolescentem, fastidia, partum, sanguinem, pannos" cett. Salvian. de Gubernat. lib. VI. p. 110. ed. Rittersh.: „Propter hoc humanae nativitatis verecundiam subiit et contumeliosa terreni ortus principia suscepit. Propter hoc in praesepio iacuit" cett. Idem. adv. Avaritiam p. 210. ed. Rittersh.: „terram ac lutum, immo exiguam terrae ac luti partem suscepit rerum universarum dominus, terras adiit, ex carne pariter et in carne processit, humiliatus usque ad humani exordii pudorem et pannorum inluviem et praesepii vilitatem" cett. Volusianus in Epist. ad Augustinum: „Intra corpusculum vagientis infantiae latet, cui parva putatur universitas, patitur puerilitatis annos, adolescit, iuventute solidatur." Etiam Cyprianus haec copiose explicat.

c. contumeliosus insuper sibi est] Facie per deformitatem obnoxia probris et convitiis. Sic lib. de Pallio [cap. 4.] oris contumeliam dixit pro deformitate vultus, et lib. adv. Iudaeos [cap. 14.]: „ne aspectu quidem honestus.", et lib. III. adv. Marcion. [cap. 17.]: „Quodcumque illud corpusculum sit, quoniam habitum et quoniam conspectum fuit, si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis, meus erit Christus: talis enim habitu et adspectu adnuntiabatur." Nempe haec apud Esaiam verba „Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem" Tertulliano persuasere Christum indecora facie natum, ita ut prae deformitate factus ad contumelias videretur, ideoque ait ipsum sibi fuisse contumeliosum. Et lib. de Carne Christi [cap. 9.]: „Adeo nec humanae honestatis corpus fuit. Tacentibus apud nos quoque prophetis de ignobili aspectu eius, ipsae passiones, ipsaeque contumeliae loquuntur: passiones quidem humanam carnem, contumeliae vero inhonestam. An ausus esset aliquis ungue summo perstringere corpus novum? sputaminibus contaminare faciem, nisi merentem?" Qui servili supplicio cruciandus pro nobis venerat, formam quoque servi susceperat non *εἶδος ἄξιον τυραννίδος*. Origenes lib. VI. contra Celsum: „*ὁμολογουμένως τοίνυν γέγραπται τὰ περὶ τοῦ ἀνσειδὲς γεγονέναι τοῦ Ἰησοῦ σῶμα*" cett. Augustinus in Psalm. XLIII: „Ut homo, non habebat speciem neque decorem, sed speciosus forma ex eo quod est prae filiis hominum." Et Psalm. CXVIII: „Et ipse sponsus non carne, sed virtute formosus." Psalm. CXXVII; „Sponsus est

solis verbis repellit, [10]cum de domino fit magister docens [11]hominem [12]evadere mortem, absolutam scilicet [13]veniam offensae patientiae eruditus. Non contendit[d], non reclamavit, nec quisquam in plateis vocem eius audivit; arundinem quassatam non fregit, [14]linum fumigans non [15]restinxit. Nec enim mentitus fuerat propheta, immo ipsius dei contestatio, spiritum suum [16]in filio cum tota patientia [17]collocantis. Nullum volentem sibi adhaerere non [18]suscepit, nullius mensam tectumve despexit, [19]atquin ipse lavandis discipulorum pedibus ministravit; non peccatores, non publicanos aspernatus

10. Tum *Latinius.* eum *Laurent.* 11. homines *A. Laurent.* 12. evadere mortem, absolutam scilicet *Divionensis liber.* evadere mortem absolitam scilicet *Magliab.* evadere mortem, absolute scilicet *Cab.* evadere mortem, ob salutem scilicet *c. Vaticani tres, liber Pithoei.* evadere ob salutem scilicet *Laurent.* evadere ad salutem, scilicet *d.* evadere mortem, ad solitae scilicet *Fulv. Ursinus.* 13. veniam offensae patientiae *Cab. Divionensis liber et liber Pithoei et Magliab.* venire offensa patientia *ABc. Laurent. Vaticani tres.* 14. lumen *B. Laurent.* 15. restrinxit *Aφ.* 16. in filium cum patientia tota *Magliab.* 17. collocantur *B.* collocantum *Laurent.* 18. suscipit *AB.* 19. atquin *ABCabc.* (*Vaticani tres*) *Pithoei liber, Laurent. et Magliab.* aquam *d., ex coniectura Fulvii Ursini.*

ille quo nihil est pulchrius; qui quasi foedus apparuit inter manus persequentium, de quo paulo ante Esaias dicebat: Et vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem. Ergo sponsus noster foedus est? Absit. Quomodo enim illum virgines amarent? quae in terra maritos non quaesiverunt. Ergo persequentibus foedus apparuit: et nisi eum foedum putarent, non insilirent, non flagellis caederent, non spinis coronarent, non sputis inhonestarent. Sed quia foedus illis apparebat, fecerunt illi ista. Non enim habebant oculos unde Christus pulcher videretur" cett. Denique Septimius noster lib. III. adv. Marcionem Davidicum illud „Speciosa forma prae filiis hominum" explicans ait: „Nam etsi tempestivus decore apud David supra filios hominum, sed in allegorico illo statu gratiae spiritalis, cum accingitur ensem sermonis, qui vere species et decor et gloria ipsius est. Ceterum habitu in corporali apud eundem prophetam, Vermis etiam et non homo; ignominia hominis et nullificamen populi." Virum eximiae pietatis et doctrinae Iacobum Sirmondum audivi narrantem se vidisse numisma vetus aereum, cusum, ut ipse arbitrabatur, sub Constantino. Sculptura faciem exhibebat deformem et horridam, et in altera parte templum cum inscriptione ANACTACIC, quae vix alium indicare videtur quam Christum, qui templum, hoc est corpus suum, morte destructum ac dissolutum tertia die restituit vita resumpta. Itaque haud mediocriter aberrant qui vultum Christi esse aiunt quem Fulvius Ursinus T. Quinctio Flaminio tribuit Imag. Illust. 126. Qua de re est cap. 1. lib. I. Variar. Lectt. Iani Rutgersii. Ad dominici vultus tristitiam pertinere videtur quod apud Iohannem Iudaei aetatem Christi quasi ad quinquagesimum annum vergentem denotant. In facie nimirum indecora confusis ipsa deformitate lineamentis multo plures quam haberet annos computabant. (Rigaltius.) Haec docte Rigaltius, ut solet. Franc. Iunius contumeliam Christi quaesiverat in fabrili, ut est apud Marcum, ministerio, iure explosus a Ludovico de La Cerda qui interpretamentum suum repetiit ex verbis Hieronymi ad Eustoch. „Taceo, quod usque ad triginta annos ignobilis, parentum paupertate contentus est." Mihi quidem, qualem contumeliam significet Tertullianus, indicare videntur quae sequuntur verba „et a servo suo tinguitur."

d. Non contendit] Vulgata distinctio est *repellit. Cum de domino sit magister — — eruditus, non contendit* cett. Cf. etiam Cyprian. l.l. „Cum diabolo temptante congredi et inimicum tantum vicisse contentus nihil ultra verba conatur." Idem „Dominus baptizatur a servo et remissam peccatorum daturus ipse non dedignatur lavacro regenerationis corpus abluere."

est, non illi [20]saltim civitati, quae eum recipere [21]noluerat, iratus est, cum etiam discipuli tam contumelioso oppido caelestes ignes [22]repraesentari voluissent; ingratos curavit, insidiatoribus [23]cessit. Parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotavit[e]. Cum vero traditur, cum [24]adducitur, ut pecus ad victimam (sic enim non magis aperit os quam agnus sub [25]tondentis potestate), ille, cui legiones angelorum, si [26]voluisset, uno dicto de caelis affuissent, ne unius quidem [27]discentis[f] [28]gladium ultorem probavit. Patientia domini in Malcho [29]vulnerata est. Itaque [30]et gladii opera maledixit in [31]posterum, et sanitatis restitutione ei, quem non ipse vexaverat, satisfecit, [32]per patientiam, misericordiae matrem. Taceo quod figitur; in hoc enim [33]venerat. [34]Numquid tamen [35]subeundae morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate [36]patientiae discessurus volebat. Despuitur, [37]verberatur, deridetur, foedis vestitur[g], foedioribus coronatur. [38]Mira aequanimitatis fides. Qui in hominis figura[h] proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. [39]Hinc vel maxime Pharisaei dominum agnoscere debuistis; patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. Talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem [40]detrectatio fidei est, penes nos vero ratio [41]et structio, satis [42]aperte non sermonibus modo in praeci-

20. saltim *ABC. Magliab. Laurent.* 21. noluerit *AB.* 22. repraesentare *AB. Laurent.* 23. gessit *Aφ.* 24. adduci *B.* 25. tondente *AB.* 26. voluissent *Magliab.* 27. distentu *AB.* educentis *C., ex libro Paterniacensi.* discentis *est in abcd. Hirsaug. Laurent. Magliab. aliisque.* 28. gladium in ultorem *bc.* 29. vulnerato *AB.* 30. et *om. AB.* 31. postosterum *Aφ.* 32. Pro patientiam *C.* 33. venerit *AB.* 34. Umquam tamen *AB.* Nam quod tamen *Laurent.* 35. subeundae *Babcd. Magliab. Laurent.* subiendae *A. Vaticani tres.* subigendae *amg.* 36. patrem discessurus *Laurent.* patientiae discessum *AB.* 37. flagellatur *Magliab. Pro* deridetur *in B. est* deriditur. 38. Mira (mirra *A.*) aequanimitas *AB. Laurent. Magliab.* 39. hunc (hinc *A.*) maxime *AB.* 40. detrectatio (detractatio *B.*) fidei est *ABCabcd. Magliab.* detractatio est fidei *Laurent.* rectrectatio fidei est *Semlerus edidit.* 41. et structio *Cabcd. Magliab.* et instructio *AB. Laurent.* 42. aperta *AB. Laurent.*

e. nec constanter denotavit.] Cyprianus l. l. „Nec mirandum quod circa obedientes talis extiterit qui ludam potuit usque ad extremum longa patientia sustinere, cibum cum inimico sumere, hostem domesticum scire, nec palam ostendere.“

f. discentis] h. e. discipuli. De Praescript. Haeret. cap. 3 „Nonne ab ipso domino quidam *discentium* scandalizati deverterunt?“ Ibid. cap. 20 „ipse pronuntiabat, sive populo palam, sive *discentibus* seorsum.“ Ibid. cap. 22 „nec dum spiritum possint agnoscere *discentibus* missum.“ De Spectac. cap. 30 „quem clam *discentes* surripuerunt.“ De Baptismo cap. 12 „qui tunc utique a *discentibus* dari non poterat.“ Cyprian. Epist. 68 „Surrexit Petrus in medio *discentium.*“ Cf. Tertull. De Paenit. cap. 6 „Itaque, *audientes,* optare intinctionem, non praesumere oportet.“

g. foedis vestitur] De Spectac. cap. 23 „qui *muliebribus vestitur.*“ Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 17.

h. figura] Facile esset corrigere „Qui in hominis *sibi* figura proposuerat latere“ sqq.

piendo, sed etiam passionibus [43]domini in sustinendo probant [44]his quibus credere datum est, patientiam dei esse [45]naturam, effectum et praestantiam [46]ingenitae cuiusdam proprietatis[i].

Igitur si probos quosque servos et bonae mentis pro ingenio Cap. IV. dominico conversari videmus (siquidem artificium [1]promerendi obsequium est, [2]obsequii vero disciplina morigera subiectio est), quanto magis nos [3]secundum dominum moratos[a] inveniri oportet, servos scilicet dei vivi, cuius iudicium in suos non in compede aut pileo vertitur, sed in aeternitate aut poenae aut salutis? Cui severitati declinandae vel liberalitati invitandae tanta obsequii diligentia opus est quanta sunt ipsa quae aut severitas comminatur aut liberalitas pollicetur. Et tamen nos non de [4]hominibus modo servitute [5]subnixis[b] vel quolibet alio iure debitoribus obsequii, verum etiam de pecudibus, etiam de bestiis obedientiam exprimimus, intellegentes usibus nostris [6]eas a domino provisas [7]traditasque. Meliora ergo nobis erunt [7b]in obsequii disciplina quae nobis deus [8]subdit? Agnoscunt denique[c], quae obediunt. Nos, cui soli subditi sumus, domino scilicet, auscultare dubitamus? [9]At quam iniustum est, quam etiam ingratum, quod per alterius indulgentiam de aliis [10]consequaris, idem illi per [11]quem consequeris de temet-

43. domini in sustinendo *Fr. Iunius.* domini (domino *Laurent.*) sustinendo (substinendo *Magliab.*) *ABCabc.* in sustinendo *d.* 44. hii *A.* hi *B. Laurent.* 45. naturam, effectum *d.* naturam effectam *ABCabc. Laurent. Magliab. Possis etiam reponere* patientiam dei dei esse natura effectam *celt.* 46. ingente *Magliab.*

Cap. IV. 1. promerendae *Laurent.* 2. obsequi *B.* 3. secundum dominum moratos *abcd.* secundum moratos *C. Magliab.* secundum morigeratos *AB.* quam seculum morigeratos *A. m. sec.* secundum morigeros *Vaticani tres.* 4. hominis *A. m. sec.* 5. sub viris *A. Laurent.* subnexis *Ios. Scaliger.* 6. eas *om. c.* 7. tractasque *AB. Laurent.* 7 b. in *om. Magliab.* 8. subdidit *A. m. sec.* 9. Ac *Magliab.* ut *A.* uti *B.* 10. consequatur *Laurent.* 11. quem consequaris *Magliab.* quam consequetur *Laurent.*

i. ingenitae cuiusdam proprietatis.] Nam, ut ait Augustinus, etiam infirmitas dei fuit ex potestate, lib. XXIV, cap. 9. de Civ. Dei. (Rigalt.) De patientia Christi cf. etiam Cyprian. l. l. „Et quia ad hoc descendisse se dixerat, ut voluntatem patris faceret, inter cetera admirabilia virtutum suarum, quibus indicia divinae maiestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantiae tenore servavit."

Cap. IV. a. secundum dominum moratos] Vocabulum *dominum* non agnoscunt libri veteres. Absorpserat antecedens vocabulum, cum per breviaturam esset scriptum *dn̄m*.

b. servitute subnixis] Interpretantur vulgo „servituti subiectis," et sane huic explicationi favere quodammodo videtur Onomasticon Vet. ap. Vulcan. col. 146: „*Subnitor, ὑπόκειμαι.*" Sed *subnixus* est instructus, praeditus, et sic usurpatur saepius apud ICtos, ut fr. 1. §. 1. de vac. et excus. 50, 5: „Quem scit perpetua *vacatione subnixum.*" et fr. 1. §. 5. de lib. exhib. 43, 30: „Concordans matrimonium, forte et *liberis subnixum.*" Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 919. Cyprian. de Zelo et Livore p. 222. ed. Oxon. „Ille (Lucifer) dudum angelica *maiestate subnixus,* ille deo acceptus et carus — — in zelum malevolo livore prorupit." Gloss. Vet. in Ang. Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 546: „*Subnixus, circumdatus,* vel humilis."

c. denique] h. e. adeo, igitur, proinde. Cf. Apolog. cap. 42.

ipso non rependere! [12]Nec pluribus de obsequii exhibitione debita a nobis domino deo. Satis enim agnitio dei quid sibi incumbat intellegit. [13]Ne tamen ut [14]extraneum de obsequio videamur [15]interiecisse, ipsum quoque obsequium de patientia trahitur. Numquam impatiens obsequitur [16]aut patiens [17]quis non oblectatur[d]. Quam ergo dominus omnium bonorum et demonstrator et [18]acceptor deus in semetipso circumtulit, quis de bono eius [19]late retractet[e]? Cui item dubium [20]sit omne bonum, quia ad deum pertineat, pertinentibus ad deum [21]tota mente sectandum? Per quae in expedito[f] et quasi in praescriptionis compendio [22]et commendatio et exhortatio de patientia [23]constituta est.

Cap. V. Veruntamen [1]procedere disputationem de necessariis fidei non est otiosum, quia nec [2]infructuosum. Loquacitas in aedificatione nulla [3]turpis, si quando turpis. Itaque [4]si de aliquo bono sermo est, res postulat [5]contrarium quoque boni recensere[a]. Quid enim sectandum sit, magis [6]illuminabis, si quod vitandum sit proinde [7]digesseris. Consideremus igitur de impatientia, an sicut patientia [8]in deo[b], ita adversaria eius in adversario nostro nata atque com-

12. Nec obsequii exhibitione non debite a vobis (debita nobis *A. m. sec.* debite a vobis *B.*) domino deo gratias non agere. Satis *AB.* Nec dum plurima obsequi exhibitione debitae a nobis domino deo gratias non agere. Satis *Laurentianus, cuius libri scripturae variantes in sequentibus non amplius adnotabuntur.* 13. nec *AB.* 14. extraneo *A. m. sec.* 15. interiisse *AB.* disseruisse *A. m. sec.* 16. at patientia *A. m. sec.* 17. quis non oblectatur *ABC. Magliab.* quis obluctatur *abcd.* 18. acceptator *d.* 19. late retractet *Cd. Magliab.* latere tractet *AB. Vaticani tres.* latere retractet *abc.* 20. si *AB.* 21. sit tota *A. m. sec.* 22. et commendatio et exhortatio *om. d.* 23. constituta est *A* (*m. sec.*) *abc.* constitutum est *ABCd. Magliab.*

Cap. V. 1. procudere *Ios. Scaliger.* 2. infructuosa *A. m. sec.* 3. turpe *Aφ.* 4. si *om. AB. Magliab.* 5. in contrarium *AB.* 6. illuminabit *Magliab.* 7. digesseris. Consideramus *A.* digessere. consideramus *B. Pro* proinde *Cmg. habet* provide. 8. video in deo *A* (*m. pr.*) *B.*

d. oblectatur.] sc. obsequio. Editorum scriptura satis commoda *obluctatur* non firmatur scriptis libris.

e. de bono eius late retractet?] Quis de bono eius satis unquam dixerit? Retractare apud Tertullianum est tractare, disputare, disserere. (Rigalt.) Cf. Apolog. cap. 5 „Ut de origine aliquid *retractemus* eiusmodi legum" cett. Ibid. cap. 25 „ut nihil iam ad hanc causam sit *retractandum.*" Ad Natt. I, 8 „Sed unum hoc erit de vanitatibus vestrarum fabularum non otiose nobis *retractandum*" cett. Ibid. II, 1 „Triplici enim genere deorum censum distinxit: unum esse physicum, quod philosophi *retractant*" cett., et paulo post: „Porro divinitas, si veram *retractes*, ea difinitione est" cett. Cf. Apolog. cap. 11 „Sed ut omittam huius indignitatis *retractatum*" cett.

f. in expedito] Phrasis ICtorum *in expedito esse.* Hinc illud Ulpiani l. si dubitet ff. de fideiuss. [fr. 10. pr. de fideiussor. 46, 1.] „cum numeratio totius debiti non sit *in expedito.*" [Cf. fr. 67. §. 5. de legat. II (31).] Similiter et illud „in praescriptionis compendio." (Rigalt.)

Cap. V. a. contrarium quoque boni recensere.] Cyprian. de Bono Patient. „Atque ut magis, fratres dilectissimi, patientiae bonum luceat, quid mali e contrario impatientia importet consideremus."

b. sicut patientia in deo] Cyprian. l. l. „Nam ut patientia bonum Christi est, sic contra impatientia diaboli malum."

perta sit, ut ex isto appareat [9]quam principaliter fidei adversetur. Nam quod ab aemulo dei conceptum est, utique non est amicum dei rebus. [10]Eadem discordia est rerum quae et auctorum. Porro cum deus optimus, diabolus e contrario pessimus, ipsa sui diversitate testantur neutrum alteri [11]facere, ut nobis non magis a malo aliquid boni quam a bono aliquid mali [12]editum videri possit. Igitur natales impatientiae in ipso diabolo deprehendo, iam tunc [13]cum dominum deum universa opera, quae fecisset, imagini suae, id est homini, subiecisse impatienter tulit. Nec enim doluisset, si sustinuisset, [14]nec invidisset homini, [15]si non doluisset. Adeo [16]decepit eum, quia inviderat; inviderat autem, quia doluerat; doluerat, quia patienter [17]utique non tulerat. Quid primum fuerit ille angelus perditionis, malus an [18]impatiens, contemno quaerere, palam cum sit [19]aut impatientiam cum malitia aut malitiam ab impatientia auspicatam deinde inter se conspirasse et individuas in uno patris sinu adolevisse. At enim quam primus [20]senserat, [21]per quam primus delinquere intraverat[c], [22]de suo experimento quid ad peccandum [23]adiutaret [24]instructus eandem impingendo [25]in crimen homini advocavit. Conventa statim [26]illi mulier, non temere dixerim[d], per colloquium [27]ipsum eius afflata est spiritu impatientia infecto. Usque adeo [28]numquam omnino pecasset, si [29]divino interdicto patientiam [30]perservasset[e]. [31]Quid? quod non sustinuit sola [32]conventa, sed

9. quoniam *AB.* 10. Earum *AB. Magliab.* 11. favere *Fulv. Ursinus.* 12. editum *amgbcd.* dictum *ABCa. Magliab.* ductum *A. m. sec.* 13. eum *A* (*m. pr.*) *B.* enim *A. m. sec.* 14. nec enim invidisset *AB. Magliab.* 15. si doluisset *A* (*m. pr.*) *B.* nisi doluisset *A. m. sec.* 16. cepit *Rhenanus.* 17. utique *om. Magliab.* 18. paciens *AB.* 19. aut impatientiam cum *A. m. sec. et Magliab.* aut impatientiam a *Rhenanus.* an inpatientiam cum *A. m. pr.* impatientiam cum *BCabcd.* 20. scripserat *AB.* sorpserat *A. m. sec.* 21. per quam primus (primum *B. m. pr.*) delinquere intraverat (intraverit *AB. Magliab. Gorziens. Paterniac.*) *AB. Pithoei liber, Magliab. Gorziens. Paterniac.* per quam delinquere intraverit *ab., sed Rhenanus voluit* per quam primus delinquere intraverit *edi.* per quam delinquere intraverat *cd., Fulv. Ursinus.* per quam primus deliquerat *C., ex Hirsaugiensi, ni fallor.* 22. de experimento suo quod *B.* 23. adiutaret *Cabcd. Magliab.* adiuvaret (adiuvare *B.*) *AB. Vaticani tres.* 24. instructus *d. Magliab., Fulv. Ursinus.* structus *ABCabc.* 25. inermem homini *AB.* inermi homini *A. m. sec.* 26. ille illi *AB.* 27. ipsa *AB.* 28. ut nunquam *liber Pithoei, Fulv. Ursinus.* 29. in divino *C.* (*sed abest in in ed. repetita anni MDXXVIII.*), *prob. Fr. Iunio. In Magliab. absunt verba* si divino — — perseverasset. *Pro* divino interdicto *in AB. est* domino intellecto. 30. perservasset *Bcd. Vaticani tres.* praeservasset *ACab.* perseverasset *Salmasius ad Tertull. De Pallio p.* 291. *ed. LB.* 1656. 31. Quin quod *Rhenanus.* Quod quod *A.* Quod *B.* 32. est venta *AB.*

c. delinquere intraverat] h. e. delinquere adgressus erat, vel delicti tamquam possessionem intraverat, delictum sibi mancipaverat. Manceps enim erroris passim diabolus appellatur, ut Ad Natt. I, 9. Ceterum malim scribere „*et* per quam pr. del. intraverat."

d. non temere dixerim] Nihil dixero temerarium, immo certissimum et inubitatum, mulierem, ut conventa est a diabolo, per colloquium ipsum fuisse afflatam spiritu eius affecto impatientia. (La Cerda.)

e. perservasset.] Facile est cum Salmasio rescribere *perseverasset*, sed scriptura genuina est. Sic Ad Uxor. I, 1

apud [33]Adam nondum maritum, nondum aures sibi debentem[f], impatiens etiam tacendi est, [34]ac traducem[g] illum eius, quod a malo hauserat, [35]facit. Perit igitur et alius homo per impatientiam alterius; perit mox et ipse per impatientiam suam utrobique commissam et circa dei praemonitionem et circa diaboli [36]circumscriptionem[h], illam servare, hanc refutare non sustinens. Hinc prima iudicii, unde delicti origo; hinc [30b]deus irasci exorsus, unde offendere homo inductus. Inde in deo prima patientia, unde indignatio prima, [37]qui tunc maledictione sola contentus ab animadversionis impetu in diabolo temperavit. Aut quod crimen ante istud impatientiae admissum homini imputatur? Innocens erat et deo [38]de proximo amicus et paradisi colonus. [39]At ubi semel [40]succidit impatientiae[i], [41]desivit deo sapere, desivit caelestia sustinere posse. Exinde homo terrae datus et ab oculis dei eiectus facile usurpari ab impatientia coepit[k] in omne quod deum [42]offenderet. Nam statim illa [43]semine diaboli concepta malitiae fecunditate [41]iram filium

33. adamandum maritum *AB*. 34. ac traducem illum *d., Latinius.* adtraducem illum *Rigaltius.* ad traducem illum *Cabc. Magliab.* ad traducere ad illum (ad virum *correxit m. sec.*) *A.* ad traducem ad illum *B.* 35. facit *delet Fulv. Ursinus.* 36. circumspectionem *A.* circumventionem *A. m. sec.* circumseptionem *AφB.* 36b. deus *om. AB.* 37. qua *AB.* 38. de *om. Magliab.* 39. Aut ubi semel *a.* At ubi *C.* 40. succubuit *AB. Vaticani apud Pamelium.* 41. desinit deo sapere, desinit *ABC. Sed ed. Rhenani a. MDXXVIII. iam correctum habet* desivit — desivit. 42. effundet *A (m. pr.) B.* 43. semina *AB.* 44. irae *AB.* mira *Fr. Iunius. Pro* fecunditate *A. m. pr. habet* fermiditate, *B.* fermeditate.

„Nec me putes propter carnis tuae integritatem *perservandam* de contumeliae dolore suspectum insinuare" cett. Ita enim, non *reserandam*, praebet liber Agobardi, et inde editio Rigaltii. Perseverare Tertullianus transitivo utitur De Pall. cap. 4. Apolog. cap. 9., alibi.

f. nondum aures sibi debentem] Quia scilicet *παρθένος Εὔα ἐν παραδείσῳ*, ait Gregorius Thaumaturgus Orat. I. de de Annuntiata. (La Cerda.) Alludit ad coniugum inter ipsos debita, quae bona fide exsolvi etiam apostolus voluit, ita ut aures debeat coniux coniugi appellanti poscentique. (Rigalt.)

g. ac traducem] In antiquis exemplaribus legitur *ad traducem illum.* Quod etsi vitio non caret, tamen ostendit quid sincerum haberi debeat: *adtraducem illum eius quod a Malo hauserat facit.* Evam, inquit, solam convenerat Satanas, solam adflaverat spiritu impatientia infecto. At illa impatiens etiam tacendi pravam Satanae suggestionem transfudit in suum Adam. Itaque ipsa fuit peccati tradux in Adam, exindeque fecit illum eiusdem peccati adtraducem, hoc est administrum et collegam traducendo in communem prosapiam peccato. (Rigalt.) Rigaltii scripturae *adtraducem* favebam et ipse olim; cf. adnot. ad De Idol. cap. 16. Nunc malo *ac traducem.* Eva fecit Adam impatientiae traducem in totum posterum genus hominum. De voce *tradux* cf. adnot. ad Apolog. cap. 7.

h. circumscriptionem] Adv. Marcion. II, 7 „dum ipsum *circumscriptorem* colubrum a congressu feminae arcet." Apolog. cap. 7 „licet institutionibus pravis *circumscripta.*" Ibid. cap. 22 „et *circumscriptis* hominum mentibus commendat." Adde Gloss. Vet. in Ang. Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 515 „Circumscriptoriae, callidae, subtiles."

i. succidit impatientiae] Cf. adnot. ad De Corona cap. 6.

k. facile usurpari ab impatientia coepit] Usurpant proprie ad quos ius possessionis spectat. Sic impatientia veluti iam possidens hominem facile ad quidvis traxit quod deum offenderet. (Rhenan.)

procreavit, editum suis artibus [45]erudivit. [46]Quod enim ipsum Adam et Evam morti [47]immerserat, docuit et filium ab homicidio incipere. Frustra [48]istud impatientiae adscripserim, [49]si Cain[l] ille primus homicida et primus fratricida oblationes suas [50]a domino recusatas aequanimiter nec impatienter tulit, [51]si iratus fratri suo non est, si neminem denique interemit. Cum ergo nec occidere potuerit nisi iratus, nec irasci nisi impatiens, demonstrat quod per iram [52]gessit ad eam referendum a qua ira suggesta est [53]per haec impatientiae tunc infantis quodammodo incunabula. Ceterum quanta mox incrementa? Nec mirum. [54]Si prima deliquit, consequens est, ut, quia prima, idcirco et sola sit matrix[m] in omne delictum, [55]defundens de suo fonte varias [56]criminum venas[n]. De homicidio quidem dictum est. Sed ira editum a primordio etiam quascunque [57]postmodum causas sibi invenit [58]ad impatientiam ut ad originem sui [59]confert. Sive enim quis inimicitiis sive praedae gratia id scelus conficit, prius est ut aut odii aut avaritiae fiat impatiens. Quicquid compellit, sine impatientia sui non est ut perfici possit. [61]Quis adulterium sine libidinis impatientia subiit? Quod et si pretio in feminis cogitur venditio illa pudicitiae, utique [62]impatientia contemnendi lucri [63]ordinatur[o]. Haec ut principalia penes dominum delicta. Nam ut compendio dictum sit, omne peccatum impatientiae adscribendum. Malum impatientia est [64]boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitiae, et improbus [65]probitatis, et impius [66]pie-

45. erudivit *A. Magliab.* erudiit *reliqui.* 46. Quid enim *Latinius.* 47. immiserat *AB.* 48. illud *Aφ.* 49. si eam (iam *A. m. sec.*) ille *AB.* 50. ad dominum *ABC.* 51. si *om. ab.* 52. gessit *Babcd. Magliab.* cessit *AC.* 53. per haec (hanc *Magliab.*) impatientiae (impatientia est *B. Hirsaug.* impatientiae est *A.*) tunc *ABCabc. Magliab. Gorziens. Hirsaug.* Et haec impatientiae tunc *A. m. sec. Rhenanus.* Et haec quidem impatientiae *d., Fulv. Ursinus.* 54. Si *AC. Magliab.* Nam si *Babcd.* 55. diffundens *A.* 56. terminum *A (m. pr.) B.* 57. postmodum *ABCa. Magliab.* postea *bcd.* 58. ab impatientia *Magliab.* 59. conferret *AB.* 61. Cuius *AB.* 62. patientia *AB.* 63. ordinatur (orditur *Aφ. m. sec.*). Nec *AB.* 64. bonum *AB.* 65. probitate *AB.* 66. pietate *AB.*

l. si Cain] Cyprian. l. l. „Et ut fratrem Cain perimeret, sacrificii eius et muneris impatiens fuit."

m. matrix] Apolog. cap. 21 „Manet integra et indefecta materiae *matrix*, etsi plures inde traduces qualitatis mutueris." Adv. Iud. cap. 2 „Primordialis lex est enim data Adae et Evae in paradiso, quasi *matrix* omnium praeceptorum dei." Adv. Hermog. cap. 16 „materia etiam boni *matrix*." De Resurr. cap. 6 „ex quo aurum, longe alia materia, splendidior atque nobilior de obsoletiore *matrice*." Adv. Marcion. II, 16 „ipsamque *matricem* earum bonitatem." Ibid. IV, 35 „ut scirent Hierosolymis esse — — et *matricem* religionis." De Praescript. Haeret. cap. 21 „quae cum illis ecclesiis apostolicis *matricibus* et originalibus fidei conspiret."

n. varias criminum venas.] Eadem Cyprianus, sed de patientia contraria virtute: „Late patet patientiae virtus, et ubertas eius et largitas de unius quidem nominis fonte proficiscitur, sed exundantibus venis per multa gloriarum itinera defunditur."

o. ordinatur.] h. e. disponitur, administratur, gubernatur.

tatis, et inquietus [67]quietis. Ut malus unusquisque fiat, bonus perseverare non poterit. Talis igitur [68]excetra delictorum cur non dominum offendat improbatorem malorum? [69]An non ipsum quoque Israël per impatientiam semper in deum deliquisse manifestum est? Exinde cum oblitus brachii caelestis, quo [70]Aegyptiis afflictationibus fuerat extractus, de Aaron [71]deos sibi duces postulat, [72]cum in idolum auri sui [73]collationes defundit; tam necessarias enim Moysis cum domino [74]congredientis [75]impatienter exceperat moras[p]. Post [76]mannae escatilem pluviam, post petrae aquatilem [77]sequelam desperant de domino, [78]tridui sitim non sustinendo. Nam [79]haec quoque illis impatientia a domino exprobratur. Ac [80]ne singula pervagemur, nunquam non per impatientiam delinquendo perierunt. Quomodo autem [81]manus prophetis intulerunt[q], [82]nisi per impatientiam audiendi? domino autem [83]ipsi, per impatientiam [84]etiam videndi[r]. Quodsi patientiam inissent, liberarentur[s].

Cap. VI. Ipsa adeo est quae fidem [1]et subsequitur et antecedit. Denique Abraham deo credidit et iustitiae deputatus ab [2]illo est[a]; sed fidem

67. quietate *AB.* 68. excetra *amgbcd.* exhedra *a.* exedra *C. Magliabechianus.* etiam *AB.* 69. Unde non ipsum quoque *A.* An non quoque *Magliab.* 70. ab egyptiis *A. m. sec.* 71. deos sibi *AB. Magliab.* sibi deos *reliqui.* 72. cum in dolum *A (m. pr.) B.* 73. collocationes *A. m. pr. Manus secunda correxit* collocatione *et superscripsit* collatione. 74. egredientes (egressiones *A. m. sec.*) *AB.* 75. impatienter exceperat. Post *AB. liber Pithoei.* patienter exceperat. Post *Magliab., in quo quae sequuntur verba* mannae escatilem — — impatientiam audiendi *non comparent.* 76. manna *B. Vaticani tres.* 77. sequellam *A.* 78. sedui *A. m. pr.* fedui *B.* sed diu *A. m. sec.* 79. hoc *B.* 80. nec *AB.* 81. manus prophetis *ABd.* prophetis manus *Cabc.* 82. non per *B.* 83. ipso *B. Magliab.* 84. et *B.*

Cap. VI. 1. et *om. Magliab.* 2. isto *c. Pro* deputatus *Fr. Iunius maluit* deputatum.

p. exceperat moras.] Postremum istud vocabulum non legitur in codice Pithoei, ut in hoc commate repetendum de praecedenti videatur *collationes,* Mosis videlicet cum domino. (Rigalt.) Editi retinent *moras;* scriptorum auctoritati si cedis, rescribe *congressiones* pro *congredientes,* id quod voluit manus sec. libri Vindob. De loco cf. Cyprian. l. l. „Iudaicus populus, circa divina beneficia perfidus et ingratus, nonne quod a deo primum recessit, impatientiae crimen fuit? Dum Moysi cum deo conloquentis moras non potest ferre, profanos deos ausus est postulare" cett.

q. manus prophetis intulerunt] Pergit discipulus Tertulliani: „Nec unquam ab eadem impatientia destitit (sc. Iudaicus populus), quominus semper docilitatis et divinae admonitionis impatiens prophetas suos et iustos quosque perimendo ad crucem quoque et sanguinem domini prosiliret."

r. per impatientiam etiam videndi.] Per invidiam; nec enim patienter aut libenter videtur cui invidetur et esse odio solet invidentibus. Sic Christus Iudaeis invisus et sciebat Pilatus traditum sibi a Iudaeis per invidiam. (Rigalt.)

s. liberarentur.] h. e. liberati fuissent, per enallagen.

Cap. VI. a. et iustitiae deputatus ab illo est] Cf. De Baptismo cap. 13 „Abraham deo credidit, et deputatum est iustitiae (sc. Abrahae)." Iren. c. Valentin. cap. 13 „Deputatum est illi ad iustitiam a domino." Cyprian. Epist. LXIII: „Nam si Abraham deo credidit, et deputatum est ei ad iustitiam, utique quisquis deo credit et fide vivit, iustus invenitur, et iampridem in Abraham fideli benedictus et iustificatus invenitur."

eius patientia probavit, cum filium immolare iussus [3]est ad fidei, non temptationem [4]dixerim, sed [5]typicam contestationem[b]. Ceterum deus [6]quem iustitiae [7]deputasset sciebat. Tam grave praeceptum, quod nec domino perfici placebat, patienter et audivit et, si deus voluisset, implesset. Merito ergo benedictus, quia et fidelis; merito fidelis, quia et patiens. Ita fides patientia illuminata, cum in nationes seminaretur per [8]semen Abrahae, quod est Christus, et gratiam legi superduceret[c], ampliandae adimplendaeque legi [9]adiutricem suam patientiam praefecit[d], quod ea [10]sola ad iustitiae doctrinam retro defuisset. [11]Nam olim et oculum pro oculo et dentem pro dente repetebant[e], et malum malo fenerabant. Nondum enim patientia in terris, quia nec fides. Scilicet interim impatientia occasionibus [12]legis fruebatur[f]. Facile erat absente domino patientiae [13]et magistro. Qui postquam supervenit et gratiam fidei [14]patientia composuit[g], iam nec verbo quidem lacessere nec fatue quidem dicere sine iudicii periculo [15]licet. Prohibita ira[h], [16]restricti animi, compressa petulantia manus, [17]exemptum linguae venenum. Plus lex quam amisit invenit, dicente Christo, Diligite inimicos vestros, Matth. V, 44. et maledicentibus benedicite, et orate pro persecutoribus vestris,

3. est *om. Magliab.* 4. diximus *AB.* 5. triplicem *AB.* 6. quae *AB.* 7. deputabat *B.* 8. sanctum *AB.* 9. adiutricem suam patientiam *Cabcd. Hirsaug. Magliab.* adiutricem suam sapientiam *Paterniac.* aductricem suam patientiam *AB.* adiutrice sua patientia *A. m. sec.* 10. solo *B.* 11. Nam et olim oculum *AB.* 12. legi *A. m. sec.* 13. et *delevit m. sec. in A.* 14. patientiam *AB.* 15. licere *AB.* 16. restincti *Latinius. Probavit Fr. Iunius.* 17. exempto linguae veneno *AB.*

b. sed typicam contestationem.] Hoc est exemplum, figuram, sacramentum, mysterium. (Rigalt.) Quia quae ibi gesta typice contestantur cum his quae gesta in passione verissimi Isaac Christi. (La Cerda.)

c. superduceret] h. e. adderet, adiceret; ex usu Tertulliani.

d. praefecit] Cyprianus: „Ipsa est quae fidei nostrae fundamenta firmiter munit."

e. et dentem pro dente repetebant] Valerianus Episc. Homil. XIII: „Non dubito esse aliquos, dilectissimi, qui sub hac sententia perfectam putent stare iustitiam quae dicit oculum pro oculo, dentem pro dente. Dominabatur quidem ista dudum apud saeculi homines, sed ideo quia necdum auctor venerat bonitatis. Qualem autem putatis fuisse iustitiam quae solam mortis operabatur iniuriam? Et nullus profecto adhuc finis esset poenae, nisi Christus noster cruentis legibus oleum misericordiae miscuisset, hoc est vere sine dolo implesset iustitiam, bonitatis exhibuisset doctrinam. His ergo, dilectissimi, eruditionibus instituti antiquae legis amaritudinem dilectionis studio temperemus, ne videatur ille perfectae modum excessisse iustitiae qui inlatae vicem reportat iniuriae."

f. occasionibus legis fruebatur.] Ad eum modum quo nunc vir occidens moechum impune fruitur occasione impunitatis iudicum ad saturandam iram. (La Cerda.)

g. gratiam fidei patientia composuit] *συνήρμοσεν, συνέθηκεν* interpretantur Fr. Iunius et Ludov. de la Cerda. Non probo.

h. Prohibita ira] Cyprianus l. l. „Ipsa est quae iram temperat, quae linguam frenat, quae mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium simultatis extinguit" cett.

ut filii sitis patris vestri[i] caelestis. Vides quem nobis patrem patientia acquirat? Hoc principali [18]praecepto universa patientiae disciplina succincta est, quando [19]ne digne quidem[k] malefacere concessum [20]est.

Cap. VII. Iam vero percurrentibus nobis causas impatientiae cetera quoque praecepta suis locis respondebunt. Si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni paene in loco contemnendo saeculo scripturis dominicis commonetur; nec maior ad pecuniae contemptum exhortatio subiacet[a], quam quod ipse dominus in nullis divitiis invenitur. Semper pauperes iustificat, divites praedamnat. Ita [1]detrimentum patientiae, fastidium opulentiae praeministravit[b], demonstrans per [2]abiectionem divitiarum laesuras quoque earum computandas[c] non esse. Quod ergo nobis appetere minime opus est, quia nec dominus appetivit, [3]detruncatum vel etiam ademptum non
I Tim. VI, 10. aegre sustinere debemus. Cupiditatem omnium malorum radicem spiritus domini per apostolum pronuntiavit. Eam [4]non in concupiscentia [5]alieni tantum constitutam interpretemur: nam et quod

18. praeceptore *Magliab.* 19. ne digne *Cabd. Magliab., alii.* ne (nec *A.*) linguae *ABc. Vaticani tres. Probat Fr. Iunius.* 20. est *om. AB.*

Cap. VII. 1. detrimentorum *Fulv. Ursinus; probat Rigaltius.* 2. adiectionem *A.* 3. detrimentum *AB. In A. m. sec. delet verba* detrimentum vel etiam. 4. non *om. A.* 5. alicui *A.* alicuius *B.*

i. ut filii sitis patris vestri] Cyprianus l. l. „Ipsa efficit ut perseveremus filii dei, dum patientiam patris imitamur."

k. ne digne quidem] Sic habent antiquissima exemplaria, nec dubitandum quin ita scripserit Tertullianus, uti etiam edidit et rectissime explicavit Rhenanus. Evangelica lege non est concessum malum malo reddere nec male meritis malefacere, quamvis alias dignis talione, quibus adeo digne, hoc est iure et merito malefieret. (Rigalt.)

Cap. VII. a. subiacet] Ad Natt. I, 10 „palam *subiacet*, quanta a maioribus mutaveritis." Apolog. cap. 15 „intellegi *subiacet* veritatis esse cultores qui mendacii non sint." Subiacet est igitur *ὑπόκειται*.

b. fastidium opulentiae praeministravit] Dominus praeministravit patientiae detrimentum, subaudi rei familiaris, fastidium opulentiae, contemptum divitiarum. Appositive, ut sit sensus: Dominus primus ostendit patientia tolerandum esse detrimentum rei familiaris, dum dicit divitias esse contemnendas. (Rhenanus.) Dominus, qui semper pauperes iustificat, detrimentum atque ex eo paupertatem praeministravit patientiae, id est ut patientia existeret, et idem dominus, qui semper divites praedamnat, praeministravit opulentiae fastidium, et fastidiri opes docuit oportere. (Fr. Iunius.) Sententia est praeministrari praedocerique patientiae ipsi ut ferat aequanimiter detrimentum opum, cum opulentiae, id est opulentis divitibus iubetur ut fastidiant abiiciantque opes. — — Verba ita cohaerebant: Ita praeministravit patientiae ipsi detrimentum per fastidium opulentiae. (La Cerda.) Tertulliani manum servavit codex Ursini, in quo sic legitur: *Ita detrimentorum patientiae fastidium opulentiae praeministravit.* Verissima sententia est: Qui divitias fastidire didicit, paratissimus est ad patientiam detrimentorum. Fastidium praeministravit patientiae. (Rigalt.) Probo Fr. Iunii interpretationem.

c. computandas] h. e. reputandas, aestimandas, magni pendendas. Sic *computare* usurpatum legitur etiam De Carne Chr. cap. 7 „non *computantes* scilicet quid intus ageretur." De Pudic. cap. 8 „Iudaei enim apostatae filii pronuntiantur, generati quidem et in altum elati, sed qui non *computaverint* dominum et qui dereliquerint dominum" cett.

nostrum videtur, alienum [6]est; nihil enim nostrum, quoniam dei [7]omnia, cuius ipsi quoque nos. Itaque si damno affecti [8]impatienter senserimus, [9]non de nostro amissum dolentes, adfines cupiditatis deprehendemur. Alienum quaerimus cum alienum amissum [10]aegre sustinemus. Qui damni impatientia concitatur terrena caelestibus anteponendo, de proximo[d] in deum peccat. Spiritum enim, quem a [11]domino sumpsit, saecularis rei gratia concutit. [12]Libenter igitur terrena amittamus, caelestia tueamur. Totum licet saeculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. Iam qui minutum sibi aliquid aut furto [13]aut vi [14]aut etiam ignavia non constanter sustinere constituit, nescio an facile vel ex animo ipse rei suae manum inferre posset in causa eleemosynae. [15]Quis enim ab alio secari omnino non sustinens ipse ferrum [16]in corpore suo ducit? Patientia in [17]detrimentis exercitatio est largiendi et communicandi. Non piget donare eum qui non timet perdere. [18]Alioquin quomodo duas habens tunicas alteram earum nudo dabit, nisi idem sit qui auferenti tunicam etiam pallium offerre possit? Quomodo amicos de mammona [19]fabricabimus nobis, si eum in tantum amaverimus, [20]ut amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito. [21]Quid hic invenimus ubi habemus amittere[e]? Gentilium est omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem [22]pecuniariam fortasse animae anteponant. [23]Nam et faciunt cum lucri cupiditatibus [24]quaestuosa pericula mercimoniorum in mari exercent, [25]cum pecuniae causa etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi [26]dubitant, cum denique ludo et castris sese locant, cum [27]per viam [28]in morem bestiarum latrocinantur. Nos vero secundum diversitatem, qua cum illis sumus, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere [29]convenit, seu sponte in largiendo seu patienter in amittendo.

6. est *om. AB.* 7. omída *A.* oímda *B.* 8. impatienter senserimus *ABCcd. Magliab. Vaticani tres.* impatientes erimus *ab., ex coniectura Rhenani.* impatienter ferimus *aut* sufferimus *Rhenanus in marg. ed. MDXXVIII.* 9. de non nostro *d.* 10. dolentes aegre *c.* 11. deo *Magliab.* 12. Libenter *BCab. Magliab.* Libentes *ACmgcd.* 13. aut vi *om. ABC. Magliab.* 14. an etiam *A.* an et *B.* 15. Cuius enim *AB.* 16. corpori suo *d.* 17. detrimentum *AB.* 18. Alioqui *A. m. sec.* 19. fabricamus *AB.* 20. et *AB.* 21. Quod *B.* 22. pecuniarum *A. m. sec. Pro* qui *in B. est* quae. 23. Nam quid faciunt *Latinius.* 24. qua aestuosa *A. m. pr.* quia estuosa *A. m. sec.* 25. ad pecuniae *AB., sed m. sec. delevit voc.* ad *in A.* 26. dubitent *B.* 27. pervia *A.* 28. in morem *ego.* in mores *cd. Paterniac. m. pr.* in memores *Paterniac. m. sec. et liber Pithoei.* immemores *ABC. Magliab.* more *ab.* 29. cum venit *AB.*

d. de proximo] Cf. supra cap. 5 „deo *de proximo* amicus.“ De Corona cap. 7 „deum naturae *de proximo* colentes.“ Adde Apolog. cap. 27 „et quos *de longinquo* oppugnant, *de proximo* obsecrant.“

e. ubi habemus amittere?] Alludit ad verba Christi apud Matth. X, 39 „Qui

Cap. VIII. Ipsam animam [1]ipsum qui corpus in saeculo isto expositum omnium ad iniuriam gerimus eiusque iniuriae patientiam [1b]subimus minorum [2]delibatione[a] laedemur? Absit a servo Christi tale inquinamentum, ut [3]patientia maioribus temptationibus praeparata in frivolis excidat. Si manu quis temptaverit [4]provocare, praesto est Matth. V, 39. dominica monela: Verberanti te, inquit, in faciem etiam alteram genam obverte. Fatigetur improbitas patientia tua. [5]Quivis ictus ille sit dolore et contumelia [6]constrictus, gravius a domino [6b]vapulat[b]. Plus improbum illum caedis sustinendo. [7]Ab eo enim [8]vapulabit cuius gratia sustines. Si linguae amaritudo maledicto Matth. V, 12. sive convitio eruperit, [9]respice dictum: Cum vos maledixerint, gau- Deut. XXI, 23. dete. Dominus ipse maledictus in lege est, et tamen solus [10]est Gal. III, 13. benedictus. Igitur dominum servi consequamur et maledicamur patienter, ut benedicti esse possimus. Si parum aequanimiter audiam dictum aliquod in me protervum aut [11]nequam, reddam et ipse amaritudinis vicem necesse est, [12]aut cruciabor impatientia muta. [13]Cum ergo percussero [14]maledictus, quomodo secutus inveniar doctrinam domini, qua traditum est non [15]vasculorum inqui- Marc. VII, 15. 18. namentis, sed eorum quae ex [16]ore promuntur hominem [17]commu- Matth. XII, 36. nicari[c]? Item: Manere nos [18]omnis vani et supervacui dicti reatum. Sequitur ergo ut a quo nos dominus [19]arcet, idem ab alio aequanimiter pati [19b]admoneat. [20]Adiciam de patientiae [21]voluptate. Nam

Cap. VIII. 1. ipsum qui *ego.* ipsumque *d. Rhenanus.* 1 b. sub unius *AB. Pro* minorum *A. m. sec. habet* nummi. 2. delibatione laedemur *a. Latinius.* deliberatione laedemur *Cbcd. Magliab.* deliberatione laederunt (laedimus *A. m. sec.*) *AB.* de liberatione laedemur *Pithoeus.* devibratione *aut* delibratione *Ios. Scaliger.* 3. in patientia *Magliab.* 4. provocari *ABC. Magliab.* 5. Cuius *C.* quamvis (quavis *Aφ. m. sec.*) *A. m. sec.* 6. conscriptus *A.* 6 b. vapulabit *Latinius, ex Vaticano quodam.* 7. inibeo enim *AB.* in te (a te *Aφ.*) enim *A. m. sec.* ab eo *Paterniac.* 8. vapulavit *AB. Paterniac. Magliabech., cuius variantes scripturas hic desino amplius adnotare.* 9. inspice *B.* 10. benedictus est *AB.* 11. nequãquã *B.* 12. ut cruciabor *A.* ne crucier *A. m. sec.* 13. Cur *AB. Pro* percussero *A. m. sec. habet* repercussero. 14. maledictus *ABCa. Fulv. Ursinus.* maledicto *amgbcd.* maledictis *A. m. sec.* 15. esculentorum *A. m. sec.* 16. orte *A.* 17. communicari *cd. Rhenanus.* communicare *Cab.* coninquinari (conquinari *A.*) *ABCmg. Vaticani tres.* 18. omnes *AB.* 19. arcet *om. AB.* 19 b. admonuerat *Cmg.* 20. Adiciam *ego.* Nec (Ne *AφB,*) iam *AB.* haec iam *A. m. sec.* etiam *Fr. Iunius.* Hic iam *reliqui.* 21. voluptate *d. Rhenanus.* voluntate *ABabc.* voluntatem *C.*

invenerit animam suam, perdet eam, et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. (Rigalt)

Cap. VIII. a. delibatione] Ita reponendum erat. Saepissime confunduntur ab librariis *delibrare, deliberare, delibare.* Cf. adnot. crit. ad Apolog. cap. 9.

b. gravius a domino vapulat.] Ictu contrario seu repercussione divinae ultionis. (Rigalt.) Pro *Quivis,* quod recte interpretantur *Quantuscunque,* sententiae magis consentaneum esset *Quovis,* ablativus, cum *dolore* coniungendus. *Vapulare ictum* dicit ipsum, cum proprie dicendum esset eum vapulare qui ictum inflixerit. *Constrictus* est implicatus, adstrictus, coniunctus. Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 205.

c. communicari?] h. e. *κοινοῦσθαι,* coinquinari. V. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 17.

[22]omnis iniuria, seu lingua seu manu [23]incussa, cum [24]patientiam offenderit, eodem exitu [25]dispungetur[d], quo telum aliquod [26]in petra constantissimae duritiae [27]libratum et obtusum. [28]Concidet enim ibidem[e] inrita opera et infructuosa, et nonnunquam repercussum in eum qui [29]emisit reciproco impetu saeviet. Nempe idcirco quis te laedit, ut doleas, quia fructus [30]laedentis in dolore laesi est. Ergo cum fructum eius everteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui. Tunc tu non modo illaesus [31]abis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper adversarii tui et frustratione oblectatus et dolore defensus. [32]Haec est patientiae utilitas et [33]voluptas.

Ne illa quidem impatientiae species [1]excusatur in amissione Cap. IX.
nostrorum, ubi aliqua [2]doloris patrocinatur [3]assertio[a]. [4]Praepo-
nendus est enim respectus denuntiationis [5]apostoli, qui ait: Ne I Thes. IV, 13.
[6]contristemini dormitione [7]cuiusquam, sicut nationes, quae spe carent. Et merito. Credentes enim resurrectionem Christi [8]in nostram quoque credimus[b], propter quos ille et obiit et resurrexit. Ergo cum constet de resurrectione mortuorum, vacat dolor mortis, [9]vacat et impatientia doloris[c]. Cur [10]enim doleas, si [11]perisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim quem credis reversurum? Profectio est quam putas mortem[d]. Non est lugendus

22. omnes iniuriae *AB*. 23. incussae *A*. 24. patientia offenderit *B*. patientia offendent *A*. patientiam offenderint *A. m. sec.* 25. dispungentur *A. m. sec.* 26. impetra *AB*. 27. liberatum *B*. 28. concedet *B*. 29. remisit recepto *AB*. 30. ledentur *AB*. 31. abis *d. Fulv. Ursinus et Fr. Iunius*. ibis *ABCabc*. 32. lex est *AB*. 33. voluptas *d. Rhenanus, Fulv. Ursinus, Fr. Iunius*. voluntas *ABCabc*.

Cap. IX. 1. excusator *AB*. 2. dolori *A. m. sec.* 3. assertio *ABCabc*. affectio *d., Fulv. Ursinus*. 4. Praeponendus est *BCabc*. Proponendus eśt *(A)d*. Proponemus *Fulv. Ursinus*. 5. ampliusque ait *A (m. pr.) B*. 6. constritemini *A*. contristemur *B*. 7. cuiusque *AB*. 8. in *om. Fr. Iunius*. 9. vacat et impatientia doloris *om. A*. 10. enim *Bcd. Vaticani tres*. ergo *ACab*. 11. perisse *ABC*.

d. dispungetur] h. e. iudicabitur. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 37.

e. ibidem] h. e. statim, illico. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

Cap. IX. a. ubi aliqua doloris patrocinatur assertio.] Haec genuina est scriptura. Asserit quodammodo dolorem et impatientiam eius amissio nostrorum.

b. in nostram quoque credimus] Revocanda erat *in* praepositio. Infra cap. 16 „qui *in* resurrectionem carnis et spiritus *credimus*." Cf. supra cap. 1 „*Confiteor ad* dominum deum" cett.

c. vacat et impatientia doloris.] De verbo *vacare* dixi ad De Orat. cap. 15.

d. Profectio est quam putas mortem.] Ita loquuntur patres. Hieronym. ad Salvinam: „Sic extulit maritum, *ut eum profectum crederes, non amissum*." Et in epitaphio Fabiolae mortem vocat *peregrinationem*, et in Consolatione ad Paulum *migrationem*. Cassianus lib. V. cap. 28. *transmigrantem* dixit, id est morientem. Sic et Graeci. Namque Iohannes Chrysost. Homil. II. ad Pop. de morientibus ἀποδημοῦντες, et Homil. V „τί ποτέ ἐστι θάνατος; ἀποδημία πρόσκαιρος, ὕπνος μακρότερος τοῦ συνήθους." Athanasius lib. de Virginitate loquens de morte iustorum: „οὐ θάνατος, ἀλλὰ μετάθεσις." Quo verbo usus Theodoretus Hist. II, 3., ubi

qui antecedit, sed plane desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum. Cur enim immoderate feras [12]abisse quem mox [13]subsequeris? Ceterum[e] impatientia in huiusmodi[f] et spei nostrae male ominatur et fidem praevaricatur. Et Christum laedimus cum evocatos quosque ab illo quasi miserandos non aequani-
Phil. I, 23. miter accipimus. Cupio, inquit apostolus, recipi [14]iam et esse [15]cum Christo. Quanto [16]melius ostendit votum? Christianorum [17]ergo[g] votum si alios consecutos impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus.

Cap. X. Est et alius súmmus impatientiae stimulus, ultionis libido, negotium curans aut gloriae aut malitiae. Sed et gloria [1]ubique vana et malitia nunquam non domino odiosa, hoc quidem loco [2]maxime[a], cum [3]alterius malitia provocąta superiorem se in exsequenda ultione constituit et remunerans nequam duplicat quod semel factum est. [4]Ultio penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem [5]contra[b] redarguitur [6]malignitatis. Quid enim refert inter provocantem et provocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior? Tamen uterque [7]laesi hominis domino reus est, [8]qui [9]omne nequam et prohibet et [10]damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio est, [11]nec locus secernit quod similitudo
Rom. XII, 17. coniungit. Absolute itaque praecipitur malum [12]malo non repen-

12. abisse *ABCa.* 13. subsequetur *AB.* 14. iam *om. A.* 15. cum Christo *Bcd. Vaticani tres.* cum domino *reliqui.* 16. magis *AB.* 17. ergo votum *om. C.*

Cap. X. 1. ubique vana et malitia *Latinius.* ubique unaque malitia *AB.* ubique una et malitia *Cabc.* utique vana et malitia *d., Fulv. Ursinus.* 2. maxime *abcd.* cum maxime *ABC. Vaticanus codex apud Latinium.* 3. ab alterius *abc.* 4. Ultro *AB.* 5. contra *ego.* certam *ABCabc.* certamen *d.* certe *Fulv. Ursinus.* 6. malignitatem *B.* 7. laesores (lesor est *A. m. sec.*) hominis *AB.* 8. quod *AB.* 9. omne *ABCd. Ios. Scaliger, Fulv. Ursinus.* omnem *abc.* 10. damnatur *AB.* 11. nonne (anne *A. m. sec.*) locus *AB.* 12. mala *B.*

loquens de Constantino Magno: „*εἰς τὴν ἀπώλεθρον μεθιστάμενος βασιλείαν.*“ Quod verbum sumpsit ab Eusebio de Vita Constant. M. I, 4., qui de eodem principe: „*ἐπ' ἀτελεύτητον ζωὴν μετεστήσατο.*“ (La Cerda.)

e. Ceterum] Alioquin. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

f. in huiusmodi] V. quae adnotavero ad De Baptismo cap. 12.

g. Christianorum ergo] Vulgata interpunctio est: votum Christianorum? Ergo cett., quam etiam Rigaltius secutus est, qui verba *Quanto melius ostendit votum Christianorum?* repetenda putat ex superioribus: *quam nationum quae spe carent.* Malo subintellegere: quam ostendere videntur qui suos amissos nimia doloris impatientia prosequuntur.

Cap. X. a. hoc quidem loco maxime] Libri scripti praebent *cum maxime* pro *maxime.* Sed vocula *cum* accreverat ex syllaba *co* praecedentis vocabuli.

b. contra] Rhenanus edidit *penes veritatem certam redarguitur malignitatis.* Placet emendatio *certamen redarguitur malignitatis.* Hanc emendationem confirmat Augustinus et Septimii verba videtur habuisse prae oculis, cum ita scripsit in Psalm. XXXVI: „contende cum malo, sed de bonitate; ipsa est enim vera contentio, vel potius certamen salubre, ut sit bonus contra malum, non ut sint duo mali.“ (Rigalt.) Reponere visum est *contra.*

dendum. Par factum par [12b] habet meritum. Quomodo id [13] observabimus, si [14] fastidientes in fastidio ultionis [14b] non erimus[c]? Quem autem honorem [15] litabimus domino deo, si nobis arbitrium defensionis arrogaverimus? Nos [16] putres, vasa fictilia. Servulis nostris[d] adsumentibus sibi de conservis ultionem graviter offendimur, eosque qui nobis patientiam obtulerint suam, ut memores humilitatis, servitutis, [17] ius dominici honoris diligentes, non probamus modo, sed ampliorem [18] quam ipsi sibi praesumpsissent satisfactionem [19] facimus. Id nobis in domino tam iusto ad [20] aestimandum, tam potenti ad perficiendum periclitatur? Quid ergo credimus iudicem illum, si non et ultorem? Hoc [21] se nobis [22] repromittit dicens; Vindictam mihi, et ego vindicabo, [23] id est, Patientiam mihi, et ego patientiam remunerabo. Cum enim dicit, Nolite iudicare, ne iudicemini, nonne [24] patientiam flagitat? Quis enim non iudicabit alium, nisi qui patiens erit [25] non defendendi? [26] Quis idcirco iudicat, ut ignoscat? [27] Ac si ignoscet, tamen [28] iudicantis impatientiam cavit[e], et honorem unici iudicis, id est dei, abstulit. Quantos vero

Deut. XXXII, 35. Matth. VII, 1.

12b. habet et *Fulv. Ursinus.* 13. servabimus *A.* 14. fastidientes in *ABCabc.* fastiditi ante in *d., Fulv. Ursinus.* 14b. nocuerimus? *Rigaltius.* 15. lictabimus *AB.* 16. putres *ABCabc. Pithoei codex.* utres *d., Fulv. Ursinus.* 17. ut dominici *A. m. sec.* 18. quoniam *B.* 19. facinus *A.* 20. destinandum *AB.* 21. ipsi nobis *A. m. sec.* 22. promittit *B.* 23. idem *B.* 24. patientia *B.* 25. non defendendi *bcd.* non defendi *Ca. Probat Fr. Iunius.* non (et non *A. m. sec.*) defenditur *AB.* 26. qui *AB.* 27. at (et *A. m. sec.*) si *AB.* 28. iudicantis patientiam cavit *Latinius.* iudicatus impatientiam canit *AB.* iudicans in impatientiam cadit *A. m. sec.*

c. si fastidientes in fastidio ultionis non erimus?] In codice Ursini legitur *si fastiditi ante in fastidio ultionis non erimus?* Alii: *si fastidientes in fastidio ultionis non erimus?* Frigidissimo sensu. Itaque legimus: *Si fastidientem fastidio ultionis nocuerimus?* Fastidimur ab adversario qui nos odio habet; quem si vicissim odio habemus et fastidio, iam fastidientem refastidimus, et malum malo rependimus, et praeceptum domini non observamus. Nocere fastidientem dixit hoc loco Septimius, ut „nocere nascentem" libro de Exhort. Castitatis. (Rigalt.) Retinui vulgatam. Christianus vetatur ulcisci. Est igitur in fastidio ultionis, hoc est fastidii ultionis legi adstrictus. Christianae autem religionis legem migrat qui, dum est ab ea in fastidio ultionis collocatus, fastidientem tamen revera sese non exerit.

d. servulis nostris] Idem paene est argumentum Salviani de Gubern. Dei lib. III, p. 44. ed. Rittersh.: „Si ergo nos, qui homunculi imbecilli sumus, contemni tamen a servis nostris omnino volumus, quos etsi nobis servitutis conditione inferiores, humana tamen sors reddit aequales, quam inique utique caelestem dominum contemnimus, qui, cum homines ipsi simus, contemnendos tamen nos a nostrae conditionis hominibus non putamus." Cf. Idem ibid. lib. IV, p. 57. ed. Rittersh. inde a verbis: „Sed quid miramur, si peccantes nos deus verberat, cum ipsi peccantes servulos verberemus?"

e. tamen iudicantis impatientiam cavit] Hoc est adhibuit impatientiam iudicantis seu persequentis iniuriam iudicio. Cavit impatientiam iniuriae actionem eius aggressus iudicio, etsi non peregit. Cavit, tamquam periclitaretur reposita apud deum ultio, eaque cautione honorem unici iudicis, id est dei, abstulit. *Cavere impatientiam* dixit Tertullianus eadem forma qua Ulpianus et Scaevola *cavere chirographum* l. 5. D. Commodati, et lib. 89. De Solut. et Liber., quod est cavere per chirographum. Sic *cavere im-*

casus huiusmodi impatientia [29]incursare consueverat? [30]Quotiens paenituit defensionem? Quotiens instantia eius deterior [31]inventa est causis suis[f]? Quoniam nihil impatientia susceptum sine impetu transigi novit, nihil impetu actum [32]non aut offendit aut corruit aut praeceps [33]abiit. Iam si levius defendaris, insanies, si [34]uberius, oneraberis[g]. Quid mihi cum ultione, cuius modum regere non [35]possum per impatientiam doloris? Quodsi patientiae incubabo[h], [36]non dolebo, si non dolebo, ulcisci non desiderabo.

Cap. XI. Post has principales impatientiae materias ut [1]potuimus regestas quid inter [2]ceteras evagemur, quae domi, quae foris? Lata atque diffusa [3]est operatio Mali[a], multiplicia [4]spiritus incitamenta iaculantis, et modo parvula, modo maxima. Sed parvula de sua mediocritate contemnas, maximis [5]pro sua exuperantia cedas. Ubi minor iniuria, ibi nulla necessitas impatientiae. At ubi maior iniuria, ibi [6]necessarior[b] iniuriae medela, [7]patientia. Certemus igitur quae a Malo infliguntur sustinere, ut hostis studium aemulatio nostrae aequanimitatis eludat. Si vero quaedam [8]ipsi in nos aut [9]imprudentia aut sponte etiam superducimus[c], aeque patienter obeamus quae nobis imputamus[d]. Quodsi a domino nonnulla credimus [10]incuti, cui magis patientiam quam domino praebeamus?

29. incursare consueverat *ABc.* incursare consuevit *d., Fulv. Ursinus.* incursare consuerit *Aφ. m. sec.* incusare consueverat *Cab.* 30. Quotiens paenituit defensionem? *om. AB.* 31. inventa (invecta *A.*) est *ACab.* facta est *(B)cd.* 32. non aut *ABCa.* aut non *bcd.* 33. abruit *A.* 34. ulterius *AB.* 35. possim *AB.* 36. nonne *AB.*

Cap. XI. 1. potuis *A. m. pr.* potui *A. m. sec.* 2. cetera *AB.* 3. est (ex *m. sec.*) operatione *A.* 4. aspidum *amg.* 5. pro sua exuperantia *BCad.* pro sua exuberantia *bc.* persuasionibus exsuperantia *A.* propter suam exuberantiam *A. m. sec.* 6. necessaria *A. m. sec.* 7. patientia *ABCd. Latinius, Fulv. Ursinus.* patientiae *abc.* 8. ipsius in nos *A.* ipsius unos *B.* 9. imprudentiae *AB.* 10. mitti *A. m. sec.* meritis (meritus *A.*) *AB.*

patientiam, hoc est cavere per impatientiam, prospicere sibi ultionem per impatientiam iniuriae. (Rigalt.) Cf. Dirksen Manuale s. v. *Cavere* p. 123.

f. deterior inventa est causis suis?] Institit acrius et asperius aequo. Non suberat causa tam saevae tamque atrocis aut pertinacis instantiae. Exegit plus quam lex ulla dolori concessit. (Rigalt.)

g. oneraberis.] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 26. Pro *uberius* Leidensis et Vindobonensis habent *ulterius.* Non improbo.

h. incubabo] h. e. incumbam, indormiscam. Sic Hilarius Can. XVI. in Matth. „operibus saeculi incubare."

Cap. XI. a. tota atque diffusa est operatio Mali] Similiter De Idolol. cap. 2 „Sufficit sibi iam in inimicum deo nomen tam locuples substantia criminis, quae tot ramos percipit, tot venas defundit, ut de hoc cummaxime materia suscepta sit, quot modis nobis praecavenda sit idololatriae latitudo."

b. necessarior] Comparativus Tertulliano usitatus. De Cultu Femin. I, 5 „*necessariores* operas." De Resurr. Carnis cap. 31 „*necessarioris* restitutionis." De Testim. Animae cap. 4 „*necessariorem* sententiam." De Carne Chr. cap. 7 „quasi *necessarius* aliquid afferrent."

c. superducimus] Hoc est adicimus, addimus. Cf. supra cap. 6 „et gratiam legi *superduceret.*"

d. quae nobis imputamus.] Quasi haec sit ratio tolerandi. Cur non obeas patienter quae tu tibi facis? Tibi imputa, non alteri. (La Cerda.)

[11]Quin insuper gratulari et gaudere nos [12]docet dignatione divinae castigationis. [13]Ego, inquit, quos diligo, castigo. O servum illum beatum, cuius [14]emendationi dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non [15]decipit! Undique igitur adstricti sumus officio patientiae administrandae, [16]quaqua ex parte aut erroribus nostris aut Mali insidiis [17]admonitionibus domini [18]intervenimus[e]. Eius officii magna merces, felicitas scilicet. Quos enim felices dominus nisi patientes nuncupavit, dicendo: Beati pauperes spiritu, illorum est enim regnum caelorum? Nullus profecto spiritu pauper nisi humilis. Quis enim humilis [19]nisi patiens? quia nemo subicere sese potest sine prima patientia subiectionis ipsius. Beati, inquit, flentes atque lugentes. Quis talia sine patientia tolerat? Itaque talibus et [20]advocatio[f] et risus promittitur. Beati mites. Hoc quidem vocabulo impatientes non licet omnino censeri. Item cum pacificos eodem titulo felicitatis notat et filios dei nuncupat, numquid impatientes pacis adfines? [21]Stultus hoc senserit. Cum vero, Gaudete et exultate, dicit, quotiens [22]vos maledicent et persequentur, merces enim vestra plurima in caelo, id utique non exultationis impatientiae pollicetur, quia nemo in adversis [23]exultabit, [24]nisi ante ea contempserit. Nemo contemnet, nisi patientiam gesserit[g].

Prov. III, 12. Hebr. XII, 6. Apoc. III, 19.

Matth. V, 3

Matth. V, 5.

Matth. V, 4

Matth. V, 15

[1]Quod pacis gratissimae [2]deo attinet disciplinam, quis omnino impatientiae natus vel semel [3]ignoscet fratri suo, non dicam septies, [4]sed septuagies septies? Quis [5]iudicium adversario suo

Cap. XII.

11. qui *Fr. Iunius.* 12. decet *A. m. sec. Latinius, Ios. Mercerus.* 13. Quos ego, inquit, diligo *AB.* 14. emendationem *A.* 15. deripit *AB.* 16. Quaqua ex parte *d., Fulv. Ursinus.* Quia qua ex parte *ABCabc.* 17. admonitionibus *Ios. Scaliger.* admonitionibus an *B.* an admonitionibus *A.* aut admonitionibus *A (m. sec.) Cabcd.* 18. intervenimus, eius *ABCabc.* intervenit eius *A. m. sec.* intervenit usus eius *d., Fulv. Ursinus.* 19. non patiens *AB.* 20. avocatio *Hildebrandus ad Apul. Metam. I, 20. p. 60 sq.* 21. Stultus hoc *Cad.* Stultus haec *bc.* hos stultus *AB.* 22. nos *Aφ.* 23. exultabit *abcd.* exultavit *ABC.* 24. non ante *AB.*

Cap. XII. 1. Quod pacis *BCabc.* Quod primam pacis *Aφ. m. pr.* Quae ad pacis *A. m. sec.* Quod ad pacis *d., Latinius, Fulv. Ursinus.* 2. domino attinent *AB.* 3. ignoscit *ABC.* 4. sed et *d.* vel *Latinius.* 5. iudicium adversario *ego.* iudicem cum adversario *ABC.* ad iudicem cum adversario *abc.* iudicium cum adversario *d., Fulv. Ursinus.*

e. admonitionibus domini intervenimus.] Sic correxi haec verba. Similiter infra dicit *intervenire mandatis,* ut hic *intervenire admonitionibus.* Cap. 15 „Omnia enim placita eius tuetur (sc. dei), *omnibus mandatis eius intervenit.*“ Vulgata verborum interpunctio est *administrandae. Quaqua ex parte — — — usus eius officii magna merces, felicitas scilicet.*

f. advocatio] Advocatio, *παράκλησις,* consolatio. Sic „voces *advocationis*“ id est consolationis: „*advocare* languentes,“ id est consolari aegrotantes: „*advocator* pauperum,“ id est consolator. (Rigalt.) Verissime Rigaltius. Praecox enim Hildebrandi correctio *avocatio,* quam proposuit ad Apul. Metam. p. 61.

g. nisi patientiam gesserit.] Sic supra cap. 2. dixit *patientiam perpetrare.*

dirigens[a] negotium convenientia[b] solvet, [6]nisi prius iam dolorem, duritiam, amaritudinem, venena scilicet impatientiae [7]amputarit? Quomodo remittes et remittetur tibi, si tenax iniuriae per [8]absentiam patientiae fueris? Nemo convulsus animum in fratrem suum [9]munus apud altare perficiet, nisi prius reconciliando fratri reversus ad patientiam fuerit. Sol super iram nostram si occiderit, periclitamur. Non licet nobis una die sine patientia manere. At enim cum omnem speciem salutaris disciplinae gubernet, quid mirum, quod etiam paenitentiae [10]ministrat, solitae lapsis subvenire, cum disiuncto matrimonio (ex ea tamen causa qua licet seu viro seu feminae ad [11]viduitatis perseverantiam sustineri) haec exspectat, haec exoptat, [12]haec exorat paenitentiam[c] quandoque [13]inituris salutem? Quantum boni utrique confert! Alterum [14]adulterum non facit, alterum emendat. Sic et illis dominicarum similitudinum[d] exemplis [15]de patientia sanctis adest. Erroneam ovem [16]patientia pastoris requirit et invenit. Nam impatientia unam facile contem-

6. nisi prius iam dolorem *Petr. Ciacconius.* nisi prius iam doleret (doloret *Aφ. m. pr.* doloris *Aφ. m. sec.*) *ABCabc.* nisi prius animi dolorem *d., Fulv. Ursinus.* 7. amputarit *d., Fulv. Ursinus.* amputaret *reliqui.* 8. abstinentiam (absentiam *B.*) impacientiae *AB.* 9. manus apud altare perferet (*vel* porriciat) *A. m. sec.* 10. immisceat *AB.* se immisceat *A. m. sec. Pro* paenitentiae *amg. habet* patientiae. 11. viduitatem *AB.* 12. haec exorat *cd., Fulv. Ursinus.* haec et orat *Vaticani tres apud Pamelium.* haec etortat *Gorziensis.* haec exortat *Paterniacensis.* haec et ortatur *AB.* haec exhortatur *ab. Omittit C.* haec extortat *Rhenanus.* 13. victuros (victuro *A. m. sec.*) *AB.* 14. ad alterum *A* (*m. pr.*) *C., alii.* non adulterum facit *pro* adulterum non facit *habet sola d.* 15. dei patientia *Rhenanus. Pro* sanctis *A. m. sec. habet* sanctio. 16. pastor patientia requirit *AB.*

Cap. XII. a. iudicium adversario suo dirigens] h. e. intendens. V. Dirksen Manuale s. v. p. 289. Vocula *cum* quae vulgo in libris comparet ante voc. *adversario* accrevit ex terminatione voc. *iudicium.*

b. convenientia] Hoc est conventione, pacto amicabili. (Rigalt.) Sicul. Flacc. de Condit. Agror. „Omnes ex *conventia* terminos ponebant.“ Idem „Terminos autem *convenientia* possessorum confirmabat.“

c. haec exorat paenitentiam] Patientia non solum exspectat atque exoptat, verum etiam extorquet paenitentiam, hoc est cogit eos quos sic aequanimiter tolerat ad paenitentiam faciendam, ut aliquando salutem inire possint. Et quia addit „solitae lapsis subvenire,“ loqui videtur de Christianis seu viris seu feminis qui se ethnicis in matrimonio coniungunt. Hic aliquando contingebat, ut uxor Christiana marito ethnico tandem continentiam persuaderet, quam amplexus ille servabat, mulier vero paenitentiam agebat atque prius factum expiabat apud ecclesiam, iuxta ritum eius temporis, atque hoc est quod sequitur: „Quantum boni utrique confert? alterum adulterum non facit, alterum emendat.“ Consentit quod infra dicit: „paenitentiam exoptat, exomologesin adsignat.“ (Rhenanus.) Loquitur, credo, de disiunctione matrimonii propter adulterium. Ergo ait, patientia ideo est paenitentiae ministra, quia facit, ut alter coniugum, qui adulterium commisit, corrigatur, alter vero qui adulterum a se repulit, facit patientia, ut non adulteretur, sed caste vivat: sic videlicet sustinebunt ad perseverentiam castitatis, id est perseveranter ad similitudinem viduorum. En bonum illud quod utrique confert. Clarius verbo unico. Repudiatum emendat, repudiantem conservat in castitate. (La Cerda.)

d. dominicarum similitudinum] Cf. adnot. ad De Paenit. cap. 8.

neret. Sed laborem inquisitionis patientia suscipit, et [17]humeris insuper advehit baiulus patiens peccatricem derelictam. Illum quoque prodigum filium patientia patris et recipit et vestit et pascit et apud impatientiam irati fratris excusat. Salvus est igitur qui perierat, quia paenitentiam iniit. Paenitentia non [18]perit, quia patientiam invenit. Nam dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, [19]quam apostolus totis viribus sancti spiritus commendat, cuius [20]nisi patientiae disciplinis eruditur[e]? Dilectio, inquit, magnanimis est[f]: ita patientiam sumit. [21]Benefica est[g]: malum patientia non facit. Non aemulatur: id quidem patientiae proprium est. Nec protervum sapit[h]: modestiam de patientia traxit. Non inflatur, non [22]proterit[i]: non enim ad patientiam pertinet[k]. Nec sua requirit, [23]si offert sua[l], dum alteri prosit. Nec incitatur: [24]ceterum[m] quid impatientiae reliquisset? Ideo, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia [25]tolerat, utique quia patiens. Merito ergo numquam excidet; nam cetera evacuabuntur[n], consummabuntur. Exhauriuntur linguae, scientiae, prophetiae: [26]permanent fides,

I Cor. XIII, 2—7. 13.

17. humerus super *B.* 18. periit *Fr. Iunius.* 19. quoniam *AB.* 20. nec *AB.* 21. scilicet benefica est *B.* 22. protervit *abc. Fr. Iunius.* 23. si offert *d.* sed offert *Latinius.* suffert *Cabc.* si aufert *B.* aufert *A.* non aufert *A. m. sec.* 24. Ceteroquin impatientiae *Latinius.* 25. tollit *A (m. pr.) B.* 26. permanent aut (autem *m. sec.*) *A.*

e. cuius nisi patientiae disciplinis eruditur?] Cyprianus de Bono Patientiae haerens magistro: Tolle, inquit, caritati patientiam, et desolata non durat; tolle sustinendi tolerandique substantiam, et nullis radicibus ac viribus perseverat.“ Ait caritatem erudiri a patientia, ad eum modum quo cap. 3. dixit de Christo „patientia eruditus.“ Itaque ne putes praeponi patientiam caritati, etiam si illa dicatur magistra huius. Nam caritas erudita patientia est ipsamet caritas patiens, ut dixit Paulus: sicut Christus eruditus patientia est Christus ipse patientissimus, sese habens magistrum tantae virtutis, non alium. Inde in eodem capite dixit „patientiam dei esse natuturam effectam.“ (La Cerda.) De voce *sacramentum* cf. Gronovii Observ. IV, 17.

f. magnanimis est] *Μακροθυμεῖ.* Cyprianus l. l. „caritas magnanima est.“ Can. 27. in Matth. „longam dei patientiam“ appellat. Fulbert. Carnot. Episc. Epist. 70 „Vere vivit hic et fulgurat illa fortis et speciosa caritas, quae secundum apostolum patiens est, benigna est, et cuius vigor nunquam excidit.“

g. benefica est] *Χρηστεύεται.*

h. Nec protervum sapit] *Ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται,* quod alii verterunt *οὐ κολακεύει,* alii *οὐ προπετεῖ.* Clem. Alex. Paedag. III, 1 „*οὔκ ἐστι κεκαλλωπισμένη* videtur interpretari, cum ait: „*περπερία γὰρ ὁ καλλωπισμὸς, περιττότητος καὶ ἀχρειότητος ἔχων ἔμφασιν.*“ Alii vertunt „non garrit“, alii „non est levis et inconstans.“ Erasmus „non est procax.“ Gloss. Philox. „Procax, *προπετὴς, αὐθάδης, ἰταμός.*“ „Protervitas, *προπέτεια.*“ Cf. Bonov. Vulcan. in Gloss. Latino-Graecum col. 54 sq.

i. non proterit] *Οὐκ ἀσχημονεῖ.* Superborum est proterere alios. Ergo quae non inflatur superbia, alios non proterit.

k. non enim ad patientiam pertinet.] Scilicet inflari et proterere.

l. si offert sua] Siquidem offert sua.

m. ceterum] Alioquin. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

n. evacuabuntur] h. e. infirmabuntur. Verbum est 1Ctorum. V. Dirksen Manuale s. v. p. 331. Tertull. De Carne Christ. cap. 21 „Sola autem haec vox prophetae *evacabuitur?*“ Cf. De Monogamia capp. 7. et 13.

spes, dilectio: fides, [27]quam Christi patientia induxit, spes, quam [28]hominis patientia expectat[o], dilectio, quam deo magistro patientia comitatur.

Cap. XIII. Usque huc de patientia [1]tandem simplici et uniformi et tantum in animo constituta, cum [2]eandem etiam in corpore demerendo domino[a] multipliciter [3]adlaborem, utpote quae ab ipso domino in [4]corporis quoque virtute edita est, siquidem rector animus facile communicat spiritus [5]invecta cum habitaculo suo. Quae igitur negotiatio patientiae in corpore? Inprimis [6]adflictatio carnis, hostia domino placatoria per humiliationis sacrificium[b], [7]cum sordes cum [7b]angustia victus domino libat, [8]contenta simplici pabulo [9]puroque aquae potu, cum ieiunia coniungit[c], cum cineri et sacco inolescit. Haec patientia corporis precationes commendat, deprecationes affirmat; haec aures [10]Christi dei aperit, severitatem dispergit, clementiam [11]elicit. Sic ille rex Babylonius offenso domino cum squalore et paedore septenni ab humana forma exulasset, immolata patientia corporis[d] sui et regnum recuperavit et, quod optabilius homini est, satis deo fecit. Iam si altiores et feliciores gradus corporalis patientiae [12]digeramus, eadem sanctitati quoque procurat [13]continentiam carnis. Haec et viduam tenet, et virginem adsignat[e], et voluntarium spadonem ad regna caeli levat. Quod de virtute animi venit, in carne perficitur, carnis patientia in persecutionibus denique proeliatur. Si fuga urgeat, [14]*ad* incommoda[f] fugae caro militat. Si et carcer [15]praeveniat, caro in vinculis, caro in ligno[g],

Dan. IV, 25 sqq.

Matth. XIX, 12.

27. quoniam *A (m. pr.) B.* 28. homini patienti induxit (indulsit *A. m. sec.*) *ABC.*

Cap. XIII. 1. tantum *Fr. Iunius.* 2. eandem *BCd.* eadem *Aabc.* 3. adlaborem *ABCd.* adlaboret *abc.* 4. *Verba* corporis quoque — — — prophetae quae *non extant in ABC. Habent primi ab., quorum in margine legitur:* Haec sunt inserta ex vetusto codice. 5. invicta *Fulv. Ursinus.* 6. adfectatio *a.* 7. cur *a.* 7 b. angustiam *Fulv. Ursinus.* 8. contecta *a.* 9. puro quoque potu *a.* 10. Christi et dei *Fr. Iunius.* 11. eligit *a.* 12. degeramus *a.* 13. continentia *Petr. Ciacconius, Ios. Scaliger. Pro* procurat *in a. est* praecurat. 14. ad incommoda *ego.* incommoda *abc.* adversus incommoda *d., Fulv. Ursinus.* 15. praeveniat *abc.* premat *d., Fulv. Ursinus.*

o. spes quam hominis patientia expectat.] Mallem „*qua* hominis patientia expectat.“ Sed potest illud eadem sententia accipi.

Cap. XIII. a. demerendo domino] Hi dativi quos dicunt finales usitatissimi sunt in scriptis Tertulliani. V. quae exempla protuli ad De Spectac. cap. 3.

b. humiliationis sacrificium] Indicat exomologesin. V. Desid. Heraldi Digress. II, 4. Cf. Tertull. De Paenit. cap. 9. De Ieiun. cap. 10.

c. coniungit] h. e. adiungit.

d. immolata patientia corporis] Cf. De Ieiun. cap. 10 „pinguiorem *orationem* deo *immolat.*“ De Pudic. cap. 10 „recuperaturus si *paenitentiam* deo *immolarit.*“ Cf. Apolog. cap. 6.

e. et virginem adsignat.] V. adnot. ad De Orat. cap. 16.

f. ad incommoda] Praepositio latuit absorpta in praegresso vocabulo *urgeat.*

g. caro in ligno] In lignea compede. Sic in Actis Apostol. cap. 16 „*τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον,*“ quod vulgata versio sic reddidit latine: „pedes eorum strinxit ligno.“ (Rigalt.)

caro in solo[h], et in illa paupertate lucis, et in illa [16]patientia mundi[i]. Cum vero producitur ad experimentum felicitatis, ad occasionem secundae intinctionis[k], ad ipsum divinae sedis ascensum, nulla plus illic quam patientia corporis. Si spiritus promptus, sed caro sine patientia infirma, ubi salus spiritus et carnis ipsius? At cum hoc dominus de carne dicit, infirmam pronuntians, quid ei firmandae opus sit, ostendit, patientia scilicet adversus omnem sub vertendae fidei vel puniendae [17]paraturam[l], ut verbera, ut ignem, ut crucem, bestias, gladium constantissime toleret, quae prophetae, quae [18]apostoli sustinendo vicerunt. Matth. XXVI, 24.

His patientiae viribus [1]secatur Esaias[a] et de domino non tacet, lapidatur Stephanus et veniam hostibus suis postulat. O felicissimum illum [2]quoque, qui omnem patientiae speciem adversus omnem diaboli vim expunxit[b]! quem non abacti greges, non [3]illae in pecore divitiae, non filii uno ruinae impetu adempti, non ipsius denique corporis in [4]vulnere[c] cruciatus a [5]patientia et fide domino [6]dedita exclusit, quem diabolus totis viribus frustra cecidit. Neque [7]enim a respectu dei tot doloribus avocatus ille [8]est, sed constitit nobis in exemplum et testimonium tam spiritu quam carne, tam animo quam corpore, patientiae [9]perpetrandae[d], ut neque damnis Cap. XIV.

16. patientia *abc.* penuria *d., Fulv. Ursinus.* 17. paraturam ut *cd.* paratur aut *a.* paratum ut *b.* 18. apostoli sustinendo vicerunt *abcd.* apostolis sustinendo (substinendo *A.*) vicerit *ABC. Vaticani tres.*

Cap. XIV. 1. setatur *A.* setatis *B.* 2. Iob *A. m. sec.* 3. ille in pectore *AB.* 4. ulcere *d., Fulv. Ursinus.* 5. patientia fide *A. m. pr.* patientiae fide *A. m. sec.* 6. debita *d., Fulv. Ursinus.* 7. omnia (omnino *A. m. sec.*) respectu *AB.* 8. est *om. B.* 9. perpetuandae *Fr. Iunius.*

h. caro in solo] In solitudine, in tristitia desolationis, vel in nuda humo, silice in nuda. (Rigalt.)

i. patientia mundi.] Est in patientia mundi qui patitur ab eo. Igitur non erat ut cum Fulvio Ursino rescriberetur *penuria* pro *patientia.*

k. secundae intinctionis] Secundi baptismi, hoc est martyrii. (Rigalt.)

l. vel puniendae paraturam] Puniendae, hoc est poenis ac tormentis exercendae probandaeque. (Rigalt.) De voce *paratura* v. adnot. ad De Spectac. cap. 4. De loco cf. etiam Cyprianus l. l. „Subeundus carcer, portandae catenae, animae impendendae, gladius, bestiae, ignes, cruces, omnia denique tormentorum ac poenarum genera fide et virtute patientiae perferenda.“

Cap. XIV. a. secatur Esaias] Zeno Veron. de Esaia Proph.: „Esaias cum Christum praediceret, vel cum futurae damnationis elogium Israëlitico populo nuntiasset, atroci feritate blasphemantium commota barbaries sectum a capite duabus cum violento supplicio quasi assulis bifidavit, iussitque a capite per aures usque ad scapulam secari cervicem.“ De hoc supplicio Esaiae testantur Epiphanius, Dorotheus, Isidorus, Gregorius Nyssenus, Cyrillus, alii.

b. expunxit!] Dixi de huius verbi significatione ad Apolog. cap. 35.

c. vulnere] Sic habent libri veteres, non *ulcere. Vulnera* dicit etiam Cyprianus, non *ulcera:* „lactura rei familiaris infligitur, numerosae subolis orbitas irrogatur, accedit *vulnerum* vastitas“ cett. Et altero loco coniungit „iacturas facultatum, cruciatus *vulnerum,* amissionem carorum.“

d. patientiae perpetrandae] Supra cap. 3 *„patientiam* huiusmodi nemo hominum *perpetraret.“*

[10] saecularium, nec amissionibus carissimorum, nec corporis quidem conflictationibus succidamus[e]. Quale in illo viro feretrum[f] [11] deus diabolo [12] extruxit? Quale vexillum de inimico gloriae suae extulit, cum ille homo ad omnem [13] acerbum nuntium nihil ex ore promeret nisi Deo gratias[g], cum uxorem iam malis [14] delassatam et ad prava remedia [15] suadentem execraretur? [16] Quid[h] ridebat deus, quid [17] dissecabatur Malus, cum Iob immundam ulceris sui redundantiam magna aequanimitate [18] destringeret, cum erumpentes bestiolas inde in eosdem specus et pastus [19] refossae carnis[i] [20] ludendo revocaret? Itaque operarius ille victoriae dei retusis omnibus iaculis [21] temptationum lorica clypeoque patientiae et integritatem mox corporis a deo [22] recuperavit, et quae amiserat [23] conduplicata[k] possedit. Et si filios quoque restitui voluisset[l], pater iterum vocaretur. Sed

10. perpetrandis secularium *A. m. pr.* 11. deus diabolo *Cd.* deus de diabolo *abc.* dictus (victo *A. m. sec.*) diabolo *AB.* 12. struxit *A. m. sec.* extensit traxit (truxit *Aφ.*) *A. m. pr.* traxit *B.* 13. acerbum nuntium *A* (*m. sec.*) *abc.* acervum nuntiorum *A* (*m. pr.*) *BCd.* 14. delaxatam *AB.* 15. subdentem *A.* subridentem *A* (*m. sec.*) *B.* 16. Qui deridebat *Fr. Iunius.* 17. disserebatur *B.* differebatur *A.* 18. distringeret *c.* 19. refossae *Rhenanus.* reformasse *ABC.* reformate *A. m. sec.* foraminosae *abc.* reformosae *d.* formicosae *Fr. Iunius.* reforatae *alii.* 20. ludendorum vacaret *A* (*m. pr.*) *B.* ludendo vocaret *A. m. sec.* 21. temptationis *A.* temptationibus *B.* 22. recuperatam *C.* 23. conduplicata *Bad.* centuplicata *AC.* reduplicata *bc.*

e. succidamus.] Cf. supra cap. 5 „ubi semel *succidit impatientiae.*" De voc. *conflictatio* cf. adnot. ad De Resurr. Carnis cap. 8.

f. feretrum] Inter instrumenta triumphi feretrum est, in quo pompa fertur. Intellige in quo diabolus triumpharetur, deo trophaeum statuente. Nam Iob per divinam gratiam diabolum vicit impatientiae neutiquam succumbens, quasi dicit: Quale trophaeum de diabolo deus erexit! Olim circumferebantur arma devictarum gentium in pompa, mox suspendebantur; apte ergo loquitur: Quale vexillum cett. (Rhenanus.) Est feretrum *νεκροφορεῖον*, quo mortuus effertur. Itaque dicitur Iobus feretrum fuisse diabolo, quia in Iobi patientissimi corpus omnes Satanae impetus ictusque contusi sunt et commortui. (Rigalt.)

g. Deo gratias] Locus notandus. Certe salutatio quae nunc in ore religiosorum, sumpta ab usu antiquorum patrum. V. Auctor Vitae S. Godehardi de episcopatu eius cap. 10., ubi eadem forma. Et Paulinus ad Alethium initio epistolae ubi usurpat: Deo gratias. Et Ambros. Serm. 28., ubi: Domino deo gratias. (La Cerda.)

h. Quid] Quantum, quantopere.

i. specus et pastus refossae carnis] Scriptura depravata *reformasse,* quam libri veteres obtinent, nata est, ni fallor, inde quod plena genuini vocabuli scriptura per errorem acciperetur pro breviatura. *Reformosus* adiectivum monstruosum finxit Rigaltius, interpretatus „ulceribus deformis et vermiculante purulentia scatens."

k. conduplicata] Pars librorum *centuplicata.* Obloquitur sacra scriptura.

l. Et si filios quoque restitui voluisset] Numquam enim Iobo redditi aut restituti filii quos amiserat. Nam de novo nati dantur, non redduntur, fiunt de novo, non restituuntur. Itaque nulla est ratio, cur Tertullianum faciamus aut labentem memoria aut caecum oculis. Ista sic dissertat Iunius contra Pamelium, cui consentimus in hoc. Signatissime Zeno Veronensis Serm. de Iob ait: „Iob vicarios filios generat," qui scilicet haberent vicem amissorum. (La Cerda.) Aperte Scriptura tradidit: „Fuerunt illi septem filii et tres filiae." Fuerunt quidem, verum post Iobi restitutionem geniti. At illos totidem uno ruinae impetu ademptos non recepit, nec ab iis pater iterum vocatus est. Horum igitur orbitatem sustinuit voluntariam, ne sine aliqua patientia viveret. Sed istis non

maluit in illo die reddi sibi. Tantum gaudii, [24]securus sic de domino, distulit. Sustinuit [25]iam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viveret.

[1]Adeo satis idoneus patientiae sequester deus. Si iniuriam Cap. XV.
deposueris penes eum, ultor est: si damnum, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est. Quantum patientiae licet, ut deum habeat debitorem? [2]Nec immerito. Omnia enim placita eius tuetur, omnibus mandatis eius intervenit[a]. Fidem munit[b], pacem gubernat, dilectionem adiuvat, humilitatem instruit, paenitentiam expectat[c], exomologesin adsignat[d], carnem regit, spiritum servat, linguam frenat[e], manum continet, temptationes inculcat, scandala pellit, martyria [3]consummat, pauperem consolatur, divitem temperat, infirmum non extendit[f], valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem invitat, servum domino, dominum deo commendat, feminam exornat, virum approbat; amatur in puero, laudatur in iuvene, [4]suspicitur in sene; in omni sexu, in omni aetate formosa est. Age iam [5]si[g] et effigiem habitumque eius comprehendamus. Vultus illi tranquillus et placidus, frons pura, nulla [6]moeroris aut irae rugositate contracta; remissa aeque in laetum modum supercilia, oculis humilitate, non infelicitate deiectis; os taciturnitatis honore signatum; color, qualis [7]securis et innoxiis; motus frequens capitis in diabolum [8]et minax risus; ceterum ami-

24. securus sic de *Cabc.* securus de *ABd.* 25. iam voluntariam *Fulv. Ursinus.* tum voluntariam *Fr. Iunius.* tam voluptariam *AB.* tam voluntariam *Cabcd.*

Cap. XV. 1. Ideo *A.* 2. hec enim omnia *A. m. sec.* nec (hec *A.*) immerito enim omnia *AB.* Nec immerito enim. Omnia *Ca.* 3. consumat *Ca.* 4. suscipitur *A.* 5. sis *Fr. Iunius. Voculam* et *non habet A.* 6. moerore *A.* 7. securus *AB.* 8. et *om. A.*

receptis quo pacto constabit eiusdem Scripturae fides affirmantis deum omnia quae Iobi fuerant auxisse in duplum? Sane acquiescimus eorum sententiae qui Scripturam tam scrupulosa trutina examinari cavillatoriae curiositatis vitio tribuunt. Tametsi commodissime dicatur septem illos priores non fuisse redhibitioni ceterorum adnumeratos, quia non sicut cetera perierant, sed penes deum in perpetuum per gloriam Iobo ipsi vivere intellegebantur. (Rigalt.)

Cap. XV. a. mandatis eius intervenit.] Cf. supra cap. 11 „*admonitionibus* domini *intervenimus.*“

b. Fidem munit] Cyprianus: „Patientia est, quae fidei nostrae fundamenta firmiter munit.“

c. paenitentiam expectat] Ut mater filium perditum.

d. exomologesin adsignat] Scil. paenitentiae. De verbo *adsignare* cf. adnot. ad De Orat. cap. 16.

e. linguam frenat] Cyprianus: „Patientia est quae iram temperat, quae linguam frenat, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium simultatis extinguit, coërcet potentiam divitum, inopiam pauperum refovet“ cett.

f. non extendit] Non imminuit, vel non cruciat. Cf. Ad Natt. I, 2 „Sane ceteros ad hoc *tenditis* et carnificatis, ut negent quod esse dicuntur.“

g. si] Qui *sis* correxerunt, non animadverterunt *si* pro *an* esse positum, ut saepe apud Tertullianum. Aliquot exempla adscripsi ad lib. Ad Martyr. cap. 2.

ctus [9]circum pectora candidus, et corpori impressus, [10]ut qui nec inflatur nec [11]inquietatur. Sedet enim in throno [12]spiritus eius mitissimi et mansuetissimi, [13]qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est tenerae serenitatis, [14]apertus et simplex, quem tertio vidit Helias[h]. Nam ubi deus, ibidem et [15]alumna eius, patientia scilicet. Cum ergo spiritus [16]dei descendit[i], individua patientia comitatur [17]eum. Si non cum spiritu [18]admiserimus, in nobis morabitur semper? Immo nescio an [19]diutius perseveret. Sine sua comite ac ministra omni loco ac tempore [20]angatur necesse est. Quodcunque inimicus eius inflixerit, solus sustinere non poterit, carens instrumento sustinendi.

3 Reg. XIX. Matth. XII, 3 sqq.

Cap. XVI. Haec patientiae ratio, haec [1]disciplina, haec opera caelestis [2]et verae, [3]scilicet Christianae[a], non ut illa patientia gentium terrae, falsa, [4]probrosa. Nam ut in isto quoque domino diabolus aemularetur, quasi plane ex pari (nisi quod ipsa diversitas mali et boni aequaliter [5]magnitudine[b] par est) docuit et [6]suos patientiam propriam, illam dico, quae maritos dote venales aut lenociniis ne-

9. circumspector ac candidus *B.* circumspectus (circumspectior *m. sec.*) ac candidus *A.* 10. te qui *AB.* 11. inquinatur *d., Fulv. Ursinus.* 12. spem eius *AB.* 13. quae *AB.* 14. aptus *AB.* 15. alimenta (aliementa *Aφ.*) *AB.* 16. dei *om. B.* 17. eum. Si non cum *ABC.* eum. Si nos cum *abc.* eum. Si non eam cum *d.* eam. Si nos eam cum *Fulv. Ursinus.* Eam si nos cum *Fr. Iunius.* Eam si non cum *Rigaltius.* 18. amiserimus *A.* 19. diu quis perseveret sine sua comite *Fr. Iunius.* 20. angatur *d., Rhenanus.* tangatur *ABCabc.*

Cap. XVI. 1. disciplinae *ABC.* 2. et verae *Bad.* ut vere (vera *m. pr.*) *A.* et vere *C.* et vera *bc.* 3. scilicet Christianae *d.* scilicet Christiana *Babc.* scilicet quam (quae *m. sec.*) Christiana *A.* 4. probosa *A. Voc.* falsa *in A. desiderari videtur.* 5. magnitudine *AB. Fr. Iunius, Ludov. de la Cerda.* magnitudinis *reliqui.* 6. filios *AB.*

h. quem tertio vidit Helias.] Ipse optimus sui interpres Adv. Marcion. IV, 23., ubi de clementia dei: „Talis, inquit, utique multo magis homines non erat crematurus. Nam et tum ad Eliam, Non in igne, inquit, dominus, sed in spiritu miti.“ Utrobique autem adspicit ad historiam Eliae I Regum cap. 19., et patientiam dicit sedere in throno spiritus mitissimi et mansuetissimi, quem tertio vidit Helias. Etenim tres illic visiones Eliae se offerunt. Prima et secunda angelus domini mandata affert ad Eliam, tertia ipse dominus non in vento confringente petras, non in terrae motu, non in igne, sed post auram tranquillam et mitem alloquitur prophetam suum. In illo igitur spiritu leni, tenerae serenitatis, aperto et simplici sedere ait patientiam Septimius. (Rigalt.)

i. Cum ergo spiritus dei descendit] Spiritu dei in Christianum quempiam descendente una etiam descendit patientia, comes individua. Admittendus igitur cum sua comite. Quam si non admiserimus cum spiritu, credimusne fore ut Spiritui semper in nobis morari libeat? Immo nescio, an resideat aliquantisper. Etenim sine sua comite ac ministra ubique semper anxius ac perplexus laborabit, quodcunque diabolus inflixerit, solus sustinere non potest, carens satellite suo, patientia scilicet, fortissimo sustinendi instrumento. (Rigalt.)

Cap. XVI. a. scilicet Christianae] Liber Vindobonensis habet *scilicet quam Christianae.* Rescribe *scilicet qua Christianae.*

b. aequaliter magnitudine] Ios. Scaliger maluit *aequalitate magnitudinis.*

gotiantes[c] uxorum potestatibus subicit, quae aucupandis orbitatibus[d] omnem coacti obsequii laborem [7]mentitis adfectionibus tolerat, quae ventris operarios [8]contumeliosis patrociniis subiectione libertatis [9]gulae addicit[e]. Talia nationes patientiae studia [10]noverunt, et tanti boni nomen foedis operationibus occupant; [11]patientes rivalium et divitum et invitatorum[f], impatientes solius dei vivunt. Sed [12]viderint sua et sui praesidis patientia[g], quam subter ignis[h] expectat. Ceterum nos amemus patientiam dei, patientiam Christi: rependamus illi quam pro nobis ipse [13]dependit. Offeramus patientiam spiritus, patientiam carnis, qui [14]in resurrectionem carnis et spiritus credimus.

7. mentitur *A.* mentitus *B.* 8. contumeliosis patronis *d.* contumeliosos patronis *Fulv. Ursinus.* 9. gula *Fulv. Ursinus. Omittit d. Pro* addicit *in A. est* adicit. 10. moverunt *AB.* 11. rivalium — — impatientes *om. ABC.* 12. viderint sua et sui praesidis patientia quam *ego.* viderint sua et sui (sua sui *A. m. sec.* suam sui *c. Latinius*) praesides quam (quoniam *AB.*) patientia subter *ABCabc.* viderit sua et sui praesidis patientia, quam subter *d., Fulv. Ursinus. Ios. Scaliger inducit verba* patientia quam. 13. dependit *cd.* defendit *reliqui.* 14. in *deleri vult Fr. Iunius.*

c. aut lenociniis negotiantes] Cf. Apolog. cap. 39 „In isto loco consortium solvimus in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum modo matrimonia usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant“ cett. Cyprian. de Discipl. et Habitu Virg. „Viderint quid sibi nuptae per placendi studium de coniugum solatio blandiantur, quos dum in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosae consensionis adsciscunt.“

d. aucupandis orbitatibus] Notat testamentorum captatores, quos satura duodecima arguit Iuvenalis. (Rhenan.)

e. subiectione libertatis gulae addicit.] Notat parasitos. Cf. Apolog. cap. 38 „non qua penes vos parasiti adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi.“ Cf. Herald. Digress. I, 21. p. 237., qui multus est de parasitis et plagipatidis istis.

f. rivalium et divitum et invitatorum] Patientes rivalium dicit maritos dote venales, patientes divitum heredipetas, insidiantes divitum orbitatibus, patientes invitatorum parasitos, qui apud invitatores contumeliosissime pascebant. (Rigalt.)

g. viderint sua et sui praesidis patientia] Viderit patientia nationum, quae rivales et divites et invitatores contumeliosissime patitur. (Rigalt.) Praesidem dicit Satanam.

h. subter ignis] Apolog. cap. 47 „gehennam — quae est ignis arcani subterraneam ad poenam thesaurus.“

DE

BAPTISMO.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat editionem principem Ioh. Gangneii, quae prodiit Parisiis anno MDXLV. Signum *mg.* additum significat scripturam ex margine huius libri prolatam.

B - - Sigism. Gelenii, quae prodiit Basileae anno MDL. Gelenius testatur se usum fuisse in hoc libro emendando codice scripto Britannico, in coenobio Masburensi reperto, quem sibi communicaverit Io. Lelandus.

a - - Iac. Pamelii, quae prodiit Antverpiae anno MDLXXIX.

b - - Nic. Rigaltii, quae prodiit Lutetiae anno MDCXXXIV.

DE

BAPTISMO*.

Felix sacramentum aquae nostrae[a], [1]quia ablutis delictis pri- Cap. I.
stinae caecitatis in vitam aeternam liberamur! Non erit otiosum digestum[b] istud, instruens tam eos qui cum maxime formantur[c], quam et illos qui simpliciter credidisse contenti non exploratis rationibus traditionum intentatam probabilem fidem per imperitiam portant[d]. Atque adeo nuper conversata istic quaedam de [2]Gaiana haeresi vipera[e] venenatissima doctrina sua plerosque rapuit, inprimis baptismum destruens. Plane secundum naturam. Nam [3]fere viperae et aspides ipsique reguli serpentes arida et inaquosa sectantur[f]. Sed nos pisciculi[g] secundum *IXΘYN* nostrum Iesum Christum[h] in aqua [4]nascimur, nec aliter quam in aqua permanendo

* DE BAPTISMO ADVERSVS QVINTILLAM LIBER *a.*
Cap. I. 1. qua abluti *b., Fulv. Ursinus.* 2. Caiana *ab.* 3. fere *ab., ex emendatione Latinii.* ferae *AB.* 4. nascamur *AB.*

Cap. I. a. nostrae] Id est Christianae.

b. digestum] Cf. adnot. ad Natt. II, 1. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 257. et 203. ed. LB. 1656.

c. qui cum maxime formantur] Qui pleniore mysteriorum notitia imbuuntur.

d. per imperitiam portant.] Frustra Septimii mens quaeritur nisi verba reddimus. Quod facere videmur hac emendatione: *„in tentatum probabilem fidem per imperitiam portant.“ Tentatum* dicit tentationem. Qui simpliciter credidisse contenti sunt, non exploratis rationibus traditionum, per imperitiam portant in tentationes fidem non sine periculo probabilem, hoc est dubio eventu probandam. (Rigalt.) Appono Corbiniani Thomae interpretationem: Loquitur de iis qui in fide adhuc rudes sunt, neque rationes cur credant dare possunt, ac fontes ex quibus fides ipsa profluit et vias traditionum per quas ad nos veritates credendae defluxere ignorant, itaque fidei *intentatae* (i. e. nondum satis examinatae), attamen probabili (h. e. ab aliis nimirum magistris suis approbatae et reipsa etiam a cunctis approbandae) a prima pueritia eidem innutriti *per imperitiam* seu ex defectu plenioris notitiae simpliciter inhaerent.

e. de Gaiana haeresi vipera] Hieronym. ad Oceanum Epist. 43: „Et consurgit mihi Caiana haeresis, atque olim emortua vipera contritum caput levat“ cett. (Rigalt.)

f. arida et inaquosa sectantur.] Isid. Origg. XII, 4 „Reguli, sicut scorpiones, arentia quaeque sectantur.“ Hieronym. Epist. 83.

g. Sed nos pisciculi] De Resurr. Carnis cap. 52 „Alia caro volucrum, id est martyrum, qui ad superiora conantur, alia autem piscium, id est quibus aqua baptismi sufficit.“

h. secundum *IXΘYN* nostrum Iesum Christum] Augustin. De Civ. Dei XVIII, 23

salvi sumus. [5]Itaque illa monstrosissima[i], cui nec [6]integre quidem docendi ius erat[k], optime norat pisciculos necare de aqua auferens.

Cap. II. Sed enim quanta vis est perversitatis ad fidem labefactandam vel in totum non recipiendam, ut ex his eam impugnet ex quibus constat! Nihil adeo est [1]quod obduret mentes hominum quam[a] simplicitas divinorum operum quae in actu [2]videntur et magnificentia[b] quae in effectu repromittitur: ut [3]hinc quoque, quoniam tanta simplicitate, sine pompa, sine apparatu novo aliquo, denique sine sumptu homo in [4]aqua demissus et inter pauca verba tinctus non multo vel nihilo mundior resurgit, eo incredibilis existimetur consecutio aeternitatis. Mentior, si non e contrario idolorum sol-

5. itaque illa *A.* Ita Quintilla *reliqui.* 6. integrae *Fr. Iunius.*

Cap. II. 1. quod tam obduret *b., Fulv. Ursinus.* quo obduret *Fr. Iunius.* 2. videntur *ABa.* videtur *b., Fulv. Ursinus.* 3. hinc *A.* hic *Bab.* 4. aquam *Fr. Iunius.*

„Horum autem Graecorum quinque verborum, quae sunt Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ, quod est Latine Iesus Christus Dei Filius Salvator, si primas literas iungas, erit ΙΧΘΥΣ, id est Piscis, in quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abysso velut in aquarum profunditate vivus, hoc est sine peccato, esse potuerit.“ Optat. Milevit. lib. III. adv. Parm. pag. 351 (ed. Lugd.): „Hic (Christus) est piscis qui in baptismate per invocationem fontalibus undis inseritur, ut quae aqua fuerat a pisce etiam piscina vocitetur, cuius piscis nomen secundum appellationem graecam in uno nomine per singulas literas turbam sanctorum nominum continet. ΙΧΘΥΣ enim Latine est Iesus Christus Dei Filius Salvator.“ Prosper de Promiss. II, 39 „Satians ex se ipso in litore discipulos et toti se afferens mundo ἰχθύν. Namque Latine piscem sacris litteris maiores nostri hoc interpretati sunt ex Sibyllinis versibus (*v. Augustin. l. l.*) colligentes, quod est Iesus Christus Dei Filius Salvator, piscis in sua passione decoctus, cuius ex interioribus remediis quotidie illuminamur et pascimur.“ Cf. Augustin. in Psalm. 64. Serm. 249. 270. tom. V. n. 205. Hieronym. Epist. VII. ad Chromat. in Matth. XIV., in Ezech. XXIX. et XXXVII., in Osee IV., in Sophon. I., in Habac. I. Gregor Nazianz. Serm. 37. (al. 31.) initio; Io. Chrysost. Serm. in Andream. Adde Clem. Alex. Strom. III, p. 787. ed. Pott., Athanas. Quaestt. in Scrippt. 44., Boldetti Osservaz. sopra i Cimiteri p. 516. 163. 208. 198. Astadoni Diss. sopra pesce XXII. Racolt. Calogera tom. XLI, p. 281. Bottari tav. XIX. XX. XXIII. XXXI. XXXVI. XXXVII. XL. XLIX. LI. LIX. LXVII. LXXXIII. cett., Ciampini Vett. Monum. tom. II, p. 26., Fort. Liceto Hieroglyph. (Patav. 1653.) n. 54. p. 390., Montfaucon Antiqu. Expl. III, 71. Muenter Epist. ad Archiepisc. Upsal. de duobus Monum. Priscae Ecclesiae, in Comment. Antiquar. p. 66.

i. Itaque illa monstrosissima] Ita habet editio princeps. Monstrosissimam dicit illam viperam de Gaiana haeresi. De Quintilla cuius hic nomen latere voluerunt cf. Epiphan. Haeres. 49.

k. cui nec integre quidem docendi ius erat] Hoc est cui nec sanam quidem et veram doctrinam docendi ius erat, nedum perversam, adulteram, haereticam. Sic initio lib. II. Ad Uxor. „Quod si *integre sapis,*“ hoc est *si vere.* Ait igitur Quintillae nec integre quidem docendi ius esse, quia scilicet docendi munus virile est, et quidem sacerdotale sicut et tingere et offerre. Praeclare hoc explicavit libro de Velandis Virginibus. (Rigalt.)

Cap. II. a. quod obduret mentes hominum quam] Ellipsis comparativi magis, quam qui non animadvertebant, *quod tam obduret* rescripserunt. Eiusmodi ellipsin habes paullo infra in verbis *eo incredibilis existimetur consecutio aeternitatis.* Cf. adnot. ad De Testim. Animae cap. 2.

b. et magnificentia] Si comparatur cum magnificentia.

lemnia vel arcana de suggestu[c] et apparatu [5]deque sumptu fidem et auctoritatem sibi extruunt. Pro misera incredulitas, quae denegas deo proprietates suas, simplicitatem et potestatem! Quid ergo? nonne mirandum et lavacro dilui mortem? Atquin eo magis credendum, si, quia mirandum est, idcirco non creditur. [6]Qualia enim decet esse opera divina, nisi super omnem admirationem? Nos quoque ipsi miramur, sed quia credimus. Ceterum incredulitas miratur, non credit. Miratur enim simplicia quasi vana, magnifica quasi impossibilia. Et sit plane ut putas, satis ad utrumque divina pronuntiatio praecucurrit. Stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientiam eius, et praedifficilia penes homines facilia penes deum. Nam si deus et sapiens et potens, quod etiam praetereuntes eum non negant, merito in adversariis sapientiae potentiaeque, id est in stultitia et [7]impossibilitate, materias operationis suae instituit; quoniam virtus omnis ex his causam accipit, a quibus provocatur. I Cor. I, 27. Matth. XIX, 26.

Huius memores [1]pronuntiationis tamquam [2]praescriptionis[a], nihilominus quam stultum et impossibile sit [3]aqua reformari [4]tractamus. Quid utique ista materia [5]tantae dignationis meruerit officium? Ut opinor, auctoritas liquidi [6]elementi exigenda est. Atquin plurima suppetit, et quidem a primordio. Nam unum ex his est quae ante omnem mundi suggestum[b] impolita adhuc specie penes deum [7]quiescebant. In primordio, inquit, fecit deus caelum et terram. Terra autem erat [8]invisibilis et incomposita, et tenebrae erant super abyssum, et spiritus [9]domini super aquas ferebatur. Habes homo inprimis aetatem venerari aquarum, quod antiqua substantia; dehinc dignationem, quod divini spiritus sedes, gratior scilicet ceteris tunc elementis. Nam et tenebrae totae adhuc sine cultu siderum informes, et tristis abyssus, et terra imparata, et caelum rude; solus liquor, semper materia perfecta, laeta, simplex, de suo pura, dignum [10]vectaculum deo subiiciebat. Quid Cap. III. Gen. I, 1. 2.

5. de quo sumptu *A.* 6. Atquin eo magis credendum est, qualia *AB.* 7. in possibilitate *A.*

Cap. III. 1. praenuntiationis *Amg.* 2. praescriptionis *AmgBab.* scriptionis *A.* 3. a qua *A.* 4. tractemus *b.* 5. tantae *Bab.* et ante *A.* ante *Amg.* 6. alimenti *A.* 7. quiescebat *A.* 8. visibilis *Semlerus.* 9. domini *AB.* dei *ab.* 10. vectabulum *alii, sed nescio qui. Verba* subiiciebat — — aquis deo *uncinis inclusa comparent in A.*

c. de suggestu] De hoc vocabulo cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

Cap. III. a. praescriptionis] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 7.

b. ante omnem mundi suggestum] Vocabulum *suggestus* apud Tertullianum significat cultum atque ornatum. Ita cap. 2. huius libri „Mentior si non e contrario idolorum sollemnia vel arcana de *suggestu* et apparatu deque sumptu fidem et auctoritatem sibi extruunt."

quod exinde dispositio mundi modulatricibus quodammodo aquis deo constitit. Nam ut firmamentum caeleste suspenderet in medietate, distinctis aquis fecit; [11]ut terram aridam suspenderet, [12]segregatis aquis expediit. Ordinato dehinc per elementa mundo cum incolae darentur, primis aquis praeceptum est animas proferre. Primus liquor quod viveret edidit, ne mirum sit in baptismo, si aquae animare noverunt[c]. [13]Non enim ipsius quoque hominis figurandi opus sociantibus aquis absolutum est? De terra materia [14]convenit, non tamen [15]habilis nisi humecta et succida, quam scilicet ante quartum diem segregatae aquae in stationem suam superstite humore limo [16]temperant. Si exinde universa vel plura prosequar, quae de elementi istius auctoritate commemorem, quanta vis eius aut gratia, quot ingenia[d], quot officia, quantum instrumentum[e] mundo ferat, vereor, ne laudes aquae potius quam baptismi rationes videar congregasse: licet eo plenius docerem non esse dubitandum, si materiam, quam in omnibus rebus et operibus suis deus disposuit, etiam in sacramentis propriis parere fecit, si quae vitam [17]terrenam gubernat, et in caelesti procurat.

Cap. IV. Sed ea satis erit praecerpsisse in quibus et ratio baptismi recognoscitur prima illa, [1]quae iam tunc etiam ipso habitu praenotabatur ad baptismi figuram[a], dei spiritum, qui ab initio supervectabatur, super aquas [2]intinctorum moraturum. Sanctum autem utique super sanctum ferebatur, [3]aut ab eo quod superferebatur id quod ferebat sanctitatem mutuabatur, quoniam subiecta quaeque materia eius quae desuper imminet qualitatem rapiat necesse est, maxime corporalis spiritalem, et penetrare et insidere facilem per substantiae suae subtilitatem. Ita de sancto sanctificata natura aquarum et ipsa sanctificare concepit. Nemo dicat: [4]Numquid ipsis enim aquis [5]tinguimur, quae [6]tunc in primordio fuerunt? Non utique

11. ut *A.* et ut *Bab.* *Pro* suspenderet *Fr. Iunius volebat* dispesceret. 12. et segregatis *A.* 13. Non enim *A.* Nam *Bab.* 14. convenit *om. AmgBa.* 15. habili *Aa.* 16. temperarant *ab., Latinius.* 17. terrenam *b., Fulv. Ursinus.* aeternam *ABa.*

Cap. IV. 1. qua *Fulv. Ursinus.* 2. intinctorum moraturum *b.* intinctorem moraturum *Amg. Fulv. Ursinus.* intinctorem oraturum *A.* intinctos reformaturum *Ba.* 3. et ab eo *Fr. Iunius.* 4. Num quid *uncinis inclusum habet A.* 5. tingimur *A.* 6. nunc *Ba.*

c. si aquae animare noverunt.] Animare, hoc est aeternam homini vitam reddere, qua peccando exciderat. (Rigalt.)

d. quot ingenia] Cf. adnot. ad De Corona cap. 8.

e. quantum instrumentum] Quantum apparatum mundo, ferat ad infinitos prope usus et effectus. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 18.

Cap. IV. a. ad baptismi figuram] Hieronym. Epist. 73. sententiam Tertulliani ex capite praecedente complectens „Rudis mundus, inquit, necdum sole rutilante nec pallente luna nec astris micantibus incompositam et invisibilem materiam abyssi magnitudine et deformibus tenebris opprimebat. Solus spiritus dei in aurigae modum super aquas ferebatur et nascentem mundum in figura baptismi parturiebat.“

[7]ipsis, nisi ex ea parte qua genus quidem unum, species vero complures. Quod autem generi adtributum est, etiam in specie redundat. Ideoque nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur, nec quicquam refert inter eos quos Ioannes [8]in Iordane et quos Petrus in Tiberi tinxit. Nisi et ille spado, quem Philippus inter vias fortuita aqua tinxit, plus salutis aut minus retulit. Igitur omnes aquae de pristina originis praerogativa sacramentum sanctificationis consequuntur invocato [9]deo[b]. Supervenit enim statim spiritus de caelis et aquis superest sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificatae vim sanctificandi [10]combibunt. Quamquam ad simplicem actum competat similitudo, ut, quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur. Sed delicta sicut non in carne comparent, quia nemo super cutem portat maculam idololatriae aut stupri aut fraudis[c], ita eiusmodi[d] in spiritu sordent, qui est auctor delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur. Tamen utrumque inter se communicant reatum, spiritus ob imperium, caro ob ministerium. Igitur medicatis quodammodo aquis per angeli interventum, et spiritus in aquis corporaliter diluitur et caro in eisdem spiritaliter mundatur.

Sed enim nationes extraneae ab omni intellectu spiritalium Cap. V.
[1]potestatum eadem efficacia idolis suis [2]subministrant[a]. Sed viduis aquis[b] sibi mentiuntur. Nam et sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis alicuius aut Mithrae[c]; ipsos etiam deos suos lavationibus efferunt[d]. Ceterum villas, domos, templa totasque urbes

7. ipsis *Bab.* ipsi *B.* 8. inter Iordanem *A.* 9. deo *uncinis inclusum habet A.* 10. combibunt, vice sordium aquis abluantur. Quanquam *A. Hanc scripturam sibi adnotaverat etiam Fulv. Ursinus. Io. Wouwerius inde effinxit* combibunt, ut et delicta vice sordium aquis abluantur. Quamquam *cett. Videntur ea verba per errorem ex sequentibus repetita, aut irrepserunt ex margine.*

Cap. V. 1. potestatem *Ba.* 2. subministravit *A.*

b. invocato deo.] Cf. Muenter Primord. Eccles. Afr. p. 100.

c. idololatriae aut stupri aut fraudis] Cf. init. libri De Idololatria.

d. eiusmodi] Cf. infra adnot. ad cap. 12.

Cap. V. a. eadem efficacia idolis suis subministrant.] Hoc est aquas eadem efficacia imbutas idolis suis adscribunt, adscribunt idolis suis potestatem aquarum eadem efficacia imbuendarum. Excidit, ni fallor, vox *aquas* post *efficacia,* absorpta per huius vocabuli syllabas proximas. Interim, cum ea ex praegressis vel cogitatione possit repeti, textui nihil obtrudo.

b. viduis aquis] Id est praesentia Spiritus Sancti et virtute carentibus. Cf., si tanti est, Barth. ad Stat. Theb. II, 543. tom. II, p. 545.

c. Isidis alicuius aut Mithrae] De his lavacris v. interprr. ad Apul. Metam. XI, 23. Porphyr. D. Abstin. IV, p. 367. Iuvenal. Sat. VI, 522 sqq. cum interprr., Chrysost. Homil. II. in cap. 2. Matth. de Magis. Schmidt De Sacerdot. Aegypt. p. 59 sq. Cf. Tertull. De Corona cap. ult., et De Praescript. Haeret. cap. 40. De pronomine *aliquis* nominibus propriis addito cf. adnot. ad Apolog. cap. 11.

d. deos suos lavationibus efferunt.] Res nota. Cf. Macrob. Sat. I, 23. Tacit. Ann. XV, 44. et Hist. VII, 20. Tertull. De Spectac. cap. 7. Augustin. De Civ. Dei II, 4.

aspergine circumlatae aquae expiant passim[e]. Certe ludis Apollinaribus et [3]Eleusiniis tinguuntur[f], idque se in regenerationem et impunitatem periuriorum suorum agere praesumunt. Item penes veteres [4]quisquis se homicidio infecerat, [5]purgatrices aquas explorabat[g]. Igitur si de sola natura [6]aquae, quod propria materia sit [7]abluendi, in auspicia emundationis blandiuntur, quanto id verius aquae praestabunt per dei auctoritatem, a quo omnis natura earum constituta est? Si religione aquam medicari putant, quae potior religio quam dei vivi? Quo agnito hic quoque studium diaboli recognoscimus res dei aemulantis, cum et ipse baptismum in suis exercet. Quid simile? Immundus emundat, perditor liberat, damnatus absolvit. Suam videlicet operam destruet [8]diluens delicta, quae inspirat ipse. Haec quidem in testimonium posita sunt repellentibus fidem, si minime credant rebus dei, quarum adfectationibus[h] apud aemulum dei credunt. Annon et alias sine ullo sacramento immundi spiritus [9]aquis incubant, adfectantes illam in primordio divini spiritus gestationem? Sciunt[i] opaci quique fontes, et avii quique rivi, et in balneis piscinae et euripi in domibus, vel cisternae et putei, qui rapere dicuntur, scilicet per vim spiritus nocentis[k]. [10]Nympholeptos[l] et [11]lymphaticos et [12]hydrophobos vocant quos aquae necaverunt aut amentia vel formidine [13]exercuerunt.

3. Eleusiniis *b., Fulv. Ursinus.* Pelusiis *ABa.* 4. quisque *A.* 5. purgatrices aquas explorabat *A.* purgatrice aqua expiabatur *Amg.* purgatrice aqua se expiabat *Bab.* 6. aquae *A.* aqua *Ba.* aquis *b., Fulv. Ursinus.* 7. abluendi, in auspicia emundationis *b., Fulv. Ursinus.* adloquendi inauspicii emundationis *A.* adlegendi auspicii emundationis *AmgBa.* 8. deluens *Fr. Iunius, quemadmodum iam supra.* 9. aquis *uncinis inclusum habet A.* 10. Nympholeptos *ego.* Nam et esietos *A.* Nam et enectos *Ba.* Nam et apopnictos *b., Fulv. Ursinus.* 11. lymphaticos *A.* lymphatos *Bab.* 12. hydrophobas *A.* 13. exercuerunt *AmgBab.* execuerunt *A.*

e. aspergine circumlatae aquae expiant passim.] Cf. interprr. ad Ovid. Fast. IV, 735 et 725. Theocrit. Idyll. XXIV, 96. Tacit. Ann. IV, 53. Lucan. I, 593.

f. Certe ludis Apollinaribus et Eleusiniis tinguuntur] Qui *Pelusiis* retinent scripturam intellegunt de sacris Solis, seu Mithrae et Serapidis. De Eleusiniorum ludorum lavacro satis testatur vel unus Hesychius: „*ἐν τῇ Ἀττικῇ δύο εἰσὶν οἱ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι ῥεῖτοὶ ῥωγμοὶ, καὶ ὁ μὲν πρὸς τῇ θαλάττῃ τῆς πρεσβυτέρας θεᾶς νομίζεται, ὁ δὲ πρὸς τῷ ἄστει τῆς νεωτέρας· ὅθεν τοῖς λουτροῖς ἁγνίζεσθαι τοὺς θιάσους.*“

g. purgatrices aquas explorabat.] Haec est genuina Tertulliani scriptura quae omnino revocanda erat. Sensus apertus est, res nota.

h. quarum adfectationibus] Hoc est pravis et falsis imaginibus. Cf. Herald. Digress. I, 33. p. 260 sq., qui inter alios et hunc locum illustrat.

i. Sciunt] Cf. Apolog. cap. 5 init. „*Scit* M. Aemilius de deo suo Alburno.“

k. per vim spiritus nocentis.] Exemplum citat ex Eunapii Vita Porphyrii Ludov. de la Cerda „*δαιμόνιόν τινα φύσιν ἀπὸ λουτροῦ τινος διῶξαι καὶ ἐκβαλεῖν, Καυσάνθα τοῦτον ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι.*“ Cf. Plin. Hist. Nat. II, 103. XXXI, 2.

l. Nympholeptos] Ita restituendum erat. Neque apopnictorum hic locus, neque enectorum. Utraque scriptura falsa, altera et inepta. Cf. Festus s. v. *Lymphae* p. 120. Muell., Varro de Lingua Lat. VII, 87. Isidor. Origg. XII, 3.

Quorsum ista retulimus? Ne quis durius credat angelum dei sanctum aquis in salutem hominis temperandis adesse, cum [14]angelus malus [15]profanum commercium eiusdem elementi in perniciem hominis [16]frequentat. Angelum aquis intervenire si novum videtur, exemplum futuri praecucurrit. Piscinam Bethsaidam angelus interveniens commovebat. Observabant qui valetudinem querebantur. Nam si quis praevenerat descendere[m] illuc, queri post lavacrum desinebat. Figura ista medicinae corporalis spiritalem medicinam canebat, ea forma qua semper carnalia in figura spiritalium antecedunt. Proficiente [17]itaque in hominibus gratia dei plus aquis et angelo accessit. Qui vitia corporis remediabant, nunc [18]spiritum medentur; qui temporalem operabantur salutem, nunc aeternam reformant; qui unum semel anno liberabant[n], nunc quotidie populos conservant, deleta morte per ablutionem delictorum. Exempto scilicet reatu eximitur et poena. Ita [19]restituetur homo deo ad similitudinem eius, qui retro ad imaginem dei fuerat. Imago in [20]effigie, similitudo in aeternitate censetur. Recipit enim illum dei spiritum, quem tunc de adflatu eius acceperat, sed post amiserat per delictum.

Non quod in aquis spiritum sanctum consequamur, sed in Cap. VI.
aqua emundati sub angelo [1]spiritui sancto praeparamur[a]. Hic quoque figura praecessit; sic enim Ioannes [2]ante praecursor[b] domini fuit, praeparans vias eius. Ita et angelus baptismi arbiter[c] superventuro spiritui sancto vias dirigit ablutione delictorum, quam fides

14. angelis malis *A.* 15. profanum *b., Fulv. Ursinus.* profanus *ABa.* 16. frequentat *ABa.* frequentet *b., Fulv. Ursinus. Fr. Iunius.* 17. ita qui nominibus *A.* 18. spiritum *Aab.* spiritui *B.* spiritu *Fulv. Ursinus.* 19. restituetur *ABa.* restituitur *b., Fulv. Ursinus.* 20. effigiem *A.*

Cap. VI. 1. spiritui *AmgBab.* spiritu *A.* 2. ante praecursor *ab.* anteprae-cursor *AB.*

m. praevenerat descendere] De structura, si placet, adeas adnot. ad Apolog. cap. 39.

n. qui unum semel anno liberabant] Singulis igitur annis nonnisi semel angelus ille, ut censet Tertullianus, descendebat; itaque voces illas Ioann. V, 3. *κατὰ καιρὸν* pro annua temporis revolutione accipit. (Corbin. Thom.)

Cap. VI. a. Spiritui Sancto praeparamur.] Illustrat Rabanus de Instit. Cler. I, 30 „Signatur baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capitis summitate, per pontificem vero in fronte, ut priori unctione significetur Spiritus Sancti descensio ad habitationem deo consecrandam, in secunda quoque, ut eiusdem Spiritus Sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis et scientiae et virtutis venire in hominem declaretur" cett.

b. ante praecursor] Sic habent libri. Puto rescribendum aut *antecursor* aut *praecursor*, et librarium inter has scripturas ancipitem, dum utramque adnotaret, errori olim ansam fecisse. Eadem scriptura occurrit et infra cap. 11.

c. angelus baptismi arbiter] „Angelum baptismi" dicit ut libro de Oratione „angelum orationis." Arbiter baptismi angelus quasi conscius et testis. Ipse De Anima [cap. 37]: „Nos officia divina angelos credimus." (Rigalt.) Angelum baptismi dictum arbitror respectu illius angeli piscinae Bethsaidae.

Matth. XVIII, 16. impetrat obsignata in Patre et Filio et Spiritu Sancto. Nam si in tribus testibus stabit omne [3]verbum, quanto magis, [4]dum habemus per benedictionem eosdem arbitros fidei quos et sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostrae etiam numerus nominum divinorum? Cum autem sub tribus et testatio fidei et sponsio salutis pignerentur, necessario adicitur ecclesiae mentio, quoniam ubi tres, id est Pater et Filius et Spiritus Sanctus, ibi ecclesia, quae trium corpus est.

Cap. VII. Exinde egressi de lavacro perungimur[a] benedicta unctione de pristina disciplina[b], qua ungi oleo de cornu in [1]sacerdotio solebant; ex quo Aaron a Moyse unctus est, unde Christus dicitur a chrismate[c], quod est unctio, quae domino nomen accommodavit, facta spiritalis, quia [2]spiritu unctus est a deo patre, sicut in Actis:

Act. Apost. IV, 27. Collecti sunt [3]enim vere in ista civitate adversus sanctum filium tuum, quem unxisti. Sic et in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit; quomodo [4]et ipsius baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur, spiritalis effectus, quod delictis liberamur.

Cap. VIII. Dehinc manus imponitur, per benedictionem advocans et invitans spiritum sanctum. Sane humano ingenio licebit spiritum in aquam arcessere[a] et concorporationem [1]eorum accommodatis desuper manibus[b] alio spiritu tantae claritatis animare, deo autem in

3. verbum dei, quanto *A*. 4. donum habemus benedictionem *A*.

Cap. VII. 1. sacerdotio *AB*. sacerdotium *ab*. 2. spiritus *A*. 3. enimvero *A*. 4. et spiritus ipsius *A*.

Cap. VIII. 1. aerum *Ios. Scaliger*.

Cap. VII. a. perungimur] In fronte, ut discimus ex Prudentii Psychomachia [v. 360 sq.]: „Post inscripta oleo fronti signacula, per quae Unguentum regale datum est et chrisma perenne.“ (Rigalt.) De hac unctione cf. Tertull. de Resurr. Carnis cap. 8. Dionys. Areopag. Eccl. Hierarch. capp. 2 et 3. Cyrill. Hierosolym. Catech. Myst. 3. Basilius de Spir. Sancto cap. 27. Iustin. Mart. Quaest. 137. Ioann. Damasc. Orthod. Fid. IV, 10. Cyprian Serm. de Unct. Chrism. Ambros. de Sacram. II, 5 et 6. Augustin. de Trinit. XV, 26. et de Symb. IV, 1.

b. de pristina disciplina] Hoc est de Iudaica.

c. chrismate] De hoc chrismate v. Pamel. ad Cyprian. Epist. 70. Adde Cyrill. Alex. in Levit. lib. IX. Cyrill. Hierosolym. Catech. Myst. 3. Pacian. de Bapt. et Epist. I. ad Sympron., Amphiloch. Vita Basil., Optat. Milevit. c. Parmen. lib. III. Isidor. de Eccl. Offic. II, 25. Raban. de Instit. Cler. I, 27.

Cap. VIII. a. humano ingenio licebit spiritum in aquam arcessere] Organa hydraulica significat, qualia describuntur a Vitruvio libro X. Architect. et Herone in Pneumaticis. (Rigalt.) Cf. Casaub. ad Ael. Lamprid. p. 157. (ed. Paris 1620. fol.) De organo hydraulico v. Vitruv. IX, 9. X, 13. Plin. H. N. VII, 37. Claudian. de Theod. Cons. v. 316 sqq. Salmas. in Solin. p. 637. Hero in Vett. Mathem. Opp. p. 227 (ed. Paris. 1693). Fink in Ersch und Gruber Encyclop. s. v. Hydraulos, p. 364 sqq. et in Musikal. Zeit. a. 1836. n. 5. p. 49 sqq.

b. accomodatis desuper manibus] Vitruv. l. l. „Cum pinnae manibus tactae propellunt et reducunt continenter regulas, alternis obturando foramina, alternis aperiundo, ex musicis artibus multiplicibus modulorum varietatibus sonantes excitant voces.“

suo organo[c] non licebit per manus sanctas sublimitatem modulari spiritalem? Sed est hoc quoque de veteri sacramento, quo nepotes suos ex Ioseph, [2]Ephrem et Manassem, Iacob capitibus impositis et intermutatis manibus benedixerit, et quidem ita transversim obliquatis in se, ut Christum [3]deformantes[d] iam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram. Tunc ille sanctissimus spiritus super emundata et benedicta corpora [4]libens a patre descendit[e], [5]super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens conquiescit, columbae figura delapsus in dominum, ut natura spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis et innocentiae, quod etiam corporaliter ipso felle careat columba[f]. Ideoque, Estote, in- Matth. X, 16.
quit, simplices sicut columbae; ne hoc quidem sine argumento praecedentis figurae. Quemadmodum enim post aquas diluvii, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum, ut ita dixerim, mundi pacem caelestis irae praeco columba terris adnuntiavit dimissa ex arca et cum olea reversa, quod signum [6]etiam apud nationes paci praetenditur, eadem dispositione spiritalis effectus terrae, id est carni nostrae, [7]emergenti de lavacro post vetera delicta columba sancti spiritus advolat, pacem dei adferens, emissa de caelis, ubi ecclesia est arca figurata[g]. Sed mundus rursus [8]deliquit; quo male [9]comparetur baptismus [10]diluvio. Itaque igni destinatur, sicut et homo qui post baptismum delicta restaurat, ut hoc quoque in signum admonitionis nostrae debeat accipi.

[1]Quot igitur patrocinia naturae, [2]quot privilegia gratiae, [3]quot Cap. IX.

2. Efrem *ABa.* Ephraim *b., Fulv. Ursinus.* 3. deformantis *A. Pro* Christum *Ios. Scaliger mavult* Chreston. 4. labens *Ios. Scaliger.* 5. et super *Fr. Iunius.* 6. apud etiam *A.* 7. emergendi *A.* 8. delinquit *b., Fulv. Ursinus. Pro* Sed *Fr. Iunius maluit* Si et. 9. comparatur *Fr. Iunius.* 10. Diluvio itaque ignis *Fr. Iunius.*
Cap. IX. 1. Quod *A.* 2. quod *A.* 3. quod *A.*

c. in suo organo] Dei organon appellat hominem.

d. transversim obliquatis in se, ut Christum deformantes] Manus transversim obliquatae chiasmum faciunt, hoc est figuram litterae X., quae apud Graecos quidem Christi nomen significaverit. Sed cum nationes cunctas, non Graecos tantum, a Christo vocari ad benedictionem constet, certe manus transversim obliquatae nihil Christiani mysterii portenderint ceteris quibus in usu non est eius litterae figura. Quare sic accipienda sunt Tertulliani verba, ut manibus transversim obliquatis crucem sive cruci fixum Christum deformari intelligamus, non simpliciter Christum, hoc est nomen Christi. Etenim crucis figura potuit apud universas nationes Christum portendere, quibus erat futura salus per eius crucem. (Rigalt.) Cum Rigaltio facit etiam Lipsius de Cruce cap. 7. p. 1162. Opp. ed. Vesal. Iosephus Scaliger reponi voluit *Chreston* pro *Christum.* Interpretem sui invenies in notis ad Hieronymi Chron. p. 120.

e. libens a patre descendit] Haec transcripsit Rabanus l. l. „Tunc ipse Spiritus Sanctus post mundata et benedicta corpora atque animas libens a patre descendit.“

f. felle careat columba.] Plin. Hist. Nat. XI, 27.

g. ecclesia est arca figurata.] Ut alios taceam, cf. Cyprian. de Eccl. Unitate p. 307. et Augustin. de Bapt. lib. V. cap. extr.

sollemnia disciplinae[a], figurae, praestructiones, precationes[b] religionem aquae ordinaverunt? Primo quidem cum populus de Aegypto [4]libere expeditus vim regis Aegypti per aquam transgressus evadit, ipsum regem cum totis copiis aqua extinxit. Quae figura manifestior in baptismi sacramento? Liberantur de saeculo nationes per aquam scilicet, et diabolum dominatorem pristinum in aqua oppressum [5]derelinquunt. Item aqua de amaritudinis vitio in [6]suum commodum suavitatis Mosei ligno remediatur. Lignum illud erat Christus, venenatae et amarae retro naturae venas [7]in saluberrimas aquas baptismi scilicet ex sese remedians. Haec est aqua quae de comite petra populo defluebat. Si enim petra Christus, sine dubio [8]aqua in Christo baptismum videmus benedici. Quanta aquae gratia penes deum et Christum eius est ad baptismi confirmationem! Nunquam sine aqua Christus: siquidem et ipse aqua tinguitur, prima rudimenta potestatis suae vocatus ad nuptias aqua auspicatur, cum sermonem facit, sitientes ad aquam suam invitat sempiternam, cum de agape docet, aquae calicem [9]pauperi[c] oblatum inter opera dilectionis probat, apud puteum vires resumit, super aquam incedit, libenter transfretat, aquam discentibus[d] ministrat. Perseverat testimonium baptismi usque ad passionem: cum deditur in crucem, aqua intervenit; sciunt Pilati manus: cum vulneratur, aqua de latere prorumpit; scit lancea militis.

Cap. X. Diximus, quantum mediocritati nostrae licuit de universis quae baptismi religionem struunt; nunc ad reliquum statum eius aeque ut potero progrediar de quaestiunculis quibusdam. Baptismus ab Ioanne denuntiatus iam tunc habuit quaestionem, ab ipso quidem domino propositam Pharisaeis, caelestisne is baptismus esset, an vero terrenus? De quo illi non valuerunt constanter[a] respondere, utpote non intelligentes, quia nec credentes. Nos porro[b] quantula

4. liber *Fulv. Ursinus, delens voc.* expeditus. *Omittit* libere *unus b.* 5. derelinquit *A.* 6. suum *ABa.* usum *b., Latinius, Fr. Iunius.* 7. insaluberrimas *AB. Fr. Iunius, Semlerus, alii.* 8. aqua *ABa.* aquae *b., Fulv. Ursinus.* 9. pauperi *b., Fulv. Ursinus.* patri *AB.* fratri *a.*

Cap. IX. a. privilegia gratiae, quot sollemnia disciplinae] Cf. supra cap. 3. 4. 5.

b. praestructiones, precationes] Praestructiones dicit ea quae religionem baptismi firmant et quasi praestruunt. Adv. Hermog. cap. 16 „Igitur in *praestructione* huius articuli" cett. De Resurr. Carnis cap. 4 „Deinde haeretici inde statim incipiunt et inde *praestruunt*" cett. Apolog. cap. 47 „antiquitas *praestructa* (quasi in munimentum) divinae litteraturae." *Precationes* quid sint sequentia docent exempla. Sunt advocationes et benedictiones aquae. Cf. etiam ad totum hunc locum quae habet Hieron. Epist. 83.

c. pauperi] Parvulo. Nihili sunt scripturae *patri* et *fratri*.

d. discentibus] Hoc est discipulis. Cf. adnot. ad De Patient. cap. 2.

Cap. X. a. constanter] Intrepide et libere, indubitanter. Sic fere usurpat Tertullianus hoc vocabulum. Cf. De Patient. cap. 3. De Spectac. cap. 26.

b. porro] Cf. adnot. ad De Corona cap. 7.

fide sumus, tantulo et intellectu possumus aestimare divinum quidem eum baptismum fuisse, [1]mandatu tamen, non et potestate, quod et Ioannem a domino missum legimus in hoc munus, ceterum humanum condicione. Nihil enim caeleste praestabat, sed caelestibus praeministrabat[c], paenitentiae scilicet praepositus, quae est in hominis potestate. Denique legis doctores et Pharisaei, qui credere noluerunt, nec paenitentiam [2]egere. Quod si paenitentia humanum est, et baptismus ipsius eiusdem condicionis fuerit necesse est, aut daret et spiritum sanctum et remissionem delictorum, si caelestis fuisset. Sed neque peccatum dimittit neque spiritum indulget nisi deus solus. Etiam ipse dominus, nisi ipse prius ascenderet ad patrem, aliter negavit spiritum descensurum. Id quod dominus nondum conferebat, servus utique [3]praestare non posset. Adeo postea in Actis Apostolorum invenimus, quoniam[d] qui Ioannis baptismum habebant non accepissent spiritum sanctum, quem ne auditu quidem noverant. Ergo non erat caeleste, quod caelestia non exhibebat, cum ipsum, quod caeleste in Ioanne fuerat, spiritus [4]prophetiae, post totius spiritus in dominum translationem usque adeo defecerit, ut quem praedicaverat, quem advenientem designaverat, postmodum an ipse esset miserit sciscitatum. Agebatur itaque baptismus paenitentiae quasi candidatus remissionis[e] et sanctificationis in Christo subsecuturae. Nam quod praedicabat baptismum paenitentiae in remissionem delictorum, in futuram remissionem enuntiatum est: siquidem paenitentia antecedit, remissio subsequitur, et hoc est viam praeparare; qui autem praeparat, non idem ipse [5]perficit, sed alii perficiendum procurat. Ipse profitetur sua non esse caelestia, sed Christi, dicendo, Qui de terra est, de Ioh. III, 31.

Cap. X. 1. mandatum *A.* 2. egere *ab., Latinius, Harrisius.* agere *AB.* 3. praestare posset? *b.* 4. et prophetiae *A.* 5. perfecit *A.*

c. Nihil enim caeleste praestabat, sed caelestibus praeministrabat] Sic tamen, ut licet aqua Ioannis tincti Spiritum Sanctum non acciperent, tamen praeparentur in viam salutis in nomine venturi Domini nostri. Ait enim Paulus apud Lucam Act. XIX, 4: „*Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λάῳ λέγων εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν, ἵνα πιστεύσωσι, τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν· ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.*“ Sic igitur baptizatos perfecit Paulus. Imposuit iis manus, et continuo supervenit Spiritus Sanctus. Sane hunc sensum insinuare videtur Lucas. At Latinus interpres sic tradidit, ut denuo tincti fuisse intelligantur qui iam baptismum Ioannis acceperant. Unde et hos quidem denuo baptizatos fuisse consentiunt Cyprianus et Augustinus. Nobis adhuc suspicari non contigit, cur hoc argumento abstinuerit Septimius, propositae quaestioni omnium utrimque fortissimo. Eo vero utitur Hieronymus adv. Luciferianos, et favet interpreti. (Rigalt.)

d. quoniam] Hoc est *quod* non accepissent Spiritum Sanctum. Cf. adnot. ad lib. Ad Martyr. cap. 4.

e. candidatus remissionis] Sic Ad Uxor. II, 7 „candidatus timoris.“ De Corona cap. 7 „candidatus diaboli.“ Cf. De Orat. cap. 3.

Luc. III, 16. Matth. III, 11. terra loquitur; qui de supernis vénit, super omnes est: item [6]sola[f] se paenitentia tinguere, venturum mox qui tingueret in spiritu et igni. Scilicet quia vera et [7]stabilis fides aqua tinguitur in salutem, simulata autem et infirma igni tinguitur in iudicium.

Cap. XI. Sed ecce, inquiunt, venit dominus et non tinxit. Legimus
Ioh. IV, 2. enim: Et tamen is non tinguebat, verum discipuli eius. [1]Quasi revera ipsum suis manibus tincturum Ioannes praedicasset. Non utique sic intelligendum est, sed simpliciter dictum more communi. Sicut est verbi gratia: Imperator proposuit edictum, aut Praefectus fustibus cecidit: numquid ipse proponit, aut numquid [2]ipse caedit? Semper is dicitur facere [3]cui praeministratur. Ita erit accipiendum, Ipse vos tinguet, pro eo quod est, Per ipsum tinguemini, vel in ipsum. Sed ne moveat quosdam quod non ipse tinguebat. In quem enim tingueret? In paenitentiam? quo ergo illi praecursorem? In peccatorum remissionem, quam verbo dabat? in semet-ipsum, quem humilitate celabat? in [4]spiritum sanctum, qui nondum [5]a patre descenderat? in ecclesiam, quam nondum apostoli struxerant? Itaque tinguebant discipuli eius ut ministri, ut Ioannes [6]ante praecursor, eodem baptismo Ioannis, ne qui alio putet, quia nec exstat alius nisi postea Christi, qui tunc utique a discentibus[a] dari non poterat, utpote nondum adimpleta gloria domini, nec instructa efficacia lavacri per passionem et resurrectionem, quia nec mors nostra dissolvi posset nisi domini passione, nec vita restitui [7]sine resurrectione ipsius.

Cap. XII. Cum vero praescribitur nemini sine baptismo competere salu-
Ioh. III, 5. tem, ex illa maxime pronuntiatione domini qui ait, Nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam, suboriuntur scrupulosi, immo temerarii retractatus quorundam, quomodo ex ista [1]praescriptione apostolis salus competat, quos tinctos non invenimus in domino, praeter Paulum. Immo cum Paulus solus ex illis baptismum Christi induerit, aut praeiudicatum esse de ceterorum periculo qui careant aqua Christi, ut praescriptio[a] salva sit, aut rescindi prae-

6. in sola se *b.*, *Fulv. Ursinus.* 7. stabilis fides aqua *Nic. Rigaltius.* stabilis aquae fides qua *ABab.*

Cap. XI. 1. Quasi *A. Fr. Iunius.* quia *Bab.* 2. ipse caecidit *A.* 3. cui fit. Ita *Amg.* 4. spiritusancto *A.* 5. a patre descenderat *AmgBab.* ad patrem ascenderat *A.* 6. ante praecursor *ABab.* 7. sine resurrectione *b., Fr. Iunius.* sine surrectione *ABa.*

Cap. XII. 1. praescriptione *AmgBab.* praescriptione, praestructione *A.*

f. sola] Correxerunt *in sola se paenitentia tinguere.* Sed *sola paenitentia* sunt ablativi quos dicunt causales.

Cap. XI. a. discentibus] Cf. supra ad cap. 9.

Cap. XII. a. praescriptio] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 7.

scriptionem, si etiam non [2]tinctis salus statuta est. Audivi, domino teste, [3]eiusmodi[b], ne quis me tam perditum existimet, [4]ut ultro excogitem libidine stili[c] quae aliis scrupulum [5]incutiant. Et nunc illis, ut potero, respondebo qui negant apostolos tinctos. Nam si humanum Ioannis baptismum inierant et dominicum desiderabant, quatenus unum baptismum [6]definierat ipse dominus dicens Petro perfundi [7]nolenti, Qui semel lavit, non habet necesse rursum, quod utique non tincto non omnino dixisset, et haec est probatio exerta adversus illos qui adimunt apostolis etiam Ioannis baptismum, ut destruant aquae sacramentum. An credibile videri potest in his personis viam tunc domini non praeparatam, id est baptismum Ioannis, quae ad viam domini per totum orbem aperiendam [8]destinabantur? Ipse dominus nullius paenitentiae debitor tinctus est: peccatoribus non fuit necesse? [9]Quod ergo alii tincti non sunt, non tamen comites Christi, sed aemuli [10]fidei[d], legis doctores et Pharisaei. Unde et suggeritur, [11]cum adversantes domini tingui noluerint, eos qui dominum sequebantur tinctos fuisse [12]nec cum aemulis suis sapuisse, maxime quando dominus, [13]si cui adhaerebant, testimonio Ioannem extulisset, Nemo, dicens, maior inter natos feminarum Ioanne baptizatore. Alii plane satis coacte iniciunt tunc apostolos baptismi vicem implesse, cum in navicula fluctibus adspersi operti sunt; ipsum quoque Petrum per mare ingredientem satis mersum. Ut opinor autem, aliud adspergi

Ioh. XIII, 6.

Matth. XI, 11.

2. tinctus *A.* 3. in eiusmodi *A.* 4. ut ultro excogitem libidine *ego.* et ultro excogitet libidinem *A.* ut ultro exagitem libidinem *a., Latinius.* ut ultro exagitem libidine *b., Fulv. Ursinus.* et ultro exagitet libidinem *B. Fr. Iunius.* ut ultro exagitet libidine *Io. Wouwerius.* 5. incutiat *Ba.* 6. definiebat *Fulv. Ursinus.* 7. volenti *Fr. Iunius.* 8. destinabatur ipse dominus *A.* 9. Quod ergo alii tincti non sunt *AB., Fr. Iunius.* Quid ergo? alii tincti non sunt (sint *Fulv. Ursinus*) *ab., Fulv. Ursinus.* 10. fide *AB.* 11. et cum *A.* 12. ne *A.* 13. si cui *A.* cui *Bab.*

b. eiusmodi] Vocabulis *eiusmodi* et *huiusmodi* Tertullianus fere utitur more substantivorum, et struit cum praepositionibus. Dabo exempla. Ad Scapul. cap. 4 „mandatum est animadverti *in huiusmodi.*" De Spectac. cap. 16 „aliave opera *in eiusmodi* fungar." Ibid. cap. 21 „fidelis autem *in eiusmodi* videre debet." De Pudic. cap. 20 „Qua vero die visus fuerit *in eiusmodi* color vivus" cett. De Patient. cap. 9 „Ceterum impatientia *in huiusmodi* et spei nostrae male ominatur et" cett. De Exhort. Castit. cap. 1 „Quamquam *in huiusmodi* cum fide sua conloqui debet unusquisque." De Orat. cap. 12 „*huiusmodi* enim non religioni, sed superstitioni deputantur." De Ieiun. cap. 7 „caelum *pro eiusmodi* militat." De Testim. Animae cap. 6 „Vanus es, si huic linguae soli aut Graecae — — reputabis *eiusmodi.*" De Idolol. cap. 14 „ius est communionis, *in eiusmodi* cum extraneis. De Spectac. cap. 28 „Saginentur *eiusmodi* dulcibus convivae sui." Adv. Marcion. V, 15 „si quando corpus *in huiusmodi* praenominatur." De Praescript. Haeret. cap. 5 „cummaxime diverti *ab eiusmodi* obiurget." Cf. Adv. Hermog. cap. 8.

c. libidine stili] Cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 48.

d. aemuli fidei] De vocabulorum *aemulus, aemulatio, aemulari* apud Tertullianum significatu cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

vel intercipi violentia maris, aliud tingui disciplina religionis. Ceterum navicula illa figuram ecclesiae praeferebat, quod in mari, id est saeculo, fluctibus, id est persecutionibus et tentationibus inquietatur, domino per patientiam velut dormiente, donec orationibus sanctorum[e] in ultimis suscitatus compescat saeculum et tranquillitatem suis reddat. Nunc sive tincti quoquo modo fuerunt, sive illoti perseveraverunt, ut et illud dictum domini de uno lavacro sub Petri persona ad nos tantummodo spectet, de salute tamen apostolorum satis temerarium est aestimare, [14]quia illis vel primae adlectionis et exinde individuae [15]familiaritatis[f] praerogativa compendium baptismi conferre posset, [16]cum illi, opinor, sequebantur illum qui credenti cuique salutem pollicebatur. Fides tua te, aiebat,
Marc. X, 52. salvum fecit, et, [17]Remittentur tibi peccata, credenti utique, nec tamen tincto. Id si apostolis defuit, nescio [18]quorum fide[g] uno verbo domini [19]suscitatus teloneum dereliquit, patrem et navem et artem qua vitam sustentabat deseruit, [20]qui patris exsequias de-
Matth. X, 37. spexit, summum [21]illud domini praeceptum, Qui patrem aut matrem mihi praetulerit, non est me dignus, ante perfecit quam audivit.

Cap. XIII. Hic ergo scelestissimi illi provocant quaestiones. Adeo dicunt: Baptismus non est necessarius quibus fides satis est; nam et Abraham nullius aquae nisi fidei sacramento deo placuit. Sed in omnibus posteriora concludunt, et sequentia antecedentibus praevalent. Fuerit salus retro[a] per fidem nudam ante domini passionem et resurrectionem. At ubi fides aucta est credendi in nativitatem, passionem resurrectionemque eius, addita est ampliatio sacramento, obsignatio baptismi, vestimentum quodammodo fidei, quae retro erat nuda, nec [1]potest iam sine sua lege. Lex enim tinguendi
Matth. XXVIII, 19. imposita est et forma praescripta. Ite, inquit, docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris et Filii et Spiritus Sancti[b]. Huic

14. quae *A.* 15. cum illo familiaritatis *Fr. Iunius.* 16. cum illi *b., Fulv. Ursinus.* Cum illo *ABa.* cumulo *Ios. Scaliger.* 17. Remittentur *A.* remittuntur *Bab.* 18. quorum fide *ego.* quorum fides *ABab., Fulv. Ursinus.* quorsum fidens *Ios. Scaliger.* 19. suscitatus *ABa.* suscitata *b., Fulv. Ursinus.* 20. qui patris *ABa.* patris *b.* 21. illud *b., Fulv. Ursinus.* illius *ABa.*

Cap. XIII. 1. potest iam sine *Ab., Fulv. Ursinus.* potentiam habuit sine *AmgBa.*

e. orationibus sanctorum] Petitione scilicet ista: Adveniat regnum tuum! (Rigalt.) *In ultimis* est Graecorum *ἐπ' ἐσχάτων.*

f. individuae familiaritatis] De Praescript. Haeretic. cap. 12 „Individuos habitos in comitatu, in discipulatu, in convictu."

g. quorum fide] Hoc est quibus rebus fidens.

Cap. XIII. a. retro] Hoc est antea, prius, ex usu Tertulliani. Exempla aliquot dedi ad De Spectac. cap. 9.

b. in nomen Patris et Filii et Spiritus Sancti.] Cf. De Praescript. Haeretic. cap. 10.

legi collata definitio illa, Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, Ioh. III, 5.
non intrabit in regnum caelorum, obstrinxit fidem ad baptismi necessitatem. Itaque omnes exinde credentes tinguebantur. Tunc et Paulus, ubi credidit, tinctus est. Et hoc est quod [2]ei dominus in illa plaga orbationis[c] praeceperat, Exsurge, dicens, et introi Da- Act. IX, 6.
mascum, illic tibi demonstrabitur, quid debeas agere, scilicet tingui, quod solum ei deerat. Alioquin satis didicerat atque crediderat Nazarenum esse dominum dei filium.

Sed de ipso apostolo revolvunt, quod dixerit, Non enim me Cap. XIV.
ad tinguendum Christus misit. Quasi hoc argumento baptismus I Cor. I, 17.
adimatur. Cur enim tinxit Gaium et Crispum et Stephanae domum? Quamquam etsi non eum miserat Christus ad tinguendum, tamen aliis apostolis praeceperat tinguere. Verum haec pro condicione tunc temporis ad Corinthios[a] scripta sunt, quoniam schismata et dissensiones inter illos movebantur, dum alius Paulo deputat[a], alius Apollo. Propter quod pacificus apostolus, ne sibi omnia defendere videretur, non ad tinguendum ait se missum, sed ad praedicandum. Nam et prius est praedicare, posterius tinguere. [1]Sic prius praedicatum. Puto autem, licuit et tinguere cui licuit praedicare.

Nescio si quid amplius ad controversiam baptismi ventilatur. Cap. XV.
Sane retexam[a] quod supra omisi, ne imminentes sensus videar intercidere. Unus omnino baptismus est[b] nobis, [1]tam ex domini evangelio[c] quam ex apostoli litteris, quoniam [2]unus deus et unum [3]baptismum[d] et una ecclesia in caelis. Sed circa haereticos sane [4]quae custodiendum sit[e], digne quis retractet. Ad nos enim edi-

2. ei dominus *Fulv. Ursinus.* et dominus *A.* dominus *Bab.*
Cap. XIV. 1. Sic *ego.* Sed *A.* Si *AmgBa.* Sed sit *b., Fulv. Ursinus.*
Cap. XV. 1. tamen *A.* 2. unus deus et *b., Fulv. Ursinus.* unus dominus et *a., Latinius, Harrisius.* unus et *AB.* 3. baptismum *ABa.* baptisma *b., Fulv. Ursinus, Gasp. Scioppius.* 4. quae *AB.* quid *ab.*

c. in plaga orbationis] Orbatus fuit luce et oculis.

Cap. XIV. a. deputat] Scilicet omnia. Quod vel ex iis patet quae sequuntur: *„ne sibi omnia defendere videretur.“* De verbo *deputare,* satis frequente in scriptis Tertulliani, si placet, adeas adnot. ad De Idolol. cap. 4.

Cap. XV. a. retexam] Commemorem. Ad Natt. II, 7 „cur non credatis talia *retexentibus* de deis vestris?“

b. Unus omnino baptismus est] Late probat Cyprian. Epist. 70. 71. 73. et 74. ante errorem libri de Unitate Ecclesiae. (La Cerda.)

c. ex domini evangelio] Cap. 12. dixerat „Unum baptismum definierat ipse dominus dicens Petro perfundi nolenti, Qui semel lavit“ cett.

d. unum baptismum] Hoc neutro probando afferunt Augustin. Serm. de Tempor. 36 *„Quale est hoc baptismum,* ubi purior est fonte ille qui mergitur?“ Ruffin. in Symbol. num. 94 *„Utrumque* enim *baptismum* nominatur.“

e. quae custodiendum sit] An iterum sint baptizandi qui ab haereticis baptizati. Revocavi veterem scripturam. Graeci *τίνα φυλακτέον.* De re cf. Praescript. Haeret. cap. 14. et De Pudic. cap. 40.

tum est[f]. Haeretici autem nullum habent consortium nostrae disciplinae, quos extraneos utique testatur ipsa ademptio communicationis. Non debeo in illis [5]cognoscere quod mihi est praeceptum, quia non idem deus est nobis et illis, nec unus Christus, id est idem, ideoque nec baptismus unus, quia non idem; quem cum rite non habeant, sine dubio non habent, nec capit numerari[g] quod non habetur; ita nec possunt accipere, quia non habent[h]. Sed de isto plenius iam nobis in Graeco digestum est[i]. Semel ergo lavacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet. Ceterum Israël Iudaeus quotidie lavat[k], quia quotidie inquinatur. Quod ne in nobis quoque factitaretur, propterea de uno lavacro definitum est. Felix aqua quae semel abluit, quae ludibrio peccatoribus non est, quae non adsiduitate sordium infecta rursus quos diluit inquinat.

Cap. XVI. Est quidem nobis etiam secundum lavacrum[a], unum et ipsum,
Luc. XII, 50. sanguinis scilicet, de quo dominus, Habeo, inquit, baptismo tingui,
I Ioh. V, 6. cum iam tinctus fuisset. Venerat enim per aquam et sanguinem, sicut Ioannes scripsit, ut aqua tingueretur, sanguine glorificaretur, [1]proinde nos facere[b] aqua vocatos, sanguine electos. Hos duos

5. agnoscere *Semlerus.*

Cap. XVI. 1. proinde nos facere *AB.* proinde ut nos faceret *a., Latinius, Fulv. Ursinus.* proinde, nos faceret *b.*

f. Ad nos enim editum est.] Ad nos enim editum est, ad nos catholicos directum est quod in sacris litteris praescribitur, quid custodiendum sit in disciplina baptismi, scilicet unum esse baptisma. Cf. Muenter Primordia Eccles. Afr. cap. 23. p. 150 sqq.

g. nec capit numerari] Unum est apud Ecclesiam baptisma. Unitas autem non est numerus, sed principium numeri. Cum igitur extra Ecclesiam sint haeretici, nullum est apud eos baptisma, quare nec unum, quia quod non est nequit numerari neque principium dare numero. Haec fuit Tertulliani sententia, quam discipulus eius Cyprianus adversus Stephanum pertinacius adseruit compluribus epistolis. Nisi tamen excusari vel propterea maxime debuerit, quod ea tunc temporis haereticorum erant crimina, ut capite aliquo tenerentur laesae Sanctissimae Trinitatis, qua penes eos non integra adeoque nulla, nihil etiam habere aut dare poterant, quod baptismum Christi sapere videretur. (Rigalt.) De Graecismo illo *capit numerari* v. adnot. ad Apolog. cap. 17. et De Fuga in Persecut. cap. 1.

h. nec possunt accipere, quia non habent.] Apertiora sunt apud Cyprianum: „Nos autem dicimus eos qui inde veniunt non rebaptizari apud nos, sed baptizari. Neque enim accipiunt illic aliquid ubi nihil est. (Rigalt.)

i. digestum est.] Cf. adnot. ad Ad Natt. II, 1.

k. Israël Iudaeus quotidie lavat] De Oratione [cap. 11.]: „Omnibus licet membris quotidie lavet Israël, nunquam tamen mundus est. Certe manus eius semper immundae sanguine prophetarum“ cett. Israël Iudaeum dicit, quia iam est Israël Catholicus, quemadmodum et Catholica Hierusalem. (Rigalt.) La Cerda his Tertulliani verbis maxime denotari putat Iudaeos hemerobaptistas, de quibus Epiphanius Haeres. 17.

Cap. XVI. a. secundum lavacrum] De hoc sanguinis lavacro v. adnot. ad Scorpiac. cap. 6. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 50. Unum et ipsum autem hoc baptisma appellat bene memor sui, qui unum baptisma ex Paulo commendarat.

b. proinde nos facere] Huiusmodi infinitivi, quos dicunt finales, frequenter occurrunt in scriptis Tertulliani. Ali-

baptismos de vulnere perfossi lateris [2]emisit[c], quatenus qui in sanguinem eius crederent, aqua lavarentur, qui aqua lavissent, etiam sanguinem [3]potarent. Hic est baptismus qui lavacrum et non acceptum repraesentat et perditum reddit.

Superest ad concludendam materiolam de observatione quoque Cap. XVII.
dandi et accipiendi [1]baptismi commonefacere. Dandi quidem habet ius summus sacerdos, qui est episcopus; dehinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate, propter ecclesiae honorem, quo salvo salva pax est[a]. Alioquin etiam laicis ius est. Quod enim ex aequo accipitur, ex aequo dari potest. Nisi episcopi iam aut presbyteri aut diaconi, [2]vocantur discentes[b]. Domini sermo non

2. omisit, quia qui *Latinius*. 3. potarent *Bab.* portarent *A.*

Cap. XVII. 1. baptismi *A.* baptismum *Bab.* 2. vocantur discentes *b.* vocarentur discentes *Latinius.* vocantur dicentes *ABa.*

quot exempla adscripsi ad Apolog. cap. 39. Verba Tertulliani non satis perceperunt qui rescribunt atque distinguunt *glorificaretur. Proinde ut nos faceret — — hos duos* cett.

c. duos baptismos de vulnere perfossi lateris emisit] Eodem modo interpretatur Ruffinus in Symbolum num. 94: „Potest tamen intelligi quod duplicem gratiam baptismi figuraverit: unam quae datur per aquae baptismum, aliam quae per martyrium profusione sanguinis quaeritur. Utrumque enim baptismum nominatur.“ Euthymius in Ioann. cap. 19 „Sanguinem autem et aquam scaturire facit duo designans baptismata: unum quidem per sanguinis martyrium, alterum vero per aquae regenerationem, atque horum fluxu peccati fluxum demergit.“ (La Cerda.)

Cap. XVII. a. quo salvo salva pax est.] Consimilis est locus libro de Exhortatione Castitatis. Ex utroque autem collegit Hieronymus, quod ait adversus Luciferianos, baptismum esse sacerdotium. Etenim scriptum est, Regnum quippe nos et sacerdotes Deo et Patri suo fecit; et iterum, Gentem sanctam, regale sacerdotium. Eoque etiam spectat quod opusculi huius initio Septimius notavit egressos de lavacro ungi benedicta unctione, de prisca disciplina, qua ungi oleo de cornu in sacerdotium solebant. Idem Hieronymus adversus eosdem haereticos Septimii quoque verba mutuatus de episcopi honore ac potestate disserit, quem et nuncupat summum sacerdotem, quod ante Hieronymum fecerat Auctor Quaestionum Vet. et Novi Testamenti Quaest. 101 „Presbyterum, inquit, intelligi episcopum probat Paulus apostolus, quando Timotheum, quem ordinavit presbyterum, instruit qualem debeat creare episcopum.“ Deinde adiicit: „Quid est enim episcopus nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos?“ Et sane sequitur eum esse summum sacerdotem, qui sit praepositus non tantum populo sacerdotum, hoc est laicis baptismi sacerdotio sive sacramento praeditis, verum etiam presbyteris et diaconis. Quin et summus sacerdos ideo dicatur, quod praeter sacerdotium baptismi habeat sacerdotium ordinis sive honoris, qui sive ordo sive honos est in Ecclesia maximus. Augustin. De Civ. Dei XX, 10. episcopos ait et presbyteros proprie iam vocari in Ecclesia sacerdotes: „Sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis.“ Denique cum omnis Christianus, etiam laicus, passim apud Tertullianum et alios dicatur *ara dei* et *templum dei* et *immolare* et *sacrificare* deo laudes, gratias, ieiunia, eleemosynas, cum etiam episcopo et presbytero sacrificiorum orationes concipienti rem faciat adstipulantis respondendo *Amen,* quod est Fiat, eo sensu Christiani etiam laici dicuntur sacerdotes. (Rigalt.)

b. nisi episcopi iam aut presbyteri aut diaconi, vocantur discentes.] Ita haec verba distinguenda erant; vulgo enim ante *discentes* incidunt. *Vocantur* sc. ad baptizandum. Pro *vocantur* possis facili opera *vocentur,* sed non opus est; sententia eadem evadit. Discentes (h. e. discipulos, cf. adnot. ad De Patient. cap. 2.) appellat quos modo laicos.

debet abscondi ab ullo. Proinde et baptismus, aeque dei census[c], ab omnibus exerceri potest. Sed quanto magis laicis disciplina verecundiae et modestiae incumbit, cum ea maioribus [3]competant[d], ne sibi adsumant dicatum [4]episcopi [5]officium! Episcopatus aemulatio
I Cor. VI, 12. X, 23. schismatum mater est. Omnia licere dixit sanctissimus apostolus, sed non omnia expedire. Sufficiat scilicet in necessitatibus [6]ut utaris[e], sicubi aut loci aut temporis aut personae condicio compellit. Tunc enim constantia succurrentis[f] excipitur, cum urget circumstantia periclitantis, quoniam reus erit perditi hominis[g], si supersederit praestare quod libere potuit. [7]Petulantiae autem mulier[h], quae usurpavit docere, utique non etiam tinguendi ius sibi pariet, nisi si quae [8]nova bestia evenerit similis pristinae, ut, quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat. [9]Quodsi quae Pauli perperam scripta[i] sunt exemplum Theclae ad

3. competant *b.* competat *ABa.* 4. episcopis *b., Fulv. Ursinus, Ios. Scaliger.* 5. officium? Episcopatus aemulatio *Fr. Iunius.* officium episcopatus. Aemulatio *editi libri.* 6. ut utaris *ABa.* utaris *b.* 7. Petulantiae autem mulier *ego.* Petulantia autem mulier *A.* Petulantia autem mulierum *Ba.* Petulantia autem mulieris *b., Fulv. Ursinus.* 8. nova bestiae venerit *Fr. Iunius.* 9. Quodsi quae Pauli perperam scripta sunt exemplum Theclae ad licentiam *ego.* Quodsi quae Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclae ad licentiam *Ba.* Quod si quae Pauli perperam scripta sunt, scriptum (*pro* scriptum *mg. habet* exemplum) Theclae ad licentiam *A.* Quod si quae Paulo perperam adscripta sunt, ad licentiam *b.* Quod si quae Paulo perperam adscripta sunt, scriptum Teclae ad licentiam *Fulv. Ursinus.*

c. aeque dei census] Aeque ad dei honorem et cultum spectat, ideoque quasi propria res dei et census. Ceterum consimilis est de episcoporum et praesidentium honore locus in libro De Corona.

d. cum ea maioribus competant] Episcopis, diaconis et presbyteris.

e. in necessitatibus ut utaris] Scilicet illo episcopi officio.

f. constantia succurrentis] Fiduciam significat succurrentis, qui iuris sui conscius sine addubitatione aut haesitatione succurrit periclitanti, hoc est admittitur, accipitur, laudatur. Constantiam dicit audaciam. Dixisset *constanter succurrere* eadem forma qua mox dicet *constanter discere,* et libro de Patientia *constanter denotare.* (Rigalt.) Cf. supra cap. 10. Adv. Marcion. V, 1 „Tanta est *constantia* alium deum edicere."

g. reus erit perditi hominis] Quomodo perditi hominis? cum in sequentibus dicat iis qui pondus intelligant baptismi magis timendam esse consecutionem quam dilationem? fidem integram securam esse de salute? Non pugnat secum. Nam reus est perditi hominis quisquis baptismum in subita periculi violentia desideranti dare supersederit. Etenim quantum in se fuit perdidit quem vel inhumana desidia vel intempestiva verecundia salutari lavacro procurare non festinavit. At qui in toto animo totaque mente Christianus fieri desideravit, is per fidem factus est Christo quod fidei Christus indulsit, et qui periit homini pravo cunctatori, salvus est deo salvatori liberalissimo. (Rigalt.)

h. Petulantiae autem mulier] Ita corrigendum videbatur proximius ad vestigia scripturae editionis principis. „Petulantiae mulier" dictum est ut „homines gloriae", philosophi, in Apologetico. De re cf. Praescript. Haeret. cap. 41. De Virgin. Veland. cap. 9.

i. Pauli perperam scripta] Notat scriptum illud cui titulus erat Acta Pauli, iampridem inter apocrypha relatum. Eius meminit Eusebius Hist. Eccles. III, 16. — — Irenaeus I, 17 „Inenarrabilem multitudinem apocryphorum et *perperam scripturarum,* quas illi finxerunt, adferunt ad stuporem insensatorum." (Rigalt.) Nomen Theclae in sequentibus Rigaltius putabat ex margine inrepsisse

licentiam mulierum docendi [10]tinguendique defendunt, sciant in Asia presbyterum qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans[k], convictum [11]atque confessum id se amore Pauli fecisse loco decessisse[l]. Quam enim fidei proximum videretur, ut is docendi et tinguendi daret feminae potestatem qui ne [12]discere quidem constanter[m] mulieri permisit? Taceant, inquit, et domi maritos suos consulant. I Cor. XIV, 34.

Ceterum baptismum non temere credendum[a] esse sciunt quorum officium est. Omni petenti te dato, suum habet titulum [1]perinde ad eleemosynam pertinentem[b]. Immo illud potius perspiciendum: Nolite dare sanctum canibus et porcis proicere [2]margarita vestra, et, Manus ne facile imposueris, ne participes aliena delicta. Si Philippus tam facile tinxit eunuchum, recogitemus manifestam et exertam dignationem domini intercessisse. Spiritus Philippo praeceperat in eam viam [3]pertendere; spado et ipse inventus est non otiosus, nec qui subito tingui concupisceret, sed ad templum orandi gratia profectus scripturae divinae impressus[c] sic oportebat [4]de- Cap. XVIII. Luc. VI, 30. Matth. VII, 6. I Tim. V, 22.

10. tingendi quae *A.* 11. apud Ioannem atque *Fr. Iunius.* 12. docere *A.*
Cap. XVIII. 1. perinde *ABa.* proinde *b., Fulv. Ursinus.* 2. margarita vestra *b., Fulv. Ursinus.* margaritam vestram *AB.* margaritas vestras *a.* 3. pertendere *b., Fulv. Ursinus.* praetendere *ABa.* 4. deprendi *ABa.* deprehendi *b.*

in textum. Rationem ipse non indicavit, neque ego video. Theclae historiam concinnarunt Sixtus Senensis et Guil. Morellius prolegomenis in Cyprianum. Cf. Ambros. Epist. 7 et 81. Chrysost. Homil. 83. in Acta., Gregor. Nazianz. Orat. 12. 13 et 30. Epiphan. Haeres. 78. Augustin. c. Faust. XXX, 4. Severus Vita S. Martini II, 16. Ex Basilii Seleuciensis historia Theclae (quam vindicat Baronius Annal. tom. I. ad ann. 47.) Ludov. de la Cerda apte haec adscripsit: „Ἀφ' Ἑστίας γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἀρξαμένη τῆς κατηχήσεως ἡ μάρτυς αὐτὴν τε Τρυφαίναν καὶ τῶν ἐπὶ Τρυφαίνης τεταγμένων παίδων καὶ παιδισκῶν τῷ τῆς πίστεως οὐκ ὀλίγους ᾠκείωσε λόγῳ καὶ διὰ τῆς σφραγίδος (h. e. baptismi signaculo) ἐστραγολόγησε τῷ Χριστῷ."

k. quasi titulo Pauli de suo cumulans] Hoc est, quasi aliquid titulis et gloriae Pauli de suo adderet quod cumuli esset instar. (Rigalt.) Cf. Ad Natt. II, 5 „Itaque deos credi solem, *qui diei de suo cumulet*" cett.

l. loco decessisse.] Hieronym. Catalog. Scriptt. Eccles. VII cap. 7. in historia Lucae: „Igitur *περιοδοις* Pauli et Theclae et totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes apostoli inter ceteras eius res hoc solum ignoraverit? Sed et Tertullianus vicinus eorum temporum refert presbyterum quendam in Asia *σπουδαστὴν* apostoli Pauli convictum apud Iohannem, quod auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse."

m. ne discere quidem constanter] Ut etiam cum verecundia discere appetant. Non constanter discere, hoc est non absolute scitari aut praefracte interrogare. (Rigalt.) De voc. *constanter* modo supra adnotatum est.

Cap. XVIII. a. credendum] Hoc est administrandum et committendum petenti.

b. perinde ad eleemosynam pertinentem.] Titulus dandi est petitio indigentis, titulus accipiendi indigentia petentis. Itaque et baptismus nonnisi petentibus, nec simpliciter petentibus, sed ad accipiendum debite praeparatis, tum per instructionem doctrinae, tum per fervorem voluntatis ardenter illum desiderantibus conferri debet.

c. impressus] Impressius dans operam; explicat Fr. Iunius. Rectius hunc posse dici scripturae divinae impressum

prendi, cui ultro deus apostolum miserat, quem rursus spiritus ut se curriculo eunuchi adiungeret iussit: scriptura ipsius fidei occurrit in tempore[d], exhortatus adsumitur[e], dominus ostenditur, fides non moratur, aqua non expectatur, apostolus perfecto negotio eripitur. Sed et Paulus revera cito [5]tinctus est. Cito enim cognoverat [6]Simon hospes vas eum esse electionis constitutum. Dei dignatio suas praemittit praerogativas[f]; omnis petitio et decipere et decipi potest[g]. Itaque pro cuiusque personae condicione [7]ac dispositione, etiam aetate, cunctatio baptismi utilior est, praecipue tamen circa parvulos. [8]Quid enim necesse, si non tam necesse est[h], sponsores[i] etiam periculo [9]ingeri, qui et ipsi per mortalitatem destituere promissiones suas possunt et [10]proventu malae indolis falli? Ait quidem dominus, Nolite illos prohibere ad me venire. Veniant ergo, dum adolescunt; veniant, dum discunt, dum quo veniant docentur; fiant Christiani, cum Christum nosse potuerint. [11]Quid festinat innocens aetas[k] ad remissionem peccatorum? Cautius agetur in saecularibus[l], ut cui substantia terrena non creditur, divina credatur. Norint petere salutem, ut [12]petenti dedisse videaris. Non minore de causa innupti quoque procrastinandi, in quibus tentatio praeparata est tam virginibus per matu-

Matth. XIX, 14.

5. tinctus est *ab.* unctus est *AB.* 6. Simon *ABb.* Iudas *a.* Ananias *Latinius.* 7. a dispositione *A.* 8. Quid enim necesse, si non tam necesse est, sponsores *A.* Quid enim necesse est, si non tam necesse est, sponsores *a., Fulv. Ursinus.* Quid enim necesse est sponsores *Bb.* 9. ingeri, qui *Ba.* ingeri? quia *b., Fulv. Ursinus.* integri, quid *A.* 10. proventum *A.* 11. quod *A.* 12. petendi *A.*

arbitror, qui plene eis imbutus sit earumque doctrina quasi inundatus atque repletus.

d. occurrit in tempore] Legebat ista verba: Tamquam ovis ad occisionem ductus est. Acta Apost. VIII, 29.

e. exhortatus adsumitur] „Rogavit Philippum ut adscenderet et sederet secum.“ Act. Apost. VIII, 31. *Exhortatus* est igitur passivo sensu positum. Cf. Vossii Aristarch. tom. II, p. 537., ibique Eckstein.

f. suas praemittit praerogativas] Gregor. Nazianz. Orat. 18 „*οἶδε γὰρ πόρρωθεν καταβάλλεσθαι τῶν μεγάλων πραγμάτων ἡ σοφία τὰς ὑποθέσεις.*“

g. et decipere et decipi potest.] Potest enim inordinate petens baptismum eius ministrum decipere, sine legitima videlicet dispositione, neque vero sed simulato duntaxat animo accedens. Potest et ipse decipi, dum ex immaturo zelo accedit et ab ipso se deo impulsum credit, nondum tamen necessaria rerum credendarum cognitione instructus, ut illum fructuose suscipiat. (Corbinian. Thomae.)

h. si non tam necesse est] Si utilior est cunctatio baptismi.

i. sponsores] *Ἀναδόχους* vocat Dionys. de Eccles. Hier. cap. 2. et *ἀγαθοὺς τὰ θεῖα παιδαγωγούς*; passim et aliter.

k. Quid festinat innocens aetas] Sic putabat Tertullianus ad nomen Christianum admitti non debere qui nondum haberet ullum intellectum fidei Christianae, nec indigere delictorum remissione qui nondum esset ullius doli sive delicti capax. Usum tamen Ecclesiae Catholicae, secundum Cypriani sententiam, a baptismo et gratia neminem prohibere, ac ne infantes quidem, qui recens nati nihil peccavere, nisi quod secundum Adam carnaliter nati contagium mortis antiquae prima nativitate contraxere, itaque ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedere, quod illis remittuntur non propria, sed aliena peccata. (Rigalt.)

l. Cautius agetur in saecularibus] Da-

ritatem quam viduis per [13]vacationem, donec aut nubant aut continentiae corroborentur. Si qui pondus intelligant baptismi, magis timebunt consecutionem quam dilationem; fides integra secura est de salute[m].

Diem baptismo sollemniorem Pascha praestat, cum et passio Cap. XIX.
domini in [1]qua tinguimur[a] adimpleta est. Nec [2]incongruenter ad
figuram interpretabitur[b], quod cum ultimum Pascha dominus esset
acturus, missis discipulis ad praeparandum, [3]Convenietis, inquit, Marc. XIV, 13.
hominem aquam baiulantem, Paschae celebrandae locum de signo
aquae ostendit. Exinde Pentecoste ordinandis lavacris [4]laetissimum
spatium est, [5]quo et domini resurrectio inter discipulos frequentata
est, et gratia spiritus sancti dedicata, et spes adventus domini sub-
ostensa, quod tunc in caelos recuperato eo angeli ad apostolos
dixerunt sic venturum, quemadmodum et in caelos conscendit, uti-
que in Pentecoste. Sed enim Hieremias cum dicit: Et congregabo Ierem. XXXI. 8.
illos ab extremis terrae in die festo, Paschae diem significat et
Pentecostes, qui est proprie dies festus. Ceterum omnis dies do-
mini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de sol-
lemnitate interest, de gratia nihil refert.

Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et genicu- Cap. XX.
lationibus et pervigiliis orare oportet et cum confessione omnium
retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Ioannis[a]. Tingue- Matth. III, 6.
bantur, inquit, confitentes delicta sua. Nobis gratulandum est, [1]si
nunc publice confitemur iniquitates aut turpitudines nostras. Simul
enim et de pristinis satisfacimus conflictatione carnis et spiritus,
et subsecuturis tentationibus [2]munimenta praestruimus. Vigilate et Matth. XXVI, 41.

13. vacationem *b., Fulv. Ursinus.* vagationem *ABa.*

Cap. XIX. 1. quam *b., Fulv. Ursinus.* 2. incongruenter quis ad *b., Fulv. Ursinus.* incongruenter aut *A.* 3. Convenietis *AB.* Invenietis *ab.* 4. laetissimum *A.* latissimum *AmgBab.* 5. quod *A.*

Cap. XX. 1. si nunc publice *Fr. Iunius.* si publice *Desid. Heraldus ad Arnobii Adv. Natt. II, p.* 86. (*ed. LB.*). si non publice *ABab.* 2. monumenta *A.*

tur enim cuipiam rerum substantia cum intelligit quod accipit. (La Cerda.)

m. fides integra secura est de salute.] Dixit supra de iis quibus aliena culpa lavacrum negavit, nunc de iis quibus, dum veniunt ad Christum, dum adolescunt in Christo, dum addiscunt caelestia, vis aliqua maior et vitam abstulit et lavacrum. Atque hos etiam securos esse iubet Septimius. Fidem integram esse quae talis fieri satagit, ac proinde securam esse de salute. (Rigalt)

Cap. XIX. a. in qua tinguimur] *In* praepositio saepius habet instrumentalem significationem. Sic De Idolol. cap. 7 „Quae magis amputandae (manus) quam *in quibus* domini corpus amputatur?“ Ibid. cap. 22 „et daemonia non honorentur *in eo* quod propter deum feci?“ Cf. Hildebr. ad Arnob. Adv. Natt. I, 39. p. 61 sqq.

b. interpretabitur] Passive. Sic Ad Natt. I, 3 „Christianum vero nomen, quantum significatio est, de unctione *interpretatur*.“

Cap. XX. a. ut exponant etiam baptismum Ioannis.] Id est palam statuant in se ipsis exemplum baptismi Ioannis: hoc enim est exponere sumpta a propolis merces suas exponentibus metaphora. (Fr. Iunius.)

orate, inquit, ne incidatis in tentationem. Et ideo, credo, tentati sunt, quoniam obdormierunt, ut [3]adprehensum dominum destituerint, et qui cum eo [4]perstiterit et gladio sit usus, ter etiam nega-
Luc. XXII, 28. 29. verit; nam et praecesserat dictum, neminem intentatum regna caelestia consecuturum. Ipsum dominum post lavacrum statim tentationes circumsteterunt quadraginta diebus ieiuniis functum. Ergo et nos, dicet aliquis, a lavacro [5]potius ieiunare oportet. [6]Et quis enim prohibet, nisi necessitas gaudii et gratulatio salutis? Sed dominus, [7]quantulum aestimo, de figura Israëlis exprobrationem in ipsum retorsit. Namque populus mare transgressus [8]et in solitudine translatus[b] per quadraginta annos, illic cum divinis copiis aleretur, nihilominus ventris et gulae meminerat quam dei[c]. [9]Deinde dominus post aquam[d] segregatus in [10]deserta quadraginta dierum ieiunia emensus ostendit non pane vivere hominem dei, sed dei verbo, tentationesque plenitudini et immoderantiae ventris appositas abstinentia elidi[e]. Igitur benedicti, quos gratia dei expectat, cum de illo sanctissimo lavacro novi natalis ascenditis et primas manus apud matrem cum fratribus aperitis[f], petite de patre, petite de domino [11]peculia gratiae, distributiones charismatum [12]subiacere[g].
Matth. VII, 7. Petite, et accipietis, inquit. Quaesistis enim, et invenistis; pulsastis, et apertum est vobis. Tantum oro, ut, cum petitis, etiam Tertulliani peccatoris memineritis.

3. adpraehensum *A.* 4. praestitit *A.* 5. protinus *Ios. Scaliger.* 6. Et quis *malim* Ecquis. 7. quantulum aestimo *ABa.* quantum existimo *b., Fulv. Ursinus.* 8. et in *Ba.* est in *A.* in *b.* *Pro* solitudine *Fr. Iunius mavult* solitudinem. 9. Proinde *Latinius.* 10. deserta *ABa.* deserto *b., Fulv. Ursinus.* 11. peculia gratiae *ego.* peculia gratia *A.* peculia, gratias *Ba.* 12. subiacere *A.* subiacente *B.* subiiciente *ab.*

b. in solitudine translatus] Non opus est cum Fr. Iunio rescribere *in solitudinem* pro *in solitudine.* Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 3.

c. ventris et gulae meminerat quam dei.] Nihil frequentius hac ellipsi in Tertulliano. V. adnot. ad De Testim. Animae cap. 2.

d. post aquam] Hoc est post aquam baptismi impetratam. Cuius breviloquentiae exempla collegi ad Scorpiac. cap. 11.

e. elidi.] Amat hoc verbum Tertullianus. V. adnot. ad Apolog. cap. 23.

f. et primas manus apud matrem cum fratribus aperitis.] Orabant manibus expansis. Itaque primas manus dicit tum primum a fide ad orationem apertas sive expansas. Matrem dicit Ecclesiam. (Rigalt.)

g. subiacere.] Haec est genuina scriptura, editionis principis auctoritate firmata. Petite, inquit, et orate, ut peculia gratiae et charismatum distributiones de patre et domino vobis cedant et subsint.

DE
PAENITENTIA.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat librum scriptum Vindobonensem.
B - - - Leidensem.
C - editionem principem, Beati Rhenani, quae prodiit Basileae a. MDXXI.
a - - Ioh. Gangneii, quae prodiit Parisiis a. MDXLV.
b - - Sigism. Gelenii, quae prodiit Basileae a. MDL.
c - - Iac. Pamelii, quae prodiit Antverpiae a. MDLXXIX.
d - - Nic. Rigaltii, quae prodiit Parisiis a. MDCXXXIV.

DE

PAENITENTIA*.

[1]Paenitentiam[a] hoc genus hominum, quod et ipsi retro fuimus, caeci, sine domini lumine, natura tenus norunt passionem animi Cap. I.

Cap. I. 1. Poenitentium *B. Florentinus liber, bibl. Laurentianae.*

* DE PAENITENTIA.] Hunc librum Erasmus non esse Tertulliani tandem Rhenano persuasit, nullo magis argumento quam stili, ut ipsis videtur, accuratioris. Cuius argumenti vim sane frivolam esse mecum sensuros omnes confido qui Septimio legendo attentius incubuerint. Nam et hic genium plane Tertullianicum agnoscent et in aliis libris qui nunquam status sui controversiam sunt passi, partes eiusdem operis longe aliis accuratiores et elegantiores animadvertent. (Rigalt.)

Cap. I. a. Paenitentiam] Paenitentiam veteres dixere propositi aut consilii sive in meliora sive in deteriora mutationem. Sic apud Iuris Auctores agere paenitentiam dicitur haeres quem paenitet aditae haereditatis, et donator quem conditae donationis. Apud Christianos paenitentes dicti quos vitae cum ethnicis anteactae paenitebat, ut iam derelicto idolorum cultu, repudiata saeculi pompa in Christi familiam recipi postularent. Haec paenitentia peragebatur aversione abdicatis ἐν ὁμάδι omnibus omnino vitae prioris inquinamentis, eademque aversione tam plena confessio quam vera paenitentia censebatur. Itaque allocutione interdum una quam plurimi lavacro mandati, atque exinde numero fidelium et fratrum. Postea vero augescente in dies multitudine observato quosdam irrepere falsos Christianos, unde periculum ceteris ac dedecus crearetur, examine ac probatione opus fuit scrupulosiore. Gradus igitur constituti in quibus aliquantisper consisterent qui vitae ethnicae deserendae voto ad deum sapere coepissent, ut illic et deum cognoscere et cognitum timere ac mente pura colere perdiscerent, tandemque vitae ac sententiae conversione probata paenitentiam includerent seu consignarent baptismo. Hoc fuit datae deo vero sub Christi nomine fidei susceptaeque omnium retro delictorum gratiae per lavacri similitudinem sacramentum, quo scilicet ablutis anteactae vitae maculis obstringerentur ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne depositum appellati abnegarent, vitam denique viverent innocentem. Quod si fidem fallerent, si quid rursus idololatriae, homicidio, adulterio stuprove affine operati arguerentur, tum a communione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegabantur, sic tamen, ut secundae paenitentiae veniam fore non desperarent, Ecclesia tandem per exomologesin, id est delictorum publicam in luctu et squalore detestationem, exorata. Haec igitur exomologesis delictorum fuisse videtur manifestorum, quae aut sceleris infamia nomini Christiano iniuriam facerent, aut fidei parum constantis exemplo ceteris fratribus nocerent. Occultorum vero paenitentia sicut et castigatio divinae misericordiae reservata. Quid si autem manifestarii negatores ad exomologesin non venirent? Ii tanquam ad gentiles suos postliminio reversi nunquam in Ecclesia Dei fuisse existimabantur. Quid si hanc et manifestarii homicidae aut moechi spernerent? Ii vero, nisi gentili potestate coërcerentur, impune apud ipsos gentiles ab Ecclesia exulabant, pudoris magis memores quam salutis.

quandam esse quae veniat de offensa sententiae [2]peioris[b]. Ceterum a ratione eius tantum absunt, quantum ab ipso rationis auctore. Quippe res dei ratio; quia deus omnium conditor, nihil non ratione providit, disposuit, ordinavit, [3]nihil non ratione tractari intellegique voluit. Igitur ignorantes quique deum rem quoque eius ignorent necesse est, quia nullus omnino thesaurus extraneis patet. Itaque universam [4]vitae conversationem sine gubernaculo rationis transfretantes imminentem saeculo procellam[c] vitare non norunt. Quam autem in paenitentiae actu [5]irrationabiliter [6]diversentur, vel uno isto satis erit expedire, cum illam etiam [7]in bonis factis suis adhibent. Paenitet fidei, amoris, [8]simplicitatis, patientiae, misericordiae, prout quid [9]in ingratiam[d] cecidit. [10]Semetipsos exsecrantur, quia [11]benefecerint, eamque maxime [12]paenitentiae speciem quae optimis operibus irrogatur in corde figunt, meminisse curantes, ne quid boni rursus praestent; contra [13]paenitentiae malorum levius [14]incubant[e]. Denique facilius per eandem delinquunt quam per [15]eandem recte faciunt.

Cap. II. Quod si dei ac per hoc rationis quoque compotes agerent, merita[a] primo paenitentiae expenderent, nec unquam eam [1]ad

2. peioris *ABC. Florentinus.* prioris *abcd., ex corr. Beati Rhenani.* 3. nihilq *A.* nihil quod *B.* nihilque *Florentinus et duo Vaticani.* 4. vitem (vicem *B.*) conversionem *AB.* 5. irrationaliter *d.* 6. diversentur *ABCab., Florentinus.* deversentur *cd.* 7. in nobis factis *AB. Florent.* 8. simplicitas *AB. Florent.* 9. in gratiam *ABC. Florent.* 10. servire (seviret *Florent.*) ipsos execuntur *AB. Florent.* 11. bene fecerunt *AB.* 12. paenitentiae *abcd. Gorziensis liber.* patientiae *ABC. Florent. Vaticani tres.* 13. paenitentiae malorum *d., ex emendatione Petri Ciacconii.* paenitentiam malorum *abc. Gorziensis liber.* patientiae malum *ABC. Florent.* 14. incumbant *AB.* 15. eam *d., Fulv. Ursinus.*

Cap. II. 1. ad argumentum *Ad., Fulv. Ursinus.* ad augumentum *B. Florent.* ad augmentum *Cabc.*

Post impetratam secunda paenitentia veniam, si qui rursus in ea delicta laberentur, ob quae denuo ipsos amoveri ac separari ab Ecclesia contingeret, tum vero, nisi abdicata prorsus Christi religione ad saeculum rediretur, in luctu ac moerore perpetua paenitentia perstabant, divinam misericordiam implorantes, pacem vero Ecclesiae, nisi forte in extremo vitae articulo, non habituri. Huiusce autem ritus inclementiam ubique ab omnibus Ecclesiis fuisse custoditam non sine ratione quis ambigat. (Rigalt.)

b. sententiae peioris.] Revocavi veterem scripturam quam genuinam esse puto. Nec multum diversa sententia evadit sive *prioris* sive *peioris* legimus. Paenitentis enim omnis sententia prior eadem et peior dici potest prae ea quam recens est amplexus.

c. imminentem saeculo procellam] Quam in Apologetico [cap. 32.] dixit *„vim maximam universo orbi imminentem, ipsamque clausulam saeculi acerbitates horrendas comminantem“* cett. (Rigalt.)

d. in ingratiam] Cf. Adv. Marcion. II, 24 „Non enim si hominem ex recordatione plurimum delicti, interdum et ex alicuius boni operis *ingratia* paenitet, ideo et deum proinde.“

e. paenitentiae malorum levius incubant.] Cf. De Patient. cap. 12 „Quod si *patientiae incubabo,* non dolebo“ cett.

Cap. II. a. merita] Merita hic est dignitas, vel momenta, eo sensu quo ICti hoc vocabulo utuntur. Paul. Sent. V, 35 *„Meritum appellationis* causae ca-

argumentum perversae emendationis[b] adhiberent; modum denique paenitendi temperarent, quia et delinquendi tenerent[c], timentes dominum scilicet. Sed ubi metus nullus, emendatio proinde nulla: ubi emendatio nulla, paenitentia necessario vana; quia caret fructu suo cui eam deus sevit, id est hominis saluti. Nam deus post tot ac tanta delicta humanae temeritatis a principe generis Adam auspicata, post condemnatum hominem cum saeculi dote[d], post eiectum paradiso mortique subiectum, cum rursus ad suam misericordiam maturavisset[e], iam inde in semetipso paenitentiam dedicavit[f], [2]rescissa sententia irarum pristinarum, ignoscere pactus operi et imagini suae. Itaque et populum sibi congregavit, et multis bonitatis suae largitionibus fovit, et ingratissimum totiens expertus ad paenitentiam semper hortatus est, et prophetando[g] universorum prophetarum emisit ora: mox gratiam pollicitus, quam in extremitatibus temporum per spiritum suum universo orbi illuminaturus esset, praeire [3]intinctionem paenitentiae iussit[h], [4]si quos per gratiam vocaret ad promissionem semini [5]Abraham destinatam per paenitentiae subsignationem [6]ante componeret[i]. Non tacet Ioan-

2. recissa *AB.* recisa *Florent.* 3. intentionem *AB. Florent.* 4. si quos *ABC. Florent.* ut quos *abcd.* 5. habrahae *Florentinus.* 6. ante componeret *abcd., Gorziensis liber.* anteponeret *ABC. Florent.*

pitalis nonnisi per nosmetipsos prosequi possumus." Id. Digest. XLIX, 1, 27 „Post redditas rationes neque tutor neque curator *appellationis merita* probare cogetur." Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 582.

b. ad argumentum perversae emendationis] Ut perversam emendationem iniisse coargui possent.

c. quia et delinquendi tenerent] Non parantes sibi materiam toties et tamdiu paenitendi.

d. cum saeculi dote] Dotem saeculi dicit delicta, per quae homo excidit a divina gratia. (Rigalt.) Miserias humanas intelligit, quae post peccatum mortalibus in dotem assignatae sunt. (Albaspin.)

e. cum rursus ad suam misericordiam maturavisset] Hoc est mature se recepisset et in tempore. Sic Cyprianus ad Donatum *gratiam maturantem* dixit. (Rhenan.) Cyprian. ad Donat. p. 2. ed. Oxon. „Accipe quod sentitur antequam dicitur, nec per temporum moras longa agnitione colligitur, sed compendio *gratiae maturantis* hauritur."

f. dedicavit] Punito Adami peccato cum mortales novis beneficiis complesset, docuit prius acta paenitentia emendari posse. (Albaspin.) De verbo *dedicare* v. quae adnotavi ad Scorpiac. cap. 1.

g. prophetando] Hoc est ad prophetandum. Huius dativi, qui frequentissimus est apud Tertullianum, aliquot exempla collegi ad De Spectac. cap. 3.

h. praeire intinctionem paenitentiae iussit] Significat baptismum Iohannis, qui fuit paenitentiae baptismus, praecursor baptismi Christiani, qui fuit etiam Spiritus Sancti. (Rigalt.)

i. per paenitentiae subsignationem ante componeret.] Verba sunt e lure petita. Etenim Iuris Auctoribus subsignatae facultates ideo dicuntur, quia conductorum subscriptionibus obligatae sunt fisco, et subsignata apud aerarium et praetorem praedia quae sunt in censum delata. Eo sensu Tertullianus dicit *paenitentiam subsignatam* qua se apud deum quis proposito vitae sanctioris obligavit, adhibito intinctionis sive baptismi sacramento tamquam signaculo. Sic enim lib. I. ad Uxor. [cap. 4.] „viduitatem apud deum subsignatam." *Componere* dicitur praetor quos iurisdictione sua compescit deque adversariis amicos et quietos reddit. Componit sacramentis suis deus homines pessime meritos, et in suorum

Matth. III, 2. nes, Paenitentiam initote, dicens, iam enim salus nationibus appropinquabit, dominus scilicet, afferens [6b] secundum dei promissum. [7] Cui praeministrans paenitentiam destinabat purgandis mentibus [8] praepositam, uti quicquid error vetus inquinasset, quicquid in corde hominis ignorantia contaminasset, id paenitentia [9] verrens et radens et [10] foras abiciens mundam pectoris domum superventuro spiritui sancto paret, quo se ille cum caelestibus bonis libens inferat[k]. Horum bonorum unus est titulus[l], salus hominis, criminum pristinorum abolitione praemissa. Haec paenitentiae causa, haec opera negotium divinae misericordiae curans. Quod homini [11] proficit, deo servit. Ceterum ratio eius, quam cognito domino discimus, certam formam[m] tenet, ne [12] bonis unquam factis cogitatisve quasi [13] violenta aliqua manus iniciatur[n]. Deus enim reprobationem bonorum ratam non [14] habens, utpote suorum, quorum [15] cum auctor, et defensor sit necesse est, proinde et acceptator[o], si acceptator, etiam remunerator. Viderit ergo[p] [16] ingratia hominum, si etiam bonis factis paenitentiam cogit[q]. Viderit et gratia, si captatio eius ad benefaciendum incitamento est, terrena, mortalis utraque[r]. Quantulum enim compendii, si grato benefeceris? vel dispendii, si ingrato? Bonum factum deum habet debitorem, sicuti et malum, quia iudex omnis remunerator est causae. At cum iudex deus iustitiae [17] carissimae sibi exigendae tuendaeque praesideat, et [18] in

6b. *Quid, si* secum domini promissum? 7. cui praeministrant *AB. Florent.* 8. praepositam *ABCabc.* propositam *d.* 9. verrens et radens *abcd.* avertens et tradens *ABC. Florent. Vaticani.* 10. foris (foris *pro* foras *extat etiam in Vaticanis et Florentino*) abiciens nudam *AB.* 11. profecit *d.* 12. bonis *cd. Vaticani, et ita emendaverat iam ante Latinius.* nobis *Cab. Florent.* vobis *AB.* 13. violenta *d., Fulv. Ursinus.* violentia *ABCabc. Florent.* 14. habet *d.* 15. cum auctor est, defensor sit necesse est *Fulv. Ursinus.* 16. ignorantia *A. m. sec.* 17. carissime *C.* 18. in ea *Florent.*

amicorum numero esse iubet. (Rigalt.) *Componere* est pro disponere, vel praeparare.

k. quo se ille cum caelestibus bonis libens inferat.] Cf. De Patient. cap. 13 „si quidem rector animus facile communicat spiritus invecta (sc. patientia) cum habitaculo suo."

l. unus est titulus] Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 18.

m. formam] V. adnot. ad De Idolol. cap. 18.

n. violenta aliqua manus iniciatur.] Quae bene facta aut bene cogitata interficiat et strangulet convertens in deteriora. (Rigalt.)

o. proinde et acceptator] Facile est corrigere *proinde est acceptator.* Sed non magis opus est quam cum Rigaltio reponere *habet* pro *habens,* aut cum Fulvio Ursino *cum auctor est, defensor sit necesse est.* Structura enim quamvis impeditior, tamen aperta, nec absona Tertulliani stilo.

p. Viderit ergo] Haec loquendi formula admodum frequens est in Tertulliani scriptis. Cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

q. cogit.] Adigit, detorquet. Nam est contra rationem paenitentiae quae solum de malis concipi debeat.

r. mortalis utraque.] Abeat quoque et valeat gratitudo hominum, nam tantum eius scopus est incitare ad benefaciendum. Sed cur utraque abeat? Quia utraque terrena et mortalis est. Et quidem exiguum est compendium, id est lucrum, benefacere grato, et exiguum dispendium, ingrato. (La Cerda.)

eam omnem summam disciplinae [19]suae sanciat, dubitandum [20]est, sicut in universis actibus nostris, ita in paenitentiae quoque causa iustitiam deo praestandam esse? quod quidem ita impleri licebit, si peccatis solummodo adhibeatur. Porro peccatum nisi malum factum dici non meretur, nec quisquam benefaciendo delinquit. Quodsi non delinquit, cur paenitentiam invadit, delinquentium [21]privatum[s]? Cur malitiae officium bonitati suae [22]imponit? Ita [23]evenit, ut, cum aliquid ubi non oportet adhibetur, illic ubi oportet neglegatur.

Quorum ergo paenitentia iusta et debita videatur, id est quae Cap. III.
delicto deputanda sint, locus quidem expostulat denotare[a], sed otiosum videri potest. Domino enim cognito ultro spiritus a suo auctore [1]respectus emergit ad notitiam veritatis, et admissus ad dominica praecepta ex ipsis statim eruditur id [2]peccato deputandum a quo deus arceat. Quoniam, cum [3]deum grande quid [4]boni constet esse, utique bono nisi malum non displiceret, quod inter contraria sibi nulla amicitia est. Perstringere tamen non pigebit delictorum quaedam esse carnalia, id est corporalia, quaedam vero [5]spiritalia. Nam cum ex hac duplicis substantiae congregatione confectus homo sit, non aliunde delinquit quam unde constat. Sed non eo [6]inter se differunt, quod corpus et spiritus duo sunt ([7]alioquin[b] eo magis paria sunt, quia duo unum efficiunt), ne quis pro diversitate materiarum peccata eorum discernat, ut alterum altero levius aut gravius existimet. Siquidem et caro et spiritus dei res, alia manu eius expressa, alia afflatu eius consummata. Cum ergo ex pari[c] ad dominum pertineant, quodcunque eorum deliquerit, ex pari dominum offendit. An tu discernas actus carnis et spiritus, quorum et in vita et in morte et in resurrectione tantum communionis atque consortii est, ut pariter tunc aut in vitam aut in iudicium suscitentur, quia scilicet pariter aut deliquerint aut [8]innocenter egerint? Hoc eo praemiserimus, ut non minorem alteri

19. suae sanciat *abcd., Gorziensis.* sanciat (sauciat *Florent.* sanctiat *B.*) *ABC. Florent.* 20. non est *A.* 21. Privatum cur *Cabc. Latinius delet* privatum, *Fr. Iunius pro eo reponit* peccatum. 22. imponitur *B. Florent.* 23. invenit *AB. Florent.*

Cap. III. 1. respersus *A. m. sec.* 2. peccati *B.* peccatum *A.* 3. domini *AB.* 4. bonum censet *AB.* 5. spiritualia *B.* 6. intra *B.* 7. alioquin *Ca.* alioqui *bcd.* Atqm̃ *AB.* atqui *A. m. sec.* 8. innocentes *d.*

s. delinquentium privatum?] Paenitentiam dicit esse delinquentium privatum, hoc est rem et curam delinquentium propriam et privatam. Iniuste autem facit qui privatis utitur tamquam communibus et publicis. (Rigalt.) Recte Rigaltius. Vulgata interpunctio erat „*delinquentium? Privatum cur malitiae officium*“ cett. Cf. De Spectac. cap. 10 „quae *privata* et propria sunt scenae“ cett.

Cap. III. a. locus quidem expostulat denotare.] Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 7.

b. alioquin] Pars librorum praebet *atquin* pro *alioquin*. Posset defendi. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 6.

c. ex pari] Cf. adnot. ad lib. Ad Scapulam cap. 2.

quam utrique parti, si quid deliquerit, paenitentiae necessitatem intellegamus impendere. Communis reatus amborum est, communis et iudex, deus scilicet, communis igitur et paenitentiae medela. Exinde [9]spiritalia et corporalia nominantur, quod delictum omne aut agitur aut cogitatur, ut corporale sit quod in facto est, quia factum, ut corpus, et videri et contingi habet[d], spiritale vero quod in animo est, quia spiritus neque videtur neque tenetur. Per quod ostenditur, non facti solum, verum et voluntatis delicta vitanda et paenitentia purganda esse. Neque enim, si mediocritas humana [10]facti[e] solum iudicat, quia voluntatis latebris par non est, idcirco crimina eius etiam sub deo neglegamus. Deus in omnia sufficit. Nihil a conspectu eius remotum unde[f] omnino delinquitur, quia non ignorat nec omittit, quominus in iudicium decernat. Dissimulator et praevaricator perspicaciae suae non est. Quid, quod voluntas facti origo est? Viderint enim, si qua casui aut necessitati aut ignorantiae imputantur, quibus exceptis iam non nisi voluntate delinquitur. Cum ergo facti origo est[g], non tanto potior ad poenam est, quanto [11]principalis ad culpam, quae ne tunc quidem liberatur, cum aliqua difficultas perpetrationem eius intercipit? Ipsa enim sibi imputatur, nec excusari poterit per illam perficiendi infelicitatem[h], operata quod suum fuerat. Denique[i] dominus quemadmodum se adiectionem [12]legi superstruere demonstrat, nisi et voluntatis [13]interdicendo delicta, cum [14]adulterum non eum solum definit qui cominus in alienum matrimonium [15]cecidisset, verum etiam illum qui aspectus concupiscentia contaminasset? Adeo quod prohibetur administrare, satis periculose animus sibi repraesentat[k], et temere per voluntatem expungit effectum[l]. Cuius voluntatis cum vis tanta sit, [16]ut non solatium sui saturans pro facto cedat[m], pro

9. spiritualia *AB., pro more.* 10. facti *d., ex emendatione Latinii.* factis *BCabc.* de factis *A.* 11. principalioris *A.* 12. legi *d., Latinius.* legis *ABCabc.* 13. intercidendo *B.* 14. ad ultimum non *C.* 15. incidisset *B.* 16. ut *ABC., alii vett. libri.* cur *abcd., ex coniectura Rhenani.*

d. et videri et contingi habet] De hac structura verbi *habere,* si placet, adeas adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

e. facti] Scilicet delicta. Etenim praecessit *non facti solum, verum et voluntatis delicta vitanda.*

f. unde] Malim *undeunde.*

g. facti origo est] Subaudi *voluntas.*

h. perficiendi infelicitatem] Frustrationem, *ἀτυχίαν.* (Rigalt.)

i. Denique] H. e. itaque, igitur, adeo. Particula eo sensu Tertulliano usitatissima.

k. animus sibi repraesentat] De Monogam. cap. 10 „Habet secum animi licentiam, qui omnia homini quae non habet imaginario fructu repraesentat."

l. expungit effectum.] De verbo *expungere* v. adnot. ad Apolog. cap. 35.

m. ut non solatium sui saturans pro facto cedat] Hoc est: ut quamquam solatium sui non saturet, tamen pro facto cedat. Solatium voluntatis est effectus. Itaque solatium sui non saturantem vel explentem dicit voluntatem quae ipsum corpus nondum moechiae adegit. Rigaltius: „Qui feminam non suam aspectu

facto ergo plectetur. Vanissimum est dicere: Volui, nec tamen feci. [17]Atquin perficere [18]debes, quia vis, [19]aut nec velle, quia nec perficis. Sed ipse conscientiae tuae confessione pronuntias[n]. Nam si bonum concupisceres, perficere gestisses: porro[o] sicut malum non perficis, nec concupiscere debueras. [20]Quaqua te [21]constitueris, crimine adstringeris, quia aut malum volueris, aut bonum non adimpleveris.

Omnibus ergo delictis seu carne seu spiritu seu facto seu voluntate commissis qui poenam per iudicium destinavit, idem et veniam per paenitentiam spopondit, dicens ad populum, [1]Paenitere[a], et salvum faciam te. Et iterum, Vivo, inquit, [2]dominus, et paenitentiam malo quam mortem. Ergo paenitentia vita est[b], cum praeponitur morti. Eam tu peccator, mei similis (immo me minor, ego enim praestantiam in delictis meam agnosco), ita invade, ita amplexare, ut naufragus alicuius tabulae fidem[c]. Haec te peccato- Cap. IV. Ezech. XVIII, 21. 23. XXXIII, 11 sqq.

17. atqui *A. m. sec.* 18. debet *AB.* 19. aut *om. AB.* 20. Quaqua *d.* Quaquam *A.* Quaque *BCabc.* 21. converteris *Latinius, prob. Fr. Iunio.*
Cap. IV. 1. paeniteat te et salvum *Fulv. Ursinus.* 2. deus *AB.*

concupiscentiae contaminat, imaginaria voluptatis praesentia frustraneae voluntatis suae infelicitatem solatur, quod ex verbis domini, *Qui viderit mulierem,* pro facto cedit. Eius itaque voluntatis cum vis tanta sit, ut licet non sit solatium tale quod sui saturet, pro facto tamen cedat, pro facto ergo plectetur." Rhenanus Tertulliani verba non recte intellegens pro *ut* reposuit *cur,* quod inde omnibus libris inolevit.

n. pronuntias.] Verbum forense. Sic Apolog. cap. 2 „quando — — contenti sitis ad *pronuntiandum.*" Ibid. paulo post „In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum *pronuntiare.*"

o. porro] H. e. atenim. V. adnot. ad De Corona cap. 7.

Cap. IV. a. Paenitere] Hoc est paenitentiam age. Deponentis *paeniteor* sic usurpati duo exempla praebet Vulgata: Marc. I, 15 „*Paenitemini,* et credite Evangelio." Act. Apost. III, 19 „*Paenitemini* et convertimini, ut deleanter peccata vestra."

b. Ergo paenitentia vita est] Ait dominus. Paenitentiam malo quam mortem, opponens paenitentiam morti. Quid autem verius opponitur morti quam vita? Ergo opposita morti paenitentia. (Rigalt.)

c. ut naufragus alicuius tabulae fidem.] Ita vocatur paenitentia. Hieronym. ad Sabinian.: „Quod si nec paenitentiam vult agere et fracto navigio tabulam, per quam salvari poterat, non retentat." Ambros. ad Virg. Laps. cap. 8 „Inhaerere tamquam naufragus tabulae," i. e. paenitentiae. Et notes dici *secundam tabulam.* Ita locutus Hieronym. ad Demetriadem: „secunda post naufragium miseris tabula," quia scilicet prima paenitentia, qua accedebant ad accipiendum baptisma, dicebatur navis. Ideo subiicet idem Hieronymus: „in virgine integra servetur navis." Et ad Salvinam: „Ne statim nobis paenitentiae subsidia blandiantur, quae sunt infelicium remedia. Cavendum est vulnus, quod dolore curatur. Aliud est integra navi et salvis mercibus portum salutis intrare, aliud nudum haerere tabulae et crebris fluctuum recursibus ad asperrima saxa collidi." Eusebius Gallicanus ad Paenitentes: „Inter naufragia peccatorum corripuistis vos ad tabulam fidei, quae perduxit vos ad paenitentiae navem." Petrus Bles. de Peregrinat. Hierosolym. „Inaestimabile paenitentiae donum, haec est secunda tabula post naufragium." Dicitur ad similitudinem navigantium in mari qui tempestate deiecti adhaerent tabulae. Sic dicit Simocatta VIII, 12. miserrima imperatorum corpora, Mauricii et filiorum, iussu Phocae mari obiecta fuisse *πίναξας δυσνυχημάτων.* Et Chrysostomus Epist. ad Olympiadem, loquens de naufragio Ecclesiae, forma alia

rum fluctibus mersum [3]prolevabit et in portum divinae clementiae
Ies. XL, 15; LXIV, 8. protelabit[d]. Rape occasionem inopinatae felicitatis, ut ille [4]tu nihil
Ier. XIX, 11. quondam penes deum [5]nisi stilla situlae et areae pulvis et vascu-
Rom. IX, 20. 21. Ps. I, 3. lum figuli arbor exinde fias illa quae penes aquas seritur et in
Matth. III, 10. foliis perennat et tempore suo fructus agit, quae non ignem, non [6]securem[e] videbit. Paeniteat errorum reperta veritate, paeniteat amasse quae deus non amat, quando ne nos quidem ipsi servulis nostris[f] ea quibus offendimur [7]non odisse permittimus. Obsequii enim ratio in similitudine animorum constituta est. De bono paenitentiae [8]enumerando diffusa et [9]pro hoc[g] magno eloquio committenda materia est. Nos vero pro nostris angustiis unum inculcamus, bonum atque optimum esse quod deus [10]praecipit. Audaciam existimo de bono divini praecepti disputare. Neque enim quia bonum est, idcirco auscultare debemus, sed quia deus praecepit. Ad exhibitionem [11]obsequii[h] prior est maiestas divinae potestatis, prior est auctoritas imperantis quam utilitas servientis. [12]Bonum est paenitere, an [13]non? Quid revolvis[i]? deus praecipit. At enim ille non praecipit tantum, sed etiam hortatur. Invitat praemio, [14]sa-
Ezech. XXXIII, 11. lute; iurans etiam, Vivo, dicens, cupit credi sibi. O beatos [15]nos, quorum causa deus iurat! O miserrimos, si nec iuranti domino

3. prolevabit *Cabd.* prolavabit *Vaticanorum unus.* perlavabit *ABc., Vaticanorum duo.* 4. te *ABC.* 5. nihil *C.* 6. securem *ABC. Vaticani tres.* securim *abcd.* 7. non odisse *abcd.* nosse *ABC.* 8. enim merendo *AB.* 9. pro *AB. Vaticani tres. Fr. Iunius.* per *Cabcd.* 10. praecepit *C.* 11. obsequii *Cabcd.* praecepti *AB.* 12. et bonum *AB.* 13. num *AB.* 14. salute *d.* salutem *ABCabc.* salutis *Petr. Ciacconius.* 15. nos *om. C.*

„τὰς σανίδας τῶν πλοίων διαλυομένας.“ (La Cerda.)

d. protelabit.] Verbum hoc Afris praesertim inter usitatiora. Tertull. De Spectac. cap. 1 „ut ignorantiam *protelet* in occasionem.“ Adv. Marcion. IV, 21 „sed sexcenta milia hominum *protelavit.*“ Cf. Apul. Metam. VIII, 18. cum interprr. Muncker. ad Fulgent. p. 765. ed. Stav., Fronto Epist. ad Caes. III, 3 „Sive sit iste Herodes vir frugi et pudicus, *protelarei* conviciis talem a me virum.“ Hieronym. adv. Iovin. p. 513 „quindecim annorum spatia *protelata.*“ Petr. Chrysolog. Serm. 5 „Patientissimum creditorem longa et artificiosa cavillatione *protelare,*“ h. e. protrahere, producere et perducere. Aldhelm. de Virgin. cap. 28 „Disputatione ulterius *protelata.*“ In Cassiano creberrima est haec vox; cf. II, 2. III, 4. V, 5. Adde etiam interprr. ad Plaut. Mercat. argum. 12. et ad Festum p. 595. ed. Lindem. Nonius p. 362. s. v., qui varias adfert explicationes.

e. securem] De hoc accusativo vocabuli *securis* v. Prisc. VII, 758. (cf. Gell. XIII, 20.) et interprr. ad Vergil. Aen. XI, 656. et ad Cic. Verrin. V, 47.

f. servulis nostris] Cf. De Patient. cap. 3 „Igitur si probos quosque servos et bonae mentis pro ingenio dominico conversari videmus“ cett. Ibid. cap. 10 „Nos utres, vasa fictilia, servulis nostris assumentibus sibi de conservis actionem graviter offendimur, eosque qui nobis patientiam obtulerint suam — — non probamus modo, sed“ cett.

g. pro hoc] H. e. pro argumenti huius amplitudine, ut explicat Fr. Iunius. In vulgatis extat *per hoc.*

h. Ad exhibitionem obsequii] Pro *obsequii* libri Vindob. et Leidens. habent *praecepti.* Scriptura haec non temere spernenda. Sed praetuli alteram.

i. Quid revolvis?] Quid ultro citroque versas in animo tuo, sit bonum annon sit bonum paenitere?

credimus! Quod igitur deus tantopere commendat, quod etiam humano more sub deieratione testatur, summa utique [16]gravitate et aggredi et custodire debemus, ut in asseveratione divinae gratiae permanentes in fructu quoque eius et emolumento proinde perseverare possimus.

Hoc enim dico, paenitentiam, quae per dei gratiam ostensa Cap. V. et indicta nobis in gratiam nos domino revocat, semel cognitam atque susceptam nunquam posthac iteratione delicti resignari[a] oportere. Iam quidem nullum ignorantiae praetextum[b] tibi patrocinatur, quod domino agnito[c] praeceptisque eius admissis denique paenitentia delictorum functus rursus te in delicta [1]restituis. [2]Ita in quantum ignorantia segregaris, [3]in tantum contumaciae adglutinaris. Nam si idcirco te deliquisse paenituerat, quia dominum coeperas timere, cur, quod metus gratia gessisti, rescindere maluisti, nisi quia metuere [4]desisti? Neque enim timorem alia res quam contumacia subvertit. Cum etiam ignorantes dominum nulla exceptio tueatur [5]ad poenam, quia deum in aperto constitutum et vel ex ipsis caelestibus bonis comprehensibilem ignorari non licet, quanto cognitum despici periculosum est? Despicit porro qui bonorum ac malorum intellectum ab illo consecutus quod intellegit fugiendum quodque iam fugit resumens intellectui suo, id est dei dono, contumeliam facit: respuit datorem, cum datum deserit, negat [6]beneficum, cum [7]beneficium non honorat. Quemadmodum ei potest placere cuius munus sibi displicet? Ita in dominum non modo contumax, sed etiam ingratus apparet. Ceterum non leviter in dominum peccat qui, cum aemulo eius diabolo paenitentia renuntiasset et hoc nomine illum domino subiecisset, rursus eundem regressu suo erigit et exultationem eius seipsum facit, ut denuo malus recuperata praeda sua adversus dominum gaudeat. Nonne, quod dicere quoque periculosum est, sed ad aedificationem [8]pro-

16. gnavitate *Fr. Iunius. Probat Ludov. de la Cerda.*

Cap. V. 1. restituis *abcd.* restitues *ABC.* 2. Iam ita *AB.* 3. in tantum contumaciae adglutinaris *om. AB.* 4. desisti *C.* desiisti *abcd.* desistis *AB.* 5. ad poenam *ABC.* a poena *abcd.* 6. beneficum *d., Fr. Iunius.* beneficium *ABCabc.* 7. beneficium *ABCbcd.* beneficum *a.* 8. proferendum *abcd.* praeferendum *ABC.*

Cap. V. a. resignari] Hoc est laedi, violari. Cf. adnot. ad De Orat. cap. 22. et Ad Natt. I, 5.

b. praetextum] Sic De Cultu Femin. II, 6 *„praetexto* necessitatis.“ Adv. Valentin. cap. 9 „sub *praetexto* dilectionis in patrem.“

c. domino agnito] Scilicet in baptismo. Aquae baptismi nos domino adiungunt. Irenaeus lib. III, cap. 19 „Nos aridi non poteramus compingi deo, nisi ros Spiritus Sancti sursum defluens mortalitatem nostram proluisset.“ Tertull. de Baptismo cap. 3 „Primis aquis praeceptum est animas proferre, primus liquor quod viveret edidit, ne mirum sit in baptismo si aquae animare noverunt.“ (La Cerda.)

ferendum est, diabolum domino praeponit? [9]Comparationem enim videtur egisse qui utrumque cognoverit, et iudicato pronuntiasse eum meliorem cuius se rursus esse maluerit. Ita qui per delictorum paenitentiam instituerat domino satisfacere, diabolo per aliam paenitentiae paenitentiam [10]satisfaciet[d], eritque tanto magis perosus deo, quanto aemulo eius acceptus. Sed aiunt quidam satis deum habere, si corde et animo suspiciatur, licet actu minus fiat; itaque se salvo metu et fide peccare, hoc est salva castitate matrimonia violare, salva pietate parenti venenum temperare. Sic ergo et ipsi salva venia in gehennam detrudentur, dum salvo metu peccant. Primum[e] exemplum perversitatis: quia timent, delinquunt. Opinor, non delinquerent, si non timerent. Igitur qui deum nolit offensum, nec revereatur omnino, si timor offendendi patrocinium est. Sed ista ingenia de semine hypocritarum pullulare consuerunt, [11]quorum individua cum diabolo amicitia est, quorum paenitentia nunquam fidelis.

Cap. VI. Quicquid ergo mediocritas nostra ad paenitentiam semel[a] capessendam et perpetuo continendam suggerere conata est, omnes quidem deditos domino spectat, ut [1]omnes salutis in promerendo deo petitores, sed praecipue novitiolis istis imminet, qui cum maxime incipiunt divinis sermonibus aures rigare, quique catuli infantiae adhuc recentis nec perfectis luminibus incerta reptant[b], et dicunt quidem pristinis renuntiare et paenitentiam assumunt, sed includere eam neglegunt[c]. Interpellat enim illos ad [2]desiderandum

9. Comperationem *AB.* 10. satisfaciat *ABC.* 11. quorum paenitentia nunquam fidelis, quorum individua cum diabolo amicitia est. *AB.* *In sola c. pro* individua *legitur* invidia.

Cap. VI. 1. omnes *ab. Fr. Iunius.* omnis *ABCcd., Vaticani tres.* 2. diserendum *AB.*

d. diabolo per aliam paenitentiae paenitentiam satisfaciet.] Plin. Epist. X, 7 „Superest ne rursus provinciae quod damnasse dicitur placeat agatque paenitentiam paenitentiae suae.“ (Rigalt.) Adde Salvian. De Gubernat. Dei lib. V, p. 99. Rittershus. „Unde illi se minore invidia criminosos putant qui cum paenitentiam quasi egisse dicantur, sicut mores pristinos, ita etiam habitum non relinquunt. Nam taliter ferme omnia agunt, ut eos non tam putes antea paenitentiam criminum egisse quam postea ipsius paenitentiae paenitere, nec tam prius paenituisse quod male vixerint, quam postea quod se promiserint bene esse victuros.“

e. Primum] Fr. Iunius distingui voluit: *detrudentur. Dum salvo metu peccant, primum exemplum* cett. Nec opus est nec placet.

Cap. VI. a. semel] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

b. incerta reptant] Vertit Fr. Iunius *ἄδηλα ἑρπουσι.* Qui graecismus quamquam ferri possit pro stilo Tertulliani, tamen haereo annon potius rescribendum sit *in incerta* vel *in incerto,* aut *incerti reptant.* Pro exemplo afferunt vulgo verba De Patient. 1 „*caeca* vivunt;“ sed ibi rescribendum erat *qui extra eam vivunt.*

c. sed includere eam neglegunt.] Baptismo scilicet, qui et *obsignatio* dicitur. Et ipse mox dicet *intinctionis seram obstructam.* Paenitentia igitur et fides tunc includitur cum in baptismum deducitur;

ex pristinis aliquid ipse finis desiderandi, velut poma, cum iam in acorem vel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiae suae adulantur[d]. Omne praeterea cunctationis et tergiversationis erga paenitentiam vitium praesumptio[e] [3]intinctionis importat. Certi enim indubitatae veniae delictorum medium tempus interim furantur et commeatum sibi faciunt delinquendi[f] quam eruditionem non delinquendi. Quam porro ineptum, [4]quam paenitentiam non adimplère, ei veniam delictorum sustinere[g]? Hoc est pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc enim pretio dominus veniam [5]addicere instituit; hac paenitentiae compensatione redimendam proponit impunitatem. Si ergo qui venditant prius numum quo paciscuntur [6]examinant, ne scalptus [7]neve rasus[h], ne adulter[i], etiam dominum [8]credimus paenitentiae probationem

3. intentionis *AB., pro more.* 4. quam paenitentiam non adimplere, ei veniam *ego.* quam, paenitentiam non adimplere et veniam *ABCabc.* quam iniquum paenitentiam non adimplere, et veniam *d., cum Fulv. Ursino. Fr. Iunius delendum censebat alterum* quam. 5. adducere *ABC.* 6. examinare *AB.* 7. ne peresus *A.* nene resus *B.* 8. credamus paenitentiae probatione ante prius inita tantam nobis mercem *Ios. Scaliger.*

sicut actiones iudicio inclusas dixit Gaius quae sunt in iudicium deductae, l. 139. de reg. iu. Porro paenitentiam includere neglegunt qui pristinis aegre renuntiant, quasi maleficiorum summa, quam includi baptismo volunt, nondum confecta. (Rigalt.) Rhenanus et eum secuti Pamelius atque Barraeus referunt ad res quas si non includas statim amittes. Fr. Iunius ad catulos quos canis includit in cubili. Ludov. de la Cerda putat respici homines aegros, qui ore quidem cibos adsumunt, sed prae fastidio morbi tantum illos versant palato et lingua caritabundi et nauseabundi nec potes sint in stomachum includere. Sed recte Desid. Heraldus, Ios. Mercerus, Nicol. Rigaltius *includere* interpretantur *τελειῶσαι*, perficere. Heraldi verba appono: „*Includere* hic est implere, perficere, *πληρῶσαι, τελειῶσαι.* Praecedebat paenitentia; de qua etiam intellegendus Clemens Alexandr. Strom. II „*ποῦ δὲ ἔτι ἡ τοῦ ποτε ἀπίστου μετάνοια, δι' ἣν ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν;*“ Hic enim *ἀπίστου μετάνοια* est hominis infidelis in Ecclesiam se conferentis paenitentia qua ante baptismum prioris vitae veniam consequi conabatur. Et haec quoque paenitentia *ἐξομολογήσει* et confessione claudebatur. Cf. Tertull. De Baptismo cap. ult.“ Leguntur haec in Herald. Animadv. ad Arnob. lib. II. p. 86. ed. LB. Cf. etiam eiusdem Digress. I, 4. *Includere* pro simplici *claudere* posuit Horat. Od. IV, 13, 14., et Seneca de Ira III, 10.

d. adulantur.] In ea sibi complacendo.

e. praesumptio] Fiducia veniae per baptismum impetrandae. (Rigalt.)

f. commeatum sibi faciunt delinquendi] De voce *commeatu* cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 9.

g. quam paenitentiam non adimplere, ei veniam delictorum sustinere?] Ita correxi haec verba, sensu aperto. Formae pluralis perfecti *adimplere* pro *adimplevere* exempla altera profero Arnobii Adv. Natt. V, 33 „in consilium scriptores *advocare* vos? aut tum in pectoribus eorum latitabatis, cum pro aliis res alias inter veritate capta subdebant?“ Id. VI, 23 „Nisi forte, ut vos fertis, libidinis et voluptatum deae contumelias istas habuere gratissimas, nec ultione facinus *existimare* condignum quod suos quoque mulceret mentes et quod ab se subdi humanis cupiditatibus scirent.“ Cf. Donat. ad Terent. Adelph. III, 3, 10. Desid. Herald. Advers. I, 3. De verbo *sustinere* eiusque significatu cf. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

h. neve rasus] Possit ferri scriptura Vindobonensis *ne peresus,* cui adstipulari videtur corruptela Leidensis *nene resus.* Sed vulgata melior.

i. adulter] Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 16.

prius inire, tantam nobis [9]mercedem perennis scilicet vitae concessurum. Sed differamus [10]tantisper paenitentiae veritatem. Tunc, opinor, emendatos [11]liquebit, cum absolvimur. Nullo pacto. Sed cum pendente venia poena [12]prospicitur, cum adhuc liberari non [13]meretur, ut possimus mereri[k], cum deus comminatur, non cum ignoscit. Quis enim servus, posteaquam libertate mutatus est[l], furta sua et fugas sibi imputat? Quis miles, postquam castris suis emissus, pro notis suis satagit[m]? Peccator ante veniam deflere se debet, quia tempus paenitentiae [14]idem quod periculi et timoris. Neque ego renuo divinum beneficium, id est abolitionem delictorum, inituris aquam omnimodo salvum esse: sed ut eo pervenire contingat elaborandum est. Quis enim tibi tam infidae paenitentiae viro asperginem unam cuiuslibet aquae commodabit[n]? Furto quidem aggredi et [14b]praepositum huius rei[o] asseverationibus tuis circumduci facile est: sed deus thesauro suo providet, nec sinit obre-
Luc. VIII, 17. pere indignos. Quid denique ait? Nihil occultum, quod non revelabitur. Quantascunque tenebras factis tuis superstruxeris, deus

9. mercedem *Latinius. Probant Fr. Iunius et Ludov. de la Cerda.* 10. per *AB.* 11. licebit *ABCa.* 12. perspicitur *AB.* 13. meretur *ABC.* meremur *abcd.* 14. idem quod *cd. Vaticani.* id est quod *ABCab.* 14b. praepositum *d., ex emendatione Fulvii Ursini.* propositum *reliqui libri.*

k. ut possimus mereri.] Disputat Tertullianus de paenitentium processu. Et quando nos, inquit, paenitentiam qui adsumpsimus, pro emendatis habebimur? An cum absolvimur, lavacro impetrato, aqua concessa? Minime, inquit. Sed cum pendente venia prospicimus poenas anteactae vitae piaculis constitutas, cum adhuc liberari non dicam non meremur: nam quis merita sua coram deo reputare ausit unquam? sed cum adhuc non meremur ut possimus, divina misericordia sic largiente de suo, mereri. (Rigalt.)

l. libertate mutatus est] Apolog. cap. 20 „sublimes *humilitate mutantur.*" De Resurr. Carnis cap. 47 „si famulum tuum *libertate mutaveris.*"

m. pro notis suis satagit?] Notas militares dicit quibus miles denotatur ob delicta militaria, puta si fuerit emansor, desertor, seditiosus cett. Eadem metaphora de se ipso dicet peccatorem *omnium notarum,* sub finem huius operis.

n. asperginem unam cuiuslibet aquae commodabit?] Qualis illa fuit Isiacorum, quam apertius describit De Baptismo cap. 5 „Villas, domos, templa totasque urbes aspergine circumlatae aquae expiant." Tam infidae, inquit, paenitentiae virum nemo aquae communis, non dicam cyatho, sed ne gutta quidem dignabitur, tantum abest ut velit ad baptismum deducere. Splendide nugantur qui haec verba de baptismo per aspersionem accipiunt. Nam ubicunque de baptismo sermonem facit, *lavacrum* dicit, et *tinguere* et *intinguere,* et *ablui,* et *mergitari,* et *immersionem,* quae sane adspersionem minime significant. Non est propterea tamen culpanda ecclesiae benignitas, quae postmodum invaluisse videtur, ut cogente necessitate saltem aquae aspergine Christiani perficerentur. Etenim Cyprianus Epist. ad Magnum secunda ex sacris literis probat aquam aspersionis purificationem esse, nec moveri quemquam debere, quod aspergi vel perfundi videntur aegri, non baptizari. (Rigalt.)

o. praepositum huius rei] Presbyterum significat lavacro ministrando praepositum, quem libro de Baptismo [cap. 6.] angelum vocat baptismi. (Rigalt.) De interpretatione vocabuli *angelus* in loco citato libri de Baptismo errat Rigaltius. Quemadmodum ibi *angelus baptismi* aliquis statuitur, sic De Orat. cap. 12. *angelus orationis,* et De Pudic. cap. 14. *angelus ecclesiae* commemoratur.

lumen est. Quidam autem sic opinantur, quasi deus necesse habeat praestare etiam indignis quod spopondit, et liberalitatem eius faciunt servitutem. Quodsi necessitate nobis symbolum mortis indulget[p], ergo invitus facit. Quis [15]autem [16]permittit[q] permansurum id quod tribuerit invitus? Non enim multi postea excidunt? non a multis donum illud aufertur? [17]Hi sunt scilicet, qui obrepunt, qui paenitentiae fidem aggressi[r] super arenas domum ruituram collocant. Nemo ergo sibi aduletur quia inter auditorum tirocinia deputatur[s], quasi eo etiam nunc sibi [18]delinquere liceat. Dominum simul cognoveris, timeas, simul inspexeris, reverearis. Ceterum quid te cognovisse interest, cum iisdem incubas[t] quibus retro ignarus? Quid autem te a perfecto [19]servo dei[u] separat? An alius est intinctis Christus, alius audientibus[v]? Num spes alia vel merces, alia formido iudicii, alia necessitas paenitentiae? Lavacrum illud obsignatio est fidei, quae fides a paenitentiae fide incipitur et commendatur. Non ideo abluimur, ut delinquere desinamus, sed [20]quia [21]desiimus, quoniam iam corde loti sumus. Haec enim prima audientis intinctio est[w], metus integer. Exinde, quoad dominum

15. autem *ego.* enim *libri omnes.* 16. promittit *Fr. Iunius, Ios. Scaliger.* 17. et hii *AB.* 18. derelinquere *AB.* 19. servo dei *ABCab.* dei servo *cd.* dei verbo *Vaticani tres apud Pamelium.* 20. quia *delet Ios. Scaliger.* 21. desumus *AB.* desivimus *A. m. sec. In edd. Semleri et Leopoldi verba* sed quia desiimus *prave omissa sunt.*

p. symbolum mortis indulget.] Syngraphum mortis donat, id est peccatum. Etenim obligationes etiam ex delictis et maleficiis nascuntur. Paulus ad Coloss. II, 14 „ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν.“ Ipse Tertullianus lib. De Pudic. [cap. 19.] „Nam et solvit, liberans hominem per lavacrum, donato *chirographo mortis.*“ (Rigalt.)

q. Quis autem permittit] Reposui *autem* pro vulgata *enim,* quod sententia flagitabat. Non raro reperiuntur hae particulae confusae. Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 7.

r. paenitentiae fidem aggressi] Id est qui incipiunt credere paenitendum esse, et tamen eos non vere paenitet. Nihil enim prius catechumeni sive tirones docebantur quam ut prioris vitae paenitentiam agerent. (Albaspin.)

s. inter auditorum tirocinia deputatur] Catechumenos non intelligit, ut opinor; nam proprie catechumeni illi vocabantur qui probe edocti et eruditi de lege Christi orarent et ius haberent ad baptismum (quamvis non ignorem tirones, audientes et catechumenos uno eodemque nonnunquam appellari nomine); sed tirones et novitiolos qui Christianae legis prima elementa docebantur. (Albaspin.) Per auditorum tirocinia significantur catechumeni. Cf. Augustin. De Fide ad Catech. II, 1 „Nomina profitentium in libro excipiuntur vitae, non a quolibet homine, sed a superiore coelitus potestate, optimi iam *tirones dei.*“ Quos Tertullianus hic *auditores,* paulo infra appellat *audientes,* opponens baptizatis.

t. cum iisdem incubas] Cf. supra cap. 1 „*paenitentiae* malorum levius *incubant.*“

u. perfecto servo dei] Initiabantur adsumpta paenitentia, perficiebantur baptismo, unctione, eucharistia. (Rigalt.)

v. audientibus?] Supra appellabat *auditores,* infra iterum *audientes.* Sic passim *discentes* pro discipulis. Cf. adnot. ad De Patient. cap. 2. De audientibus La Cerda citat Concil. Constantinop. I. C. 7: „κατηχοῦμεν αὐτοὺς καὶ ποιοῦμεν αὐτοὺς χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἀκροάσθαι τῶν γραφῶν, καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν.“

w. prima audientis intinctio est] Quo

senseris, fides sana, conscientia semel paenitentiam amplexata. Ceterum si ab aquis peccare desistimus, necessitate[x], non sponte, innocentiam induimus. Quis ergo in bonitate praecellens? cui non licet, [22]aut cui displicet malo esse? qui iubetur, an qui delectatur [23]a crimine vacare? Ergo nec a furto manus avertamus, nisi claustrorum duritia repugnet, nec oculos a stupri [24]concupiscentiis refrenemus, nisi a custodibus corporum [25]abstracti, si nemo domino deditus delinquere desinet nisi intinctione alligatus. Quod si qui ita senserit, nescio an intinctus magis [26]contristetur, quod peccare desierit, quam laetetur, quod evaserit. Itaque audientes optare intinctionem, non praesumere oportet. Qui enim optat, honorat: qui praesumit, superbit. In illo verecundia, in isto petulantia apparet. Ille satagit, hic neglegit. Ille mereri cupit, at hic ut debitum sibi repromittit. Ille sumit, hic invadit. Quem censeas digniorem nisi emendatiorem? [27]quem emendatiorem, nisi timidiorem, et idcirco vera paenitentia functum? Timuit enim adhuc delinquere, ne non mereretur accipere. At ille praesumptor, cum sibi repromitteret, securus scilicet, timere non potuit: sic nec paenitentiam implevit, quia instrumento paenitentiae, id est metu, caruit. Praesumptio inverecundiae portio est: inflat [28]petitorem, despicit datorem. Itaque decipit nonnunquam. Ante enim quam debeatur repromittit, quo semper is qui est praestaturus offenditur.

Cap. VII. Hucusque, Christe domine, de [1]paenitentiae disciplina servis tuis [2]discere vel audire contingat, quousque etiam delinquere non oportet audientibus[a], vel nihil iam de paenitentia noverint, nihil eius requirant. Piget secundae, immo iam ultimae spei subtexere

22. aut *ABCab.* an (*A. m. sec.*) *cd.* 23. a crimine vacare *abcd.* a crimine vocare *C.* crimine vocare *AB.* 24. concupiscentes *AB.* 25. abstracti *duo Vaticani.* astructi *AB.* abstructi *unus Vaticanus.* obstructi *Cabcd.* astricti *A. m. sec.* 26. constritetur *A.* 27. quem emendatiorem, nisi timidiorem *om. A.* 28. potiorem *AB.*
Cap. VII. 1. paenitentia *AB.* 2. discere *d., Fulv. Ursinus.* dicere *ABCabc.*

tenetur tota vita sua Christianus qui integre sapit ad deum, mente ad idololatriam, ad stuprum, ad homicidium irretorta. (Rigalt.)

x. necessitate] Iurabant in baptismo solennibus verbis se nunquam peccaturos, deinde renuntiabant diabolo et pompis eius, denique censura, si peccarent post baptismum, coërcebantur: quapropter ait *necessitate.* (Albaspin.)

Cap. VII. a. non oportet audientibus] Transitum parat ad eam paenitentiae speciem, quae relapsis post baptismum amplectenda superest, velut iam secunda post naufragium tabula. Desinant, inquit, delinquere cum semel paenitentiam egerint, baptismum accessuri, nec de altero plane velim paenitentiae genere doceri necesse habeant. *Audientes* sunt catechumeni. De structura verbi *oportet* cum dativo cf. Ruddim. Instit. Gramm. II, p. 208. Ceterum imitatus est hunc locum Pacianus Epist. I. ad Sympronianum (tom. IV. Bibl. Patr. Lugd.) p. 306: „De paenitentia vero Deus praestet, ut nullis fidelibus necessaria sit, nemo post sacri fontis auxilium foveam mortis incurrat, nec tarda solamina ingerere sacerdotes aut docere cogantur, ne peccandi iter aperiant, dum peccandi remediis blandiuntur."

mentionem, ne retractantes de residuo auxilio paenitendi spatium adhuc delinquendi demonstrare videamur. Absit, ut [3]aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad paenitendum, et redundantia clementiae caelestis libidinem faciat humanae temeritatis. Nemo idcirco deterior sit quia deus melior est, totiens delinquendo quotiens ignoscitur. Ceterum finem utique evadendi habebit, cum offendendi non habebit. Evasimus semel; hactenus[b] periculosis nosmetipsos inferamus, etsi iterum evasuri videmur. Plerique [4]naufragio liberati exinde repudium et navi et mari dicunt, et dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam: nolunt iterum divinae misericordiae oneri esse; formidant videri inculcare[c] quod consecuti sunt, [5]bona certe sollicitudine iterum experiri vitant quod semel [6]didicerunt timere. Ita modus temeritatis testatio est timoris. Timor autem hominis dei honor est. Sed enim pervicacissimus hostis ille nunquam malitiae suae otium facit. Atquin tunc maxime saevit, cum hominem plene sentit liberatum; tunc plurimum accenditur, dum extinguitur. Doleat et ingemiscat necesse est venia peccatorum [7]permissa tot in [8]homine mortis opera diruta, tot titulos[d] damnationis retro suae erasos. Dolet, quod ipsum et angelos eius Christi servus ille peccator iudi- 1 Cor. VI, 3.
caturus est. Itaque observat, oppugnat, obsidet, si qua possit aut oculos [9]concupiscentia carnali ferire, aut animum illecebris saecularibus irretire, aut fidem terrenae potestatis formidine evertere, aut a via certa perversis [10]traditionibus detorquere; non scandalis, non tentationibus deficit. Haec igitur venena eius providens deus, clausa licet ignoscentiae ianua et intinctionis sera obstructa, aliquid adhuc permisit patere. Collocavit in vestibulo paenitentiam secundam, quae pulsantibus patefaciat; sed iam semel, quia iam secundo; sed amplius nunquam, quia proxime frustra. Non enim et hoc semel satis est? Habes quod iam [11]non merebaris; amisisti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia domini accommodat unde restituas

3. alius *AB.* 4. naufragiis *A.* naufragis *B.* 5. et bona *AB.* 6. dedicerunt *AB.* 7. promissa *AB.* 8. hominem *AB.* 9. concupiscentie *AB.* 10. traditionibus *Cabcd.* conditionibus *AB. Vaticani tres.* traductionibus *Fr. Iunius.* 11. non *om. d.*

b. hactenus] Hactenus, id est nunquam posthac. (Rigalt.) Cf. adn. ad De Exhort. Cast. cap. 1. Alii *hactenus* iungunt cum *periculosis* et interrogationis signo sententiam claudunt. Non improbo. *Periculosis* dixit pro *periculis,* adiectivum plurali loco substantivi. Exempla eius usus aliquot adduxi ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

c. inculcare] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 6.

d. titulos] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 1. Pacianus l. l. „quae posteris eius tot *titulos damnationis* impressit;“ et paulo post: „tot caelestis *clementiae titulos* obiectu rigoris *eradere.*“

quod amiseras, iterato beneficio gratus esto, nedum ampliato. Maius est enim restituere quam dare, quoniam miserius est perdidisse quam omnino non accepisse. Verum non statim succidendus ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis paenitentiae debitor fuerit. Pigeat sane peccare[e] rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat. Iteratae valetudinis iteranda medicina est. Gratus in [12]dominum exstiteris, si quod tibi dominus offert non recusaveris. Offendisti, sed reconciliari adhuc potes. Habes cui satisfacias, et quidem volentem.

Cap. VIII. Id si dubitas, evolve quae spiritus ecclesiis dicat. Desertam dilectionem Ephesiis imputat[a], stuprum et idolothytorum esum Thyatirenis exprobrat, [1]Sardos non plenorum operum incusat, Perga-
Apoc. II. III. menos docentes perversa reprehendit, Laodicenos fidentes divitiis obiurgat, et tamen omnes ad paenitentiam commonet, sub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non paenitenti, si non ignosceret paenitenti[b]. Dubium, [2]si non et alibi hanc clemen-
Ier. VIII, 4. tiae suae [3]profusionem demonstrasset. Non ait, Qui ceciderit,
Hos. VI, 6. Matth. IX, 13. resurget, et qui aversatus fuerit, convertetur[c]? Ille est scilicet,
Luc. XV, 10. ille est qui misericordiam mavult quam [4]sacrificia. [5]Laetantur caeli, et qui [6]illic angeli, paenitentia hominis. Heus tu, peccator, bono animo sis! vides, ubi [7]de tuo rĕditu gaudeatur[d]. Quid illa similitudinum[e] dominicarum argumenta nobis volunt? Quod mulier

12. domino *ABC.*

Cap. VIII. 1. Sardios *a.* 2. immo et alibi *A.* 3. perfusionem *AB.* 4. sacrificium *c., Vaticani tres.* 5. et laetantur *AB.* 6. illi *AB.* 7. de tuo reditu gaudeatur *cd., ex Paciano.* de tuo gaudeatur *ABCab.*

e. Pigeat sane peccare] Pacianus l. l. „Habetne tam diuturnum serpens venenum et Christus non habet medicinam? Diabolus in mundo interficit, Christus hic non potest subvenire? Pigeat sane peccare, sed paenitere non pigeat. Pudeat periclitari, sed non pudeat liberari. Quis naufrago tabulam, ne evadat, eripiet? Quis sanandis vulneribus invidebit?“

Cap. VIII. a. Desertam dilectionem Ephesiis imputat] Hunc locum exscripsit Pacianus Epist. I. ad Sympronianum l. l. „Revolve quae spiritus dicat ecclesiis. Ephesios desertae dilectionis accusat, stuprum Thyatirenis imputat, Sardos in opere cessantes, Pergamenos docentes diversa reprehendit, Laodicenorum divitias inurit, et tamen omnes ad paenitentiam satisfactionis invitat.“

b. si non ignosceret paenitenti.] Pacian. l. l. „Nunquam deus non paenitenti comminaretur nisi ignosceret paenitenti.“ Idem Paraenes. ad Paenit. fin. p. 317 „Nec utique non paenitentibus comminaretur, nisi ignosceret paenitentibus.“

c. convertetur?] Haec Ieremiae verba eadem citat etiam Pacianus l. l.

d. ubi de tuo reditu gaudeatur.] Vocabulum *reditu,* quod libri veteres non habent, videtur latere in verbis *de tuo.* Servavit Pacianus Paraenes. ad Paenitentiam fin. „Super unum peccatorem paenitentiam agentem in caelis angeli gaudent et chorus caelestis exultat. Heus tu, peccator, rogare ne desinas! Vides ubi de tuo reditu gaudeatur.“

e. similitudinum] Similitudines Tertulliano ceterisque patribus latinis figurae sunt vel parabolae. Tertull. De Idol. cap. 5 „bene quod idem deus, qui lege vetuit similitudinem fieri, extraordinario

drachmam perdidit[f] et requirit et reperit et amicas ad gaudium invitat, nonne restituti peccatoris exemplum est? Errat et una [8]pastoris ovicula, sed grex una carior non erat: una illa conquiritur, una pro omnibus desideratur, et [9]tandem invenitur et humeris pastoris ipsius refertur; multum enim errando laboraverat. Illum etiam mitissimum patrem non tacebo, [10]qui prodigum filium revocat, et post inopiam [11]paenitentem libens suscipit, immolat vitulum [12]praeopimum, convivio gaudium suum exornat. Quidni? [13]filium enim invenerat quem amiserat, cariorem senserat quem lucri fecerat. Quis ille nobis intellegendus pater? Deus scilicet. Tam pater nemo, tam pius nemo. Is ergo te filium suum, etsi acceptum ab eo prodegeris, etsi nudus redieris, recipiet, quia redisti, magisque de regressu tuo quam de alterius sobrietate laetabitur; sed si paeniteat ex animo, si famem tuam cum saturitate mercenariorum paternorum compares, si porcos immundum relinquas pecus, si patrem repetas vel offensum, Deliqui, dicens, pater, nec dignus Luc. XV, 21. [14]ego iam vocari tuus. Tantum relevat confessio [15]delictorum, quantum dissimulatio [16]exaggerat. Confessio enim satisfactionis[g] consilium est, dissimulatio contumaciae.

Huius igitur paenitentiae secundae et unius quanto in arto Cap. IX. negotium est, tanto operosior [1]probatio[a], ut non sola conscientia [2]praeferatur, sed aliquo etiam actu administretur. Is actus, qui

8. pastori *AB.* 9. tamen *BC.* 10. quod *AB.* 11. paenitentiae *ABC.* 12. praeoptimum *AB. Vaticani tres.* 13. et filium enim *A.* 14. ego sum iam *AB.* 15. delictorum *ABCcd., Vaticani tres.* delictum *ab., et d. in Erratis. Gorziensis liber.* 16. exaggerat — — dissimulatio *om. B.*

Cap. IX. 1. probatio est, ut *bcd.* 2. praeferatur *Babcd.* proferatur *AC.* perferatur *Petr. Ciacconius.*

praecepto serpentis *similitudinem* indixit.“ Ibid. cap. 12 „ex *similitudine* providentissimi aedificis illius qui prius sumptus operis cum viribus suis supputat, ne, ubi coeperit, defectus postea erubescat.“ De Patient. cap. 12 „Sic et in illis dominicarum *similitudinum* exemplis de patientia sanctis adest.“

f. Quod mulier drachmam perdidit] Pacianus Paraen. ad Paenit. p. 317 „Neminem nostrum perire vult dominus; etiam modici et minimi requiruntur. Si non creditis, intuemini. Ecce in evangelio drachma requiritur, et vicinis inventa monstratur; ovicula suppositis reportanda cervicibus non est onerosa pastori.“ Id. Epist. I. ad Sympronian. p. 306 „Quid illa tot similitudinum dominicarum argumenta respondent? Quod drachmam invenit mulier et gratulatur inventam, quod pastor ovem reportat erraticam, quod filio revertenti post prodacta omnia bona et cum meretricibus et fornicariis epotata pater blandus occurrit, et invidum fratrem ostensa ratione castigat?“

g. satisfactionis] De paenitentiae vocabulis *satisfactio* et *satisfacere* disputat Desid. Heraldus Digress. II, 4. p. 279 sq.

Cap. IX. a. tanto operosior probatio] Quanto difficilius negotium est, tanto operosius est ut probetur et opere expleatur. Notandum est etiam quod De Pudicit. cap. 20. statuit: „Hoc qui ab apostolis didicit et cum apostolis docuit, nunquam moecho et fornicatori secundam paenitentiam promissam ab apostolis norat.“

magis[b] Graeco vocabulo exprimitur et frequentatur, [3]exomologesis est, qua delictum domino [4]nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, [5]conversationem [6]iniungens misericordiae illicem[c]. De ipso quoque habitu atque victu [7]mandat sacco et cineri incubare[d], corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deiicere, illa quae peccavit tristi tractatione mutare[e], ceterum pastum et potum pura nosse[f], non ventris scilicet, sed animae causa, plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari et mugire [8]dies noctesque ad dominum deum tuum, presbyteris advolvi, et [9]caris dei adgeniculari[g], omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere. Haec omnia exomologesis, ut paenitentiam commendet, ut de periculi timore dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro dei indignatione fungatur et temporali [10]afflictatione aeterna supplicia, non dicam frustretur, sed [11]expungat[h]. Cum igitur provolvit hominem, magis relevat; cum squalidum facit, magis mundatum reddit; cum accusat,

3. exhomologesis *C., constanter.* 4. nostro *B.* 5. conversionem *A. m. scc.* 6. iniungens *abcd.* inungens *codex Divionensis.* inunguens *AC.* inguens *B.* 7. mandat *om. C. Et Ios. Scaliger* mandat *pro glossemate habuit.* 8. noctes diesque *AB.* 9. caris *ABcd., Vaticani tres.* aris *Cab.* 10. afflictione *ABd.* 11. expugnat *ABC.*

b. magis] Hoc est frequentius. Sic De Pudic. cap. 1 „Sed ut mala *magis* vincunt, quod ultimorum temporum ratio est, bona iam nec nasci licet, ita corrupta sunt semina“ cett. De exomologesi v. quae disputat Desid. Herald. Digress. II, 4. p. 275 sqq.

c. misericordiae illicem.] Cf. Apolog. cap. 41 „vos rei, *publicorum incommodorum inlices* semper.“

d. sacco et cineri incubare] De hoc paenitentiae habitu adeas Desid. Herald. Digress. II, 4. p. 281 sq. Cf. Pacian. Paraen. p. 317 „presbyteris advolvi, exoratricem ecclesiam deprecari, omnia prius tentare quam pereas. Scio quosdam ex fratribus et sororibus vestris cilicio pectus involvere, *cineri incubare,* ieiunia sera meditari.“ Cf. Hieronym. ad Marcellam: „Sedere aptum est otiosis, *in sacco iacere* paenitentibus.“ Idem ad Paullam: „In cinere volutati *sacco incubant.*“

e. tractatione mutare] Hoc est tractare et iterum tractare, retractare.

f. pastum et potum pura nosse] Alibi dixit „mero pane et aqua,“ id est puro, sive solo, absque ullis aliis esculentis, absque condimentis. Sic ad Scapulam [cap. 2.]: „sacrificamus *pura* prece,“ hoc est absque odoribus, absque sanguine, absque ture, absque victima, hoc est pane et aqua. (Rigalt.) Cf. De Patient. cap. 13 „Contenta simplici pabulo *puroque* aquae *potu.*“ Cf. De Ieiun. cap. 1 et 9.

g. et caris dei adgeniculari] Caros dei appellat martyras et confessores. Cf. Ad Martyr. cap. 1 „Quam pacem quidam in ecclesia non habentes a martyribus in carcere exorare consueverunt.“ Scripturam *aris* pro *caris* defendit Durantus de Rit. Eccles. I, 15. Cf. Ambros. Epist. 33. ad sororem Marcellinam: „Milites irruentes in altaria osculis significare pacis insignia.“ De adgeniculatione cf. infra cap. 10 „Ergo cum te ad fratrum genua protendis.“ Cassian. Collat. IV, 30 „cunctorum fratrum genibus provolutus.“ Adde Euseb. Hist. Eccl. V, 27. Desid. Herald. l. l. p. 278.

h. expungat.] Hoc est perficiat. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 35.

excusat; cum condemnat, absolvit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi deus, crede, parcet.

[1]Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem sui, aut suffu- Cap. X.
gere aut de die in diem differre. [2]Praesumo, pudoris magis memores quam salutis; velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant[a] et ita cum erubescentia sua pereunt. Intolerandum scilicet [3]pudori domino offenso satisfacere, saluti prodactae reformari. [4]Nae tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum vero subducens. Ego rubori locum non facio, cum plus [5]de detrimento eius acquiro, [6]cum ipse hominem quodammodo exhortatur, Ne me respexeris, dicens, per te [7]mihi melius est perire. Certe periculum eius tunc, si forte[b], onerosum est, cum penes insultaturos in risiloquio[c] consistit, ubi de alterius ruina alter attollitur, ubi prostrato [8]superscenditur: ceterum inter fratres atque conservos, ubi communis spes, metus, gaudium, dolor, passio, quia communis spiritus de communi domino et patre, [9]quid tu hos aliud quam te opinaris? Quid consortes casuum tuorum [10]ut plausores fugis? Non potest corpus[d] de unius membri vexatione laetum agere; [11]condoleat universum et ad remedium conlaboret necesse est. In uno et altero ecclesia est, ecclesia vero Christus. Ergo cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras. Aeque illi cum super te lacrimas agunt, Christus patitur, Christus patrem deprecatur. [12]Facile impetratur semper quod filius postulat. Grande plane emolumentum verecundiae occultatio delicti pollicetur. Videlicet si quid humanae notitiae subduxerimus, proinde et deum celabimus? Adeone existimatio hominum et dei conscientia com-

Cap. X. 1. Plerumque *AB.* 2. praesumimus *A.* 3. puderi *Ios. Scaliger.* 4. Nec *B.* 5. de *om. AB.* 6. quin ipse *Latinius et Fr. Iunius.* 7. vi *A. Omittit B.* 8. superscendetur *AB.* 9. quid tu hos *d., ex codice Divionensi.* quid tuos *ABCabc.* 10. et *Havercamp. ad Tertulliani Apolog. cap.* 35. *Inepte.* 11. cum doleat *AB.* 12. et facile *AB.*

Cap. X. a. conscientiam medentium vitant] Pacianus Paraenes. ad Paenit. p. 316: „Prudentes aegri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam secaturos, etiam perusturos. Meminimus quosdam remota etiam et verecunda membrorum non erubescentes in ferro et cauterio et gravissima illa pulveris mordacitate durasse. — — An sic illi melius est perire, ne tu pudore moriaris non faciens pudori locum, plus de detrimento eius acquiras cui pro te melius est perire?“

b. si forte] V. quae adnotavi ad De Corona cap. 5.

c. risiloquio] Amat eiusmodi composita. Sic habet *maliloquium* De Spectac. cap. 2., *turpiloquium* De Pudic. cap. 17., *spurciloquium* De Resurr. Carnis cap. 4., *minutiloquium* De Anima cap. 6., *subtililoquentia* Adv. Marcion. V, 19.

d. Non potest corpus] Pacian. l. l. „Quod si fratrum oculos erubescitis, consortes casuum vestrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum suorum vexatione laetatur; pariter dolet et ad remedium collaborat.“

parantur? An melius [13]est damnatum latere quam palam absolvi? [14]Miserum est sic ad exomologesin pervenire! Malo enim [15]ad miseriam pervenitur; sed ubi paenitendum est, [16]desinit miserum, quia factum est salutare. Miserum est secari et cauterio exuri et pulveris alicuius mordacitate [17]anxiari[e]; tamen quae per insuavitatem medentur, et emolumento curationis offensam sui excusant et praesentem iniuriam superventurae utilitatis gratia commendant.

Cap. XI. Quid si praeter pudorem, quem potiorem putant, etiam incommoda corporis reformident, quod inlotos, quod sordulentos, quod extra laetitiam oportet [1]deversari in asperitudine sacci et horrore cineris et oris de ieiunio [2]vanitate[a]? Num ergo in coccino et Tyrio pro delictis supplicare nos condecet? Cedo acum crinibus distinguendis[b] et pulverem dentibus elimandis[c] et bisulcum aliquid ferri vel [3]aeris unguibus [4]repastinandis, si quid ficti nitoris, si quid coacti ruboris in labia aut genas [5]urgeat[d]. Praeterea exquirito balneas laetiores[e] hortulani maritimive secessus, adiicito ad sumptum, conquirito altilium enormem saginam, defaecato senectutem [6]vini[f], cumque quis interrogarit, [7]cuinam ea largiaris, Deliqui, dicito, in [8]deum, et periclitor in aeternum perire; itaque nunc [9]pendeo et maceror et excrucior, ut deum reconciliem mihi, quem delinquendo laesi. Sed enim illos, qui [10]ambitu obeunt capessendi magistratus, neque pudet neque piget incommodis animae et cor-

13. est *om. AB.* 14. Miserum — — salutare *om. A.* 15. ad miseriam *abcd* amans si *BC.* et aniasi *Beatus Rhenanus in ora libri C.* 16. deserit *BC.* 17. anxiari *Cab.* cruciari *reliqui et tres Vaticani.*

Cap. XI. 1. diversari *A.* 2. inanitate *A. m. sec.* 3. ereis *A.* aereis *B.* 4. repascindis *AB.* 5. vigeat *A. m. sec.* 6. vini, cumque quis *abcd.* quanquam vini quis *ABC.* quumque vicinus quis *Rhenanus.* 7. cuinam ea *d.* cur animae *ABCabc.* 8. dominum *AB.* 9. pandes *A.* prandens *B.* 10. ambitus *d.*

e. anxiari.] Sic reposui pro vulgata scriptura *cruciari.* Cf. de eo verbo Du Cangii Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v. et Hildebr. ad Apul. Metam. IV, 27.

Cap. XI. a. et oris de ieiunio vanitate?] Etenim ieiunio nativus oris et formae vigor evanescit. Allusit ad illud Matthaei VI, 16 „ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν.“ (Rigalt.)

b. acum crinibus distinguendis] V. Becker Gall. II, 3.

c. pulverem dentibus elimandis] V. Boettigeri Sabinam. tom. I. p. 29 et 59., interprr. ad Martial. XIV, 56., ad Catull. XXXIX, 19., ad Apul. De Magia cap. 6.

d. in labia aut genas urgeat.] Pacianus l. l. „Si quid ferruginei pulveris in supercilio fulgeret, aut ficti nitoris in genas rutilet, aut coacti ruboris in labia desudet.“ Coactum ruborem dicit non naturalem, fictum atque mentitum.

e. balneas laetiores] Pacianus „Non desunt tamen vobis hortulani maritimive secessus, et exquisitius vinum, et lautiora convivia, et defaecatio senectutis;“ quae verba corrupta sunt. Pergit paulo postea: „si quis ad balneum vocet, recusare delicias; si quis ad convivium roget, dicere, Ista felicibus, ego deliqui in dominum, et periclitor in aeternum perire: quo mihi epulas qui dominum laesi?“

f. defaecato senectutem vini] Hoc est annosa vina percolato et defaecato. Cf. Adv. Turnebi Advers. XI, 26. p. 374.

poris, nec incommodis tantum, verum [11]et contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum. Quas non ignobilitates vestium affectant? quae non atria nocturnis et crudis salutationibus occupant? ad omnem occursum maioris cuiusque personae decrescentes[g], nullis conviviis celebres[h], nullis comessationibus congreges, sed exules a libertatis et laetitiae felicitate, [12]idque totum propter unius anni volaticum gaudium. Nos, quod [13]securium virgarumve petitio sustinet, in periculo aeternitatis tolerare dubitamus? et castigationem victus atque cultus offenso domino praestare cessabimus, quae gentiles nemine omnino laeso sibi irrogant? [14]Hi sunt de quibus scriptura commemorat: Vae illis qui delicta sua velut procero fune nectunt.

Si de exomologesi retractas, gehennam in corde [1]considera, Cap. XII.
quam tibi exomologesis [2]extinguet, et poenae prius magnitudinem imaginare, [3]ut de remedii [4]adoptione non dubites. Quid illum thesaurum ignis aeterni[a] [5]aestimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum [6]ictus suscitent, ut proximae urbes aut iam nullae extent aut idem sibi [7]de die[b] sperent? Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus [8]fetu, et quod nobis iudicii perpetuitatem probat, cum dissiliant, cum devorentur, nunquam tamen finiuntur. Quis haec supplicia interim montium non iudicii minantis exemplaria deputabit? quis scintillas tales non magni alicuius et inaesti-

11. etiam *B.* 12. idque *abcd., ex emendatione Beati Rhenani.* itaque *ABC.* 13. securum *AB.* 14. et hii *AB.*

Cap. XII. 1. considera *abcd., ex emendatione Beati Rhenani.* desidera *ABC.* 2. extinguet *ABcd. Vaticani tres.* extinguit *Cab.* 3. et *AB.* 4. adoptione *ABCab.* adeptione *cd., Ioh. Harrisius.* 5. extimamus *AB.* 6. ictu suscitentur *AB.* 7. de die in diem *A. m. sec.* 8. fetu *ABd. Latinius. Fulv. Ursinus.* foeta *Cabc.*

g. decrescentes] Hoc est inclinantes se et flexu corporis venerantes, ut interpretatus est I. Fr. Gronovius Observatt. III, 1. Cf. Lips. Epist. Quaestt. III, 24. p. 544. tom. I. ed. Vesal., Herald. ad Arnob. Adv. Natt. I, p. 12., p. 20. ed. LB.

h. nullis conviviis celebres] Hoc est nulla convivia frequentans.

Cap. XII. a. illum thesaurum ignis aeterni] Cf. Apolog. cap. 47 „Et gehennam si comminemur, quae est ignis arcani subterraneam ad poenam thesaurus, proinde decachinnamur.“ Pacianus l. l. „Post animarum tempestiva supplicia redivivis quoque perpetua corporibus poena servatur. Nemo Titii iecur credat et vulturem poëtarum. Ipse sibi materiam recrescentium corporum reparat ignis aeternus. Attendite, si non creditis; aquarum impetus, qui ignibus furit, supplicio nutriente reparabitur. Si de cruciatu exomologesis retracti (*leg.* retractas), gehennam recordemini, quam vobis exomologesis extinguet. Vim eius et de praesentibus aestimate; cuius fumariola quaedam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt. Aestuant indefessis flammarum globis Aetna et Lisaniculus (leg. *apud Siculos*) et Vesuvius Campanus, et quo nobis iudicii perpetuitatem probent, dissiliunt, devorantur, nec ullis tamen saeculis finiuntur.“

b. de die] De die in diem. Apolog. cap. 6 „Laudatis semper antiquitatem, et nove *de die* vivitis. Ad Natt. I, 7 „*de die* redundamus.“ Ibid. I, 10 „De legibus quidem iam supra dictum est, quod eas novis *de die* consultis constitutisque obruistis.“ Quod ad rem cf. Apolog. cap. 40. De Pall. cap. 6.

mabilis foci missilia quaedam et exercitoria iacula[c] consentiet? Igitur cum scias adversus gehennam post prima illa intinctionis dominicae [9]munimenta esse adhuc in exomologesi secunda subsidia, cur salutem tuam deseris? cur cessas aggredi quod scias mederi tibi? Mutae quidem [10]animae et irrationales medicinas sibi divinitus attributas in tempore agnoscunt. Cervus sagitta transfixus[d], ut ferrum et irrevocabiles moras[e] eius de vulnere expellat, scit sibi [11]dictamno medendum. Hirundo, [12]si excaecaverit pullos[f], novit illos oculare rursus de sua chelidonia[g]. Peccator restituendo sibi institutam a domino exomologesin sciens praeteribit illam, quae Babylonium regem[h] in regna restituit? Diu enim paenitentiam domino immolarat, septenni squalore exomologesin operatus, [13]unguium aquilinum in modum efferatione et capilli incuria horrorem [14]leoninum praeferente. Proh malae tractationis! Quem homines perhorrebant, deus recipiebat. Contra autem Aegyptius imperator, qui populum dei aliquando afflictum, diu domino suo denegatum, persecutus in [15]proelium irruit, post tot documenta plagarum [16]discidio maris[i], quod soli populo pervium [17]licebat, revolutis fluctibus

9. monimenta *BCabc.* 10. animantes *A.* 11. dictamno medendum *Cabcd.* dictaminum medendum *AB.* dictamnum edendum *A. m. sec.* 12. si quis *Ios. Scaliger.* 13. unguium aquilinum in modum *ego.* unquium aquilinum in morem *cd., ex Paciano.* unguium leoninum in modum *ABCab.* 14. leoninum *cd.* aquilinum *ABCab.* 15. proelio *ABC.* 16. discidio *ABcd.* dissidio *Cab.* 17. liquebat *Ios. Scaliger.*

c. exercitoria iacula] Hoc est lusoria. Cf. Lips. Saturn. Serm. II, 19. p. 968. ed. Vesal.

d. Cervus sagitta transfixus] Pacianus l. l. „Caprae ferae, ut dicunt, remedia sua noverunt; confixas quippe audio venenatis sagittis saltus peragrare Dictaeos, quoad dictamni caule detonso salutarium virulento latice succorum pulsa decutiant tela corporibus. Nos ignita diaboli spicula nullo paenitentiae succo, nullo exomologesis gramine repellimus." De re v. Aristot. Hist. Anim. IX, 6., Plin. Hist. Nat. VIII, 27., interprr. ad Vergil. Aen. XII, 412.

e. irrevocabiles moras] Hamatile spiculum significat, quod ubi penetravit in vulnus, revocari aut avelli nequit, nisi vulnus ipsum novo vulnere diducatur. (Rigalt.)

f. si excaecaverit pullos] Limo, ni fallor, quo nidos efficiunt. Erant qui *si quis excaecaverit,* aut *si excaecaveris* rescribendum putarent. Ceterum Aristot. Hist. Anim. IV, 6. tradit hirundines caecos parere pullos, sed de chelidonia nihil.

g. novit illos oculare rursus de sua chelidonia.] De chelidoniae hac vi et usu adeas Plin. Hist. VIII, 27. De verbo *oculare* cf. Apolog. cap. 21. Cf. Pacianus l. l. „Excaecatos hirundo pullos novit oculare de sua chelidonia, nos lumina mentis amissa nulla malae tractationis radice curabimus?"

h. Babylonium regem] Pacianus l. l. „Rex ille Babylonius exomologesin desertus operatur, et septenni squalore decoquitur. Leonum in illo iuba, impexa caesaries et barbarus horror exuperat, et longe incurius unguibus manus horrentes aquilas mentiuntur, cum foenum in morem bovis ederet pallentium ruminator herbarum. Haec tamen illum deo poena commendat et in sua quondam regna restituit. Quem horrebant homines, deus recipiebat, ipsa illa malae tractationis calamitate felicem."

i. discidio maris] Discidium maris dixit etiam De Pall. cap. 2.

[18] periit. Paenitentiam enim et ministerium eius exomologesin[k] abiecerat. Quid [19] ego ultra de istis [20] duabus humanae salutis quasi [21] plancis[l], stili potius negotium quam officium conscientiae meae curans? Peccator enim omnium notarum cum sim, nec ulli rei nisi paenitentiae natus, non facile possum super illa tacere, quam ipse quoque et stirpis humanae et offensae in dominum princeps Adam, [22] exomologesi restitutus[m] in paradisum [23] suum, non tacet.

18. periit *AB.* perit *Cabcd.* 19. ergo *C.* 20. duobus *c., ex duobus Vaticanis.* 21. plancis, stili *Bd.* plane sibi *A.* plane stili *C., et A. m. sec.* pharis, stili *abc.* 22. exomologesin *ABC.* 23. suum delet *Fr. Iunius.*

k. et ministerium eius exomologesin] Peccatori ad paenitentiam admisso ministrabatur exomologesis, qua rite peracta si satis episcopo et presbyteris et plebi factum fuisse videretur, ecclesiae reddebatur. (Rigalt.) Ludov. de la Cerda *ministerium* hic interpretatur *ministram.* Nec improbo. Exomologesis enim ministrat quasi et ordinat paenitentiam. *Ministerium* vero pro *ministram* posuit etiam Ad Natt. I, 18 „linguam suam pastam expuit, totum eradicatae *confessionis ministerium.*“

l. duabus humanae salutis quasi plancis] Cf. supra cap. 4 „ita amplexare, ut naufragus alicuius *tabulae* fidem,“ et quae ibi adnotata sunt.

m. Adam exomologesi restitutus] Cf. supra cap. 2. Sapient. Salom. X, 1 et 2. Tatiani haeresis Adam salutem consequi non potuisse statuit.

AD
UXOREM
LIBRI DVO.

In scripturae discrepantia Tertulliani verbis subiecta

A significat librum Parisinum, S. Agobardi (*Aφ* ex collatione Hildebrandi, *Aβ* ex collatione Steph. Baluzii).
B - - - Vindobonensem.
C - - - Leidensem.
D - editionem principem Beati Rhenani, anni MDXXI.
a - - - Ioh. Gangneii, anni MDXLV.
b - - - Sigism. Gelenii, anni MDL.
c - - - Iac. Pamelii, anni MDLXXIX.
d - - - Nicol. Rigaltii, anni MDCXXXIV.

AD

UXOREM

LIBER PRIMVS*.

---

[1] Dignum duxi, dilectissima mihi in domino conserva, quid Cap. I.
tibi sectandum sit post discessum de saeculo meum, si prior te fuero vocatus, iam hinc providere, ut provisum observes, mandare fidei tuae. Nam saecularibus satis agentes sumus, et utrique nostrum consultum [2] volumus. Si talibus tabulas ordinamus[a], cur non magis de divinis [2b] atque caelestibus posteritati nostrae prospicere debeamus, [3] et legatum quodammodo praelegare, admonitionem et demonstrationem eorum quae ex bonis immortalibus [4] et de haereditate caelorum deputantur? Tu modo ut solidum capere possis[b]

* INCIPIT AD VXOREM LIB. I. *Aβ*.

Cap. I. 1. Dignum duxi dilectissima mihi in domino conserva *Aabcd. Gorziensis liber.* In domino conservam *BC.* Diu domino conservam *liber Florentinus, biblioth. Laurentianae n.* 22. *plut.* 26. Dilectissima in domino conserva *D.* 2. volumus. Si talibus tabulas ordinamus *Leopoldus.* volumus. Talibus tabulas ordinamus *d.* volumus si talibus talibus ordinamus *Aφ.* volumus talibus talibus ordinamus *Aβ., et sic legit etiam Rigaltius in libro Agobardino.* volumus. Si talibus ordinamus *abc.* volumus. Si de talibus ordinamus *Fulv. Ursinus.* volumus, talibus ordinamus. *D.* nolibus talibus ordinamus *BC. Florentinus.* 2b. adque *Aβ.* 3. sed *BCD. Florentinus.* 4. et de *BCDabc. Florentinus.* et *Ad.*

Cap. I. a. Si talibus tabulas ordinamus] Tertullianus Ecclesiae Carthag. presbyter aetate iam ingravescente admonitus libros ad uxorem adhuc vividam duos quasi testamenti tabulas condidit: quorum altero quidem dilectissimae coniugis fidei committit, ut si prior ipse ad dominum migraverit, nuptiis secundis abstineat: altero praecipit, ut si minus abstinendum sibi ducat, tantum Christiani nuptias sequatur. Itaque priore libro praefatur hancce curam homine esse Christiano dignissimam. Etenim omnes ferme homines rebus suis humanis et mortalibus sollicite atque anxie providere ac super iis tabulas ordinare, quas diligentissime observari cupiant. Quod si momentaneis ac perituris tantopere cavent, cur non magis de divinis atque immortalibus bonis posteritati suae consultum velint? (Rigalt.) Rigaltii emendatio *Si talibus tabulas ordinamus* verissima est. Codex Agobardi quemadmodum hic habet *talibus* pro *tabulas*, sic pari errore De Spectac. cap. 6. *talibus* pro *tabulis*.

b. ut solidum capere possis] Alludit ad solidi capacitatem inter virum et uxorem, quae non nisi certis casibus permittebatur ex lege Iulia et Papia. Qua de re extat inter fragmenta Ulpiani tit. XVI. Ad easdem quoque leges allusit libro de Monogamia [cap. 16.]: „Aliud est si et apud Christum legibus Iuliis

hoc meae admonitionis [5]fideicommissum deus faciat, cui sit honor, gloria, claritas, dignitas [6]et potestas nunc et in saecula saeculorum. [7]Praecipio igitur tibi, quanta continentia potes, post excessum nostrum renunties nuptiis, nihil mihi isto nomine collatura nisi quod tibi proderis. Ceterum Christianis saeculo [8]digressis nulla restitutio nuptiarum in [9]die resurrectionis repromittitur, translatis scilicet in angelicam [10]qualitatem et sanctitatem. Proinde sollicitudo nulla quae de carnis zelo [11]venit etiam *in* illa, quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerunt, neminem tot maritorum resurrectionis die offendet, nec quisquam illam confusurus expectat[c]. Quaestio Sadducaeorum cessit sententiae domini. [12]Ne me putes propter carnis tuae integritatem mihi [13]perservandam[d] de contumeliae dolore suspectum insinuare iam hinc tibi consilium viduitatis. Nihil tunc inter nos dedecoris voluptuosi[e] resumetur. [14]Non enim tam [15]frivola, tam [16]spurca deus suis pollicetur. Sed an tibi vel cuicumque [17]alii feminae ad deum [18]pertinenti[f] [19]proficiet quod suademus licet [20]pertractare.

5. ac fidei commissum *Ad.* 6. et potestas et nunc *Ad.* et potestas nunc *BC.* potestas nunc *Dabc. Florent.* 7. Praecipio *Ad.* amen. Praecipio *BCDabc. Florent.* 8. degressis *BC.* 9. die *Ad.* diem *reliqui.* 10. quantitatem *A.* 11. venit etiam in illa, quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerunt, neminem tot maritorum resurrectionis die offendet *ego.* venit etiam illam quam septem fratribus per successionem maritorum resurrectionis die offendet *A.* venit etiam illam septem maritorum resurrectionis die offendet *d.* vel in sententiam illam quam septem fratribus per successionem nuptiis evolvere (evolverunt *C. Florent.*) neminem tot maritorum resurrectionis die offendet *BCD. Florent.* Vel domini sententia, illa quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerunt, neminem tot maritorum resurrectionis die offendet *abc.* 12. Nec *d.* 13. perservandam *Ad.* reservandam *reliqui.* 14. Non *Ad.* Nec *reliqui.* 15. frivula *Aφ.* 16. spurga *Aβ.* 17. aliae *C. Florent.* 18. pertinentis *C. Florent.* 19. proficiet *Ad.* proficiat *reliqui.* 20. pertractare *Ad.* retractare *reliqui.*

agi credunt, et existimant caelibes et orbos ex testamento dei *solidum capere* non posse." (Rigalt.)

c. nec quisquam illam confusurus expectat.] Ait Tertullianus suum illud ad uxorem de nuptiis non repetendis praeceptum minime esse viri zelotypiae livore succensi, qui doleat quod se mortuo uxor alterum sibi fortean quaesitura sit maritum. Nullam hinc ad defunctum contumeliam pervenire: nempe resurrecturis Christianis nullam repromitti nuptiarum restitutionem, otioso et inutili tunc immortalibus sexuum officio, quod hic mortalibus tantisper in solatium mortalitatis et substituendae subolis gratia fuerat concessum. Cui sententiae firmandae Christi ipsius testimonium profert, qui cum a Sadducaeis argumento in fraudem composito rogaretur, quid olim in corporum resurrectione futurum esset mulieri cuidam quae septem maritorum uxor fuerat, hoc est elatis iam sex maritis septimo nupserat, sexies vidua septimas nuptias constitutas habebat, malitiam quaestionis simplicissimo responso confutavit: Nullam tunc fore nuptiarum mentionem hominibus sanctitate angelica donatis, proindeque non esse cur illa septem maritorum metuet, ne quis de tot maritis resurrectionis die tanquam rivalibus exulceratus uxori quondam suae sit molestus ac repetitas nuptias velut probrum obiiciat. (Rigalt.)

d. perservandam] De Patient. cap. 5 „si divino interdicto patientiam *perservasset.*"

e. dedecoris voluptuosi] Cf. Desid. Heraldi Digress. I, 9. p. 209.

f. ad deum pertinenti] Hoc est Christianae.

Non quidem abnuimus coniunctionem viri [1]et feminae bene- Cap. II.
dictam [2]a deo ut seminarium generis humani, et [3]replendo orbi et instruendo saeculo excogitatam atque exinde permissam, unam tamen. Nam et Adam unus Evae maritus, et Eva una uxor illius, una mulier, una costa. Sane apud veteres nostros ipsosque patriarchas non modo nubere, sed etiam plurifariam matrimoniis uti fas fuit. Erant et concubinae. Sed licet [4]figuraliter in synagoga ecclesia intercesserit[a], ut tamen simpliciter interpretemur, necessarium fuit instituere quae postea [5]aut amputari aut temperari [6]mererentur. Superventura enim lex erat. [7]Oportebat [8]enim legis adimplendae causas praecucurrisse. [9]Item mox legi [10]succedere habebat dei sermo circumcisionem inducens spiritalem. Igitur per licentiam tunc passivam[b] [11]materiae subsequentium emendationum praeministrabantur, quas dominus evangelio suo, dehinc apostolus in extremitatibus saeculi[c] aut [12]excidit redundantes aut composuit inconditas[d].

Sed non ideo praemiserim de libertate vetustatis et posteritatis Cap. III.
castigatione, ut praestruam Christum separandis matrimoniis, [1]abolendis coniunctionibus advenisse, quasi iam hinc finem nubendi [2]praescribam[a]. Viderint qui inter cetera perversitatum suarum[b] disiungere docent carnem [3]in duobus unam, negantes eum qui feminam de masculo mutuatus duo corpora [4]ex eiusdem materiae consortio sumpta rursus in se matrimonii [5]computatione[c] compegit.

Cap. II. 1. et *Ad.* ac *reliqui.* 2. a deo ut seminarium generis humani *Ad.* a domino, ut sciremus generi humano *BCDabc. Florent.* 3. replendo orbi *ADabcd.* (*Florent.*) reprenhendo *BC.* 4. figuraliter in synagoga ecclesia intercesserit *Ad.* figuratum in synagogam et ecclesiam cesserit *reliqui.* 5. aut *om. B. Florent., et A. m. sec.* 6. merentur *BC.* 7. Oportebat *om. BC.* 8. enim legis *A.* legis *reliqui.* 9. Item *Ad.* Idem *BCD.* Eidem *abc., et A. m. sec.* 10. succedere *Ad.* succurrere *reliqui.* 11. materiam *BC. Florent.* 12. excidet *A.*

Cap. III. 1. abolendis *Ad.* et delendis *reliqui.* 2. praescribam. Viderint qui *Ad.* praescriptam viderint qui (que *BC.*) *BCDabc.* 3. in *Ad.* de *reliqui.* 4. et eius matheriae *A.* et eiusdem materiae *BC.* 5. computatione *Ad.* compactione *reliqui.* coniugatione *vult Hildebrandus.*

Cap. II. a. figuraliter in synagoga ecclesia intercesserit] Hoc est ecclesia fuit in synagoga velut in figura et imagine, synagoga fuit imago et figura ecclesiae. (Rigalt.)

b. licentiam tunc passivam] Nuptias multiplices, passim concessas. (Rigalt.) De voc. *passivus* v. adnot. ad De Corona cap. 8.

c. extremitatibus saeculi] Cf. Ad Natt. I, 1. cum adnot.

d. composuit inconditas.] Ad legis divinae modulum revocavit.

Cap. III. a. praescribam.] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 7.

b. perversitatum suarum] Marcionitas notat. Apud Marcionem enim, ut scribit lib. I. [cap. 29.]: „Non tinguitur apud illum caro, nisi virgo, nisi vidua, nisi caelebs, nisi divortio baptisma mercata.“ (Rhenan.)

c. computatione] Eleganter ait deum instituto viri ac feminae coniugio duo corpora matrimonii computatione compegisse. Etenim computare dicitur qui plures summas in unam colligit, ut ex pluribus una fiat summa; et amicitia

Denique prohiberi nuptias nusquam omnino legimus, ut bonum scilicet. Quid tamen bono isto melius sit accipimus ab apostolo, permittente quidem nubere, sed abstinentiam praeferente, illud propter insidias temptationum, hoc propter angustias temporum. Qua ratione utriusque pronuntiationis inspecta facile dinoscitur necessitate nobis concessam esse nubendi potestatem; quod autem necessitas praestat, depretiat[d] ipsa. Quod denique scriptum est, Melius est nubere quam uri, quale hoc bonum est, oro te, quod mali comparatio commendat[e], ut ideo melius sit nubere, quia deterius est uri? At enim quanto melius est neque nubere neque uri? [6]Sed etiam in persecutionibus melius est ex permissu fugere[f] de oppido in oppidum quam [7]comprehensum et distortum [8]negare. [9]Atque isto beatiores qui valent beata testimonii [10]confessione excedere. Possum dicere: Quod permittitur, bonum non est. Quid enim? necesse est mori mihi. [11]Si ploro, bonum est. [12]Quod si timeo quod permittitur, suspectam [13]habet permissionis suae cau-

I Cor. VII, 9.

6. Sed *om. Ad.* 7. comprehensum *Ad.* comprensum *B. m. sec.* compressum *BCDabc.* 8. necare *C.* 9. Atque isto beatiores qui volent beata *Ad.* atque isto beata est. Idemve qui negent beati *BCD.* at quae ista beatitas est, ideo ne qui neget, beati *abc.* atque si isto modo beata est, id est ne qui negent beati *A. m. sec.* 10. confessione excedere *Leopoldus.* confessionem excedere *A.* confessione excidere *BCDabc.* confessione non excidere *d.* 11. Si ploro, bonum est. Quod si timeo *delet Ios. Scaliger.* 12. Quod si *Ad.* si *reliqui.* 13. habet *om. A.*

coniugalis hoc praestat, ut ex duobus unum fiat, quam demum amicitiam perfectam esse Tullius ait. (Rigalt.) Pari loquendi figura utitur Ad Natt. II, 17 „Quaerite quis temporum vices ordinavit. Idem regna dispensat, et nunc penes Romanos eam summam tamquam pecuniam de multis nominibus exactam in unam arcam congregavit."

d. depretiat] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 45.

e. quod mali comparatio commendat] Similiter Hieronym. Epist. ad Salvinam „Vide, inquit, qualia sint secunda matrimonia, quae lupanaribus praeferuntur, quia declinaverunt quaedam post Satanam. Ideo adulescentula vidua, quae se non potest continere, vel non vult, maritum potius accipiat quam diabolum. Pulchra nimirum et appetenda res, quae Satanae comparatione suscipitur."

f. Sed etiam in persecutionibus melius est ex permissu fugere] Ait Tertullianus: Christianis ab tyranno ad defectionem requisitis licere quidem fuga saluti suae consulere, ac melius esse uti permissu et fugere quam comprehensos cruciatibus ad perfidiam compelli. Deinde apponit, longe melius esse fixo pede tyrannum et uncos et cruces expectare ac perpeti nec datae Christo fidei sacramentum violare. Pergit gravissimus censor et fugam illam quam permissam esse dixerat obstruit. Possum dicere, inquit, Quod permittitur, bonum non est. Quid enim? imminet cervici gladius, aestuat fornax, tormenta crepant, necesse est mori mihi. Si fletu et eiulatu pavidus tormenta, mortem deprecor, bonum est quod permittitur, nempe fugere. Quodsi illud ipsum quod permittitur timeo, dictante conscientia tam beatae mortis fugam indecoram esse Christiano, id ipsum quod mens mea fugam permissam suggerit quidem, non tamen sine metu probri, satis arguit suspectam esse permissionis illius causam, animum scilicet parum fortem, parum tenacem fidei, vitium imbecillitatis; cui malo fuga pro remedio sit indulta. Adeo si cui bonum fuerit fugere, ne in vitium imbecillitatis incideret, melius profecto fuisset non fugisse conprehensumque tormenta fortiter pertulisse neque negasse. (Rigalt.)

sam. Quod autem melius est, nemo permisit, [14]ut indubitatum et sua sinceritate manifestum. Non propterea appetenda sunt quaedam, quia non vetantur: etsi quodammodo vetantur, cum alia illis [15]praeferuntur. Praelatio enim [16]superiorum dissuasio est [17]infimorum[g]. Non ideo quid bonum est, [18]quia malum non est, nec ideo malum non est, quia non obest. Porro [19]plene bonum hoc [20]antecedit, quod non modo non obest, sed insuper prodest. [21]Namque malle debes quod prodest quam quod non obest. Ad primum enim locum certamen omne contendit; secundus solatium habet, victoriam non habet. Quod si apostolo auscultamus, obliti posteriorum [22]et extendamur[h] in priora et meliorum [23]donativorum [24]sectatores simus. [25]Sic nobis etsi laqueum non imponit, quid utilitatis sit ostendit dicens, Innupta de dominicis cogitat, [26]uti et corpore et spiritu sancta sit: nupta vero sollicita est quomodo coniugi suo placeat[i]. Ceterum nusquam ita nuptias permittit, ut non potius ad suum exemplum nos eniti malit. Felicem illum, qui Pauli similis extiterit. I Cor. VII, 34.

Sed carnem legimus infirmam, et hinc nobis adulamur [1]in quibusdam[a]. Legimus tamen et spiritum firmum. Nam in uno Cap. IV.

14. et *BC.* 15. proferuntur *A.* 16. superiorum *Ios. Scaliger, Semler.* superior *ABCDabcd.* 17. infimorum *Acd., Vaticanorum unus.* infirmorum *BDab.* inferiorum *C., et B. m. sec.* 18. quia malum non est, nec (*B.*) *Leopoldus.* quia malum non est, ideo *CDabc.* nec *Ad.* 19. plane *c., Vaticanorum duo.* 20. antecedit *Ad.* antecedet *reliqui.* 21. Namque malle (male *A.*) *Ad.* itemque malle *B.* item quod malle *C.* Item qui malle *D.* Itaque malle *abc.* 22. et extendamur *Ad.* extendamur *Dabc.* ostendamur *C.* ostendamus *A. m. pr.* contendamus *A. m. sec.* 23. donativorum *Ad.* donationum *Dabc.* dampnationum *BC.* conditionum *B. m. sec.* 24. septatores sumus *BC.* 25. Sic nobis etsi laqueum *Ad.* Si nobis laqueum *reliqui.* 26. uti et *A.* uti *BCDabcd.*

Cap. IV. 1. in quibusdam *Ad.* impensius *reliqui.*

g. Praelatio enim superiorum dissuasio est infimorum.] Cf. Apolog. cap. 13 „Praelatio alterius sine alterius contumelia non potest procedere, quia nec electio sine reprobatione.“ Ad Natt. I, 10. II, 9.

h. extendamur] Desideremus, cupiamus, aveamus. Ita *extendere* pro avidum facere, accendere utitur Apolog. cap. 8 „praeterea candelabra et lucernae et canes aliqui et offulae, quae illos ad eversionem luminum *extendant.*“

i. quomodo coniugi suo placeat.] Hanc sollicitudinem nuptae feminae describit Hieronymus Adv. Helvidium p. 142. tom. IV. ed. Benedict. „Quae vero nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Idem tu putas esse diebus et noctibus vacare orationibus, vacare ieiuniis et ad adventum mariti expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias? Illa hoc agit, ut turpior appareat, et naturae bonum infuscet iniuria. Haec ad speculum pingitur, et in contumeliam artificis conatur pulchrior esse quam nata est. Inde infantes garriunt, familia obstrepit, liberi ab osculis et ab ore dependent, computantur sumtus, impendia praeparantur. Hinc cocorum accincta manus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat; nuntiatur interim vir venisse cum sociis. Illa ad hirundinis modum lustrat universa penetralia, si torus rigeat, si pavimenta verrerint, si ornata sint pocula, si prandium praeparatum. Responde, quaeso, inter ista ubi sit dei cogitatio: Et hae felices domus?“ cett.

Cap. IV. a. in quibusdam.] Secutus sum libri Agobardini auctoritatem. In

[2]sensu utrumque positum est. Caro terrena materia est, spiritus vero caelestis. Cur ergo ad excusationem proniores quae in nobis [3]infirma sunt opponimus, quae vero fortiora non tuemur? Cur caelestibus terrena non cedant? Si spiritus carne fortior, quia et generosior, nostra culpa [4]infirmiorem sectamur. Nam disiunctis [5]a matrimonio duae species humanae imbecillitatis necessarias nuptias faciunt. [6]Prima quidem potentissima quae venit de concupiscentia carnis, sequens de concupiscentia saeculi. Sed utraque[b] repudianda est a servis dei, [7]qui et luxuriae et ambitioni renuntiamus. Carnis concupiscentia aetatis officia defendit[c], decoris messem requirit[d], gaudet de contumelia sua: dicit virum necessarium sexui, ut auctoritatis et solatii [8]causa, [9]vel ut a malis rumoribus tuta sit[e]. Et tu adversus consilia haec eius adhibe sororum nostrarum exempla, quarum nomina penes dominum[f], [10]quae nullam formae vel aetatis occasionem praemissis maritis sanctitati anteponunt[g]. Malunt enim deo nubere. Deo speciosae, deo sunt puellae. Cum illo vivunt, cum illo sermocinantur, illum diebus et noctibus tractant, orationes suas velut dotes domino [11]assignant, ab eodem dignationem velut munera [12]dotalia, [13]quotienscunque desiderant, [14]consequuntur. Sic

2. censu *Ios. Scaliger.* 3. infirmata *BCD.* 4. infirmiorem *Ad.* infirmiores *D.* insaniores *C.* infamiores *B.* infirmiora *B(m. sec.) abc.* 5. a matrimonio *Ad.* matrimonio *reliqui.* 6. prima quidem potentissima quae venit de concupiscentia carnis, sequens de concupiscentia saeculi *BCDabcd.* prima quidem concupiscentia et potentissima quae venit ex concupiscentia saeculi *A.* 7. quia luxuriae *C.* 8. causam *Ad.* 9. velit ut a malis *A.* 10. quae nullam formae (formam *ABCD.*) vel aetatis occasionem praemissis (permissis *B.*) maritis sanctitati (sanctitatem *BCD.*) anteponunt *Ad.* quae nulla formae vel aetatis occasione pressae maritis sanctitatem anteponunt *abc.* 11. assignant *Aβ.* 12. dotalia *Ad.* maritalia *reliqui.* 13. quotienscunque *ABDa.* 14. consecuntur *Aβ.*

vulgatis est *impensius,* scriptura alioquin non inepta.

b. Sed utraque] Similiter Hieronym. Epist. ad Furiam tom. IV. p. 560. ed. Benedict.

c. aetatis officia defendit] Sic *sexus officia* Ad Uxor. II, 3 „non ut penes sanctos *officia sexus* cum honore ipsius necessitatis tanquam sub oculis dei modeste et moderate transigantur.“ Cf. De Orat. cap. 22.

d. decoris messem requirit] De Cultu Femin. lib. II. [cap. 3.] messem decori corporis luxuriam esse ait. (Rigalt.)

e. vel ut a malis rumoribus tuta sit.] Graphice Hieronym. l. l. „Solent adulescentulae viduae, quarum nonnullae retro abierunt post Satanam, quum luxuriatae fuerint in Christo, subantes dicere: Patrimoniolum meum quotidie perit: maiorum haereditas dissipatur: servus contumeliose locutus est: imperium ancilla neglexit. Quis procedet ad publicum? quis respondebit pro agrorum tributis? Parvulos meos quis erudiet, et vernulas quis educabit?“

f. quarum nomina penes dominum] Saepe occurrit in antiquis martyrologiis „et alii sancti, quorum nomina deus scit.“ (Rigalt.)

g. praemissis maritis sanctitati anteponunt] Utitur exemplis earum quae maritis suis iam caelo receptis — hos enim praemissos dicit qui uxoribus suis ad deum praeivere ac diem suum priores obivere — quae, inquam, maritis suis iam caelo receptis, quamvis formosae, quamvis aetate florentes, nullam tamen pulchritudinis aut iuventae occasionem obtendunt nec blandiri sibi patiuntur, sed carnis suae integritatem unicarum nuptiarum honori ac memoriae perservant. (Rigalt.)

aeternum sibi [15]donum[h] domini occupaverunt, [16]ac iam in terris non nubendo de familia angelica deputantur. Talium exemplis feminarum ad aemulationem te continentiae exercens [17]spiritali affectione carnalem illam concupiscentiam [18]humabis, temporalia et volatica desideria[i] formae vel aetatis [19]immortalium bonorum compensatione delendo. Ceterum [20]haec saecularis concupiscentia causas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam[k], per quas necessitatem nubendi subornat, videlicet caelestia repromittens, dominari in aliena familia, [21]alienis opibus [22]incubare, cultum de alieno extorquere, [23]sumptum quem non sentias [24]caedere[l]. Haec procul a fidelibus, quibus nulla cura tolerandae vitae, nisi si [25]diffidimus de promissis dei [26]et cura et providentia, qui lilia [27]agri tanta gratia vestit, qui volatilia caeli nullo ipsorum labore pascit, qui prohibet de crastino [28]victu vestituque curari, spondens scire se quid cuique servorum suorum opus sit, non quidem monilium pondera, non vestium [29]taedia[m], non [30]Gallicos mulos[n], nec Germanicos baiulos[o], quae nuptiarum gloriam [31]accendunt, sed [32]sufficientiam, quae modestiae et pudicitiae apta est. [33]Praesume, oro te, nihil tibi opus esse, si domino appareas, immo omnia habere, si habeas dominum, cuius omnia. Caelestia recogita, et terrena [34]despicies. Nihil viduitati apud deum subsignatae necessarium est quam perseverare.

15. donum domini *Aφ.* bonum donum domini *Aβd.* bonum domini *reliqui.* 16. hac *Aβ.* 17. spiritalia affectionem *A.* 18. humanis *A.* 19. immortalium bonorum compensatione delendo *Ad.* inimicantium bonorum compensas (compensans *abc.*) delenda *BCDabc.* 20. haec *om. BCDabc.* 21. alienis *A.* in alienis *BCDabcd.* 22. incubare *Ad.* incumbere *reliqui.* 23. sumptum quem *Ad.* sumptu quem *reliqui.* 24. caedere *A.* edere *d.* cedere in te *reliqui.* 25. difidimus *Aβ.* 26. et cura et providentia *om. Ad.* 27. agri tanta gratia *Ad.* agrestia *reliqui.* 28. victu vestituque *Ad.* victuque *reliqui.* 29. tedia *A.* cedia *BC.* 30. Gallicos mulos *B (m. sec.) D (in marg.) d. Ios. Mercerus.* Gallicos vultus *BCDabc. Vaticani tres.* calligos multus *A.* 31. accedunt *A.* 32. sufficientia *A.* 33. praesume te *A.* 34. dispicies *Aφ.*

h. donum] Vocabulum *bonum,* quod hic vulgo est additum, ex vocabulo *donum* accrevisse persuasum habeo.

i. volatica desideria] Sic libri De Paenit. cap. 11. dixerat *volaticum gaudium.*

k. insufficientiam] Illustratur hoc vocabulum verbis Hieronymi in Epist. ad Furiam, quae supra adscripsi.

l. sumptum quem non sentias caedere.] In codice Agobardi legitur *caedere,* quod esse mendosum puto. Iuvenalis: „Prodiga non sentit pereuntem femina censum.“ (Rigalt.) Retinendum duxi *caedere.* Similiter nostrates: geld todtschlagen, et similia.

m. vestium taedia] Apolog. cap. 6. (ex cod. Fuld.) „Lacedaemonii *odium penulae* ludis excogitaverunt.“

n. non Gallicos mulos] Ad Uxor. II, 8 „et *mulabus* et cinerariis peregrinae proceritatis.“ Rigaltius retinet *Gallicos multos,* inprimis cum etiam apud Clem. Alexandr. Paedag. III, 4. legatur „*καὶ φοράδην βαστάζοντες Κέλτοὶ πολλοί.*“

o. aut Germanicos baiulos] Erant Germanici baiuli qui aut sedentes harmamaxis aut quiescentes lecticis gestabant, virorum principum molliorumve feminarum satellites, proceritatis causa delecti maxime. Cuius rei de Germanis et Anglis apud Curopalatem habentur exempla. (Fr. Iunius.)

Cap. V. Adiciunt [1]quidem sibi homines causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis et liberorum amarissima voluptate. [2]Nobis otiosum est. Nam quid gestiamus liberos [3]gerere, quos cum habemus, [4]praemittere[a] optamus, respectu [5]scilicet imminentium angustiarum[b], cupidi et ipsi iniquissimo isto saeculo [6]eximi et recipi [7]apud dominum, quod etiam apostolo votum fuit? Nimirum necessaria [8]suboles servo dei. Satis enim [9]de salute nostra securi sumus, ut liberis vacemus: quaerenda nobis onera sunt quae etiam a gentilium [10]plerisque vitantur, quae legibus [11]coguntur[c], quae parricidiis expugnantur[d], nobis [12]demum plurimum importuna, [13]quantum
Matth. XXIV, 19. Luc. XXI, 23. fidei periculosa. Cur enim dominus Vae [14]praegnantibus et [15]nutricantibus cecinit, nisi quia filiorum impedimenta testatur in illa die [15b]expeditionis incommodum futura? [16]Ea utique nuptiis imputantur. [17]Istud autem ad viduas non pertinebit. Ad primam angeli tubam expeditae prosilient, quamcunque pressuram persecutionemque libere [18]perferent, nulla in utero, nulla in uberibus aestuante sarcina[e] nuptiarum. Igitur sive carnis, sive saeculi, sive posteritatis gratia [19]nubitur, nihil ex istis necessitatibus [20]competit dei servis, ut non

Cap. V. 1. quidem *om. BC.* 2. Nobis otiosum est *Ad.* Sed id quoque penes nos odiosum est *reliqui.* 3. gerere *Ad.* serere *Dabc.* scire *BC.* suscipere *B. m. sec.* 4. praetermittere *BC.* 5. scilicet et *A.* scilicet *reliqui.* 6. eximi *ABDabcd.* excuti *C. Vaticani tres. Probat Fr. Iunius.* 7. apud *Acφ.* ad *reliqui.* 8. suboles *A. ubique.* 9. de salute nostra *Ad.* desunt nostra *Dabc.* desinit nostra *BC.* de fine nostra *B. m. sec.* de sumptu nostro *Ios. Scaliger.* 10. plerisque *Ad.* prophanis *reliqui.* 11. coguntur *Ios. Mercerus.* coluntur *Ad.* locuntur *BCD.* locantur *abc.* 12. demum *Ad.* quidem *reliqui.* 13. quanto *Ios. Scaliger.* 14. et praegnatibus *B.* 15. nutrientibus *BC.* 15b. expeditionis in eo modum futurae *B.* expectationis in eo modum futurae *C.* 16. Ea utique nuptiis (nuptias *A.*) imputantur *Ad.* utique nuptias imputaturus *reliqui.* 17. Istud *Ad.* Tum *Dabc.* Cum *BC.* 18. perferunt nullam in utero nullam in uberibus extuante sarcinam *BC.* 19. nubitur *Ad.* nubebit *C. Vaticani tres.* nubet *reliqui.* 20. competit *om. BCDabc. Ios. Mercerus et Ios. Scaliger volunt scribi* necessitatis dei servis, ut non satis habeant *cett.*

Cap. V. a. praemittere] Sic supra cap. 4 *„praemissis maritis.“* Augustin. Epist. 6. ad Italicam: „Nostros migrantes non amisimus, sed *praemisimus.*“ Cyprian. de Mortalit. p. 69: „cum sciamus non eos amitti, sed *praemitti,* recedentes *praecedere,* ut proficiscentes et navigantes solent.“ Seneca Epist. 99 „Quem putas periisse, *praemissus* est.“

b. imminentium angustiarum] Sic supra: „Propter angustias temporum.“ (Rigalt.)

c. quae legibus coguntur] Sic emendavit Iosias Mercerus. Cf. De Exhortat. Castit. cap. 12 „importunitas liberorum, ad quos suscipiendos *legibus compelluntur* homines.“ Sed *coluntur,* quod ex libro Agobardi recepit Rigaltius, etiam potest defendi, si referas ad ius trium liberorum.

d. quae parricidiis expugnantur] Abortivis, dissoluto medicaminibus conceptu. Sic lib. de Veland. Virg. [cap. 14.] dixit „infantes aliquandiu debellatos a matribus.“ (Rigalt.) Cf. De Exhort. Cast. cap. 12. et adnot. ad Apolog. cap. 9.

e. sarcina] Sic Apul. Metam. I, 9. et X, 23. *sarcinam praegnationis* dixit. Arnob. Adv. Natt. III, 10 *„intestini ponderis* morositate,“ Ambros. de Exhort. ad Virgines: „Et vere graves nubes, quae sustinent *sarcinam matrimonii;* nam etiam gravari alvo feruntur, cum semina conceptionis acceperunt.“

satis [21]habeam semel alicui earum succubuisse et uno matrimonio omnem [22]concupiscentiam huiusmodi expiasse. Nubamus quotidie, et nubentes a die illo [23]timoris deprehendamur ut [24]Sodoma et Gomorrha. Nam illic non utique nuptias et [25]mercimonia solummodo agebant, sed cum dicit, Nubebant et emebant[f], insigniora Luc. XVII, 27—29. ipsa carnis et saeculi vitia [26]denotat, quae a divinis disciplinis plurimum avocent, alterum per lasciviendi voluptatem, alterum per adquirendi [27]cupiditatem. [28]Et tamen illa tunc caecitas longe a finibus saeculi habebatur[g]. Quid ergo fiet, si quae olim detestabilia sunt penes [29]deum, ab iis [30]nos nunc arceat? Tempus, inquit, in I Cor. VII, 29. collecto est. Superest ut qui matrimonia habent tamquam non habentes [31]agant.

[1]Quod si [2]hi qui habent obliterare debent quod habent, quanto Cap. VI. magis non habentes prohibentur repetere quod non habent, ut cuius maritus de [3]rebus [4]abiit[a], exinde [5]requiem sexui suo nubendi abstinentia iniungat, [6]quam pleraeque gentilium feminarum memoriae carissimorum [7]maritorum [8]parentant. [8b]Cum quid difficile videtur, difficiliora alios obeuntes recenseamus. [9]Quot enim sunt[b], qui statim a lavacro carnem suam [10]obsignant? [11]quot item qui consensu pari inter se matrimonii debitum tollunt, [12]voluntarii spadones[c] pro cupiditate [13]regni caelestis? Quodsi salvo matrimonio abstinentia toleratur, [14]quanto magis adempto? Credo enim difficilius salvum

21. habeamus *Latinius.* habeant *d., in Erratis. Ios. Mercerus et Ios. Scaliger.* 22. concupiscentiae *A.* 23. timoris *om. BCDabc.* 24. sodomae et gomorrmae *Aβ.* 25. matrimonia *BC.* 26. denotat *Ad.* definit *abc.* detinentes *BCD.* 27. cupiditatem *Ad.* voluptatem *C.* voluntatem *reliqui.* 28. Et tamen *Ad.* Etenim *reliqui.* 29. deum, ab iis *A.* dominum ab iis *d.* dominum ab his *reliqui.* 30. nos nunc arceat *AφDabc.* nunc nos arceat *(Aβ)d.* nos nunc arcet *BC.* nos nunc arceat tempus? Tempus *cett. vult scribi Ios. Mercerus.* 31. agant *om. BC.*

Cap. VI. 1. *Verba* Quod si habentes obliterare debent quod habent, quanto magis non habentes *om. BC.* 2. hi qui habent *A.* habent *D.* habentes *abcd.* 3. re *A.* 4. habiit *Aβ.* habuit *BCD.* 5. requiem *Ad.* quietem *reliqui.* 6. quum *(vel* quoniam) *A. m. sec., et Latinius.* 7. maritorum *om. BC.* 8. parentant *Ad.* parcant *reliqui.* 8b. Quod quia difficile *Latinius.* 9. quod *A.* qui *C.* 10. assignant *C.* 11. quod *AC.* 12. Voluntarii spadonibus *BCDabc.* 13. regni caelestis? Quodsi salvo *Ad.* caelesti salvo *reliqui.* 14. quam magis ademptor *BC.*

f. Nubebant et emebant] Erravit Iac. Pamelius in his verbis memoriae lapsum auctoris sibi deprehendere visus, tanquam respicientis locum Matth. cap. 24: Immo allegandus erat Luc. XVII, 27 sqq. Cf. etiam De Monogam. cap. 16: „Nubant igitur, inquit, huiusmodi in finem usque, ut in ista confusione carnis, sicut Sodoma et Gomorrha et diluvii dies, ab illo ultimo exitu saeculi deprehendantur" cett.

g. longe a finibus saeculi habebatur.] Hinc firmatur quod alibi observabamus, Christianos aevo Tertulliani credidisse finem saeculi in proximo esse. (Rigalt.)

Cap. VI. a. de rebus abiit] Sic De Testim. An. cap. 4 „*Abiit* iam, et reverti debet."

b. Quot enim sunt] In ed. Rigaltiana his verbis incipit caput sextum.

c. voluntarii spadones] De Cultu Fem. II, 9 „Non enim et multi ita faciunt, et se spadonatui obsignant?"

derelinqui quam amissum non desiderari. Durum plane [15] et arduum satis continentia sanctae [16] feminae post viri excessum dei causa, cum gentiles satanae suo et virginitatis et viduitatis [17] sacerdotia perferant? Romae [18] quidem quae ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, [19] auspicia poenae suae cum ipso [20] dracone curantes [d] de virginitate censentur [e]. [21] Achaeae [22] Iunoni [f] apud [22b] Aegium oppidum virgo sortitur, et quae Delphis insaniunt, nubere nesciunt [g]. Ceterum viduas Africanae [23] Cereri adsistere scimus [h], durissima quidem oblivione [24] a matrimonio allectas. Nam [24b] manentibus [25] in vita viris non modo [26] decedunt, sed et alias eis utique [27] ridentibus

15. et ardum *Aβ*. e tardum *Aφ*. 16. femina *BCD*. 17. sacerdotio *d*. 18. equidem *BC*. 19. auspici penae *A*. 20. dracone curantes *om. A*. 21. achaie *A*. Aceae *D*. ecce *BC*. 22. murem *BC*. 22b. aegrum *BC*. egeum *A*. 23. Caelesti *Petr. Pithoeus*. 24. a matrimonio *Ad*. matrimonio *BCD*. matrimonii *reliqui*. 24b. annuentibus *Latinius*. 25. in vita *Ad*. interim *Latinius*. in aeternum *BCDabc*. 26. decedunt *Ad*. toro decedunt *reliqui*. 27. viventibus *volebat rescribi Iac. Pamelius*.

d. auspicia poenae suae cum ipso dracone curantes] Cf. De Cultu Fem. II, 6 „*Male ac pessime sibi auspicantur flammeo capite*, et decorum putant quod inquinant." De Idol. cap. 15 „Accendant igitur quotidie lucernas quibus lex nulla est, adfigant postibus laurus *postmodum arsuras quibus ignes imminent;* illis competunt et testimonia tenebrarum et *auspicia poenarum.*" Hieronym. ad Laetam: „Nec capillum irrufes; et *ei aliquid de gehennae ignibus auspiceris.*" Fabulam aliquam de dracone a Vestalibus olim nutriri solito commemorat Paulinus Nolanus Poem. adv. Paganos v. 142 „Additur his aliud: Vestae quas virgines alunt Quinquennis epulas audis portare draconi, Qui tamen aut non est, aut si est, diabolus ipse est, Humani generis contrarius antea suasor." Alterum locum indicavit Lipsius De Vesta et Vestalibus cap. 10. (tom. III, p. 1097. ed. Vesal.), scilicet legi in Actis Silvestri Pontificis „eum draconis ora clausisse et perpetuo ergastulo mancipasse, cui Kalendis singulis a virginibus Vestae suppeditari solita sint alimenta." Sed in Tertulliani verbis sub dracone esse diabolum intellegendem ex verbis Apocal. XX, 2. recte iudicaverunt Desid. Heraldus Digress. I, 23. p. 248. et Ios. Scaliger in Epist. ad Lipsium, inserta Sylloge Epp. tom. I. p. 246.

e. de virginitate censentur.] Hoc est virgines sunt, vel etiam de virginitate nominantur. Certe non uno loco apud Afros legitur *censeri* pro nominari. Arnob. Adv. Natt. I, 13 „ex quo coepimus esse Christiani et terrarum in orbe *censeri.*" Id. III, 5 „nominibus quibus eos *censeri* vulgaritas ducit." Id. V, 45 „qui *censentur* his nominibus," et cap. 45 „ut cum suis *censeri* appellationibus res possint." Apul. Metam. V, 26 „et nomen quo tu *censeris.*" Cf. etiam quae de usu vocabulorum *censere* et *census* adnotavi ad De Corona cap. 13.

f. Achaeae Iunoni] Hanc commemorat etiam De Monogam. cap. ult. et De Exhort. Cast. cap. ult. Cf. Hieronym. Epist. ad Gerontiam p. 744. ed. Bened. „Ut omittam virgines Vestae et Apollinis *Iunonisque Achivae* et Dianae ac Minervae, quae perpetua sacerdotii virginitate marcescunt." Id. Adv. Iovin. I, p. 154. ed. Bened. „et hac lege virgines quoque Vestae et *Iunonis univirae* in sanctarum queant ordine numerari." Cf. Pausan. VII, 23, 6.

g. et quae Delphis insaniunt, nubere nesciunt.] *Insanire* dici de eo qui divino numine afflatus est, notum. V. Hildebrand. ad Arnob. Adv. Natt. I, 1. p. 2., qui multus in hac re est. De re cf. De Monogam. cap. 17 „Sunt et quae de tota continentia iudicent nos, virgines Vestae et Iunonis Achaicae et Dianae Scythicae et *Apollinis Pythii.*" Adde Hieron. l. l.

h. viduas Africanae Cereri adsistere scimus] De Monogam. cap. 17 „Cereris sacerdotes viventibus etiam viris et consentientibus amica separatione viduantur." De Exhort. Cast. cap. 13 „Feminas vero Cereri Africanae, cui etiam sponte abdicato matrimonio adsenescunt, aversantes exinde contactum masculorum usque ad oscula filiorum."

loco suo insinuant, adempto omni contactu usque ad osculum filiorum, et tamen durante usu perseverant in tali viduitatis disciplina, quae pietatis etiam [28]sanctae solatia excludit. [29]Haec diabolus [30]suis praecepit, et auditur. [31]Provocat nimirum dei servos continentia suorum, quasi [32]ex aequo. Continent etiam gehennae[i] [33]sacerdotes. Nam invenit quomodo homines etiam [34]in bonis [35]sectationibus[k] [36]perderet, et nihil apud eum refert alios luxuria, alios continentia [37]occidere.

Nobis continentia ad [1]instrumentum aeternitatis demonstrata est a domino salutis, ad testimonium fidei, ad commendationem carnis istius [2]exhibendae superventuro indumento incorruptibilitatis, ad sustinendam novissime voluntatem dei. Super haec enim recogites, moneo, [3]neminem non ex dei voluntate de saeculo [4]educi, [5]si ne folium quidem ex arbore sine dei voluntate [6]delabitur. Idem qui nos mundo infert, idem et [7]educat necesse est. Igitur defuncto per dei voluntatem viro etiam matrimonium dei voluntate defungitur. Quid tu restaures cui finem deus posuit? Quid libertatem [8]oblatam tibi iterata matrimonii servitute [9]fastidis? Obligatus es, [10]inquit, matrimonio, [11]ne quaesieris [12]solutionem: solutus es matrimonio, ne quaesieris obligationem. Nam etsi non delinquas [13]renubendo, carnis tamen pressuram subsequi dicit. Quare facultatem continentiae, quantum possumus, [14]diligamus, [15]quam primum [16]obvenerit, inbibamus, ut quod in matrimonio non valuimus, in

Cap. VII.

I Cor. VII, 10 sqq. 28.

28. sancta *BC. Vaticani tres. Probat Fr. Iunius.* 29. et haec *BC.* 30. suis praecepit (praecipit *d.*) *Ad.* praecipit *reliqui.* 31. provocant *A.* 32. ex aequo. Continent etiam *Ad.* ex equo continentiam *BC.* ex aevo continentiam *D.* ex aequo. o continentiam *reliqui.* ex aequo contineat iam *Fr. Iunius.* 33. sacerdotes *Ad.* sacerdotem *reliqui.* 34. in bonis *AD.* bonis *D.* boni *abc.* in hominis *BC.* 35. affectationibus *Desid. Herald. Digress. p.* 261. 36. proderet *BC.* 37. hoccidere *Aβ.*

Cap. VII. 1. instrumentum *Ad., Fulv. Ursinus.* strumentum *reliqui.* 2. exhibendae *A.* 3. neminem non *Ad.* neminem nisi *abc.* neminem *BCD.* 4. educi *Ad., Fulv. Ursinus.* duci *reliqui.* 5. sed nec *BC.* 6. dilabitur. Idem *BCDabc.* delabitur. Adeo *Fulv. Ursinus.* 7. educet *B (m. sec.) C.* 8. oblatam *Ad.* collatam *reliqui.* 9. fatidis *Aβ.* 10. inquid *Aβ.* 11. ne quaesieris solutionem; solutus es matrimonio *om. BCD.* 12. solutionem: solutus *Ad.* absolutionem: absolutus *abc.* 13. renubendo *ADabcd.* denubendo *BC.* denuo nubendo *B. m. sec.* 14. diligamus *Ad., Latinius.* non diligamus? *reliqui.* 15. quum *Latinius.* 16. obvenerit *om. BC.*

i. gehennae] Hoc est templa Satanae, vel idololatria.

k. in bonis sectationibus] Hoc est dum bona sectantur, dum bona affectant. Vocabulo *sectatione* utitur etiam Arnob. Adv. Natt. V, 32 „Sed erras, inquit, et laberis, satisque te esse imperitum, indoctum et rusticum ipsa rerum in *sectatione* demonstras.", ubi *sectatio* est modus sectandi interpretandique. Quare non opus erat, ut Desid. Heraldus Digress. I, 33. p. 261. in verbis Tertulliani reponendum suaderet *boni affectationibus.* Commendaverat Tertullianus univiratus virginitatisque disciplinam quam vel gentilium sacerdotes sectentur. Quamquam, addit, earum continentia est ad instar Christianae affectata a diabolo, quo suos perderet.

viduitate sectemur. Amplectenda occasio est quae [17]adimit quod necessitas imperabat. [18]Quantum detrahant fidei, quantum [19]obstrepant sanctitati nuptiae [20]secundae, [21]disciplina ecclesiae et praescriptio apostoli declarat[a], cum digamos non [22]sinit praesidere, cum viduam [23]adlegi in ordinem nisi univiram non [24]concedat. Aram enim dei mundam proponi oportet[b]. Tota illa [25]ecclesiae candida[c] de sanctitate [26]describitur. Sacerdotium viduitatis et [27]caelibatûm est apud nationes. Pro diaboli scilicet aemulatione[d]. Regem [28]saeculi, Pontificem Maximum, rursus nubere nefas est[e]. Quantum deo sanctitas placet, cum [29]illam etiam inimicus affectat? non utiquè [30]ut alicuius boni affinis, sed ut dei domini placita cum contumelia affectans.

I Tim. III, 2. 12. Tit. 1, 6.

17. adimit *Ad.* ademit *reliqui.* 18. Quantum detrahant fidei *Ad.* Quantum fidei detrahant *abc.* Quantum detrahant (dethavit *B.*) *BCD.* 19. opstrepant *Aβ.* 20. secundum *BC.* 21. disciplinae *BCD.* 22. sunt *BC.* 23. adlegi in ordinem *d.* adegi in ordinem *Aβ.* ade in ordinem *Aφ.* allegi in ordinationem *reliqui.* 24. concedat *A.* concedit *reliqui.* 25. ecclesiae *Ad.* ecclesia *reliqui.* 26. conscribitur *Ad.* describitur *reliqui.* 27. caelibatum *AB.* caelibatium *d.* celebratum *reliqui.* 28. sacrificulum *B. m. sec.* 29. illum etiam inimicum *BCD.* 30. ad *A.*

Cap. VII. a. et praescriptio apostoli declarat] Paulus duabus epistolis ad Timotheum et ad Titum inter episcopi characteres hunc praescribit: ut sit unius uxoris vir. Sed ea iam aevo Tertulliani disciplina inoleverat, ut virum unius uxoris non esse nec dici debere arbitrarentur eum qui defuncta uxore aliam duxerat. Itaque digamus dicebatur qui secundam uxorem in matrimonio habebat, etsi unica gauderet, neque binas nuptias eodem tempore constitutas haberet. Hoc esse ab apostolo institutum ait Septimius. Neque alia fuit ab tanto nuptiarum dehortatore speranda praecepti apostolici interpretatio. Verum huic interpretationi suffragari noluisse viros in ecclesia praestantes ac Tertulliani quidem aevo proximos discimus ex commentariis Chrysostomi, Theodoreti, atque etiam Hieronymi. Etenim hoc tantum voluisse apostolum, ut episcopus eligatur qui una cum uxore fidem matrimonii sancte colat. (Rigalt.)

b. aram enim dei mundam proponi oportet.] Observavimus supra hominem Christianum dici aram dei, cuius e corde preces ad deum feruntur. Hic vero eximio quodam sensu aram dei vocat ordinis ecclesiastici praesides, qui ecclesiae vota ad deum perferunt, per quos ecclesia Christiana sacrificiorum orationes ad deum allegare solet. Quid ergo? Coniuge defuncta superstes aliam si duxerit quacum unice dilecta concorditer et caste vivat, ara dei munda non erit? Iure igitur Hieronymus dixit Tertulliani sententiam contraire apostolo neminem qui apostolum legerit negaturum. (Rigalt.)

c. ecclesiae candida] Rigaltius hic *candidam* sumit pro dignitate, et cum libro Agobardi scribendum iudicat *conscribitur* pro vulgato *describitur*. At v. quae ego de vocabuli *candida* significatu commentatus sum ad De Corona cap. 1.

d. Pro diaboli scilicet aemulatione.] Cf. supra cap. 6 „Haec diabolus suis praecipit, et auditur. Provocat nimirum dei servos continentia suorum, *quasi ex aequo*. Continent etiam gehennae sacerdotes."

e. Pontificem Maximum rursus nubere nefas est.] De verbo *nubere* de viris usurpato cf. Barthii Adverss. p. 277 sq. Tertull. Ad Uxor. II, 11 „Nec filii sine consensu patrum rite et iure *nubent*." Hieronym. Epist. XXII, 19 „*Nubat* et nubetur ille qui in sudore faciei comedit panem suum." De re cf. De Praescr. Haeret. cap. 40 „quod et Pontificem summum unius nuptiis statuit." De Monogam. cap. 17 „Pontifex Maximus et Flaminica nubunt semel." De Exhort. Cast. cap. ult. „Nam cum ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonium non licet, utique monogamiae gloria est."

Nam de [1]viduitatis honoribus apud [2]deum uno [3]dicto eius per Cap. VIII.
[4]prophetam expeditum [5]est: Iuste [6]facito viduae et pupillo, et ve- Ies. I, 17. 18.
nite [7]disputemus, dicit dominus. Duo ista nomina, in quantum [8]destituta auxilio humano, in tantum divinae misericordiae exposita, [9]suscipit tueri pater omnium. Vide, quam ex aequo [10]habetur[a] qui viduae [11]benefecerit, quanti est vidua ipsa, cuius assertor [12]cum domino [13]disputabit! Non tantum [14]virginibus datum, opinor. Licet in illis integritas solida et tota sanctitas de proximo [15]visura sit faciem dei, tamen vidua habet aliquid operosius, quia facile est non appetere quod nescias et aversari quod [16]desideres nunquam. Gloriosior continentia quae ius suum sentit, quae quid viderit novit. Poterit virgo felicior haberi, at vidua laboriosior[b]: illa, quod bonum semper habuit, ista, quod bonum sibi invenit; in illa gratia, in ista virtus [17]coronatur. Quaedam enim sunt divinae liberalitatis, quaedam nostrae operationis. Quae a domino indulgentur, sua gratia gubernantur; [18]quae ab homine captantur, studio perpetrantur. Stude igitur ad virtutem [19]continentiae, quae pudori [20]procurat, sedulitati, quae [21]vagas non facit, frugalitati, quae saeculum spernit. [22]Convictus atque colloquia deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati per apostolum: Bonos corrumpunt mores I Cor. XV, 34.
congressus mali[c]. Loquaces, otiosae, vinosae, curiosae contubernales[d] [23]vel maxime proposito viduitatis officiunt. [24]Per loquaci-

Cap. VIII. 1. viduitatem *BCDabc.* 2. dm̄ (*h. e.* deum) *Aφ.* dominum *reliqui.* 3. dictu *B.* 4. profetam *Aβ.* 5. est *om. BCDabc.* 6. facito *AφBCD.* facite *reliqui.* 7. disputamus *BC.* 8. destituta auxilio *Ad.* despectui *abc.* de spe qui *BCD.* 9. suscipit *Ad.* suscepit *reliqui.* 10. habeatur *BC.* 11. benefecerit *ABCcd., Vaticani tres.* benefecit *reliqui.* 12. cum domino *Ad.* dominus *reliqui.* 13. disputabit *Aabcd.* disputavit *BCD.* 14. virginis *A.* 15. uxura *BC.* 16. desideres. Numquam *A.* desideraveris nunquam. *reliqui.* 17. eo coronatur *BC.* 18. quae ab homine captantur *om. A.* 19. continentiae quae *Ad.* continentiae, modestiae quae *reliqui.* 20. procupat. sedhutilitati *A.* procurat sed utilitati *BC.* 21. vagas *Ios. Mercerus.* vacas *A.* nugas *reliqui.* 22. Convictus atque colloquia *Ad.* Convictum atque commercia *reliqui.* 23. vel maxime proposito viduitatis officiunt *Dabcd.* vel maximi propositi viduitatis officium *A.* vel maximi propositi viduitatis officiunt *BC.* vel maximi propositi viduitati (*malim* viduitatibus) officiunt *Hildebrandus.* 24. *Verba* Per loquacitatem irrepunt verba pudoris inimica *om. A.*

Cap. VIII. a. quam ex aequo habetur] Ex aequo haberi a deo dicitur quo deus tamquam pro aequali sibi et familiariter uti et colloqui velle pollicetur.

b. at vidua laboriosior.] Cf. Hieronym. ad Gerontiam l. l. „Virginitas in eo facilior est quod carnis incentiva non novit, et viduitas in eo sollicitior quod praeteritas animo recolit voluptates.“ Similiter Cyprianus de Bono Pat. dixit „in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem.“

c. congressus mali.] Menandri versiculus: „*Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί.*“ Cf. Clem. Alex. Paedag. II, 6. Tertull. Ad Uxor. II, 3. Hieronymus in Epist. ad Magnum Oratorem Urbis Romae p. 655. ed. Bened. et ad Eustoch. p. 41. ita reddit: „Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimae.“

d. curiosae contubernales] Cf. Hieron. ad Eustoch. l. l. „Eas autem virgines et viduas quae otiosae et curiosae

tatem irrepunt verba pudoris inimica, per otium [25]a severitate deducunt, per [26]vinolentiam quidvis mali insinuant, per [27]curiositatem aemulationem [28]libidinis convehunt. Nulla huiusmodi feminarum de
Phil. III, 19. bono univiratus loqui novit. Deus enim illis, ut ait apostolus, venter est, ita et quae ventri propinqua. [29]Haec tibi iam hinc commendo, conserva carissima, post apostolum quidem ex [30]abundanti pertractata, sed tibi etiam solatio futura, quod meam memoriam, si ita evenerit, in illis [31]frequentabis.

25. a severitate deducunt *Ad.* se veritate deducunt *c., Vaticani tres.* severitate deducunt *BCD.* severitatem deducunt *B. m. sec.* securitatem inducunt *ab., Gorziensis.* 26. vinulentiam *A.* 27. curiositatis *CDabc.* 28. libidines *BCDabc.* 29. et haec *B.* et hoc *C.* 30. habundanti pertractata *A.* abundanti retractata *reliqui.* 31. frequentatibus *BC.* — *Subscriptio libri in Aβ. est* AD VXORĒ LIB. I. EXPLICIT.

domos circumeunt matronarum, quae rubore frontis abstrito parasitos vincunt mimorum, quasi quasdam pestes abiice. Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimae. Nulla illis nisi ventris cura est, et quae ventri sunt proxima.“

AD

UXOREM

LIBER SECVNDVS.

Proxime tibi, dilectissima in domino conserva, quid feminae sanctae matrimonio quacumque sorte adempto sectandum sit, ut potui [1]prosecutus sum. Nunc ad secunda consilia convertamur, respectu [2]humanae infirmitatis, [3]quarundam exemplis admonentibus, quae divortio vel mariti excessu oblata continentiae occasione non modo [4]abiecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nubendo quidem [5]rursum disciplinae meminisse voluerunt, ut in domino potissimum nuberent[a]. Itaque mihi confusus est animus, ne, qui [6]nuper te ad univiratus et viduitatis perseverantiam hortatus [7]sim, [8]nunc mentione nuptiarum [9]proclivium tibi [10]labendi oblationem faciam[b]. Quod si integre [11]sapis, [12]certe scis id servandum [13]tibi Cap. I. I Cor. VII, 39.

Cap. I. 1. persecutus *BC.* 2. humana eius firmitatis *Aφ.* 3. quorundam *BCD.* 4. abiecerint oportunitatem *Aβ.* 5. rursum *om. Ad.* 6. te nuper *BCDabc.* 7. sim *A.* sum *reliqui.* 8. non mentionem *Aβ.* 9. proclivium *Ad., et B. m. sec.* proclivum *reliqui.* 10. labendi oblationem *ego.* cavendi ablationem *Ad.* labendi ab altioribus *reliqui.* 11. satis *A.* 12. certe scis id *abc.* certe istud *Ad.* certes istud *BCD.* 13. ibi *Ad.*

Cap. I. a. ut in domino potissimum nuberent.] De Monogam. cap. 7 „Et illa nuptura in domino habet nubere, id est non ethnico, sed fratri, quia et vetus lex coniugium adimit allophylorum." Hieronym. ad Pammach. „Tantum in domino, id est Christiano, qui secundas nuptias tertiasque concedit in domino, primas cum ethnico prohibet."

b. nunc mentione nuptiarum proclivium tibi labendi oblationem faciam.] Ita correxi haec verba. Opponuntur univiratus et viduitatis perseverantia et nuptiae proclives. *Proclivis* absolute positum est, ut Apuleio Metam. I, 7 „ad-lubentia *proclivis*.", Phaedr. IV, 25 „*proclivis* ultro cum sit misericordia."; nuptias proclives dicit proclivitatem ad nuptias. *Oblatio* autem est quasi insinuatio. Oblationem labendi faciens insinuat peccandi vias, itaque offert quasi occasionem. Cf. de vocabulo *oblatio* Dederich. ad Dict. Cret. Introd. p. 4. Tertulliani verba aliter interpretatus est Rigaltius, cuius verba adscribo: Qui superiore libro uxori consilium dederat ut secundis nuptiis abstineret, dicturus iam de iisdem nuptiis, si in earum necessitatem incidat, nonnisi cum Christiano faciendis, vereri se ait, ne istius secundariae adhortationis indulgentia prioris auctoritatem deseruisse aut de ea plurimum remisisse videatur, quam nihilominus observari vehementer cupiat.

esse quod sit utilius. [14]Quod vero [15]difficile est[c], et non sine necessitatibus, [16]et hoc maximum propositum vitae, [17]subresedi; nec mihi de isto quoque referendi ad te causae [18]fuissent, nisi graviorem [19]iam sollicitudinem comprehendissem. Nam quanto grandis est[d] continentia carnis, quae [20]viduitati ministrat, tanto, si non sustineatur, [21]ignoscibile videri potest. Difficilium enim facilis [22]est tunc venia. Quanto [23]autem nubere in domino perpetrabile est, uti nostrae potestatis, tanto culpabilius est non observare quod possis. Eo [24]accedit quod apostolus de viduis quidem et [25]innuptis,
1Cor. VII, 7. ut ita permaneant, suadet, cum dicit, Cupio autem omnes [26]meo exemplo perseverare: de nubendo vero in domino, cum [27]adicit, Tantum in domino, iam non suadet, sed exerte iubet. Igitur in ista maxime specie, [28]nisi obsequimur, periclitamur; quia [29]suasum [30]impune quis neglegat quam iussum, quod illud de consilio veniat et voluntati proponatur, hoc autem de potestate descendat [31]et [32]necessitati obligetur, illic libertas, hic contumacia [33]delinquere videatur.

Cap. II. Igitur cum quaedam istis diebus nuptias suas de ecclesia tolleret [1]ac gentili coniungeretur, [2]idque ab aliis [3]retro factum [4]re-

14. Quoniam vero *Latinius.* 15. differt et non *Aφ.* 16. et *om. d.* 17. subresedi *Ad.* supremi praesidii *reliqui.* 18. fuisset *Ios. Scaliger.* 19. iam *ego.* in ea *Ad.* meam *reliqui. In B. m. sec. extat* nisi gravior me sollicitudo comprehendisset. 20. viduitati *Ad.* viduitatem *reliqui.* 21. ignoscibile *Ad.* ignoscibilis *reliqui.* 22. est tunc venia *A.* est venia *reliqui.* 23. enim *BC.* 24. accidit *A.* 25. innupti *A.* nuptiis *C.* nuptis *B (m. pr.) Dab.* 26. in meo *Hildebrandus.* ex eo *BCD.* 27. adicit *A.* dicit *reliqui.* 28. nisi obsequimur, periclitamur *ego.* nisi obsequium, periclitatur *A.* hoc sequimur, periclitamur *BCDabc.* 29. tam suasum *Fulv. Ursinus.* 30. impune (impone *A.*) quis neglegat *Ad.* impune quid (quidem *B.*) negligas *BCDabc.* 31. ut *BC.* 32. necessitati *Ad.* necessitate *reliqui.* 33. derelinquere *A.*

Cap. II. 1. ac *Ad.* id est *reliqui.* 2. utque *BC.* 3. petro *A.* 4. recordaret *BC.* recordarer *om. A.*

Itaque mihi confusus est animus, inquit, ne qui te nuper ad univiratus et viduitatis perseverantiam hortatus sum, nunc mentione nuptiarum *proclivium tibi labendi ab altioribus faciam.* Sic editiones Rhenani et Pamelii. At liber Agobardi extremam clausulam exhibet verbis ad Tertulliani sensum aptioribus: *ne proclivium tibi cavendi ablationem faciam,* hoc est ne ablatio cavendi sit tibi velut proclivium. Vereor, inquit, ne mentio ista secundarum nuptiarum sit ablatio prohibitionis, atque inde ad secundas nuptias iter in proclivi. Proclivium dicit labendi periculum, quod sane promptius est in proclivi. Proclive autem seu proclivium fieri videtur ablatione cavendi, quoties auferuntur obices aut praeciduntur ansae, quibus apprehensis caveri potuisset."

c. Quod vero difficile est] Quia vero arduum ac difficile hoc vitae propositum [scilicet nuptiis abstinere] esse scio, subresidere ac subsistere placuit et pausam aliquam scribendi facere, dum me ad subsequens istud consilium colligo. Neque de isto quidem ad te retulissem, nisi difficultatem comperirem maiorem ea quam superiore sermone prospexeram. (Rigalt.)

d. Nam quanto grandis est] De ellipsi comparativi hac in Tertulliani scriptis usitatissima v. adnot. ad De Testim. Animae cap. 2. Sic paulo post: „Quanto autem perpetrabile" cett. et sub finem

cordarer, miratus aut ipsarum petulantiam aut [5]consiliariorum praevaricationem, quod nulla scriptura eius [6]facti licentiam [7]profert, Numquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur [8]primae ad Corinthios, ubi scriptum est: Si quis [9]fratrum infidelem habet uxorem, et illa matrimonio consentit, ne dimittat eam: similiter mulier fidelis infideli nupta, si [10]consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum; sanctificatur enim infidelis vir a fideli uxore et infidelis uxor a fideli marito; ceterum immundi essent filii vestri? Hanc [11]monitionem fors[a] [12]de fidelibus iunctis simpliciter [13]intellegendo putent etiam infidelibus nubere licere. Qui ita [14]interpretatur, absit ut sciens se circumscribat. [15]Ceterum manifestum est scripturam istam eos fideles designare qui in matrimonio gentili inventi a dei gratia [16]fuerint, secundum verba ipsa. [17]Si quis, inquit, fidelis uxorem habet infidelem. Non dicit, Uxorem [18]ducit infidelem. Ostendit iam in matrimonio agentem mulieris infidelis mox gratia dei conversum perseverare cum uxore [19]debere, scilicet propterea, ne [20]qui fidem consecutus putaret sibi [21]divertendum esse ab aliena iam et extranea quodammodo femina. Adeo et rationem subicit, in pace nos vocari [21b]ad dominum deum et posse infidelem a fideli per usum matrimonii lucrifieri. Ipsa etiam clausula hoc ita intellegendum esse confirmat, Ut quisque, ait, vocatur a domino, ita [22]perseveret. Vocantur autem gentiles, opinor, non fideles. [23]Quod si de fidelium tantum matrimonio pronuntiasset absolute, permiserat sanctis [24]vulgo nubere. Si [25]vero permiserat, [26]nunquam tam diversam atque contrariam permissui suo pronuntiationem [27]subdidisset, dicens: Mulier defuncto viro libera est; cui vult nubat, tantum in domino. Hic certe nihil [28]retractandum est; [29]nam de quo retractari potuisset, [30]spiritus cecinit: Ne quod ait, Cui [31]velit nubat, male uteremur, adiecit, Tantum in domino, id est in nomine do-

I Cor. VII, 12—14.

I Cor. VII, 15—17.

5. consiliorum *A.* 6. facti *AB(m. sec.)qbcd.* factam *BCD.* 7. profert *Ad.* proferent *BC.* proferrent *reliqui.* 8. primo *BC.* 9. fratrum *d.* fratrem *A.* frater *reliqui.* 10. consentanea *B(m. pr.) CD.* 11. motionem *D.* mentionem *A.* 12. de fidelibus iunctis *Ad.* fidelibus iniunctis *BCabc., Vaticani tres.* fidelibus invinctis *D.* 13. intellegendo *Ad., Fulv. Ursinus.* intelligendam *bc.* intelligendum *BCDa.* 14. interpretantur. Absit *BCDabc.* 15. Caeterum *Aβ., pro more.* 16. fuerint *Ad.* fuerunt *reliqui.* 17. Sed *BC.* 18. duci *BCD.* 19. deberet *A.* 20. quis *Fulv. Ursinus.* 21. divertendum *Ad.* evertendum *BC.* devertendum *reliqui.* 21 b. ad dominum deum *Ad.* a domino *reliqui.* 22. perseveretur *B.* 23. Quod si de fidelium tantum matrimonio (*Aβ*)*d.* Quod si de lium tantum matrimonio *Aφ.* Quod si de fideli ante matrimonium *reliqui.* 24. volgo *Aφ.* 25. vero *AD. Fulv. Ursinus.* vere *reliqui.* 26. unquam *B.* umque *C.* 27. subdidiset *Aβ.* 28. tractandum *A.* 29. nam de quo retractari *Ad.* nam de eo quod tractari *reliqui.* 30. spiritus *Ad.* apostolus *reliqui.* 31. vellit *A.*

capitis „quia suasum impune quis neglegat quam iussum."

Cap. II. a. fors] Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 8.

mini, quod est indubitate [32]Christiano. Ille igitur [33]spiritus sanctus, qui viduas [33b]et innuptas integritati perseverare mavult, qui nos ad exemplum sui hortatur, nullam aliam formam repetundarum nuptiarum nisi in domino praescribit, huic soli condicioni continentiae detrimenta concedit[b]: Tantum, [34]inquit, in domino. [35]Adiecit pondus legi suae, Tantum. Quo sono et modo enuntiaveris dictum istud, [36]onerosum est: et iubet et suadet, et praecipit [37]et hortatur, [38]et rogat et comminatur. [39]Districta, expedita sententia est, et ipsa sui brevitate [40]facunda. Sic solet divina [41]vox, ut statim intellegas, statim observes. Quis enim [42]non intellegere possit multa pericula et vulnera fidei in huiusmodi nuptiis, quas prohibet, [43]apostolum providisse, et primo quidem carnis sanctae in carne gentili inquinamentum praecavisse? Hoc loco [44]dicit aliquis, Quid ergo refert inter [45]eum qui in matrimonio [46]gentili a domino allegitur et olim [47]id est ante [48]nuptias fidelem, ut non [49]proinde carni suae caveant, [50]cum alter [51]a nuptiis infidelis arceatur, alter in [52]eis perseverare [53]iubeatur? cur, si a gentili inquinamur, [54]non ille [55]diiungitur, quemadmodum iste non obligatur? Respondebo, si spiritus dederit, ante omnia allegans dominum [56]magis gratum habere[c] matrimonium non contrahi quam omnino disiungi: denique divortium prohibet, nisi stupri causa, continentiam vero commendat. [57]Habeat igitur ille perseverandi necessitatem, hic [58]porro etiam non nubendi potestatem. Tunc si secundum scripturam qui in matrimonio [59]gentili [60]a fide [61]deprehendentur, [62]propterea non inquinantur, [63]quia cum ipsis alii quoque sancti-

32. Cristiano *Aβ*. 33. spiritus *Ad.* xstus *BC.* Christus *D.* apostolus *reliqui.* 33 b. et *om. BCDabc.* 34. inquid *Aβ., pro more.* 35. Abiecit *BCD.* 36. et onerosum *BCD.* 37. et *om. A.* 38. ergo et rogat *A.* 39. districta, expedita *d.* districte expeditae *A.* detractata et exerta (experta *C.*) *reliqui.* 40. facunda *Ad.* foecunda *reliqui.* 41. vox, ut statim intellegas, ut statim observes *Ad.* uxor statim observes *BCDabc.* vox statum observes *B. m. sec.* vox: statim observes *Fulv. Ursinus.* 42. non intellegere possit multa pericula *Ad.* alius possit pericula multa *abc.* intellegere possit pericula multa *BCD.* 43. apostolum *Ad.* apostolus *reliqui.* 44. dicit *ABCDd.* dicet *reliqui.* 45. eam *BC.* 46. gentili *A.* gentilis *BCDabcd.* 47. id est *om. BC.* 48. nuptia *A.* 49. preinde *A.* 50. cum alter *Ad.* alter *reliqui.* 51. a nuptiis infidelis arceatur *Ad.* arceatur a nuptiis infidelis *reliqui.* 52. eis *Ad.* his *reliqui.* 53. iubeatur *Ad. Latinius, Fulv. Ursinus.* videatur *reliqui.* 54. non ille *Ad.* non et ille *reliqui.* 55. diiungitur *Ad.* disiungitur *reliqui.* 56. magis gratum *Ios. Mercerus.* magistratum *ABC.* magis ratum *reliqui.* 57. Habeat *Ad.* Habet *reliqui.* 58. vero *Fr. Iunius.* 59. gentili *Ad.* gentilis *reliqui.* 60. affide *A.* 61. deprehendentur *A.* deprehenduntur *reliqui.* 62. propterea *Ad.* erunt, ac propterea *D.* ac propterea *reliqui.* 63. quia cum ipsis *Ad.* cum ipsis *reliqui.*

b. huic soli condicioni continentiae detrimenta concedit] Incontinentiam, et ut nubere possit, concedit.

c. magis gratum habere] Cum libri scripti praebeant *magistratum*, placet cum Ios. Mercero rescribere *magis gratum* quam cum editis dare *magis ratum.* Quamquam hoc occurrit infra cap. 7 „Si ergo ratum est apud deum matrimonium huiusmodi“ cett.

ficantur, sine dubio isti qui ante nuptias sanctificati sunt, si extraneae[d] carni commisceantur, sanctificare eam [64]non possunt in qua non sunt deprehensi. Dei autem gratia illud sanctificat quod invenit. Ita quod sanctificari non potuit, immundum est: [65]quod immundum est, cum sancto non habet partem, nisi ut de suo inquinet et occidat.

[1]Haec si ita sunt, fideles gentilium matrimonia subeuntes stupri Cap. III.
reos [2]constat esse et arcendos ab omni [3]communicatione fraternitatis, ex litteris apostoli dicentis cum eiusmodi[a] [4]ne cibum quidem I Cor. V, 11.
sumendum. [5]Aut numquid tabulas nuptiales [6]de illo apud tribunal domini [7]proferemus[b], et [8]matrimonium rite contractum allegabimus quod [9]vetuit ipse? Non adulterium est quod [10]prohibitum est, non [11]stuprum est. Extranei hominis admissio minus templum dei violat, minus membra Christi cum membris adulterae commiscet. Quod [12]sciam, non sumus [13]nostri, sed pretio empti, et quali pretio? sanguine dei. Laedentes igitur carnem istam eum laedimus de proximo[c]. Quid sibi [14]voluit ille qui dixit delictum quidem esse

64. non possunt, in qua non sunt deprehensi *Ad.* non possint, cum (quia *Ios. Scaliger*) non sint deprehensi *Latinius, Ios. Scaliger.* non sunt (sint *Dabc.*) deprehensi *BCDabc.* 65. quod immundum est *om. A.*

Cap. III. 1. Haec si ita sunt *ego.* Haec (et haec *BC., pro more*) tria sunt *ABCD.* Haec cum ita sint *abcd.* 2. constat se *A.* esse constat *reliqui.* 3. communione *B. m. sec.* commutatione *BC.* 4. ne cibum quidem *Ad.* nec cibum *reliqui.* 5. Aut *Ad.* At *reliqui.* 6. dillo *A.* 7. proferamus *BC.* 8. matrimonium rite contractum *om. Ad.* 9. renuat *B. m. sec.* veniat *BC.* 10. prohibitum est *Ad.* prohibetur *reliqui.* 11. stripum *A.* 12. sciat *A.* 13. nostris et pretio empti empti et *A.* 14. volunt *Aφ.*

d. extraneae] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 9.

Cap. III. a. cum eiusmodi] Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 12.

b. tabulas nuptiales de illo apud tribunal domini proferemus] Erant scilicet quae maritis non Christianis nuberent, ac nihilominus in domino nubere crederent, nuptiis videlicet iustis ac legitimis, et liberorum quaerendorum, non libidinis causa. Verum hosce colores diluit Tertullianus conversusque ad uxorem, Non satis est, inquit, rite ac legitime nupsisse et coniugii fidem sancte coluisse, nec tibi causam ante domini tribunal dicenti quicquam proderit tabulas nuptiales proferre. Nam tabulas allegando coniugium allegabis cum infideli, et allegatione tua te ipsam damnabis peccati, quod evitari dominus per apostolum iussit. Quid enim his verbis, Tantum in domino, vetitum putas? Stuprum? Adulterium? Haec alio quidem legis capite vetantur, non isto. Christianus, seu vir, seu femina, templum dei est. Femina Christiana, quae viro nubit non Christiano, templo dei contaminari et inquinari patitur, imo turpius quam adultera. Nempe alieni viri admissio templum illud minus violat, minus membra Christi cum membris adulterae commiscet. Quod ut scias ac diligenter perpendas etiam atque etiam volo. Non sumus nostri, sed pretio empti, et quidem sanguine dei. Laedentes igitur carnem istam deum laedimus de proximo, qui carnem eius laedimus, carnem sanguine ipsius redemptam. Haec omnino fuit mens Tertulliani. (Rigalt.)

c. laedimus de proximo.] Ad Uxor. I, 8 „Licet in illis integritas solita, et tota sanctitas *de proximo* visura sit faciem dei“ cett. Cf. adnot. ad De Patient. cap. 7.

extraneo nubere, sed minimum, cum alias [15]seposita carnis iniuria[d] ad dominum pertinentis omne delictum voluntarium [16]in dominum grande [17]est? Quanto enim potestas vitandi fuit, tanto contumaciae [18]crimine oneratur[e]. Recenseamus nunc cetera pericula [19]aut vulnera, ut [20]dixi, fidei ab apostolo [20b]provisa, non [21]carni tantum, verum [22]etiam et ipsi spiritui molestissima. Quis enim dubitet [23]obliterari quotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores confabulationes malae[f]: quanto magis [24]et convictus et individuus usus? Quaevis mulier fidelis [25]deum observet necesse est. Et quomodo potest duobus dominis [26]servire, domino et marito, [27]adde gentili? Gentilem enim observando [28]gentilia exhibebit, formam, exstructionem[g], munditias saeculares, blanditias turpiores, ipsa etiam [29]matrimonii secreta maculosa, non ut penes sanctos officia sexus cum honore ipsius necessitatis[h], tanquam sub oculis dei modeste [30]et moderate [31]transigantur.

Cap. IV. Sed viderit[a], qualiter viro [1]officia [2]pendat. Domino certe non potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli servum, procuratorem domini sui ad impedienda fidelium studia et officia, ut, si statio facienda est, maritus [3]de die condicat ad balneas[b], si ieiunia observanda [4]sunt[c], maritus eadem [5]die convivium exer-

15. seposita *Ad.* deposita *reliqui.* 16. in dominum (dom̃ *A.*) *AB.m. sec. Fr. Iunius.* in domino *BCDabcd.* 17. est *ABCD.* sit *reliqui.* 18. crimine *Ad.* crimen *reliqui.* 19. aut *Ad.* ac *B. m. sec.* et *BCDabc.* 20. dixit *B (m. pr.) CD.* 20 b. praevisa *Vaticani tres.* 21. carni *Ad.* carnis *reliqui.* 22. etiam et (ẽt *om. d.*) spiritui *Ad.* etiam ipsius spiritus *reliqui.* 23. obliterari quotidiae *Aβ.* 24. et *om. BCDabc. Pro* convictus in *Dc. et duobus Vaticani extat* coniunctus. 25. deum (dm̃ *A.*) *Ad.* dominum *reliqui.* 26. servire *A.* deservire *reliqui.* 27. at de *BC.* 28. gentili *Aφ.* 29. matrimonia *A.* 30. est et *Aφ.* 31. transigantur *Ad.* transiguntur *reliqui.*

Cap. IV. 1. officium *Ios. Scaliger. Pro* viro *in B (m. pr.) CD. extat* vir. 2. pendet *BC.* 3. de diae concaedat *A.* 4. sint *Aφ.* 5. diae *Aβ.*

d. cum alias seposita carnis iniuria] Haec sunt iam verba Tertulliani praevaricatori illi respondentis.

e. tanto contumaciae crimine oneratur.] De ellipsi comparativi *magis* cf. quae adnotavi supra ad cap. 1. De verbo *onerare* cf. adnot. ad De Spectac. cap. 26.

f. confabulationes malae] Cf. Ad Uxor. I, 8., et quae ibi adnotavi.

g. exstructionem] Extructionem intellige capilli struem, suggestum. Quo luven. Sat. [VI, 502.] „altum Aedificat caput." (Rigalt.)

h. cum honore ipsius necessitatis] Cf. ad haec verba Desid. Herald. ad Arnob. Adv. Natt. p. 219. ed. LB. Rigaltius an apte citat verba Hieronymi in Epist. ad Titum. cap. 2 „Ut cum pudore et verecundia et quasi necessitate sexus reddat potius debitum viro quam ipsa exigat ab eo, et opera liberorum ante oculos dei et angelorum perpetrare se credat." Cf. etiam supra Ad Uxor. I, 4.

Cap. IV. a. Sed viderit] Cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

b. de die condicat ad balneas] Prima iam luce denuntiet sese cum uxore lavaturum. De locutione *de die*, quae alia fere significatione usurpata apud Tertullianum reperitur (cf. adnot. ad De Paenit. cap. 12.), si placet, adeas Drakenb. ad Liv. XXV, 28. §. 16. Hand Tursell. II, p. 205.

c. si ieiunia observanda sunt] De ieiuniis et stationibus alibi adnotatum est. Interim ad hunc locum cf. Desid. Herald. ad Minuc. Fel. Octav. p. 68. ed. LB.

ceat, si procedendum erit[d], numquam magis familiae occupatio [6]obveniat. Quis [7]enim sinat coniugem suam visitandorum fratrum gratia [8]vicatim aliena et quidem pauperiora quaeque tuguria circuire? Quis nocturnis convocationibus[e], si ita oportuerit, a latere suo [9]adimi libenter feret? Quis denique sollemnibus Paschae [10]abnoctantem[f] securus sustinebit? Quis ad convivium dominicum illud, quod infamant[g], sine [11]sua suspicione [12]dimittet? Quis in carcerem ad osculanda vincula martyris reptare patietur? Iam vero alicui fratrum ad osculum convenire? aquam sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo invadere, desiderare, in mente [13]habere? [14]Si pereger frater adveniat, quod in aliena domo hospitium? si cui largiendum erit, horreum, [15]proma praeclusa sunt.

[1]Sed aliquis sustinet nostra nec obstrepit. Hoc est igitur de- Cap. V.
lictum, quod gentiles nostra noverunt, quod sub conscientia [2]iniustorum sumus, quod [3]beneficium eorum est, si quid operamur. [4]Non potest nescire qui sustinet, aut si celatur quia non sustinet, timetur. Cum autem scriptura utrumque mandet, et sine alterius conscientia et sine nostra pressura operari domino, nihil interest, in qua parte delinquas, aut [5]in conscientiam [6]mariti, si sit patiens, [7]aut in conflictationem tui, dum vitatur impatiens. Nolite, inquit, Matth. VII, 6.
[8]margaritas vestras porcis iactare, [9]ne conculcent [10]eas et conversi vos quoque evertant. [11]Margaritae vestrae [12]sunt etiam quotidianae conversationis insignia. Quanto curaveris ea occultare, tanto su-

6. obveniat *Ad.* adveniat *reliqui.* 7. autem *Ad.* 8. viatim *A. Probat Hildebrandus.* 9. adimi *Ad.* eximi *reliqui.* 10. adnoctantem *BC.* 11. scaeva *Ios. Scaliger.* 12. dimittit *B (m. pr.) CD.* 13. haberi *A.* 14. Si pereger *(Aβ)d.* Si peregre *Aφ.* Si et peregre *reliqui.* 15. poma *BCD.*

Cap. V. 1. Sed aliquis sustinet nostra nec obstrepit *Ad.* Sed aliqui sustinent nostra nec obstrepunt *reliqui.* 2. iniustorum *AB(m. sec.)d.* istorum *c., ex coni. Rhenani.* iustorum *reliqui.* 3. beneficiorum *BCD.* 4. Non potest nescire *Ad.* Non potest se dicere nescire *Dabc.* Non potest ediscere (edicere *C.*) scire *BC.* Non potest dici nescire *B. m. sec.* 5. in conscientiam *Ad.* in conscientia *reliqui.* 6. mariti, si sit *(Aβ)d.* maritis, ist *Aφ.* mariti, si sit ut *reliqui.* 7. aut in conflictationem *Ad.* in conflictationem *BCD.* aut conflictatione *B. m. sec.* aut in conflictatione *reliqui.* 8. margaritas vestras *Ad.* margarita vestra *reliqui.* 9. nec *BC. Omittit A.* 10. eas *d.* ea *reliqui.* 11. Margaritae vestrae *Ad.* Margarita vestra *reliqui.* 12. sunt etiam *Ad.* sunt *reliqui.*

d. si procedendum erit] Ludovicus de la Cerda aliique trahunt ad solemnes ecclesiae processiones. Multum a vero aberrant. Illustrant quae statim sequuntur verba: „Quis enim sinat coniugem suam visitandorum fratrum gratia vicatim aliena et quidem pauperiora quaeque tuguria circuire?“ cett.

e. nocturnis convocationibus] Has memorat etiam Minuc. Felix Octav. cap. 7., ubi cf. quae adnotavere interpretes.

f. sollemnibus Paschae abnoctantem] Memorant haec pervigilia Euseb. Hist. Eccl. VI, 25 et 34. Lactant. Instit. Div. VII, 13. Cf. Isidor. Origg. VI, 16.

g. convivium dominicum illud, quod infamant] Infamabant ethnici sacram eucharistiam, quod dicerent Christianos vesci panem intinctum sanguine recens caesi infantis. Cf. de hac re Apolog. capp. 6 et 7.

spectiora feceris et magis [13]captanda gentili curiositati. Latebisne tu, [14]cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundum [15]flatu explodis[a], cum etiam per noctem exurgis oratum, et non magiae aliquid [16]videberis operari? Non sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes[b]? et si sciverit panem, [17]non illum credit esse qui dicitur? Et haec ignorans [18]quisque rationem simpliciter sustinebit? sine gemitu? sine suspicione panis an veneni? Sustinent [19]quidam[c], sed ut [20]incul-

13. captanda *d.* castanda *A.* cavenda *reliqui.* scrutanda *Hildebrandus.* 14. cum lectulum *om. A.* 15. flatu explodis *ego.* flantis explodis *d.* flatis explodis *A.* flatu expuis *reliqui.* 16. videris *BCD.* 17. num *Fulv. Ursinus.* 18. quis qua ratione *Fr. Iunius.* 19. quidam *Ad., Fulv. Ursinus.* quidem *reliqui.* 20. insultent *Ios. Scaliger.*

Cap. V. a. cum aliquid immundum flatu explodis] Rigaltius edidit *flantis explodis* et interpretatus est ita: „Aliquid flantis immundum dicit nidoris aliquid, quo de ara fumante Christianae transeuntis nares adflari atque offendi contingebat.“ V. quae ego adnotavi ad De Idolol. cap. 11.

b. quid secreto ante omnem cibum gustes?] Eucharistiam a sacerdote domum ferebant et reservabant, ut pro opportunitate sumerent. De Orat. cap. 14 „Accepto corpore domini et reservato utrumque salvum est.“ (La Cerda.)

c. Sustinent quidam] Ostendit quae pericula immineant, quae vulnera fidei infligantur ob dispares nuptias Christianae cum gentili, cum ipsa quidem conversatione et familiari convictu Ecclesiae sacramenta, quae melius inter Christianos coniuges celarentur, in profanorum oculos veniant, unde captatoribus occasiones vexandi calumniandique praebeantur. Nam qui fieri potest ut non aliquando deprehendatur a marito mulier, quum ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad vestitum et calcéatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia frontem crucis signaculo teret? quum arae fumantis odorem nidoremve detestata exsufflabit ac despuet? quum denique per noctem ad conventus antelucanos hymnos Christo deo dictura surget? Haec ille non interpretabitur quasi diras et defixiones, et magica quaedam incantamenta? Non sciet quum servatam domi eucharistiam sumes? non sciscitabitur curiosius quid secreto ante omnem cibum gustes? Et si sciverit panem esse, non continuo secum reputabit panem illum esse qui dicitur infanticidii cruore tingi, quae calumnia tum maxime Christianos vexabat? Demus vero aliquem reperiri qui nihil de magicis artibus, nihil de infantium caede, nihil de crudae carnis pabulo, nihil de pane cruentato suspicetur, sed eorum, quae supra diximus, signaculi scilicet, exsufflationis, coetuum antelucanorum, panis diligentius asservati rationes simpliciter ignoret, an putas eum esse qui haec ignorata sustineat sine gemitu? Certe si nihil de pane illo furiali et barbaro suspicetur, at de pane venenato aliquid suspicabitur et iam metuere incipiet, ne pro matrefamilias veneficam duxerit. At haec omnia sustinent quidam, sine gemitu, sine suspicione veneni. Sed sustinent, ut uxores suas proterant ac ludibrio habeant, quarum arcana in hunc usum reservent, ut habeant unde iis periculum creare possint, si forte in adulterii, falso plerumque crediti, suspicionem veniant. Sustinent, et cum exploravere, ipsimet ea produnt, ut fidem Christianam excutiant uxoribus suis parum constantibus aut constantioribus dotem. Erant enim quae pecunias concussoribus ac delatoribus darent non modicas, ne deferrentur. Nec deerant mariti qui captarent ac delatores subornarent, quibuscum de pecuniae quota subiectis nominibus paciscerentur, eaque subiectione nominis, id est creditoris, plerumque uxorum Christianarum dotes turpissima de pactione pro mercede silentii praedabantur. Nam si fraudatae dotis ageret uxor, statim, quia Christiana, ab delatoribus, quos maritus subiecerat atque subornaverat, in discrimen capitis adducebatur. Sic ipse maritus, speculator, qui per nuptiarum occasionem arcana Christiana subdole speculatus erat, litis arbiter fiebat; erat enim necesse uxori, nisi mori

cent[d], ut illudant huiusmodi feminis, quarum arcana in periculum quod credunt [21]reservent, si forte laedantur[e], [22]sustinent, quarum dotes [23]obiectione nominis mercedem silentii faciant, scilicet apud arbitrum speculatorem litigaturi. Quod [24]pleraeque non providentes [25]aut re excruciata[f] aut fide [26]perdita recognoscere consueverunt.

Moratur dei ancilla cum [1]laboribus alienis[a], et inter illos om- Cap. VI.

21. reservent *Ad.* servent *reliqui.* 22. Sustinent *Ad.* ipsi. Sustinent *reliqui.* 23. obiectione (obiectionem *BCD.*) nominis *BCDabc.* subiectione nominis *d.* obiectionem domini *A.* 24. pleraeque *abcd.* plerique *ABCD.* 25. aure excrutiata *A.* 26. perdita recognoscere consueverunt *d.* perdit recognose re (recognoscere *Aβ.*) consueverunt *A.* recesserunt *Fulv. Ursinus.* recensuerunt *BCDabc.*

Cap. VI. 1. laboribus *Ad.* laribus *reliqui.*

paratissima esset, fidem Christo dictam perdere, vel dotem. Hoc omnino voluit Tertullianus. Iis autem verbis: *Et si sciverit panem, non illum credit esse qui dicitur,* notam interrogandi minime apponendam qui existimant, falluntur; etenim commata quae antecedunt quaeque sequuntur apertissimo sensu interrogant. Itaque illic etiam interrogat Tertullianus: An vero simile videatur Christianam, quae gentili nupsit, mysteria Christiana celare sic posse, ut, cum eucharistiam domi servabit, ille non inquirat quid ab ea religiose servetur? Et si sciverit panem, inquit, nonne credit eum esse qui dicitur? id est quem vulgus infamat. (Rigalt.)

d. inculcent] De hoc verbo v. quae adnotata sunt ad Scorpiac. cap. 6.

e. quarum arcana in periculum quod credunt reservent, si forte laedantur] Uxorum arcana dicit quod uxores suas Christianis sacris operantes non prodant. Earum igitur arcana mariti ethnici in periculum quod credunt reservant, hoc est in periculum quod nomini Christiano imminere credunt, persecutione, ut sperant, exarsura, ita ut tunc temporis eas prodant, si qua forte animi laesura inde concepta perniciem eis exoptent. (Rigalt.) Parum sibi constans erat Rigaltius *periculum* illud in quod reservent mariti arcana uxorum nunc de adulterii quod sibi metuant suspicione, nunc de persecutione nomini Christiano imminente interpretans. Nec mihi unquam persuaserim uxorum arcana hic dici quod uxores suas Christianis sacris operantes mariti non prodant. Dixerat Tertullianus uxorem lectulum suum et corpusculum signaculo crucis signantem aut per noctem ad orandum exsurgentem aut quid sacri panis ante coenam gustantem latere maritum non posse, nec suspicionem devitare magiae aut sacrorum infanticidii. Sed putas fortasse, pergit, istiusmodi ritus et caerimonias tuas simpliciter sustineri et tolerari ab uno alterove qui de ratione earum vel prorsus ignoret, tolerari sine gemitu, sine suspicione veneficii? Sane, respondet, sustinent quidam, sed non sine gemitu, non sine suspicione, sed ut inludant uxoribus suis, cum haec earum arcana in periculum quod sibi ab eis semper imminere credunt dolose reservent, cum, si quam forte vel leviorem laesuram acceperint, statim pro ingeniis magicis, pro veneficiis teneant, nomen Christianum criminentur, dotes uxorum silentii mercedem extorqueant. Has enim nisi cedant, sese negotium facessere toti Christiano nomini comminantur, litigaturo scilicet apud iudicem eiusmodi causae et occasionis qua illi noceatur iam diu speculatorem.

f. re excruciata] Re familiari per concussionem extorta.

Cap. VI. a. cum laboribus alienis] Emendavimus *cum laboribus alienis* pro eo quod ante repertum Agobardi codicem legebatur *cum laribus alienis,* mendosissime. Nam si Lares pro domicilio dixerit, non est cur domus mariti aliena coniugi censeri debeat. Si Lares, deos Penates intellegat, inepte Christiano quis obiiciat quod Lares alienos colat, non suos, qui nec suos agnoscit ullos. At iure exprobrat Christianae, quae, cum ancilla dei sit, moratur cum laboribus alienis, quam conveniret occupari suis. Sunt labores Christianorum proprii, sunt gentilium. Horum labores Auctor innuit conversari et occupari circa daemonum cultus et pro variis eorum nominibus varia sacrificia procurare, instruere, con-

nibus [2]nominibus [3]daemonum, omnibus sollemnibus regum, incipiente anno, incipiente mense, nidore [4]turis agitabitur. Et [5]procedet de ianua laureata et [6]lucernata, ut de novo consistorio libidinum publicarum[b], [7]discumbet cum marito [8]saepe in [9]sodalitiis, saepe in [10]popinis, et ministrabit nonnumquam iniquis, solita quondam sanctis ministrare, et non hinc praeiudicium damnationis suae [11]agnoscet, eos [12]observans quos erat iudicatura? Cuius manum desiderabit? de cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, vel marito quid [13]ipsa cantabit? [14]Audiet sane [15]aliquid [16]dei coenans[c] de taberna. [17]De gehenna quae dei mentio? quae Christi invocatio? Ubi fomenta fidei de scripturarum [18]interiectione[d]? [19]Ubi spiritus? [20]Ubi refrigerium? Ubi divina benedictio[e]? Omnia [21]extranea, omnia inimica, omnia damnata, [22]atterendae [23]saluti a malo immissa.

Cap. VII. Haec si [1]illis quoque evenire [2]possunt [3]quae in matrimonio [4]gentili fidem [5]adeptae morantur, tamen excusantur, ut in ipsis [6]deprehensae a deo, et iubentur perseverare et sanctificantur et

2. nominibus *d.* hominibus *A.* honoribus *BCDabc.* 3. daemoniùm *BCD.* 4. turris *Aφ.* 5. procedet *Ad.* procedit *reliqui.* 6. lugernata *A.* 7. discumbet *Ad.* discumbit *reliqui.* 8. saepe *om. BCDabc.* 9. sodaliciis *A.* 10. opinionis *BCD.* cauponis *Rhenanus.* 11. agnoscet *Ad., et B.m. sec.* adcognoscet *abc.* adcognoscent *BC.* adconnoscet *D.* cognoscet *Hildebrandus ad Apul. Metam. VII, 4. p.* 527. 12. observans *Ad.* observabit *Dabc.* observat *BC.* 13. ipsa *A.* illa *reliqui.* 14. Audiet *A.* Audiat *reliqui.* 15. aliquid *A.* audiat aliquid *reliqui.* 16. dì cenans *A.* de scena *d., Fulv. Ursinus.* dei coena *BCDabc.* 17. De gehenna *ABCDabc.* de ganeą *d., Fulv. Ursinus.* 18. interiectione *Ad.* interfectione *BCD.* interlectione *reliqui.* 19. Ubi *om. BC.* 20. Ubi *om. BCDabc.* 21. extra *A.* extera *Hildebrandus.* 22. atterendae *B(m. sec.) cd., Vaticani tres.* atterande *A.* abterrendae *ab.* ad terrendae *BCD.* attenuandae *alii.* 23. salutis *BCD.*

Cap. VII. 1. illis *Ad.* ei *reliqui.* 2. possunt *A.* possint *reliqui.* 3. quae *abcd.* qui *ABCD.* 4. gentili *Ad.* gentilis *reliqui.* 5. adeptae morantur *cd.* adepta moratur *ab.* adempti morantur *AB(m. sec.).* adepti moratur *D.* adempti moratur *BC.* 6. deprehensi *ABCD.*

ficere, alia Iovi, alia Marti, alia Cereri sodalitiis et solemnibus Caesarum interesse incipiente anno, incipiente mense, ad ianuam laurum depangere, lucernas accendere. Hi labores omnino alieni sunt Christianis. At sunt alii proprie Christianorum, quos et ipse Tertullianus describit: stationes obire, ieiunia observare, procedere, pernoctare solemnibus Paschae, in carcerem ad osculanda martyrum vincula reptare, alicui fratrum ad osculum convenire, aquam sanctorum pedibus offerre. (Rigalt.) Recte Rigaltius. Et verba *dei ancilla* probant genuinam esse scripturam libri Agobardi. Dei ancilla habet procurare dei res, dei labores, non alienos, non daemonum, quorum ancilla non est. Tamen rescribere malim „*in* laboribus“ pro „*cum* laboribus“. De sollemnibus vero quae hic commemorantur cf. Apolog. capp. 13 et 35. et De Idolol. cap. 15.

b. ut de novo consistorio libidinum publicarum] De lupanari. Sic De Spectac. cap. 17 „privatum consistorium impudicitiae.“

c. dei coenans] Id est quam dominus dignatur suo corpore vesci per eucharistiam.

d. de scripturarum interiectione?] Apolog. cap. 39 „Coimus ad scripturarum divinarum commemorationem.“ Quod ad *fomenta fidei* ibidem dicit „Certe *fidem sanctis vocibus pascimus,* spem erigimus“ cett.

e. divina benedictio?] De eucharistiae refrigerio.

spem lucrationis accipiunt. Si ergo ratum est apud deum matrimonium huiusmodi, cur [7]non et prospere cedat, ut [8]pressuris et angustiis et impedimentis [9]et inquinamentis non ita lacessatur, [10]habens iam ex parte divinae gratiae patrocinium? Nam et [11]ad aliquam virtutem caelestem[a] documentis [12]dignationis alicuius [13]vocatus ille de gentibus[b] terrori est gentili, quo minus sibi obstrepat, minus [14]insidiet, minus speculetur. Sensit magnalia[c], vidit [15]experimenta, scit [16]meliorem factum; [17]sic et ipse [18]dei candidatus[d] est [19]timore. Ita facilius huiusmodi [20]lucro fiunt in quos dei gratia consuetudinem fecit[e]. Ceterum aliud est ultro et sponte in prohibita descendere. Quae domino [21]non placent, utique dominum offendunt, [22]utique a malo inferuntur. Hoc signi erit, [23]quod solis [24]petitoribus placet nomen Christianum[f]. [25]Ideo inveniuntur qui tales non

7. non et *Ad.* non *reliqui.* 8. pressuris *Ad.* et a pressuris *reliqui.* 9. et inquinamentis *om. A.* 10. habens iam *Ad.* iam habens *reliqui.* 11. ad aliquam virtutem caelestem (*Aφ*)*abc., Gorziensis.* aliquam virtutem caelestem (*Aβ*)*d.* aliqua virtute caelesti *B. m. sec.* ad aliquam quae virtutem caelestem *BCD.* 12. et dignationis *BC.* 13. vocatus ille de gentibus *Ad.* vocata illa de gentibus *Aug. Neander, prob. Leopoldo.* vocatus (vocatur *B. m. sec. et C.*) *BCD.* vocata *abc.* 14. insidiet *ego.* sit et *BCD.* sciat *abcd. In A. extat* quo minus speculetur *ceteris omissis.* 15. experimenta *Aabcd., Rhenanus.* expedimenta *reliqui.* 16. meliorem factum *BCD.* meliorum factum *Aφ.* meliorum factam *Aβ.* meliorem factam *abcd.* 17. si et ipse *Aβ.* 18. dei *om. BCDabc.* 19. timore *Ad.* timoris *reliqui.* 20. lucro fiunt *ABCD.* lucrifiunt *B* (*m. sec.*) *abcd.* 21. non placent utique dominum *om. A.* 22. utique a malo inferuntur *Ad.* utique malo se inferunt *reliqui.* 23. quod solis *Ad., Latinius.* ut solis, quod solis *reliqui.* 24. petitoribus *ABCDabc.* peioribus *d.* peritioribus *Ios. Mercerus.* 25. deo *D.* de *BC.* nae *B. m. sec.*

Cap. VII. a. aliquam virtutem caelestem] Id est donum aliquod extraordinarium et singulare edendarum virtutum, prout fuit in Christianae Ecclesiae primordiis. (Fr. Iunius.)

b. vocatus ille de gentibus] Non opus erat cum Ludovico de la Cerda et Augusto Neandro corrigere *vocata illa.* Generaliter loquitur scriptor, utens masculino genere pro feminino, quod hic proprie expectabatur. Ita etiam paulo infra reponendum erat *meliorem factum.* Cf. Rigaltii adnot. ad cap. 8. verba *cum servis alienis.*

c. magnalia] Cf. de hoc vocabulo Casp. Barthii Adverss. V, 2. p. 211. Per magnalia hic significantur miracula.

d. dei candidatus] Sic saepius *diaboli candidatus.* Cf. De Baptismo cap. 10. De Orat. cap. 3. cum adnot. De substantivo *huiusmodi* v. adnot. ad De Baptismo cap. 12.

e. Ita facilius huiusmodi lucro fiunt in quos dei gratia consuetudinem fecit.] Cum quibus dei gratia in matrimonio perseverare permisit, si quidem alterum eorum ad Christi nomen adduxit.

f. quod solis petitoribus placet nomen Christianum.] Quod gentilis matrimonium a diabolo infertur, ait, hoc signi erit, quod solis petitoribus placet nomen Christianum. Nam ubi mariti sunt facti virginum quas propter dotes solummodo petierant, permulti id statim agunt ut uxores suas a nomine Christiano exterminent et abripiant, ut a fide excludant. Rigaltius pro *petitoribus* reponit *peioribus,* quod ita interpretatus est: Ait igitur Tertullianus quae deum offendunt a malo inferri, idque ex eo manifestum fieri, quod ex gentilibus Christianarum nuptias ambiant ii praesertim qui vitae sunt peioris et turpioris quique inter peiores habentur. Hos instigat malus, sive Satanas, ut per eiusmodi nuptias Christianae puellae fidem evertat. Ideo ethnici inveniuntur, inquit Tertullianus, qui tales, id est Christianas, non exhorreant, ut exterminent, ut abripiant, ut a fide excludant.

[26]exhorreant [27]ut exterminent, ut [28]abrapiant, ut a fide excludant. Habes causam, qua non dubites nullum huiusmodi matrimonium prospere decurri, [29]dum a malo conciliatur, a domino vero damnatur.

Cap. VIII. [1]Ad hoc [2]quaeramus, [3]an iure, quasi revera [4]dispectores divinarum sententiarum[a]. [5]Nonne etiam penes nationes severissimi quique domini et disciplinae tenacissimi servis suis foras nubere interdicunt? scilicet ne in [6]lasciviam excedant, officia deserant, [7]dominica extraneis promant. Nonne insuper censuerunt [8]servituti vindicandos[b] qui cum [9]alienis servis[c] post dominorum denuntiationem in [10]consuetudine perseveraverunt? [11]Severiores habebuntur terrenae disciplinae caelestibus praescriptis? ut gentiles quidem extraneis [12]iunctae libertatem suam amittant, nostrae vero diaboli servos sibi coniungant et in statu suo perseverent? Scilicet negabunt sibi a domino per apostolum [13]eiusdem denuntiatum. Quam

26. exorreant *A.* exhortant *BC.* exoptant *B. m. sec.* 27. ut exerta eminent *BCD.* 28. abrapiant *A.* abripiant *d.* arripiant *reliqui.* 29. dum a malo *Ad.* a malo *reliqui.*

Cap. VIII. 1. Adhuc *Rhenanus.* 2. queramur *A.* 3. an in iure *Aφ.* animae *BC.* 4. dispectores *Ad.* dispectatores *BC.* disceptatores *B. m. sec.* despectatores *reliqui.* 5. Nonne etiam penes nationes severissimi quique domini *Ad.* Nonne quique domini *reliqui.* 6. lascivia *A. Probat Rigaltius.* 7. dominica extraneis promant *om. A.* 8. servituti vindicandos qui *BCDabd.* servituti vindicandas quae *c.* uti vindicandos qui *Aφ.* vindicandos qui *Aβ.* 9. alienis servis *Ad.* alieno servo *B(m. sec.)abc.* alienos servos *BCD.* 10. consuetudinem *BCD.* 11. seviores *B.* seniores *C.* saniores *B. m. sec.* 12. iunctae *(BC)cd.* iuncti *ADab.* 13. eius *Latinius.*

Cap. VIII. a. quasi revera dispectores divinarum sententiarum.] Ad hoc quaeramus, an iure damnentur a domino eiusmodi matrimonia, quasi revera simus sententiarum eius dispectores et iudices. De voc. *dispector* cf. adnot. ad Apolog. cap. 45.

b. censuerunt servituti vindicandos] Intelligit SC. Claudianum de mulieribus quae se alienis servis iunxerant. Ad quod senatusconsultum Iulius Paulus sententias composuit quas e codice Vesontino Cuiacius Observationum suarum libro XXI. inseruit. Prima sententia satis illustrat Tertulliani locum: „Si mulier ingenua civisque Romana vel Latina alieno se servo coniunxerit, si quidem invito et denuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, efficitur ancilla.“ (Rigalt.) Cf. interprr. ad Tacit. Annal. XII, 53.

c. cum alienis servis] Sic habet exemplar Agobardi, sic alii veteres libri. Claudiano tamen Senatusconsulto cautum fuisse non legitur, ut liber homo alienae ancillae contubernium secutus servus domini mulieris fieret, neque in Pauli sententiis liberi hominis ulla mentio. Sed etsi aliquando etiam ad liberos homines Senatusconsultum pertinuisset, ita ut corrigi fuisset Diocletiani et Alexandri legibus, quae sub titulis De liberali Causa et Communia de Successionibus leguntur, his tamen aliqua foret opus emendatione, ac servituti vindicandos diceremus qui cum alienis ancillis in consuetudine perseverassent, non qui cum alienis servis, cum et alibi et hoc maxime libro Septimius ancillarum sit usus vocabulo. Itaque libens accederem legentibus *servituti vindicandas quae cum alienis servis in consuetudine perseverassent,* nisi scirem Septimium nostrum haec aliquando sexuum discrimina stilo properante minus observasse. (Rigalt.) Cf. supra adnot. ad verba *vocatus ille de gentibus,* capitis septimi.

huius amentiae causam [14]detineam[d], nisi fidei imbecillitatem [15]pronam semper in [16]concupiscentias saecularium gaudiorum? Quod quidem plurimum in lautioribus deprehensum est. Nam quanto dives aliqua [17]est et matronae nomine inflata, tanto [18]capaciorem domum [19]oneribus suis requirit, ut campum in quo ambitio decurrat. [20]Sordent talibus ecclesiae. Difficile in domo dei dives, ac si quis est, difficile caelebs. Quid ergo faciant? [21]Unde nisi a diabolo maritum [22]petant idoneum exhibendae sellae et mulabus et [23]cinerariis peregrinae proceritatis[e]? [23b]Christianus ista etiam dives fortasse non praestet. Quaeso te, gentilium exempla proponas tibi. Pleraeque et genere nobiles et re beatae [24]passim ignobilibus et mediocribus [25]sibi[f] coniunguntur [26]ad luxuriam [27]inventis, aut ad licentiam [28]sectis[g]. [29]Nonnullae se libertis et servis suis [30]conferunt, omnium hominum [31]existimatione [32]despecta, dummodo [33]habeant a quibus nullum impedimentum [34]libertatis suae timeant. Christianam fidelem fideli [35]re minori nubere piget, [36]locupletatiorem [37]futuram

14. definiam *Latinius.* destinem *Ios. Scaliger.* 15. promam *BC.* 16. concupiscentias *A.* concupiscentiam *reliqui.* 17. est et matronae *A.* est et matrona *B (m. sec.) ab., Gorziensis. Reperitur haec scriptura etiam in marg. D. adnotata.* commatronae *Ios. Scaliger.* commatrona *BCDc., Vaticani tres.* matronae *d.* 18. capaciorem *Ad.* capacem *reliqui. Vocabulum* domum *delet Ios. Scaliger.* 19. honoribus *BC.* 20. Sordent talibus ecclesiae *om. A. In BC. est* sordem talibus ecclesiae, *sed in B. m. sec. correxit* sordet talibus ecclesia. 21. idoneum nisi *A.* 22. petant idoneum *A.* petent donum *BC.* petant bonum *reliqui.* 23. cineraris *A.* emerariis *BC.* lecticariis *B. m. sec.* onerariis *Rhenanus.* 23b. Christiano *A.* 24. passim ignobilibus *Ad.* pessimis (pessimus *B.*) de ignobilibus *reliqui.* 25. sibi *A.* ibi *d.* simul *reliqui.* 26. aut ad *BCDabc.* 27. inventos *D.* 28. sectis *Ad.* electis *Ios. Mercerus.* expectatis *B.* expectatos *CD.* expetitis *B (m. sec.) abc.* 29. nonnulla esse libere et servis *Aφ.* non in ulla esse libere et servis *Aβ. Verba* Nonnullae — — — timeant *om. d.* 30. conferunt *ADabc.* conserunt *B. m. sec., et Fulv. Ursinus.* confertur *BC.* 31. aestimatione *Fulv. Ursinus.* 32. despecta dummodo *Abc.* dispectandum modo *BC.* despectandum modo *Da.* despectandas, modo *Fulv. Ursinus.* dispectandis modo *B. m. sec.* 33. habeant *Aabc.* habeatur *BCD.* 34. libertati *B. m. sec. Ios. Scaliger.* 35. reminor inubere *Aφ. Pro* re *in BCD. extat* rerum. 36. locupletatiorem *Ad.* locupletiorem *reliqui.* 37. fugam *BCD.*

d. detineam] De huius verbi significatu adnotatum invenies ad Apolog. cap. 3.

e. exhibendae sellae et mulabus et cinerariis peregrinae proceritatis?] De his omnibus adeas Lipsii Electa I, 19. p. 708. ed. Vesal. Cf. Tertull. Ad Uxor. I, 4. Böttiger Sabina I, p. 140. et II, p. 202 sqq.

f. sibi] Ita reposui ex libro Agobardi; coniungas hoc *sibi* cum participiis quae post sequuntur. Rigaltius correxit *ibi*, h. e. apud gentiles.

g. aut ad licentiam sectis.] Maior licentia feminarum cum abortivo non est opus. Securam libidinem dicit Hieronymus libro primo ad Iovinianum: „et in longam securamque libidinem exsectus spado.“ Iuvenal. Sat. VI [366 sqq.]: „Sunt quas eunuchi imbelles et mollia semper oscula delectent, et desperatio barbae, Et quod abortivo non est opus.“ Martial. Epigr. VI, 67. (Rigalt.) V. quae congesserunt interprr. ad Apul. Metam. X, 20. p. 927. ed. Hildebr. Quos autem Tertullianus modo dixerat *ad luxuriam inventos* intellege ad luxuriam delectos propter corpora robustiora et suculentiora.

Matth. V, 3. in viro paupere? Nam si pauperum sunt regna caelorum, [38]divitium non sunt, plus dives in paupere inveniet. [39]Maiore dote dotabitur de bonis eius qui in deo dives est. Sit illa [40]ex aequo[h] in terris, quae in caelis forsitan non erit. Dubitandum et inquirendum et [41]identidem deliberandum est, an [42]idoneus sit [43]invectis dotalibus cui deus censum suum credidit? Unde [44]sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii quod ecclesia conciliat[i] et confirmat oblatio[k] et [45]obsignat benedictio, angeli renuntiant[l], pater [46]rato habet? Nam nec in terris filii sine consensu patrum [47]recte et iure [48]nubunt[m]. Quale iugum fidelium [49]duorum unius spei, unius voti, unius disciplinae, eiusdem servitutis? Ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio. [50]Atquin vere duo in carne una. Ubi caro una, unus [51]et spiritus. Simul orant, simul volutantur[n], [52]simul ieiunia transigunt, alterutro [53]docentes, alterutro [54]exhortantes, [55]alterutro sustinentes. In [56]ecclesia dei pariter [57]utrique, pariter in [58]convivio dei, pariter in angustiis, [59]in per-

38. divitium *Aβ.* divitum (*Aφ.*) quia divitum *Dabcd.* quid divitum *BC.* et divitum *B. m. sec.* 39. Maiore dote dotabitur de bonis eius qui in deo dives est. Sit *Ad.* maiore dote. Sit *BCDabc.* Maiore dote sit *distinxit Ios. Scaliger.* 40. ex quo *BC.* 41. idem *A.* item *Hildebrandus.* 42. idoneus *Ad.* ideo *reliqui.* adeo *Fulv. Ursinus.* 43. invectis *ADd.* innectis *BC.* investis *reliqui.* 44. sufficiamus *Ad.* sufficiam *reliqui.* 45. obsignat *d.* obsignata *A.* obsignatum *BCDabc.* 46. raro *BC.* ratum *B. m. sec.* 47. recte *Ad.* rite *reliqui.* 48. nubunt *Ad.* nubent *reliqui.* 49. tuorum *BCD.* 50. adquin *Aβ., pro more.* 51. est *A.* 52. simul *A.* et simul *reliqui.* 53. docentes *Ad. Latinius.* ducentes *reliqui.* 54. exhortantes *Aφ.* hortantes (*Aβ.*) *reliqui.* 55. alterutro sustinentes *om. BCDabc.* 56. convivio *Fulv. Ursinus.* 57. utrique, pariter *om. BCDabc.* 58. convivio *AB* (*m. sec.*) *d.* connubio *reliqui.* 59. in persecutionibus *om. BCDabc.*

h. Sit illa ex aequo] Sic Ad Uxor. I, 6 „Provocat nimirum dei servos continentia suorum, quasi *ex aequo.*“

i. quod ecclesia conciliat] Cum scilicet nuptias suas Christiani de ecclesia non tollunt, cum utrimque Christiani conveniunt, cum sibi Christiana coniugem quaerit Christianum atque in ecclesia Christianae conversationis honestate spectatum, suadentibus vel addicentibus ecclesiae praepositis. (Rigalt.)

k. et confirmat oblatio] Cum ab ecclesiae praepositis coniugium, uti Septimius dixit, conciliatum solemni die ecclesiae sistitur, communibus fidelium votis inter sacrificiorum orationes benedicendum. Sic novitios Christianos aquis salutaribus impetratis ecclesiae fidelium oblatos fuisse tradit Iustinus Apol. I „*μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν· ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος.*“ (Rigalt.)

l. angeli renuntiant] Angelos coniugalis sacramenti testes innuit, quos adstare ait orationibus Christianorum libro de Oratione [cap. 12.] et esse arbitros baptismi libro de Baptismo [cap. 6.]. (Rigalt.)

m. nubunt.] Cf. quae adnotavi supra lib. I, cap. 7.

n. volutantur] Sic lib. III. adv. Marcion. [cap. 18.]: „Manibus caedentibus pectus et *facie lumi volutante* orationem commendare.“ De Pudic. [cap. 10.]: „Illum lugere, illum *volutari*, qui sciat et quid amiserit et quid sit recuperaturus, si paenitentiam deo immolarit.“ Apolog. [cap. 40.]: „*in sacco et cinere volutantes* invidia caelum tundimus.“ (Rigalt.)

secutionibus, in refrigeriis. [60]Neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri gravis est. Libere aeger visitatur, [61]indigens sustentatur. [62]Eleemosynae sine tormento[o], sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine impedimento; non furtiva signatio[p], non trepida gratulatio, non muta benedictio. Sonant inter duos psalmi et [63]hymni, et mutuo provocant quis melius [64]domino suo cantet. Talia [65]Christus videns et audiens gaudet. His pacem suam mittit. Ubi duo, ibi et ipse: [66]ubi et ipse, ibi et malus non est. Haec sunt quae apostoli vox illa [67]sub brevitate[q] intellegenda nobis [68]relinquit. Haec tibi [69]suggere, si opus fuerit. [70]His te ab exemplis quarundam reflecte. Non licet aliter fidelibus [71]nubere, non expedit.

60. Neuter alterum celat *om. A.* 61. indigens sustentatur *om. Aβ.* 62. elemosinae *A.* 63. himni *Aβ.* 64. domino (dño *Aβ.*) *A.* deo *reliqui.* 65. sp̃s (*h. e.* spiritus) *A.* 66. ubi et ipse ibi *om. A.* 67. brevitate *Ad.* benignitate *reliqui.* 68. relinquid *A.* reliquit *reliqui.* 69. subgere *Aβ.* 70. Iste *Aβ.* 71. nubere, non expedit *Ad.* nubere, et si liceret, non expediret *reliqui. Subscriptio in Aβ. est* AD VXORĒ LIBER. II. EXPLICIT.

o. Eleemosynae sine tormento] Christianae maritus ethnicus ubi de suis rebus aliquid abesse sibi notaverat, ab uxore fortean in Christi pauperes delibatum, plerumque adeo saeviebat, ut servos uxoris torqueri iuberet. At cum ambo Christiani, tunc eleemosynae sine tormento. (Rigalt.) Intellego *tormentum* hic mariti morositatem quae de uxoris eleemosyna gravatur. Ceterum de toto hoc loco cf. quae disseruit supra cap. 4. „Quis enim sinat coniugem suam visitandorum fratrum gratia vicatim aliena et quidem pauperiora quaeque tuguria circuire?“ cett. Respondent quodammodo quae hic sequuntur.

p. furtiva signatio] Cf. supra cap. 5 „Latebisne tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum signas?“ cett. Quotidianam diligentiam dixerat sedulam et sollicitam disciplinae seu religionis observantiam.

q. apostoli vox illa sub brevitate] Vox illa *Tantum in domino.* V. supra cap. 2.

DE

CULTU FEMINARUM

LIBRI DVO.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat codicem scriptum Agobardi (*Aφ* ex Hildebrandi, *Aβ* ex Steph. Baluzii collatione).
B - - - Vindobonensem.
C - - - Leidensem.
D - editionem principem Beati Rhenani, a. MDXXI.
a - - Ioh. Gangneii, a. MDXLV.
b - - Sigism. Gelenii, a. MDL.
c - - Iac. Pamelii, a.MDLXXIX.
d - - Nic. Rigaltii, a. MDCXXXIV.

*DE

CULTU FEMINARUM**.

LIBER PRIMVS.

Si tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius expe- Cap. I.
ctatur in caelis, nulla omnino [1]vestrum, sorores dilectissimae, ex quo deum vivum cognovisset, et de sua, id est [2]de feminae conditione didicisset, laetiorem habitum, ne dicam gloriosiorem appetisset, ut non magis in sordibus ageret, et squalorem potius affe-

* DE CVLTV FEMINARVM LIBER I. *d., ex indice libro Agobardi praefixo. Ab hoc ipso enim abest prior pars primi libri usque ad medium fere caput quintum. Et liber II. subscriptum habet in A.* DE CVLTV FEMINARVM LIBER. II. EXPLICIT. *Reliqui libri mei tam scripti (inter hos etiam Laurentianus et tres Magliabechiani) quam editi omnes inscriptionem huius libri praeferunt* DE HABITV MVLIEBRI.

Cap. I. 1. nostrum *BC.* 2. de *om. d.*

** DE CVLTV FEMINARVM.] Hactenus editiones Tertulliani librum nobis unum DE HABITV MVLIEBRI, alterum DE CVLTV FEMINARVM exhibebant. Nos utrumque DE CVLTV FEMINARVM inscripsimus, vetustissimi exemplaris Agobardini auctoritatem secuti, in quo servata prioris libri parte tantum dimidia posterior integer sic absolvitur DE CVLTV FEMINARVM LIB. II. EXPLICIT. Unde manifestum fit sub eodem titulo praecessisse primum. Atque in librorum catalogo [libro Agobardino praefixo] sic ambo citantur: DE CVLTV FEMINARVM. Causa scriptionis haec fuisse videtur, quod vivendi tempora Christianis tunc essent in collecto, et consummatio vitae omnibus in dies horis instaret, ob saevissima Caesarum adversus Christi discipulos edicta. Summus autem fuit martyriorum hortator et exactor Tertullianus; fugam in persecutione haud clementius indulgebat quam negationem. Itaque non tantum delicias quidem aut voluptates, verum et adfectus et caritates, blandiora denique omnia vitae retinacula abscindebat, quo vita ipsa promptius et expeditius pro Christi nomine poneretur. Unde et caelibatum et viduitatem tantopere commendabat, ne liberos Christiani sererent amarissima voluptate, quos cum habuerant, ad dominum praemittere optarent, aut secum ipsis de iniquissimo saeculo eximi quotidie postularent. Ex eo igitur dogmate prodeunt isti de Cultu Feminarum libri, quibus id agit, ut intelligant Christiani, frustra se curare et colere corpus, quod omnibus momentis pro Christo perditum velint aut velle debeant. Denique tam acerbum muliebri mundo repudium scribit, ut res suas sibi habere feminam propemodum nolit, interea sexum, alias nugis occupatissimum, infirmum pavidumque ad serias de vita in Christo sempiterna cogitationes convertat, fortem et intrepidum etiam ad perpetienda martyria praestet. Libri sunt in primis utiles, altioris sapientiae, sententiis graves, dictionis artificio grati, sed lectoris attentissimi iudicium quaerunt, sicut et cetera huiusce Auctoris scripta. (Rigalt.)

ctaret, ipsam se circumferens Evam lugentem et paenitentem, quo plenius id quod de Eva trahit (ignominiam dico primi delicti et invidiam perditionis humanae) [3]omni satisfactionis[a] habitu expiaret.
Gen. III, 16. In doloribus et anxietatibus [4]paris, mulier, [5]et ad virum tuum conversio tua, et ille [6]dominatur tui. Et Evam te esse nescis? Vivit sententia dei super sexum istum in hoc saeculo; vivat et reatus necesse est. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix tu es divinae legis prima desertrix, tu es [7]quae eum suasisti[b] quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem dei, hominem, tam facile elisisti[c]. Propter tuum meritum, id est mortem, etiam filius dei mori habuit[d]: et adornari tibi in mente est super [8]pelliceas tuas tunicas? Age nunc, si ab initio rerum et Milesii oves tonderent[e], et Seres arbores nerent[f], et Tyrii tinguerent, et Phryges insuerent, et Babylonii intexerent[g], et [9]margaritae canderent[h], et ceraunia coruscarent[i], si ipsum quoque aurum iam de terra cum cupiditate prodisset, si iam [10]et speculo tantum mentiri liceret, [11]et haec Eva [12]concupiit de paradiso expulsa, iam mortua, opinor? Ergo nec nunc appetere debet aut nosse, si cupit reviviscere, quae

3. omnis *d.* 4. paris *BCDab., Laurentianus.* paries *cd.* 5. et *om. BC.* 6. dominatur *ab., Gorziensis.* dominabitur *reliqui, et tres Vaticani teste Pamelio.* 7. quae eum suasisti *BCDabc.* quae eum persuasisti *d., Fulv. Ursinus.* 8. pellicias *BC. Laurentianus.* 9. margarita *Da., Vaticanorum unus.* 10. ex *Fr. Iunius.* 11. et *om. abcd.* 12. concupiit *BCD. Laurentianus.* concupisset *reliqui.*

Cap. I. a. satisfactionis] Cf. Desid. Herald. Digress. II, 4. p. 281.

b. quae eum suasisti] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 2. Voss. Arist. VII, 21. p. 81. Barth. Adverss. XXIX, 1. p. 1347. I. Meursii Auct. Philol. tom. V. p. 750. Opp.

c. elisisti.] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 23.

d. mori habuit] De hac structura cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

e. Milesii oves tonderent] Cf. Strabo XII, p. 578. Plin. VIII, 48. XXIX, 2. Colum. VII, 2, 3., et interprr. ad Vergil. Georg. III, 306. IV, 334.

f. Seres arbores nerent] Cf. Vergil. Georg. III, 121. cum interprr.

g. Tyrii tinguerent, et Phryges insuerent, et Babylonii intexerent] Cf. Plin. H. N. V, 19. et Vergil. Georg. III, 307. cum interprr., Plin. H. N. VIII, 48. et 74. Vergil. Aen. IX, 614. cum interprr. Buhle in Ersch und Gruber Encyclop. VII, p. 24 sqq. De toto loco cf. Salmas. Plin. Exercitt. p. 196. Idem ad Tertull. De Pallio p. 216. et ad Scriptt. Hist. Aug. p. 511.

h. margaritae canderent] Ait *canderent;* nam Plinius H. N. IX, 35. de illis „dos omnis in candore," et ibidem ait in margaritis „si purus ros influxerit, candorem conspici." Hieronym. ad Demetriadem: „ut taceam de inaurium pretiis, candore margaritarum esse" cett. Id. ad Rusticum: „ubi nascitur carbunculus et margarita candentia." Aldhelm. de Virgin. cap. 8 „candidis meritorum margaritis decorari virgo desiderat." Mecaenas ap. Isid. XIX, 32: „per candida margarita quaero."

i. ceraunia coruscarent] Cerauniae gemmae vel ceraunia nomen habuere, quia rutulant ut fulmen. Sic Plin. H. N. XXXVII, 9 „Est inter candidas et quae ceraunia vocantur, fulgorem siderum rapiens" cett. Tertull. De Anima cap. 9 „Ceraunii gemmis non ideo substantia ignita est, quod coruscent rutilato rubore." Hieronym. ad Demetriadem: „ceraunorum flammis." Claudian. Laus Serenae Reg. 78 „Pyrenaeisque sub an-

nec habuerat nec noverat quando vivebat. Ideo omnia ista damnatae et mortuae mulieris impedimenta sunt, quasi ad pompam funeris constituta.

Nam et illi qui ea constituerunt damnati in poenam mortis deputantur, illi scilicet angeli qui ad filias hominum de caelo ruerunt[a], ut haec quoque ignominia feminae accedat. Nam cum et materias quasdam bene occultas et artes plerasque non bene revelatas saeculo multo magis imperito prodidissent, siquidem et metallorum opera nudaverant et herbarum ingenia traduxerant[b] et incantationum vires [1]provulgaverant et omnem curiositatem usque ad stellarum interpretationem [2]designaverant, proprie et quasi peculiariter feminis instrumentum istud muliebris gloriae contulerunt, lumina lapillorum quibus monilia variantur, et circulos ex auro quibus brachia [3]artantur, et medicamenta ex fuco quibus [4]lanae colorantur[c], et illum ipsum nigrum pulverem quo oculorum [5]exordia producuntur[d]. Haec qualia [6]sunt, interim iam ex doctorum suorum qualitate et conditione pronuntiari potest, quod nihil ad integritatem [7]peccatores, nihil ad castitatem adamatores, nihil ad timo- Cap. II.

Cap. II. 1. promulgaverant *Laurentianus. Fr. Iunius.* 2. designaverunt *BC. Laurentianus.* 3. arctantur *C.* 4. genae *Fr. Iunius et Ios. Scaliger.* 5. exodia *Fr. Iunius.* 6. sunt *BC. Laurentianus.* sint *reliqui.* 7. pectoris *BCD. Laurentianus, tres Vaticani.*

tris Ignea flumineae legere ceraunia nymphae." Cf. Solin. capp. 33 et 36.

Cap. II. a. illi scilicet angeli qui ad filias hominum de caelo ruerunt] V. quae adnotata sunt ad De Idolol. cap. 9.

b. herbarum ingenia traduxerant] De vocabulo *ingenium* cf. adnot. ad De Corona cap. 8., et de verbo *traducere* adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2. De artificiis ab Egregoris nudatis Rigaltius citat verba Enoch ex Georgio Syncello [p. 10.]: „Ἀζαὴλ, ὁ δέκατος τῶν ἀρχόντων, ἐδίδαξεν ποιεῖν μαχαίρας καὶ θώρακας καὶ πᾶν σκεῦος πολεμικὸν, καὶ τὰ μέταλλα τῆς γῆς [καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσωνται, καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ κόσμια ταῖς γυναιξὶν, καὶ τὸν ἄργυρον· ἔδειξε δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ στίλβειν καὶ τὸ καλλωπίζειν καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς λίθους καὶ τὰ βαφικά· καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν καὶ ἐπλάνησαν τοὺς ἁγίους, καὶ ἐγένετο ἀσέβεια πολλὴ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἠφάνισαν τὰς ὁδοὺς αὐτῶν· ἔτι δὲ καὶ ὁ πρώταρχος αὐτῶν Σεμιαζᾶς ἐδίδαξεν εἶναι ὀργὰς κατὰ τοῦ νοὸς, καὶ ῥίζας βοτανῶν τῆς γῆς· ὁ δὲ ἑνδέκατος Ψάρμαρος ἐδίδαξε φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια· ὁ ἕνατος ἐδίδαξεν ἀστροσκοπίαν· ὁ δὲ τέταρτος ἐδίδαξεν ἀστρολογίαν, ὁ δὲ ὄγδοος ἐδίδαξεν ἀεροσκοπίαν· ὁ δὲ τρίτος ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τῆς γῆς· ὁ δὲ ἕβδομος ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τοῦ ἡλίου· ὁ δὲ εἰκοστὸς ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τῆς σελήνης. πάντες οὗτοι ἤρξαντο ἀνακαλύπτειν τὰ μυστήρια ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν" κτλ.] Cf. Tertull. De Cultu Femin. cap. 8.

c. quibus lanae colorantur] Non displicebat Fr. Iunii et Ios. Scaligeri emendatio *genae* pro *lanae* reponentium, sed cum veteres libri *lanae* exhiberent constanter, mutare nolui. Ceterum de hoc genarum fuco cf. Beckmann Gesch. der Erfindungen I, p. 338 sqq. Plura vide in Pauly Encycl. s. v. Fucus, tom. III, p. 523 sqq.

d. nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur.] Stibium calliblepharum. Cf. Böttigeri Sabina I, p. 27 sqq. et p. 55 sqq. Pauly Encycl. s. v. l. Res est hodie notissima. De verbis Tertulliani cf. etiam Cyprian. De Habitu Virg.

rem dei desertores spiritus aut monstrare potuerunt aut praestare. Si doctrinae dicendae sunt, mali magistri male docuerint necesse est; si mercedes pro libidine, nullius rei turpis merces decora est. Quid autem tanti fuit ista monstrare [8] sicut conferre? utrumne mulieres sine materiis splendoris et sine ingeniis decoris placere non [9] possent hominibus, quae adhuc incultae et incompositae et, ut ita dixerim, crudae[e] ac rudes angelos moverant? anne sordidi et per gratuitum usum contumeliosi amatores viderentur, si nihil feminis in connubium allectis contulissent? Sed haec non [10] capit aestimare[f]. Nihil plus desiderare poterant quae angelos possidebant, magno scilicet nupserant. Enimvero qui utique interdum cogitabant unde cecidissent et post libidinum vaporata momenta caelum suspirabant, illud ipsum bonum feminarum naturalis decoris, ut causam mali, sic remuneraverunt, ne eis profuisset felicitas sua, sed ut [11] devectae de simplicitate[g] et sinceritate una cum ipsis in offensam dei pervenirent. Certi erant omnem et gloriam et ambitionem et [12] affectionem per carnem placendi deo displicere. Hi sunt nempe angeli [13] quos iudicaturi sumus, hi sunt angeli quibus in lavacro renuntiamus, haec sunt utique per quae ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo [14] faciunt apud iudices suos res eorum? quod est commercium damnaturis cum damnandis? opinor, quod Christo et [15] Beliae. Qua constantia tribunal illud [16] ascendimus decreturi adversus eos quorum munera appetimus? Nam et vobis eadem tunc substantia angelica repromissa, idem sexus[h] qui et viris, [17] eandem

8. sicut *BCDab., Laurentianus, tres Vaticani.* sive *cd., Rhenanus.* 9. possunt *Laurentianus.* 10. capita aestimare *D.* capita extimare *C. Laurentianus.* 11. devictae *Fulv. Ursinus.* deiectae *La Cerda.* devectum *BCD.* 12. affectationem *Semlerus.* 13. quosquos *BC.* quos nos *B. m. scc.* 14. faciunt *BCcd, Laurentianus, Vaticani tres.* facient *reliqui.* 15. belial *B. m. sec.* belied *C.* 16. ascendemus *Fr. Iunius.* 17. eadem *C. Laurentianus.*

p. 98 sqq. ed. Oxon. et ipsum Tertullianum infra II, 5.

e. crudae] H. e. immaturae, informes. Sic Statius Theb. IV, 280 „*cruda* puerperia" dixit. Ipse Tertullianus infra II, 5 „Haec utique non in *crudam* in totum et ferinam insinuanda habitudinem nobis suggeruntur." Cf. etiam, si placet, ad hunc Tertulliani locum Desid. Herald. Digress. I, 9. p. 208.

f. non capit aestimare.] V. adnot. ad Apolog. cap. 17. et ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

g. devectae de simplicitate] De Orat. cap. 8 „*devehe* nos a malo.

h. idem sexus] Id est nullus. Sic Ovidius in convivio Iovis apud Philemonem postquam dixit edulia omnia fictilibus illata, „Posthac, inquit, caelatus eodem sistitur argento crater," h. e. nullo. Nam erat quoque fictilis crater. Itaque hic ait Tertullianus feminis caelo receptis eundem fore sexum qui viris, hoc est nullum. Nam et viris non aderit suus. Uterque despoliabuntur sexu suo. Erunt sicut angeli, non angelus, non angela. Sic ipse adversus Valentinianos [cap. 32.]. Utrobique autem vocabulo sexus officia sexuum significat, non formas sexuum naturales. Etenim redituras ad sua corpora demonstrat libro de Resurr. Carnis. (Rigalt.)

iudicandi dignationem[i] pollicetur[k]. Nisi ergo hic iam praeiudicaverimus res eorum praedamnando quas in illis damnaturi sumus, illi potius nos iudicabunt atque damnabunt.

Scio scripturam Enoch, quae hunc ordinem angelis dedit, non Cap. III.
recipi a quibusdam, quia nec in armarium Iudaicum[a] admittitur. Opinor, non putaverunt illam ante cataclysmum editam post eum casum orbis omnium rerum abolitorem salvam esse potuisse. Si ista ratio est, recordentur pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noë, qui utique domestico nomine et haereditaria traditione audierat et meminerat de proavi sui penes deum gratia et de omnibus praedicatis eius, cum Enoch filio suo Matusalae nihil aliud mandaverit, quam [1]ut notitiam [2]eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noë in praedicationis delegatione successisse, vel quia et alias non tacuisset tam de dei conservatoris sui dispositione quam de ipsa domus suae gloria. Hoc si non tam expedite haberet[b], illud quoque [3]assertionem scripturae illius tueretur. [4]Proinde potuit abolefactam[c] eam violentia cataclysmi in spiritu rursus reformare, quemadmodum et Hierosolymis Babylonia expugnatione deletis omne instrumentum Iudaicae litteraturae per Esdram constat restauratum. Sed cum Enoch eadem scriptura etiam de

[1] Cap. III. 1. et *BC.* 2. earum *BCD.* 3. assertione *BCD.* 4. Proinde *BCDabc.* perinde *d.*

i. dignationem] Haec vox familiaris etiam Cypriano Epist. 16 „Divinae *dignationis* hortamenta," et Epist. 25 „Laetatus quod vos confessione sui nominis paraverit ac coronam domini nostri praecipua *dignatio.*" (La Cerda.) Tertull. De Corona cap. ult. „quem et bonus miles eligendo in caelesti ordinatione *dignatione* profecit." Id. De Cultu Fem. I, cap. 3.

k. eandem iudicandi dignationem pollicetur] Iure civili iudicandi munus inter virilia censetur, a quibus arceri feminas placuit. Apud deum vero, cum nulla sint hominibus iam caelestibus officia sexuum, communi sanctorum gloriae, sive quondam viro, sive quondam feminae, pro sanctitatis ac beatitudinis praerogativa communis iudicandi dignatio conceditur. (Rigalt.)

a. Cap. III. armarium Iudaicum] In eo scilicet canone scripturarum qui servabatur in templo Hebraei populi succedentium diligentia sacerdotum. Sic interpretatur Augustinus de Civ. Dei XV,23. Idem lib. XII. c. Faustum, ubi de Iudaeorum gente: „Quid est aliud hodie gens ipsa, nisi quaedam scriniaria Christianorum, baiulans Legem et Prophetas, ad testimonium adsertionis Ecclesiae, ut nos honoremus per sacramentum quod nuntiat ille per litteram?" Et in Psalm. LVI: „Codicem portat Iudaeus, unde credat Christianus. Librarii nostri facti sunt, quomodo solent servi post dominos codices ferre, ut illi portando deficiant, illi legendo proficiant." Et in Psalm. LVIII: „Ipsi habent codices, unde prophetatus est Christus et nos tenemus Christum." Quod ait Augustinus de servis qui post dominos codices ferunt, hoc de servis capsariis accipiendum est, quorum fit mentio lege III. de Manum. Vind.: „Si collactaneus, si educator — — vel *capsarius* qui portat libros" cett. Iuvenalis [Sat. X, 117]: „Quem sequitur custos augustae vernula capsae." (Rigalt.) De capsariis v. Pignor. De Servis p. 238. Becker Gallus I, p. 115. et II, p. 59.

b. Hoc si non tam expedite haberet] Si Noë censeres non tam expedite habuisse in praedicationis delegatione succedere.

c. abolefactam] Apolog. cap. 35 „civitatem tabernae habitu *abolefacere.*"

domino praedicarit, a nobis quidem nihil omnino reiciendum est
II Tim. III, 16. quod pertineat ad nos. Et legimus omnem scripturam aedificationi habilem divinitus inspirari. A Iudaeis [5]potest iam videri propterea [6]reiecta, sicut et cetera fere quae Christum sonant. Nec utique mirum hoc, si scripturas aliquas non receperunt de [7]eo locutas quem et ipsum coram loquentem non erant recepturi. Eo [8]accedit,
Iud. 14. quod Enoch apud Iudam apostolum testimonium possidet[d].

Cap. IV. Nulla nunc [1]muliebri pompae nota [2]inusta sit praedamnationis de exitu auctorum. Nihil angelis illis [3]imputetur [4]praeter repudium caeli et matrimonium carnis: rerum ipsarum qualitates examinemus, ut consilia quoque concupiscentiae earum deprehendamus. Habitus feminae duplicem speciem circumfert, cultum et ornatum[a]. Cultum dicimus quem mundum [5]muliebrem vocant, ornatum, quem immundum muliebrem[b] convenit dici. Ille in auro et argento et gemmis et vestibus deputatur, iste in cura capilli et cutis et earum partium corporis quae oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis: ut iam hinc prospicias, dei ancilla, quid ex his disciplinae tuae conveniat, quae de diversis institutis censearis, scilicet humilitatis et castitatis.

Cap. V. Aurum et argentum principes materiae cultus saecularis [1]id sint necesse est unde sunt, terra scilicet, plane gloriosior, quoniam in maledictorum metallorum [2]feralibus officinis poenali opera [3]deplorata[a] nomen terrae in igni reliquit, atque exinde de tormen-

5. potest iam *d., Fulv. Ursinus.* potest et *B. m. sec.* postea iam *reliqui.* 6. reiecta *d., Fulv. Ursinus.* reiectam. *reliqui.* 7. deo *Da.* 8. accepit *BC.* accidit *D.*
Cap. IV. 1. muliebris *BCD.* 2. iniusta *BC.* 3. imputatur *BC.* 4. propter *d., Fulv. Ursinus.* 5. mulieres *BC.*
Cap. V. 1. id sint *Latinius. Fr. Iunius.* assint *reliqui.* 2. ferialibus *BCD.* 3. depurata *Fr. Iunius.*

d. quod Enoch apud Iudam apostolum testimonium possidet.] Paulum quoque ex apocryphis quaedam citasse observat Hieronymus in Epist. ad Ephes. cap. 5. Ipse autem et ex libro Enoch historiam profert angelorum descendentium in montem Hermon ad filias hominum Comment. in Psalm. CXXXIV., non in auctoritatem, inquit, sed in commemorationem Et in Epist. ad Laetam de institutione filiae apocrypha legi posse ait, non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reverentiam. Idem in Epist. ad Titum cap. 1: „Qui putant totum librum debere sequi eum qui libri parte usus sit, videntur mihi et apocryphum Enoch, de quo apostolus Iudas in epistola sua testimonium posuit, inter Ecclesiae scripturas recipere, et multa alia quae apostolus Paulus de reconditis est locutus." (Rigalt.)

Cap. IV. a. cultum et ornatum] Huiusce distinctionis ratione duobus istis libellis duo tituli convenirent, huic De Cultu Feminarum, nempe auro, gemmis et vestibus, sequenti De Ornatu Feminarum, cura videlicet capilli et cutis cett. (Rigalt.)

b. immundum muliebrem] Clem. Alexandr. Paedag. III, 11: „κόσμον ἄκοσμον, καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἑταιρικόν." Senec. Controvers. I: „Immundissimis se excolere munditiis nostrorum adulescentium specimen est."

Cap. V. a. poenali opera deplorata] Damnatorum lacrimis et ploratu rigata. (Rigalt.) Cf. Cyprian. Epist. XXV., ubi describuntur metallorum miseriae.

tis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominiis in honores metalli refuga[b] mutatur. Sed et ferri et aeris et aliarum vilissimarum materiarum par conditio est, et terreni generis et metallici operis, quo nihilo generosior iudicari possit auri et argenti substantia penes naturam. [4]Quod si de qualitate usus gloria est auro et argento, atquin magis ferro et aeri, quorum ita [5]disposita est utensilitas, ut et proprias operas plures [6]et necessariores exhibeant rebus humanis et nihilominus auri et argenti [7]de suo vicem accommodent iustioribus causis. Nam et annuli[c] ferro fiunt, quaedam esui et potui vascula ex aere adhuc servat memoria antiquitatis. Viderit, si etiam ad [8]spurca [9]instrumentis auri et argenti demens copia[d] deservit. Certe nec ager auri opere paratur, nec navis argenti [10]vigore contexitur. [11]Nullum [12]bidens aurum demergit in terram, nullus clavus argentum [13]intimat tabulis. Taceo totius vitae necessitates ferro et [14]aere innixas, cum [15]ipsae illae divites materiae, et de metallis [16]refodiendae et in quocunque usu [17]procudendae, sine ferri et aeris [18]operario [19]vigore non possint[e]. Iam igitur [20]aestimandum est, unde obveniat tanta dignitas auro et argento, cum et consanguineis[f], [21]quantum ad genus, et potioribus, quantum ad utensilitatem, materiis praeferantur.

Sed et lapillos istos, qui cum auro superbiam iungunt[a], [1]quid Cap. VI.
aliud [2]interpreter, nisi lapillos et calculos [3]et eiusdem terrae minutalia[b], nec tamen aut fundamentis demandandis [4]aut parietibus mo-

4. Quid *Latinius*. 5. *Verbis* disposita utensilitas *incipit liber Agobardi, qui desierat in verba* per ecclesias quas *cap.* 14. *libri De Oratione*. 6. et *om. Aφ*. 7. de suo vicem *d., Fr. Iunius*. de se vicem *Ios. Scaliger*. de sua vice *reliqui*. 8. surca *BC*. 9. instrumentis *Ad*. instrumenta *reliqui*. 10. rigore *B. m. sec*. 11. Nullum *Ad*. Nullus *reliqui*. 12. videns *BCD*. 13. intumat *BC*. 14. aere *A*. aeri *reliqui*. 15. ipsae illae *A*. illae ipsae *reliqui*. 16. refodi *d*. 17. procudendae *A*. procudi *d*. producendae *reliqui*. 18. operari vigore *Ios. Mercerus*. 19. vigere non possint *Latinius et Fr. Iunius*. 20. existimandum *BC*. 21. quantum ad genus et potioribus *om. A*.

Cap. VI. 1. quod *Salmasius*. 2. interpretetur *BC*. interpretem *B. m. sec*. 3. nisi eiusdem *Salmasius*. 4. aut parietibus moliendis *om. A. Salmasius*.

b. metalli refuga] Quasi damnata ad metallum inde fugerit. Hic vero observare est praeclarum ingenii certamen Septimii nostri cum illis Plinianis principio libri XXXIII. (Rigalt.)

c. Nam et annuli] Nam, ut ait Macrobius Saturnal. III, 13: „Veteres non ornatus, sed signandi causa annulum secum circumferebant.“ Cf. Apul. Metam. X, 9., et interprr. ad Ovid. Metam. IX, 566. et ad Iuvenal. Sat. I, 68. Kirchmann. De Annulis p. 57.

d. auri et argenti demens copia] *Dementem* dicit propter talem sui abusum.

e. non possint.] *οὐκ ἰσχύουσιν*.

f. consanguineis] Consanguineas materias dicit quae sunt eiusdem generis, eiusdem originis, nimirum de terrae visceribus. (Rigalt.)

Cap. VI. a. superbiam iungunt] Cf. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 148.

b. eiusdem terrae minutalia] Similiter Clem. Alex. Paedag. II, 12. vocat *ἀπεξενωμένης θαλάσσης ἐκβράσματα καὶ τῆς γῆς ἐκψήγματα*. *Minutalia* adiectivum posuit Tertullianus ut *magnalia* Ad Uxor. II, 7. Sic Adv. Marcion. I, 4 „*minutalia* regna.“ De Anima cap. 32 „for-

liendis aut [5]fastigiis sustinendis aut tectis densandis necessaria? [6]Solum hunc mulierum [7]stuporem aedificare [8]noverunt[c], quia tarde teruntur ut niteant, et [9]subdole substruuntur ut floreant[d], et anxie forantur ut pendeant, et auro lenocinium mutuum praestant. [10]Sed si quid de mari Britannico[e] aut Indico ambitio piscatur, conchae genus est, non dico conchylio aut ostreo, sed nec [11]peloride gratius de sapore. Ad hoc enim conchas noverim maris poma. Quod si concha illa aliquid intrinsecus [12]pustulat, vitium [13]magis eius debet esse quam gloria. Et licet [14]margaritum vocetur, [15]tamen aliud intellegendum quam conchae illius aliqua dura et rotunda verruca. Aiunt et de frontibus draconum gemmas erui[f], sicut et in piscium cerebris [16]lapidositas quaedam est[g]. Hoc quoque [17]deerat Christianae, ut de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput[h], dum de capite eius cervicibus suis aut ipsi capiti [18]ornamenta struit?

5. suffragiis *BC.* 6. Olim *Ad., Salmasius.* 7. splendorem *A.* 8. noverant *A.* 9. sedulo substernuntur *Ios. Scaliger.* 10. Sed et *d.* 11. pelonde *C.* poride *A.* 12. pustulat *abcd.* postulat *ABCD.* 13. magis eius *A.* eius magis *reliqui.* 14. margeritum *BC.* 15. tamen aliud *A.* aliud tamen *reliqui.* 16. capidositas *A.* 17. deerat *Ad., Ios. Scaliger et Fr. Iunius.* deerit *reliqui.* 18. ornamenta (*Aφ*)*BCDabc.* ornamentum (*Aβ*)*d.*

micas, tineas, et hoc genus *minutalia.*" Hieronym. Prooem. ad Epist. ad Ephes. „Taceo de ceteris *minutalibus* (sc. scriptoribus) qui mecum in libris suis garriunt." Ceterum haec Tertulliani verba pertractavit Salmasius Exercitt. Plin. p. 784. B.

c. Solum hunc mulierum stuporem aedificare noverunt] Liber Agobardi *splendorem.* Nihilominus arbitramur retinendam lectionem quam in codicibus suis reperit Rhenanus: *Solum hunc mulierum stuporem aedificare noverunt.* Ait Septimius lapillos et calculos, quos feminae auro contra aestimare solent, aedificiorum commoditatibus inutiles, solum [liber Agobardi habet *olim,* h. e. vulgo, fere; cf. adnot. ad Apolog. cap. 14.] hunc mulierum stuporem aedificare. Hoc est nihil ex iis aedificari posse nisi mulierum superbiam, unde scilicet elatae superbia mulieres stupere ac rigere videantur, velut statuae spectaculo et admirationi positae ac defixae. *Stupenda* Latini dicunt miranda, et *stupere* mirari. Iuvenalis [Sat. IV, 119.] „Nemo magis rhombum *stupuit.*" Septimius noster huius verbi significatum ad fatuam superbiam transtulit. Sic *gloriam* dicit *vanam* et *stuporatam* [De Cultu Femin. II, 3.]. Sic lib. I. adv. Marcion. [cap. 8.]: „supercilio *stuporem* suum aedificant Marcionitae." Sic lib. ad Nationes [II, 9.]: „*stupores* Atticos." Sic Cyprianus Epist. 40: „Si quis aliter docet et non acquiescit sanis verbis domini nostri Iesu Christi et doctrinae eius, *stupore* elatus est." (Rigalt.)

d. et subdole substruuntur ut floreant] Ea enim arte substruuntur et ordinantur lapillo, ut varias species, varios colores visusque reddant. Sic poëta quidam „Alterno rubuit fulgens amethystus ab igne." Plin. Hist. Nat. IX, 15 „Smaragdis margaritisque alterno textu fulgentibus." Ammian. Marcell. XVI, 10 „Insidebat aureo solus ipse carpento fulgenti claritudine lapillorum variorum, quo micante lux quaedam misceri videbatur." De verbo *florere* cf. adnot. ad Apolog. cap. 11.

e. de mari Britannico] Margaritorum de mari Britannico meminit Plin. Hist. Nat. IX, 35., et Sueton. Iul. Caes. cap. 47. Pompon. Mela III. 35.

f. de frontibus draconum gemmas erui] Plin. Hist. Nat. XXXVII, 10. Philostrat. V. Apollon. III, 2. Cf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 784.

g. sicut et in piscium cerebris lapidositas quaedam est.] Cf. Plin. l. l.

h. Sic calcabit diaboli caput] Hinc manifestum est Tertullianum sic legisse Genes. III, 15 „Et ipsa conteret caput tuum." (Rigalt.)

Haec omnia de [1]raritate et peregrinitate sola [2]gratiam possi- Cap. VII.
dent. Denique[a] intra terminos [3]suos [4]patrios non tanti habentur. Semper abundantia contumeliosa in [5]semetipsam est. Apud barbaros quosdam[b], quia vernaculum est aurum et copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, et divitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando revera inventum [6]est, quomodo [7]et aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romae de fastidio Parthorum [8]et Medorum[c] ceterorumque gentilium suorum coram matronis [9]erubescentem, nisi quod nec ad [10]ostentationem fere habentur. Latent in [11]cingulis smaragdi[d], et cylindros[e] vaginae suae solus gladius sub sinu novit, et [12]in peronibus uniones[f] emergere de luto cupiunt. [13]Nihil denique tam

Cap. VII. 1. rarietate *Aβ*. 2. giam (*h. e.* gloriam) *A*. 3. suos *om. Ad.* 4. patrios *om. C.* 5. semetipsum *Ad.* semetipsa *reliqui.* 6. est *om. Ad.* 7. et *om. Ad.* 8. et Medorum ceterorumque *om. A.* 9. erubescentem *A., Salmasius.* 10. ostentationem *Ad.* ostensionem *reliqui.* 11. circulis *Ad., Salmasius.* 12. in pernionibus *BC.* pernionibus *D.* 13. Nihil denique tam *Ad.* Denique tam (etiam *B. m. sec.*) *BCD. Vaticanorum unus.* Denique tantum *ab.* Denique iam *c., ex duobus Vaticanis.*

Cap. VII. a. Denique] Particula *denique* pro *proinde,* vel *adeo* posita saepissime reperitur in scriptis Tertulliani. De Patient. cap. 4. Ad Scap. cap. 1. De Fuga in Persecut. capp. 2 et 6. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 42.

b. Apud barbaros quosdam] Clem. Alex. Paedag. II, 12: „*παρὰ τοῖς βαρβάροις φασὶ δεδέσθαι τοὺς κακούργους χρυσίῳ.*“ De Aethiopibus hoc testantur Herodotus, Plutarchus (v. Th. Canteri V. L. I, 5.), Dio Chrysostomus, Eustathius in Dionysium, Heliodorus, alii. Item de Persis Iustinus et Ammianus.

c. de fastidio Parthorum et Medorum] Nam Parthi, quos fortassis legatione fungentes ad Severum Imperat. Romae vidit Tertullianus, gemmas habebant in cingulis et gladiorum vaginis atque calceamentis insertas: matronae vero Romanae in capite, collo, pectore, brachiis digitisque margaritas gestabant. (Rhenanus.) Vidimus Romae] Nempe quum Imp. Caes. L. Septimius M. filius, Pius, Pertinax, Aug., Arabicus, Adiabenicus, Parthicus, Maximus, Pont. Max., Trib. Pot. VIII. Cos. II. P. P. Procos. Imp. XI. et Imp. Caes. M. Aurelius Sev. Aug. F. Antoninus, Pius, Felix, Aug. Trib. Pot. III. Cos. Design. Imp. una de Arabibus, Parthis Adiabenisque et rege Artabano triumpharunt, ut est in Fastis Consularibus apud Onuphrium. Narrant Spartianus et Herodianus. Atque hoc factum est L. Annio Fabiano et M. Nonio M. F. Mutiano Coss. *De fastidio* autem, id est ex eo quod gentes illae apud quas gemmae eas fastidiebant palam. (Fr. Iunius.)

d. Latent in cingulis smaragdi] Plin. H. N. XXXIII, 12 „balthei laminis crepitent.“ Hieronym. ad Marcellam: „Cingulum non auro gemmisque distinctum.“ Claudian. De Laud. Stilic. II, 88 „Quin et Sidonias chlamydes et cingula bacis Aspera gemmatasque togas“ cett. Simocatta Histor. V, 3 „*λιθοκόλλητον ζώνην.*“ Cf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 533. et p. 780. Lips. Anal. ad Milit. Rom. p. 440 sq. Opp. tom. III. ed. Vesal. Circuli, quam scripturam pro *cingulis* tuentur cum libro Agobardi Rigaltius et Salmasius, sunt monilia. Cf. supra cap. 2 „*circulos ex auro, quibus brachia artantur.*“

e. cylindros] Sunt teretes gemmae et oblongae instar cylindri rustici quo aequantur areae. Plin. H. N. XXXVII, 5 „Cylindros facere malunt quam gemmas quia est summa commendatio in longitudine.“ Cf. interprr. ad Iuven. Sat. II, 61.

f. in peronibus uniones] Plin. H. N. IX, 35 „Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent, ac per uniones etiam ambulent, satis est.“ Senec. De Benefic. „Aiunt socculum auratum, immo aureum margaritis distinctum ostendere eum voluisse.“ Clem. Alex. Paedag. II, 11 „*τοὺς ἥλους ἑλικοειδῶς τοῖς καττύμασιν ἐγκαταχρούειν ἀξιοῦσιν.*“

gemmatum habent, [14]quam quod gemmatum esse non debet, si non comparet, [15]aut ideo comparet, ut neglectum quoque ostendatur.

Cap. VIII. [1]Perinde et [2]vestium [3]de coloribus honorem servi etiam eorum [4]terunt. Sed et parietes Tyriis et [5]hyacinthinis et illis [6]regiis velis[a], quae vos operose resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Vilior est apud illos purpura quam rubrica. Quis enim est vestium honor iustus de adulterio [7]colorum iniustorum[b]? Non placet deo quod non ipse produxit. Nisi si non potuit purpureas et [8]aërinas[c] oves nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit; [9]quod deus noluit, utique non licet fingi. Non ergo natura [10]optima sunt ista quae a deo non sunt, auctore naturae. Sic a diabolo esse intelleguntur, ab interpolatore naturae[d]. Alterius enim esse non possunt, si dei non sunt, [11]quia aemuli sint necesse est, quae dei non sunt. Alius autem praeter diabolum et angelos [12]eius aemulus dei non est. Ceterum [13]si materiae ex deo sunt, non statim et huiusmodi fructus

14. quam quod *Ad.* quod *reliqui.* 15. aut ideo comparet *om. A.*

Cap. VIII. 1. Perinde *A.* Proinde *reliqui.* 2. vestiunt *Aβ.* 3. de coronibus *A.* decoribus *C.* 4. gerunt *A.* 5. yacinctbinis *Aβ.* 6. regis *Aφ.* 7. locorum *BCD.* 8. aerinas *Ad.* arinas *Gorziensis.* earinas (carinas *BC?*) *BCDabc.* 9. quod deus noluit *om. A.* 10. obtima *Aβ.* 11. quia aemuli sint necesse est quae dei non sunt *om. BC.* 12. eius emuae ex deo sunt *Aφ.* eius aemulus dei non est emuae ex deo sunt *Aφ.* 13. si *om. BCDabc.*

Cap. VIII. a. Sed et parietes Tyriis et hyacinthinis et illis regiis velis] Theophylactus Simocatta I, 10 „ἡ δὲ παστὰς βασίλειος μεγαλουργῶς ἐκκεκόσμετο. ἐν τῷ περιβόλῳ τῶν πρώτων μεγάλων τῶν βασιλείων σκηνῶν χρύσῳ καὶ λίθοις ἀγερώχοις κατάκοσμος καὶ μὴν καὶ ἀλούργοις ἱματίοις βαφῆς δευσοποιοῦ Τυρίας μεγατιμίου περιπόρφυρος ἦν.“ Cf. Salmas. ad Tertull. De Pallio p. 247.

b. de adulterio colorum iniustorum?] Accusat luxum mulierum, quae in vestimenta colores inducerent non nativos velleri aut lanae, videlicet purpureos, hyacynthinos, coccineos et hos esse ait colores iniustos et adulteria. [Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 16. ad verba *adulterinam noctem.*] Non placet deo, inquit, quod non produxit. Deinde subridens: Nisi si non potuit purpureas et aërinas oves nasci iubere. Tum serio pergit: Si potuit, ergo iam noluit. Quod deus noluit, non licet fingi. Argumentum etiam ad graviora notabile ac fortissimum. Itaque colligit iniustos esse colores quos habent lanae non suos, ac proinde adulteros. Mox argumentum explicat, et anas huiusmodi, imbutas coloribus non suis, vestium honorem praebere ait non iustum. Vestis autem alieno et ambitioso colore fucatae honorem seu splendorem fulgoremve iniustum ad honestatem modestiamque Christianam non pertinere (Rigalt.)

c. aërinas] Ita omnino legitur in vetustissimo codice, non ut hactenus editum fuit *aerias.* Aërinas dicit oves colore aërino, quem ut femineis vestibus gratissimum laudat Ovidius [A. A. III, 173.], ubi facta mentione Tyrii muricis statim adiicit: „Cum tot prodierint pretio leviore colores, Quis furor est census corpore ferre suo? Aëris ecce color, tunc quum sine nubibus aër, Nec tepidus pluvias concitat Auster aquas.“ (Rigalt.) V. Salmas. Exercitt. Plin. p. 399. Cf. Cyprian. De Habitu Virg. p. 98. (ed. Oxon.): „Neque enim deus coccineas aut purpureas oves fecit, aut herbarum sucis et conchyliis tingere et lanas colorare docuit“ cett.

d. interpolatore naturae.] De Spectac. cap. 12 „Multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum interest inter institutorem et interpolatorem.“

[14]illarum in hominibus. Quaeritur et unde sint conchae, et qua dispositione decorent, et ubi speciem suam collocent[e]. Nam et omnes istae profanae spectaculorum saecularium voluptates, sicut de [15]illis suum volumen edidimus, ipsa etiam [16]idololatria ex rebus dei constat. Non tamen ideo circi furoribus aut arenae atrocitatibus aut scenae turpitudinibus Christianum affici oportet, [17]et quod et equum et pantheram et vocem homini [18]deus dedit, [19]sicut nec ideo idololatrian[f] impune [20]faciat Christianus, quia dei [21]conditio[g] est et tus et merum et [22]ignis qui vescitur, et animalia quae victimae fiunt, cum et ipsa [23]materia quae adoratur dei sit. Sic [24]ergo et circa actum materiarum census a deo descendens [25]propterea [26]excusat, ut deo extraneum, ut reum scilicet gloriae [27]saecularis[h]?

14. illarum in hominibus. Quaeritur et unde sint conchae et qua dispositione decorent et ubi speciem suam collocent. Nam *ego.* illarum quae in omnibus quaeritur. et unde sint conchae et qua dispositione decurrant et ubi spem suam collocent. Nam *A.* latere in omnibus quaeritur et unde sint conchae et qua dispositione decurrant et ubi collocentur. Nam *BCDabc.* illarum. Nam *d., reliquis deletis.* latet in omnibus, quaeritur: et unde sint conchae et qua dispositione decurrant et ubi collocentur. Nam *Latinius et Ludov. de la Cerda.* 15. illis *Ad.* ipsis *reliqui.* 16. idolatria *CD., pro more.* 17. et quod aequum *A.* quia deus et equum *reliqui.* 18. deus dedit *A.* dedit *reliqui.* 19. sicut nec *A.* nec *reliqui.* 20. faciat *ABC.* faciet *reliqui.* 21. conditos et tus *A.* 22. ignem *A.* 23. materie *A.* 24. ergo *AB (m. sec.) Cabcd.* ego *BD.* 25. propterea *om. d.* 26. excusat ut *ego.* accusat *d.* excusatus *reliqui.* 27. saecularis *Ad.* saeculum *reliqui.*

e. Quaeritur — — collocent] Rigaltius haec ex loco Plinii H. N. IX, 33. invecta arbitratus delevit. Sed vindico. Geterum, inquit, si materiae ex deo sunt, non statim et huiusmodi fructus illarum in hominibus. Sic conchae maris sunt ex dispositione dei, igitur et maris profunda decorent suo colore et in illo speciem suam collocent atque ostendant, non in artificiis et luxuriis hominum.

f. sicut nec ideo idololatrian] Cyprian. De Habitu Virg. p. 97. (ed. Oxon.) „Nam delinquis et hoc ipso in deum, si ad hoc tibi ab illo divitias datas credis, ut illis non salubriter perfruaris. Nam et vocem deus homini dedit, et tamen non sunt idcirco amatoria cantanda nec turpia: et ferrum esse ad culturam terrae deus voluit, nec homicidia sunt idcirco facienda: aut quia thura et merum et ignem deus instituit, sacrificandum est inde idolis, vel quia abundant pecudum greges in agris tuis" cett.

g. conditio] V. adnot. ad De Corona cap. 6.

h. Sic ergo — propterea excusat, ut deo extraneum, ut reum scilicet gloriae saecularis?] Ita corrigendum erat, et interrogationis signo claudendum. Rigaltius satis audaciter deleta voce *propterea* pro *excusat* reposuit *accusat,* ita interpretatus: „Hic etiam aliquid indulsimus coniecturae, sic tamen ut ratio constare debeat apud iudices haud iniquos. Actum vocat Tertullianus rerum a deo creatarum usum, cum ex iis aliquid agimus, cum iis utimur ad actum sive actionem cuiusmodicunque sit. Materiarum vero seu rerum creatarum duplex est census, hoc est duplici consideratione censentur aestimanturque. Nam aliter equum Christianus censebit, aliter gentilis. Equo Christianus utetur, ut naturae vel aetatis imbecillitatem sublevet, ut maturius ad sacrificiorum oblationes celebrandas vel ad dei sermonem administrandum audiendumve occurrat, ut fratri laboranti adsit velocius, ut vulneratum a latronibus in hospitium portari curet commodius: at gentilis equum carius emet quam paedagogum, ac diligentius erudiri curabit quam filium, ut notis flexibus ad metas in circo decurrat, opposita effundat, palmam occupet, unde sequatur aliud nihil, nisi ut insanientis populi clamoribus efferatur. Clara fuga ante alios et primus in aequore pulvis. Ait igitur Tertullianus, unius eiusdemque

Cap. IX. Nam ut [1]quaedam rerum per singulas quasque terras et unamquamque regionem [2]maris a deo distributa sunt invicem sibi peregrina, [3]apud exteros mutuo [4]rara, apud [5]suos iure, [6]si utique[a], [7]vel negleguntur vel appetuntur[b], quia non tantus est in illis [8]gloriae fervor, inter domesticos frigidae. Sed enim ex possessionum distributione, quam deus ut voluit ordinavit, raritas et peregrinitas apud extraneos semper gratiam inveniens de simplici causa non habendi quae deus alibi collocavit concupiscentiam [9]concitat habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderate habendi. Quod [10]etsi forte habendum sit, modus tamen debetur. Haec [11]erit ambitio, unde et nomen eius interpretandum [12]est, quod concupiscentia apud animum [13]ambiente nascatur ad gloriae votum, grande scilicet votum, [14]quod, ut diximus, non natura, nec veritas, sed vitiosa animi passio [15]concupiscentia [16]commendavit. Et alia vitia ambitionis et gloriae. Sic et pretia rebus inflammavit[c], ut se quoque accenderet. [17]Nam tanto maior [18]fit concupiscentia, quanto [19]magno fecit[d] quod [20]concupivit. [21]De brevissimis loculis patrimonium grande profertur. [22]Uno lino decies sestertium inseritur[e]. [23]Saltus et in-

Cap. IX. 1. quaedam *Ad.* quaeque *reliqui.* 2. maris *Ad.* materiis *reliqui.* 3. et apud *Ad.* apud *reliqui.* 4. rata *BC.* data *B. m. sec.* 5. suos *Ad.* vos *reliqui.* 6. sic *Fr. Iunius.* 7. vel negleguntur vel appetuntur *Ad.* vel appetuntur vel negliguntur *reliqui.* 8. gloriae fervor *A.* fervor gloriae *reliqui.* 9. exconcitat *BC.* excitat *Vaticanorum duo.* excutat *Vaticanorum unus.* 10. etsi forte *BCDabcd.* si *A.* 11. erat *BCD.* 12. est *om. d.* 13. ambigente *BCD.* 14. quae *A.* 15. concupiscentia *om. A.* 16. commendavit. Et *ego.* commendavit, ut *Latinius.* commendavit, et *reliqui.* 17. Nam ($A\beta$)*d*, *Rhenanus, Latinius.* Non ($A\varphi$)*BCDabc.* 18. fiat *C.* 19. magno fecit *A.* maiori stetit *B. m. sec.* magni fecit *reliqui.* 20. concupivit $A\beta$., *Salmasius.* cupivit $A\varphi$. concupiit *reliqui.* 21. De brevissimis *Ad., Salmasius.* et brevissimis *BC.* Brevissimis *reliqui.* 22. unioni decies *B. m. sec.* 23. altus *A.*

materiae, unius eiusdemque animalis duos esse census diversissimos. Illum, quem de homine Christiano demonstravimus, censum esse vere laudabilem, sanctum, a deo descendentem: at hunc, quem de gentili, extraneum, alienum, adulterum. Et census, inquit, a deo descendens propterea accusat et damnat deo extraneum, ut reum scilicet gloriae saecularis et minime Christianae." Sed Rigaltius erravit etiam in interpretanda voce *census*, quae h. l. significat *originem*, uti saepius. Cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

Cap. IX. a. si utique] Cf. quae adnotavi ad De Corona cap. 5. Cf. Apolog. cap. 49 „eiusmodi enim, *si utique*, inrisui iudicandum est."

b. apud exteros mutuo rara, apud suos iure, si utique, vel negleguntur vel appetuntur] Haec coniungenda omnino sunt. Quia apud exteros mutuo rara sunt, propterea appetuntur quae iure apud suos, ubi vulgaria, negleguntur.

c. pretia rebus inflammavit] Sic apud alios vulgo *accendere*, vel *incendere*. Ut Plin. H. N. XVIII, 25 „pretia vestium *accendunt*."

d. magno fecit] Reposui scripturam libri Agobardini, quamquam Tertullianus *magni facere* alias dicere soleat. Cf. Ruddim. Instit. Grammat. II, p. 186. III, ed. Stallb.

e. uno lino decies sestertium inseritur.] Uniones intelligit quibus pertusis in linea utuntur feminae. Lineam margaritorum dixit Scaevola l. 26. ad L. Falcid. De unionibus in linea lex est Ulpiani 27. ad L. Aquil. (Rigalt.) Cf. Hieronym. Vita Pauli eremitae ad fin.: „uno filo villarum insunt pretia." Casaub. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 187. (ed. Paris. 1620.) et Salmas. Exercitt. Plin. p. 825.

sulas tenera cervix [24] circumfert. Graciles aurium cutes kalendarium expendunt[f], et [25] sinistra per singulos digitos de saccis singulis ludit[g]. Hae sunt vires ambitionis, tantarum [26] substantiarum usuram uno et muliebri corpusculo baiulare.

24. circumfert *Ad.* fert *reliqui.* 25. in sinistra *BCDab.* 26. substantiarum usuram *A. Salmasius.* usurarum substantiam *reliqui.* — *Subscriptio in BC. est* Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI EXPLICIT LIBER DE HABITV MVLIEBRI. INCIPIT LIBER EIVSDEM DE CVLTV FEMINARVM.

f. kalendarium expendunt] Kalendarium est liber pecuniae quae datur in fenus. Senec. de Benef. I, 2 „Nemo beneficia in *kalendario* scribit, nec avarus exactor ad horam et diem debitorem appellat.“ Id. ibid. VII, 10: „Quid fenus et *kalendarium* et usura, nisi humanae cupiditatis extra naturam quaesita nomina?“ Id. Epist. 87: „Divitem illum putas, quia aurea suppellex etiam in via eum sequitur, quia in omnibus provinciis arat, quia magnus *kalendarii* liber evolvitur?“ Auctor libri De Bono Pudic. inter scripta Cypriani p. 8. ed. Oxon.: „Quid inter fila staminum delicata rigida faciunt metalla, nisi ut fluentes humeros premant et luxuriam infeliciter animi iactantis ostendant? quid cum cervices peregrinis lapidibus urgentur et absconduntur, quorum pretia etiam sine artibus *kalendarium* cuiusvis excedunt?“ Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 107.

g. et sinistra per singulos digitos de saccis singulis ludit.] *Ludit,* h. e. irridet et contemnit. Saccos intellege nummorum. Plin. H. N. XXXIII, 2: „*Manus* et prorsus *sinistrae* maximam auctoritatem conciliavere auro.“ Cf. Id. XXXIII, 1 et 3. et IX, 35. Auct. libri De Bono Pudic., qui inter Cypriani vulgo fertur, p. 9: „Quid cum digiti tali auro onerati nec intrare possunt nec egredi, utrum usus exposcitur, an patrimoniorum inanis pompa monstratur?“

DE

CULTU FEMINARUM

LIBER SECVNDVS.

Cap. I. Ancillae dei vivi, conservae et sorores meae, quo iure deputor vobiscum, postremissimus[a] [1]equidem eo iure conservitii et fraternitatis, audeo ad vos [2]facere sermonem, non utique [3]affectionis, sed affectioni procurans in causa vestrae salutis. Ea salus, nec feminarum modo, sed etiam virorum, in exhibitione praecipue pudicitiae [4]est. Nam cum omnes templum [5]dei simus, inlato in nos et consecrato spiritu sancto eius templi [6]aeditua et antistita[b] pudicitia est, quae nihil inmundum nec profanum inferri sinat, ne deus ille qui inhabitat inquinatam sedem offensus derelinquat[c]. Sed modo [7]nos non de pudicitia, cui indicendae et exigendae sufficiunt instantia ubique divina praecepta, verum [8]de pertinentibus ad [9]eam, id est qualiter vos incedere oporteat. Pleraeque enim ([10]quod ipsum mihi utique reprehendendo in omnibus reprehendere deus

Cap. I. 1. equidem eo *ego.* equidem meo *Ad.* omnium quidem eo *Fr. Iunius et Ios. Scaliger.* omnium qui de meo *reliqui.* 2. facere sermonem *Ad.* verba ista facere *reliqui.* 3. affectionis *Ad.* affectioni *BC.* affectationi *reliqui.* 4. est *Ad.* statuta est *reliqui.* 5. simus dei *c.* 6. aeditua et antistita *Ad.* editua et antistes *B.* aedituus et antistes *reliqui.* 7. nos non *Ad.* non *reliqui.* 8. de *om. A.* 9. eam *Ad.* eandem *reliqui.* 10. quod mihi *A.*

Cap. I. a. postremissimus] Cf. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 19.

b. aeditua et antistita] Pars librorum *aedituus et antistes* habet. Cf. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 348. Hildebr. ad Apul. II, p. 503.

c. offensus derelinquat.] Imitatus est Cyprian. De Habitu Virg. p. 93. ed. Oxon.: „considerantes pariter ac scientes, quod templa dei sint membra nostra, ab omni faece contagionis antiquae lavacri vitalis sanctificatione purgata; nec violari ea aut pollui fas sit, quando qui violat et ipse violetur? Eorum nos templorum cultores et antistites sumus: serviamus illi cuius esse iam coepimus. Paulus in Epistolis suis dicit, quibus nos ad curricula vivendi per divina magisteria formavit: Non estis vestri; empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate deum in corpore vestro. Glorificemus et portemus deum puro et mundo corpore et observatione meliore, et qui per sanguinem Christi domini nostri redempti sumus, per omnia servitutis obsequia redemptoris imperio pareamus, demusque operam, ne quid immundum et profanum templo dei inferatur, ne offensus sedem quam inhabitat derelinquet."

permittat) aut ignorantes simpliciter aut dissimulantes [11]audaciter ita ingrediuntur, quasi pudicitia in sola carnis integritate[d] et stupri [12]aversatione consistat, [13]nec quicquam et extrinsecus opus sit, de cultus dico et ornatus [14]dispositione, studiis [15]formae et nitoris, eandem [16]superficiem incessu circumferentes [17]quam feminae nationum, a quibus abest [18]conscientia verae pudicitiae, quia nihil verum in his qui deum nesciunt praesidem et [19]magistrum veritatis. Nam et si [20]qua in gentilibus pudicitia credi potest, usque [21]adeo imperfectam et inconditam constat, [22]ut, licet [23]in animo aliquatenus tenax sui agat, in [24]habitus tamen [25]licentias sese dissolvat[e], [26]pro perversitate gentilium appetendo cuius rei devitat effectum. [27]Quota denique est quae [28]ne placere quidem extraneis concupiscat? quae non [29]vel idcirco se expingi curet, et neget appetitam[f]? Quanquam et hoc gentili pudicitiae familiare sit, non delinquere, [30]attamen [31]velle, vel etiam nolle, attamen non denegare. [32]Quid mirum?

11. audaciter *Ad.* audacter *reliqui.* 12. aversatione *Ad.* aversione *reliqui.* 13. nec quicquam et *Ad.* nec quicquam *reliqui.* 14. dispositione, studiis *Ad.* dispositione. Sed enim perseverant (perseverent *a.*) in pristinis studiis *reliqui.* 15. formam nitoris sui eandem (eandem sui *Fr. Iunius*) *Latinius et Fr. Iunius.* 16. superficiem incessu circumferentes *ego.* superficiem desu circumferentes *A.* superficiem circumferentes *d.* sui speciem circumferentes *Fulv. Ursinus.* sui circumferentes *Dabc.* circumferentes *BC.* 17. quae *B.* quem *C.* 18. constientia *Aβ.* 19. magistram *BC.* 20 quae gentilibus *Salmasius.* 21. adeo *Ad.* adeo eam *reliqui.* 22. ut licet *abcd.* licet *ABCD.* 23. in animo *Ad.* animo *reliqui.* 24. ambitus *A.* 25. licentias sese *ego.* licentias se *d.* licentias esse *A.* licentia sese *reliqui.* 26. pro perversitate gentilium *Ad.* propter vanitatem gentilium solatium *Salmasius.* propter veritatem gentilium, solatium *reliqui.* 27. Tota *BCDab.* *Pro* effectum *in BC. est* offitium. 28. ne *Ad.* nec *reliqui.* 29. vel idcirco expingi se curet? et neget appetitam? *Ad.* 30. ac tamen *BC. Inducunt Fr. Iunius et Ios. Scaliger.* 31. velle vel etiam nolle, attamen *om. A.* 32. Quid mirum *Ad.* Mirum *reliqui.*

d. in sola carnis integritate] Cyprian. l. l. p. 94. ed. Oxon. „Continentia vero et pudicitia non in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore, ut secundum apostolum quae innupta est sancta sit et corpore et spiritu."

e. in habitus tamen licentias sese dissolvat] In antiquissimo exemplari legitur *in ambitus licentias sese dissolvat.* Quod explicari non incommode videatur, si quis hic *ambitum* dici velit quod supra Tertullianus *superficiem* dixit, corpus videlicet atque ipsius corporis ornamenta, quae animum ambiunt et vestiunt. De pudicitia Christiana disserit eamque gentili perfectiorem esse oportere ostendit. Itaque gentilem pudicitiam adeo perversam esse ait, ut licet animus tenax in pudicitiae nunquam violandae proposito perseveret, ipsa tamen pudicitia in corporis excolendi exornandique licentias ita sese dissolvat et frangat, ut rem appetat cuius devitat effectum, hoc est placere appetat et adolescentium post se trahere suspiria gaudeat, cum tamen alienae libidini, quam ipsa excitavit, succumbere nolit. (Rigalt.) Etiam Salmasius ad Tertull. De Pallio p. 349. hunc locum interpretatus est.

f. et neget appetitam?] Quota est, inquit, pudicarum hodie Christianarum, quae tam austera sit et serio pudica, ut ne placere quidem extraneis concupiscat? quae non curet se expingi et exornari, vel idcirco, ut iis placeat? Quota denique est, quae negare velit, aut quam non pudeat negare se unquam fuisse appetitam? quamquam ea sit et gentilium pudicitia, ut non quidem delinquant, attamen eo se habitu exhibeant, ut velle videantur quod nolint, sic incedant, ut incessu ipso cultuque non denegent quod promittunt impudicae. Tum ingerit: Quid mirum? perversa sunt omnia quae dei non sunt. (Rigalt.)

perversa sunt omnia quae [33]dei non sunt. [34]Viderint igitur quae non totum bonum obtinendo facile et quod [35]obtinent malo [36]commiscent. Vos[g] ab [37]eis, ut in ceteris, [38]incessu quoque [39]divertere necessarium est, quoniam [40]perfectae esse debetis, sicut pater vester qui est in caelis.

Cap. II. Perfectae, [1]id est Christianae [2]pudicitiae, appetitionem sui non tantum non [3]appetendam, sed etiam exsecrandam [3b]vobis sciatis. Primo, quod non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter invitatorem libidinis scimus. Quid igitur [4]excitas in te malum istud? [5]quid invitas cuius te profiteris extraneam? Tum, quod temptationibus viam aperire non debemus, quae nonnunquam quod deus a suis abigat instando [6]perficiunt, certe vel [7]spiritum scandalo permovent. Debemus quidem ita sancte [8]et tota fidei substantia incedere, ut [9]confisae et securae simus de conscientia nostra, optantes perseverare id in nobis, non tamen [10]praesumentes. [11]Nam qui praesumit, [12]minus veretur, [13]qui minus veretur, minus praecavet, [14]qui minus praecavet, plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est, praesumptio impedimentum timoris. Utilius ergo, si speremus nos posse delinquere, [15]quam si praesumamus non posse. Sperando enim timebimus. [16]timendo cavebimus, cavendo salvi erimus: contra si praesumamus, neque timendo neque [17]praecavendo salvi erimus. Qui securus agit, non [18]et sollicitus, non possidet tutam et firmam securitatem. At qui sollicitus est, is vere poterit esse securus. Et de suis quidem servis [19]dominus misericordia sua curet, [20]ut etiam praesumere [21]illis de bono suo feliciter liceat. Quid autem alteri periculo sumus? [22]quid alteri concupiscentiam importamus? [23]quam si deus non ampliando legem

33. dei *Ad.* a deo *reliqui.* 34. Viderint *Ad.* Videant *reliqui.* 35. optinent *Aβ.* 36. permiscent *BCDabc.* 37. eis *A.* illis *reliqui.* 38. incessus *A.* 39. divertere *Ad.* devertere *reliqui.* 40. perfectae esse debetis, sicut pater vester in caelis *om. Ad.*

Cap. II. 1. autem id est *BCDabc.* 2. pudicitiae *Ad.* pudicae *reliqui.* 3. approbandam *Ios. Scaliger.* 3b. a nobis *C.* 4. excitas in te *Ad.* in te excitas *reliqui.* 5. quod *Aβ.* 6. perficiuntur *A.* 7. spiritum scandalo *Ad.* spiritu scandalum *reliqui.* 8. ex *Fr. Iunius.* 9. confisae *AB(m. sec.)d., Fr. Iunius et Ios. Scaliger.* confessae *B(m. pr.)CDabc.* 10. praesumentes *Ad.* praesumere *reliqui.* 11. Namque praesumit *A.* 12. minus iam *Ad.* minus *reliqui.* 13. qui minus veretur *om. BCDabc.* 14. qui minus praecavet *om. BCDabc.* 15. quam si praesumamus non posse *bis extat in Aφ.* 16. timendo cavebimus *bis extat in Aφ.* 17. praecavendo (precando *A.*) salvi *Ad.* cavendo, difficile salvi *reliqui.* 18. et *Ad.* est *reliqui.* qui non est sollicitus *voluit Ios. Mercerus.* 19. deus misericordia *Aβ.* dominus misericordia *Aφ.* dominus pro misericordia *reliqui.* 20. ut *om. BCDabc.* 21. illi *BDab.* 22. quid illis alteri *abc.* Quid illius alteri *Fulv. Ursinus.* 23. Quasi deus non *A.* quam si dominus (deus *d.*) *reliqui.*

g. Vos] Hic in ed. Rigaltii incipit caput secundum.

[24]facto [25]stupri concupiscentiam non discernat in [26]poena, nescio an[a] impune [26b]habeat [27]qui alicui [28]causa fuerit perditionis. Perit enim ille, simul [29]in [30]tuam formam concupierit, [31]et admisit iam in animo quod concupivit, et facta [32]es tu gladius illi[b], [33]ut, etsi a culpa vaces, ab invidia non [34]libereris. Ut, cum in alicuius agro latrocinium gestum est, [35]crimen quidem dominum non [36]continget, dum [36b]rus tamen [37]ignominia notatur, ipse quoque [38]infamia aspergitur. Expingamus nos, ut alteri pereant? Ubi [39]ergo est, Diliges proximum tuum [40]sicuti te ipsum? Nolite vestra [41]tantum curare, sed alterius? Nulla enuntiatio spiritus sancti ad praesentem tantum materiam, et non ad omnem utilitatis occasionem dirigi et suscipi [42]debet. Cum igitur et nostra et aliorum causa versetur in studio periculosissimi decoris, iam non tantum confictae et elaboratae [43]pulchritudinis suggestum[c] recusandum a vobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis oblitterandum dissimulatione et incuria, ut [44]perinde oculorum incursibus molestum. Nam etsi accusandus decor non est, ut felicitas corporis, [45]ut divinae plasticae accessio[d], ut animae aliqua [46]vestis bona, [47]timendus est tamen vel propter iniuriam et violentiam [48]sectatorum, [49]quam etiam pater fidei [50]Abra-

Matth. XIX, 19. XXII, 39.

24. a facto *BCDabc.* 25. stupri (stupri *om. Aφ.*) concupiscentiam non discernat *A.* stupri non discernat *d.* stupri non discernit *reliqui.* 26. poena, nescio *BCDabcd.* 26b. abeat *abc.* 27. quae *d.* 28. causa fuerit *A.* fuerit causa *reliqui.* 29. in *AφBCDabc.* ut (*Aβ*)*d.* 30. tuam formam concupierit *Ad.* tua forma, si concupierit *reliqui.* 31. et admisit iam in animo quod concupivit *om. Ad.* 32. est *Aβ.* 33. ut etsi *AB(m. sec.)Dd.* ut quod si *BC.* ut *reliqui.* 34. libereris *Ad.* liberaberis *reliqui.* 35. crimine *Vaticanorum unus. Probat Fr. Iunius.* 36. continget *Ad.* constringit *reliqui.* 36b. res *BCDabc.* 37. eius ignominia *BCDabc.* 38. in familia *Ad.* non infamia *C.* modo infamia *B.* infamia *reliqui.* ipse quodammodo infamia *B. m. sec.* 39. ergo est *Aφ.* est ergo (*Aβ*)*BCDabcd.* 40. sicuti *Aφ.* sicut (*Aβ*)*BCDabcd.* 41. tantum *om. BCDabc.* 42. debet *Ad.* potest *reliqui.* 43. pulchritudinis *Ad.* cupidinis *BC. Vaticani tres. Probat Fr. Iunius.* libidinis *reliqui.* 44. perinde *Ad.* proinde *reliqui.* 45. et *BC.* 46. vestitus bona *D.* vestis urbana *abc.* 47. timendus est tamen *Ad.* timendum tamen est *reliqui.* 48. sectatorum *AB(m. sec.)d.* septatorum *BC.* spectatorum *reliqui.* 49. quam *d.* quem *A.* quae *reliqui.* 50. habraam *BC.*

Cap. II. a. nescio an] Exemplar Agobardi sic habet: *Quasi deus non ampliando legem facto stupri concupiscentiam non discernat in poena.* Negatione detracta posteriore sensus erit praeclarus: *Quasi deus non ampliando Legem facto stupri concupiscentiam discernat in poena. Nescio an impune habeat qui alicui causa fuerit perditionis.* Ampliavit Legem Christus cum ait: „Audistis quia dictum est antiquis, Non moechaberis. Ego vero dico vobis, Quicunque aspicit mulierem, ut concupiscat“ cett. (Rigalt.)

b. et facta es tu gladius illi] Cyprian. De Habitu Virg. p. 96. ed. Oxon.: „Ceterum si tu te sumptuosius comas, et per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuventutis inlicias, suspiria adolescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, suspirandi fomenta succendas, ut, etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas et velut gladium te et venenum videntibus praebeas, excusari non potes, quasi mente casta sis et pudica.“

c. suggestum] Dixi de huius vocabuli significatu ad De Corona cap. 13.

d. ut divinae plasticae accessio] Cyprianus l. l. p. 99. ed. Oxon.: „quod opus dei et factura eius et plastica adulterari nullo modo debeat“ cett.

ham in uxoris suae specie pertimuit, [51]et Isaac sororem ementitus Rebeccam salutem contumelia redemit[e].

Cap. III. Nunc [1]non sit timenda [2]dignitas formae, ut nec possidentibus [3]gravis, nec appetentibus exitiosa, nec coniunctis periculosa, [4]non exposita temptationibus, [5]non circumdata scandalis existimetur: sufficit, quod angelis dei[a] non est necessaria. Nam ubi pudicitia, ibi vacua pulchritudo, [6]quia proprie usus et fructus [7]pulchritudinis luxuria, nisi si quis [8]aliam messem decori corporis arbitratur. Illae sibi formositatem et datam extendant et non datam [9]requirant, quae quod ab illa flagitatur sibi quoque praestare se putant, cum alteri praestant[b]? [10]Dicet aliquis, Quid ergo non [11]et exclusa luxuria [12]et admissa castitate [13]laude formae sola frui et de bono corporis gloriari licet? Viderit, quem [14]iuvat de carne gloriari. Nobis autem [15]primo quidem nullum gloriae studium [15b]est, quia gloria exaltationis [16]ingenium est. Porro[c] [17]exaltatio non congruit [18]professoribus humilitatis ex [19]praescriptis dei. [20]Dehinc si omnis gloria vana [21]et stuporata[d], quanto magis quae in carne, [22]nobis duntaxat[e]? Nam etsi gloriandum est, [23]in spiritus bonis, non in carne [24]placere velle debemus, quia [25]spiritalium sectatores sumus. [26]Quibus

51. et Isaac sororem ementitus Rebeccam *A.* et sororem mentitus Saram (suam *C.*) *reliqui.*

Cap. III. 1. ut non *B. m. sec.* 2. dignitas me ut *Aφ.* 3. gravis, nec appetentibus *om. A.* 4. non *Ad.* nec *reliqui.* 5. nec *Fr. Iunius.* 6. quid *BC.* 7. et pulchritudinis luxuria *A.* est pulchritudinis luxuria *Hildebrandus.* pulchritudo luxuria *BCDabc.* 8. aliam messem decori corporis *Ad.* alias esse decorem *reliqui.* 9. requirant *Ad.* conquirant *reliqui.* 10. Dicet et *BC.* 11. et *Ad.* est *reliqui.* 12. et *om. BCDabc.* 13. laudes corporis gloriam licet *Ad.* 14. iuvat de *BCDabc.* iucunde *A.* 15. primo quidem *om. BCDabc.* 15b. est *om. BCDabc.* 16. incentivum *B.* 17. exultatio *A.* 18. professoribus *Ad., Rhenanus.* professionibus *BCDabc., Vaticani tres.* 19. praescriptis *Ad.* praeceptis (praecepti *C.*) *BCDabc.* 20. Dehinc *Ad.* Dein *reliqui.* Deinde *Fr. Iunius.* 21. est *A.* est et *Hildebrandus.* 22. vobis *BC.* 23. in spiritus bonis *d.* in spiritu (spiritum *Aφ.*) bonis *A.* in spiritus bono *Dabc.* in spiritu bono *BC.* 24. placitione velle *BC.* 25. spiritalium *ABC.* 26. Quibus *Ad.* In quibus *reliqui.*

e. salutem contumelia redemit] V. Genes. capp. 12 et 26.

Cap. III. a. angelis dei] Fidelibus, sanctis. (Rigalt.) Ludov. de la Cerda rescribi voluit *ancillis dei* pro *angelis dei.*

b. cum alteri praestant?] Quae sic interrogantis accentu legenda sunt, ut si diceret: Nonne pudeat Christianas nativum sibi formae decus augere, vel si desit, arte mendacioque supplere, quae quod ab ea pulchritudine flagitatur, nempe vehementioris libidinis incendium, ac per hoc animae perniciem sibi quoque praestare se putant, quia alteri praestant? Sane, si vere sint Christianae, haud aliter secum putabunt. (Rigalt.)

c. Porro] Atenim. V. quae adnotavi ad De Corona cap. 7.

d. et stuporata] Stuporatam dicit pro stolida et bebeti. Quo sensu dixit Catullus: „Talis iste meus *stupor* nil videt, nihil audit.“ Ipse Tertullianus libro superiore [cap. 6.], ubi de lapillis et calculis: „solum hunc mulierum *stuporem* aedificare noverunt.“ (Rigalt.)

e. duntaxat?] Praesertim. Sic de Virg. Veland. cap. 6 „Tamen inter quodammodo et verum satis interest *duntaxat* in loco.“ Adv. Marcion. V, 8 „ne quid discendi *duntaxat* gratia loquantur.“ Ibid. „aliquam orationem, *duntaxat* spiritalem“ cett.

operamur, [27]illis gaudeamus. De his gloriam [28]carpamus, de quibus salutem speramus. Plane gloriabitur Christianus [29]etiam in carne, sed cum propter [30]Christum lacerata [31]duraverit, [31b]ut spiritus in ea coronetur, non ut oculos et suspiria [32]adulescentium post se trahat[f]. Ita quod ex omni parte in [33]vobis vacat[g], merito et non habentes fastidiatis [34]et habentes neglegatis. [35]Sanctae feminae, si naturaliter speciosae, non adeo sit [36]occasio[h]. Certe [37]si et fuerit, non [38]adiuvare, sed [39]etiam [40]impedire debet.

Quasi gentilibus dicam, [1]gentili[a] et communi omnium praecepto alloquens vos, solis maritis vestris placere debetis. In tantum autem placebitis eis, in quantum [2]aliis placere non curaveritis. Securae estote, benedictae: uxor nulla deformis est marito suo. Satis placuit, cum electa est, [3]seu forma, seu moribus commendata. [4]Ne qua [5]vestrum putet, si temperaverit a compositione sui, odium et [6]aversionem maritorum [7]prosecuturam. Omnis maritus castitatis exactor est, formam vero fidelis [8]quidem non [9]expostulat, quia non [10]isdem bonis quae gentiles [11]bona putant capimur: infidelis contra etiam suspectam habet, [12]vel ex illa scelerata in nos opinione gentilium[b]. Cui ergo pulchritudinem tuam [13]nutris? si Cap. IV.

27. illis gaudeamus *Ad.* in illis et gaudemus *reliqui.* 28. capimus *BCDabc.* 29. etiam *om. BCDabc.* 30. Christum *om. A.* 31. duraverat *BC.* 31b. ut et *BCDabc.* 32. adulescentium *A.* 33. nobis *A.* 34. et habentes neglegatis *om. BC.* 35. Sanctae feminae, si naturaliter speciosae *Ad.* Sancta femina sit naturaliter speciosa *reliqui.* 36. occasioni *BCDabc. Ios. Scaliger emendavit* Sancta femina sit naturaliter speciosa, non ardori occasioni. 37. si et *Ad.* si *reliqui.* 38. adiuvare *Ad.* iuvare *B. m. sec.* ignare *BC.* ignorare *reliqui.* inornare *Heraldus.* 39. etiam *om. Aφ.* 40. impedire debet *Ad.* impedire se debet *reliqui.*

Cap. IV. 1. gentili et communi omnium (*Aβ*)*d.* gentili et communi praecepto *Aφ.* gentiles communionum (coniugum *B m. sec.*) praeceptis *reliqui.* gentiles communione praecepti *Ios. Scaliger.* 2. aliis *Ad.* alteris *reliqui.* 3. seu forma seu moribus *A.* seu moribus seu forma *reliqui.* 4 Ne qua *Ad.* Ne quae *abc.* Neque *BCD.* 5. nostrum *BC.* 6. adversionem (adversione *B.*) meritorum *BC.* 7. persecuturam *BC.* persecuturas *bc.* 8. quidem *om. BCDabcd.* 9. expostulat *Ad.* expectat *reliqui.* spectat *Latinius.* expetit *B. m. sec.* 10. isdem *Aβ.* 11. bona *om. BCDabcd.* 12. vel ex illa scelerata in nos opinione *Ad.* vel propter illam sceleratam in nos opinionem *reliqui.* 13. nutris *Ad.* nutrias *reliqui.*

f. non ut oculos et suspiria adulescentium post se trahat.] Cf. verba Cypriani, quae supra adscripsi.

g. vacat] Cf. adnot. ad De Orat. cap. 15.

h. sit occasio] Non est adeo praeceps in libidinem occasio sanctae feminae nativum formae decus exquisitiore cultu non adiuvantis. (Rigalt.) Amplexus sum libri Agobardini cum Rigaltio scripturam. De altera, si placet, adeas Desid. Herald. Digress. I, 15. p. 221. et I. F. Gronov. Observatt. II, 11.

Cap. IV. a. gentili] Hoc est gentium omnium consensu comprobato. (Rigalt.)

b. etiam suspectam habet, vel ex illa scelerata in nos opinione gentilium.] Quod videlicet Christiani cum matribus et sororibus incestam exercerent libidinem in conventiculis suis. (Rhenanus.) Cf. Apolog. capp. 7, 8 et 9.

[14]fideli, non exigit, si [15]infideli, nisi simplicem non credit. Quid [16]gestis aut [17]suspecto[c] aut non desideranti placere?

Cap. V. Haec utique non [1]in crudam[a] in totum et ferinam habitudinem [2]insinuanda[b] vobis suggeruntur nec de bono [3]squaloris et paedoris suademus, sed de modo et cardine et iustitia corporis excolendi[c]. [4]Non supergrediendum ultra [5]quam simplices et sufficientes munditiae concupiscunt, ultra quam [6]deo [7]placet. In illum enim delinquunt quae cutem medicaminibus [8]urgent[d], genas rubore maculant, oculos fuligine [9]porrigunt[e]. Displicet [10]nimirum illis plastica dei[f], in ipsis [11]se nimirum arguunt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim, cum emendant, cum adiciunt, utique ab adversario artifice sumentes additamenta ista. [12]Is est diabolus. Nam quis corpus [13]mutare monstraret, nisi qui et [14]spiritum hominis malitia transfiguravit? Ille indubitate [15]eiusmodi ingenia[g] [16]concinnavit, [17]ut in vobis pareat[h] manus vos quodammodo deo afferre.

14. fideli *Ad.* fidelis *reliqui.* 15. infideli, nisi simplicem *A.* infideli, simplicem *d.* gentili *reliqui.* 16. gestis *Ad.* gestias *reliqui.* 17. suspecto *Aabcd. Gorziensis.* suspecta *BCD.*

Cap. V. 1. in *Ad.* ad *reliqui.* 2. insinuanda *Ad.* insinuandam *reliqui.* 3. squaloris et paedoris *Ad.* corporis squalorem, sed de pudoris *reliqui.* 4. Non supergrediendum *om. A.* 5. quam quod simplices *BCDabc.* 6. deo *Ad.* domino *reliqui.* 7. placet *AB* (*m. sec.*) *d.* placere *reliqui.* 8. urgent *Ad.* unguent *D.* unguunt *reliqui.* 9. porrigunt *Ad.* colligunt *BCD.* collinunt *B* (*m. sec.*) *abc.* corrigunt *Ios. Mercerus.* 10. illis nimirum *BCDabc.* 11. se nimirum arguunt *Ad.* redarguunt *reliqui.* 12. Is est diabolus *Ad.* id est diabolo *reliqui.* 13. mutare monstraret *Ad.* monstraret mutare *reliqui.* 14. spiritum hominis (hominum *Aφ.*) *A.* hominis spiritum *reliqui.* 15. eiusmodi *A.* huiusmodi *reliqui.* 16. continuavit *BC.* 17. ut in vobis pareat manus vos quodammodo deo afferre (inferre *d.*) *Ad.* ut in nobis quodammodo manus deo inferret *reliqui.*

c. suspecto] Hoc est suspicanti, vel suspicaci. Sic Apolog. cap. 21 „ne, quia praedixerat tertia die resurrecturum se a morte, discipuli furto amoliti cadaver fallerent *suspectos.*“

Cap. V. a. crudam] Cf. supra ad De Cultu Femin. I, 2.

b. insinuanda] De hoc verbo cf. adnot. ad Ad Natt. I, 1.

c. iustitia corporis excolendi.] Sic libro De Pallio [cap. 1.] „iustitiam pallii“ dixit pro pallio bene convenienti, bene sedenti, et supra [De Cultu Femin. I, 8.] „colorem iniustum.“ (Rigalt.) Cf. Salm. ad Tertull. De Pallio p. 103 sq.

d. urgent] Cf. De Paenitentia cap. 11 „si quid ficti nitoris, si quid coacti ruboris *in labia aut genas urgeat?*“

e. oculos fuligine porrigunt.] Stibio, *πλατυοφθάλμῳ*. Sic supra [De Cultu Femin. I, 2.]: „et illum ipsum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur.“ (Rigalt.)

f. plastica dei] Cyprianus l. l. „Opus dei et factura eius et *plastica* nullo modo adulterari debet.“ Tertull. De Spectac. cap. 18 „ut *plasticam* Dei supergressa.“ De Cultu Femin. II, 2 „ut divinae *plasticae* accessio.“ Cf. Ad Natt. I, 12 „*plasticae* manus praecedant necesse est.“ De Idolol. cap. 3 „an *plastes* effingat.“ Apolog. cap. 16 „diximus originem deorum vestrorum a *plastis* de cruce induci.“ De Spectac. cap. 23 „a deo cum *plasmaretur.*“

g. ingenia] Cf. adnot. ad De Corona cap. 8.

h. pareat] Appareat. Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 679. De sententia cf. Cyprian. De Hab. Virg. p. 99. ed. Oxon.: „Manus deo inferunt, quando id quod ille formavit, reformare et transfigurare contendunt, nescientes quia opus dei est omne quod nascitur, diaboli quodcunque mutatur.“

Quod nascitur, opus dei est. Ergo quod [18]infingitur[i], diaboli negotium est. Divino operi satanae ingenia superducere[k] quam scelestum est! Servi nostri ab inimicis nostris nihil mutuantur[l], milites ab [19]hostibus imperatoris sui nihil concupiscunt. De adversario enim eius in cuius manu [20]sis aliquid usui [21]postulare [22]transgressio est. Christianus a malo illo adiuvabitur [23]in aliquo? Nescio [24]an hoc nomen ei perseveret. Erit enim eius [25]de cuius doctrinis instrui concupiscit. [26]Quam autem a [27]vestris disciplinis et professionibus aliena sunt, quam indigna [28]nomini Christiano[m] faciem fictam gestare, quibus simplicitas omnis indicitur[n]? [29]effigie mentiri, quibus [30]in lingua[o] non licet? appetere quod [31]tuum non sit, quibus [32]alieni abstinentia traditur? adulterium in specie[p] exercere, quibus studium pudicitiae [33]sit! [34]Credite, benedictae, quomodo praecepta dei custodietis, [35]lineamenta [36]eius in vobis non custodientes?

Video quasdam [1]capillum croco vertere[a]. Pudet eas etiam na- Cap. VI.
tionis [2]suae, quod non [3]Germaniae atque Galliae[b] sint procreatae,

18. infingitur *Ad.* fingitur *reliqui.* 19. hostibus *A.* hoste *reliqui.* 20. sis *d.* vis *A.* sit *reliqui.* 21. postulavit *A.* 22. congressio *BC.* 23. in aliquo *om. BCDabc.* 24. in hoc nomen et perseveret *A.* 25. de cuius instrui *A.* de cuius iussis (*vel* dolis) instrui *Hildebrandus.* 26. Quam *Aφ.* Quantum (*Aβ*)*BCDabc.* 27. nostris *c., ex emendatione Harrisii.* 28. nomini *ABC.* nomine *reliqui.* 29. effigie mentiri *d., Petr. Ciacconius.* effigiem mentiri *BCDabc.* effigiem ementiri *A.* 30. in *om. BCDabcd.* 31. tuum *Ios. Mercerus.* ad tuum *A.* datum *reliqui.* 32. alieni abstinentia traditur? adulterium in specie *Ad.* alienum abstinentiam (alieni abstinentia *B. m. sec.*) in specie *BCD.* alienum abstinendum: speciem *abc.* 33. est *BCDabc.* 34. Edite *c., ex emendatione Harrisii.* Cedite *Fr. Iunius.* 35. elinia-menta *BC.* 36. eius in vobis *om. BCDabc.*

Cap. VI. 1. capillum *Ad.* et capillum *reliqui.* 2. suae *om. Ad.* 3. Germaniae atque Galliae *d.* Germaniae aquae Galliae *Aβ.* Germania ea quae gallie *Aφ.* Germanae aut Gallae *reliqui.*

i. infingitur] *Τὸ ἐμπλαττόμενον.* (Rigalt.)

k. superducere] Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 11.

l. Servi nostri ab inimicis nostris nihil mutuantur] Cf. De Praescriptt. Haeretic. cap. 12 „Quis servus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini sui, sperat? Quis miles ab infoederatis, ne dicam ab hostibus regibus, donativum et stipendium captat?“

m. indigna nomini Christiano] Reposui dativum. V. Ruddim. Instit. Grammat. II, p. 108. n. 6. ed. Stallb., Hildebr. ad Arnob. adv. Natt. I, 27.

n. quibus simplicitas omnis indicitur?] Cf. Apolog. cap. 28 „nam et alias divinae rei faciundae libens animus *indicitur.*“

o. in lingua] Hoc est per linguam. Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 19.

p. in specie] In vultu, in forma. (Rigalt.)

Cap. VI. a. croco vertere.] *Vertere* est pro mutare. Sic De Pallio cap. 2 „Dies et nox invicem *vertunt.*“ De Virg. Veland. cap. 12 „*vertunt* capillum.“ De Pudic. cap. 6 „statum *vertit.*“ De cura flavorum crinium deque medicaminibus quibus inficiebant capillum mulieres flavumque efficiebant cf. Beckmann Gesch. der Erfind. tom. IV, p. 5 sqq. Wessel. ad Diod. Sic. tom. I, p. 351. Plin. H. N. XXVIII, 12. Martial. Epigr. XIV, 26. cum interprr. Petron. Sat. cap. 110. cum interprr. Burm. ad Propert. II, 2, 57. Stat. Achill. I, 162. Böttiger Sabina tom. I, p. 119 sqq. et p. 139 sqq. p. 160.

b. Germaniae atque Galliae] Sic Apolog.

ita [4]iam capillos transferunt[c]. Male ac pessime sibi auspicantur [5]flammeo capite[d], et decorum putant quod inquinant. [6]Atquin et detrimentum crinibus medicaminum vis inurit, et cerebro perniciem etiam cuiuslibet sinceri [7]humoris assiduitas [8]reservat[e], [9]tum solis animando[f] simul et siccando capillo [10]exoptabilis ardor [11]nocet. Quis decor cum iniuria? quae cum inmunditiis pulchritudo? Crocum capiti suo mulier Christiana [12]ingeret [13]ut in aram? Quodcunque [14]enim immundo spiritui excremari[g] solet, id nisi probis et necessariis et [15]salutaribus usibus [16]adhibetur, ad quod [17]dei creatura
Matth. V, 36. prospecta est, sacrificium videri potest. Sed enim [18]deus ait, Quis vestrum potest capillum [19]album atrum facere, aut album ex atro? [20]Itaque revincunt[h] [21]dominum. Ecce, inquiunt, pro albo vel atro flavum facimus, [22]gratia faciliorem. Quamvis et atrum ex albo [23]conantur[i], quas [24]paeniteat ad senectam usque vixisse. Pro [25]temeritas! Erubescit aetas exoptata votis, [26]furtum [27]conficitur, adulescentia, in qua [28]deliquimus, suspiratur, occasio [29]gravitatis inter-

4. iam capillos *Ad.* patriam capillo *reliqui.* 5. flammeo capite et decorum putant *om. A.* 6. Atquin *Ad.* Atque *reliqui.* 7. umoris *Aβ.* 8. inferat *B. m. sec.* reserat *Fr. Iunius.* 9. tunc *Aβ.* cum *C.* 10. et optabilis *Aφ.* exitiabilis *Melch. Goldastus ap. Meursium Auct. Philol. tom. V. Opp. p.* 750. 11. nocet *om. BCDabc.* 12. ingeret *Ad.* ingerit *reliqui.* 13. ut inurat *B. m. sec.* ut aram *Aβ.* 14. enim *om. A.* 15. salutaribus *Ad., Petr. Ciacconius.* salubribus *reliqui.* 16. adhibetur *A.* adhibeatur *reliqui.* 17. dei creatura prospecta est *Ad.* creatura est dei perspecta (perfecta *B. m. sec.*) *BC.* creatura dei est prospecta *reliqui.* 18. deus *A.* dominus *reliqui.* 19. album atrum *A.* atrum ex albo *reliqui.* 20. Itaque *Ad.* Hae (heae *D.* et hae *BC.*) quae *reliqui.* 21. dominum *A.* deum *reliqui.* 22. gratiae *BCDabc.* 23. conantur *Aφ.* conantur facere (*Aβ*)*BCDabcd.* 24. paeniteat ad senectam *ego.* paeniteat senectam *Ad.* poenituit ad senectam *reliqui.* 25. temeritas *AB* (*m. sec.*) *d.* temeritate *BCD.* temeritatem *reliqui.* 26. et furtum *BC.* 27. conficitur *Ad.* confitetur *reliqui.* 28. deliquimus *AB* (*m. sec.*). delinquimus *reliqui.* 29. gravitatis *Ad.* pravitatis *BDabc.* paternitatis *C.*

cap. 21 „Orpheus *Pieriae,* Musaeus Athenis, Melampus Argis, Trophonius *Boeotiae* initiationibus homines obligaverunt.“ Cf. Ruddim. Instit. Gramm. tom. II, p. 284. ed. Stalib. De re Hieronym. Vit. Hilarionis cap. 3 „rutilus coma et candore corporis indicans provinciam.“ Tacit. Hist. IV, 61. Ammian. Marcell. XV, 12. Manil. IV, 713. Herodian. IV, 7. Ovid. A. A. III, 163. Martial. XIV, 27. Tacit. Germ. cap. 4. Ammian. Marcell. XXVII, 2. Seneca de Ira cap. 26. Lucan. II, 51. Iuven. Sat. XIII, 164. Sil. Ital. III, 608. Martial. XIV, 176. VI, 60.

c. transferunt.] Tanquam in alias terras transferunt, dum peregrinum colorem affectant.

d. Male ac pessime sibi auspicantur flammeo capite] Cyprian. l. l. „Malo praesagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris.“ V. adnot. ad Ad Uxor. I, 6.

e. reservat] In senectutem.

f. animando] Animando, colorando, ut „animatae fruges“ Lucretio et „animata exta“ Arnobio [II, 68. VII, 24.]. Haec Rigaltius. At vide interpretes ad Arnobii locum indicatum, qui rectius *animare* interpretati sunt per accendere et ignibus mollire. Apud Tertullianum interpretor *vegetare.*

g. excremari] Ad Natt. I, 10 „eosdemque odores *excrematis.*“

h. revincunt] Cf. adnot. ad De Testim. Animae cap. 1. Hildebr. ad Apul. De Magia cap. 1. p. 435.

i. atrum ex albo conantur] Clem. Alex. Paedag. III, 11 „*οὐκοῦν οὐδὲ βαπτέον τὰς τρίχας, οὐδὲ μὴν τὰς πολιὰς μεταχρωστέον.*“

polatur. Absit [30]a sapientiae filiabus stultitia [31]tanta. Senectus cum plus [32]occultari studuerit, plus [33]detegetur[k]. Haec est aeternitas [34]vera de [35]capilli iuventute. [36]Hanc [37]incorruptibilitatem habemus [38]superinduere [39]ad novam domum domini, [40]quam monarchia pollicetur[l]. Bene [41]properatis ad dominum, bene festinatis excedere [42]de isto iniquissimo saeculo, quibus [43]ad finem propinquare deforme est.

Quid [1]item tanta [2]ordinandi crinis [3]operositas[a] ad salutem sub- Cap. VII.
ministrat? Quid crinibus vestris quiescere non licet, [4]modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis[b]? Aliae ge-

30. sapientiae *Ad.* a sapientiae (sapientia *C.*) *reliqui.* 31. tantum *BC.* 32. occultari studuerit plus *om. A.* 33. detinetur *Ad.* 34. vera *Ad.* nostra *reliqui. Pro* aeternitas *in Aβ. est* aeteritas. 35. capilli *Ad.* capitis *reliqui.* 36. et hanc *BC.* 37. incorruptibilitatem *Ad.* incorruptibilem *reliqui.* 38. superinduere *d.* semper induere *reliqui.* 39. ad novam domini domum *ego.* ad novam domum *d.* ad novum dominum *A.* ad domum domini *reliqui, liber Pithoei et Divionensis.* 40. quam (qua *A.*) monarchia *Ad.* quam ἀκακία (acacia *BCD.*) *reliqui, liber Pithoei et Divionensis.* 41. festinatis *A.* 42. de iniquissimo *Ad.* 43. ad finem propinquare *Ad.* in fine appropinquare *reliqui.*

Cap. VII. 1. item *Ad.* enim *reliqui.* 2. ordinandi crinis *Ad.* ordinandi capitis *BCD.* ornandi capitis *abc. Gorziensis.* 3. onerositas salutem *BCDabc.* 4. modo substrictis *Dabcd.* modo substructis *BC. Vaticani tres. Omittit A.*

k. plus detegetur.] Rigaltius ex libro Agobardi recepit *detinetur*, h. e. accusatur, crimine (furti et mendacii) tenetur. De verbi *detinere* hoc usu v. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 3.

l. quam monarchia pollicetur.] Succenset feminis Christianis quae circa corporis ornatum nimis occupatae parum meminerant apostoli, ad multo praestantiorem corporum nostrorum apud deum gloriam provocantis. Alludit autem ad illa Pauli ad Corinth. I, 15. et II, 12. iubentis Christianos bene de resurrectione sperare, quae mortalia corpora superinduet immortalitate. Tunc enim futurum, ut beatorum animae redeant ad corpora sua tanquam ad domicilia nova, quippe iam aeterna, quippe superinduta immortalite, tanquam vestimento novo, nullis unquam posthac aetatibus deterenda. Ait igitur frustra occultari senectutem, quae, quo magis premitur, eo magis erumpit, quo plus occultatur, plus accusatur. Dein cum indignatione simul et risu: „Haec est, inquit, aeternitas vera, de capilli iuventute. Hanc inorruptibilitatem habemus superinduere ad novam domum, quam monarchia pollicetur.“ *Monarchiam* dicit deum optimum maximum, sanctissimae trinitatis unitatem; quo sensu vocabulum istud frequentissime usurpavit adversus Praxean disputatione. Haec certissima est loci depravatissimi scriptura. Nec iam moveor illa codicis Divionensis aut Pithoeani cunctis hactenus editionibus receptissima *ad domum domini quam acacia pollicetur.* Quamvis acaciam Plinius et Medici describant spinae genus in Aegypto, Cappadocia, Ponto, unde succus sive gummi tanta ad spissandum vi, ut gallae vicem praebeat coriariorum officinis, adscitam et mulierum fucis, adstringendae cutis laxitati et rugis inducendis, atque etiam capillo tingendo: „*δύναμιν ἔχει στυπτικὴν, μελαίνει δὲ καὶ τρίχας*,“ inquit Dioscorides; et Marcellus inter medicamenta quae capillo nigrando et incrispando dictari aetate sua solebant, acaciae meminit. Verum haec neque apostoli neque Tertulliani sententiae conveniunt satis. Minime autem quae de innocentia quam Graeci ἀκακίαν dicunt, Rhenanus, Pamelius et alii tentavere, codicis subvetusti depravatione decepti. (Rigalt.)

Cap. VII. a. operositas] Cf. De Oratione cap. 18 „quo Paulus et vestium gloriam et auri superbiam et crinium lenoniam *operositatem.*“

b. modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis?] Cf. Laur. Pignor. De Servis in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. Rom. tom. III, p. 1259. *Elisos* cri-

stiunt in [5]cincinnos coërcere, aliae ut vagi et volucres [6]elabantur, non bona simplicitate. [7]Affigitis praeterea nescio quas enormitates [8]subtilium atque textilium capillamentorum[c], nunc in galeri [9]modum quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in [10]cervicem retro suggestum. Mirum, quod [11]non contra [12]dominica praescripta contenditur. Ad mensuram neminem sibi [12b]adicere posse pronuntiatum [13]est. Vos [14]vero adicitis ad pondus [15]colluras quasdam [16]vel scuti umbilicos cervicibus [17]adstruendos[d]. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti[e], ne exuvias alieni capitis [18]forsan immundi, [19]forsan nocentis et gehennae [20]destinati, sancto et Christiano capiti [21]supparetis. Immo [22]omnem hanc ornatus servitutem a libero capite [23]depellite. Frustra laboratis ornatae videri, frustra [24]peritissimos [25]quosque structores [26]capillaturae[f] adhibetis. Deus

5. cincinnos *Ad.* cincinnis *reliqui.* 6. delabantur *Hildebrandus.* 7. Affigitis *ABCD (in marg.) abcd.* custoditis *D.* 8. subtilium *ABCD. Vaticani tres.* sutilium *B. m. sec., et reliqui. Verba* subtilium atque textilium *om. d.* 9. nodum *B. m. sec.* 10. cervicum *Ad.* 11. non *om. BCDabc.* 12. dominica praescripta *A.* dominica praecepta *d.* domini praecepta *reliqui.* 12b. addicare *BC.* additare *B. m. sec.* 13. est *om. A.* 14. vero *Ad.* plane *reliqui.* 15. colluras (*Aβ*)*d., Salmasius Exercitt. Plin. p.*779. collurias *Aφ.* collyrias *Leopoldus.* collyridas (colliridas *D.* colirydas *BC.*) *BCDabc., Ios. Scaliger.* colurulas *B. m. sec.* 16. vel scuti *A., Salmasius.* vel scutorum *B (m. sec.) d. Vaticani.* vel sputorum *BCD.* sputorum *ab., Ios. Scaliger.* scutorum *c.* 17. adstruendos *A., Salmasius.* adstruendo *reliqui.* 18. forsan *Ad.* forsitan *reliqui.* 19. forsan *A.* forsitan *reliqui.* 20. distinati *Aφ.* 21. supparetis *Ad., Fr. Iunius, Ios. Scaliger.* suppares *reliqui.* 22. omnem *om. BCDabc.* 23. depellite *Ad.* propellite *reliqui.* 24. pernitiosissimos *BC.* 25. quoque *Aφ.* 26. capiliturae *Aβ.*

nes vulgo hic volunt esse *depressos,* et quorum fracta forma, ut ait Ludov. de la Cerda. At *elidere* apud Tertullianum ubique significat delere, extinguere, trucidare, ut probant vel ea exempla quae adscripsi ad Apolog. cap. 23. Hinc *elisos* crines rectius interpretabere de rasura vel depilatione (de qua v. interprr. ad Horat. Epist. I, 20, 2. ad Arnob. adv. Natt. II, 41. ad Apul. Metam. IX, 28.), et *suscitatos* de medicaminum opera crinium radices vegetantium et laetius pullulare efficientium.

c. nescio quas enormitates subtilium atque textilium capillamentorum] De galeris et capillamentis fictitiis v. Müller De Genio Aevi Theodos. I, p. 108. Nicolai über den Gebrauch der falschen Haare und Perücken (Berol. 1801.) p. 57. Böttiger Sabina I, p. 141 sq. interprr. ad Iuvenal. Sat. VI, 120. Martial. XIV, 50. Cf. Horat. Sat. I, 8, 48. Iuvenal. Sat. VI, 501. cum interprr., Manil. VI, 146. Casaub. ad Sueton. p. 621. Salmas. ad Tertull. De Pall. p. 352 et 354. Hieronym. ad Demetriadem: „Quando eras in saeculo ea quae erant saeculi diligebas, polire faciem purpurisso et cerussa ora depingere, ornare crinem, et alienis capillis turritum verticem struere.“ Prudent. Psychomach. v. 183 sqq. „Turritum tortis caput accumularat in altum Crinibus, extractos augeret ut addita cirros Congeries celsumque apicem frons ardua ferret.“ Clem. Alex. Paedag. III, 11 „*ἀλλοτρίων δὲ αἱ προθέσεις τριχῶν τέλεον ἔχθληται, ὀθνείας τε ἐπισκευάζεσθαι τῇ κεφαλῇ τὰς κόμας ἀθεώτατον, νεκροῖς ἐνδιδυσκούσαις πλοκάμοις τὸ κρανίον.*“

d. colluras quasdam vel scutorum umbilicos cervicibus adstruendos.] Haec verba copiosius illustrat Salmas. Exercitt. Plin. p. 779. Collurae sunt *κολλύραι* vel scutorum umbones.

e. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti] Ad inquinamentum refer sola capillamenta illa sutilia et textilia, ad enormitatem contra tam haec quam istos scutorum umbilicos ad mensuram et pondus superadditos.

f. structores capillaturae] Cf. Salmas.

vos velari iubet. Credo, ne quarundam capita videantur. Atque utinam miserrimus ego in [27]illa die Christianae exultationis vel [28]infra calcanea vestra caput elevem! [29]videbo, an cum cerussa et purpurisso et croco[g] et in illo [30]ambitu capitis resurgatis, an taliter [31]expictas angeli in [32]nubila sublevent obviam [33]Christo in aëre. Si nunc bona et dei sunt, tunc quoque occurrent resurgentibus corporibus et sua loca agnoscent. Sed non potest resurgere, nisi caro et spiritus solus ac purus. [34]Damnatum est igitur quod in spiritu et carne non resurgit, quia dei non [35]est. [36]Damnatis hodie abstinete. Hodie vos [37]tales deus videat, quales tunc videbit.

Cap. VIII. Videlicet [1]nunc vir [2]ut sexu aemulus[a] feminas a suis depello. [2b]An et nobis quaedam respectu [3]obeundae gravitatis[b] propter metum debitum [4]deo [5]detrahuntur? Siquidem et viris propter feminas, ut feminis propter viros, vitio naturae ingenita est placendi voluntas, propriasque praestigias formae et hic sexus sibi agnoscit, barbam acrius caedere, intervellere, [6]circumradere, capillum disponere, [7]et decolorare canitiem, primam quamque subducere totius corporis [8]lanuginem[c], pigmento quoque muliebri [9]distringere, cetera pulveris cuiusdam [10]aspritudine laevigare, tum speculum omni occasione consulere, [11]anxie inspicere, cum tamen cognito deo adempta placendi voluntate per luxuriae [12]occasionem omnia illa [13]ut otiosa, [14]ut hostilia [15]pudicitiae recusantur. Nam ubi deus, [16]ibi

27. illa *Ad.* illo *reliqui.* 28. infra *Ad.* inter *reliqui.* 29. videbo *Ad.* videre *reliqui, praeter C., qui habet* videte. 30. habitu *Melch. Goldastus.* 31. expictas *Ad.* expictum *Meursius.* expictam *reliqui.* 32. nebula *D.* 33. Christo in aere *Ad.* Christo *reliqui.* 34. Damnatum est igitur quod in spiritu et carne non resurgit *A.* Damnata sunt igitur quae in carne et spiritu non resurgunt *reliqui.* 35. est *A.* sunt *reliqui.* 36. Damnatis hodie abstinete *om. A.* 37. tales deus *Aφ.* deus tales *reliqui.*

Cap. VIII. 1. nunc vir *Ad.* nunc (non *C.*) et vir *reliqui.* 2. ut sexu *Ad.* et sexu *reliqui.* et sexus *Leopoldus.* 2b. Nam *C.* 3. obeundae (obaeundae *A.*) gravitatis (*Aφ.*) *Latinius.* obeundae gratuitatis *Aβd.* obediendae gravitatis *reliqui.* obtinendae gravitatis *B. m. sec.* 4. deo *A.* domino *reliqui.* 5. detrahunt *c., ex tribus Vaticanis.* 6. circumradere *Ad.* circumdare *reliqui.* 7. et decolorare *Ad.* etiam colorare *reliqui.* 8. laniginem *C.* 9. distringere *Ad.* distinguere *reliqui.* 10. aspritudine *Ad.* asperitudine *reliqui.* 11. anxie inspicere *om. A.* 12. occasionem *Ad.* vacationem *reliqui.* 13. aut *A.* 14. aut hostilia *d.* ut ostilia *A.* 15. pudicitiae *om. Ad.* 16. ubi *BC.*

ad Tertull. de Pallio p. 287. Lips. Saturn. Serm. II, 2. p. 926. Opp. ed. Vesal., Böttiger Sabina I, p. 151.

g. cerussa et purpurisso et croco] Cf. Hieronymi verba ex Epist. ad Demetr. supra adscripta. Böttiger Sabina I, p. 25.

Cap. VIII. a. aemulus] Inimicus. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

b. obeundae gratuitatis] Sic habet vetus exemplar hoc sensu: Nos viri, si feminas volumus morigeras nobis suadentibus, ut a corporis cultu ornatuque abstineant, simus invicem grati, et nobis quaedam ipsi etiam detrahi patiamur. Si tamen quis malit *respectu obeundae gravitatis*, non carebit ratione. (Rigalt.)

c. primam quamque subducere totius corporis lanuginem cett.] De depilatione supra dictum est.

pudicitia, ibi gravitas adiutrix et socia [17]eius. Quo ergo pacto pudicitiam sine instrumento [18]suo[d], id est sine gravitate tractabimus? Quomodo autem gravitatem [19]administrandae pudicitiae [20]adhibebimus, nisi et in facie et in cultu et in totius hominis contemplatione severitas circumferatur?

Cap. IX. Quamobrem erga vestitum quoque et reliqua compositionis [1]vestrae impedimenta[a] [2]perinde vobis curanda est amputatio et decussio [3]redundantioris nitoris. Nam quid prodest faciem quidem [4]frugi et expeditam et [5]simplicitatem condignam divinae disciplinae[b] exhibere, cetera vero corporis [6]laciniosis pomparum et delitiarum ineptiis occupare? Hae pompae quam de proximo[c] [7]curent luxuriae negotium et obstrepant pudicitiae disciplinis dinoscere in [8]facile[d] est, quod gratiam decoris cultus societate prostituant: adeo, si [9]desinant, inritam et ingratam reddunt, velut [10]exarmatam et naufragam. Contra si forma [11]deficit, adminiculum nitoris quasi de suo gratiam [12]supplet. Aetates denique [13]requietas iam et in portum modestiae subductas splendor et dignitas cultus avocant et severitatem appetitionibus inquietant, compensantibus scilicet [14]habitus inritamenta pro frigore aetatis[e]. Ergo, benedictae[f], primo quidem [15]ut lenones et prostitutores vestitus et cultus ne in vos admiseritis, tum, si quas [16]divitiarum [17]vel natalium vel retro dignitatum[g] ratio compellit ita pompaticas progredi, ut [18]sapientiam non

17. est eius *C.* 18. suo *Ad.* eius *reliqui.* 19. administrandae *om. BC.* 20. adhibemus *editiones Semleri et Leopoldi, nescio unde.*

Cap. IX. 1. nostrae *BC.* 2. perinde *Ad.* proinde *reliqui.* 3. redumdantioris *Aβ.* 4. fingi *BC.* 5. simplicitate *BCDabc.* 6. laciniosis *ADabcd.* lacrimosis *BC.* lasciviosis *Vaticani tres. Probat Fr. Iunius.* 7. current *A.* 8. facile *ABC.* facili *reliqui.* 9. desinant *A.* desint *reliqui.* 10. exarmatam *Ad.* exornatam *reliqui.* 11. deficit *ABC.* defecit *reliqui.* 12. supplent *Fr. Iunius.* 13. inquietes eam *BC.* 14. habitus irritamenta pro frigore *B. m. sec.* habitus irritamentum pro frigore *d.* habitus inritam est tam per frigora *A.* habitus irritamento pro frigore *reliqui.* 15. et *BC.* 16. vel divitiarum *BCDabc.* 17. suarum vel *BCDabc.* 18. sapientiam non videantur consecutae *Ad.* sapientiam consecutae *reliqui.*

d. sine instrumento suo] Instructior est pudicitia quae gravitatem habet comitem. (Rigalt.)

Cap. IX. a. impedimenta] Per impedimenta hic intelligit totam illam cultus muliebris supellectilem, quae sarcinae cuiusdam instar est. Sic libro De Habitu Mul. [De Cultu Fem. I, 1.]: „Ideo omnia ista damnata et mortuae mulieris impedimenta sunt" (Rhenan.)

b. condignam divinae disciplinae] Sic Apul. Metam. X, 12 „providentiae divinae condignum excipit exitum." De hac structura genitivi v. interprr. ad Apul. Metam. IV, 13. Eckst. ad Vossii Aristarch. tom. III, p. 1069. Adiectivum *condignus* in deliciis est archaizantibus Afris, praesertim Arnobio.

c. de proximo] Cf. adnot. ad De Patient. cap. 7. Ad Uxor. I, 8. et II, 3.

d. in facile] Sic reposui ex scriptis. V. adnot. ad Scorpiac. cap. 1.

e. pro frigore aetatis.] Ait feminas aetate iam defervescente corpora sua tanto studio curare et colere, ut appetitionem sui excitent, et si quid frigus aetatis extinxit, habitus delicati lascivia irritet atque redaccendat. (Rigalt.)

f. benedictae] Cf. adn. ad Ad Mart. c. 1.

g. retro dignitatum] Sic „retro vetu-

videantur consecutae, temperare [19]malum huiusmodi curate, ne totis habenis licentiam usurpetis praetextu necessitatis. Quomodo [20]etenim humilitatem, quam [21]nostri profitentur, implere [22]poteritis, non [23]repastinantes[h] divitiarum vestrarum vel elegantiarum usum, [24]quae tantum ad gloriam faciunt? Gloria [25]autem exaltare, non humiliare consuevit. [26]Non enim quaesitis utemur nostris[i]? Quis autem prohibet uti? Secundum apostolum tamen, qui nos uti mo- 1 Cor. VII, 29—31.
net mundo isto, quasi non abutamur[k]. Praeterit enim [27]habitus mundi huius[l]. Et qui emunt, [28]sic agant, quasi non possidentes. Cur ita? Quoniam praemiserat, dicens, Tempus in collecto est. Si ergo uxores quoque ipsas sic habendas demonstrat, tanquam non [29]habeantur, propter angustias temporum, quid [30]sentiat de vanis [31]his instrumentis earum? Non enim [32]et multi ita faciunt, Matth. XIX, 12.
et se spadonatui [33]obsignant[m] [34]propter regnum dei, tam fortem et utique permissam [35]voluptatem sponte ponentes? [36]Numquid non aliqui ipsam dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino et animalibus [37]esculentis, quorum fructus nulli periculo [38]aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animae suae in victus quoque castigatione deo immolant. Satis igitur et vos usae estis divitiis atque

19. malum *Ad.* saltem ab *reliqui.* 20. etenim *A.* enim *reliqui.* 21. nostri (nrī *Aφ.*) profitentur *Ad.* Christiani profitemur *reliqui.* 22. poteritis *Ad.* poterimus *reliqui.* 23. perpastinantes *Ad.* 24. quae tantum *ego.* quetum *A.* quae *reliqui.* 25. autem exaltare non humiliare consuevit *Ad.* autem reconsuevit *reliqui.* autem regerere consuevit *Rhenanus in marg. ed. pr.* 26. Non enim quaesitis utemur *ego.* Non inquisitis utemur *A.* Non conquisitis utemur *Hildebrandus.* Non enim utemur *reliqui.* 27. habitus mundi huius *Ad.* inquit, habitus huius mundi *reliqui.* 28. inquit, sic agant *BCDabc.* 29. habeant *BC.* 30. sentiat *om. BCDabc.* 31. his *om. Ad.* 32. et multi ita *Ad.* et ita multi *reliqui.* 33. obsignant *Ad.* adsignant *reliqui.* 34. et propter *BCDab.* 35. voluntatem *AβBCD.* virilitatem *reliqui.* 36. Numquid non aliqui *Ad.* Quidam *reliqui.* 37. esculentis *Ad.* exulantes *reliqui.* exolentes *Vaticani tres.* 38. aut sollicitudini *om. A.*

statem" dixit De Orat. cap. 1. De Pallio cap. 1. V. adnot. ad Apolog. cap. 9. De vocabuli *retro* apud Tertullianum usu adnotavi ad De Spectac. cap. 9.

h. repastinantes] De Paenit. cap. 11 „et bisulcum aliquid ferri vel aeris unguibus *repastinandis.*" Ad Marcion. II, 18 „interim commissio iniuriae metu vicis statim occursurae *repastinaretur.*" De Anima cap. 50 „Nec magiae tantum dabit quisquam, ut eximat mortem, aut *repastinet* vitis modo vitam, aetate renovata."

i. utemur nostris?] Haec sub feminarum persona quaerentium quod a suis depellantur. (Rigalt.) Ego emendavi *Non enim quaesitis utemur nostris?* Possis eodem iure *Non enim, inquitis, utemur nostris?*

k. quasi non abutamur.] Expressit illud, inquit Pamelius, „ὡς μὴ καταχρώμενοι." Ut enim χράομαι est utor, ita καταχράομαι est abutor. Tertull. De Corona cap. 10 „Nobis autem abuti apud apostolum non licet, facilius non uti docentem." (La Cerda.)

l. habitus mundi huius.] Habitum dicit quod Paulus σχῆμα. (Rigalt.)

m. se spadonatui obsignant] Pars librorum *adsignant,* quod unde tuearis invenies in adnot. ad De Orat. cap. 16. De re cf. Apolog. cap. 9 „Quidam multo securiores totam vim huius erroris virgine continentia depellunt senes pueri." Ad Uxor. I, 5 „Quot enim sunt qui statim a lavacro carnem suam obsignant?"

deliciis, satis dotum vestrarum [39]fructus decidistis[n] ante notitiam salutarium disciplinarum. [40]Nos sumus, in quos [41]decurrerunt fines saeculorum. Nos destinati a deo ante mundum [42]in extimatione temporali[o]. Itaque castigando et castrando, ut ita dixerim, saeculo erudimur a [43]deo. Nos sumus circumcisio omnium [44]spiritalis et carnalis. [45]Nam et in spiritu et carne saecularia circumcidimus.

Cap. X. Nimirum enim deus [1]demonstravit [2]sucis herbarum et concharum [3]salivis[a] incoquere lanas. Exciderat [4]illi, cum universa nasci iuberet, purpureas et coccineas oves mandare. Deus et ipsarum vestium officinas commentus, [5]quae leves et exiles solo pretio graves essent, deus et auri tanta opera produxit, [6]complectendis et distinguendis lapillis, [7]scrupulosa[b] deus et auribus vulnera intulit, [8]et tanti habuit vexationem operis sui et cruciatus infantiae [9]innocentis tunc primum dolentis, ut ex illis [10]ad ferrum nati[c] cor-

39. fructus decidistis ante notitiam *Ad.* fructum caecidistis. Unde notitia *BCDabc.* fructu. An excidistis de notitia *Latinius.* fructum caecidistis, utique notitia *Meursius.* 40. Noscimus *B. m. sec.* 41. decucurrerunt *BCDabc.* 42. in extimatione temporali. Itaque *d.* in existimatione temporali. Itaque *A.* in extimationem (aestimationem *Dabc.*) temporum, tanquam *BCDabc.* 43. deo *A.* domino *reliqui.* 44. et spiritalis (spiritualis *BC.*) *BCDabc.* 45. Nam et in spiritu et in carne saeculo circumcidimur *Ad.* Nam spiritu et carne secularia circumcidimus *reliqui.*

Cap. X. 1. monstravit *C. Vaticani tres.* 2. sucis *A.* 3. salivis *Ad.* alveis *reliqui.* 4. ille *A.* 5. quae *ABCd.* quo *abc.* quod *D.* 6. contemplandis *BCDabc.* 7. scrupulosa deus et auribus *Aφ.* et scrupulosa deus auribus *Aβ.* scrupulosa deus auribus *reliqui.* 8. et in tanti habitu *A.* 9. innocentis *om. BCDabc.* 10. adferruminati *Ios. Mercerus.* iam ferruminati *Latinius.*

n. fructus decidistis] Ait quasi ad universum genus feminarum: Vos feminae satis, antequam inter homines Christus nominaretur, usae estis divitiis atque deliciis, satis dotium vestrarum usuras, quae maritorum commodis cedere debebant, ipsae decidistis ac praecepistis in omne luxuriae genus, in sumptus insanos, satis permisistis decerpi voluptuarios fructus pulchritudinis, qua dotatae fueratis. Lusistis; satis est. Nunc inciderunt alia tempora, et maioris momenti negotia vos tenent. Salutarium disciplinarum notitia nos alio vocat, ante ipsius mundi exordia destinavit nos deus victuros in extimis temporibus, in extimatione temporali, hoc est in fine temporum, quo tempore cogitandum nobis non de terrenis ac momento perituris, verum de caelestibus ac perpetuo duraturis. (Rigalt.)

o. in extimatione temporali.] Cf. adnot. ad Natt. I, 1.

Cap. X. a. salivis] Non raro Plinius *salivae* vocabulum usurpat pro humore et succo. Ac de purpuris et muricibus dixit: „Lentorem cuiusdam cera salivant." (Rigalt.) Cf. Salmas. ad Solin. p. 807 sq.

b. scrupulosa] Unde gemmarum scrupuli penderent. (Rigalt.) Scrupulosa vulnera interpretor subtilia.

c. ad ferrum nati] Natum ad ferrum corpus dicit quod, simul ut natum est, ferro vulneraretur, ima auricilla infantium pertusa. (Rigalt.) Cf. Cyprian. De Hab. Virg. pag. 98 sq. (ed. Oxon.): „Nunc quanta ignorantia veri est, animi quanta dementia, id velle quod et nocuerit semper et noceat, et putare quod inde ipsa non pereas, unde alios periisse cognoscas? Neque enim deus coccineas aut purpureas oves fecit aut herbarum sucis et conchyliis tingere et colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis et margaritis contexta serie et numerosa compage digestis monilia instituit, quibus cervicem quam fecit absconderes, ut operiatur illud quod deus in homine formavit et conspiciatur id desuper quod diabolus adinvenit. An vulnera inferri auribus deus voluit, qui-

poris cicatricibus grana nescio quae penderent, quae plane Parthi [11]peronibus quoque suis bullarum vice inserunt[d]. Quamquam et aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad [12]vincula servire [13]referunt gentilium litterae[e]. Adeo non veritate bona sunt, sed raritate; [14]artibus autem per angelos peccatores, qui et ipsas materias prodiderunt, inductis[f] operositas[g] cum [15]raritate commissa [16]pretiositatem et ex ea libidinem [17]possidendae pretiositatis [18]feminarum excitavit. [19]Quod si iidem angeli qui et materias [20]eiusmodi [21]et inlecebras detexerunt, [22]auri dico et [23]lapidum inlustrium, et [24]operas eorum tradiderunt, [25]et iam ipsum [26]calliblepharum [27]vellerumque tincturas inter cetera docuerunt, damnati a deo sunt, ut Enoch refert, quomodo placebimus deo, gaudentes rebus illorum qui iram et animadversionem [28]dei propterea provocaverunt? [29]Nunc ut ista prospexerit deus, deus permiserit, nullam [30]de conchylio vestem Esaias [31]increpet, [32]nullum botronatum[h] retundat, Ies. III, 18 sqq.

11. peronibus quoque suis bullarum (bulbarum *A.*) *Ad.* per omnia quaeque sua bullarum *reliqui.* 12. vincla *Dabc.* 13. ferunt *Ad.* 14. artibus autem per angelos peccatores, qui et ipsas materias prodiderunt, inductis operositas *Ad.* Per angelos autem peccatores demonstrata sunt communi et ipsas materias prodiderunt et operositas *BC.* Per angelos autem peccatores demonstrata sunt qui (qui *om. D.*) et ipsas materias prodiderunt et (ut *B. m. sec.*) operositas *B* (*m. sec.*) *Dabc.* 15. raritas *Fulv. Ursinus.* 16. pretiositate (pretiositatem *C.*) ex ea libidine *BCDabc.* excitet ad libidinem *B. m. sec.* pretiositate ex ea libido *Latinius.* 17. possidendae (possidenda *Aφ.*) de pretiositate *A.* 18. feminas *B. m. sec.* 19. Quod iidem (idem *BCD.*) angeli *BCDabc.* *Fulv. Ursinus correxit* Quod si iidem angeli — — ad illecebras detexerunt. 20. huiusmodi *bc.* et eiusmodi *BC.* 21. et *om. BCDabc.* 22. auri *Ad.* aurum *reliqui.* 23. lapidum inlustrium *Ad.* argentum illustrium *reliqui.* 24. operas *Ad.* opera *reliqui.* 25. et iam ipsum *Ad.* etiam *reliqui.* 26. calliblefarium *A.* 27. vellerumque *Aabcd.* vel plerumque *BCD.* palpebrarumque *B. m. sec.* 28. dei propterea *om. BCDabc.* 29. Nunc ut ista prospexerit deus permiserit *A.* Nunc deus ista prospexerit, deus permiserit (promiserit *BC.*) *BCDabc.* 30. de est conchylio *BC.* detextam conchylio *B. m. sec.* *Pro* conchylio *in A. est* concilio, *et* Eseias *pro* Esaias. 31. increpat *BC.* 32. nullum botronatum redundat, nullas lunulas reprobet *A.* nullas lunulas reprobet, nullum botronatum retundat *reliqui.*

bus innocens adhuc infantia et mali saecularis ignara crucietur, ut postea de aurium cicatricibus et cavernis pretiosa grana dependeant, gravia, etsi non suo pondere, mercium quantitate? Quae omnia peccatores et apostatae angeli" cett.

d. quae plane Parthi peronibus quoque suis bullarum vice inserunt.] V. supra De Cultu Femin. I, 7. Cf. Salmas. ad Tertull. De Pallio p. 395.

e. cuidam genti ad vincula servire referunt gentilium litterae.] Eadem referebat supra lib. I. cap. 7.

f. artibus autem per angelos peccatores, qui et ipsas materias prodiderunt, inductis] Cf. De Cultu Femin. I, 2. cum adnot.

g. operositas] Opus, manupretium. Utitur hoc vocabulo Irenaeus pro labore et aerumna lib. II, cap. 19. (Rigalt.) *Operositas* apud Tertullianum eodem sensu semper positum est quo usurpat Quinctil. Inst. Orat. VIII, 3: „Est etiam quae *περιεργία* dicitur, supervacua, ut sic dixerim, *operositas*, ut a diligenti curiosus et a religione superstitio distat." Sic etiam ap. Flav. Vopisc. Vit. Taciti cap. 11: „Vitreorum diversitate atque *operositate* vehementer est delectatus." Tertull. De Anima cap. 2 „Quanta difficultas probandi, tanta *operositas* suadendi." De Oratione cap. 14 „auri superbiam et crinium lenoniam *operositatem*." De Cultu Fem. II, 6 „ordinandi crinis *operositas*." Cf. etiam Ad Natt. I, 4.

h. botronatum] Botronatum dicit co-

nullas lunulas[i] reprobet, tamen non ut gentiles, ita nos quoque nobis [33]adolemur[k], institutorem [34]solummodo deum existimantes, non etiam [35]despectorem institutorum suorum. Quanto enim [36]utilius et cautius egerimus, si [36b]praesumamus omnia quidem a deo provisa tunc et [37]in saeculo posita, [37b]uti nunc [38]essent in quibus disciplina servorum eius probaretur, ut [39]per licentiam utendi continentiae [40]experimenta procederent? Nonne sapientes patresfamiliae de industria quaedam servis suis offerunt [41]atque permittunt, ut experiantur, an [42]et qualiter permissis utantur, si probe, si [43]moderate? Quanto autem laudabilior qui abstinuerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam domini? Sic igitur [44]et apostolus,

I Cor. X, 23. Omnia, inquit, licent, sed non omnia [45]expediunt[l]. Quanto facilius inlicita timebit qui licita verebitur?

Cap. XI. Quae autem vobis [1]causae [2]extructius prodeundi, cum [3]remotae sitis ab his quae [4]talium indigent. Nam nec templa [5]circumitis, nec spectacula postulatis, nec festos dies [6]gentium nostis. Propter [7]istos enim [8]conventus et [9]multum videre ac videri omnes pompae in publicum proferuntur, [9b]aut ut [10]luxuria negotietur [10b]aut gloria

33. adolemur *A.* adulemur *reliqui.* 34. solummodo deum *Ad.* deum solummodo *reliqui.* 35. dispectorem *Semlerus perperam.* 36. utilius *Ad.* melius *reliqui.* 36 b. praesummamus *Aβ.* 37. in *om. BCDabc.* 37 b. uti *ABCcd. Vaticani tres.* ut *Dab.* 38. essent *d., Fr. Iunius.* esset *reliqui.* 39. perlicentia *A.* 40. experimenta procederent *Ad.* experientia procederet *reliqui.* 41. adque *Aβ.* 42. et qualiter *AB(m. sec.)d.* aequaliter *Dabc.* aequalem *BC.* 43. moderate *Ad.* modeste *reliqui.* 44. et *om. A.* 45. expediunt *Ad.* aedificant *reliqui.*

Cap. XI. 1. causae *Ad.* causa est *reliqui.* 2. extructius *Ad.* structius *reliqui.* 3. remoti *A.* 4. ad aliud indigent *BCDabc.* 5. circumitis *Ad.* circuitis *reliqui.* 6. gentium *A.* gentilium *reliqui.* 7. istos *Ad.* ipsos *B. m. sec.* ipsum *reliqui.* 8. conventum *BCDabc.* 9. multum videre hac *A.* mutuum videre ac *reliqui.* 9 b. ut aut *Leopoldus.* 10. luxuriae *A.* 10 b. aut ut *Fr. Iunius.*

mae struicem corymbiatam. Hesychius: „*Βοτρυδὸν, ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἐχομένη, ὡς οἱ βότρυες τὰς ῥᾶγας ἔχουσι πυκνάς.*“ (Rigalt.) Plura invenies apud Salmas. Exercitt. Plin. p. 536 sq. Cf. Cyprian. l. l. p. 98 „et auferet dominus gloriam vestis illarum et ornamenta earum, et crines et cincinnos et *lunulas* et discriminalia et armillas et *botronatum* et dextralia et anulos et inaures et serica contexta cum auro et hyacinthino.“

i. lunulas] Isidor. Origg. XIX, 31 (ad Hieronym. vers. Esai. III, 16.): „Lunulae sunt ornamenta mulierum, in similitudinem lunae bullae dependentes.“ Cf. Plaut. Epist. V, 1, 33. Aldhelm. de Virg. cap. 26 „Ornamentorum gloria tam discriminalia capitum et periscelides crurum, quam olfactoriola nardi et crepundia collo *gemmiferis lunulis* pendentia ad stipem mancis, et matricularis prodiga liberalitate contulerunt.“ Id. ibid. cap. 8 „collum *lunulis* et lacertos dextralibus ornari, ac gemmiferis digitorum anulis comi concupiscit.“ Sunt istae quas Esaias *μηνίσκους* vocat. Hesychius: interpretatur *περιτραχήλια, μανιάκια, περιδέραια.*

k. adolemur] De hac scriptura v. adnott. ad Apolog. capp. 25 et 34.

l. sed non omnia expediunt.] Cf. Cyprian. l. l. p. 96 „Locupletem te dicis et divitem, sed non omne quod potest, debet et fieri, nec desideria prolixa et de saeculi ambitione noscentia ultra honorem ac pudorem virginitatis extendi, cum scriptum sit: *„Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia aedificant.“*

insolescat. Vobis autem nulla procedendi causa non tetrica[a]. Aut [11]inbecillus [11b]aliqui ex fratribus [12]visitatur, aut sacrificium offertur, aut dei [13]sermo administratur. [14]Quidvis horum gravitatis [15]et sanctitatis [16]negotium est, cui opus non sit habitu extraordinario, [17]et composito et soluto. [18]Ac si necessitas amicitiarum officiorumque gentilium vos vocat, cur non vestris armis indutae [19]procedatis, tanto magis, quanto ad extraneas fidei? ut sit [20]inter dei ancillas et diaboli discrimen, ut exemplo sitis illis, ut [21]aedificentur in vobis, ut, quomodo ait apostolus, magnificetur deus in corpore ve- Phil. I, 20.
stro. [22]Magnificatur autem [23]in corpore per pudicitiam, utique et per habitum pudicitiae competentem. Sed enim [24]a quibusdam dicitur, ne [25]blasphemetur nomen [26]in nobis, si quid de pristino habitu et cultu detrahamus. Non auferamus ergo [27]vitia pristina: simus et moribus iisdem, [28]si et superficie eadem, et tunc vere non [29]blasphemabunt nationes. Grandis blasphemia est [30]ex qua dicatur: Ex quo facta est Christiana, pauperius [31]incedit. [32]Timebis pauperior videri, ex quo locupletior facta [37]es, et sordidior, ex quo mundior? Secundum gentilium, an secundum dei placitum incedere Christianos oportet?

Optemus tantummodo ne iustae blasphemationis causa simus. Cap. XII.
Quanto autem [1]magis blasphemabile est, si, quae sacerdotes pudicitiae dicimini, impudicarum ritu procedatis cultae [2]et expictae[a]? Aut [3]quid minus [4]habeant infelicissimae illae [6]publicarum libidinum victimae[b]? [7]quas etsi quae leges a [8]maritalibus et matronalibus

11. inbecillus *Ad.* imbecillis *reliqui.* 11b. aliqui *Ad.* aliquis *reliqui.* 12. visitatur *Ad.* visitandus *reliqui.* 13. sermo *Ad.* verbum *reliqui.* 14. Quidvis *Ad.* Quodvis *B (m. sec.) abc.* quamvis *BCD.* 15. et sanctitatis *om. A.* 16. negotium est cui *AB (m. sec.) d.* negotium et cui *abc.* negotium et si cui *BCD.* 17. et soluto, sed composito *Aug. Neander.* 18. hac *A.* 19. procedatis *A.* procedite *BC.* proceditis *reliqui.* 20. inter dei ancillas et diaboli *A.* inter ancillas diaboli et dei *reliqui.* 21. aedificentur in vobis, ut quomodo ait apostolus *om. A.* 22. magnificetur *A.* 23. in corpore per *Ad.* si per *reliqui.* 24. a quibusdam dicitur *Ad.* dicitur a quibusdam *reliqui.* 25. blasfemetur *Aβ.* 26. eius in nobis *ab. Gorziensis. Voculam* eius *praeter nostros libros omittunt etiam tres Vaticani.* 27. nobis et vitia *BCDabc.* 28. sit et superficies *B. m. sec.* 29. blasfemabunt *A., pro more.* 30. ex qua *Ad.* si qua *reliqui.* 31. incedit *ABCDad.* incedere *bc.* 32. Timebit *BCDabc.* 33. est *BCDabc.*

Cap. XII. 1. magis *om. BCDabc.* 2. aut *BCDabc.* 3. qui *AB., Hildebrandus.* 4. habeant *A.* habent *reliqui.* 6. impudicae *B.* impudicarum *CD. Vaticani tres.* 7. quas etsi quas *A.* quas si quae *reliqui.* 8. maritalibus *Ad.* matronis *reliqui.*

Cap. XI. a. causa non tetrica.] Hoc est: Nulla procedendi causa non gravis, non seria, non sancta. (Rigalt.)

Cap. XII. a. expictae?] Sic supra cap. 7 „an taliter *expictas* angeli in nubila sublevent obviam Christo in aëre." et cap. 2 „*expingamus* nos, ut alteri pereant." Infra: „Thamar illa quae se *expinxerat.*" Martial. Epigr. VII, 8 „*Expingitque* genas."

b. publicarum libidinum victimae?] Ita De Pallio cap. 4 „Aspice lupas *populariorum libidinum* nundinas." Tertull. De Spectac. cap. 17 „prostibula *publicae libidinis hostiae.*" Hieronym. in Ionam cap. 3 „Differentia erit inter matrem do-

decoramentis coërcebant, iam certe saeculi [9]improbitas quotidie insurgens honestissimis quibusque feminis usque ad errorem [10]dinoscendi coaequavit[c]. Quamquam lenocinia formae [11]nunquam non prostituto corpori coniuncta [12]et debita etiam scripturae suggerunt. Illa civitas valida, quae super [13]montes septem et plurimas aquas [14]praesidet, [15]prostitutae [16]appellationem a domino [17]meruit. Sed quali habitu [18]appellationi suae comparata est? Sedet certe in purpura [19]et coccino et auro et lapide pretioso[d]. [20]Quam maledicta sunt sine quibus non potuit maledicta et prostituta [21]describi!

Gen. XXXVIII, 14 sq. Thamar illa, quia se [22]expinxerat et ornaverat, idcirco Iudae [23]suspicione visa est [24]sedere, [25]adeoque sub velamento latebat, habitus qualitate quaestuariam mentiente, [26]ut quaestuariam et [27]voluerit et compellarit et pactus sit. Unde addiscimus adversus congressus [28]et suspiciones impudicas providendum omni modo esse. Quid enim castae mentis integritas [29]alterius suspicione maculatur? quid [30]speratur in me quod aversor? [31]quid non meos mores habitus [32]praenuntiat, ne spiritus per aures ab impudentia vulneretur? [33]Liceat videri pudicam, certe impudicam [34]non licet.

Cap. XIII. 1 Sam. XVI, 7. [1]Aliqua [2]fors[a] dicet, Non est mihi necessarium hominibus probari: nec enim [3]testimonium hominum requiro; deus conspector [4]est cordis. Scimus omnes, [5]dum tamen quid idem per apostolum

Phil. IV, 5. dixerit recordemur: Probum vestrum coram hominibus appareat. Ad quid, nisi [6]ut malitia [7]accessum ad vos omnino non habeat,

9. improbitatis *BC.* 10. dinoscendi quoaequavit *A.* 11. quam *A.* 12. est *A.* 13. montes septem *ABCDad.* septem montes *bc.* 14. possidet *BC.* 15. cum prostitutae *BCDabc.* 16. a domino appellationem *bc.* 17. meruit. Sed quali *Ad.* meruisset, quali *reliqui.* 18. appellationis *BCD.* 19. cum coccino *BCDabc.* 20. Quam *Ad.* quae *reliqui.* 21. describi *om. A., prob. Hildebrando.* 22. expincxerat *Aβ.* 23. suspicioni *BCDabc.* 24. sedere *A.* quaestui sedere *reliqui.* 25. adeoque *ABCd.* adeo quia *reliqui.* 26. ut *Ad.* et fecit, ut *reliqui.* 27. voluerit et compellarit (compellaverit *d.*) et pactus sit *Ad.* voluit et compellavit et pactus est *reliqui.* *Pro* quaestuariam et *Fr. Iunius maluit* quaestuaria, nam et. 28. etiam et *ACDabc.* 29. in alterius *BCDabc.* 30. spectatur *B. m. sec.* 31. quid non meos mores (mores meus *d.* meos mores meus *Hildebrandus.* meoferes meos *A.*) *Ad.* cur non mores meos *reliqui.* 32. praenuntiat *Aφ.* pronuntiat *reliqui.* 33. licet *Fr. Iunius.* iaceat *B.* 34. scilicet *Ad.* si licet *Hildebrandus.*

Cap. XIII. 1. Aliqua *Aabcd.* licet aliqua *D.* Iacet aliqua *BC.* Hic aliqua *B. m. sec.* 2. fors dicet *Ad.* forsan dicat *B* (*m. sec.*) *abc.* forsan dicam *BCD.* 3. testimonium hominum *Ad.* humanum testimonium *reliqui.* 4. cordis est *BCDabc.* 5. dum *Ad.* cum *reliqui.* 6. ut *om. BCDabc.* 7. accessum ad vos *Ad.* ad vos accessum *reliqui.*

mini et *victimas libidinum publicarum.*" Id. ad Gerontiam de Monogamia: „Si *publicarum libidinum victimas* superet." Id. ad Heliodorum: „Membra Christi et hostia viva placentem deo cum *publicarum libidinum victimis* nefaria colluvione violavit."

c. coaequavit.] V. Apolog. cap. 6. De Pallio l. l.

d. et lapide pretioso.] Haec de civitate meretrice habet etiam Cyprianus l. l. p. 97 sq.

Cap. XIII. a. fors] Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 8.

[8]vel ut malis [9]exemplo et testimonio sitis? Aut quid est, Luceant [10]operae vestrae? [11]Quid autem nos dominus [12]lucem mundi vocat? Matth V, 14—16. quid civitati [13]super montem constitutae comparavit, si non relucemus [14]in tenebris et extamus inter [15]demersos? Si lucernam tuam sub [16]modio abstruseris, in tenebris [17]derelicta a multis [18]incurseris necesse est. [19]Haec sunt quae nos luminaria mundi faciunt, bona scilicet nostra. Bonum [20]autem, dumtaxat verum et plenum, non [21]amat tenebras; [22]gaudet videri [23]et in ipsas denotationes exultat. [24]Pudicitiae Christianae satis non est esse, verum et videri. Tanta enim debet esse plenitudo eius, ut emanet ab animo [25]ad habitum et [25b]eructet a conscientia in superficiem, ut et [26]a foris[b] inspiciat quasi [27]supellectilem[c] suam, [28]quae conveniat fidei continendae in perpetuum. Discutiendae [29]sunt enim deliciae quarum mollitia et [30]fluxu[d] fidei virtus effeminari potest. Ceterum nescio an manus [31]spatalio[e] circumdari solita [32]in duritiam catenae stupescere sustineat. Nescio an crus [33]periscelio[f] laetatum in nervum se [34]patiatur [35]artari. Timeo cervicem, ne margaritarum et smaragdorum laqueis occupata locum [36]spathae non det. Quare, benedictae, meditemur

8. vel ut (velud *A.*) *Ad.* et ut *reliqui.* 9. et exemplo *BCDabc.* 10. operae vestrae *A.* opera vestra *reliqui.* 11. Quid autem *Ad.* Aut quid *reliqui.* 12. lucem mundi vocat *Ad.* lumen terrae vocavit *reliqui.* 13. super *Ad.* supra *Dabc.* sub *BC.* 14. in tenebris *Ad.* inter tenebrosos *BCDa.* inter tenebras *bc.* 15. dimersos *Dabc.* diversos *BC. Vaticani tres.* 16. modio *Ad.* modium *reliqui. Pro* abstruseris *in BC. extat* obstruxeris. 17. derelicta *d.* delicta *A.* relicta *BC.* relictae *reliqui.* 18. incurseris *d.* incluseris *A.* incuseris *reliqui. Pro* necesse *Aφ. habet* necessis. 19. et haec *BC., pro more. Sic iidem paulo infra* et bonum *pro* Bonum. 20. autem, dumtaxat verum et plenum *om. A.* 21. hamat de (*de om. Aφ.*) tenebras *A.* 22. sed gaudet *BCDabc.* 23 et in ipsas denotationes *Ad.* et ipsa denotatione sui *reliqui.* 24. Pudicitia *ABC.* 25. ad *Ad.* in *reliqui.* 25b. eruptet *BC.* 26. a foris *Ad.* foris *reliqui.* 27. superlectilem *B.* 28. quae *Ad.* ut *reliqui.* 29. sunt enim *Ad.* enim sunt *reliqui.* 30. luxu *Meursius.* 31. spathalio *BC.* 32. in duritiam *Ad.* in duritia *reliqui.* 33. periscelio (periscaelio *A.*) laetatum *Ad.* de periscelio *Dabc.* de peristello *BC.* 34. patitur *BC.* 35. artari *A.* 36. spathae *ABCabcd.* spatae *d.*

b. a foris] *Aforis* ut *deforis, abintus* et *deintus.* (Rigalt.) Cf. Plin. Hist. Natt. XVII, 24, 37. Auct. incert. de Limit. p. 314. Ioh. de Ianua: „*Aforis,* adverbium loci, penultima correpta, significat *de loco* vel *in loco.*“ Utitur etiam Possidius in Vita S. Augustini cap. 26. Alios locos indicat Du Cangius s. v.

c. supellectilem] Liber Vindobonensis habet *superlectilem,* quemadmodum hoc vocabulum constanter scriptum extat in Arnobii pervetusto illo codice Parisino.

d. fluxu] De hoc vocabulo cf. adnot. ad De Spectac. cap. 10.

e. spatalio] Est armilla vel brachiale mulierum. Cf. Salmas. in Solin. p. 537.

f. periscelio] Periscelium dicit quod Iuvenalis Sat. VI. *periscelidem.* (Rigalt.) Cf. Horat. Epist. I, 17, 56. cum interprr., Petron. Satyr. cap. 67. Isidor. Origg. XIX, 31 „crurum ornamentum mulierum quo gressus earum ornatur.“ Cf. Plin. H. N. XXXII, 12. Ovid. A. A. III, 272. Senec. Hippol 320. Clemens Alexandrinus Paedag. II, 12. appellat *πέδας περισφυρίους.* Aldhelm. De Virgin cap. 26 „et periscelides crurum.“ Cyprian. de Habit. Virg. l. l. „sint a compedibus aureis pedes liberi.“ Glossae Vett.: „Periscelides, ornamenta vel circuli aurei crurum muliebrium.“ Cf. Visconti Mon. Borgh. p. 181.

duriora, et non sentiemus: relinquamus laetiora, et non desiderabimus. Stemus [37]expeditae ad omnem vim, nihil habentes quod relinquere timeamus. Retinacula ista sunt spei nostrae. Proiciamus ornamenta terrena, si caelestia optamus. Ne dilexeritis aurum, in quo [38]omnia delicta populi [39]Israël denotantur. Odisse debetis quod [40]patres perdidit[g], [41]quod a relinquentibus deum adoratum est. [42]Etiam tunc aurum ignis[h] est [43]esca. Ceterum tempora [44]Christianis semper, et nunc vel maxime, non auro, sed ferro transiguntur: stolae [45]martyriorum praeparantur, [46]angeli baiuli sustinentur[i]. Prodite vos [47]iam medicamentis et ornamentis exstructae [48]prophetarum et apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictae oculos verecundia et [49]os taciturnitate, inserentes in aures [50]sermones dei, adnectentes cervicibus iugum Christi. Caput maritis subicite, et satis ornatae eritis. Manus lanis occupate, pedes domi figite, et plus quam in auro [51]placebitis. [52]Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiae. Taliter pigmentatae deum habebitis amatorem.

37. expedite *abc.* 38. omnia *Ad.* prima *reliqui.* 39. Israël (Isrl *Aφ.* isrl[3] *B.*) *ABCd.* Israëlis *reliqui.* 40. patres *Ad.* Iudaeos *reliqui.* 41. quod a relinquentibus deum adoratum est *Ad.* quod derelinquentes deum adoraverunt *reliqui.* 42. Etiam *Ad.* Iam *reliqui.* 43. esca *om. Ad.* 44. Christianis *Ad.* Christianorum *reliqui.* 45. martyrorum *BC.* 46. angeli (anguli *Aφ.*) baiuli *Ad.* angelis baiulis *reliqui.* 47. iam *om. Ad.* 48. prophetarum et *om. BCDabc.* 49. os *Ad.* spiritus *reliqui.* 50. sermones *Ad.* sermonem *reliqui.* 51. placebitis *Ad.* placebunt *reliqui.* 52. Vestite vos serico probitatis *om. A.* — *In Aβ. libri subscriptio est* DE CVLTV FEMINARV LIB. II. EXPLICIT.

g. quod patres perdidit.] Antea legebatur *quod Iudaeos perdidit.* Glossema est et interpretamentum eius quod Tertullianus scripserat *patres.* (Rigalt.)

h. ignis] Aeterni illius qui apud inferos ardet, paratus ad supplicium peccatorum.

i. angeli baiuli sustinentur.] Hoc est angeli expectantur qui in caelum sublevent obviam Christo. Sic ipse Tertullianus supra [cap. 7.]: „Videbo an cum cerussa et purpurisso et croco et illo ambitu capitis resurgatis, an taliter expictas angeli in nubila sublevent obviam Christo in aëre.“ (Rigalt.) De verbo *sustinere* cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

DE
EXHORTATIONE CASTITATIS.

In scripturae discrepantia Tertulliani verbis subiecta

A significat codicem scriptum Parisinum, St. Agobardi (*Aφ* ex collatione Hildebrandi, *Aβ* ex collatione Steph. Baluzii).
B - - - Vindobonensem.
C - - - Leidensem.
D - editionem principem, quae prodiit Basileae a. MDXXI.
a - - Ioh. Gangneii, quae prodiit Parisiis a. MDXLV.
b - - Sigism. Gelenii, quae prodiit Basileae a. MDL.
c - - Iac. Pamelii, quae prodiit Antverpiae a. MDLXXIX.
d - - Nicol. Rigaltii, quae prodiit Parisiis a. MDCXXXIV.

*DE

EXHORTATIONE CASTITATIS**.

Non dubito, frater, te post uxorem [1]in pace praemissam ad Cap. I.
conpositionem animi conversum de exitu singularitatis cogitare[a] et utique [2]consilii indigere. Quamquam [3]in huiusmodi[b] cum fide sua conloqui [4]debet unusquisque eiusque vires consulere, tamen quoniam in ista specie[c] carnis [5]necessitas cogitatum [6]movet, [7]quae fere apud eandem conscientiam [8]fidei resistit, opus est fidei extrinsecus [9]consilio tamquam advocato adversus carnis [10]necessitates. Quae quidem necessitas [11]facillime circumscribi potest, si voluntas potius dei quam indulgentia consideretur. Nemo [12]indulgentia utendo promeretur, sed voluntati obsequendo. Voluntas dei est sanctificatio 1Thess. IV,3.

* INCIPIT DE EXHORTATIONE CASTITATIS *Aβ*. DE EXHORTATIONE CASTITATIS *BCDcd., libri scripti bibliotheae Magliabechianae n.* 527., *n.* 528., *n.* 529., *et bibliothecae Laurentianae plut. XXV., n. XII., Vaticani tres, et Politiani liber.* EXHORTATIO AD CASTITATEM *ab.*

Cap. I. 1. in pacem remissam (praemissam *d.*) *Ad.* 2. consilium digere *BCD.* consilium digerere *B. m sec. et Laurentianus.* consilium dirigere *abc. Gorziensis liber.* 3. et *BCDabc. Laurentianus.* de *Latinius.* 4. debeat *BCDabc. Laurentianus.* 5. necessitatis *Aβ.* 6. monet *BC.* 7. quaerere apud *BCDabc. Laurentianus.* 8. fidei *d., Ios. Mercerus.* fidem *A.* in fidem *Hildebrandus.* quae fidei *reliqui.* 9. consilium tanquam advocatum *BCDabc. Laurentianus.* 10. necessitatem *BCDabc. Laurentianus.* 11. facillime *om. BCDabc. Laurentianus.* 12. indulgentia utendo *Ad.* indulgentiam audendo *reliqui.*

** Titulum fecit huic operi Tertullianus DE EXHORTATIONE CASTITATIS, eadem forma qua legimus in catalogo eorum quae vetustissimo codice Agobardi continentur, DE SCORPIACE, DE PRAESCRIPTIONE HAERETICORVM, et apud Cyprianum DE EXHORTATIONE MARTYRII. Quae sunt intellegenda, uti si concepta essent EXHORTATIO AD CASTITATEM, SCORPIACE, PRAESCRIPTIO ADVERSVS HAERETICOS, EXHORTATIO AD MARTYRIVM. Sic libro De Pudicitia [cap. 15.] dicit „de *exhortatione sanctimoniarum,*“ pro „exhortatione ad sanctimonias.“ (Rigalt.) Quod ad titulum cf. etiam De Fuga in Persecut. cap. 14 „*deductor omnium veritatum, exhortator omnium tolerantiarum.*“ Adde Ibid. cap. 1. et Adv. Prax. cap. 2. „paracletum, *deductorem omnis veritatis.*“ De Ieiun. cap. 10 „paracleto, *duce universae veritatis.*“

Cap. I. a. de exitu singularitatis cogitare] Hoc est de tuo eventu, qui iam singularis et superstes coniugi tuae degis. (Rigalt.)

b. in huiusmodi] Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 12.

c. in ista specie] De voc. *species* cf. Desider. Heraldus ad Apologet. cap. 1.

Lev. XI, 44 sq. XIX, 2. XX, 7. IPetr. I, 16.

nostra. Vult enim imaginem suam nos etiam [13]similitudinem fieri, ut simus sancti, [14]sicut ipse sanctus [15]est. Id bonum, sanctificationem dico, in species [16]distribuo complures, ut in aliqua [17]earum deprehendamur. Prima species est virginitas a nativitate: secunda, virginitas [18]a secunda nativitate, id est a lavacro, quae aut in matrimonio purificat ex compacto, aut in viduitate perseverat ex arbitrio: tertius gradus superest [19]monogamia, [20]cum post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiatur. [21]Prima virginitas felicitatis est [22]non nosse in totum a quo postea optabis liberari: [23]secunda virtutis est contemnere [24]cuius vim [25]optime noris: [26]reliqua species [27]hactenus nubendi[d] post matrimonium morte disiunctum praeter [28]virtutis etiam modestiae laus est. [29]Modestia est enim ablatum non desiderare, et ablatum a [30]domino deo, sine

Matth. X, 29.

cuius voluntate nec folium de arbore [31]delabitur nec passer assis unius ad terram cadit.

Cap. II. Iob. I, 21.

Quam denique modesta illa vox est: [1]Dominus dedit, dominus abstulit, ut domino visum est, ita factum est. [2]Et ideo si nuptias [3]sublatas restauremus, sine dubio contra voluntatem dei nitimur, volentes habere [4]rursus quod [5]habere nos noluit. [6]Si enim voluisset, non abstulisset. [7]Nisi si et hoc voluntatem dei interpretamur,

13. similitudine *Fulv. Ursinus et Fr. Iunius.* 14. sicut ipse *Aφ.* sicuti ipse (*Aβ*)*d.* sicut et ipse *c. Laurentianae.* sicuti et ipse *reliqui.* 15. est, inquit. *BCDabc. Laurentianus.* 16. distribuo complures (*Aβ*)*d.* distribui complures *Aφ.* distribuit complures *reliqui.* distribui complures oportet *Fulv. Ursinus.* 17. earundem *A.* 18. a secunda nativitate id est a lavacro, quae *Ad.* ut ex arbitrio suo vidua maneat, cum alibi dicas damnandam si nupserit, id est a lavacro aquae *BCDab. Laurentianus.* a lavacro aquae *ceteris omissis c.* a lavacro aquae, id est, ut ex arbitrio suo vidua maneat *Fulv. Ursinus.* 19. monogamiae *BCDabc. Laurentianus.* 20. cum post — — renuntiatur *om. BC.* 21. Prima felicitas prima virginitas est *BCDabc. Laurentianus.* Prima felicitas primae virginitatis est *Fulv. Ursinus.* 22. non nosse a quo postea optabis liberari in totum *Dabc. Laurentianus. In BC. haec verba cum iis quae sequuntur usque ad voc.* contemnere *desunt.* 23. secundae virginitatis est *Dabc.* secunda felicitas secundae virginitatis est *Fulv. Ursinus.* 24. cuius *om. BCDabc. Laurentianus.* 25. quam optime *BCDabc. Laurentianus. Pro* novis *BC. Laurentianus habent* moris. 26. reliquas *BC. Laurentianus.* 27. hactenus *BCDabcd. Laurentianus.* sanctae (scē *Aβ.*) *A.* 28. virtutes *BCDabc. Laurentianus.* 29. Modestia est enim *Ad.* Modestiae enim laus est *Dabc. Omittunt BC. Laurentianus.* 30. domino deo *Ad.* deo domino *reliqui.* 31. delabitur *Ad.* labitur *reliqui.*

Cap. II. 1. deus *D. Verba* dominus dedit *absunt in A., et verba* dominus dedit — — factum est *desiderantur in BC.* 2. Et *om. BCDabc.* 3. ablatas *BCDabc.* 4. rursus *om. A.* 5. haberetur *A. Quo in vocabulo latere puto* iterum, *vel* rursus *illud.* 6. minime abstulisset. Si enim voluisset *A.* 7. nisi si et hoc *Ad.* nisi et in hoc *reliqui.*

d. hactenus nubendi] Apud Tertullianum *hactenus* non semel est pro *non ultro, numquam posthac.* De Testim. Animae cap. 1 „*hactenus* sapiens et prudens habebitur qui prope Christianum pronuntiaverit.“ De Praescript. Haeret. cap. 11 „Vidua a iudice petebat audiri, quia non admittebatur, sed ubi audita est, *hactenus* institit.“ De Pallio cap. 2 „*Hactenus* Sodoma, et nulla Gomorra.“ Adv. Hermog. cap. 34 „etiam mare *hactenus.*“ De Resurr. Carnis cap. 58 „Deus enim delebit omnem lacrymam ab oculis eorum, et mors *hactenus.*“ Adde De Iciun. cap. 10.

quasi [8]et rursus voluerit habere quod iam [9]noluit. Non est bonae et solidae fidei sic omnia [10]ad voluntatem dei referre, et ita [11]adulari *sibi* unumquemque dicendo nihil fieri sine [12]nutu eius, ut non intellegamus [13]esse aliquid in nobis ipsis. Ceterum excusabitur omne delictum, si [14]contenderimus nihil fieri a nobis sine dei voluntate, [15]et ibit definitio ista in [16]destructionem totius disciplinae, etiam ipsius dei, si [17]aut quae non vult de sua voluntate [18]producat, aut nihil est quod deus non vult. Sed [19]quomodo vetat quaedam quibus etiam supplicium aeternum comminatur (utique [20]enim quae vetat non vult, a quibus et offenditur), [21]sic et e contrario quae vult praecipit et [22]accepto facit et aeternitatis mercede dispungit[a]. [23]Itaque cum utrumque ex praeceptis eius didicerimus, quid [24]nolit et quid velit, [25]tamen nobis est voluntas [26]et arbitrium eligendi alterum, sicut scriptum est: Ecce posui ante te bonum et malum: gustasti [27]enim de [28]agnitionis arbore. Et ideo non debemus quod [29]nostro expositum est arbitrio [30]in domini referre voluntatem, [31]quod non ipse vult aut non vult quod bonum est qui malum non vult. Ita nostra est voluntas, cum malum volumus adversus dei voluntatem, qui bonum vult. Porro[b] si quaeris, unde [32]venit ista voluntas, qua quid volumus adversus dei voluntatem, [33]dicam, Ex nobis ipsis. Nec temere. Semini [34]enim tuo respondeas necesse [35]est; siquidem ille princeps [36]et generis et delicti Adam voluit quod deliquit. Neque enim diabolus voluntatem [37]ei imposuit delinquendi, sed materiam [37b]voluntati submi- Sirac. XV, 18.

8. et rursus nos voluerit habere *Ad.* rursus vellet in nos *reliqui.* rursus vellet in nobis *Fulv. Ursinus.* 9. noluit deus *BCDabc.* 10. et voluntatem *Aφ.* et in voluntatem *Hildebrandus.* 11. adulari sibi unumquemque *d., ex emendatione Fulvii Ursini.* adulari (adhulari *Aβ.*) unumquemque *Du.* adulari ad unumquemque *bc.* adulari utrumque *BC.* adulari utrinque *B. m. sec.* 12. iussione *BCDabc.* 13. esse aliquid *Ad.* aliquid esse *reliqui.* 14. continuerimus *BCDabc.* 15. et ibit (hibit *Aβ.*) definitio ista in *Ad.* et ibi definito (diffinito *BC.*) istam *reliqui.* At tibi definio istam *Fulv. Ursinus.* 16. distructionem *BC.* 17. et me *BC.* et quae *Dabc.* 18. producit *BCDabc.* 19. quomodo *AφBCDabc.* quando (*Aβ*)*d. Fulv. Ursinus.* 20. enim *Ad.* etiam *reliqui.* 21. sic et e contrario quae vult *ego,* sicut e contrario quae vult *Ad.* sicut et quae vult *reliqui.* 22. accepto facit *Ad.* accipit *reliqui.* 23. Itaque (Igitur *Aβ.*) cum vult utrumque *A.* 24. nolit et quid velit *A.* velit et quid nolit *reliqui.* 25. tamen *Ad.* iam *reliqui.* 26. et arbitrium *om. BCDabc.* 27. enim *om. A.* 28. agnitionis (agnitatis *Aβ.*) arbore *A.* arbore agnitionis *reliqui.* 29. nostri *BCDabc.* 30. in dominum referre et in voluntatem *Hildebrandus.* in domino (dño *Aβ.*) referrae in voluntatem *A.* in dei referre voluntatem *reliqui.* 31. quod non ipse vult aut non vult quod bonum est *A.* quos vult ipse et velle *reliqui.* 32. veniat *BCDabc.* 33. ut dicam *BCDabc.* 34. enim *om. BCDabc.* 35. esse *Aφ.* 36. et *om. BCDabc.* 37. eis *ab. Gorziensis.* eius *B* (*m. pr.*) *CD.* 37b. voluntatis *BCDabc.* voluntati *Ad. Latinius.*

Cap. II. a. aeternitatis mercede dispungit] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 37.

b. Porro] De hac particula cf. adnot. ad De Corona cap. 7.

nistravit. Ceterum voluntas dei [38]in obaudientiam venerat. Proinde et tu si non [39]oboedieris deo, qui te proposito praecepto liberae potestatis instituit, per voluntatis libertatem volens [40]deverges in id quod deus [41]non vult, [42]et ita te putas a diabolo subversum, qui [43]etsi quid vult te velle quod deus non vult, [44]non tamen facit ut et velis, quia nec tunc [45]istos protoplastos ad voluntatem [46]delicti subegit, immo neque invitos neque ignorantes quid deus [47]nollet. Utique enim nolebat fieri, [48]cum admisso mortem destinabat. Ita diaboli opus unum est, [49]temptare, [50]an velis, quod in te est, ut velis. [51]At ubi voluisti, sequitur ut [52]te sibi subigat, non operatus in te voluntatem, sed nactus [53]occasionem voluntatis. Igitur cum solum [54]sit in nobis velle, [55]et in hoc probetur nostra [56]erga deum mens, an ea [57]velimus quae cum [58]voluntate ipsius faciunt, [59]alte et impresse[c] recogitandam esse dico dei voluntatem, quid etiam in occulto velit.

Cap. III. Quae enim [1]in manifesto, scimus [2]omnes, eaque ipsa qualiter [3]in manifesto sint perspiciendum est. Nam [4]etsi quaedam videntur voluntatem dei sapere, dum [5]ab eo remittuntur, non statim omne quod permittitur ex mera et tota voluntate proce-
1 Cor. VII, 6. dit eius qui permittit. [6]Ex indulgentia est quodcumque permittitur. Quae etsi sine voluntate non est, quia tamen aliquam habet causam in [7]illo cui indulgetur, quasi de invita venit voluntate, passa causam sui[a] quae cogit voluntatem. Vide, qualis sit voluntas [8]cuius

38. ob inaudientiam *BC.* ei in obedientiam *Fulv. Ursinus.* 39. obedieris *A.* obaudieris *reliqui. Pro* deo *Aφ. habet* domino. *Negatio ante* oboedieris *non comparet in a.* 40. devergis in id *abc.* devergi sinit *BCD.* 41. noluit *BCDabc.* 42. Ita te putas a diabolo *BCD.* ita deputat diabolo *abc.* Ita te puta a diabolo *Fulv. Ursinus.* 43. etsi quid vult evelle *Aφ.* etsi quid vult velle *Aβ.* etsi vult te velle *BCDabc.* 44. non tamen facit, ut et *om. A.* 45. istos *Ad.* invitos *reliqui.* 46. dilecti *Aφ.* 47. nollet *ADbcd.* nolet *a.* nolit *BC.* 48. cum *Ad.* cui *reliqui.* 49. temperare *B(m. pr.) CD.* 50. an velis, quod in te est, ut velis *ego.* an velis qui ante (quante *Aφ.*) est ut velis *A.* quod in te est, ut velis *reliqui.* 51. adhubi *A.* 52. te sibi subigat *BCDabc.* et sibi subiungat *Ad.* 53. occasionem voluntatis (volumptatis *A.*) *Ad.* possessionem voluntatis *reliqui.* 54. erit *BCDabc.* 55. et in hoc probetur *Ad.* in hoc probatur *reliqui.* 56. in *BCDabc.* 57. volumus *BC.* 58. voluntate ipsius faciant *Ad.* voluntate (voluntatem *BC.*) eius sapiant *reliqui. Post haec verba in Dabc. incipit caput tertium.* 59. alte et impresse *Ad.* Alte impresse *BCDab.* A te impresse *Fulv. Ursinus.*

Cap. III. 1. in manifesto *Ad. Latinius.* manifesto *reliqui libri.* 2. omnes *om. A.* 3. in manifestis intus inspiciendum est *A.* 4. si *BCDabc.* 5. ab eo remittuntur *Hildebrandus.* habeo remittuntur *A.* a deo permittuntur *reliqui.* 6. Ex *(Aβ)BCDabcd.* ut ex *Aφ.* At ex *Hildebrandus.* 7. illo *Ad., Fulv. Ursinus.* loco *reliqui.* 8. eius cuius *BCDabc.* ea cuius *Fulv. Ursinus.*

c. impresse.] Cf. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 5. Adde De Ieiun. cap. 10. — In exemplaribus ante Rigaltium vulgatis perperam distinctum est *ipsius faciant. Alte et impresse* cett., ita ut post *faciant* incipiat caput tertium.

Cap. III. a. passa causam sui] De verbo *pati* cf. adnot. ad Apolog. cap. 21. Sic infra cap. 4 „quasi iam recogitationem excessus sui *passa*."

[9]alter est causa. Secunda [10]item species consideranda est [11]purae voluntatis. Vult nos deus [12]agere quaedam placita sibi, in quibus non [13]indulgentia patrocinatur, sed disciplina dominatur. Si tamen [14]alia istis praeposuit, utique quae magis vult, [15]dubiumne est ea nobis [16]sectanda esse quae mavult, [17]cum quae minus vult, [18]quia alia magis vult, [19]perinde habenda sunt atque si nolit? Nam [20]ostendens quid magis velit, minorem voluntatem [21]maiore delevit. Quantoque notitiae tuae utramque proposuit, tanto [22]definiit id te sectari debere quod [23]declaravit se magis velle. Ergo si ideo declaravit, [24]ut id secteris quod magis vult, sine dubio, nisi ita facis, contra voluntatem [25]eius sapis, sapiendo contra potiorem eius voluntatem, [25b]magisque offendis quam promereris, quod vult quidem faciendo [26]et quod mavult respuendo. Ex [27]parte delinquis; ex parte, si non delinquis, non tamen promereris. [28]Non porro et promereri nolle delinquere est? Secundum [29]igitur matrimonium, [30]si *est* ex illa dei voluntate quae indulgentia [31]vocatur, [32]negabimus meram [33]voluntatem cui [34]indulgentia est causa, si [35]ex ea cui potior alia praeponitur continentiae magis appetendae didicerimus non potiorem a potiore [36]rescindi. Haec [37]praestrinxerim, ut iam apostoli [37b]voces decurram. Inprimis autem non videbor inreligiosus, [38]si quod ipse profitetur animadvertam, omnem illum indulgentiam nuptiarum de suo, id est de humano sensu, non de divino [39]praescripto induxisse.

9. altera sit *BCDabc.* 10. iterum *BCDabc.* 11. non purae *d., Fulv. Ursinus.* 12. agere quaedam placita sibi *Ad.* sibi placita *BCDabc.* facere sibi placita *B. m. sec.* sibi placita facere *Fulv. Ursinus.* 13. indulgentia patrocinatur *d.* indulgentiam patrocinatur *A.* indulgentia operatur patrocinatur *BCD.* indulgentia operatori patrocinatur *reliqui.* 14. alia istis praeposuit *Ad.* alia (talia *B.*) ista praeponit (proponit *BCD.*) *reliqui.* et alia ista praeponit *Fulv. Ursinus.* 15. Nec dubium est *Fulv. Ursinus.* 16. sectanda *Ad.* texenda *B.* exequenda *B. m. sec.* taxanda *CDabc.* 17. cum quae minus vult, quia *Ad.* quam ea quae minus vult. Qui (Qui *om. B.*) *reliqui.* cum ea quae minus vult qui *Fulv. Ursinus.* 18. quia alia magis vult *om. B.* 19. perinde (preinde *Aφ.*) habenda sunt (sint *d.*) atque (adque *Aβ.*) *Ad.* proinde habenda sunt *reliqui.* proinde habenda sint quasi nolit *Fulv. Ursinus.* 20. ostendens *Ad.* ostendendo (ostendenda *B.*) *reliqui.* 21. maiorem *A.* 22. definiit *Ad.* definivit (diffinivit *B.*) *reliqui.* 23. declaravit se *Ad. et B. m. sec.* paruit eum *abc.* paravit te *reliqui.* 24. ut id *Ad.* uti *reliqui.* 25. dei sapiendo *A.* 25b. magis *A.* 26. et quod mavult *Ad.* quod mavult *B (m. sec.) abc.* mavult *B (m. pr.) CDabc.* 27. patre delinqui *A.* parte non delinquis *Latinius.* 28. Non porro *A.* Porro *reliqui, sine interrogationis signo in clausula sententiae.* 29. igitur *Ad.* itaque *reliqui.* 30. si est ex *d., Fulv. Ursinus.* si ex *libri omnes scripti et editorum reliqui.* 31. vocatur *Ad.* cogitur *reliqui.* 32. negavimus *BCD.* 33. voluntatem *om. BCDabc.* 34. indulgenda *BCD.* 35. ex ea *Ad., Fulv. Ursinus.* 36. rescindit *A.* scindi *CDabc.* discindi *B.* 37. praestrinxerim *Ad.* praestruxerim *reliqui.* 37b. voce *BCDabc.* 38. si quod ipse profitetur animadvertam *Ad.* si quid ipse protetur (profiteretur *B.*) continentiam magis appetendam didicerimus. Iam animadvertam *reliqui. Scripturae libri Leidensis (C.) discrepantias annotare hic desino. Concinit tantum non in omnibus cum Vindobonensi.* si qui quod ipse profitetur, continentiam magis appetendam didicerimus, iam animadvertam *Fulv. Ursinus.* 39. praescriptu *BDabc.*

Nam et cum [40]de viduis et innuptis definiit, uti nubant, si continere non possunt, quia melius [41]sit nubere quam uri, conversus
1 Cor. VII, 10. ad [42]alteram speciem, Nuptis autem denuntio, inquit, non [43]quidem ego, sed dominus. [44]Ita ostendit [45]ex translatione personae suae [46]in dominum id quod supra dixerat [47]non ex [48]domini persona, sed ex sua pronuntiasse, Melius [49]est nubere quam uri. Quae [50]vox[b] licet ad eos pertineat [51]qui inupti vel vidui a fide deprehenduntur, quia tamen [52]omnes eam ad nubendi licentiam amplectuntur, velim [53]pertractare quale bonum ostendat quod melius est poena, quod non potest videri bonum nisi pessimo comparatum, ut ideo bonum sit nubere, quia deterius [54]sit ardere. Bonum ita est, si perseveret nomen obtinens sine comparatione, non dico mali, sed etiam boni alterius, ut, etsi bono alii [55]comparatur et alio adumbratur, [56]nihilominus remaneat [57]in boni nomine. Ceterum si per mali [58]condicionem cogitur [59]bonum dici, non tam bonum est quam genus mali inferioris, quod a superiore malo [60]obscuratum ad nomen boni impellitur. [61]Aufer denique condicionem comparationis, ut non [62]dicas, Melius est nubere quam uri, et quaero an dicere audeas, Melius est nubere, non adiciens [63]quid sit id quod melius est. Ergo quod non melius, utique nec bonum, [64]quia abstulisti et removisti [65]condicionem comparationis, quae dum melius illud [66]facit, [67]ita bonum haberi cogit. Melius [68]est nubere quam uri sic accipiendum est, [69]quomodo melius est uno oculo quam duobus carere:

40. de viduis et innuptis definiit (definivit *abc.*) *Aabcd.* debuisset innuptis definivit *BD.* 41. sit nubere *Ad.* est nubi *BDab.* est nubere *c.* 42. aliam *BDabc.* 43. quidem *om. BDabc.* 44. Ista *Aβ.* 45. ex translatione *A.* ex tralatione *d.* extra rationem *reliqui.* 46. in dominum id *d.* in deum et *BD.* dominum et *abc.* in dño id *A. Pro* dixerat *in A. est* dixerant. 47. id non *BDabc.* 48. domini persona *Ad.* persona domini *reliqui.* 49. esse nubi *BDab.* 50. voluntas licet *A.* 51. qui innupti (nupti *A.*) vel vidui a fide deprehenduntur, quia *Ad.* qui sunt innupti vel vidui *c.* qui sunt nupti vel viduae (vidui *b.*) qui *BDab.* qui sunt nupti vel viduae, cum *Fulv. Ursinus.* 52. omnes eam ad nubendi licentiam amplectuntur *Ad.* tamen nubendi licentiam amplectuntur *reliqui, et Fulv. Ursinus, qui mavult* amplectantur. 53. retractare *BDabc.* 54. est ardere. Bonum ita est si perseveret nomen obtinens *d.* sit si perseveret nomen optinens *A.* est ardere. Bonum ita est (et *BD.*) si per se nomen hoc obtinet *reliqui.* 55. comparatur et alio (ab alio *BDabc.*) adumbratur *ABDabc.* comparatum et alio adumbratum *Ios. Mercerus.* comparetur et ab illo adumbretur *Fulv. Ursinus.* 56. nihil omnino *B.* 57. in boni nomine *Aabcd.* id boni nominis *BD.* 58. collationem *BDabc.* 59. bonum *om. BDabc.* 60. obsturbatum *B.* 61. Aufer denique conditionem *Ad.* Aufer denique dictionem *abc.* auferendique dictionem (condictionem *B. m. sec.*) *BD.* 62. discas *Aβ.* 63. quid sit id quod (quo *abc.*) melius est. Ergo quod non melius, utique *abcd.* quid sit fieri, melius est ergo fieri. Quod non melius utique *BD.* quid sit melius utique *A.* quid sit melius. Itaque nec bonum *Hildebrandus.* 64. qui *A.* 65. indictionem *B.* condictionem *B. m. sec.* inditionem *D.* dictionem *abc.* 66. facit alio, ita *abc.* 67. ita (id *B. m. sec.*) haberi *BD.* 68. esse nubi *BDabc.* 69. ac si melius *BDabc.*

b. Quae vox] Pro *vox* in libro Agobardi legitur *voluntas.* Ad sensum nil differt.

si tamen a comparatione discedas, non erit melius unum oculum [70]habere, quia nec bonum. Nemo igitur [71]captet ex hoc capitulo defensionem, quod proprie ad [72]innuptos et viduos spectat, quibus nulla adhuc coniunctio numeratur. Quamquam ostenderim etiam [73]illis intellegendam esse permissi condicionem.

Ceterum de secundo matrimonio scimus [1]plane apostolum pro- Cap. IV. nuntiasse, Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem, [2]sed si I Cor. VII, 25—40. duxeris, non [3]delinques. [4]Perinde tamen et huius sermonis ordinem de consilio suo, non de divino praecepto introduxit. Multum autem interest inter dei praeceptum et consilium hominis. Praeceptum [5]domini, inquit, non habeo, sed consilium do, quasi misericordiam [6]consecutus a domino fidelis esse. [7]Ceterum neque in evangelio neque [7b]in ipsius Pauli epistolis ex praecepto dei [8]invenias permissam matrimonii [9]iterationem[a]. Unde unum habendum confirmatur, quia quod a domino permissum non invenitur, id [10]agnoscitur [11]interdictum. Adde quod et haec ipsa [12]humani consilii [13]interiectio, quasi iam recogitationem excessus[b] sui passa, statim se [14]refrenat et revocat, cum subiungit, Verumtamen huiusmodi pressuram carnis habebunt, cum parcere se eis dicit, cum tempus in [15]collectum esse adicit, quo oporteat etiam habentes matrimonia pro non habentibus agere, cum sollicitudinem [16]nuptorum et innuptorum committit. Per haec enim docens, cur non expediat nubere, [17]dissuadet ab eo quod supra indulserat. Et hoc [18]de primo matrimonio, quanto magis [19]de secundo? Cum [20]vero nos ad exemplum suum hortatur, utique ostendens quid nos velit esse, id est continentes, pariter declarat quid nos esse [21]nolit, id est incontinentes. Ita et ipse, cum aliud vult, id quod non vult nec sponte nec

70. non (non *delet m. sec. in B.*) habere quam et bonum (quam duos *B. m. sec.*) *BDabc.* 71. capiet *B.* 72. innuptos et viduos *Acd.* nuptos et viduas (viduos *b.*) *BDab.* 73. illis intellegendam *Ad.* illis (illius *B.*) numerandam *reliqui.*

Cap. IV. 1. tamen *BDabc.* 2. sed et si *BDabc.* 3. delinquis *Ad.* 4. Proinde *BDabc.* 5. dei *BDabc. Pro* inquit *A. habet* inquid, *pro more.* 6. consecutus (secutus *A.*) a domino (ad ño *Aφ.*) fidelis (fideles *A.*) esse *Ad.* consecutus fidelis esse *reliqui.* 7. Ceterum *Ad.* quoniam *Dabc.* quam *B.* 7b. in *om. BDabc.* 8. pervenias *A.* pervincas *Hildebrandus.* 9. iterationem *Ios. Mercerus.* rationem *A.* separationem *reliqui.* 10. agnoscitur *BDabc.* ignoscitur *Ad.* 11. interdictum *om. Ad.* 12. huius *BDabc.* 13. interiectio, quasi iam recogitationem excessus *d., Fulv. Ursinus.* interiectio, quasi inrecogitationem excessus (excussus *BD.*) *reliqui.* 14. frenant *Aφ.* refrenant *Aβ.* 15. collectum *Ad.* collecto *reliqui, praeter B. qui offert corrupte* intellecto. 16. nuptorum et innuptorum committit *Ad.* nuptorum committit *reliqui.* 17. dissuadis *BD.* dissuadens *B. m. sec.* 18. ne *BDabc.* 19. de *om. BDabc.* 20. nos vero *BDabc.* 21. nolit. Ita et ipse, cum aliud vult, id quod non vult *Ad.* nolit. Id quod non vult *reliqui.*

Cap. IV. a. matrimonii iterationem.] Palmaria haec est Iosiae Merceri emendatio quam recepí. Quod alii ediderunt sani quicquam non sapit.

b. excessus] Cf. adn. ad Apolog. cap. 9.

veritate permittit. Si enim vellet, non permisisset, immo imperasset. Sed ecce rursus mulierem marito [22]defuncto dicit nubere posse, si cui velit, tantum in domino. At enim felicior erit, inquit, si sic [23]permanserit secundum meum consilium. Puto autem, et [24]ego dei spiritum habeo. Videmus duo consilia, quo supra nubendi veniam facit, et quo postmodum continentiam nubendi [25]docet. Cui ergo, inquis, [26]assentabimur? [27]Inspice et lege. Cum veniam facit, hominis prudentis consilium allegat, cum continentiam [28]indicit, spiritus sancti consilium affirmat. Sequere admonitionem cui divinitas patrocinatur. Spiritum quidem dei etiam fideles [29]habent, sed non omnes fideles [30]apostoli. Cum ergo qui se fidelem dixerat [31]adiecit postea [32]spiritum dei se habere, quod nemo [33]dubitaret etiam de fideli, idcirco [34]id dixit, ut sibi apostoli fastigium redderet. Proprie enim apostoli spiritum sanctum habent [35]qui plene habent[c] in operibus [36]prophetiae et efficacia virtutum [37]documentisque linguarum, [38]non ex parte, quod ceteri. Ita [39]spiritus sancti auctoritatem ad eam speciem adire fecit, [40]cui magis nos obsequi voluit, et factum est iam non [41]consilium divini spiritus, sed pro eius maiestate praeceptum.

Cap. V. Ad legem semel nubendi [1]dirigendam ipsa origo humani generis patrocinatur, contestans quid deus [2]in primordio constituerit in formam[a] [3]posteritati recensendam. Nam cum hominem [4]figulasset eique [5]parem necessariam prospexisset, unam de costis eius mutuatus unam illi [5b]feminam finxit, cum utique nec artifex nec materia defecisset. Plures costae in Adam [6]et infatigabiles manus

22. marito defuncto *Ad.* defuncto marito *reliqui. Pro* ecce *in A. scriptum est* hecce. 23. perseveraverit *BDabc.* 24. ego dei spiritum *Ad.* ego spiritum dei *reliqui.* 25. docet *ego.* docit *A.* indicit *BDabcd.* 26. consilio adsentabimur *BDabc.* 27. Inspici *Aβ.* 28. incidit *A.* 29. habent set *Aβ.* habentes et *Aφ. Verba* sed non omnes fideles *non comparent in B.* 30. Apostoli. Cur ergo cum fidelem dixerit *abc.* Apostolicum (apostoli. cum *B.*) ergo quod fidelem dixerit *BD.* 31. adiicit *BDabc.* 32. se spiritum dei *B.* spiritum se dei *Dabc.* 33. dubitat *BDabc.* 34. hoc *BDabc.* 35. qui plene habent *om. Ad.* 36. profetiae *Aβ.* 37. documentisque *Ad.* atque documentis *reliqui.* 38. non quasi ex parte *BDabc.* 39. spiritum sanctum auctoritate ad eandem speciem *BDabc.* 40. cui nos magis *BD abcd.* cum magis nos *A.* 41. consilii *BD.*

Cap. V. 1. dirigam. Ipsa *BDabc.* dirigens *B. m. sec.* 2. ab initio *BDabc.* 3. posteritati recensendam. Nam (Nam *om. A.*) cum *Ad.* posteritatis recensendam (recensendum *c.*). Nam cum *reliqui.* 4. figurasset *BDabc.* 5. patrem necessario *A.* 5b. femina *Aβ.* 6. et infabricabiles manus in deo (deum *B.*) *BD. Pro* infatigabiles *Aβ. habet* infatigabilis.

c. qui plene habent] Haec verba non extant in libro Agobardi, ideoque omisit Rigaltius. Sed multis ille liber lacunis refertus est. Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 6. Quamquam hic malim rescribere facillima mutatione „*ut qui* plene habent."

Cap. V. a. in formam] Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 18. Sic iterum paulo infra „*formam* hominibus de originis

in deo, sed non plures uxores apud deum. Et ideo [7]homo dei Adam et [8]mulier dei Eva unis inter se nuptiis [9]functi formam hominibus de originis auctoritate et [10]prima dei voluntate sanxerunt. [11]Denique erunt, inquit, duo in carne una, non tres, neque qua- Ephes. V, 31.
tuor. [12]Alioquin iam non una caro [13]nec duo [14]in unam carnem. Tunc erunt, [15]si coniunctio et concretio [16]in unitate semel[b] fiat. Si vero rursus aut saepius, iam una esse desiit, et erunt [17]non duo in [18]unam carnem, sed una plane [19]costa in plures. At cum apostolus in ecclesiam et Christum interpretatur, Erunt duo in [20]unam carnem, secundum [21]spiritales nuptias ecclesiae et Christi (unus enim Christus et una eius ecclesia) agnoscere debemus duplicatam et exaggeratam esse nobis unius [22]matrimonii legem tam secundum generis fundamentum quam secundum Christi [23]sacramentum. De uno matrimonio censemur[c] [24]utrobique, [25]et carnaliter in Adam et [26]spiritaliter in Christo. Duarum nativitatum unum est monogamiae praescriptum. In utraque [27]degenerat is qui de monogamia exorbitat[d]. Numerus matrimonii a maledicto viro coepit. Primus [28]Lamech duabus maritatus tres in unam carnem effecit. Gen. IV, 19.

Sed et benedicti, inquis, patriarchae non modo pluribus uxo- Cap. VI.
ribus, verum etiam concubinis coniugia miscuerunt. Ergo propterea nobis quoque licebit [1]innumerum nubere[a]? Sane licebit, [2]si adhuc typi, [2b]futuri alicuius sacramenta, supersunt quos nuptiae tuae

7. modo *A.* 8. mulier dei *om. A. Pro* Eva *A. habet* Euha. 9. functi formam hominibus de originis *Ad.* defuncti sunt. Formam hominis dei de originis *reliqui.* 10. prima dei voluntate *Ad., Fulv. Ursinus.* primam dei voluntatem *reliqui.* 11. Denique erunt inquid duo in carne una *A.* Denique, Erunt duo, inquit, in carne una *d.* Erunt duo inquit in una carne (unam carnem *c.*) *reliqui.* 12. alioquin quoniam una *Aφ.* 13. Nam duo in una carne tunc erunt *Lalinius.* ac duo in unam carnem tunc *Hildebrandus.* 14. in una carne *BDab.* 15. nisi *B. m. sec.* 16. in (*Aβ*)*d.* duum in (*Aφ*)*abc.* dum in *reliqui.* 17. iam non *BDabc.* 18. una carne *BD.* 19. costa *Ad.* caro *reliqui.* 20. una carne *BDab.* 21. spiritualis *B.* 22. matrimonii legem tam *Ad., Fulv. Ursinus.* matrimonii tam *reliqui.* 23. firmamentum *BDabc.* 24. utrubique *Aφ.* utrum ubique *B.* 25. carnaliter et in *B.* 26. spiritualiter *B., pro more.* 27. degenerat is (u *Aφ.*) que demonoia exorbitat *A.* degenerat qui de monogamia exorbitat *reliqui.* 28. lamen duabus *A.*

Cap. VI. 1. in numerum nubere (munere *B. m. pr.* matrimonium *B. m. sec.*) *BDabc.* 2. si qui (quia *B.*) adhuc *BDabc.* 2b. futuri alicuius sacramenta *d.* futuri alicuius sacramenti *A.* alicuius futuri sacramenti *reliqui.*

auctoritate et prima dei voluntate sanxerunt."

b. semel] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

c. censemur] V. adnot. ad De Corona cap. 13.

d. de monogamia exorbitat.] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 20.

Cap. VI. a. innumerum nubere?] Ipse alibi [Ad Uxor. I, 2.] dixit „plurifariam matrimoniis uti." (Rigalt.) De verbo *nubere* quod utriusque sexus commune est cf. adnot. ad Ad Uxor. I, 7. Adiectivo pro adverbio Tertullianus passim utitur. Sic Scorpiace cap. 12 „*placidum quiescunt* animae martyrum."

Gen. I, 28. [3]figurent[b], [4]vel si etiam nunc locus est vocis illius: Crescite et multiplicamini, id est, si nondum alia vox supervenit, Tempus iam in collecto esse, restare, ut et qui uxores [5]habeant tamquam non habentes agant. Utique enim continentiam indicens et compescens concubitum, seminarium generis, [6]abolefecit Crescite illud et multiplicamini. Ut opinor autem, unius et eiusdem dei utraque pronuntiatio [7]et dispositio est, qui [8]tum quidem in primordio sementem generis emisit indultis coniugiorum habenis, donec mundus repleretur, donec novae disciplinae materia proficeret. Nunc vero [9]sub extremitatibus temporum[c] [10]compressit quod [11]emiserat et [12]revocavit quod indulserat, non sine ratione [13]prorogationis in primordio et [14]repastinationis[d] in ultimo. Semper initia [15]laxantur. Propterea [16]silvam quis instituit et crescere sinit, ut tempore suo [17]caedat. Silva erat vetus dispositio, quae [18]ab evangelio novo de-
Matth. III, 10. Matth. V, 38. putatur[e], in quo et securis [19]ad radices posita: Sic et Oculum pro
Rom. XII, 17. [20]oculo et dentem pro dente iam senuit ex quo iuvenuit Malum pro [21]malo nemo reddat. Puto autem [22]etiam in humanas constitutiones atque decreta posteriora pristinis praevalere.

3. figurant *B.* 4. quod si *BD.* aut si *abc.* 5. habeant *A.* habent *reliqui.* 6. abolescit *BDabc.* 7. et dispositio *om. A.* 8. tunc *BDabc.* 9. cum *BDabc.* 10. compensit *B. m. pr.* compescit *B. m. sec.* 11. demiserat *Aφ.* remiserat *Hildebrandus.* 12. revocabit *B.* 13. propagationis *BDabc.* 14. pastinationis *Ad.* 15. laxantur, fines contrahuntur. Propterea *BDabc. Pro* laxantur *in A. est* laxatur. 16. silvas quis instituet *B.* 17. caedat. Silverit *A.* caedat silvam. erat *BDabc.* caedat. Erat *Ios. Scaliger.* 18. in *BDabc.* 19. ad radices posita. Sic *A.* ad radicem (radices *d.*) arboris posita est. Sic *reliqui.* 20. oculo dente *A.* 21. malum *A.* 22. etiam humanam constitutionem atque decretum postea (postera *Fulv. Ursinus.*) *BDabc. Fulv. Ursinus.*

b. si adhuc typi, futuri alicuius sacramenta, supersunt quos nuptiae tuae figurent] Sic legitur in exemplari, neque aliter legit Hieronymus Epistola ad Geruntiam de Monogamia. Typos sive figuras nuncupat sacramenta futurorum, signa sacra, signa a deo praemissa futuri alicuius. (Rigalt.) Quod Rigaltius affirmat in exemplari Agobardi, quo usus erat, legi quod edidit, huic officiunt testimonia Stephani Baluzii et Hildebrandi, qui idem illud sedulo contulerunt. Sed salva est emendatio. Verba Hieronymi, quae significat Rigaltius, extant Epist. ad Ageruchiam pag. 745. ed. Benedict. tom. IV. „sed et in arcam, quam Petrus apostolus interpretatur *sub typo* ecclesiae, Noë cum tribus filiis singulas, non binas, uxores introduxit.“ Verba „quos nuptiae tuae figurent“ interpretare: quibus nuptiae tuae respondeant, ita ut typi esse revera possint censeri.

c. Nunc vero, sub extremitatibus temporum] Cf. adnot. ad Natt. I, 1.

d. repastinationis] Liber Agobardi et Rigaltius *pastinationis.* Adv. Marcion. II, 18 „interim commissio iniuriae metu vicis statim occursurae *repastinaretur.*“ De Cultu Fem. II, 9 „non *repastinantes* (liber Agobardi et ed. Rigalt. habent *perpastinantes*) divitiarum vestrarum et elegantiarum usum.“ De Paenit. cap. 11 „et bisulcum aliquid aeris vel ferri unguibus *repastinandis.*“

e. quae ab evangelio novo deputatur] Franc. Iunius *deputare* interpretatur hic per circumcidi, purgari, caedi. Sed errat. Ait enim Mosaicorum librorum dispositionem, postquam advenerit nova lex, inde deputari statim incepisse veterem. *Deputare* autem familiare est Tertulliano verbum; cf. adnot. ad De Idolol. cap. 9.

Cur autem de pristinis exemplis non ea potius agnoscamus Cap. VII.
quae [1]cum posterioribus communicant de disciplina et formam vetustatis ad novitatem transmittunt? Ecce enim in [2]vetere lege animadverto castratam licentiam saepius nubendi. [3]Cautum in Levitico: Sacerdotes mei non plus [4]nubent. Possum dicere etiam illud plus Lev. XXI,14.
esse quod semel non est. Quod non unum est, numerus est. Denique post unum incipit numerus. Unum autem est omne quod semel est. [5]Sed Christo servabatur, sicut in ceteris, ita in isto quoque legis plenitudo. Inde igitur apud nos plenius atque [6]instructius praescribitur unius matrimonii esse oportere [7]qui allegun- Tit. I, 6.
tur in ordinem sacerdotalem. Usque [8]adeo quosdam memini [9]digamos loco [10]deiectos. Sed dices: Ergo ceteris licet, [11]quos excipit. Vani erimus, si putaverimus quod sacerdotibus non liceat laicis licere. Nonne et laici sacerdotes sumus? [12]Scriptum est: Regnum Apoc. I,6.
quoque nos et sacerdotes deo et patri suo fecit. Differentiam inter ordinem et plebem[a] constituit ecclesiae auctoritas, et honor per ordinis [13]consessum [14]sanctificatus. Adeo ubi ecclesiastici ordinis [15]non est consessus[b], [16]et offers et tinguis et sacerdos es tibi solus.

Cap. VII. 1. cum posterioribus communicant de disciplina et forma *Ad.* cum posteris communicant disciplinae, formam *reliqui.* cum posterae communicant disciplinae, formam *Fulv. Ursinus.* 2. vetere *Aβabc.* veteri (*Aφ*)*BD. Pro* lege *in A. est* legem. 3. Cautum est in *BDabc.* 4. nubunt *Ad.* nubant *Hildebrandus.* 5. Sed Christo *Ad.* Sed in Christo *BD.* Sed uni Christo *reliqui.* 6. structius *BDabc.* strictius *B. m. sec., et Latinius.* 7. qui allegnntur in ordinem sacerdotalem *d.* qui allegunt in ordinem sacerdotalem *A.* quos (quod *B.*) allegi (alleget *BD.*) in ordinem sacerdotalem *BDab.* quos allegi liceat in ordinem sacerdotalem *c.* quos adlegit in ordinem sacerdotalem *Ios. Scaliger.* quos allegi in ordinem sacerdotalem oportet. *Fulv. Ursinus.* 8. ad quosdam *BDab.* 9. dicamus *BD.* 10. deiactos. Sed si dices *A.* 11. cum quibus non liceat excipit (non liceat non excipit *c.*) *BDabc.* 12. Scriptum est laici sacerdotes sumus regnum *BD.* 13. consensum *B.* 14. sanctificatus adō ubi *Aβ.* sanctificatus adeo, ibi *BD.* sanctificatus a deo. Ubi *abc.* sanctificatus. Ideo ubi *Fulv. Ursinus.* 15. non *om. c.* 16. et offert et tinguit *BDabc.*

Cap. VII. a. Differentiam inter ordinem et plebem] Consentanea dixit Hieronymus in Epist. ad Titum cap. 1. Episcopi se noverint consuetudine magis quam dispositionis dominicae veritate presbyteris esse maiores, et in commune debere ecclesiam regere. Ipse autem in eo commentario dixerat [p. 414. tom. IV. ed. Bened.]: „Idem est ergo presbyter qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur." (Rigalt.) Cf. etiam Desid. Heraldus ad Arnob. p. 191. Muenter Primordia Eccl. Afr. p. 38 sqq.

b. ubi ecclesiastici ordinis non est consessus] Hunc ordinem constare episcopis, presbyteris et diaconis dixit libro de Baptismo. Itaque diaconi in tertio sacerdotio constituti, presbyteri in secundo, apices et principes omnium episcopi. Unde et summi sacerdotes, et simpliciter sacerdotes. Presbyteri autem, secundi sacerdotes, sive ut est apud Sidonium, antistites ordine in secundo. Denique laici sive plebei, sive plebs, ceteri omnes in ecclesia nondum ulla dignitate suffulti, ut loquiter Optatus Milevitanus lib. I. qui et lib. II. ministros subiicit diaconis. „Certa membra sua, inquit, habet ecclesia episcopos, presbyteros, diaconos, ministros, et turbam fidelium." Qui turbae et consessui praeerat, communi vocabulo dicebatur praeses sive praesidens, et praepositus, ὁ προεστώς. (Rigalt.)

[17]Sed ubi tres, ecclesia est, licet laici. Unusquisque enim [18]sua fide vivit, nec est personarum [19]exceptio apud deum; quoniam non
Rom. II, 11. 13. auditores legis iustificantur a [20]domino, [21]sed factores, secundum quod et apostolus dicit. Igitur si habes ius sacerdotis in temetipso ubi necesse est, habeas oportet etiam [22]disciplinam [23]sacerdotis, ubi necesse sit habere ius sacerdotis. Digamus [24]tinguis? digamus offers? Quanto magis laico [25]digamo capitale est agere pro sacerdote, cum ipsi [26]sacerdoti digamo facto auferatur agere sacerdotem? Sed necessitati, inquis, [27]indulgetur. Nulla necessitas [1]excusatur quae potest [28]non esse. Noli denique digamus deprehendi, et non committis in necessitatem administrandi quod non licet [29]digamo. Omnes nos deus ita [30]vult dispositos esse, [31]ut ubique [32]sacramentis eius obeundis apti simus. Unus deus, una fides, una et disciplina. Usque adeo nisi et laici ea observent per quae presbyteri [33]alleguntur, quomodo erunt presbyteri qui de laicis alleguntur? Ergo [34]pugnare debemus [35]ante laicum iussum a secundo matrimonio [36]abstinere, dum presbyter esse non alius potest quam laicus [37]semel fuerit [38]maritus.

Cap. VIII. Liceat nunc denuo nubere, [1]si omne quod licet bonum [2]est.
1 Cor. VI, 12. Idem apostolus [3]exclamat, Omnia licent, sed non omnia [4]prosunt. Quod non prodest, oro te, [5]bonum potest dici? Si licita sunt [6]et quae non pro salute, ergo et quae non bona sunt licita sunt. Quid autem magis velle debebis, quod [7]ideo bonum est quia licet, an quod [8]ideo quia prodest? Multum existimo esse inter licentiam et salutem. De bono [9]non dicitur LICET, quia bonum [10]permitti non

17. Sed et ubi *Dabc.* Sed est ibi *B.* 18. de sua *BDabc.* 19. exceptio *Aφ.* acceptio *reliqui.* 20. domino *A.* deo *reliqui.* *Pro* iustificantur *in Dabc. extat* iustificabuntur, *in B. vitiose* vivificabuntur. 21. sed factores legis iustificabuntur, secundum *Aφ.* 22. disciplina *BD.* 23. sacerdotis nec ubi necesse sit *Aβ.* sacerdotis ubi necesse est (*Aφ.*) *Latinius.* sacerdotis necesse sit *reliqui.* 24. tinguis? digamus *om. A.* *Fulv. Ursinus maluit* tingues? digamus offeres? 25. dicat quo apud salutem (quod ad salutem *bc.*) erit agere *BDabc.* dicat quod saltim erit agere *Fulv. Ursinus.* 26. sacerdoti digamo facto (facto *om. Aφ.*) auferatur agere sacerdotem? *Ad.* sacerdoti dicitur quo ne (quove *D.* qui eo *abc. Gorziensis.*) facto comicatur (communicatur *c. Gorziensis.* excommunicatur *ab. Vaticani tres, et Latinius*) actione sacerdotis *BDabc. Gorziensis.* 27. indulserit *BDabc.* 28. non esse necessitas. Denique digamos (dicamus *BD.*) deprehendi (reprehendi *abc.*) et necessitate administrandi (administrantes *abc.*) *BDabc.* 29. Dicam omnes *Dabc.* dicere omnes *B.* 30. voluit *BDabc.* 31. et *BD.* 32. sanctiones (sanctionis *D.* sanctionibus *B.*) eius obeundi (obeundis *BD.*) sit (si *BD.*) disciplina. Usque adeo nisi laici ea observent *BDabc.* 33. allegantur *BDabc.* 34. perferre *BD. Vaticani tres.* praeferre *abc.* proferre *Fulv. Ursinus.* 35. aut *Vaticanorum unus.* 36. retinere *BDabc.* continere *Fulv. Ursinus.* 37. qui semel *abc.* 38. maritatus *BDabc.*

Cap. VIII. 1. si et omne *BDabc.* 2. et idem *A.* 3. exclamabat *BDabc.* 4. prosunt *Ad.* pro salute *reliqui.* 5. potest bonum *BDabc.* 6. et quae — — licita sunt *om. A.* 7. ergo *BDabc.* 8. ergo *BDabc.* 9. non dicitur licet *Ad.* non vincis licet *BD.* non vincis, scilicet *abc.* dici solet licere *Fulv. Ursinus.* 10. permittit *ABD. Fulv. Ursinus rescribit* non permitti exspectat.

exspectat[a], [11] sed assumi. Permittitur [12] autem quod an bonum sit [13] in dubio est, quod potest etiam non [14] permitti, si non habeat aliquam sui causam [15] primam, quia propter incontinentiae periculum permittitur nubere [16] secundo, quia nisi [17] licentia alicuius non bonae rei subiaceret, non esset in quo probaretur [18] qui divinae voluntati [19] et qui potestati suae[b] [20] obsequeretur, quis nostrum [21] utilitatis praesentiam[c] sectetur et quis occasionem licentiae [22] amplexetur. Licentia plerumque [23] temptatio est disciplinae, quoniam disciplina per temptationem probatur, [24] temptatio per licentiam operatur. Ita fit, ut omnia liceant, sed non omnia expediant, dum temptatur cui permittitur, et [25] iudicatur dum in permissione temptatur. Licebat et apostolis nubere et uxores circumducere. Licebat et de [26] evangelio [27] ali. [28] Sed qui iure hoc non usus est [29] in occasionem, ad exemplum nos [30] suum provocat, docens in eo esse probationem in quo [31] licentia experimentum abstinentiae [31] praestruxit. 1Cor. IX, 5. 14 sq.

[1] Si penitus sensus eius interpretemur, non [2] aliud dicendum erit secundum matrimonium [3] quam species stupri. Cum enim dicat maritos hoc in [4] sollicitudine habere, [5] quemadmodum sibi placeant, non utique de moribus ([6] nam bonam sollicitudinem non suggillaret), [8] et[a] de cultu et ornatu et omni studio formae ad inlecebras [9] moliendas sollicitos [10] intellegi velit, de forma [11] autem et cultu placere carnalis concupiscentiae ingenium sit, quae etiam stupri causa est, [12] ecquid videtur tibi stupri [13] affine esse [14] secundum matrimonium, Cap. IX.

11. sed adsumi permittitur *Dabc.* 12. aut *BD.* ut *abc.* 13. indubium *BD.* 14. permisit *A.* 15. primam, quia propter *ABabc.* primam. Propter *d., Fulv. Ursinus.* 16. secundum *BDabc.* 17. licentiae *abc.* 18. quid *A.* quis *Fulv. Ursinus.* 19. et quis potestati suae *A.* et qui suae potestate *reliqui.* 20. obsequeretur *Ad.* obsequatur *reliqui.* 21. utilitati *A.* 22. amplexetur, quis divinae voluntati et quis suae voluptati obsequatur. Licentia *BDabc.* 23. temptatio est *Aabcd. Gorziensis.* tentatione *reliqui.* 24. tentatur *D.* 25. vincatur *BDabc. Fulv. Ursinus rescribit* cui permittitur et vinci, dum in permissione tentatur. 26. euuangelio *A., pro more.* evangeliis *BDabc.* 27. ali *Ad.* 28. Sed quibus reus non est *BD.* Sed qui his usus non est *abc.* 29. in *om. A.* 30. scilicet et provocat *A.* 31. licentiae experimentum. Abstinentiae praestruxerit superiorem ne sensus *cett. BDabc.* 32. praestuxit *Aβ.*

Cap. IX. 1. superiorem ne sensus *BDabc.* 2. illud *BDabc.* 3. quasi speciem *BDabc.* 4. sollicitudinem *BDabc.* 5. quonam modo *BDabc.* 6. nam ut bonam *BDabc. Vaticani tres.* 7. sublevaret *BDabc. Vaticani tres.* 8. et *Ad.* sed *reliqui.* 9. movendas *BDabc.* 10 intelligit, velut *Fulv. Ursinus.* iungi velit (velut *abc.*) *BDabc.* 11. autem *om. BDabc.* 12. eo quod videtur (videatur *B.*) *BD. Verba* causa est, ecquid videtur tibi stupri *non extant in A.* 13. affinem *AB.* 14. secundum *om. A.*

Cap. VIII. a. quia bonum non permitti exspectat] De hoc dicendi modo cf. adn. ad Ad Natt. I, 7., ubi alia exempla adscripsi.

b. et qui potestati suae] Potestas h. l. est pro licentia.

c. praesentiam] Forte *praestantiam,* quod vocabulum alibi usurpat, cum id significat quod est conducibilius. (Rigalt.)

Cap. IX. a. et] Revocavi hoc *et* cum Rigaltio et libro Agobardi, pro vulgato *sed.*

quoniam ea in illo [15]deprehenduntur quae stupro competunt? [16]Ipse
Matth.V,28. dominus, Qui viderit, inquit, mulierem [17]ad concupiscendum, iam stupravit eam in corde suo. Qui autem eam ad ducendum viderit, minus [18]an plus fecit? Quid si etiam duxerit? quod non faceret, nisi [19]et ad ducendum concupisset [20]et ad concupiscendum vidisset. Nisi [21]si potest duci uxor quam [22]non videris nec concupieris. Multum sane [23]interest, [24]maritus an caelebs aliam concupiscat. Omnis mulier [25]etiam caelibi alia est, quamdiu aliena, nec per [26]aliud tamen fit marita, nisi per [27]quod et [28]adultera. Leges videntur matrimonii et stupri [29]differentiam facere, per diversitatem inliciti, non per condicionem rei ipsius. Alioquin quae res et viris et feminis [30]omnibus adest ad matrimonium et stuprum? commixtio carnis [31]scilicet, cuius concupiscentiam dominus stupro adaequavit. Ergo, [32]inquit[b], iam et primas, id est unas nuptias destruis? Nec immerito, [33]quia et ipsae ex eo constant [34]quod est stuprum. [35]Ideo optimum [36]est homini mulierem [37]non attingere, [38]et ideo virginis principalis est sanctitas, [39]quia caret stupri affinitate. [40]Et cum haec etiam de primis et unis nuptiis praetendi ad causam continentiae possint, quanto magis secundo matrimonio recusando [41]praeiudicabunt? Gratus esto, [42]si semel tibi [43]indulsit deus nubere. Gratus autem eris, [44]si iterum indulsisse illum tibi nescias. Ceterum[c] [45]abuteris indulgentia, cum [46]sine modestia uteris. Modestia [47]a

15. deprehenduntur *A.* reprehendo *Da.* deprehendo *reliqui.* 16. interim dominus ipse dicit qui *BDabc.* 17. ad concupiscendum eam *BDabc.* 18. an plus fecit *d., Ios. Mercerus.* amplius fecit *A.* par fecit *BD.* perfecit *abc.* 19. et *om. BDabc.* 20. et ad concupiscendum vidisset *om. BDabc.* 21. si *om. BDabc.* 22. et si non videris at (et *B.*) concupieris saltem cum ipsam ducere coeperis. Multum *BDabc.* 23. abest *BDabc.* 24. maritos apud coelum non concupiscent. Sed omnis (concupiscentes. Omnis *D.*) *BD.* maritus ab zelo, non concupiscens. Omnis *abc.* 25. etiam caelibi alia *Ad.* caeli via *BD.* zelivira *abc.* 26. alium *BDabc. Idem libri non habent particulam* tamen. 27. quem *Dabc.* quae *B.* quod *Fulv Ursinus.* 28. adultera. Leges videntur *Ad., Ios. Mercerus.* adultera legis. Videtur *BDabc.* 29. differentia. Alioquin res *BDabc., reliquis omissis.* 30. omnibus adest ad *Ad.* eandem bonitatem ad *BD.* eadem imponit: est enim et *abc.* 31. scilicet certandum cuius concupiscentiam (concupiscentia *abc.*) non (nos *abc.*) stupro *BDabc.* 32. inquid *A.* inquis *reliqui.* 33. quia *A.* quoniam *reliqui.* 34. pro quo et stuprum *A.* 35. Et ideo *BDabc.* 36. et homini *A.* 37. non tangere *abc.* iungere *BD.* non contingere *Rhenanus in marg. D.* 38. et ideo virginis principalis est (et *A. Omisit d.*) sanctitas *om. BDabc.* 39. quia cara est stupri affinitate *BDabc.* quia caro est stupri adfinitate *Fulv. Ursinus.* 40. Sed *BDabc.* 41. praevidebuntur *Dabc.* praevidebantur *B.* 42. si mel *A.* 43. indulsit deus *Ad.* deus indulsit *reliqui.* 44. si et iterum *BDabc.* 45. uteris indulgentiam *BDabc.* 46. nec modestiam *BDabc.* 47. ammodo iungitur *D.* animo iungitur (*m. sec. corr.* vincitur) *B.* a modo dicitur *abc.*

b. inquit] Liber Agobardi habet *inquid.* V. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 5.

c. Ceterum] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

modo intellegitur. Non tibi sufficit de summo illo [48]immaculatae virginitatis [49]gradu in secundum [50]recidisse nubendo, [51]sed in ter tium adhuc devolveris, et in quartum, et [52]fortassis in plures, postquam in secunda statione continens non fuisti, quia nec [53]prohibere plures nuptias voluit qui de secundis [54]provocandis retractavit. Nubamus igitur [55]quotidie, et nubentes ab ultimo die deprehendamur, tamquam Sodoma et Gomorra, quo die VAE illud super praegnantes [56]et lactantes adimplebitur, id est [57]super [58]maritos et incontinentes; de nuptiis enim uteri et [59]ubera et infantes. Et quando finis nubendi? Credo post finem [60]vivendi[d].

[1]Renuntiemus carnalibus, ut aliquando spiritalia [2]fructificemus. Cap. X. Rape occasionem, etsi non [3]exoptatissimam, [4]attamen opportunam, non habere cui debitum [5]solveres et a quo exsolvereris. [6]Desisti esse debitor. O te felicem! [7]Dimisisti debitorem: [8]sustine damnum. Quid si, quod [9]diximus damnum, lucrum [10]senties? Per continentiam enim [11]negotiaberis magnam substantiam [12]sanctitatis, [13]parsimonia carnis spiritum acquires. Recogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quam [14]alium se homo sentiat, cum [15]forte a sua femina cessat. [15b]Spiritaliter sapit. Si orationem [16]facit ad dominum, [16b]prope est caelo. [17]Si scripturis incumbit, totus illic est. Si psalmum canit, placet sibi. [18]Si daemonem adiurat, con-

48. immaculatae *Ad.* inuxorae etiam *abc.* iunxere etiam *D.* iunxere animo etiam *B.* 49. secundum gradum in secundum *B.* 50. reccidisse *Aφ.* deliquisse *BDabc.* 51. sed in tertium sed adhuc *A.* 52. futuris impellis post qui (post enim quam *B.* potes; qui *abc.*) in *BDabc.* 53. proibere *Aβ.* praebere *Aφ.* 54. revocandis *A.* 55. cottidie *Da., pro more.* quotidiae *A.* 56. et lactantes *om. Ad. Vocabulum* adimplebitur *in BDabc. comparet post verba* quo die. 57. super *d.* supra *A. Omittunt reliqui.* 58. maritos incontinentiae *BDabc.* 59. ubera infantis *BDabc.* 60. nubendi *BD. Vaticani tres.* subandi *abc.*

Cap. X. 1. Renuntient tandem carnalibus fructibus ut (et *B.*) *BDabc.* Renuntiemus *emendaverat iam Fulv. Ursinus.* 2. retractemus *Dabc.* retractamus *B.* 3. exhortatissimam *D.* 4. attamen desisti habere cui debitum solveres. O te felicem *BDabc.* 5. solvere sed a quo *A.* 6. desisti *A.* 7. amisisti *BD. Omittunt abc.* 8. sustinendam numquid si quod *Aφ.* simile damnum quod si *BD.* simile damnum, quid *abc.* 9. non diximus *BD.* 10. senties *A.* senties *d.* sentientem *BDabc.* 11. negotiaverimus *BD.* 12. necessitatis *BDabc.* 13. parcimonii carnis saevientis adquirens *D.* patrimonii carni sementis adquirens *B.* parsimoniae carnis servientis acquirens *abc. Fulv. Ursinus rescribit* simile damnum (quid diximus damnum?) lucro sarcientem. Per continentiam enim negotiaberis magnam substantiam necessitate carnis parsimoniae *cett.* 14. alius alium *BDabc.* 15. forte a *om. BDabc.* 15b. Spiritaliter sapit *om. BDabc.* 16. faciat (facit *Aβ.*) adnō prope *A.* 16b. improbe *BD.* in prope *abc. Fulv. Ursinus emendat* prope est in caelo. 17. Si *om. Ad.* 18. Si daemonem adiurat, confidit sibi *om. BDabc.*

d. Credo post finem vivendi.] Sic legebat Hieronymus Epist. ad Geruntiam [Hieron. ad Ageruchiam p. 746. tom. IV. ed. Bened.], non ut in vulgatis editionibus *post finem subandi.* „Adhinniamus, inquit, ad omnes feminas, et in exemplum Sodomae et Gomorrae ab ultimo die deprehendamur vendentes et ementes, et nubentes et nuptui tradentes, ut tunc sit finis coniugii, quando terminus vitae." (Rigalt.) Cf. Ad Uxor. I, 5.

fidit sibi. Ideo apostolus [19]temporalem purificationem[a] orationum [20]commendandarum causa adiecit, ut sciremus, quod ad tempus prodest semper nobis exercendum esse, ut semper prosit. [21]Quotidie, omni momento oratio hominibus [22]necessaria est, utique et continentia, [23]postquam oratio [24]necessaria est. Oratio de conscientia procedit. Si conscientia [25]erubescat, [26]erubescit oratio. Spiritus [27]deducit orationem ad deum. Si spiritus reus apud se sit [28]conscientiae erubescentis, quomodo audebit orationem [29]deducere [30]ad altare, qua erubescente et ipse suffunditur[b] sanctus minister? [31]Etenim [32]est prophetica vox veteris testamenti: Sancti [32b]eritis, quia deus sanctus, et rursus: Cum sancto [33]sanctificaberis, et cum viro [34]innocenti [35]innocens eris et cum electo [36]electus. Debemus enim ita ingredi in disciplina domini, ut dignum est, non secundum carnis [37]squalentes concupiscentias. Ita enim et apostolus dicit, quod sapere secundum carnem mors [38]sit, secundum spiritum vero sapere vita aeterna sit in Christo Iesu domino nostro. [39]Item per sanctam [40]prophetidem Priscam ita evangelizatur, quod sanctus minister sanctimoniam noverit ministrare. Purificantia enim concordat, ait, et visiones vident, et ponentes [41]faciem deorsum etiam voces audiunt manifestas, tam salutares quam et occultas[c]. Si haec [42]obtusio, etiam cum in [43]unis nuptiis [44]res carnis exercetur, spiritum sanctum avertit, [45]quanto magis, cum in secundo matrimonio agitur?

Lev. XI, 44sq. XIX, 2. IPetr. I, 16.

19. purificationi orationem commendavit, causantes id quod ad tempus permiserat semper nobis exercere (exercendum *abc.*) esse quod semper prosit *BDabc.* 20. commendarum *A.* 21. Si cottidie omni momento *BDabc.* Quotidie, immo si omni momento *Fulv. Ursinus.* 22. necesse est *Aφ.* 23. postquam oratio *Ad.* quae orationi *reliqui.* 24. necesse est *Aφ.* necessaria sit *BDabc.* 25. erubescit *BDabc.* 26. erubescat *BDabc.* 27. ducit *BDabc.* 28. conscientia erubescit *BDabc.* si conscientia erubescit *Fulv. Ursinus.* 29. ducere *BDabcd.* 30. ad altare, qua *ego.* ab aliâ re qua *A.* ad altare, de qua *d. In BDabc. verba* qua erubescente et ipse suffunditur sanctus minister *non extant.* 31. sic etenim *BDabc.* 32. et profetica *A.* 32b. erimus *BDabc.* 33. sanctificaris *BDabc.* 34. innocenti *Aβ.* innocente (*Aφ*)*BDabc.* 35. innocuus *Aβ.* 36. electus eris *BDabc.* 37. squalentes concupiscentias *A.* calentes concupiscentia *d.* exsqualentiae (esqualentiae *bc.*) concupiscentiam *abc.* ex squalentiae concupiscentia *D.* exqualentie concupiscentia erit *B.* et squalentiae concupiscentiam *Ios. Scaliger.* 38. est *BDabc.* 39. *Verba* Item per sanctam — — — quam et occultas *solus habet A.* 40. profetidem A., *pro more.* 41. fatiem *A.* 42. obtusio *habent libri scripti mei et editi. Unde Semlerus induxerit* obfusio *nescio.* 43. unius *B. Vaticani tres.* 44. in nos carnis *BDab.* in nos caro *c.* opus carnis *Fulv. Ursinus.* 45. quanto magis in secundum *Aφ.*

Cap. X. a. temporalem purificationem] Religiosas nuptiarum inducias significat. Et aliquid eiusmodi etiam apud gentiles fuisse testatur illud Iuvenalis [Sat. VI, 595 sq.]: „Ille petis veniam quotiens non abstinet uxor Concubitu sacris observandisque diebus." (Rigalt.)

b. suffunditur] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 10.

c. quam et occultas.] Haec reiecta fuisse videntur, ob nimias laudes Priscae illius Montanicae, cuius et verba citantur. Reddimus hic tamen, quo magis miremur hominem tantum etiam talibus potuisse decipi. (Rigalt.)

Duplex enim [1]rubor est, quia in secundo matrimonio duae Cap. XI.
uxores eundem circumstant maritum, una spiritu, alia [2]in carne. [3]Neque enim pristinam poteris odisse, cui etiam [4]religiosiorem reservas affectionem, [5]ut iam receptae apud [6]dominum, pro cuius spiritu [7]postulas, pro qua oblationes annuas [8]reddis[a]. Stabis ergo ad [9]dominum cum tot [10]uxoribus, [11]quot in oratione commemoras, et offeres pro duabus, et commendabis illas duas per sacerdotem de monogamia ordinatum aut etiam de virginitate sancitum, circumdatum [12]viduis univiris? et ascendet sacrificium tuum libera fronte, et inter [13]cetera bonae mentis [14]postulabis tibi et uxori castitatem?

Scio, quibus [1]causationibus [2]coloremus insatiabilem carnis Cap. XII.
cupiditatem. [3]Praetendimus necessitates [4]admiculorum, domum administrandam, familiam [5]regendam, loculos, claves custodiendas, [6]lanificium dispensandum, victum procurandum, curas [7]comminuendas[a]. Scilicet solis maritorum domibus bene est. Perierunt [8]caelibum familiae, res spadonum, fortunae militum aut peregrinantium sine uxoribus. Non enim [9]nos et milites sumus? eo quidem maioris disciplinae, quanto tanti imperatoris? [10]Non et nos peregrinantes in isto saeculo sumus? Cur autem ita dispositus [11]es, o Christiane, ut sine uxore non [12]possis[b]? [13]Nunc et [14]consors one-

Cap. XI. 1. iste rubor *BDabc.* 2. in *om. BDabc.* 3. Nec (et haec *B.*) enim pristinam (pristina *B.*) *BDabc.* 4. clariorem reservas (reservans *D.*) *BDabc.* 5. etiam (et iam *abc.*) repete apud *BDabc.* etiam repertae *Ios. Scaliger.* 6. dominum *Ad.* deum *reliqui.* 7. postules *BDabc.* 8. reddas *Dabc.* redesset *B.* 9. deum *BDabc.* dnō *A.* 10. uxores *D.* 11. quod in oratione commemores *A.* quod illas orationem (oratione *abc.* orationi *D.*) commemoras *BDabc.* quot illa oratione commemoras *Fulv. Ursinus.* 12. viduis univiris *A.* virginibus ac univiris *abcd. Gorziensis.* virginibus (virginis *D.*) univiris *BD.* 13. cetera bonae *ego.* cetera frontene *A.* cetera voluntas bonae *BD.* ceteras voluntates bonae *abc.* 14. postulabit (populabit *B.*) tibi et uxoris *BD.*

Cap. XII. 1. excusationibus *BDabc.* 2. coloremur insatiabili carnis cupiditate *B.* 3. ex quibus necessitates admiculorum descendunt: administrandam *BDabc.* 4. admiculorum *A.* 5. regendos loculos *abc. Gorziensis.* 6. lanificium dispensandum *om. A.* 7. comminuendas *ego.* communiendas *Ad.* domesticas *BDabc.* 8. caelestibus familiares spadonum familiae (famulae *D.*) *BD.* caelibum familiae, spadonum *abc.* 9. et nos *BDabc.* 10. Nonne *Acp.* 11. est Christianus *BDabc.* 12. possit *abc.* possis esse *B. m. sec.* 13. Num *ab.* 14. consortium *BDabc.*

Cap. XI. a. pro qua oblationes annuas reddis.] De his oblationibus pro defunctis inprimis legendus est Desid. Heraldus ad Arnob. Adv. Natt. lib. IV. p. 193 sq. ed. LB., qui haec quoque Tertulliani verba citat.

Cap. XII. a. curas comminuendas.] Ita emendandum esse videbatur. Haud deteriori sensu possis etiam *communicandas.* Quod enim liber Agobardi habet *curas communiendas,* quod recepit Rigaltius, vereor ut sanam sui interpretationem admittat. Ita in verbis Arnobii Adv. Natt. I, 3 „In litteris enim priscis comprehensum et compositum non videmus, etiam imbres saxeos totas saepe *comminuisse* regiones," prima manus in libro Parisino, ex quo uno illud opus in editiones defluxit, scripserat *communisse.*

b. non possis?] Peregrinans esse in isto saeculo.

rum domesticorum [15]necessaria est. Habe aliquam uxorem spiritalem. Assume de viduis [16]fide pulchram, paupertate [17]dotatam, aetate signatam. Bonas nuptias [18]feceris. Huiusmodi uxores etiam plures haberi deo gratum est. Sed [19]posteritatem recogitant [20]Christiani, quibus crastinum non est. Haeredes dei servus desiderabit, qui semetipsum de saeculo [21]exhaereditavit? [22]Et ideo quis repetat matrimonium, [23]si de pristino non [24]habeat liberos? [25]Habebit itaque hoc [26]primum bonum, [27]ut diutius velit vivere, ipso apostolo festinante ad dominum? [28]Certe expeditissimus in persecutionibus, [29]constantissimus in martyriis, [30]promptissimus in communicationibus [31]rerum, [32]temperantissimus in acquisitionibus, postremo [33]securus morietur, relictis filiis, [34]forsitan qui illi parentent. Numquid ergo huiusmodi[c] et rei publicae prospectu aguntur? ne civitates deficiant, si suboles non exerceantur, [35]ne legis iura, ne commercia delabantur, ne templa derelinquantur, [36]ne non sint qui [37]acclament, [38]Christianis leonem[d]! Haec enim audire desiderant qui filios quaerunt. [39]Sufficiant ad consilium [39b]viduitatis vel ista, [40]praecipue apud nos, importunitas liberorum, ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines[e]; quia sapiens [41]quisque nunquam [42]libens filios desiderasset. Quid ergo facies, si [43]novam uxorem de tua conscientia impleveris? [44]dissolvas medicaminibus conceptum[f]? Puto nobis [45]non magis licere nascentem [46]nocere quam et natum. [47]Sed

15. necessarium *BDabc.* 16. fide *om. B.* 17. dotatam aetate *om. A.* 18. fecerit huiusmodi uxor. *abc.* feceris huiusmodi uxor (uxori *B.*) *BD.* 19. de posteriori tempore cogitant *BDabc.* 20. xpi *A.* 21. exhaereditavit *AβBab.* exhaeredavit (*Aφ*)*Dcd.* 22. ut ergo quis repetis (quid repetit *ab.* quis repetit *c.*) *BDabc.* 23. cum de pristino *abc.* de pristino *BD.* *Negationem non habet B.* 24. habebat *A.* 25. Habebit *om. BDabc.* 26. primum bonum *A.* primum *reliqui.* 27. diutius uti volunt ipso *BD.* 28. Certe expeditissimus *om. BDabc.* *In A. non extant verba* persecutionibus — — promptissimus in. 29. constantissimum in (in *om. B.*) *BDabc.* 30. prɒmptissimum in communicationibus (commutationibus *B.*) *BDabc.* 31. recum *A.* *Omittit d.* 32. temperatissimum *BDabc.* *Fulv. Ursinus rescribit* constantissimi martyriis, promptissimi in communicationibus rerum, temperatissimi *cett.* *Alii aliter.* 33. usuris, morte relinquendis, filiis *BDabc.* 34. Forsan reipublicae prospectu aguntur ne divites deficiant, si soboles non habent, ne *BDabc.* 33. ne legis iura *A.* ne leges ne iura *reliqui.* 36. ne modo non *c.* ne non modo sint *BD.* 37. exclament *BDabc.* 38. Christiani ad bestias *abc.* Christiani illius nescio *BD.* 39. Sufficiat consilium (ad consilium *abc.*) *BDabc.* 39b. divinitatis *Aφ.* 40. praecipua aut nos importunitas (importunitatis *B.*) *BD.* praecipua causa importunitas *abc.* 41. quique *cd.* qui *B.* 42. habens *B.* 43. nobis *B.* nolis *D.* nolis, si *abc.* nolens *Petr. Ciacconius.* 44. dissoluturus es (es *om. B.*) medicamine *BDabc.* 45. non magis (*Aβ*)*d.*, *Fulv. Ursinus.* magis non *Aφ.* non *BDabc.* tam *Latinius.* 46. nocere quam et natum *Aβ.* nocere quam natum (*Aφ*)*d.* necare quam et natum *reliqui.* 47. Sed fortasse in (in *om. d.*) illo *Ad.* seu forte illo *reliqui.*

c. huiusmodi] Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 12.

d. Christianis leonem!] Cf. Apolog. cap. 40.

e. ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines] Cf. Ad Uxor. I, 5. Apolog. cap. 4.

f. dissolvas medicaminibus conceptum?] Cf. Apolog. cap. 9. cum adnott.

fortasse illo tempore praegnantis uxoris remedium [48]tantae sollicitudini a deo petere audebis, [49]quod in te positum [50]recusasti? [51]Aliqua, opinor, sterilis prospicietur, [52]iam vel frigidioris aetatis. Satis consulte et inprimis fideliter. Nullam enim credidimus deo volente sterilem aut anum enixam. Quod adeo magis evenire potest, si quis [53]praesumptione huius providentiae suae dei aemulationem provocarit. Scimus denique quendam ex [54]fratribus, cum propter [55]filiam suam secundo matrimonio sterilem [56]captasset uxorem, [57]tam iterum patrem factum quam et iterum maritum.

[1]Ad hanc meam [2]cohortationem, frater dilectissime, [3]accedunt Cap. XIII. etiam saecularia exempla, quae saepe nobis etiam in testimonio posita sunt, cum [4]quid bonum et deo [5]placitum ab extraneis quoque agnoscitur et testimonio [6]honoratur. [7]Denique[a] monogamia apud ethnicos ita in summo honore est, ut [8]et virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur[b]; [9]et si auspicii causa, utique boni auspicii est. Item, [10]ut in quibusdam sollemnibus et [11]officiis, prior sit univirae locus. Certe [12]Flaminica non nisi univira est; [13]quae et Flaminis lex est[c]. [14]Nam quod ipsi Pontifici Maximo iterare [15]matrimonium non licet [15b]utique monogamiae gloria est. Cum autem [16]dei [17]sacramenta satanas affectat, provocatio est no-

48. tantam (tantum *B.* tanta *abc.*) sollicitudinem (sollicitudine *abc.*) *BDabc.* 49. quod (quid *D.*) interpositum *BD.* 50. recusanti *A.* 51. Opinor aliqua *BDabc.* 52. iam vel frigidioris aetatis. Satis consulte et inprimis fideliter. Nullam enim credidimus deo volente sterilem aut anum enixam. Quod adeo *Ad.* vel etiam anus saepius (quis *BD.*) enixa. Quod (Quid *ab.*) a domino *BDabc.* 53. praesumptionem eius pro dei aemulatione provocaret *BDabc.* 54. patribus *BDabc.* 55. filiam *Ad.* familiam *reliqui.* 56. temptasset *B.* 57. tam terum *A.*

Cap. XIII. 1. An *ab.* 2. contentionem (contemptionem *B.*) *BDabc.* 3. videmus etiam saeculi exempla *BDabc.* 4. quod *BDabc.* 5. placitum videtur, testimonio *BDabc.* 6. honoratur *ego.* oneratur *ABDabc.* ornatur *alii.* 7. Denique *om. BDabc.* 8. et *om. A.* 9. et si auspici initium est. Item *BDabc.* et ei auspici initium est. Item *Ios. Scaliger.* 10. ut *om. BDabc.* 11. auspiciis, ut prior *BDabc.* 12. Flaminia *Dabc.* 13. quae flaminia (flaminina *B.*) lex est *BDab.* 14. Nam cum ipsi pontifici *d.* Nam ipsi pontifice *A.* Nam duo ipsi pontifici *abc.* 15. matrimonia *BDabc.* 15b. quod monogamiae *BDabc.* 16. deus summus tantum, satanas (statuat *B.*) ad perficiendum provocatio est nostra, immo (provocationem nostram in uno *B.*) subfusio (subfuso *BD.*) si (si *om. abc.*) pigrissimum (pigrissimorum *abc.*) ad continentiam *BDabc.* 17. sacramento *A.*

Cap. XIII. a. Denique] Adeo, proinde. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 42.

b. univira pronuba adhibeatur] Festus p. 242. ed. Muell. „*Pronubae* adhibentur nuptis quae semel nupserunt, ut matrimonii perpetuitatem auspicantes.“ Servius in Vergilii Aen. IV, 166: „Varro pronubam dicit quae ante nupserit, neque (*leg.* et quae) uni tantum nupta est, ideoque auspices deliguntur ad nuptias.“

c. quae et Flaminis lex est.] Hieronymus ad Ageruchiam p. 743 sq. ed. Bened. tom. IV: „Hierophanta apud Athenas eviratur et aeterna debilitate fit castus. Flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur; Flaminea quoque unius mariti eligitur uxor. Ad tauri Aegyptii sacra semel maritus assumitur. Ut omittam Virgines Vestae et Apollinis Iunonisque Achivae, et Dianae ac Minervae, quae perpetua sacerdotii virginitate marcescunt.“ Cf. Tertull. Ad Uxor. I, 6. cum adnott. et De Monogamia cap. 17.

stra, immo suffusio, si pigri [18] simus ad continentiam deo exhibendam, [19] quam diabolo quidam praestant, nunc virginitate, nunc viduitate [20] perpetua. [21] Novimus virgines Vestae, [22] et Iunonis [23] apud Achaiae oppidum, [24] et Apollinis apud Delphos, et [25] Minervae et Dianae quibusdam locis. [26] Novimus et continentes viros, [26b] et quidem tauri illius Aegyptii antistites[d]: feminas vero [27] Cereri [28] Africanae[e], cui etiam [29] sponte abdicato matrimonio [30] assenescunt, [31] aversantes exinde contactum masculorum usque ad oscula filiorum. Invenit [32] scilicet diabolus post luxuriam [33] etiam [34] castitatem perditricem, quo [35] magis reus sit Christianus qui castitatem recusaverit conservatricem. Erunt nobis in testimonium et feminae quaedam saeculares ob univiratus obstinationem famam [36] consecutae, [37] aliqua Dido[f], quae profuga in alieno solo, ubi nuptias [38] regis ultro [38b] optasse debuerat, ne tamen secundas experiretur, [39] maluit e contrario[g] [40] uri quam nubere; vel illa Lucretia, quae [41] etsi semel per vim et invita alium virum passa est, sanguine suo [42] maculatam carnem abluit, ne [43] viveret iam non sibi univira. Plura exempla

18. simus *A.* sumus *d.* 19. qua diabolo quidam (quaedam *B.*) stant *BD.* qua diabolo qui antistant *abc.* *Fulv. Ursinus rescribit* Cum autem dei sit simius tantum Satanas ad perficiendum provocatio est nostri — — quia diabolo qui antistant *cett.* 20. periurant *BD.* evirant *abc.* 21. Noveram *BDabc.* Noverimus *Fulv. Ursinus.* 22. et Iunonis *om. BDab.* 23. apud Achanum *BDabc.* apud Achaiam *Fulv. Ursinus.* apud Achaiae Aegium *Ios. Scaliger.* 24. et Apollinis apud Delphos *Ios. Scaliger.* et Apollinis apud Ephesos *Ad.* et atrocis apud delphos *reliqui.* 25. Minervae quibusdam locis *Ad.* Minervae et Dianae quibus locis *BDabc.* Minervae et Dianae omnibus locis *Fulv. Ursinus.* 26. Noveram continentes (continentiae *BD.*) *BDabc.* Noverimus continentes *Fulv. Ursinus.* 26b. *Verba* et quidem — — — aversantes *in B. non extant.* 27. Caereri *A.* Cereris *BDabc.* 28. Affricanae *Aβ.* Aphricanae *Dab.* 29. et sponte *D.* 30. assenescunt *Aβ.* 31. aversantes exinde contactum masculorum usque ad oscula filiorum *Ad.* Exinde quo pacto masculorum usque ad oscula filiorum *BD.* Exinde adempto contactu masculorum usque ad oscula filiorum *abc.* 32. scilicet *om. BDabc.* 33. etiam *om. BDabc.* 34. castitatis *abc. Gorziensis.* 35. modo reus *BDabc.* 36. famam consecutae *Aβ.* famam consequutae *d.* consequetur *BD.* 37. aliqua Dido *Ad.* ut Dido *abc.* aut divino *B (m. pr.) D.* 38. regis solo ultro *D.* 38b. obtasse *Aβ.* 39. maluit contrario *BD.* 40. uni quam *om. BD.* 41. ut semel *abc.* et semel *BD.* 42. maculata *BD.* 43. vivere *Aβ.*

d. tauri illius Aegyptii antistites.] Cf. Hieronymus l. l. Tertull. De Monogamia cap. 17.

e. feminas vero Cereri Africanae] Cf. Ad Uxor. I, 6.

f. aliqua Dido] De pronomine *aliqui* nominibus propriis addito cf. adnot. ad Apolog. cap. 11. De re cf. Hieronymus ad Ageruchiam p. 744: „Stringam breviter reginam Carthaginis, quae ardere magis voluit quam Hiarbae regi nubere, et Hasdrubalis uxorem, quae apprehensis utraque manu liberis in subiectum se praecipitavit incendium, ne pudicitiae damna sentiret; et Lucretiam, quae amissa gloria castitatis noluit pollutae conscientiae supervivere“ cett. Eisdem exemplis usus est Tertullianus Ad Martyras cap. 4. et Apolog. cap. 50.

g. e contrario] Apostolus dixit: Melius est nubere quam uri.

[44]curiosius de nostris [45]invenias, et quidem [46]alteris potiora, [47]quia [h] maius est vivere in castitate quam pro [48]ea mori. [49]Facilius animam ponas quia bonum amiseris, quam vivendo serves ob quod emori malis. [50]Quanti igitur et quantae [51]in ecclesiasticis ordinibus de continentia censentur, qui deo nubere maluerunt, [52]qui carnis suae honorem [53]restituere, [54]quique se iam illius [55]aevi filios dicaverunt, occidentes in se concupiscentiam libidinis, et totum illud quod [56]intra paradisum non potuit [57]admitti! Unde praesumendum est hos qui intra paradisum recipi [58]volent, tandem debere cessare ab ea re a qua paradisus [59]intactus est.

44. curiosius *Ad.* certa *reliqui.* 45. inveniam *BDabc.* 46. alteris potiora *ego* aliter potiora *Ad.* tanto (*B*)*abcd.* 47. quia maius *ego.* quia difficilius *Hildebrandus.* quia facilius *A.* quanto facilius *d.* quanto maius *abc.* quam in anima *BD.* 48. amori *A.* ea mereri *BD.* 49. Facilius animam ponas quia bonum amiseris quam vivendo serves ob (id *A.*) quod emori (amori *A.*) malis *A.* hoc est animae id bonum misceri quam vivendo (non vivendo *d., Fulv. Ursinus*) separari animam *abcd., Fulv. Ursinus.* in cuius animam id bonum admiseris (amiseris *D.*) quam vivendo separati omne (omnia *D.*) malo *BD.* 50. Quanti (Quantae *abc.*) igitur et quae *BDabc.* 51. in ecclesiis ordinari in ecclesia solent qui (quae *abc.*) deo *BDabc.* 52. quae *abc.* 53. restituere *A.* restituerunt *d.* instituerunt *reliqui.* 54. quaeque *abc.* 55. aevi filios *Ad.* pudoris filias (filios *B.?*) *reliqui.* 56. inter *D.* 57. amitti *A.* 58. volunt *BDabc.* 59. intactus est. DE EXHORTATIONE CASTITATIS EXPLICIT. *A.* instructus (abstructus *B. m. pr.* obstructus *B. m. sec., et abc.*) est. Gratia ergo cum (omni *Fulv. Ursinus*) indulgenti (intelligenti *abc.*) haec. Memento in (in *om. BCD.*) orationibus tuis Tertulliani (Tertullianum *BCD.*) ad haec exhortantis (exercentes *BCD.*) *BCDabc.*

h. quia maius] Liber Agobardi habet *quia facilius.* Quam vitiosum. Aberraverant scilicet librarii oculi ad sequentem versum.

DE

MONOGAMIA.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat librum scriptum Vindobonensem.
B - - - Leidensem.
C - editionem principem Beati Rhenani, quae prodiit Basileae a. MDXXI.
a - - Ioh. Gangneii, quae concinit cum editione altera Beati Rhenani, in qua adornanda usus erat excerptis codicis scripti Gorziensis. Prodiit Parisiis a. MDXLV.
b - - Sigism. Gelenii, qui se usum profitetur codice scripto Britannico, ex coenobio Masburensi advecto. Prodiit Basileae a. MDL.
c - - Iacobi Pamelii, quae prodiit Antverpiae a. MDLXXIX. Pamelius usus erat exemplaribus tribus scriptis Vaticanis et uno Ioh. Clementis.
d - - Nicol. Rigaltii, qui usus erat codice scripto Divionensi. Prodiit Parisiis a. MDCXXXIV.

DE

MONOGAMIA*.

Haeretici[a] nuptias auferunt, [1]psychici ingerunt. Illi nec semel, Cap. I.
isti non [2]semel nubunt. [3]Quid agis, lex creatoris? Inter alienos spadones[b] et [4]aurigas[c] tuos tantundem quereris de domestico ob-

Cap. I. 1. psythici *AB. Florentinus liber bibliothecae Laurentianae n. XII. plut. XXVI.* physici *C., et A. m. sec.* 2. solum *AB. Florent.* 3. Quod *B.* 4. praurigas *Heraldus ad Arnob. p.* 225. perorigas *Rigaltius.* urigas *Priorius.*

* DE MONOGAMIA.] Aperte hoc libro, atque item sequentibus, Montani dogma tuetur. Credebat autem instare diem domini et fideles volebat esse ad martyria paratissimos. Itaque detrahenda putavit Christianis omnia vitae humanae retinacula, quae solebant animos ad pericula reddere segniores, cuiusmodi sunt uxores et liberi, et curae ex istis multiplices. Quod consilium, alias fortean excusabile, cum etiam detortis et dei et apostoli verbis, unde sibi plerique nimium blandiebantur, aggredi non dubitaverit, iure est ab ecclesia reprehensum damnatumque. (Rigalt.) Cf. Hieronymi Comment. in Ep. ad Titum cap. 1. p. 414. tom. IV. ed. Benedict.: „Montanus et qui Novati schisma sectantur, nomen sibi munditiae praesumpsere, putantque secunda matrimonia ab ecclesiae communione prohibenda, cum apostolus de episcopis et presbyteris hoc praecipiens utique in ceteris relaxavit; non quod hortetur ad secunda matrimonia, sed quod necessitati carnis indulgeat. Scripsit et Tertullianus de Monogamia librum haereticum, quem apostolo contraire nemo, qui apostolum legerit, ignorabit."

Cap. I. a. Haeretici] Marcionitae. Psychici vero, quicunque a revelationibus Montani aut particularibus (quas auctor propugnabat) abstinebant, atque hi orthodoxi. Cf. Adv. Marcion. IV, 22. et Adv. Prax. cap. 1. Quapropter illos per ludibrium spadones, hos autem aurigas dicit, velut agentes uxorum vehicula. Ac illi quidem alieni a lege dicuntur qui evertebant legem, hi vero etiam aurigae legis, quia testamenti aeque veteris ac novi veritatem asserebant et in religione habebant, quod piorum vere orthodoxorum est. (Fr. Iunius.)

b. Inter alienos spadones] Hoc est inter haereticos qui nuptias auferunt. Haeretici alieni et extranei sunt catholicis. Spadones vocat osores nuptiarum. (Rigalt.) Cf. infra cap. 3.

c. et aurigas] Legendum *et perorigas.* Varroni lib. II. de Re Rust. [cap. 7.], ubi de admissura equarum: peroriga dicitur quisquis admittit. Itaque acutissime perorigas sive praurigas sive prurigas vocat psychicos, qui, ut ipse ait, nuptias ingerebant, et quasi pruriginem conciliabant. *Tuos* dicit legem compellans; nam alieni ab ea non censebantur etiam Septimio psychici, qui et catholici. (Rigalt.) De vocibus auriga, peroriga, proriga, prauriga, pruriga, praeuriga cf. interim Forcellinium et Furlanettum s. v. *Peroriga.* Item Desid. Heraldum ad Arnob. p. 225. Beatus Rhenanus in edit. anni MDXXVIII. ita interpretatus est: „physicos nuptiarum aurigas appellat nullum nuptiis terminum statuentes." Aliter in edit. MDXXXIX: „Eis aurigarum nomen accomodat ob tumultum ma-

sequio quantum de fastidio extraneo. Proinde [5]te laedunt qui abutuntur quemadmodum qui non utuntur. Verum neque continentia eiusmodi laudanda, quia haeretica est, neque licentia defendenda, quia [6]psychica est. Illa blasphemat, ista luxuriat; illa destruit nuptiarum deum, ista confundit. Penes nos autem, quos spiritales merito [7]dici [8]facit agnitio spiritalium charismatum, continentia [9]tam religiosa est quam licentia [10]verecunda, quandoquidem ambae cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat; illa non cogitur, ista regitur; illa arbitrium habet, haec modum. Unum matrimonium novimus, sicut unum deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, ubi habet et pudorem. Sed [11]psychicis non recipientibus spiritum ea quae sunt spiritus non placent. [12]Ita, dum quae sunt spiritus non placent, ea quae sunt carnis place-
Gal. V, 17. bunt, [13]ut contraria spiritus. Caro, inquit, adversus spiritum concupiscit, et spiritus adversus carnem. [14]Quid autem concupiscet caro quam quae magis carnis sunt? Propter quod et in primordio
Gen. VI, 3. extranea spiritus facta est. Non, [15]inquit, permanebit spiritus meus in istis hominibus in aevum, eo quod caro sint.

Cap. II. Itaque monogamiae disciplinam in haeresim [1]exprobrant, nec ulla magis ex causa [2]paracletum negare coguntur, quam dum existimant novae disciplinae institutorem, et quidem [3]durissimae illis, ut iam de hoc primum consistendum[a] sit [4]in generali retractatu, an capiat[b] paracletum aliquid tale docuisse quod aut novum deputari possit adversus catholicam traditionem aut onerosum adversus levem [5]sarcinam domini. De utroque autem ipse dominus pronuntiavit.
Ioh. XVI, 12 sq. Dicens enim, Adhuc multa habeo quae loquar ad vos, sed nondum potestis portare ea, cum venerit spiritus sanctus, ille vos ducet in

5. et te *cd. Clementis liber.* 6. physica *ABC. Florent.* 7. dici *om. B.* 8. facit agnitio spiritalium charismatum *bcd.* faciunt spiritalia charismata *a.* facit spiritalium charismatum *ABC.* 9. tam religiosa est quam *cd. liber Clementis.* religiosa est cum *reliqui et Florent.* 10. verecunda, quandoquidem ambae *abcd.* verecunda continentiae. Ambae *AB.* verecundia continentia. Ambae *Florent.* verecunda, verecunda continentia, ambae *C.* 11. phyticis *AB. Florent.* physicis *C.* 12. Ita dum quae sunt *bcd.* (*Florent.?*) Ita quibus quae sunt *a.* ita quae sunt *reliqui.* 13. ut contraria spiritui *cd. liber Clementis.* contraria spiritus *Ca. Florent.* contraria spiritu *AB.* 14. Quod *AB. Florent.* 15. permanebit inquit *AB.*

Cap. II. 1. exprobant *ABCa.* 2. paraclitum *A.* 3. dirissimae *C.* 4. ut *ABCa.* 5. sarcinam domini. De *cd. liber Clementis.* sarcinam. De *reliqui.*

trimonii quasi coniugatus necessitatibus cottidianis impellentibus transversus interdum agatur, quemadmodum equi nonnunquam aurigam alio pertrahunt quam constituerat ipse.“ Ceterum Desid. Heraldus l. l. verba Tertulliani ita distinguit: „Quid agis lex creatoris inter alienos spadones et praurigas tuos? Tantundem“ cett.

Cap. II. a. consistendum] De hoc verbo adeas adnot. ad De Idolol. cap. 13.

b. an capiat] V. de hoc verbo quae adnotavi ad Apolog. cap. 17. et ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

omnem veritatem, satis utique praetendit [6]ea acturum illum quae et nova existimari possint, ut nunquam retro[c] edita, et aliquando onerosa, ut idcirco non edita. Ergo, [7]inquis, hac argumentatione quidvis novum et onerosum [8]paracleto adscribi poterit, etsi ab adversario spiritu fuerit. Non utique. Adversarius enim spiritus ex diversitate praedicationis [9]appareret, primo regulam adulterans fidei, et ita ordinem adulterans disciplinae, quia [10]cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est fidei, quae prior est disciplina. Ante quis de deo haereticus sit necesse [11]est, et tunc de instituto. Paracletus autem multa habens edocere quae in illum distulit dominus, secundum praefinitionem, ipsum primo Christum contestabitur qualem credimus, cum toto ordine dei creatoris, et ipsum glorificabit, et de ipso commemorabit, et sic de principali [12]regula agnitus illa multa quae sunt disciplinarum revelabit, fidem [13]dicente pro eis integritate praedicationis, [14]licet novis, quia nunc revelantur, licet onerosis, quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi quam qui habere se dixit et alia multa quae a paracleto edocerentur, non minus istis onerosa quam illis a quibus nondum tunc sustinebantur.

[1]Sed an onerosa monogamia, viderit adhuc impudens infirmi- Cap. III.
tas carnis, an autem nova, de hoc interim constet. Illud enim amplius dicimus, etiamsi totam et solidam virginitatem sive continentiam paracletus hodie determinasset, ut ne unis quidem nuptiis fervorem carnis [2]despumare permitteret, sic quoque nihil novi in- Matth. XIX, 12.
ducere videretur, ipso domino spadonibus aperiente regna caelorum, ut et ipso spadone[a], [3]ad quem [4]spectans et apostolus propterea et ipse castratus continentiam mavult. Sed salvo, [5]inquis, iure nubendi. Plane salvo, et videbimus quousque, nihilominus [6]iam ex ea parte destructo qua continentiam praefert. Bonum, inquit, ho- I Cor. VII, 1.
mini mulierem non contingere. [7]Ergo malum est contingere. Nihil enim bono contrarium nisi malum. Ideoque superesse, ut et qui habeant uxores sic sint quasi non [8]habeant, quo magis qui non

6. et docturum *liber Clementis.* 7. inquit *B.* 8. paraclitum *AB.* 9. appareret *ABcd. Vaticani tres.* apparet *reliqui.* 10. enim *AB.* 11. stet tunc *ABC.* est tunc *ab.* 12. regula agnitus illa *bcd.* regula illa *reliqui.* 13. eliciente (*cf. Adv. Marc. III,* 2.) *Latinius.* ducente *Fr. Iunius.* 14. licet *om.* (*AB?*)*Ca.*

Cap. III. 1. Sed onerosam monogamiam *BCa.* Sed onerosa monogamia *A.* 2. despumare *abcd.* de spū manare *A.* de spiritu manare *reliqui.* 3. ad *om. ABCab.* 4. spectasset apostolus *ABC.* 5. inquit *AB.* 6. tamen *ABCa.* 7. Ergo malum est contingere *om. ABCa.* 8. habentes *ABCa.*

c. retro] Hoc est antea. Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 9.

Cap. III. a. ipso spadone] Hoc est virgine et experte feminae. Cf. supra cap. 1., et infra cap. 8. Sic paulo post *castratus* pro abstinente.

habent habere non debeant. Reddit etiam causas, cur ita suadeat,
I Cor. VII, 32 sq. quod inupti de deo cogitent, nupti vero, quomodo [9]in matrimonio quis suo placeat. Et possum contendere, non [10]mere bonum esse quod permittitur. Quod enim mere bonum est, non permittitur, sed ultro licet. Permissio habet causam aliquando et [11]necessitatis. Denique in hac specie non est voluntas permittentis nubere. Aliud
I Cor. VII, 7. enim vult: Volo vos, inquit, omnes sic esse quomodo et ego. Et cum ostendit melius esse, [12]quid utique se velle confirmat quam quod melius esse praemisit? Et ita si aliud quam quod voluit permittit, non voluntate, sed necessitate permittens, non mere
I Cor. VII, 9. bonum ostendit quod invitus indulsit. Denique cum dicit, Melius est nubere quam uri, [13]quale id bonum intellegendum, quod melius est poena? quod non potest videri melius nisi pessimo comparatum? Bonum illud est quod per se hoc nomen tenet, sine comparatione, non dico mali, sed etiam boni alterius, [14]ut et si alio[b] bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine. Ceterum si per mali [15]collationem cogitur bonum dici, non tam bonum est quam genus mali inferioris quod ab altiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique condicionem, ut [16]non dicas, Melius est nubere quam uri, et quaero an dicere audeas, Melius nubere, non adiciens quo melius [17]sit? Fit ergo iam non melius, et dum non melius, nec bonum, sublata condicione, quae dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius est unum oculum amittere quam duos. Si tamen discedas a [18]comparatione mali utriusque, non erit melius unum oculum habere, quia nec bonum. [19]Quid nunc, si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est de humano sensu accommodat, ex necessitate qua diximus, quia melius sit nubere quam uri? Denique
I Cor. VII, 10. conversus ad alteram speciem dicendo, Nuptis autem denuntio, non ego, sed dominus, ostendit illa quae supra dixerat non dominicae auctoritatis fuisse, sed humanae [20]aestimationis. At ubi ad contiI Cor. VII, 7 et 40. nentiam reflectit animos, Volo autem vos sic esse omnes, Puto

9. in *om. b.* 10. mereri *AB.* 11. necessitas *AC.* 12. quod *ABC.* 13. quare *AC. In B. desiderantur verba* est nubere quam uri quale id bonum intellegendum quod melius est. 14. ut et si alio *ABCa.* ut si et alio *bc.* ut si et alii *d., Fulv. Ursinus.* 15. cogitationem *ABC.* comparationem *liber Clementis.* 16. non *om. ABC.* 17. sit? Fit ergo *cd. liber Clementis.* sit? Ergo *reliqui.* 18. comparatione mali utriusque *cd. liber Clementis.* comparatione utriusque *ABCab. Verba* mali utriusque *inducunt Latinius et Fr. Iunius.* 19. Quod *AB.* 20. extimationis *AB., pro more.*

b. alio] Rigaltius cum Fulvio Ursino correxit *alii.* Sed non opus erat. Nam bene pro ablativo potest explicari hoc *alio.* Quinetiam si dativo instas, eius casus inusitatioris formae alterum exemplum invenies De Idolol. cap. 11.

autem, inquit, et ego spiritum dei habeo, ut si quid indulserat ex necessitate, id spiritus sancti auctoritate revocaret. Sed [21]et Ioannes monens sic nos incedere debere quemadmodum et dominus, utique etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere. Adeo [22]manifestius, Et omnis, inquit, [23]qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut et ipse castus est. Nam et alibi: Estote sancti, sicut et ille sanctus fuit, scilicet carne. De spiritu enim non dixisset, quia spiritus ultro sanctus agnoscitur nec [24]exspectat sanctitatis admonitionem, quae propria natura est eius. Caro autem [25]docetur sanctitatem, quae et in Christo fuit sancta. Igitur si omnia ista obliterant [26]licentiam nubendi, et condicione licentiae inspecta[c] et praelatione continentiae imposita, cur non potuerit post apostolos idem spiritus superveniens ad deducendam disciplinam in omnem veritatem per gradus temporum (secundum quod Ecclesiastes, Tempus omni rei, [27]inquit) supremam iam carni fibulam imponere, iam non oblique a nuptiis avocans; sed exerte, cum magis nunc tempus in collecto factum sit, annis circiter CLX exinde productis? Nonne ipse apud te [28]retractares: Vetus haec disciplina [29]est, praemonstrata iam tunc in carne domini et [30]voluntate, dehinc in apostolorum eius tam consiliis quam exemplis? Olim sanctitati huic destinabamur. Nihil novi paracletus inducit. Quod praemonuit, definit: quod sustinuit[d], exposcit. Et nunc recogitans ista facile tibi persuadebis multo magis [31]unicas nuptias competisse paracleto praedicare, qui potuit et nullas, magisque credendum temperasse illum quod et abstulisse [32]decuisset, si quae velit Christus intellegas. In hoc quoque paracletum agnoscere debes advocatum[e], quod a tota continentia infirmitatem tuam excusat[f].

1 Ioh. III, 3. 1 Ioh. II, 3. Ioh. XVI, 13. Eccl. III, 17. 1 Cor. VII, 29.

Secedat nunc mentio paracleti, ut nostri alicuius auctoris. Evolvamus communia instrumenta scripturarum[a] pristinarum. Hoc ipsum demonstratur a nobis, neque novam neque extraneam esse

Cap. IV.

21. et *om. ABCa.* 22. manifestius et (ut *AB.*) *ABCa.* manifeste. Et *reliqui.* 23. quae spem istam in nullo *AB.* 24. spectat *ABCa.* 25. docetur *abcd. Gorziensis liber.* docet *ABC.* 26. licentia *C.* 27. inquit super terram, iam *ABCa.* 28. retractare suetus *ABC.* retractans vetus *Fulv. Ursinus.* 29. sit *ABCa.* 30. in voluntate *ABC.* 31. unicas nuptias competisse *cd. liber Clementis.* unicas competisse *reliqui.* 32. decuisset *ABC.* decuisset *reliqui, et Gorziensis.*

c. inspecta] Inspecta et perponderata.

d. quod sustinuit] Id est quod distulit. Sic saepissime hoc verbo utitur Tertullianus. Cf. Ad Natt. I, 7 „Haec, oro vos, denuntiata ab aliis sustinent prodi?“ Cf. etiam adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

e. advocatum] Cf. Rigaltii adnot. ad De Patientia cap. 11.

f. quod a tota continentia infirmitatem tuam excusat.] Quod infirmitatis tuae respectu non in totum te vult continentem esse.

Cap. IV. a. instrumenta scripturarum] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 18.

monogamiae disciplinam, immo et antiquam et propriam Christianorum, ut paracletum restitutorem potius sentias eius quam institutorem. Quod pertineat ad antiquitatem, quae potest antiquior forma proferri quam ipse census[b] generis humani? Unam feminam masculo deus finxit, una costa eius decerpta, et utique ex pluribus.
Gen. II, 18. Sed et in praefatione ipsius operis, Non est, inquit, bonum homini solum eum esse, faciamus adiutorium illi. Adiutores enim dixisset, si pluribus eum uxoribus destinasset. Adiecit et legem de futuro,
Gen. II, 21. siquidem [1]prophetice dictum est, Et erunt duo in unam carnem; non tres, neque plures: ceterum[c] iam non duo, si plures. Stetit lex. Denique perseveravit unio coniugii in auctoribus generis ad finem usque, non quia non erant feminae aliae, sed quia ideo non erant, ne primitiae generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin si deus voluisset, [2]et esse potuissent; certe de filiarum suarum numerositate sumpsisset, non minus ex ossibus et ex carne sua [3]habens Evam, [4]si hoc pie fieret. At ubi primum scelus, homicidium, in fratricidio dedicatum[d], tam dignum secundo loco scelus non fuit quam duae nuptiae. Neque enim refert[e], duas quis uxores singulas habuerit, an pariter singulae [5]duas fecerint. Idem [6]numerus coniunctorum et separatorum. Semel tamen vim passa institutio dei per Lamech constitit postea in finem usque gentis illius. Secundus Lamech nullus exstitit, quomodo duabus [7]maritatus. Negat scriptura quod non notat. [8]Aliae diluvium iniquitates provocaverunt, semel defensae[f], [9]quales fuerunt, non tamen septuagies septies, quod duo matrimonia meruerunt[g]. Sed et reformatio secundi generis humani monogamia matre censetur[h]. Iterum duo in unam carnem crescere et redundare suscipiunt, Noë et uxor filiique eorum in unicis nuptiis. Etiam in ipsis animalibus mono-

Cap. IV. 1. prophetice *abcd. Gorziensis.* prophetiae *C.* profacie *AB.* 2. et esse potuissent *B.* et esse potuisset *ACa.* esse potuissent *bd.* esse et potuissent *c.* 3. habens Evam *bcd. Ita emendavit Beatus Rhenanus ad oram libri C.* haue sevam *C.* hanc sevam *AB.* quam Evam *a.* 4. sibi hoc *ABC.* si bis hoc *Fr. Iunius.* 5. duos *Ca.* 6. numerus est iunctorum *AB.* 7. maritatus *cd. liber Clementis.* maritus *reliqui.* 8. alia diluvium et iniquitates *AB.* 9. qualescunque fuerunt *d., Fulv. Ursinus.*

b. census] De hoc vocabulo adeas quae adnotavi ad De Corona cap. 13.

c. ceterum] Hoc est *alioquin.* Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

d. in fratricidio dedicatum] De verbo *dedicare* adnotavi ad Scorpiac. cap. 1.

e. Neque enim refert] Immo, quia plurimum refert, edicto praetoris infamia notatur qui bina sponsalia binasve nuptias eodem tempore constitutas habuerit. (Rigalt.) Neque refert, argutatur, utrum binas quis una uxores, an post priorem alteram ducat.

f. defensae] Vindicatae, punitae.

g. non tamen septuagies septies, quod duo matrimonia meruerunt.] Genes. IV, 24.

h. monogamia matre censetur.] De verbi *censere* significatu adeas quae adnotavi ad De Corona cap. 13.

gamia recognoscitur, ne vel bestiae de moechia nascerentur. Ex omnibus, inquit, bestiis ex omni carne duo induces in arcam, ut vivant tecum masculus et femina: erunt de animalibus volatilibus secundum genus, et de omnibus serpentibus terrae secundum genus ipsorum: duo ex omnibus introibunt ad te, masculus et femina. Eadem forma et septena ex binis adlegi mandat ex masculo et femina, uno et una. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis feminis introire non licuit. Gen. VI, 19 sqq.

Haec quantum ad primordiorum testimonium et originis nostrae patrocinium et divinae institutionis praeiudicium. Quae utique lex est, non [1]monimentum; quoniam si ita factum est a primordio, invenimus nos ad initium dirigi a Christo; sicut in quaestione repudii dicens illud propter duritiam ipsorum[a] a Moyse esse permissum, [2]ab initio autem non ita fuisse, sine dubio ad initium revocat matrimonii individuitatem. Ideoque [3]quos deus ab initio coniunxit in unam carnem duos, hodie homo non separabit. Dicit et apostolus scribens ad Ephesios deum proposuisse in semetipso ad dispensationem adimpletionis temporum ad caput, id est ad initium reciprocare universa in Christo, quae sunt super caelos et super terras in ipso. Sic et duas Graeciae litteras, summam et ultimam, sibi induit dominus, initii et finis concurrentium in se figuras, uti, quemadmodum *A* [4]ad *Ω* [5]usque volvitur et rursus *Ω* ad *A* replicatur, [6]ita ostenderet in se esse et [7]initii decursum ad finem et finis recursum ad initium, ut omnis dispositio [8]in eum desinens per quem coepta est, per sermonem scilicet dei [9]qui caro factus est, proinde desinat quemadmodum et coepit. Et [10]adeo in Christo omnia [11]revocantur ad initium, ut et fides reversa sit a circumcisione ad integritatem [12]carnis illius, sicut ab initio fuit, et [13]libertas ciborum et sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit, et matrimonii individuitas, sicut ab initio fuit, et repudii cohibitio, [14]quod ab initio non fuit, et postremo totus homo in paradisum [15]revocatur, ubi ab initio fuit. Cur ergo vel monogamum [16]illo[b] Cap. V. Matth. XIX, 6 sqq. Eph. I, 9. Apoc. I, 8. XXII, 13.

Cap. V. 1. nomine tunc *ABC.* 2. ab initio autem non ita fuisse, sine dubio ad initium revocat matrimonii individuitatem. Ideoque quos deus *om. ABCa.* 3. quod *b.* 4. et *ABCa.* 5. usque volvitur et rursus *Ω* ad *A om. ABCa.* 6. ita ut ostenderet *c.* 7. initium *AB.* 8. in ϖ desinens *C,* in eo desinens *AB.* 9. quia *ABC.* 10. a deo *Ca.* 11. revocarentur *ABCa.* 12. carnis *om. ABCa.* 13. libertas ciborum et *om. ABCa.* 14. quae *ABC.* 15. revocaretur *a.* 16. illo non *d., Fulv. Ursinus.* illum *Ca.* illo *reliqui.*

Cap. V. a. propter duritiam ipsorum] Locus est Matth. XIX, 8. Pro *ipsorum* reposuerim *Iudaeorum,* quae menda latet fortasse etiam Ad Natt. I, 13. in verbis „et ex diebus *ipsorum* praelegistis," ad quae v. quae adnotavi. Quamquam non necessaria est ea emendatio.

b. illo] In paradisum.

non debeat Adam referre, qui non potest tam integrum [17]praestare quam inde [18]dimissus est? Quantum pertinet itaque ad initii restitutionem, id a te exigit et dispositionis et spei tuae ratio, quod ab initio fuit secundum initium, quod tibi et in Adam censetur [19]et in Noë recensetur. Elige in quo eorum initium tuum [19b]deputes. In ambobus te sibi monogamiae censura defendit[c]. Sed et si initium transmittit ad finem, ut *A* [20]ad *Ω*, quomodo finis remittit ad initium, [21]ut *Ω* ad *A*, atque ita census noster transfertur in Christum, animalis in spiritalem, quia non primo quod spiritale est, sed quod animale, dehinc quod spiritale: proinde videamus, an id ipsum debeas huic quoque censui secundo, [22]an in eadem te forma conveniat [23]novissimus quoque Adam in [24]qua et [25]primus, quando novissimus Adam, id est Christus, innuptus in totum, quod etiam primus Adam ante exilium. Sed donato infirmitati tuae carnis suae exemplo perfectior Adam, id est Christus, eo quoque nomine perfectior [26]qua integrior, volenti quidem tibi spado occurrit in carne. Si vero non sufficis, monogamus [27]occurrit in spiritu, unam habens ecclesiam sponsam, secundum [28]Adam et Evae figuram, [29]quam apostolus [30]in illud magnum sacramentum interpretatur, in Christum et ecclesiam, [31]competisse carnali monogamiae [32]per spiritalem. Vides igitur quemadmodum etiam in Christo [33]novans censum[d] non possis eum sine monogamiae professione [34]deferre, nisi [35]carne sis quod spiritu ille est, licet et quod fuit [36]in carne aeque esse [37]debueris.

Cap. VI. Sed adhuc nobis quaeramus aliquos originis principes. Non placent enim quibusdam monogami parentes Adam et Noë, fortasse nec Christus. Ad Abraham denique provocant, prohibiti[a] patrem

17. praestare *om. ABCa.* 18. dimissus *ABc. Vaticani tres.* demissus *Ca.* missus *d., Fulv. Ursinus.* 19. et in Noë recensetur *om. ABCab. Addidit Pamelius ex tribus scriptis Vaticanis.* 19b. deputas *AB.* 20. et *ABCa.* 21. ut *Ω* ad *A om. ABCa.* 22. an in eadem te forma esse conveniat (conveniet *Fulv. Ursinus.*) *d., Fulv. Ursinus.* an in eandem te formam conveniat *bc.* an in eadem te forma conveniet *ABCa.* 23. in qua novissimus *d., Fulv. Ursinus.* 24. qua *ad., Fulv. Ursinus.* quam *reliqui.* 25. primus, quando novissimus Adam id est *om. ABCa.* 26. quia *A.* quaque *B.* quam *d.* 27. occurrit *cd. tres Vaticani.* accurrit (*B.?*) incurrit *reliqui.* 28. Adam et Evae *om. ABCa.* 29. in qua *Fulv. Ursinus.* 30. in *om. ABCa.* 31. competentes *ABCa.* 32. perspicitatem *AB.* 33. novas *ABC.* 34. deferret *ABC.* referre *Latinius.* 35. in carnis is *A.* carnis is *BC.* 36. in *om. A.* 37. debuerit *ABC.*

c. te sibi monogamiae censura defendit.] In ambobus te sibi monogamiae iudicium vindicat et asserit. De voce *censura* cf. adnot. ad Apolog. cap. 2. *Defendere* autem pro *adserere* innumeris locis Tertullianus usurpavit.

d. censum] Cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

Cap. VI. a. prohibiti] Cum tamen prohibiti sint patrem alium praeter deum agnoscere.

alium praeter deum agnoscere. [1]Sit nunc pater noster Abraham, [2]sit et Paulus. In evangelio, inquit, ego vos generavi. Etiam I Cor. IV, 15.
Abrahae [3]te filium exhibe. Non enim [4]passivus[b] tibi census est in illo. Certum tempus est, quo tuus pater est. Si enim ex fide filii [5]deputamur Abrahae, ut apostolus docet, dicens ad Galatas, Cognoscitis nempe, quia qui ex fide, isti sunt filii Abrahae, quando cre- Gal. III, 7.
didit Abraham deo, et deputatum [6]est ei in iustitiam? Opinor, adhuc in monogamia, quia in circumcisione nondum. Quodsi postea in utrumque mutatus est, et in digamiam per ancillae concubinatum, et in circumcisionem per testamenti signaculum, non potes illum patrem agnoscere nisi tunc cum deo credidit, siquidem secundum fidem filius eius es, non secundum carnem. Aut si posteriorem Abraham patrem [7]sequeris, id est digamum, recipe et circumcisum. Si reicis circumcisum, ergo recusabis et digamum. Duas dispositiones eius binis inter se modis diversas miscere non poteris. [8]Digamus cum circumcisione esse orsus est, [9]monogamus cum praeputiatione. Recipis digamiam, admitte et circumcisionem. Tueris praeputiationem, teneris[c] et monogamiae. Adeo autem [10]monogami Abrahae filius [11]es, sicut et praeputiati, ut si circumcidaris, iam non sis filius, quia non eris ex fide, sed ex signaculo fidei in praeputiatione iustificatae. [12]Habes apostolum, disce cum Galatis. Proinde etsi digamiam [13]tibi intuleris, non es illius [14]Abrahae filius cuius fides in monogamia praecessit. Nam etsi postea pater multarum nationum nuncupatur, sed earum quae ex fide [15]digamiam praecedente filii habebant deputari[d] Abrahae. Exinde res viderint. Aliud sunt figurae, aliud formae[e]. Aliud imagines, aliud definitiones. Imagines transeunt adimpletae, definitiones permanent adimplendae. Imagines prophetant, definitiones gubernant. Quid digamia illa Abrahae portendat idem apostolus [16]edocet interpretator utriusque testamenti, sicut idem semen nostrum in Isaac vocatum determinat. Si ex libera es[f], ad Isaac [17]pertinens, hic certe unum matrimonium

Cap. VI. 1. Sic *Ab.* 2. sic *ABC.* 3. te *om. b.* 4. passus *AB.* 5. deputemur *ABCa.* 6. est *om. ABCa.* 7. sequere sat est *AB.* se quaeri sat est *C.* sequeris ut et *a.* 8. Digamus cum (a *ab.*) circumcisione esse orsus est *abcd. liber Clementis.* digami a (digamia *C.*) circumcisione seorsus est *ABC.* 9. monogamia *AB.* et monogamia *C.* 10. monogamiae *AB.* 11. est *AB.* 12. Habens *ABC.* 13. iam tibi *ABCabc.* 14. Abrahae filius *om. ABCa.* 15. digamia *ABC.* 16. docet *AB.* 17. pertinens, hic certe *cd. Vaticanus unus.* pertines et hic certe *AB.* pertines, hic certe *reliqui.*

b. passivus] V. de hoc vocabulo quae adnotavi ad De Corona cap. 8.

c. teneris] V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 3.

d. habebant deputari] *Deputare* Tertulliano in usu est pro simplici *putare.* De structura verbi *habere* cum infinito cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

e. formae.] Leges. Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 18.

f. Si ex libera es] Si ex libera Abrahae uxore natus es.

pertulit. Isti itaque sunt, ut opinor, in quibus censeor. Ceteros nescio. Quorum si exempla [18]circumspicio, alicuius [19]David etiam per sanguinem [20]nuptias sibi ingerentis, alicuius Salomonis etiam uxoribus divitis, meliora sectari iussus, habes et Ioseph [21]uniiugum, et hoc nomine audeo dicere patre meliorem, habes Moysen dei de proximo[g] arbitrum, habes Aaronem principalem sacerdotem. Secundus quoque Moyses[h] populi secundi, qui imaginem nostram[i] [22]in promissionem dei induxit, in quo primo nomen domini dedicatum est[k], non fuit digamus.

Cap. VII. Post vetera exempla originalium personarum[a] aeque ad [1]vetera transeamus instrumenta[b] [2]legalium scripturarum, ut per ordinem [3]de omni nostra paratura[c] retractemus. Et quoniam quidam inter-
Matth. V, 17. dum nihil sibi dicunt esse cum lege, quam Christus non dissolvit, sed adimplevit, interdum quae volunt legis arripiunt, plane et nos
Act. XV, 10. sic dicimus decessisse legem, ut onera quidem eius, [4]secundum sententiam apostolorum, quae nec patres sustinere valuerunt, [5]concesserint, quae vero ad iustitiam spectant, non tantum reservata permaneant, verum et ampliata, ut scilicet redundare possit iustitia nostra super scribarum et pharisaeorum [6]iustitiam. [7]Si iustitia,
Deut. XXV, 5. utique et pudicitia. Si ergo, quoniam in lege praecipitur, ut quis fratris sui uxorem sine liberis defuncti in matrimonium adsumat ad suscitandum fratri suo semen, idque saepius evenire in unam personam potest secundum callidam illam quaestionem Sadducaeorum, ideo et alias putant permissam frequentiam nuptiarum, intellegere debebunt primo rationem ipsius praecepti, et ita scient illam ratio-

18. circumspicis *d., Fulv. Ursinus.* 19. dabit *ABC.* 20. nescias *ABCa.* 21. monogamum *ABCa.* 22. in promissionem dei induxit, in quo primo nomen domini dedicatum *bcd.* in promissionem in imaginem domini dedicatus *reliqui.*

Cap. VII. 1. vera *ABC.* 2. regalium *ABC.* 3. de omni *bcd.* per omnia *reliqui.* 4. quae secundum sententiam apostolorum nec *d., Fulv. Ursinus.* 5. concesserint *ABd.* concessarint *reliqui.* 6. iustitia *AB.* 7. Si iustitia *abcd.* iusti *reliqui.*

g. de proximo] Cf. adnot. ad De Patient. cap. 7.

h. Secundus quoque Moyses] Iesum Nave significat, de cuius nuptiis nihil scriptura tradidit. Itaque ex eo neque pro nuptiis neque adversus nuptias, sive primas sive secundas, quicquam colligitur. Et tamen Septimium sequitur [?] Hieronymus lib. I. adv. Iovinianum [p. 164. tom. IV. ed. Bened.]: „Ostende mihi, inquit, Iesum Nave vel uxorem habuisse vel filios, et si potueris monstrare, victum me fatebor." (Rigalt.)

i. imaginem nostram] Iudaeos. *Promissionem* dicit terram Iudaeis a deo promissam.

k. dedicatum est] Sic supra cap. 4. dixit scelus „in fratricidio *dedicatum.*"

Cap. VII. a. originalium personarum] Apolog. cap. 21 „Iudaeis erat apud deum gratia ubi et insignis iustitia et fides *originalium auctorum*" h. e. patriarcharum.

b. instrumenta] Sic supra cap. 4. dixit „*instrumenta* scripturarum."

c. paratura] Significat utriusque instrumenti seu testamenti Scripturas. (Rigalt.) V. quae adnotavi ad De Spectac. cap. 4.

nem iam [8]cessantem ex eis esse quae evacuata [9]sunt legis[d]. [3]Necessario succedendum erat in [10]matrimonium fratris sine liberis defuncti. Primum quia adhuc vetus illa benedictio decurrere habebat[e], Crescite et redundate, dehinc quoniam patrum delicta etiam Gen. I, 28.
de filiis exigebantur, [11]tertio quoniam spadones et steriles ignomi- Exod. XX, 5.
niosi habebantur. Itaque ne proinde maledicti iudicarentur qui non Gen. XXX, 1 sqq. Deut. XXIII, 1.
naturae reatu[f], at mortis praeventu orbi decessissent, ideo illis ex
suo genere vicaria et quasi posthuma suboles supparabatur. At ubi
et, Crescite et redundate, evacuavit extremitas temporum, inducente
apostolo, Superest ut et qui habent uxores sic sint ac si non ha- I Cor. VII, 29.
beant, quia tempus in [12]collecto est, et [13]desiit uva acerba a pa-
tribus manducata filiorum dentes obstupefacere, unusquisque enim Ier. XXXI, 29 sq.
in suo delicto morietur, et spadones non tantum ignominia caruerunt, verum et gratiam meruerunt invitati in regna caelorum, sepulta lege succedendi in matrimonium fratris contrarium eius obtinuit, non succedendi in matrimonium fratris. Et ita, ut praediximus, quod cessavit valere, cessante ratione, non potest alii argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto viro uxor, fratri utique nuptura, si nupserit. Omnes enim nos fratres sumus. Et illa nuptura in domino habet nubere, id est non ethnico, sed fratri, quia et vetus lex [14]adimit coniugium allophylorum. Cum autem et in Levitico cautum sit, Quicunque sumpserit fratris uxo- Lev. XX, 21.
rem, immunditia est, turpitudo, sine liberis [15]morietur, sine dubio, dum ille prohibetur denuo nubere, et illa prohibetur, non habens nubere nisi fratri. Quomodo ergo apostolo [16]conveniet et legi, [17]quam non in totum impugnat, cum ad epistolam ipsius [18]venerimus, ostendetur. Interim quod pertineat ad legem, magis nobis competunt argumentationes eius. Denique prohibet eadem sacer- Lev. XXI, 14.
dotes denuo nubere[g]. Filiam quoque sacerdotis iubet viduam vel
eiectam, si semen non fuerit illi, in domum patris sui regredi et Lev. XXII, 13.
de pane eius ali. Ideo si semen non fuerit illi, non ut si fuerit,

8. cessantem (cessante *A.*) ex eius *AB.* 9. sunt legis. Necessario *cd. liber Clementis.* sint. Necessario *Cab.* sit. Necessario *AB.* 10. matrimonio *AB.* 11. tertio — — habebantur *om. B.* 12. collectum *AB.* 13. desiit (desinit *AB.*) uva acerba a patribus manducata *ABCcd. liber Clementis et tres Vaticani.* desierunt uvae acerbae a patribus manducatae *ab. Gorziensis liber.* 14. admittit *AB.* 15. morientur *cd.* 16. conveniat *B.* 17. quam quomodo in totum *a.* 18. veneris *ABCa.*

d. evacuata sunt legis.] Evacuata h. e. infirmata. Sic paulo infra: „*evacuavit* extremitas temporum.“ V. adnot. ad De Patient. cap. 12.

e. decurrere habebat] Sic infra: „*habet nubere*“ et deinde: „*habens nubere,*“ et supra cap. 6 „*habebant deputari.*“

f. reatu] De hoc vocabulo adnotatum est ad Apolog. cap. 3.

g. nubere.] Cf. adnot. ad librum Ad Uxor. I, 7. Adde De Exhort. Castit. cap. 6.

denuo nubat (quanto magis enim non nubet, si filios habeat?), sed [19]ut si habuerit, a filio potius alatur quam a patre, quo et filius praeceptum dei exsequatur, Honora patrem et matrem. [20]Nos autem Iesus summus sacerdos et [21]magnus patris de suo vestiens
Gal. III, 27. (quia qui in Christo tinguuntur, Christum induerunt), sacerdotes
Apoc. I, 6. deo patri suo fecit[h], secundum Ioannem. Nam et illum adulescentem festinantem ad exsequias patris ideo revocat, ut ostendat sacerdotes nos vocari ab eo, [22]quos lex vetabat parentum sepulturae
Lev. XXI, 1. 11. adesse: Super omnem, inquit, animam defunctam sacerdos non introibit et super patrem suum et super matrem suam non contaminabitur. Ergo et nos hoc interdictum observare debemus? Non utique. Vivit enim [23]unicus pater noster deus et mater ecclesia, et [24]neque mortui sumus, qui [25]deo vivimus, neque mortuos sepelimus, quia et illi vivunt in Christo. Certe sacerdotes sumus a Christo vocati, monogamiae debitores, ex pristina dei lege, quae nos tunc in suis sacerdotibus prophetavit.

Cap. VIII. Nunc ad legem proprie nostram, id est [1]ad evangelium, conversi qualibus excipimur exemplis, dum ad sententias pervenimus? Ecce statim quasi in [2]limine [3]duae nobis antistites Christianae sanctitatis occurrunt, monogamia et continentia, alia pudica, in Zacharia sacerdote, alia integra, in Ioanne antecursore, alia [4]placans deum, alia praedicans Christum, alia totum praedicans sacerdotem, alia plus praeferens quam [5]propheten, scilicet eum qui non tantum praedicaverit aut demonstraverit coram, verum etiam baptizaverit Christum. Quis enim corpus domini dignius initiaret quam eiusmodi caro qualis et concepit illud et peperit? Et Christum quidem virgo enixa est[a], semel nuptura [6]post partum, ut uterque titulus[b] sanctitatis in Christi censu dispungeretur[c], per matrem et virginem et univiram. At ubi infans templo exhibetur, quis illum in manus suscipit? quis in spiritu primus agnoscit? Vir iustus et

19. et si *ABC*. 20. Non autem is summus *ABC*. 21. agnus *Ios. Scaliger*. 22. quod *B*. 23. unitus *AB*. 24. neque ipsi mortui *cd*. 25. de deo *c*.

Cap. VIII. 1. ad evangelium *cd. liber Clementis et tres Vaticani*. evangelium *ABCab*. 2. lumine *AB*. 3. duae *bcd*. duo *reliqui*. 4. praecans *A*. 5. propheten (*A?*)*bcd*. prophetans *reliqui*. 6. post *ABCcd*. *Vaticani tres*. ob *ab*.

h. sacerdotes deo patri suo fecit] De hoc loco cf. De Exhortat. Castit. cap. 7.

Cap. VIII. a. Et Christum quidem virgo enixa est] Hanc Tertulliani sententiam adserenti Helvidio contradixit Hieronymus [Adv. Helvidium p. 141. tom. IV. ed. Benedict.] „Et de Tertulliano quidem, inquit, nihil amplius dico quam ecclesiae hominem non fuisse.“ Quibus verbis significat Septimium nonnulla scripsisse catholicis minime consentanea.“ (Rigalt.)

b. titulus] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 1.

c. dispungeretur] Hoc est probaretur. Cf. de eo verbo adnot. ad Apolog. cap. 37.

[7]cautus, et [8]utique non digamus, vel ne [9]dignius mox Christus a femina praedicaretur vetere vidua et univira, quae et templo dedita satis in semetipsa portendebat, quales [10]spiritali templo, [11]id est ecclesiae, debeant adhaerere. Tales arbitros infans dominus expertus non alios habuit et adultus. Petrum solum invenio maritum, per socrum: monogamum praesumo per ecclesiam, [12]quae super illum aedificata omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura. Ceteros cum maritos non invenio, aut spadones intellegam necesse est aut continentes. Nec enim, si penes Graecos communi vocabulo censentur mulieres et uxores[d] pro consuetudinis facilitate (ceterum est proprium vocabulum uxorum), ideo Paulum sic [13]interpretabimur, quasi [14]demonstret uxores apostolos habuisse. Si enim de matrimoniis [15]disputaret, quod in sequentibus facit, ubi magis apostolus aliquod exemplum nominare potuisset, recte videretur dicere, Non enim habemus potestatem uxores circumducendi, sicut ceteri apostoli et Cephas? At ubi ea [16]subiungit quae de victuaria exhibitione[e] abstinentiam eius ostendunt, dicentis, Non enim potestatem habemus manducandi et bibendi? non uxores demonstrat ab apostolis [17]circumductas, quas et qui non habent, potestatem tamen manducandi et bibendi habent, sed simpliciter mulieres quae illis eodem instituto, quo et dominum comitantes, ministrabant. Iam vero si Christus reprobat scribas et pharisaeos, sedentes in cathedra Moysi nec facientes quae docerent, quale est, ut[f] et ipse super cathedram suam collocaret qui sanctitatem carnis praecipere magis, non etiam obire meminissent, quam illis omnibus modis [18]insinuarat et docendam et agendam? in primis [19]de suo exemplo, [20]tunc de ceteris argumentis, cum puerorum dicit esse regnum caelorum, cum consortes illis facit alios post nuptias pueros, cum ad simplicitatem columbae provocat, avis non tantum innocuae, verum et pudicae, quam unam unus masculus novit[g], cum Samaritanae maritum negat, ut adulterum ostendat numerosum

I Cor. IX, 4 sqq.

Matth. XVIII, 2. XIX, 14.

Matth. X, 16.

Ioh. IV, 17 sq.

7. castus *b*. 8. uterque *d*. 9. indignius *Ac. Vaticani tres*. 10. in spiritali *AB*. 11. ut ecclesiae *A*. vel ecclesia *B*. 12. quae super illum aedificata omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collatura *bcd*. qua (quae *B*. quam *A. m. pr.* quoniam *A. m. sec.*) super illum omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocaturus (collaturus *a*.) *ABCa*. 13. interpretabimus *AB*. 14. demonstrasset *ABCa*. 15. disputasset *ABCa*. 16. quae subiungit de *AB*. 17. circumductas *bcd*. deductas *reliqui*. 18. insinuaret *A*. 19. de *om. ABCa*. 20. tum *Latinius*.

d. communi vocabulo censentur mulieres et uxores] V. Tertull. De Orat. cap. 21.

e. de victuaria exhibitione] V. adnot. ad De Corona cap. 7.

f. quale est, ut] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 5.

g. quam unam unus masculus novit] Plin. Hist. Nat. X, 34.

maritum, cum in [21]revelatione gloriae suae de tot sanctis et pro-
Matth. XVII, 3 sqq. phetis Moysen et Heliam secum mavult, alterum monogamum, alterum spadonem. Non enim aliud fuit Helias quam Ioannes qui in
Matth. XI, 13. 19. Luc. XV, 2. virtute et spiritu venit Heliae, cum ille vorator et potator homo, prandiorum et coenarum cum publicanis et peccatoribus frequentator,
Ioh. II, 2 sqq. semel apud unas nuptias coenat multis utique nubentibus. Totiens enim voluit celebrare eas quotiens et esse.

Cap. IX. Sed hae argumentationes potius existimentur de coniecturis coactae, si non et sententiae adstiterint, quas dominus emisit in repudii retractatu, quod permissum aliquando iam prohibet, inprimis quia ab initio [1]non fuit sic, sicut matrimonii numerus[a], [2]tum
Matth. XIX, 6. 8. quia quos deus coniunxit, homo non separabit, [3]scilicet ne contra dominum faciat. Solus enim ille separabit qui et coniunxit. Separabit [4]autem non per duritiam repudii, [5]quam exprobrat et com-
Matth. X, 29. pescit, sed per debitum mortis. Siquidem unus ex passeribus duobus non cadit in terram sine patris voluntate. Igitur si quos deus coniunxit, homo non separabit repudio, [6]aeque consentaneum est, ut quos deus separavit morte, homo non coniungat matrimonio, proinde contra dei voluntatem iuncturus [7]separationem atque si separasset coniunctionem. Hoc quantum ad dei voluntatem non destruendam et [8]initii formam[b] restruendam. Ceterum et alia ratio conspirat, immo non alia, sed quae initii formam imposuit et vo-
Matth. V, 32. luntatem dei movit [9]ad prohibitionem repudii, [10]quoniam qui dimiserit uxorem suam [11]praeterquam ex causa adulterii, facit eam adulterari, [12]et qui dimissam a viro duxerit, [13]adulteratur utique. [14]Non et nubere legitime potest repudiata, et si [15]quid tale commiserit sine matrimonii nomine, non capit elogium adulterii, qua adulterium in matrimonio crimen est[c]? Deus [15b]taliter censuit citra

21. revelationem *AB*.

Cap. IX. 1. non fuit sic *cd. liber Clementis.* haec non fuit *b.* non fuit *reliqui.* 2. tunc (*A*)*BCa.* 3. scilicet ne contra dominum faciat. Solus enim ille separabit qui et coniunxit. Separabit *om. ABCa.* 4. non autem *ABCa.* 5. quam et exprobat *BC.* 6. et quid *AC. In B. verba* repudio — — separavit *omissa sunt.* 7. separationem coniunctionem. Hoc *C.* separationem coniunctione. et hoc *AB.* 8. univiratus *A. m. sec.* 9. et *ABC.* 10. quomodo *AB.* 11. praeter *AB.* 12. et qui dimissam a viro duxerit adulteratur *om. AB.* 13. adulterat *bc.* 14. nam et nubere legitime non (non *om. b.*) potest *Cab.* 15. quod *AB.* 15 b. taliter *ego.* aliter *libri omnes.*

Cap. IX. a. sicut matrimonii numerus] Nec repudium ob initio fuit, nec polygamia.

b. formam] Legem. Idem vocabulum eadem significatione habuimus supra cap. 6.

c. qua adulterium in matrimonio crimen est?] Verba *Non et nubere legitime potest repudiata* non sunt simul per interrogationem accipienda. Hoc enim ait, repudiatam nec nubere legitime posse, nec, si virum admiserit, ab adulterii crimine posse liberari. De vocabulo *elogium,* si placet, adeas adnot. ad De Corona cap. 5.

quam homines, ut in totum, sive per nuptias sive vulgo, alterius viri admissio adulterium [16]pronuntietur ab eo. Videamus enim quid sit matrimonium apud deum, [17]et ita cognoscemus quid sit aeque adulterium. Matrimonium est, cum deus iungit duos in unam carnem, aut iunctos deprehendens [18]in eadem carne [19]coniunctionem signavit. Adulterium est, cum quoquo modo disiunctis duobus alia caro, immo aliena miscetur, de qua dici non possit, Haec est caro Gen. II, 23. ex carne mea, et hoc os ex ossibus meis. Semel[d] enim hoc factum et pronuntiatum sicut ab initio, ita et nunc in aliam carnem non potest convenire. Itaque sine causa dices deum vivo marito nolle repudiatam alii viro iungi, quasi mortuo velit, quando si mortuo non tenetur, proinde [20]nec vivo. Tam [21]repudio matrimonium dirimente quam morte non tenebitur ei cui [22]per quod tenebatur [23]abruptum est. [24]Cui ergo tenebitur? Nihil deo interest, vivo an mortuo viro nubat. Neque enim [25]in illum [26]delinquit, sed in semetipsam. Omne delictum quod admiserit homo, extra corpus I Cor. VI, 18. est: qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit. Adulteratur autem, sicut [27]supra praestruximus, [28]qui aliam carnem sibi immiscet super [29]illam pristinam quam deus aut coniunxit in duos aut coniunctam deprehendit. Ideoque abstulit repudium, quod ab initio non fuit, [30]ut quod ab initio fuit muniat, duorum in unam carnem perseverantiam, [31]ne necessitas vel occasio tertiae concarnationis irrumpat, [32]soli causae permittens repudium, si forte [33]praevenerit cui praecavetur[e]. Adeo autem repudium a primordio [34]non fuit, ut apud Romanos[f] post annum sexcentesimum urbis conditae id genus duritiae commissum denotetur. Sed illi etiam non repudiantes adulteria commiscent: nobis, [35]etsi repudiemus, ne nubere quidem licebit[g].

16. pronuntietur ab eo. Videamus *ego.* pronuntietur a deo. Videamus *abc.* pronuntietur. Videamus *d.* pronuntietur. Imo ideo videamus *ABC.* 17. aeque et ita *AB.* 18. eandem carnem *AB.* 19. coniunctione *ABC.* 20. nec *om. AB.* 21. in repudio *ABC.* 22. per quod *bcd.* quo *Fulv. Ursinus.* quod *reliqui.* 23. abreptum *ABC.* 24. Cui ergo tenebitur? Nihil deo interest *c., ex libro Clementis.* Adeo non interest *abd.* de eo interest *ABC.* 25. in illum *abcd.* illo *reliqui.* 26. delinquat *ABCa.* 27. supra *om. A.* 28. quia vivam carnem *(A)BCa.* 29. vivam *ABCa.* 30. ut *om. ABC.* 31. ne *om. ABC.* 32. et soli *ABC.* 33. provenerit *a.* 34. tunc fuit *AB.* 35. et ni *AC.* et ut *A. m. sec.*

d. semel] Cf. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

e. soli causae permittens repudium, si forte praevenerit cui praecavetur.] Deus, quo scilicet adulterio praecaveret, omne repudium sustulit, nisi cuius causa adulterium fuerit.

f. apud Romanos] Cf. Savigny Abhandl. d. Berlin. Akad. 1814 et 1815. p. 61 sq., et quae adnotavi ad Apolog. cap. 6.

g. ne nubere quidem licebit.] *Nobis*, id est paracleticis. Nam apud psychicos alias nuptias post divortium fuisse permissas innuit principio libri II. ad Uxorem. (Rigalt.)

Cap. X. Video iam hinc [1]nos ad apostolum [2]provocari. Ad cuius sensum facilius perspiciendum tanto instantius praeculcandum est mulierem magis defuncto marito teneri, quo minus alium virum admittat. Recogitemus enim repudium aut [3]discordia fieri aut discordiam facere, [4]mortem vero ex lege dei non ex hominis offensa evenire, idque omnium esse debitum, etiam non maritorum. Igitur si repudiata quae per discordiam et iram et odium et causas eorum, iniuriam vel contumeliam vel quamlibet querelam, et anima et corpore separata est tenetur inimico, ne dicam marito, quanto magis illa quae neque suo neque mariti vitio, sed dominicae legis eventu, [5]a matrimonio non separata, sed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam debet? A quo repudium non audiit, non divertit; cui repudium non scripsit, cum ipso est; quem amisisse noluit, retinet. Habet secum animi licentiam, qui omnia homini quae non habet imaginario fructu repraesentat[a]. Ipsam deniqne interrogo feminam: Dic mihi, soror, in pace praemisisti virum tuum? Quid respondebit? An in discordia? Ergo hoc magis [6]ei vincta est cum quo habet apud deum causam. Non discessit quae tenetur. Sed in pace[b]? Ergo perseveret in ea cum illo necesse est quem iam repudiare non poterit, [7]ne sic quidem nuptura, si repudiare potuisset. [8]Enimvero et pro anima eius [9]orat[c], et refrigerium [10]interim adpostulat ei, et in prima resurrectione consortium, et [11]offert annuis diebus dormitionis eius. Nam haec nisi fecerit, vere repudiavit, quantum in ipsa est, et quidem hoc [11b]iniquius, [12]quanto quomodo potuit, quia non potuit[d], et hoc indignius, quanto iam indignius, si quia non meruit[e]. Aut

Cap. X. 1. nos ad apostolum (populum *AB.*) *ABCa.* ad apostolum nos *cd.* ad apostolum *b.* *In Gorziensi erat* nos apostolum provocantem, *quomodo edi voluit Rhenanus.* 2. provocantem *ABCa.* 3. discordia fieri aut *om. AB.* 4. mortem vero ex lege dei, non ex hominis *cd. Vaticani tres.* mortem vero ex lege, non ex hominis *Cab.* mortem non ex hominis *AB.* 5. a matrimonio *bcd.* matrimonio *reliqui.* 6. ei vincta *cd. Vaticani, et liber Clementis.* ei iuncta *ab.* evincta *ABC.* 7. nec *ABC.* 8. Enimvero et pro *cd. Vaticani, et liber Clementis.* Enimvero *ABC.* et pro *ab.* 9. oret *ab.* 10. interimat postulat *ABC.* interim adpostulet *ab.* *Pro* ei *in ABC. extat* enim. 11. offerat *ab.* 11 b. inquies *AB.*, 12. quanto iam iniquius, quia non potuit, et hoc indignius, quanto iam indignius, quia non meruit *Fr. Iunius.*

Cap. X. a. imaginario fructu repraesentat.] Quam praelicenter hoc Septimius! etsi officia intelligantur qualia describit libro II. ad Uxorem. (Rigalt.)

b. Sed in pace?] Hoc respondet illi quod praecessit: „An in discordia?“ (Rigalt.)

c. Enimvero et pro anima eius orat.] V. de his deprecationibus pro defunctis Desid. Heraldum ad Arnob. Adv. Natt. p. 189. Cf. Tertull. De Corona cap. 3. Muenter Prim. Eccl. Afr. p. 108. et

d. quanto quomodo potuit, quia non potuit] Nec licuit ei nec potuit repudiare maritum, ut, si nihilosecius eum repudiaret, quoad hoc posse videretur, id hoc iniquius fecisse censenda foret.

e. et hoc indignius, quanto iam indignius, si quia non meruit.] Et tanto indignius fecisse censenda foret, si ma-

numquid nihil erimus post mortem, secundum aliquem Epicurum, et non secundum Christum? Quod si [13]credimus mortuorum resurrectionem, utique [14]tenebimur cum quibus resurrecturi sumus rationem de alterutro reddituri. Si autem in illo aevo neque nubent neque nubentur, sed erunt aequales angelis, non ideo non tenebimur coniugibus defunctis, quia non erit restitutio coniugii? Atquin eo magis tenebimur, quia in meliorem statum destinamur, resurrecturi in [15]spiritale consortium, agnituri tam nosmetipsos quam et nostros. Ceterum quomodo gratias deo in aeternum [16]canemus, si non manebit in [17]nobis sensus et memoria debiti huius, [18]si substantia, non conscientia reformabimur? Ergo qui cum deo erimus, simul erimus, dum omnes apud deum unum (licet merces varia, licet multae mansiones penes patrem eundem), uno denario eiusdem mercedis operati, id est vitae aeternae, in qua magis non separabit quos coniunxit deus, [19]quam in ista [20]minore vita separari vetat. Cum haec ita sint, quomodo alii viro vacabit quae suo etiam in [21]futurum occupata est? Utrique autem sexui loquimur, etsi ad [21b]alterum sermo est, quia una disciplina praeest. [22]Alium habebit in spiritu, [23]alium in carne. Hoc erit adulterium, unius feminae in duos viros conscientia. Si alter a carne disiunctus est, sed [24]in corde remanet, illic, ubi etiam [25]cogitatus sine carnis congressu et adulterium ante [26]perficit ex concupiscentia et matrimonium ex voluntate, usque adhuc maritus est, ipsum illud possidens per quod et factus est, id est animum[f]: in quo si et alius [27]habitabit, hoc erit crimen. Ceterum non est exclusus, si a viliore commercio carnis [28]discessit. Honoratior maritus est, quanto mundior factus est.

Matth. XXII, 30.

Matth. XX, 10.

Ut igitur in [1]domino nubas [2]secundum legem et apostolum (si tamen vel hoc curas), qualis [3]es id matrimonium postulans quod eis a quibus postulas non licet habere, ab episcopo monogamo, a presbyteris et diaconis eiusdem sacramenti[a], a viduis[b], quarum se-

Cap. XI.

13. credidimus *ABC.* 14. tenebitur *ABC.* 15. spirituale *AB., pro more.* 16. cavebimus *B.* 17. nos *AB.* 18. si *om. c. cum libro Clementis.* 19. qui in *ABCab.* 20. minori *AB.* 21. futuro *AB.* 21b. alterutrum *tres Vaticani.* 22. Aliud *ABCa.* 23. aliud et *ABCa.* 24. carne remaneret *AB.* 25. congregatus *ABC.* 26. perficitur *ABC.* 27. habitavit *ABC.* 28. decessit *bcd.* discessit *reliqui.*

Cap. XI. 1. domino *cd. liber Clementis.* deo *reliqui.* 2. secundum legem et *cd. liber Clementis.* secundum et *reliqui.* 3. est *AB.*

rito repudium scriberet non alia de causa quam quia mortuus esset, quanto indignius est nihil merentem tali ignominia afficere.

f. ipsum illud possidens per quod et factus est, id est animum] Etenim, ut aiunt ICti, nuptias consensus facit, non concubitus. (Rigalt.)

Cap. XI. a. eiusdem sacramenti] Hoc est monogamis. (Rigalt.)

b. a viduis] Diaconissis. Cf. Ad Uxor. I, 17. De Veland. Virg. cap. 9. Muenter Prim. Eccl. Afr. p. 58 sq.

ctam in te recusasti? Et illi plane sic dabunt viros et uxores, quomodo [4]buccellas[c]. Hoc enim est apud illos, Omni petenti te dabis. Et coniungent vos in ecclesia virgine, unius Christi unica sponsa. Et orabis pro maritis tuis, novo et vetere. Elige cui te adulteram praestes. Puto, ambobus. Quodsi sapias, taceas defuncto. Repudium sit illi silentium tuum, alienis iam dotalibus[d] scriptum. Hoc modo novum promereberis maritum, si veteris obliviscaris. Debes magis illi placere propter quem [5]deo placere non maluisti. Haec [6]psychici volunt apostolum probasse aut in totum
I Cor. VII, 39. non recogitasse, cum scriberet: Mulier [7]vincta est, in quantum temporis vivit vir eius; si autem mortuus fuerit, libera est: cui vult, nubat, tantum in domino. Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam secundi matrimonii, immo et plurimi, si secundi; quod enim semel [8]esse desiit, [9]omni obnoxium est numero. Quo autem sensu [10]apostolus scripserit, ita relucebit, si prius constet non hoc illum sensu scripsisse quo [11]psychici utuntur. Constabit autem, si quis ea recordetur quae huic capitulo diversa sunt et apud doctrinam et apud voluntatem et apud propriam ipsius Pauli disciplinam. Si enim secundas nuptias [12]permittit, quae ab initio non fuerunt, quomodo affirmat omnia ad initium recolligi in Christo? Si vult nos iterare coniugia, quomodo semen nostrum in Isaac semel marito auctore defendit? Quomodo totum ordinem ecclesiae de monogamis disponit, si non haec disciplina praecedit in laicis, ex quibus ecclesiae ordo proficit? Quomodo in matrimonio adhuc positos a fructu matrimonii avocat, dicens in [13]collecto esse tempus, si per mortem matrimonio elapsos iterum in matrimonium revocat? Haec si diversa sunt ei capitulo de quo agitur, constabit, ut diximus, non hoc illum sensu scripsisse, quo [14]psychici utuntur; quia facilius est, ut aliquam rationem habeat unum illud capitulum [15]quae cum ceteris [16]sapiat, quam ut apostolus diversa inter se docuisse videatur. Eam rationem in ipsa materia poterimus reco-

4. buccellos *AB.* 5. deo placere non maluisti *abcd. liber Gorziensis.* deo non maluisti *reliqui.* 6. physici *ABC.* 7. vincta *(B)cd. liber Clementis.* iuncta *reliqui.* 8. desit esse *AB.* 9. omni *d., Fulv. Ursinus.* omne *reliqui, praeter c., in quo non extat.* 10. apostolus — — sensu *om. A.* 11. physici *ABC.* 12. permittit *cd. liber Clementis.* remittit *reliqui.* admittit *adnotatum est in margine C.* 13. collectum *AB., pro more.* 14. physici *ABC.* 15. quam *a.* 16. habeat *ABC.*

c. quomodo buccellas.] Omnibus scilicet petentibus. Quasi etiam de coniugio dictum sit illud, Omni petenti te dato; quod suum habere titulum ad elecmosynam pertinentem ait libro de Baptismo cap. 18. Itaque his verbis honestis nequiorem significatum involvit, quemadmodum in Salomonis proverbiis legimus: „Sic est via mulieris adulterae: comedit et tergit os suum.“ (Rigalt.)

d. dotalibus] Dotales vel dotalia h. l. pro ipso matrimonio. Utitur eo vocabulo etiam Ad Uxor. II, 8.

gnoscere. [16b] Quae ista materia apostolo fuit [17] scribendi talia? Tirocinium novae et [18] cum maxime orientis ecclesiae, quam lacte I Cor. III, 2.
scilicet educabat, nondum solido cibo validioris doctrinae, adeo ut prae illa infantia fidei ignorarent adhuc quid sibi agendum esset circa carnis et sexus necessitatem. Cuius etiam ipsas species ex rescriptis intellegimus, cum dicit, De his autem quae scribitis: I Cor. VII, 1 sq.
Bonum est homini mulierem non attingere; propter fornicationes autem unusquisque uxorem suam habeat. Ostendit fuisse qui in matrimonio a fide deprehensi verebantur, ne non liceret eis matrimonio suo exinde uti, quia in carnem sanctam Christi credidissent. Et tamen secundum veniam concedit, non secundum imperium, id est indulgens, non praecipiens ita fieri. Ceterum malebat omnes I Cor. VII, 7.
id esse quod et ipse. Proinde et de repudio rescribens demonstrat quosdam de isto quoque cogitasse, vel maxime quia et in ethnicis matrimoniis non putabant post fidem[e] [19] sibi perseverandum. Quaerebant et de virginibus consilium (praeceptum enim domini non erat), bonum esse homini si sic permaneat, utique quomodo a fide fuerit inventus. Vinctus [20] es uxori, ne quaesieris solutionem. Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem. Si autem acceperis uxorem, non deliquisti, quia ante fidem soluto ab uxore non numerabitur post fidem secunda uxor, quae post fidem prima est. A fide enim etiam ipsa vita nostra censetur. Sed hic parcere se dicit illis; alioquin pressuram carnis subsecuturam prae angustiis temporum impedimenta matrimonii recusantibus; [21] quin potius de domino sollicitudinem habendam [22] promerendo quam de [23] marito. Et ita revocat quod permisit. Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definit unumquemque in qua vocatione vocabitur, in ea per- I Cor. VII, 24.
manere debere, adiciens, Mulier vincta est quamdiu vivit vir eius, si autem dormierit, libera est, [23b] cui volet nubat, tantum in domino: [24] hinc quoque eam demonstrat intellegendam quae et ipsa sic fuerit inventa soluta a viro, quomodo et vir solutus ab uxore, per mortem utique, non per repudium facta solutione, quia repudiatis non permitteret nubere adversus pristinum praeceptum. Itaque mulier, si nupserit, non delinquet, quia nec hic secundus maritus deputabitur [25] qui est a fide primus[f], et adeo sic est, ut propterea

16b. Qua *ABCa.* 17. scribenda, ut alia *a.* scribenda. Italia *ABC.* 18. quam maxime *ABCa.* 19. sibi perseverandum *cd. liber Clementis.* perseverandum *reliqui.* 20. es enim uxori *ABCa.* 21. quoniam *AB.* 22. promendo *c.* 23. marito, ita revocat *c.* 23b. cuilibet *AB.* 24. hinc *d., ex emendatione Fulvii Ursini.* hanc *ABCabc.* 25. quia *d.*

e. post fidem] De hac brachylogia adnotavi ad Scorpiac. cap. 11. Sic iterum paulo infra „ne scilicet etiam *post fidem* ethnico se nubere posse praesumeret."

f. qui est a fide primus] Rigaltius

adiecerit, Tantum in domino: quia de ea agebatur quae ethnicum habuerat et amisso eo crediderat, [26]ne scilicet etiam post fidem ethnico se nubere posse praesumeret; licet nec hoc [27]psychici curent. Sciamus plane[g] non sic esse in Graeco authentico[h], quomodo in usum [28]exiit per duarum syllabarum aut [29]callidam aut simplicem
I Cor. VII, 39. eversionem[i]: [30]Si autem dormierit vir eius; quasi de futuro sonet, ac per hoc videatur ad eam pertinere quae iam in fide virum amiserit. Hoc quidem si ita [31]esset, in infinitum emissa licentia totiens virum dedisset, quotiens amissus esset, sine ullo pudore nubendi

26. ne *om. ABC.* 27. physici *ABC., pro more.* 28. exigit *ABC.* 29. callibem *A(m. pr.) B.* 30. Si dormierit *cd.* 31. est et in *ABC.*

correxit: *quia ne hic secundus maritus deputabitur, quia est a fide primus.* Retineri poterat vulgata scriptura, sensu non diverso.

g. Sciamus plane] Cum omne et Veteris et Novae Scripturae instrumentum in Latinum sermonem exinde translatum sit, multo purior manare credenda est fontis unda quam rivi, ut ait adversus Helvidium Hieronymus. Itaque et libro De Praescriptt. Haeret. cap. 36. ad ecclesias apostolicas provocat „apud quas authenticae, inquit, litterae apostolorum recitantur, sonantes vocem, repraesentantes faciem.“ Sed Graeci illius authentici editiones haud fuisse omnes accuratissimas iam olim observavit Gregorius Nyssenus Orat. II. de Resurr. Domini. Etenim ait „*ἐν τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις*“ evangelium Marci non pergere ultra haec verba: „*ἐφοβοῦντο γάρ.*“ Cuiusmodi ulla hodie extare nondum est compertum. Nisi quod in Bibliotheca Regia servatur exemplar litteris descriptum mainsculis, ubi post illa: „*ἐφοβοῦντο γάρ*“ nota finis adpingitur. Mox ab eiusdem librarii manu legitur in quibusdam libris reperiri: „*Πάντα δὲ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς οἷς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλεν δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας.*“ Tum altera liberarii nota. In nonnullis etiam codicibus post illa „*ἐφοβοῦντο γάρ*“ sequi „*Ἀναστὰς δὲ πρωΐ*“ et cetera quae in vulgatis editionibus. (Rigalt.)

h. in Graeco authentico] In Graeca veritate, in Graeca origine. Hieronymus Praefat. in Evangelium, Augustinus de Doctr. Christiana II, 15 „Libros autem Novi Testamenti, si quid in Latinis varietatibus titubat, Graecis cedere oportere non dubium est, et maxime qui apud ecclesias doctiores et diligentiores reperiuntur.“ Et libro contra Faustum Manichaeum II, 6., ubi de Pauli Epistolis citat codicem Latinum emendatum, et codicem Graecum etiam emendatum. Nec piguit Augustinum plures inspicere codices, ut ipse testatur in Psalm. LXVII: „Plures autem codices Latini, inquit, et maxime Graeci, ita distinctos versus habent.“, et paulo post: „qua distinctione multorum codicum et auctoritate digniorum consonanti, sine dubio praeferenda“ cett. Idem ad Psalm. eundem: „Istam repetitionem non omnes codices habent, et eam diligentiores stella apposita praenotant.“ (Rigalt.)

i. per duarum syllabarum aut callidam aut simplicem eversionem] In authentico suo illo legisse videtur „*ἐὰν κοιμᾶται,*“ si dormiat, si mortuus sit, maritus scilicet, antequam uxor ad fidem vocaretur. Ut ex illo „*ἐὰν κοιμᾶται*“ per eversionem duarum syllabarum factum sit „*ἐὰν κοιμηθῇ,*“ si dormierit, si mortuus fuerit. Quod etiam de futuro sonat, inquit Septimius. Quasi apostoli sensus extendatur etiam ad eum casum, quo virum post fidem ab uxore susceptam mori contigerit, quo etiam casu liceat uxori nubere alii viro. Et tamen in membranis illis vetustissimis quos viri docti iam pridem ex ampliss. Cl. Puteani bibliotheca laudavere, disertissime scriptum legitur: „*ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς,*“ quod ibidem Latine quoque redditur: „si vero dormitionem vir eius acceperit.“ Quae sane loquendi forma Christianum maritum significare magis videtur quam ethnicum. (Rigalt.)

etiam ethnicis [32]congruente. Sed [33]etsi ita esset, quasi de futuro, Si cuius maritus mortuus fuerit[k], tantundem et futurum ad eam pertineret cuius ante fidem morietur maritus. [34]Quavis accipe, dum cetera non evertas. Nam cum et illa sententiae cedant: Servus vocatus es, ne curaveris: Impraeputiatus [35]vocatus es, ne circumcidaris: Circumcisus vocatus es, ne adduxeris[l], — quibus concurrit: Vinctus es uxori, ne quaesieris solutionem: solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem, satis manifestum est ad eos haec pertinere qui in nova et recenti vocatione constituti de his consulebant in quibus a fide fuerant deprehensi. Haec erit interpretatio capituli istius de hoc examinanda, an et tempori et causae, et tam exemplis et [36]argumentis praecedentibus quam et sententiis et sensibus subsequentibus, et in primis an ipsius apostoli et consilio proprio congruat et instituto; nihil enim custodiendum est [37]quam ne diversus sibi [38]quis deprehendatur.

Audi et subtilissimam e contrario argumentationem. Adeo, Cap. XII.
inquiunt, permisit apostolus iterare connubium, ut solos qui [1]sunt in clero monogamiae iugo [2]astrinxerit. Quod enim quibusdam praescribit, [3]id non omnibus praescribit. Numquid ergo et quod omnibus praecipit, [3b]solis episcopis non praescribit, si quod episcopis praescribit, non et omnibus praecipit? An ideo omnibus, quia et episcopis? et ideo episcopis[l], quia et omnibus? Unde enim episcopi et clerus? Nonne de omnibus? Si non omnes monogamiae tenentur, unde monogami in clerum? An ordo [4]aliqui seorsum debebit institui monogamorum, de quo allectio fiat in clerum? Sed cum extollimur et [5]inflamur adversus clerum, tunc [6]unum omnes sumus, tunc omnes sacerdotes, [7]quia sacerdotes nos deo Apoc. I, 6. V, 10.
et patri fecit[a]. Cum ad peraequationem disciplinae sacerdotalis provocamur, deponimus infulas, et [8]pares sumus[b]. De ecclesiasticis

32. congruentes *ABC.* 33. etsi *cd.* si *reliqui.* 34. Quavis *ego.* Quam vis *c. liber Clementis.* Quaevis *bd. In ABCa. verba* Quavis accipe, dum cetera *non comparent.* 35. vocatus *om. ABCa.* 36. argumentibus *AB.* 37. quam ne *bcd.* qua ne *A. m. sec.* qua *ABCa.* 38. quis *om. ABCa.*

Cap. XII. 1. sint *B.* 2. adstruxerit *B.* 3. id non omnibus praescribit *om. AB.* 3b. solis episcopis — — non et omnibus praecipit *om. AB.* 4. aliqui *cd. liber Clementis.* aliquis *reliqui.* 5. inflammamur *liber Clementis.* 6. omnes unum *AB.* 7. quia sacerdotes *om. AB.* 8. pares *ABCac.* partes *b.* impares *d., Harrisius.* impartes *Fulv. Ursinus.*

k. Si cuius maritus mortuus fuerit] Est interpretatio verborum illorum „ἐὰν κοιμηθῇ.“

l. ne adduxeris] Praeputium scilicet. „Praeputia ducere“ dixit Iuvenal. Sat. VI, [237.]. (Rigalt.)

Cap. XII. a. quia sacerdotes nos deo et patri fecit.] Haec sunt ex mente eorum prolata qui inflantur et extolluntur adversus clerum suaque praerogativa eum privare audent.

b. deponimus infulas, et pares sumus.] Ironia. Ita non opus erat cum Harrisio et Rigaltio rescribere *impares sumus.* Quod ad infulas recte Muenterus Prim. Eccl. Afr. p. 62. „Infula, inquit,

[9]ordinibus agebatur, quales ordinari oporteret. Oportebat igitur omnem communis disciplinae formam sua fronte proponi[c], edictum quodammodo futurum universis [10]impressioni[d], quo magis sciret plebs eum ordinem[e] sibi observandum qui faceret praepositos, [11]et ne vel ipse honor aliquid sibi ad licentiam quasi de privilegio loci [12]blandiatur. Prospiciebat spiritus sanctus dicturos quosdam, Omnia licent episcopis, sicut ille vester Utinensis nec Scantiniam timuit[f]. Quot enim [13]et digami praesident apud vos, insultantes utique apostolo, certe non erubescentes, cum haec sub illis leguntur? Age iam, qui putas [14]exceptionem monogamiae de episcopis factam, recede [15]et a reliquis tuis titulis disciplinae, qui cum monogamia
I Tim. III, 2 sqq. episcopis ascribuntur. Noli esse irreprehensibilis, sobrius, bene moratus, ornatus, hospitalis, [16]docibilis, quin vero et vino deditus et manu promptus ad caedendum et [17]pugnax et pecuniae amans et domum non regens nec filiorum curans disciplinam, sed nec ab extraneis bonam famam sectans. Si enim suam habent episcopi legem circa monogamiam, etiam cetera quae monogamiae accedere oportebit episcopis erunt scripta. Laicis vero, [18]queis [19]monogamia non convenit, cetera quoque aliena sunt. Evasisti, [20]psychice, si velis, vincula disciplinae totius. Praescribe constanter [21]non omnibus praecipi quae quibusdam sint praecepta, aut si cetera quidem communia sunt, monogamia vero solis episcopis imposita est, numquid illi soli Christiani pronuntiandi in quos tota disciplina collata est?

9. ordinibus *om. liber Divionensis. In A. extat* pares sumus ecclesiasticis ordinibus *cett.* 10. impressioni *ego.* impressione *ABCabc.* in praesessione *d.* in praeceptione *liber Divionensis.* 11. ut ne *AB.* 12. blandiretur *d., Fulv. Ursinus.* 13. et (et *om. AB.*) ex digamia *ABCa.* 14. acceptionem *ABC.* 15. et *om. ABCab.* 16. docilis *B.* 17. pugnas *ABC.* 18. queis (quis *abc.*) *Babcd.* quos *reliqui.* 19. monogamiae *AB.* 20. physice *ABC.* 21. aut omnibus praecepi *A.*

his verbis unice usurpatur ad significandam personam sacerdotalem, imagine a vestitu sacerdotum ethnicorum petita; quippe infulae episcoporum aliorumque praelatorum sunt longe serioris aetatis." Cf. I. Kaye Episc. Lincoln. Eccl. Hist. Saec. II. et III. p. 246.

c. sua fronte proponi] Eleganter frontem ecclesiae vocat episcopos, presbyteros, diaconos. Oportebat, inquit, in fronte ecclesiae Christianae proponi ac perdere formam, hoc est tabulas totius disciplinae ecclesiasticae, ut sic praecederet edictum quod universi sequerentur. Sic enim legitur in Divionensi codice vetusto: *„edictum quodammodo futurum universis in praecessione."* (Rigalt.)

d. impressioni] Sic corrigendum erat. Cf. de eo vocabulo quae adnotavi ad Apolog. cap. 5.

e. eum ordinem] Ordinem monogamorum significat, unde sumuntur praepositi. Itaque omnem plebem volebat esse monogamos. (Rigalt.)

f. sicut ille vester Utinensis nec Scantiniam timuit.] Episcopus Utinensis. Lex Scantinia, quae damnabat adulteria virorum tantum, sicut Iulia mulierum tantum, ut ait Vet. Interpr. Iuvenalis p. 584. Cram., hoc est stuprum cum masculo, Cf. Quinctil. Inst. Orat. IV, 2, 69. VII. 4, 42. Cic. ad Div. VIII, 12, 14. Phil. III, 6. Sueton. Domit. cap. 8. Iuven. Sat. II, 29 sqq. 43 sq. Auson. Epigr. 89. Prudent. Perist. IX, 204. I. F. Christius Hist. Leg. Scat. (Hal. 1727., et in Oelrichs Coll. Dissert. Brem. 1785.). Cf. etiam ad Tertulliani verba Muenter Prim. Eccl. Afr. p. 72 sq.

Sed et Timotheo scribens vult iuvenculas nubere, filios suscipere, matres familiae agere. Ad eas dirigit quales supra denotat, iuvenculas viduas, quae in viduitate deprehensae et aliquamdiu [1]adsectatae[a], postquam in deliciis habuerunt Christum[b], nubere volunt, habentes iudicium quod primam fidem resciderunt, illam videlicet a qua in viduitate inventae et professae eam non perseverant. Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptae [2]viduitatis postea rescindant, non ut totiens nubant, quotiens in viduitate [2]temptata, immo et in deliciis habita, noluerint perseverare. Legimus eum et ad Romanos scribentem: Quae autem sub viro est [3]mulier, viventi viro vincta est; si autem obierit, evacuata[c] est a lege viri. Nempe ergo vivente viro adulterare putabitur, si [4]iuncta fuerit alteri viro. Si vero obierit vir, liberata est a lege, quod non sit adultera facta [5]alii viro. Sed et sequentia recognosce, quo [6]sensus iste, qui tibi blanditur, evadat. Itaque, inquit, [7]fratres mei, mortificamini et vos legi per corpus Christi, ut efficiamini [8]alteri, ei scilicet qui a mortuis resurrexit, uti fructum feramus deo. Cum enim eramus in carne, passiones delictorum, quae per legem efficiebantur, in membris nostris ad fructum ferendum morti: nunc autem evacuati sumus [9]a lege, mortui in quo tenebamur, ad serviendum deo in novitate spiritus, et non in vetustate litterae. Igitur si mortificari nos iubet legi per corpus Christi, quod est ecclesia, quae spiritu novitatis constat, non per literam vetustatis, id est legis, auferens te a lege, quae [10]non tenet uxorem marito defuncto, quominus alii viro fiat, ad contrariam te redigit condicionem, ne amisso viro nubas, quantumque non deputareris adultera facta alteri viro post mortem mariti, si adhuc in lege agere deberes, tanto ex diversitate condicionis adulterii te praeiudicat post mortem mariti alii nubentem; quia iam [11]mortificata es legi, non potest tibi licere, cum recessisti ab ea apud quam tibi licebat.

Cap. XIII. II Tim. V, 11—15.

Rom. VII, 2—6.

Nunc [1]si et absolute apostolus permisisset in fide amisso ma- Cap. XIV.

Cap. XIII. 1. adsectatae *cd., ex emendatione Harrisii.* affectatae *reliqui.* 2. temptanda *ABCa.* 3. mulierum *AB.* 4. vincta *A.* 5. alteri *AB.* 6. sensu *ABC.* 7. fratres mei *ABcd. liber Clementis.* fratres *reliqui.* 8. aliter *A(B)C.* 9. a lege mortis in quo *c., ex libro Clementis. Rhenanus in marg. C.* 10. non *om. ABC.* 11. mortificata es *abcd.* mortificatae *reliqui.*

Cap. XIV. 1. si *om. ABC.*

Cap. XIII. a. adsectatae] Scilicet a procis et amatoribus.

b. postquam in deliciis habuerunt Christum] Interpretor: Postquam desierunt solum Christum in deliciis habere. Vide omnino de varia horum apostoli verborum interpretatione Sabaterium Bibliorum Sacr. Lat. Vers. Ant. tom. III. p. 875.

c. evacuata] Hoc est soluta, liberata. Cf. adnot. ad De Patientia cap. 12. Iterum paulo infra in verbis apostoli: „nunc autem *evacuati sumus* a lege."

trimonio nubere, proinde fecisset quemadmodum et cetera quae adversus formam regulae suae pro condicione temporum gessit, circumcidens Timotheum propter [2]superinducticios falsos fratres, et
Act. XVI, 3. XXI, 24. rasos quosdam inducens in templum propter observationem Iudaeorum, ille qui Galatas in lege volentes agere castigat. Sed ita res
I Cor. IX, 22. [3]exigebant, ut omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret, par-
Gal. IV, 19. turiens illos, donec formaretur Christus in ipsis, et calefaciens tanquam nutrix parvulos fidei, docendo quaedam per veniam, non per imperium (aliud est enim indulgere, aliud iubere), proinde temporalem licentiam permittens denuo nubendi propter infirmitatem
Deut XXIV, 1. carnis, quemadmodum Moyses repudiandi propter duritiam [4]cordis. Et hic itaque reddemus supplementum sensus istius. Si enim Chri-
Matth. XIX, 8. stus abstulit quod Moyses praecepit, quia ab initio non fuit sic, nec sic ideo ab alia venisse virtute reputabitur Christus, cur non et paracletus abstulerit quod Paulus indulsit, quia et secundum matrimonium ab initio non fuit, nec ideo suspectus habendus sit, quasi spiritus alienus, tantum ut deo et Christo dignum sit quod [5]superducitur[a]? [6]Si deo et Christo dignum fuit [7]duritiam cordis tempore expleto compescere, cur non dignius sit et deo et Christo infirmitatem carnis tempore iam collectiore discutere? Si iustum est matrimonium non separari, utique et non iterari honestum est. Denique apud saeculum utrumque in bona disciplina deputatur, aliud concordiae nomine, aliud pudicitiae. Regnavit duritia cordis usque ad Christum, regnaverit et infirmitas carnis usque ad paracletum. Nova lex abstulit repudium (habuit quod auferret), nova prophetia secundum matrimonium, non minus repudium prioris. Sed facilius duritia cordis Christo cessit quam infirmitas carnis. Plus haec sibi Paulum defendit quam [8]illa Moysen; si tamen defendit cum indulgentem eum captat, praescribentem recusat, quae potiores sententias et perpetuas voluntates eius [9]eludit, quae non sinit nos [10]hoc apostolo praestare quod mavult. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseverabit? Tempus eius, donec paracletus [11]operaretur, fuit, in quem [12]dilata sunt a domino quae tunc [13]sustineri non poterant, quae iam nemini competit portare [14]non [15]posse, quia per quem datur portare posse

2. superductitios *ACa.* superdictios *B.* 3. exigebat *liber Clementis.* 4. cordis *abcd. liber Gorziensis.* carnis *reliqui.* 5. superdicitur *A(B). Vaticani tres.* 6. Si *cd. Vaticani tres.* Sed *reliqui.* 7. duritiem *AB.* 8. illa non sensi tamen *ABC.* 9. velut idque *ABC.* 10. et hoc *AB.* 11. operatur *C.* operatus *AB.* 12. dilatata *C.* 13. sustinere *ABc. Vaticani tres.* 14. non *om. a.* 15. posse, quia per quem datur portare posse non deest. Quamdiu *bcd.* posse. Quamdiu *a.* posse non deest. Quamdiu *reliqui.*

Cap. XIV. a. superducitur?] Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 11.

non deest. Quamdiu causabimur carnem, quia dixit dominus, Caro infirma? Sed praemisit et, Spiritus promptus, ut vincat spiritus carnem, ut cedat quod infirmum est fortiori. Nam et, Qui potest capere capiat, inquit, id est qui non potest, discedat. Discessit et ille dives, qui non ceperat substantiae dividendae egenis praeceptum, et dimissus est sententiae suae a domino. Nec ideo duritia imputabitur Christo de [16]arbitrii cuiuscunque liberi [17]vitio. Ecce, inquit, posui ante te bonum et malum. Elige quod bonum est; si non potes, quia non vis (posse enim te, si velis, ostendit, quia tuo arbitrio utrumque proposuit), discedas oportet ab eo cuius non facis voluntatem. Matth. XXVI, 41. Matth. XIX, 12. Matth. XIX, 16—22. Deut. XXX, 15. Sirac. XV, 18.

Quae igitur hic duritia nostra, si non facientibus voluntatem dei renuntiamus? Quae haeresis, si secundas nuptias, ut illicitas, iuxta adulterium iudicamus? Quid [1]est enim adulterium quam matrimonium illicitum? Notat apostolus eos qui in totum nubere prohibebant, qui et de cibis interdicebant quos deus condidit. Nos vero non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quam cibos reprobamus, si saepius ieiunamus. Aliud est [2]auferre, aliud temperare; aliud est legem non nubendi ponere, aliud [3]est modum nubendi statuere. Plane qui exprobrant nobis duritiam vel haeresim [4]in hac causa aestimant, si in tantum fovent [5]carnis infirmitatem, ut in nubendo frequenter [6]sustinendam putent, cur illam in alia causa neque sustinent neque venia fovent, cum tormentis expugnata est in negationem? Utique enim illam magis excusari capit[a] quae in proelio cecidit quam quae in cubiculo, quae in equuleo succubuit quam quae [7]in lectulo, quae crudelitati cessit quam quae libidini, quae gemens devicta est quam quae subans. Sed illam quidem a communicatione depellunt, quia non sustinuit in finem; hanc vero suscipiunt, quasi et haec sustinuerit in [8]finem. Propone, quid utraque non sustinuerit in finem, et invenies eius causam honestiorem quae saevitiam quam quae pudicitiam sustinere non potuit. Et tamen nec cruentam defectionem infirmitas carnis excusat, nedum impudicam. Cap. XV. 1Tim. IV, 3.

Rideo autem, cum infirmitas carnis opponitur, quae summa fortitudo [1]dicenda est. Iterum nubere est res virium; resurgere Cap. XVI.

16. arbitrio *AB*. 17. servitio *ABC*.

Cap. XV. 1. enim est *AB*. 2. referre (*A*)*BC*. 3. est *om. d*. 4. in hac causa aestimant, si *liber Clementis*. in hac causa, si *ABCabcd*. 5. carnis meae infirmitatem *AB*. 6. sustinendam *ABCacd*. *liber Clementis, Latinius*. sustinendum *b*. 7. inlectui *AB*. in lecto *A. m. sec*. 8. fine *A*(*B*)*C*.

Cap. XVI. 1. dicenda *om. AB*.

Cap. XV. a. excusari capit] Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 1. et ad Apolog. cap. 17.

in opera carnis de continentiae otio [2]substantia est laterum. Talis infirmitas et tertio et quarto et usque septimo forsitan matrimonio sufficit, ut quae totiens fortior quotiens fuerit infirmior, habitura iam non apostolum auctorem, sed [3]Hermogenem aliquem[a], plures solitum mulieres ducere quam pingere. Materia enim in illo abundat, unde et animam esse praesumens multo magis spiritum a deo non habet, iam nec [4]psychicus, quia non de afflatu dei psychicus. Quid, si inopiam quis causetur, ut carnem suam aperte prostitutam pro-
Matth. VI, 25. fiteatur, exhibitionis[b] causa nubentem, oblitus de victu et vestitu non esse cogitandum? Habet deum etiam [5]corvorum educatorem, etiam florum excultorem. Quid, si solitudinem domus [6]obtendat? quasi una mulier frequentiam praestet homini ad fugam proximo. Habet viduam utique, quam assumat licebit. Non unam generis huius uxorem, sed [7]etiam plures habere concessum est. Quid, si de posteritate quis [8]cogitet iisdem animis quibus oculis uxor Loth, [9]ut ideo quis repetat matrimonium, quia de priore liberos non habuit? Haeredes scilicet Christianus quaeret saeculi totius exhaeres. Habet fratres, habet ecclesiam matrem. Aliud est, si et apud Christum legibus [10]Iuliis agi credunt, et [11]existimant caelibes et orbos ex testamento dei solidum non posse capere[c]. Nubant igitur huiusmodi[d] in finem usque, ut in ista confusione carnis, sicut Sodoma et Gomorrha et diluvii dies, ab illo ultimo exitu
I Cor. XV, 32. saeculi deprehendantur. Adiciant tertium dictum, Manducemus et
Matth. XXIV, 19. bibamus et nubamus, cras enim moriemur, non recogitantes VAE illud praegnantibus et [12]lactantibus multo gravius et amarius eventurum in concussione totius mundi, quam evenit in vastatione unius particulae [13]Iudaeae. Satis opportunos novissimis temporibus fructus iteratis matrimoniis colligant, ubera [14]fluitantia et uteros nauseantes et infantes [15]pipiantes. Parent antichristo, in [16]quae libidinosius saeviat. Adducet illis carnifices obstetrices.

2. substantiam *AB*. 3. hermogeneralis quem *AB*. 4. psychicus, quia non de afflatu dei psychicus. Quid *bcd*. psychicus (physicus *C*. physicum *AB*.). Quid *ABCa*. 5. corvorum *cd. liber Clementis*. corporum *reliqui*. 6. obtendat *cd. liber Clementis*. ostendat *reliqui*. 7. etiam *cd. liber Clementis*. iam *reliqui*. 8. cogitetis de minimis *ABC*. 9. ut ideo *bcd*. utque ideo *a*. utique deo (adeo *B*.) *reliqui*. 10. nilus *AB*. 11. aestimant *C*. extimant *AB*. 12. lactentibus *A*. 13. viribus *AB*. 14. fluctantia *A*. fluctuantia *B*., *et A. m. sec*. 15. pipantes *ABCa*. 16. quo *ABCa*.

Cap. XVI. a. Hermogenem aliquem] V. Adv. Hermog. cap. 1. Cf. De Anima capp. 1 et 11. De pronomine *aliquis* nomini proprio addito cf. adnot. ad Apolog. cap. 11. Sic iterum infra cap. 17 „*Ioannes aliqui* Christi spado."

b. exhibitionis] Cf. adnot. ad De Corona cap. 7.

c. solidum non posse capere.] V. adnot. ad lib. Ad Uxor. I, 1.

d. huiusmodi] Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 12.

Habebunt plane Christo quod [1]allegent speciosum privilegium, carnis usquequaque imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt [2]iam non Isaac monogamus pater noster, nec Ioannes aliqui Christi [3]spado, nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla sanctorum. Solent ethnici iudices destinari[a]. Exsurget regina Carthaginis et decernet in Christianas, quae profuga et in alieno solo et tantae civitatis cum maxime formatrix, cum regis nuptias ultro optasse debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit e contrario uri quam nubere. Assidebit et illi matrona Romana, quae etsi per vim nocturnam nihilominus experta alium virum maculam carnis suo sanguine abluit, ut monogamiam in semetipsam vindicaret. Fuerunt et quae [4]pro viris mori mallent quam post viros [5]nubere. Idolis certe [6]et monogamia et viduitas [7]apparent. Fortunae Muliebri coronam non imponit nisi univira, sicut [8]nec Matri Matutae. Pontifex Maximus et Flaminica nubunt semel. [9]Cereris sacerdotes viventibus etiam viris et consentientibus amica separatione viduantur. Sunt et [10]quae de tota continentia iudicent nos, virgines Vestae et Iunonis Achaicae et Dianae Scythicae et Apollinis Pythii. Etiam bovis illius Aegyptii [11]antistites de continentia infirmitatem Christianorum iudicabunt. Erubesce, caro, quae Christum induisti! Sufficiat tibi semel nubere, in quod a primordio facta es, [12]in quod a fine revocaris. Redi in Adam vel priorem, si in novissimum non potes. Semel gustavit ille de arbore, semel concupiit, semel pudenda protexit, semel deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de paradiso sanctitatis exulavit, semel exinde nupsit. Si in illo fuisti, habes tuam formam; si in Christum transisti, melior esse debebis. Exhibe [13]tertium Adam et hunc digamum, et tunc poteris esse, quod inter duos non potes.

Cap. XVII. 1. legent *(A)BCa.* 2. tam *A(B)C.* 3. spadonis nec vidui nec filia mereri *AB.* spadone (spado *a.*) nec Iudith nec filia Merari *Ca.* 4. pro viris mori mallent quam *om. ABCa.* 5. nuberent idolis. his (his *om. C.*) certe *Ca.* 6. et in monogamia *(A)BC.* 7. apparet *Ca.* 8. nec *om. ABCa.* 9. Ceteris sacerdos *AB.* 10. qui *ABC.* 11. antistes *AB.* 12. in quo definiri vocaris *ABC.* in quod e fini revocaris *a.* 13. te tertium *ABCa.*

Cap. XVII. a. Solent ethnici iudices destinari.] Alludit ad iudicia quae de Christianis apud ethnicorum tribunalia peragebantur. Non erit novum, inquit, Christianos sisti pro tribunalibus ethnicorum. Itaque et monogamiam suam evincere conatur etiam ethnicorum iudicio, hoc est exemplis illis toties inculcatis, credo quod aevi sui partem fidelium maiorem talibus capi sentiebat. (Rigalt.) De his quae sequuntur ethnicorum exemplis v. quae adnotavi ad libri I. Ad Uxor. cap. 6. De Exhortat. Cast. cap. 13.

DE
PUDICITIA.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat editionem principem, Ioh. Gangneii, quae prodiit Parisiis a. MDXLV.
B - - alteram, Sigism. Gelenii, quae prodiit Basileae a. MDL. Gelenius usus est libro scripto Britannico, ex coenobio Masburensi advecto, quod ei communicaverat Io. Lelandus.
C - - Iac. Pamelii, quae prodiit Antverpiae a. MDLXXIX. Usus est Pamelius libro scripto Ioh. Clementis.
D - - Nic. Rigaltii, quae prodiit Parisiis a. MDCXXXIV.

DE

PUDICITIA.

Pudicitia, flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, praeiudicium [1]omnis bonae mentis, quamquam rara nec facile perfecta vixque perpetua, tamen aliquatenus in saeculo morabitur[a], si natura praestruxerit, si disciplina persuaserit, si censura compresserit, siquidem omne animi bonum aut nascitur aut eruditur aut cogitur. Sed ut mala magis vincunt, quod ultimorum temporum ratio est, bona iam nec nasci licet, ita corrupta sunt semina, nec erudiri, ita deserta sunt studia, nec cogi, ita exarmata sunt iura. Denique de qua incipimus, eo usque iam exolevit, ut non [2]eiuratio, sed moderatio libidinum pudicitia credatur, isque satis castus habeatur, qui [3]non nimis castus fuerit[b]. Sed viderit saeculi pudicitia cum saeculo ipso, cum suo ingenio si nascebatur, cum suo studio si erudiebatur, cum suo servitio si cogebatur; nisi quod infelicior etiam, si stetisset ut infructuosa quae non apud deum egisset. [4]Malim nullum bonum quam vanum. [5]Quid prodest esse [6]quod esse non prodest? Nostrorum bonorum status iam [7]mergitur, Christianae pudicitiae ratio concutitur, quae omnia de caelo trahit, et naturam per lavacrum regenerationis, et disciplinam per instrumentum praedicationis, et censuram per iudicia ex utroque testamento, [8]et coacta constantius ex metu et voto aeterni ignis et Cap. I.

Cap. I. 1. omnibus *A.* 2. eiuratio *D., P. Ciacconius, Fulv. Ursinus.* ei ratio *A.* eius ratio *BC.* 3. non nimis castus *C., Harrisius.* non minus castus *AB.* non nimis incestus *Fulv. Ursinus.* minus castus *D.* a nonariis castus *Fr. Iunius.* 4. Malim nullum *D., Fulv. Ursinus.* Malo nullum *BC.* malum nullumque *A.* 5. Quod *A.* 6. quod esse *om. A.* 7. exigitur *D., Fulv. Ursinus.* 8. et *delet Latinius.*

Cap. I. a. aliquatenus in saeculo morabitur] Habebat in mente principium Satirae [VI.] Iuvenalis: Credo pudicitiam Saturno rege moratam In terris, visamque diu cett. (Rigalt.)

b. qui non nimis castus fuerit.] Fulvio Ursino legendum videbatur *qui non nimis incestus.* Certe expeditior lectio fuerat *qui nimis incestus.* (Rigalt.) Suspicor reponendum *qui nomine castus fuerit.*

regni. Adversus hanc [9]nonne dissimulare potuissem? Audio etiam edictum esse propositum[c], et quidem [10]peremptorium. Pontifex scilicet Maximus, [11]quod *est* episcopus episcoporum[d], edicit: Ego et moechiae et [12]fornicationis delicta paenitentia functis dimitto. O edictum cui adscribi non poterit BONUM FACTUM[e]! Et ubi proponetur liberalitas ista? Ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis. Illic eiusmodi paenitentia promulganda est ubi delinquentia ipsa versabitur. Illic legenda est venia quo [13]cum spe eius intrabitur. Sed hoc in ecclesia legitur, et in ecclesia pronuntiatur, et virgo est. Absit, absit[f] a sponsa Christi tale praeconium! Illa, quae vera est, quae pudica, quae sancta, carebit etiam aurium macula. Non [14]habet quibus hoc repromittat, et si habuerit, non repromittit, [15]quoniam et terrenum dei templum
Matth. XXI, 13. citius spelunca latronum appellari potuit a domino quam moechorum et fornicatorum. [16]Erit igitur et hic adversus psychicos titulus[g], adversus meae quoque sententiae retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam levitatis [17]obiectent. Nunquam societatis repudium delicti praeiudicium [18]est. Quasi [19]non facilius sit errare

9. nuncne *B. Fr. Iunius distinguit* nunc, ne dissimulare potuissem, audio *cett.* 10. peremptorem *A.* 11. quod est episcopus *D., Fulv. Ursinus.* quod episcopus *A.* episcopus *reliqui.* 12. fornicationis funes dimitto *A.* 13. conspectius intrabitur *A.* 14. habebit quibus hoc repromittet *Fulv. Ursinus.* 15. quod et *A.* 16. Erigitur *A.* 17. obiicient *A.* 18. est *om. A.* 19. nos *A.*

c. Audio etiam edictum esse propositum] Repono pristinam lectionem et mutatis distinctionibus: *Adversus hanc nunc, ne dissimulare potuissem, audio etiam edictum esse propositum* cett. Cogor, inquit, nunc hoc scriptum edere, quia episcopos psychicorum audio veniam impudicis palam proponere. Sunt autem illa ironica: *Pontifex scilicet Maximus, episcopus episcoporum,* Christus puta, edictum istud promulgaverit. Nam quod de episcopo Rom. accipiunt, alienum puto, neque ex verbis auctoris erui usquam potest. (Fr. Iunius.) Si qua fuit edicti formula, eam fuisse his tantum verbis conceptam crediderim: „Episcopus Episcoporum edicit: Ego et moechiae et fornicationis delicta paenitentia functis dimitto.“ Illa autem, *Pontifex scilicet Maximus,* addita esse videntur a Septimio, ut interpretationibus istis ambitionem et superbiam obiiceret catholicorum episcopo, cuius cleri invidia et contumeliis offensus ad Montani dogma descivit, ut Hieronymus auctor est. Sic enim supra [Adv. Valent. cap. 37.] magistrum quendam apud Valentinianos insignem videns ait: „Ex pontificali sua auctoritate in hunc modum censuit.“ (Rigalt.)

d. episcopus episcoporum] Sic Ruffinus Iacobum Iustum constitutum fuisse apostolorum episcopum dicit, quem apud Euseb. II, 1. Clemens *ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων* dixerat. De episcopo episcoporum pervulgatus est Cypriani locus in praefat. Concilii Carthag. (Rigalt.) Cf. Muenter Prim. Eccl. Afr. p. 45 sq.

e. BONUM FACTUM!] Adr. Turnebus Advers. III, 12. p. 103: „Veteres boni ominis causa bonum factum praefari solebant in edictis, ex illo Plauti in Poenulo, Bonum factum est, edicta ut servetis mea.“ Cf. interprr. ad Plaut. Poen. prol. 16. Aulul. III, 6, 46.

f. Absit, absit] Amat ita loqui Tertullianus. Sic infra cap. 17 „Quid ergo dicemus? perseverabimus in delinquentia, ut superet gratia? *Absit.*“ cap. 19 „hic vero districte negantem filios dei quicunque deliquerint. Sed *absit.*“ De Patient. cap. 8 „*Absit* a servo Christi tale inquinamentum.“ De Paenit. cap. 7 „*Absit* ut aliquis ita interpretetur.“

g. titulus] Cf. adn. ad Apolog. cap. 1.

cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. At enim me non magis [19b] dedecorabit [20] utilis levitas[h] quam ornarit nocens. Non suffundor[i] errore quo [21] carui, quia caruisse delector, quia meliorem me et pudiciorem recognosco. Nemo proficiens erubescit. Habet et in Christo scientia aetates suas, per quas devolutus est et apostolus. Cum parvulus, inquit, essem, tanquam parvulus loquebar, [22] tanquam parvulus sapiebam; at ubi vir sum factus, ea quae parvuli fuerant evacuavi[k]. Adeo [23] devertit a sententiis pristinis, nec idcirco deliquit quod aemulator factus est non paternarum traditionum, sed [24] Christianarum, optans etiam ut praeciderentur qui circumcisionem detinendam suadebant. Atque utinam et isti[l], qui meram et veram integritatem carnis [25] obtruncant, amputantes non summam superficiem, sed intimam effigiem pudoris ipsius, cum moechis et fornicatoribus veniam pollicentur adversus principalem Christiani nominis disciplinam, quam ipsum quoque saeculum usque adeo testatur, ut, si quando[m], eam in feminis nostris[n] inquinamentis potius carnis quam tormentis punire contendat, id volens eripere quod vitae [26] anteponunt. Sed iam haec gloria extinguitur, et quidem per eos quos tanto constantius oportuerat eiusmodi maculis nullam subscribere[o] veniam, [27] quanto propterea, quotiens volunt, [28] nubunt, ne moechiae et fornicationi succidere[p] cogantur, [29] quoniam melius est nubere quam uri. Nimirum propter continentiam incontinentia necessaria est, incendium ignibus extinguetur. Cur ergo [30] et crimina postmodum indulgent paenitentiae nomine, quorum remedia praestituunt multinubentiae iure? Nam et remedia vacabunt[q], cum crimina indulgentur, et crimina manebunt, si re-

I Cor. XIII, 11.

Gal. V, 12.

I Cor. VII, 9.

19b. decorabit *D.* 20. utilis *Petr. Ciacconius, Fr. Iunius.* inutilis *ABCD.* 21. carui, quia *delet Fulv. Ursinus.* 22. tanquam parvulus sapiebam *CD. liber Clementis. Reliqui non habent.* 23. devertit *AC. liber Clementis.* divertit *BD.* 24. Christianarum *CD. liber Clementis.* Christianorum *reliqui.* 25. obtruncatam putantes *A.* 26. anteponent *A.* anteponant *D., Fulv. Ursinus.* 27. quanto *D., Fulv. Ursinus.* quando *ABC.* 28. nubunt *D., Fulv. Ursinus.* nubant *ABC.* 29. quod melius *A.* 30. et crimina *CD. liber Clementis.* crimine *reliqui.*

h. utilis levitas] Ut nemini gloriosa est levitas quae secum adfert calamitates et damna, sic etiam nemini probrosa est levitas ex qua sequitur utilitas ingens et honesta. (Rigalt.)

i. suffundor] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 10.

k. evacuavi.] Cf. adnot. ad De Patient. cap. 12.

l. Atque utinam et isti] Scil. praeciderentur.

m. si quando] Ad Natt. II, 14 „Non meminerunt Asclepiaden Cynicum unica vaccula, cuius et dorso vehebatur et, *si quando,* ubere alebatur, orbem totum oculis subegisse?“ De Anima cap. 18 „putabis quidem abesse animum ab anima, *si quando.*“ Cf. quae adnotavi ad De Corona cap. 5.

n. in feminis nostris] Hoc est Christianis. V. Apolog. cap. ult.

o. subscribere] Hoc est concedere. V. adnot. ad De Idolol. cap. 23.

p. succidere] Cf. quae adnotavi ad De Corona cap. 6. Adde De Patient. cap. 5 et 14.

q. vacabunt] Cf. adnot. ad De Orat. cap. 15.

media vacabunt. Itaque utrobique de sollicitudine et neglegentia ludunt, praecavendo vanissime quibus parcunt et parcendo ineptissime quibus praecavent, cum aut praecavendum non sit ubi parcitur, aut parcendum non sit ubi praecavetur. Praecavent enim, quasi nolint admitti [31]aliquid, indulgent autem, quasi velint admitti; quando si admitti nolint, non debeant indulgere, si indulgere velint, non debeant praecavere. Nec enim moechia et fornicatio de modicis et de [32]maximis delictis deputabuntur, [33]ut utrumque competat, et sollicitudo quae praecavet et securitas quae indulget. Sed cum ea sint quae culmen criminum teneant, non [34]capit et indulgeri[r] quasi modica, et praecaveri quasi maxima. Nobis autem maxima aut summa sic quoque praecaventur, dum [35]nec secundas quidem post fidem[s] nuptias permittitur nosse, nuptialibus et dotalibus, si forte[t], tabulis a moechiae et fornicationis opere diversas, [36]et ideo durissime nos infamantes paracletum[u] disciplinae enormitate digamos foris sistimus. Eundem limitem liminis moechis quoque et fornicatoribus figimus, ieiunas pacis lacrimas[v] profusuris, nec amplius ab ecclesia quam publicationem dedecoris relaturis.

Cap. II. Ceterum deus, inquiunt, bonus et optimus, et misericors et miserator et misericordiae plurimus, quam omni sacrificio anteIoel. II, 13. Hos. VI, 6. Ezech. XXXIII, 11. ponit, non tanti ducens peccatoris mortem quam paenitentiam, [1]salutificator omnium hominum et maxime fidelium. Itaque et filios I Tim. IV, 10. Luc. VI, 36. dei misericordes et pacificos esse oportebit, donantes invicem sicut Eph. IV, 32. Matth. et Christus donavit nobis, non iudicantes, ne iudicemur. Domino VII, 1 sq. enim suo stat quis vel cadit: tu quis es, ut servum iudices alieRom. XIV, 4. num? Dimitte, et dimittetur tibi. Talia et tanta [2]futilia[a] eorum,

31. tale quid *CD. liber Clementis.* 32. maximis *D., Fulv. Ursinus.* mediis *ABC.* 33. ut *om. A.* 34. capit *D., Fulv. Ursinus.* capiunt *ABÇ.* 35. ne *Latinius.* 36. Et *D., Fulv. Ursinus.* Sed *ABC.*

Cap. II. 1. salutificator *ABC.* salvificator *D., Fulv. Ursinus.* 2. futilia *BAD., Gasp. Scioppius.* sparsilia *C. liber Clementis, et codex scriptus Remensis, quem, teste Rigaltio, inspexerat Pithoeus.*

r. non capit et indulgeri] V. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 1. et ad Apolog. cap. 17.

s. post fidem] Post fidem Christianam amplexatam. Cf. de hac breviloquentia quae adnot. ad Scorpiac. cap. 11.

t. si forte] Cf. quae adnotata sunt ad De Corona cap. 5.

u. durissime nos infamantes paracletum] Mutila periodus, quae sic suppleri posset: *Sed ideo durissime tractant, infamantes paracletum disciplinae enormitate, dum digamos foris sistimus.* (Iac. Pamelius.) Tertulliani mentem non cepit Pamelius; *infamantes* coniunge non cum *nos,* sed cum *digamos.* Paracletum dicit infamare a disciplina exorbitantes dum digami fiant.

v. ieiunas pacis lacrimas] Absque pacis spe. Sic [De Anima cap. 6.] „*ieiunantes philosophia,*" [Adv. Marc. III, 7.] „*ieiunantibus ceteris a salute.*" (Rigalt.) Adde infra huius libri cap. 16 „adspice illum *a iusta fruge naturae, a matrimonii dico pomo animas ieiunare* cupientem."

Cap. II. a. futilia] Sic edidit Rhenanus [immo Gangneius]. Sed quo ore Septimius *futilia* diceret quae sunt ex

quibus et deo adulantur et sibi lenocinantur, effeminantia magis quam vigorantia disciplinam, quantis et nos et contrariis possumus repercutere, quae et dei severitatem intemptent et nostram constantiam provocent? Quia etsi bonus natura deus, tamen et iustus. Ex causa enim, sicut sanare novit, ita et caedere, faciens pacem, sed et condens mala, paenitentiam malens, sed et Hieremiae mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur. [3]Quoniam si ieiunaverint, inquit, non exaudiam obsecrationem eorum. Et rursus: Et tu ne adoraveris pro populo, et ne postulaveris pro his in prece et oratione, quoniam non exaudiam in tempore quo [4]invocaverint me, in tempore adflictionis suae. Et adhuc supra, [5]idem misericordiae praelator quam sacrificii: Et tu ne adoraveris pro populo isto, et ne postulaveris misericordiam consequi eos, et ne accesseris pro his ad me, quoniam non exaudiam utique misericordiam postulantes, utique ex paenitentia flentes et ieiunantes, et adflictationem suam offerentes deo. Deus enim zelotes, et qui naso non deridetur[b], adulantium scilicet [6]bonitati eius[c], et qui licet patiens, tamen per Esaiam [7]comminatur patientiae finem: Tacui, numquid et semper tacebo et sustinebo? Quievi velut parturiens, exsurgam, et arescere faciam. Ignis enim procedet ante faciem ipsius, et exuret inimicos eius, non solum corpus, verum et animas occidens in gehennam. Ceterum iudicantibus quomodo dominus comminetur ipse demonstrat. Quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis. Ita non prohibuit iudicare, sed docuit. Unde et apostolus iudicat, et quidem in causa fornicationis, dedendum eiusmodi hominem satanae in interitum carnis, increpans etiam quod fratres non apud sanctos iudicarentur. Adiciens enim [8]inquit, [9]Ad quid mihi eos[d] qui foris sunt iudicare? [10]Dimittis autem, ut dimittatur

Ps. VII, 12. Deut. XXXII, 39. Ies. XLV, 7.
Ier. XIV, 11 sq. XI, 14. VII, 15 sq.
Exod. XX, 5. Gal. VI, 7.
Ies. XLII, 14 sq.
Ps. XCVII, 3. Matth. X, 28.
Matth. VII, 2.
I Cor. V, 3 sq. 12. VI, 1 sqq.

3. Quoniam *CD. liber Clementis.* Quod et si *AB.* 4. invocaverint me in tempore *CD. liber Clementis.* invocaverit me, et in tempore *AB.* 5. hisdem *A.* 6. bonitati *CD. liber Clementis.* bonitatem *reliqui.* 7. comminatur *ego.* comminetur *ABCD.* 8. inquit *om. A.* 9. Ad quid *ego.* Ut quid *libri omnes.* 10. Dimitti autem, ut dimittantur tibi a deo, delicta mandantur *Petr. Ciacconius, Fr. Iunius, Ios. Scaliger.*

paginis sacris petita? etsi, ut ipse sentiebat, in pravas argumentationes detorta. Itaque malim quod ex Anglicano codice protulerat Pamelius *sparsilia.* Nam et in Remensi *sparsalia* legi Pithoeus notaverat. (Rigalt.) Immo, recte *futilia.* Quae enim ad quod probandum proponuntur non probant, prorsus futilia sunt, quippe efficaciae nullius nulliusque ad demonstrandum momenti.

b. naso non deridetur] Sic reddidit Pauli verbum ad Galat. VI, 7. *οὐ μυκτηρίζεται.* Hesychius: „*Μυκτηρίζει, χλευάζει, καταγελᾷ· ἀπὸ τοῦ μύζειν τοῖς μυκτῆρσι.*“ (Rigalt.)

c. adulantium scilicet bonitati eius] Gangneius et Gelenius ediderunt *bonitatem.* Cum tamen inusitatioris huius verbi *adulari* structurae alterum exemplum in scriptis Tertulliani reperiri nondum contigerit, repono cum Pamelio et Rigaltio *bonitati* ex libro Clementis. De structura verbi *adulari* cum accusativo cf. Ruddim. Instit. Gramm. II, p. 136.

d. inquit, Ad quid mihi eos] Sic reposui, cum vulgata scriptura *Ut quid*

tibi a deo. Delicta mundantur quae quis in fratrem, non deum admiserit. Debitoribus denique dimissuros nos in oratione [11]profitemur, sed non decet ultra de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere[e], ut haec restringere frenos disciplinae, illa laxare [12]videatur, [13]quasi [14]incertae, et paenitentiae subsidium illa prosternere per lenitatem, haec negare per austeritatem. Porro[f] et auctoritas scripturae in suis terminis stabit sine alterutra oppositione. [15]Et paenitentiae subsidium suis condicionibus [16]determinatur[g] sine passiva[h] concessione, et ipsae prius causae [17]eius distinguuntur sine confusa propositione. Causas paenitentiae delicta condicimus[i]. Haec dividimus in duos exitus. Alia erunt remissibilia, alia inremissibilia. Secundum quod nemini dubium est alia castigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum aut venia [18]dispungit[k] aut poena, venia ex castigatione, poena ex damnatione. De ista differentia iam et quasdam praemisimus altercationes scripturarum hinc retinentium
IIoh. V, 16. hinc dimittentium delicta. Sed et Ioannes docebit: Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, et dabitur vita [19]ei; quia non ad mortem delinquit, hoc erit remissibile. Est delictum ad mortem; non pro illo dico, ut quis postulet, hoc erit inremissibile. Ita [20]ubi est postulationis *vis*[l], illic etiam remissionis; ubi nec postulationis, ibi aeque nec remissionis. Secundum hanc differentiam delictorum paenitentiae quoque condicio discriminatur. Alia erit quae veniam consequi possit, in delicto scilicet remissibili, alia quae consequi nullo modo possit, in de-

11. profitemur *ACD. liber Clementis.* profitetur *B.* 12. videantur *BD.* 13. quia si *A.* 14. incertae, et paenitentiae *AD.* incertae poenitentiae *BC.* in certae poenitentiae *Fr. Iunius.* 15. si et *D., Fulv. Ursinus.* 16. determinetur *A.* 17. enim distinguuntur *A.* 18. dispungit *A. liber Clementis.* expungit *BCD.* 19. ei qui non *Latinius.* 20. ubi est postulationis vis, illic *ego.* ubi est postulationis, illic *ABC.* ubi est conditio vel ratio postulationis, illic *D., Fulv. Ursinus.*

nihili sit. Sed etiam de hoc *Ad* diffido. Desideratur enim in editione principe vocula *inquit,* quae mihi latere videtur in altera syllaba particulae *enim* et in illo *ut.* Antiquae versiones apud Sabaterium neque *ut* neque *ad* agnoscunt.

e. funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere] Sic Adv. Marcion. IV, 4 „*Funis* ergo *ducendus* est *contentionis,* pari hinc inde nisu fluctuante." Adv. Iud. cap. 1 „Alternis vicibus *contentioso fune* diem in vesperam traxerunt." De Resurr. Carnis cap. 34 „Nolo nunc *contentioso fune* deducere" cett. Cf. De Corona cap. 3 „Et quamdiu per hanc lineam *serram reciprocabimus?*"

f. Porro] De huius particulae apud Tertullianum usu cf. adnot. ad De Corona cap. 5. Sic infra cap. 3 „*Porro* frustra agetur paenitentia" cett.

g. determinatur] Quid, si ope libri Gangneiani reponas: oppositione, *at* paenitentiae subsidium suis condicionibus *determinetur* — — *distinguantur* cett.?

h. passiva] V. adnot. ad De Corona cap. 8.

i. condicimus.] V. adnot. ad Scorpiac. cap. 14.

k. dispungit] Cf. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 37.

l. postulationis vis] Vocula *vis* latebat in terminatione praecedentis vocabuli.

licto scilicet inremissibili. [21]Et superest specialiter de moechiae et fornicationis statu examinare, in quam delictorum partem debeant redigi.

Sed prius decidam intercedentem ex diverso responsionem ad eam paenitentiae speciem [1]quam cum maxime definimus venia carere. Si enim, inquiunt, aliqua paenitentia caret venia, iam nec in totum agenda tibi est. Nihil enim agendum est frustra. Porro frustra agetur paenitentia, si caret venia. [1b]Omnis autem paenitentia agenda est. Ergo omnis [2]veniam [3]consequatur, ne frustra agatur, quia non erit [4]agenda, si frustra agatur. Porro frustra [5]agitur, si venia carebit. Merito [6]itaque opponunt, [7]quoniam huius quoque paenitentiae fructum, id est veniam, in sua potestate usurpaverunt. Quantum enim ad illos, a quibus pacem humanam [8]consequitur. Quantum autem ad nos, qui solum dominum meminimus delicta concedere, et utique mortalia, non frustra agetur. Ad dominum enim remissa et illi exinde prostrata, hoc ipso magis operabitur veniam, quod eam a solo deo exorat, quod delicto suo humanam pacem sufficere non credit, quod ecclesiae mavult erubescere quam communicare. Adsistit enim pro foribus eius, et de notae suae exemplo ceteros admonet et lacrimas fratrum sibi quoque advocat, et redit [9]plus *usque* negotiata, compassionem scilicet quam communicationem. Et si pacem hic non metit[a], apud dominum seminat. Nec amittit, sed praeparat fructum. Non vacabit ab emolumento, si non vacaverit ab officio. Ita nec paenitentia huiusmodi vana, nec disciplina eiusmodi dura est. Deum ambae honorant. Illa nihil sibi blandiendo facilius impetrabit, ista nihil sibi adsumendo plenius adiuvabit. Cap. III.

Possumus igitur demandata paenitentiae distinctione ad ipsorum iam delictorum regredi censum, an [1]ea sint, quae veniam ab [2]hominibus consequi possint. Inprimis quod moechiam et fornica- Cap. IV.

21. Et *delet Latinius.*

Cap. III. 1. quam maxime definivi venia caret. Si enim *A.* 1 b. Omni *Nicol. Rigaltius.* 2. venia *A.* 3. consequitur *Latinius.* 4. agenda *om. A.* 5. agetur *D., Fulv. Ursinus.* 6. itaque *ABC.* utique ita *D., Fulv. Ursinus.* 7. quod *A.* 8. consequitur, frustra agitur; quantum *Petr. Ciacconius.* 9. plus usque *ego.* plus utique *D., Fulv. Ursinus.* plusque *ABC.* precibusque *Latinius.* plus quid *Fr. Iunius.* plus plusque *Ios. Scaliger.*

Cap. IV. 1. ea *CD. liber Clementis.* haec *Fulv. Ursinus.* hae *AB.* 2. hominibus *Latinius, Ios. Scaliger.* omnibus *ABCD.*

Cap. III. a. Et si pacem hic non metit] Hinc emollienda sunt quae deinceps occurrent duriuscula, quod videlicet paenitentium lacrimas ieiunas pacis esse iubet, quod poenitentes ita vult poenitere, ut sciant se poenitentiam perdituros. Nimirum poenitentiam quidem apud homines perdant, non apud deum, et fundant lacrimas ieiunas pacis humanae, non autem divinae. (Rigalt.)

tionem nominamus, usus expostulat. Habet et fides[a] quorundam nominum familiaritatem. Ita in omni opusculo usum custodimus. Ceterum si adulterium et si stuprum dixero, unum erit contaminatae carnis elogium[b]. Nec enim interest nuptam [3]alienam an viduam quis incurset, dum non suam [4]feminam; sicut nec locis refert, in cubiculis an in [5]turribus pudicitia trucidetur. Omne homicidium [6]*et* extra silvam latrocinium est. Ita et ubicunque vel in [7]quacunque semetipsum adulterat et stuprat qui aliter quam nuptiis utitur. Ideo penes nos occultae quoque coniunctiones, id est non prius apud ecclesiam professae[c], iuxta moechiam et fornicationem iudicari periclitantur. [8]Nec inde consertae obtentu matrimonii crimen eludant. Reliquas autem libidinum furias[d] impias [9]et in corpora et in sexus ultra iura naturae, non modo limine, verum omni ecclesiae tecto submovemus, quia non sunt delicta, sed monstra.

Cap. V. Ergo moechia, quod etiam fornicationis est res, secundum opus criminis quanti aestimanda sit sceleris prima lex dei praesto est[a]. Siquidem post interdictam alienorum deorum superstitionem ipsorumque idolorum fabricationem, post commendatam sabbati venerationem, post imperatam in parentes secundam a deo religionem, nullum aliud in talibus titulis firmandis [1]monendisque[b] substruxit
Exod. XX, 14. praeceptum quam, Non moechaberis. Post spiritalem enim casti-

3. alienam *delet Petr. Ciacconius.* 4. feminam *delent Petr. Ciacconius et Ios. Scaliger.* 5. curribus *D., Petr. Ciacconius.* 6. et extra *ego.* intra *Iac. Pamelius.* extra *ABCD.* 7. quacunque *A., Fr. Iunius.* quamcunque *reliqui.* 8. ne inde *Latinius, Ios. Saliger.* 9. et in *CD. liber Clementis.* in *AB.*

Cap. V. 1. muniendisque *Latinius, Rigaltius.*

Cap. IV. a. Habet et fides] Fidem hic dicit quam alias sectam, philosophiam, disciplinam, religionem scilicet Christianam. Supra dixit: „Habet et in Christo scientia aetates suas." (Rigalt.)

b. elogium.] De hoc vocabulo cf. adn. ad De Corona cap. 5.

c. non prius apud ecclesiam professae] Oblati ecclesiae per presbyteros fidelibus coniugandis, ut communibus votis coniugia benedicerentur. Hoc enim significat in fine libri secundi Ad Uxorem, cum ait: „Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem matrimonii eius quod ecclesia conciliat, et confirmat oblatio?" (Rigalt.)

d. libidinum furias] Hoc est furores. Apolog. cap. 6 „licet Baccho iam Italico *furias* vestras immoletis." Ibid. cap. 37 „Ipsis Bacchanalium *furiis* nec mortuis parcunt Christianis." Ad Natt. II, 4: „Adicite ad gloriam (Herculis) — — *furias* eius."

Cap. V. a. prima lex dei praesto est.] Prima lex dei per Mosem tradita, secunda per Christum. Alias primam seu primordialem dei legem in principio mundi Adae et Evae datam fuisse ait libro adv. Iudaeos. Itaque convenientius interpretabimur: *prima lex dei praesto est,* hoc est ante omnia occurrit dei lex. (Rigalt.)

b. monendisque] Hoc in opere Septimiano praetentamus iter manibus destituti veterum exemplarium luce. Aptius certe videatur „talibus titulis firmandis *muniendisque.*" Etenim paulo post sequitur „Et hanc itaque *munivit.*" *Titulos* vocat legis divinae capita. Eodemque significatu supra *„damnationis titulos"* dixit. (Rigalt.)

tatem sanctitatemque corporalis sequebatur integritas. [2]Et hanc itaque munivit, hostem statim eius prohibendo moechiam. Quale delictum iam [3]intellege, cuius cohibitionem post idololatriam ordinavit. Nihil secundum longinquat a primo. Nihil tam proximum primo quam secundum. Quod fit ex primo, aliud quodammodo primum est. Itaque moechia adfinis idololatriae. Nam et idololatria moechiae nomine et fornicationis saepe populo exprobrata etiam [4]sorte coniungetur illi, sicut et serie; etiam damnatione cohaerebit illi, sicut et dispositione. Eo amplius praemittens, Non moechaberis, adiungit, Non occides. [5]Honoravit[c] utique moechiam, quam homicidio anteponit, in prima [6]utique fronte sanctissimae legis, in primis titulis caelestis edicti, principalium utique delictorum proscriptione [7]signatam. De loco modum, de ordine statum, de confinio meritum cuiusque dignoscas. Est et mali dignitas, quod in summo aut in medio pessimorum collocatur. Pompam quandam atque suggestum[d] aspicio moechiae, hinc ducatum idololatriae antecedentis, hinc comitatum homicidii insequentis. Inter duos apices facinorum eminentissimos sine dubio digna consedit, et per medium eorum quasi vacantem locum pari criminis auctoritate complevit. Quis eam talibus lateribus inclusam, talibus costis circumfultam a cohaerentium corpore divellet, de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu, ut solam eam secernat ad paenitentiae fructum? Nonne hinc idololatria, inde homicidium detinebunt, et si qua [8]vox fuerit, reclamabunt, Noster hic cuneus est, nostra compago? Ab idololatria [9]metamur, illa distinguente coniungimur, illi de medio emicanti [10]adunamur; concorporavit nos scriptura divina, litterae ipsae glutina nostra sunt, iam nec ipsa sine nobis potest. Ego quidem idololatria saepissime moechiae occasionem subministro. Sciunt[e] luci mei et mei montes, et vivae aquae ipsaque in urbibus templa, quantum evertendae pudicitiae

2. Et hunc itaque minuit *A.* 3. intellege *liber Clementis. Et ubique* intellegere *non* intelligere *in eo libro scriptum extare adnotavit Pamelius.* 4. forte *A.* 5. Honoravit itaque *Latinius.* Oneravit utique *AD.* Oneravit itaque *BC.* 6. utique *Fr. Iunius.* ubique *C. liber Clementis.* 7. signata *D., Fulv. Ursinus.* 8. vis *Petr. Ciacconius.* 9. invitamur *A.* 10. adunamur *D., Latinius.* adulamur *ABC.*

c. Honoravit] Sic emendavi cum Latinio. Sequentia enim ita scripsisse Tertullianum evincunt. Et infra cap. 12 ait: „Sufficit et hic servatum esse moechiae et fornicationi locum *honoris sui* inter idololatriam et homicidium."

d. suggestum] Cf. adnot. ad De Corona cap. 13.

e. Sciunt] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 5. De re cf. Apolog. cap. 15 „Ceterum si adiciam quae non minus conscientiae omnium recognoscent, in templis adulteria conponi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerumque aedituorum et sacerdotum tabernaculis, sub isdem vittis et apicibus et purpuris thure flagrante libidinem expungi, nescio ne plus de vobis dei vestri quam de Christianis querantur."

[10b] procuremus. Ego quoque homicidium nonnunquam [11] moechiae elaboro. Ut tragoedias omittam, sciunt hodie [12] venenarii[f], sciunt magi, [13] quot pellicatus ulciscar, [14] quot rivalitates defendam[g], [15] quot custodes, [16] quot delatores, [17] quot conscios auferam. Sciunt etiam obstetrices, quot adulteri conceptus trucidentur[h]. Etiam apud Christianos non est moechia sine nobis. Ibidem sunt idololatriae, ubi immundi spiritus res est; ibidem est et homicidium, ubi homo, cum inquinatur, occiditur. Igitur aut nec illis aut etiam nobis paenitentiae subsidia convenient. Aut detinemus eam, aut sequimur. Haec [18] ipsae res loquuntur. Si res voce deficiunt, adsistit idololatres, adsistit homicida, in medio eorum adsistit et moechus. Pariter de paenitentiae officio [19] sedent in sacco et cinere inhorrescunt[i], eodem [20] fletu [21] gemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eisdem genibus exorant, eandem invocant matrem. Quid agis mollissima et humanissima disciplina? Aut omnibus eis hoc esse debebis
Matth. V, 6. (beati enim pacifici), aut si non omnibus, nostra esse. [22] Idololatren quidem et homicidam semel[k] damnas, moechum vero de medio excipis? idololatrae successorem, homicidae antecessorem, utriusque collegam? Personae acceptatio est: miserabiliores paenitentias reliquisti[l].

Cap. VI. Plane, si ostendas, de quibus patrociniis exemplorum [1] praeceptorumque caelestium soli moechiae et in ea fornicationi quoque ianuam paenitentiae [2] expandas, ad hanc iam lineam dimicabit nostra congressio[a]. Praescribam tamen tibi formam[b] necesse est, ne ad
Ies. XLIII, 18 sq. vetera manum emittas, ne in terga respicias. Vetera enim trans-
Ier. IV, 4. ierunt secundum Esaiam, et novata est iam novatio secundum

10 b. procurem *Petr. Ciacconius.* 11. moechiae elaboro *D.* moechiae laboro *Petr. Ciacconius, Ios. Mercerus.* moechiae laboro *reliqui.* 12. venerarii *A.* 13. quod *ABC.* 14. quod *ABC.* 15. quod *ABC.* 16. quod *ABC.* 17. quod *ABC.* 18. ipsae res *D., Fulv. Ursinus.* ipsi rei *ABC.* 19. sedere *A.* sedentes *Fulv. Ursinus.* 20. fletu *A., Ios. Scaliger.* flatu *BCD.* 21. ingemiscunt *liber Clementis.* 22. Idololatrem *ABC.* Idololatram *D.*

Cap. VI. 1. praeceptorumque *CD. liber Clementis.* praeceptorum *AB.* 2. pandas *Latinius.*

f. venenarii] Cf. Apolog. cap. 43.

g. quot rivalitates defendam] Etenim plerique amatores amatas suas ab rivalibus defendunt homicidio, rivalibus vario mortis genere extinctis. (Rigalt.) *Defendere* h. l. est pro vindicare, ut saepius apud Septimium.

h. quot adulteri conceptus trucidentur.] Cf. Apolog. cap. 9. Ad Natt. I, 15., cum adnot.

i. sedent in sacco et cinere inhorrescunt] Cf. De Paenitent. cap. 9.

k. semel] Ein für allemal. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2. Infra: „Neque idololatriae neque sanguini pax ab ecclesia redditur."

l. miserabiliores paenitentias reliquisti.] Latinius haec verba principium esse capitis sequentis iubet. Non opus videtur. Ait: Inique agis plane, moechiae veniam indulgens, et quorum prius te miseruisse debebat, idololatriae et homicidio denegans veniam.

Cap. VI. a. ad hanc iam lineam dimicabit nostra congressio.] Cf. Salmas. in Solin. p. 647., et quae adnotavi ad Scorpiac. cap. 4. Adde Adv. Marcion. II, 4.

b. formam] Legem, modum. Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 18.

Hieremiam, et obliti posteriorum in priora porrigimur secundum apostolum, et lex et prophetae usque ad Ioannem secundum dominum. Nam et si cum maxime a lege coepimus demonstrando moechiam, merito ab eo statu legis quem Christus non dissolvit, sed implevit. Onera enim legis usque ad Ioannem, non remedia. Operum iuga reiecta sunt, non disciplinarum. Libertas in Christo non fecit innocentiae iniuriam. Manet lex tota pietatis, sanctitatis, humanitatis, veritatis, castitatis, iustitiae, misericordiae, benevolentiae, pudicitiae. In qua lege Beatus vir qui meditabitur die ac nocte. De qua idem David rursus: Lex Domini invituperabilis, convertens [3]animas; iura domini directa, oblectantia [4]corda; praeceptum domini longe lucens, inluminans oculos. Sic et apostolus: Itaque lex quidem sancta est, et praeceptum sanctum et optimum; utique: Non moechaberis. Sed et supra: Legem ergo evacuamus[c] per fidem? Absit, sed legem sistimus, scilicet in his quae et nunc novo testamento interdicta etiam cumulatiore praecepto [5]prohibentur. Pro, Non moechaberis, Qui viderit ad concupiscentiam, iam moechatus est in corde suo, et pro, Non occides, Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit gehennae. Quaere, an salva sit lex non moechandi, cui accessit nec concupiscendi. Ceterum si qua vobis exempla in [5b]sinu plaudent, non opponentur huic quam defendimus disciplinae. Frustra enim lex suprastructa est, origines quoque delictorum, id est [5c]concupiscentias et voluntates, non minus quam facta condemnans, si ideo hodie [6]concedetur [7]moechiae venia quia et [8]aliquando concessa est. [9]Cui emolumento hodie [9b]plenior disciplina coërcetur, nisi ut [9c]*a* maiore[d] forsitan lenocinio tuo indulgeatur? Dabis ergo et [10]idololatrae et omni apostatae [11]veniam, quia et populum ipsum [11b]totiens reum istorum totiens invenimus retro restitutum. Communicabis et homicidae, quia et Nabothae sanguinem Achab [12]deprecatione delevit, et David Uriae caedem [13]cum causa eius moechia confessione purgavit. Iam et incesta

Phil. III, 13. Matth. IX, 13. Ps. I, 2. Ps. XIX, 8 sq. Rom. VII, 12 et 7. Matth. V, 27 sq. 22. I Reg. XXI, 27. II Sam. XII, 13.

3. animas *CD. liber Clementis.* animam *AB.* 4. corde *A.* 5. prohibemur *A.* 5b. sinu *ego.* sinum *libri omnes.* 5c. concupiscentia *A.* 6. concedetur — — emolumento hodie *om. A.* 7. moechia *B.* 8. aliquando *D., Fulv. Ursinus.* aliqua *BC.* 9. Cui *BC.* Cur *D., Fulv. Ursinus.* 9b. plenior *Ios. Scaliger.* pleniore *libri omnes.* 9c. a maiore *ego.* maiore *libri omnes.* 10. idololatriae et omnia apostata *A.* idololatriae *habet etiam D.* 11. veniam *om. A.* 11b. quotiens *Latinius.* 12. in deprecatione *A.* 13. tum causam eius moechiam *D., Fulv. Ursinus.* cum causa eius moechiae *A.*

c. evacuamus] Cf. supra ad cap. 1.

d. Cui emolumento hodie plenior disciplina coërcetur, nisi ut a maiore] Ita corrigendum videbatur. Cui alii emolumento, inquit, plenior hodie, id est Christiana, disciplina coërcetur, nisi ut a maiore, id est a vetere, disciplina lenocinio tuo indulgeatur? Ironia adversarium confutans. *Pleniorem* dicit disciplinam Christianam, quam in Apolog. cap. 21 *auctiorem.*

Gen. XIX, 33. XXVIII, 9. XXXVIII, 16 sqq. Hos. I, 2. donabis propter Loth, et fornicationes cum incesto propter Iudam, et turpes de prostitutione nuptias propter Osee, et non tantum [14]frequentatas, verum et semel plures, propter patres nostros. Utique enim dignum est peraequari nunc quoque gratiam circa omnia retro indulta, si de pristino aliquo exemplo venia moechiae vindicatur. Habemus quidem et nos eiusdem vetustatis exempla pro sententia nostra, non modo non indulti, verum etiam repraesentati iudicii fornicationis. Et utique sufficit tantum numerum XXIV Num. XXV, 1 sqq. milium populi fornicantis in filias [15]Madian[e] una plaga ruisse. Sed malo in gloriam Christi a Christo deducere disciplinam. [16]Habuerint pristina tempora omnis impudicitiae, si volunt psychici, etiam potestatem. Luserit [17]ante Christum caro, immo perierit antequam a domino suo requisita est: nondum erat digna [18]dono salutis, nondum apta officio sanctitatis. Adhuc in Adam deputabatur cum suo vitio, facile quod speciosum viderat concupiscens, et ad inferiora respiciens, et de ficulneis foliis pruriginem retinens. [19]Inhaerebat usquequaque libidinis virus ([20]ex lacte sordes hoc habent), idoneae quod nec ipsae adhuc aquae laverant[f]. At ubi sermo dei descendit Ioa. I, 1. 14. in [21]carnem, ne nuptiis quidem resignatam, et sermo caro factus est, ne nuptiis quidem resignanda, quae ad lignum non incontinentiae, sed tolerantiae accederet, quae non dulce aliquid, sed amarum [22]aliquid inde gustaret, quae non ad inferos, sed ad caelum pertineret, quae non lasciviae frondibus, sed sanctimoniae floribus praecingeretur, quae munditias suas aquis traderet, exinde caro quaecunque in Christo reliquas sordes pristinas solvit, alia

14. frequentas *A.* 15. Madian una *AB.* Moab *reliqui.* 16. Habuerunt *A.* 17. antichristum *A.* 18. domino salutis *A.* 19. Inhaerebat *BCD.* In herba *A.* 20. ex lacte sordes hoc habent, idoneae *ego.* et lactae sortes non habentes idoneae *ABC.* et iactae sordes non ablui idoneae *D., Fulv. Ursinus.* et luctae sordes non habenis idoneae *Ios. Scaliger.* ut lacteae fores non habentis idoneas *Fr. Iunius.* et caecae sordes, non ablui idoneae *I. Fr. Gronovius Obss. in Eccl. Scriptt. cap.* 12. *p.* 127. (*p.* 617. *ed. Frotsch.*). 21. carcerem *A.* 22. aliquid *delet Latinius.*

e. filias Madian] Pamelius correxerat *filias Moab,* ex Scorpiace cap. 3. Non opus erat.

f. idoneae quod nec ipsae adhuc aquae laverant.] De fractis ficulneis foliis existit quasi venereae pruriginis virus. Hac vero prurigine primos homines Adamum et Evam exarsisse innuit Septimius, statim atque impermissae arboris fructu degustato intellectae nuditati contegendae ficulnea folia carpsere; haesisse autem pudendis ipsorum atque inde posterorum lacteas sordes, libidinis maculas nec ablui potuisse, priusquam advenisset Christus, quia scilicet nec ipsae aquae adhuc laverant, nondum baptismo Christi medicatae fuerant. Itaque nondum erant idoneae sordibus id genus eluendis. (Rigalt.) Mentem Tertulliani bene explicavit Rigaltius, sed verborum corruptela supererat tollenda. Rescripsi *ex lacte sordes hoc habent, idoneae quod nec ipsae adhuc aquae laverant.* Ficulnea folia lac alere quo quae sint infecta certe simplice aqua haud facile queant mundari nemo est quin nesciat. Ceterum pertractat hunc Tertulliani locum I. Fr. Gronovius in Observatt. in Eccles. Scriptt. cap. 12. p. 617. ed. Frotsch.

iam res est, nova emergit, iam non ex seminis limo, non ex concupiscentiae [23]fimo[g], sed ex aqua pura et spiritu mundo. Quid itaque illam de pristino excusas? Non corpus Christi, non membra Christi, non templum dei vocabatur, cum veniam moechiae consequebatur. Itaque si exinde quo statum vertit et in Christum tincta induit Christum et magno redempta est, sanguine scilicet domini et [24]agni, tenes aliquod exemplum sive praeceptum sive formam sive sententiam indultae sive indulgendae fornicationis atque moechiae, habes etiam temporis a nobis definitionem ex quo deputetur aetas quaestionis. I Cor. XII, 27. VI, 15. 19. II Cor. VI, 16. Gal. III, 27. I Cor. VI, 20.

A parabolis licebit incipias, ubi est ovis perdita a domino requisita et humeris eius revecta. Procedant ipsae picturae calicum vestrorum[a], si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, utrumne Christiano an ethnico peccatori de restitutione [1]conlineet. Praescribimus[b] enim ex naturae disciplina, ex lege auris et linguae, ex mentis sanitate ea semper responderi quae provocantur, [2]id est ad ea quae provocant. [3]Provocabat, ut opinor, quod pharisaei publicanos et peccatores ethnicos admittentem dominum et cum illis de victu communicantem indignati mussitabant. Ad hoc dominus pecudis perditae restitutionem [4]cum figurasset, cui alii configurasse credendum est quam ethnico perdito, de quo agebatur, non de Christiano, [5]qui adhuc nemo? aut quale est, ut dominus quasi cavillator responsionis, omissa specie praesenti[c] quam repercutere[d] deberet, Cap. VII. Luc. XV, 4 sqq.

23. fimo *D., Fulv. Ursinus.* fumo *ABC., I. Fr. Gronovius l. l.* 24. magnum *A.*

Cap. VII. 1. conliniet *ABCD.* 2. id est ad ea quae provocant *uncinis inclusa habet D.* 3. Provocabat *D.* Provocabit *ABC.* Provocavit *Fr. Iunius.* 4. cum figurasset, cui alii configurasse credendum est *Nicol. Rigaltius.* cum figurasset, cui alii reddendum est *B.* cui alii configurasse credendum (credendus *emendat Leopoldus*) est *CD. liber Clementis.* cum alii configurasset, reddendum est *A.* cum figurasset, cui alii credendum est *Fr. Iunius.* 5. quid *A.*

g. concupiscentiae fimo] Veterem scripturam *fumo* vindicare studet I. Fr. Gronovius l. l. „Voverius, inquit, ex coniectura *fimo;* quo dum sono verborum studet, antitheton, familiarissimum Tertulliano genus, corrumpit. Ut enim *seminis limo,* hoc est liquori terrae sordibus mixto, *aqua pura,* ita *concupiscentiae fumo,* spiritui turbido crassoque *spiritus mundus* obducitur" cett.

Cap. VII. a. ipsae picturae calicum vestrorum] Cf. infra cap. 10 „A qua et alias initiaris, cui ille, si forte, patrocinabitur pastor quem in calice depingis" cett. Münter Primord. Eccl. Afr. p. 113.

b. Praescribimus] Cf. de hoc verbo adnot. ad Apolog. cap. 7.

c. specie praesenti] De vocabulo *species* cf. adnot. ad Apolog. cap. 1. Sic Ad Natt. I, 18 „Respondete igitur ad singulas *species,*" h. e. causas, *ὑποθέσεις.* De Idolol. cap. 15 „De ista quoque *specie* quid videtur?"

d. repercutere] Hoc est refutare. Amat hoc verbo uti Tertullianus. Apolog. cap. 15 „*repercussis* ante tamen opinionibus falsis." Ibid. cap. 16 „ne quid rumoris *inrepercussum* quasi de conscientia praeteriremus." Ibid. cap. 41 „Hoc, inquitis, in deum vestrum *reperculere* est, si quod et ipse patiatur, propter profanos etiam cultores suos laedi." De Idolol. cap. 5 „tam illa obici solita vox, Non habeo aliud quo vivam, districtius *reperculi* potest" cett. De Pudic. cap. 2 „quantis et nos et contrariis possumus *reperculere*" cett.

de futura [6]laboret? Sed ovis proprie Christianus, et grex domini ecclesiae populus, et pastor bonus Christus, et ideo Christianus [7]in ove intellegendus, qui ab ecclesiae grege erraverit. Ergo nihil ad pharisaeorum mussitationem respondisse vis dominum, sed ad tuam praesumptionem. Et tamen ita eam vindicare debebis, ut neges in ethnicum competere quae in Christianum existimas convenire. Dic mihi, [8]nonne omne hominum genus unus dei grex est? nonne universarum gentium idem deus et dominus et pastor est? Quis magis perit a deo quam ethnicus, quamdiu [9]errat? Quis magis requiritur a deo quam ethnicus, quando revocatur a Christo? Denique antecedit hic ordo in ethnicis; siquidem non aliter Christiani ex ethnicis fiunt nisi prius perditi et a deo requisiti et a Christo reportati. Ita etiam hunc ordinem servari oportet, ut in eos tale aliquid interpretemur in quibus prius [10]est. At tu, opinor, hoc [11]velis, ut ovem non de grege perditam faceret, sed de arca vel armario. Sic etsi ethnicorum reliquum numerum [12]iustum ait, non ideo Christianos esse ostendit, cum Iudaeis [13]agens et illos cum maxime obtundens, quod indignarentur spei ethnicorum: sed ut exprimeret adversus livorem pharisaeorum suam gratiam et benevolentiam etiam circa unum ethnicum, praeposuit unius peccatoris salutem ex paenitentia quam illorum ex iustitia. Aut numquid non iusti Iudaei, et quibus paenitentia opus non esset, [13b]habentes gubernacula disciplinae et timoris instrumenta legem et prophetas? Posuit igitur illos in parabola, et si non quales erant, sed quales esse debuerant, quo magis suffunderentur[e], aliis et non sibi paenitentiam audientes necessariam. Proinde [14]drachmae parabolam, ut ex eadem materia provocatam, [15]aeque in ethnicum interpretamur, etsi in domo amissam, quasi in ecclesia, etsi ad lucernae lumen repertam, quasi ad dei verbum. Atquin totus hic mundus una omnium domus est, in quo magis [16]ethnico gratia dei inlucet, qui in tenebris invenitur, quam [17]Christiano, qui iam in dei luce est. Denique et ovi et drachmae unus error adscribitur. Nam si iam in Christianum peccatorem defingerentur, post fidem perditam et iterata [18]amissio

6. laboretur *A.* 7. in ove *CD. liber Clementis.* non *AB.* homo *Fulv. Ursinus.* 8. nonne omne hominum *CD. liber Clementis.* nonne hominum *reliqui.* 9. erratur *A.* 10. est *om. A.* 11. velles *D., Fulv. Ursinus.* 12. iustum *D., Fulv. Ursinus.* istum *reliqui.* 13. habens *A.* 13b. habentibus *liber Clementis.* 14. in drachmae parabola, ut ex eadem materia provocata, aeque ethnicum drachmam interpretamur *D., Fulv. Ursinus.* 15. aeque in ethnicum *C. liber Clementis.* aeque ethnicum *reliqui.* 16. in ethnico *D., Fulv. Ursinus.* 17. in Christiano *ABD.* 18. amissione eorum et restitutione tractaretur *A.*

e. suffunderentur] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 10.

eorum et restitutio notaretur. Decedam nunc paulisper de gradu isto[f], quo magis eum etiam decedendo commendem, cum sic quoque obduxero[g] diversae partis praesumptionem. [19]Condico[h] Christianum iam peccatorem in parabola utraque portendi, non tamen ideo eum adfirmandum qui de facinore moechiae et fornicationis restitui per paenitentiam possit. Licet enim perisse dicatur, [20]erit et de perditionis genere retractare, quia et ovis non moriendo, sed errando, et drachma non [21]interiendo[i], sed latitando perierunt. Ita licet dici perisse quod salvum est. Perit igitur et fidelis elapsus in spectaculum[k] quadrigarii furoris et gladiatorii cruoris et scenicae foeditatis et xysticae [21b]vanitatis, *aut si*[l] in lusus, in convivia saecularis sollemnitatis, in officium, in ministerium alienae idololatriae [22]aliquas artes adhibuit [22b]curiositatis, *si* in verbum ancipitis [23]negationis [24]aut blasphemiae impegit[m]. Ob talc quid extra gregem datus est, vel et ipse forte [25]ira, tumore, aemulatione, quod denique saepe fit, [26]dedignatione castigationis abrupit[n]. Debet requiri atque revocari. Quod potest [27]recuperari, non perit nisi [28]foris perseveraverit. Bene interpretaberis parabolam viventem adhuc revocans peccatorem. Moechum vero et fornicatorem quis non mortuum statim admisso pronuntiavit? Quo ore mortuum restitues in gregem ex parabolae eius auctoritate quae non mortuum pecus revocat? Denique si

19. Cum dico *A.* 20. erit et de *CD. liber Clementis.* erit de *reliqui.* 21. interiendo *AB.* intereundo *CD. Latinius.* 21b. vanitatis aut si in lusus *ego.* vanitatis, in lusus *libri omnes.* 22. maleficas *Ios. Scaliger.* magicas *Hildebrand ad Apul. Metam. VI,* 16. *p.* 448. 22b. curiositatis, si in *ego.* curiositatis, in *libri omnes.* 23. negationis *D., Latinius et Fulv. Ursinus.* negotiationis *reliqui.* 24. aut blasphemiae *om. C.* 25. iratum ore aemulatione *A.* 26. de dignatione *A.* 27. recuperari non poterit si foris *D.* 28. forte *habet A. in margine.*

f. Decedam nunc paulisper de gradu isto] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 8.

g. obduxero] V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 46.

h. Condico] De hoc verbo dixi ad Scorpiac. cap. 14.

i. interiendo] Sic restitui ex libris veteribus pro *intereundo,* quod invexerunt Latinius atque Pamelius.

k. in spectaculum cett.] De quattuor his generibus spectaculorum v. librum De Spectaculis. De ortibus curiositatis in ministerium alienae idololatriae inde a cap. 4. usque ad cap. 9. libri de Idololatria, de ancipiti negotiatione ibid. cap. 9., et de verbo blasphemiae, quando quis iurat per idola cap. 20. et cap. 21. Mirum autem esset quod auctor vehementia animi blasphemiam inter remissibilia peccata poneret, quum infra cap. 9. et rursum cap. 13. inter irremissibilia collocet, quare hic necessario illud *aut blasphemiae* praetermisimus. (Iac. Pamelius.)

l. aut si] Hae particulae latebant in ultimis syllabis vocabuli praecedentis. Sic et in sequentibus post *curiositatis* reponenda erat particula condicionalis.

m. in verbum ancipitis negationis aut blasphemiae impegit.] Optime Latinius *negationis* pro *negotiationis,* id est ancipite et dubio sermone enunciatae, ut solebant infirmi amphilogiis interdum martyrium declinare. Hoc autem ipsum Tertullianus blasphemiam adfirmat esse cum addit *aut blasphemiae,* quam rem inscite Pamelius expunxit ex auctoris verbis. (Fr. Iunius.)

n. abrupit.] Apolog. cap. 37 „Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum *abrupissemus* a vobis" cett. Adv. Valentin. cap. 4 „de ecclesiae authenticae regula *abrupit.*"

meministi prophetarum, cum pastores increpantur, puto Ezechielis
Ezech. XXXIV, 2 sq. est vox: Pastores, ecce lac devoratis et lanis vestimini; quod forte est occidistis, quod infirmum est non curastis, quod [29]comminutum est non ligastis, quod expulsum est non convertistis, quod [30]periit non requisistis. Numquid et de mortuo exprobrat, quod non et illud in gregem reficere curaverint? Plane ingerit, quod perire oves fecerint et a bestiis agri comedi. Neque possunt nec perire in mortem nec comedi, si relinquantur. [31]Non, ut perditae[o] in mortem et comestae resumantur, iuxta drachmae quoque exemplum etiam intra domum dei ecclesiam licet esse aliqua delicta pro ipsius drachmae modulo ac pondere mediocria, quae ibidem delitescentia, mox ibidem et reperta, statim ibidem cum gaudio emendationis transigantur? Moechiae vero et fornicationis non drachma, sed talentum, quibus exquirendis non lucernae [32]spiculo lumine[p], sed totius [33]solis lancea opus est. Simul apparuit, statim homo de ecclesia expellitur, nec illic manet, nec gaudium confert [34]repertrici ecclesiae, sed luctum, nec congratulationem [35]advocat vicinarum, sed contristationem proximarum fraternitatum. Commissa itaque etiam hac nostra cum illorum interpretatione eo magis in ethnicum [36]spectabunt et ovis et drachmae argumenta, quanto nec in eius delicti Christianum competere possunt propter quod in Christianum de diversa parte coguntur.

Cap. VIII. Sed enim plerosque interpretes parabolarum idem exitus decipit [1]quem in vestibus purpura oculandis[a] saepissime evenire

29. communitum *A.* 30. perit *A.* 31. ut non *D.* 32. spiculo lumine *ABC.* spiculi lumine *D., Fulv. Ursinus.* spiculo luminis *Fr. Iunius.* spiculo *deleto vocabulo* lumine *Latinius et Ios. Scaliger.* 33. solis *non habet A.* 34. reperiri ei ecclesiae *A.* 35. advocat *D., Fulv. Ursinus.* advocant *ABC.* 36. expectabunt *A.*
Cap. VIII. 1. quam *A.*

o. Non, ut perditae] Ita distinguendum videbatur, et interrogationis signo sententia claudenda. Vulgata interpunctio erat *relinquantur, non ut — — resumantur. Iuxta drachmae — — — transigantur. Moechiae* cett.

p. lucernae spiculo lumine] Hic haerent viri docti; delent alii *τὸ lumine,* alii legunt *luminis,* alii *spiculi.* Quin etiam iunxere duas voces in unum et glossam fecerunt *lumen lucernaespiculi.* Sed recte sese habet vulgata. Nam *κατ' ἐπεξήγησιν* (vulgo appositionem vocant) lucernae appellatur *lumen spiculum,* solis lumen *lancea.* Quibus exquirendis non lucernae lumen, quod instar spiculi est, sufficit, sed opus est totius solis lumine, quod instar lanceae: seu tanto amplius lumine lucernae, quanto lancea spiculo. Alludit ad genus loquendi quod poëtae fecerunt, radios solis et siderum *ictus, tela, iacula radiantia, spicula* appellando, uti notavit ad Lucretium Gifanius. Quod autem Savaro ad Sidonium *lanceam* observat poni pro face, idque adfirmat glossario ms. in quo: *Flammea, lancea.,* videtur deceptus errore librarii, qui scribere debuerat: *Framea, lancea.* (I. Fr. Gronovius Observatt. III, 21.)

Cap. VIII. a. vestibus purpura oculandis] Illuminandis. Sic de sole Plinius [Hist. Nat. II, 6.] „Hic reliqua sidera *oculat.*" Proprie autem purpurae splendor seu fulgor lumen dicitur. Fabius Instit. VIII, 9 „Adferent lumen clavus et purpurae loco insertae." Horatius [A.

est[b]. [2]Cum putaveris recte conciliasse temperamenta [3]colorum[c] et credideris comparationes eorum inter se [4]animasse[d] [5]erudite, mox utroque corpore et luminibus expressis errorem omnem [6]traducta diversitas evomet[e]. Eadem itaque caligine circa filiorum quoque duorum parabolam quibusdam ad praesens concolorantibus figuris[f] a vero [7]lumine exorbitant eius comparationis quam parabolae materia praetexit. Duos enim populos in duobus filiis collocant, Iudaicum maiorem, Christianum minorem. Nec enim possunt exinde Christianum peccatorem in filio minore disponere veniam consecuturum, nisi in [8]maiore Iudaicum expresserint. Porro[g] si Iudaicum ostendero deficere a comparatione filii maioris, consequenter utique nec Christianus admittetur de configuratione filii minoris. Licet enim filius audiat et Iudaeus et maior, quia prior in adoptione, licet Christiano reconciliationem dei patris invideat, quod vel maxime diversa pars [9]carpit, sed non erit Iudaei dictum ad patrem: Ecce [10]quot annis tibi servio, et praeceptum tuum nunquam praeterivi. Quando enim non transgressor legis Iudaeus, aure audiens et non

Luc. XV, 11 sqq.

Rom. IX, 4.

Luc. XV, 29.

2. cum putaverit *A.* 3. seculorum *A.* 4. animasse *D., Fulv. Ursinus.* hamasse *Fr. Iunius.* amasse *ABC.* 5. erudite *ego.* erudito *libri omnes. Hildebrandus ad Apul. Metam. VII, 13. p. 571. rescribit:* erudite, mox in utroque corpore hominibus *cett.* 6. traductum *A.* 7. liminis *A.* 8. maiorem *A.* 9. carpitur *A.* 10. quotannis *A.*

P. 15 sq.] „Purpureus late qui splendeat unus et alter Adsuitur pannus.“ Arrianus Epist. I, 2 *„Ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι, τὸ ὀλίγον ἐκεῖνο, καὶ στιλπνὸν, καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τοῦ εὐπρεπῆ φαίνεσθαι καὶ καλά.“* (Rigalt.) Salmasius in Scriptt. Hist. Aug. p. 507. *purpura clavare* vestem et *pupura oculare* sic idem fuisse ait.

b. evenire est] Sic paulo supra cap. 7 *„erit* et de perditionis genere *retractare.“* Cf. adnot. ad Ad Natt. II, 3.

c. recte conciliasse temperamenta colorum] Sic lib. De Pallio [cap. 1] tunicas in fama fuisse ait „de luminis concilio.“ (Rigalt.) Sciendum est has Carthaginiensium tunicas non totum purpureas fuisse, ut quidam sibi falso persuaserunt, sed tantum purpura clavatas. Ars haec erat in purpureis vesti intexendis, ut clavus a clavo non dissentiret, nec disparis esset luminis, sed omnes invicem concolores examussim ponerentur. Plures enim purpurarum gradus et species. Aliae nigrae sunt, aliae rubrae, aliae violaceae, aliae saturatiores, aliae dilutiores, quaedam excitati, quaedam adstricti coloris. Summopere itaque hoc curabant, ut clavi qui vestibus insuebantur nullam coloris differentiam praeferrent, sed ut exacte lumina inter se conciliarentur. Hoc vocat Tertullianus *concilium luminis,* id est conciliamentum coloris in purpura. (Salmasius in Tertull. De Pallio cap. 1. p. 97.) Adde Salmas. in Scriptt. Hist. Aug. p. 340 sqq. et p. 507 sqq.

d. comparationes eorum inter se animasse] Animantur colores, tam apte comparati, ut alter alterius vigore excitetur. (Rigalt.) *Erudito mox utroque corpore* cett. vulgata erat scriptura, quam correxi. Nihili enim est interpretatio Rigaltii *erudito utroque corpore* esse pro „expolito utroque panno.“

e. errorem omnem traducta diversitas evomet.] Ostendit male conciliata fuisse colorum temperamenta. Lanas dicit evomere colores quales imbibêre. (Rigalt.)

f. concolorantibus figuris] Concolorantes figuras appellat Tertullianus paribus gratiis colorem generosum exprimentes. (C. Barthius Adverss. IX, 10. p. 432.) *Eadem itaque caligine* sc. ut vestes illae purpura clavatae dum nondum luminibus expressis conspiciebantur.

g. Porro] Cf. quae adnotavi ad De Corona cap. 7.

audiens, odio habens [11] traducentem in portis[h] et [12] aspernamento
Luc. XV, 31. sermonem sanctum? [13] Sic nec patris ad Iudaeum erit vox: Tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt. Iudaei enim apostatae filii pronuntiantur, generati quidem et in altum elati, sed qui non
Ies. VI, 10. I, 2 sq. computaverint [14] dominum, et qui dereliquerint dominum, et in iram provocaverint sanctum Israëlis. Omnia plane Iudaeo concessa dicemus, cui etiam conditio[i] gratior quaeque de gula erepta est, nedum ipsa terra paternae promissionis. Atque adeo non minus hodie
Luc. XV, 13. Iudaeus quam minor filius prodacta substantia dei in aliena regione mendicat, serviens usque adhuc principibus eius, id est saeculi huius. [15] Quaerunt igitur alium Christiani suum fratrem; Iudaeum enim parabola non recipit. Multo aptius Christianum maiori et Iudaeum minori filio adaequassent secundum fidei comparationem,
Gen. XXV, 22 sq. si ordo utriusque populi ab utero Rebeccae designatus permitteret demutationem. Nisi quod et clausula refragaretur[k]. Christianum enim de restitutione Iudaei gaudere et non dolere [16] conveniet, siquidem tota spes nostra cum [17] reliqua Israëlis expectatione coniuncta est[l]. Ita et si quaedam [17b] favent[m], [18] sed aliis contra sapientibus interimitur exemplorum peraequatio. Quamquam, etsi omnia ad speculum respondere possint, unum [19] sit praecipuum periculum interpretationum, ne aliorsum temperetur [20] felicitas comparationum quam quo parabolae cuiusque materia mandavit. Meminimus enim et histriones[n], cum allegoricos gestus[o] adcommodant canticis, alia longe a praesenti et fabula et scena et persona et tamen congruentissime [21] exprimentes. Sed viderit ingenium extraordinarium. Nihil

11. traducem in hortis *Ios. Scaliger.* 12. aspernans *Fulv. Ursinus.* 13. Sicne *A.* 14. deum *liber Clementis.* 15. Quaerant *CD., ex coniectura Harrisii.* 16. non veniet *A.* 17. aliqua *edd. Semleri et Leopoldi, mendose.* 17b. favent *ego.* facient *libri omnes.* 18. et *A.* 19. si *A.* 20. facilitas *Fr. Iunius.* 21. exprimentur *A.*

h. odio habens traducentem in portis] Haec interpretaberis cum Pamelio ex verbis Esaiae XXIX, 21 „qui peccare faciebant homines in verbo, *et arguentem in portis supplantabant,* et declinaverunt frustra a iusto.“ De verbi *traducere* significatu adeas adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

i. conditio] Conditionem dicit edulia quaeque a deo creata et condita. (Rigalt.) V. adnot. ad De Corona cap. 6.

k. Nisi quod et clausula refragaretur.] Benedictio patris maiori filio a minore per dolum praerepta.

l. cum reliqua Israëlis expectatione coniuncta est.] Haec verba sunt ex cap. XI, 15 sqq. Epist. ad Romanos.

m. Ita et si quaedam favent] Scilicet huic adaequationi. *Felicitatem comparationum* in sequentibus interpretor ingenia comparationum.

n. histriones] Ut iam non sit opus praecone, qui priscis temporibus saltante pantomimo pronuntiabat populo Carthaginis quid saltator vellet intelligi. Augustinus De Doctrina Christ. II, 25. (Rigalt.)

o. allegoricos gestus] Et parabolae quae in sacris scripturis occurrunt allegoriae sunt et allegorica argumenta. Augustinus in Psalm. CIII: „Videte autem, ne putetis nominata allegoria pantomimi aliquid me dixisse“ cett. (Rigalt.)

enim ad [22]Andromachamp. Sic et haeretici[q] easdem parabolas quo volunt [23]tribuunt, non quo debent aptissime excludunt[r]. Quare aptissime? [24]Quoniam a primordio secundum occasiones parabolarum ipsas materias confinxerunt doctrinarum. [25]Vacuit scilicet illis solutis a regula veritatis ea conquirere atque componere quorum parabolae videntur.

Nos autem quia non ex parabolis materias commentamur, sed ex materiis parabolas interpretamur, nec valde laboramus omnia in expositione torquere, dum contraria quaeque caveamus. Quare centum oves? et quid utique decem drachmae? et quae illae scopae? Necesse [1]erat, *ut* qui unius peccatoris salutem gratissimam [2]deo volebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret de quo unum quidem perisse [3]describeret, necesse erat, ut habitus requirentis drachmam in domo tam scoparum quam lucernae adminiculo adcommodaretur. Huiusmodi enim curiositates et suspecta faciunt quaedam et coactarum expositionum[a] subtilitate plerumque deducunt a veritate. Sunt autem quae et simpliciter posita sunt ad struendam et disponendam et texendam parabolam, ut illuc perducantur cui exemplum procuratur. Et duo utique filii illuc [4]spectabunt quo et drachma et ovis. Quibus enim cohaerent, eandem habent causam, eandemque utique mussitationem pharisaeorum erga

Cap. IX.

Luc. XV, 4 sqq. 8 sqq.

22. andromachiam *A.* 23. trahunt *Latinius.* trudunt *Ios. Scaliger.* 24. quonam *A.* 25. Vacavit *D., Fulv. Ursinus.*

Cap. IX. 1. erat, ut *ego.* erat *BCD.* erant *A.* 2. a deo *A.* 3. describere *A.* 4. expectabunt quod *A.*

p. Sed viderit ingenium extraordinarium. Nihil enim ad Andromacham.] Ingenium dicere amat pro machina. [V. quae adnotavi ad De Corona cap. 8.] Hic vero extraordinarium histrionis ingenium dicit quod minime convenit Christiano, quod est extra ordinem Christianae disciplinae. Ideoque adiicit, *Nihil enim ad Andromacham,* hoc est, Nihil ad Christum, Nihil ad ecclesiam Christianam. (Rigalt.) Adludere videtur ad veteris alicuius tragici fabulam nomine Andromachae inscriptam. Et ex Tertulliano colligere est nihil aliud isthoc proverbio significari quam hisce: Nihil ad versum, Nihil ad Bacchum, *Οὐδὲν πρὸς ἔπος, Ἀπροσδιόνυσα,* hoc est aliena a re. [Diogenian. VII, 18. Schott. ad Zenob. V, 40.] Nam haereticos cum histrionibus comparat. Hi allegoricos gestus accomodantes canticis alia longe a praesenti et fabula et scena exprimunt (ut videatur ad Graeca proverbia respexisse: *ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, ἐξορχεῖσθαι,* vel ad *τὸ ἀπορχεῖσθαι*), illi, haeretici scilicet, easdem parabolas quo volunt tribuunt, non quo debent aptissime excludunt. (Andr. Hoyus.)

q. Sic et haeretici] Non solum psychici. (Rigalt.)

r. non quo debent aptissime excludunt.] Parabolas excludunt quo aptissimum in quaque causa visum est, non quo debent.

Cap. IX. a. coactarum expositionum] Sic De Orat. cap. 15 „affectata et *coacta,* et curiosi potius quam rationalis officii.“ De Patient. cap. 16 „*coacti obsequii.*“ De Baptismo cap. 12 „Alii plane satis *coacte* iniciunt“ cett. De Paenit. cap. 11 „si quid *coacti ruboris* in labia aut genas urgeat.“ De Anima cap. 42 „multo *coactius* Seneca“ cett. De Monog. cap. 9 „Sed hae argumentationes potius existimentur de coniecturis *coactae,* si non et sententiae adstiterint.“ Adv. Valentin. cap. 1 „patrocinio *coactae* figurae.“

commercium domini [4b]*et* ethnicorum. Aut si quis dubitat ethnicos fuisse publicanos apud Iudaeam usurpatam iam pridem Pompeii manu atque Luculli[b], legat Deuteronomium: Non erit vectigal pendens ex filiis Israël. Nec tam execrabile esset nomen publicanorum apud dominum, nisi extraneum, vendentium ipsius caeli[c] et terrae et maris transitus. Peccatores autem cum adiungit publicanis, non statim Iudaeos ostendit, etsi aliqui fuisse potuerunt. Sed unum genus ethnicorum alios ex officio peccatores, id est publicanos, alios ex natura, id est non publicanos, pariter ponendo distinxit. Ceterum[d] nec denotaretur cum Iudaeis communicans victum, sed cum ethnicis, quorum [5]mensa Iudaica disciplina depellit. Nunc de filio prodigo id prius considerandum est quod utilius. Non enim admittetur exemplorum adaequatio, licet [6]in agina congruentissima[e], si fuerit saluti nocentissima. Totum autem statum salutis in tenore disciplinae constitutum subverti videmus ea interpretatione quae ex diverso[f] adfectatur. Nam si Christianus est qui acceptam a deo patre substantiam utique baptismatis, utique spiritus sancti et exinde spei aeternae longe evagatus a patre prodigit ethnice vivens, si exutus bonis mentis etiam principi saeculi (cui [7]alii quam diabolo?) servitium suum tradidit, et ab eo porcis alendis immundis, scilicet spiritibus curandis, praepositus [8]resipuit ad patrem reverti, iam [9]non moechi et fornicarii, sed idololatrae et blasphemi et negatores et omne apostatarum genus [10]hac parabola patri satisfacient, et elisa est verissime hoc magis modo tota substantia sacramenti[g]. Quis enim timebit prodigere quod habebit postea recuperare? Quis curabit perpetuo conservare quod non perpetuo poterit amittere? Securitas delicti etiam libido est eius. Recuperabit igitur et apo-

Deut. XXIII, 19.

Luc. XV, 2. Matth. IX, 10. XI, 19.

4b. et ethnicorum *ego.* ethnicorum *libri omnes.* 5. mensam *A.* 6. in agina *ABC.* imagini *D., Fulv. Ursinus.* 7. aliquamdiu diabolo *A.* 8. resipuit *CD. liber Clementis.* 9. nunc moechis et fornicatoriis et *A.* 10. hanc parabolam *A.*

b. Pompeii manu atque Luculli] Cf. Ioseph. Antiqu. Iud. XIV, 8. Id. De Bello Iud. 5. Hegesipp. De Excidio Hierosol. I, 14 sqq., et Ioseph. Antiqu. Iud. lib. XIII, cap. ult., Hegesipp. I, 13.

c. ipsius caeli] Ael. Spartianus Vit. Pescennii Nigri p. 77. ed. Salmas. „Idem Palaestinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur idcirco quod esset gravata, respondit: Vos terras vestras levari censitione vultis, *ego vero etiam aërem vestrum censere vellem.*“ Cf. etiam Is. Casaubonus Exercitt. in Baronii Annales p. 269.

d. Ceterum] Alioquin. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

e. licet in agina congruentissima] Cf. Adv. Hermogen. cap. 41 „Igitur subiacens materia aequalis momenti habens motum, neque ad bonum neque ad malum plurimum vergit: Si aequalis momenti — — — scilicet qui inter bonum et malum suo arbitrio agitatus in neutram tamen partem pronus et praeceps *mediae, quod aiunt, aginae aequilibrato impetu ferebatur.*“

f. ex diverso] Ab adversaria parte. Ad Natt. II, 3 „Ac ne *ex diverso* proponetur multa alia moveri“ cett. Ita saepius.

g. sacramenti.] Hoc est fidei Christianae. (Rigalt.)

stata vestem priorem, indumentum spiritus sancti, et [11]anulum denuo signaculum lavacri, et rursus illi mactabitur Christus, et recumbet eo in toro de quo indigne vestiti [12]a tortoribus solent tolli et abici in tenebras, nedum spoliati. Plus est igitur, si nec expedit in Christianum [13]convenire ordinem filii prodigi[h]. Quod si nec in Iudaeum integre filii imago concurrit, ad propositum domini simpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat dominus utique ut quod perierat salvum faceret, medicus languentibus magis quam sanis necessarius. Hoc et in parabolis figurabat, et in sententiis praedicabat. Quis perit hominum, quis [14]labat de valetudine, nisi qui [15]dominum nescit? Quis salvus ac sanus, nisi qui [16]dominum novit? Has duas species de genere fraternas haec quoque signabit parabola. Vide an habeat ethnicus substantiam in deo patre census et sapientiae et naturalis agnitionis in deum, per quam et apostolus notat in sapientia dei non cognovisse mundum per sapientiam deum, quam utique a deo acceperat. Hanc itaque prodegit longe a domino moribus [16b]iactus inter errores et inlecebras et libidines saeculi, ubi [17]fame veritatis compulsus tradidit se principi huius aevi. Ille eum praefecit porcis ([18]ut familiare id daemonum pecus [19]pasceret), ubi nec [20]ille compos esset vitalis [21]escae simulque alios [22]videret in opere divino abundantes pane caelesti. Recordatur patris dei, satisfacto redit, vestem pristinam recipit, statum scilicet eum quem Adam transgressus amiserat. [23]Anulum quoque [24]accepit tunc [25]primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita exinde opimitate dominici corporis vescitur, eucharistia scilicet. Hic erit prodigus filius, qui nunquam retro frugi, qui statim prodigus, quod non statim Christianus. Hunc et Pharisaei de saeculo ad patris complexus revertentem in publicanis et peccatoribus [26]maerebant. Et ideo ad hoc solum maioris fratris adcommodatus est livor, non quia innocentes et deo obsequentes Iudaei, sed quia invidentes nationibus salutem, plane quos semper apud patrem esse oportuerat. Et utique Iudaeus ad primam statim vocationem Christiani

Luc. XV, 22 sq.

Matth. XVIII, 11. Luc. XIX, 10. Matth. IX, 12 sq. Luc. V, 31 sq.

I Cor. I, 21.

11. anulum *A.* 12. a tortoribus *CD. liber Clementis.* auribus *reliqui.* moribus *Fulv. Ursinus.* 13. et invenire *A.* 14. levat *A.* 15. deum *CD. liber Clementis.* 16. deum *CD. liber Clementis.* 16b. iactus *ego.* factus *libri omnes.* 17. fama *A.* 18. in familiare *A.* 19. pascere *A.* 20. ille *D., Petr. Ciacconius.* illi *ABC.* 21. escae *D., Petr. Ciacconius.* esca *ABC.* 22. videt *A.* 23. Anulum *A.* 24. accipit *D., Fulv. Ursinus.* 25. pristinum *A.* 26. merebant *A.*

h. ordinem filii prodigi.] *Ordo* apud Tertullianum non semel positum est de re ordine enarrata et exposita. *Ordo filii prodigi* igitur h. l. est fabula filii prodigi. Sic Apolog. cap. 22 „Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte conruptis conruptior gens daemonum evaserit, damnata a deo cum generis auctoribus et cum eo quem diximus principe, apud litteras sanctas *ordo* cognoscitur."

gemit, non ad secundam restitutionem. Illa enim etiam ethnicis relucet, haec vero quae in ecclesiis agitur ne Iudaeis quidem nota est. Puto me et materiae parabolarum et congruentiae rerum et tutelae disciplinarum adcommodatiores interpretationes reddidisse. Ceterum si in hoc gestit diversa pars ovem et drachmam et filii luxuriam Christiano peccatori configurare, ut moechiam et fornicationem paenitentia donent, aut et cetera delicta pariter capitalia concedi oportebit, aut paria quoque eorum moechiam et fornicationem inconcessibilia servari. Sed plus est quod nihil aliud argumentari licet citra id de quo agebatur. Denique[i] si aliorsum parabolas transducere liceret, ad martyrium potius dirigeremus spem illarum, quod solum omni substantia prodacta restituere filium poterit, et drachmam inter omnia licet in stercore repertam cum gaudio praedicabit, et ovem per aspera quaeque et abrupta fugitivam humeris ipsius domini in gregem [27]referet. Sed malumus in scripturis [28]minus, si forte[k], sapere quam contra. Proinde sensum domini custodire debemus atque praeceptum. Non est levior transgressio in interpretatione quam in conversatione.

Cap. X. Excusso igitur iugo [1]in ethnicum disserendi parabolas istas, et semel dispecta vel recepta necessitate non aliter interpretandi quam materia propositi est, contendunt iam nec competere ethnicis paenitentiae denuntiationem, quorum delicta obnoxia ei non sint, ignorantiae scilicet imputanda, quam sola natura [2]ream deo faciat. Porro nec remedia sapere quibus pericula ipsa non sapiant, illic autem paenitentiae constare rationem ubi conscientia et voluntate delinquitur, ubi et culpa sapiat et gratia, illum lugere, illum volutari, [3]qui sciat et quid amiserit et quid sit recuperaturus, si paenitentiam deo immolarit[a], utique eam magis filiis offerenti quam
Ion. III, 4. extraneis. [4]Num ergo et Ionas idcirco ethnicis Ninivitis non putabat paenitentiam necessariam, cum cavillaretur in praedicationis officio, an potius misericordiam dei providens etiam in extraneos profusam quasi destructuram praeconium verebatur? atque adeo propter civitatem profanam, nondum dei compotem, adhuc ignorantia delinquentem, paene periit prophetes? Nisi quod exemplum passus est dominicae passionis ethnicos [5]quoque paenitentes re-

27. refert *A.* 28. minus forte *A.*

Cap. X. 1. ethnicorum *A.* 2. rem a deo *A.* 3. quae *A.* 4. Num *BD.* Nunc *A.* Non *C.* 5. quoque paenitentes redempturae *CD. liber Clementis.* quoque redempturae *AB.*

i. Denique] Adeo, proinde. Cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 42.

k. si forte] V. adnot. ad De Corona c. 5.

Cap. X. a. si paenitentiam deo immolarit] Cf. adn. ad De Spectac. cap. 10.

dempturae. Bene quod et Ioannes domini vias sternens non minus militantibus et publicanis quam filiis Abraham paenitentiae erat praeco. Ipse dominus Sidoniis et [6]Tyriis praesumpsit paeniten- tiam, si virtutum documenta vidissent. Atquin ego illam naturalibus magis peccatoribus competere contendam quam voluntariis. Magis enim merebitur fructum eius qui nondum eo usus est quam qui iam et abusus est, magisque sapient remedia prima quam exoleta. Nimirum dominus [7]ingratis benignus magis quam ignaris, et citius reprobatis misericors quam nondum probatis, ut non magis irascatur contumeliis clementiae suae quam blandiatur, et non libentius extraneis eam impertiat quam in filiis perdidit, cum gentes sic adoptaverit, dum Iudaei de patientia ludunt[b]. Sed hoc volunt psychici, ut deus [8]iusti iudex eius peccatoris paenitentiam malit quam mortem qui mortem paenitentia maluit. Quod si ita est, peccando promeremur. Age tu funambule pudicitiae et castitatis et omnis circa sexum sanctitatis, qui tenuissimum [9]filum disciplina eiusmodi [10]veri avia pendente vestigio ingrederis, carnem spiritu librans, animam fide moderans, oculum metu temperans. Quid itaque in gradu totus es? [11]Perge sane, si potueris, si volueris, dum [12]tam securus et quasi in solido es. Nam si qua te carnis vacillatio, animi avocatio, oculi evagatio de tenore decusserit, deus bonus est. Suis, non ethnicis, sinum subicit; secunda te paenitentia [13]excipiet; eris iterum de moecho Christianus[c]. Haec tu mihi benignissime dei interpres. Sed cederem tibi, [14]si scriptura Pastoris[d], quae sola moechos amat, divino instrumento[e] meruisset incidi, si non ab omni concilio ecclesiarum etiam vestrarum inter apocrypha et falsa iudicaretur, adultera et ipsa et inde patrona sociorum, a qua et alias initiaris[f], cui ille, si forte[g], patrocinabitur pastor quem in ca-

Luc. III, 13 sq.

Matth. XI, 21.

6. Tyris *A.* 7. gnaris *Latinius.* 8. iustus *CD.* 9. filium *A.* 10. veri a vere via pendentem *A.* 11. pergesne si potueris *A.* 12. tamen *A.* 13. excepi caeteris iterum *A.* 14. si *om. A.*

b. dum Iudaei de patientia ludunt.] Toties laesa, offensis tot repetitis. Sic in tertio Canone Concil. Elib., ubi de flaminibus post paenitentiam moechis: „Placuit ulterius eis non dandam esse communionem, ne *lusisse de dominica communione* videantur" cett. et Canone quadragesimo septimo: „Si resuscitatus rursus fuerit moechatus, placuit ulterius non *ludere cum de communione pacis.*" (Rigalt.)

c. de moecho Christianus.] Quasi post baptismum in moechiam lapsus desierit esse Christianus. (Rigalt.)

d. scriptura Pastoris] Hanc memorat etiam iterum cap. 20. Cf. De Orat. cap. 12.

e. divino instrumento] Divinis tabulis, divinis litteris. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 18.

f. a qua et alias initiaris] Ab illa nimirum apocrypha et falsa Pastoris scriptura potius quam ab indubitatis et receptissimis. (Rigalt.)

g. si forte] V. adnot. ad De Corona cap. 5. De figura pastoris in calice Christiano depicta memorat etiam infra cap. 13.

lice depingis, prostitutorem et ipsum Christiani sacramenti[h], merito et ebrietatis idolum et moechiae [15]asylum[i] post calicem subsecuturae, de quo nihil libentius [16]libas quam ovem paenitentiae secundae[k]. At ego eius pastoris [17]scripturas haurio [18]qui non potest frangi[l]. [19]Hunc mihi statim Ioannes offert cum paenitentiae lavacro
Matth. III, 8 sq. et officio dicentem, Facite dignos paenitentiae fructus, et ne dixeritis, Patrem habemus Abraham (ne scilicet rursum blandimenta delinquentiae de patrum resumerent gratia): Potest enim deus de lapidibus istis filios suscitare Abrahae. Sic et [20]nos sequitur[m], ut eos qui hactenus[n] delinquant, facientes dignum paenitentiae fructum. Quid enim ex paenitentia maturescit quam emendationis effectus? Sed etsi venia potius est paenitentiae fructus, hanc quoque consistere non licet sine cessatione delicti. Ita cessatio delicti radix est veniae, ut venia sit paenitentiae fructus.

Cap. XI. Exinde quod ad evangelium pertinet, parabolarum quidem [1]discussa iam quaestio est. Si vero et factis aliquid tale pro peccatoribus edidit dominus, ut cum peccatrici feminae etiam corporis
Luc. VII, 37 sq. Matth. XXVI, 1 sqq. Ioh. IV, 7 sqq. sui contactum [2]permittit lavanti lacrimis pedes eius et crinibus detergenti et [3]unguento sepulturam ipsius inauguranti, ut cum Samaritanae sexto iam matrimonio non moechae, sed prostitutae, etiam

15. asilum *Nicol. Rigaltius.* 16. libas *Fulv. Ursinus.* bibas *libri omnes.* 17. scripturas *AD.* scripturam *reliqui.* 18. quae *A., Latinius.* 19. Hunc *D., Fulv. Ursinus.* Hanc *ABC.* 20. mox *Nicol. Rigaltius.*

Cap. XI. 1. discussio *A.* 2. permittat *A.* 3. ungenti *A.*

h. Christiani sacramenti] Eucharistiae.

i. moechiae asylum] Scribendum est *asilum.* Nam significat *οἶστρον,* „cui nomen asilo Romanum est, oestrum Graeci vertere vocantes." Plin. H. N. XI, 16: „Nascuntur aliquando in extremis favis apes grandiores, quae ceteras fugant, Oestrum vocatur hoc malum." Idem: „Asilo, sive tabanum dici placet, aculeus in ore." Hoc percussae pecudes velut in rabiem aguntur. Atque inde est vocabulum ad Venereos furores translatum. Hesychius: „*Οἶστρος, ἐρεθισμὸς, ὁ λεγόμενος μυῖα· μανία ἀφροδισίων, πύρωσις, ἔκκαυσις.*" Septimius igitur catholicos qui xerophagias damnent et moechis paenitentibus ecclesiam reddant, psychicos vocat, et Pastorem in eorum calice depictum, ebrietatis idolum et libidinis oestrum, unde scilicet corpore bene curato velut furore perciti et omne lasciviarum genus ruant, blanda impetrandae paenitentiae fiducia invitati. Quam sunt amarulenta haec in catholicos convicia! (Rigalt.)

k. ovem paenitentiae secundae.] Hoc est ovem libidinosam, ovem adulteram; spem impetrandae adulterio etiam post baptismum admisso veniae. (Rigalt.) Ovem paenitentiae secundae dici arbitror Christianum adulterum admissi veniam apud catholicos consecuturum. Ovis autem dicitur respectu tum Pastoris illius in calice depicti tum parabolae ovis quae a grege aberraverat et inventa a domino in humeris reportata est. De hac parabola cf. supra cap. 7.

l. qui non potest frangi.] Nimirum Christi ipsius, qui deus est aeternus, non illius Pastoris qui simulachrum est fragile. (Rigalt.)

m. Sic et nos sequitur] Haec ope exemplarium indigent. Interea vero legendum videtur *sic et mox sequitur.* Nempe apud apostolum post haec verba *Patrem habemus Abraham* sequitur Potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Septimius adiicit explicando *ut eos qui hactenus delinquant, facientes dignum paenitentiae fructum.* (Rigalt.)

n. hactenus] Hoc est *non amplius.* V. adnot. ad De Exhort. Castit. cap. 1.

quod nemini facile, quis esset ostendit[a], nihil ex hoc adversariis confertur, [4]etsi iam Christianis veniam delictorum praestitisset. Nunc enim dicimus, Soli domino hoc licet, hodie potestas indulgentiae eius operetur. [5]Ad illa tamen tempora, quibus in terris egit, hoc definimus nihil adversum nos praeiudicare, si peccatoribus etiam Iudaeis venia conferebatur. Christiana enim disciplina a novatione testamenti et, ut praemisimus, a redemptione carnis, id est domini passione censetur[b]. Nemo perfectus ante repertum ordinem fide, nemo Christianus ante Christum caelo resumptum, nemo sanctus ante spiritum sanctum de caelo repraesentatum ipsius disciplinae determinatorem.

Itaque isti qui alium paracletum in apostolis et per apostolos [1]receperunt, quem [2]nec in prophetis [3]propriis agnitum iam nec in apostolis possident[a], age nunc vel de apostolico instrumento[b] doceant maculas carnis post baptisma [4]respersae[c] paenitentia dilui posse. Non in apostolis quoque veteris legis formam [5]salutamus circa moechiae quanta sit demonstrationem, ne forte lenior existimetur in novitate disciplinarum quam in vetustate. Cum primum intonuit evangelium et vetera concussit, ut de legis retinendae [6]necne statu[d] disceptaretur, primam hanc regulam de auctoritate spiritus sancti apostoli emittunt ad eos qui iam ex nationibus [7]allegi coeperant. Visum est, inquiunt, spiritui sancto et nobis nullum amplius vobis adicere pondus quam eorum a quibus necesse est abstineri, a sacrificiis et a fornicationibus et sanguine[e]. A quibus

Cap. XII.

Act. XV, 28 sq.

4. et suam Christianis *A*. 5. At *BC*.

Cap. XII. 1. reciperent *A*. 2. nunc *A*. 3. propriis *B*. proprius *ACD*. propius *Fr. Iunius*. 4. respersa paenitentiae *A*. 5. solutam *A*. 6. necne statu *D*. necessitate *Ios. Mercerus*. nec statu *ABC*. 7. allegi *BCD*. a lege *A*.

Cap. XI. a. quis esset ostendit] Hoc est, Samaritanae Christus, etiam quod vix ulli concesserat, quis esset ostendit. (Rigalt.)

b. censetur.] V. adnot. ad De Corona cap. 13.

Cap. XII. a. quem nec in prophetis propriis agnitum iam nec in apostolis possident] Prophetis propriis, hoc est Montano. Pamelius confert De Praescript. Haeret. cap. 52 „Sunt enim qui cata Proclum dicuntur, sunt qui secundum Aeschinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem suam: et communem quidem illam qua in apostolis quidem dicant spiritum sanctum fuisse, paraclitum non fuisse, et qua dicant paraclitum plura in Montano dixisse quam Christum in evangelio protulisse, nec tantum plura, sed etiam meliora atque maiora.“ Fr. Iunius aliique interpretes per prophetas intellegunt Veteris Testamenti prophetas.

b. apostolico instrumento] De apostolicorum librorum apparatu. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 18.

c. respersae] *Respersae* hic posuit pro rursus sparsae et maculatae, novis scilicet post lavacrum sordibus. (Rigalt.)

d. retinendae necne statu] Libri veteres habent *retinendae nec statu*. Rigaltii emendationi *retinendae necne statu* haud cedit Ios. Merceri *retinendae necessitate*.

e. a sacrificiis et a fornicationibus et sanguine.] Irenaeus [Adv. Haer. III, 12.] eundem ordinem servat: „Praecipiendum

observando recte [8]agitis vectante vos spiritu sancto[f]. Sufficit et hic servatum esse moechiae et fornicationi locum honoris sui inter idololatriam et homicidium[g]. Interdictum enim sanguinis multo magis humani intellegemus. Porro qualia videri volunt apostoli crimina, quae sola in observatione de lege pristina excerpunt, quae sola necessario abstinenda praescribunt? Non quod alia permittant, sed quod haec sola [9]praeponant utique non remissibilia qui ethnicorum causa cetera legis onera remissibilia fecerunt. Cur ergo cervicem nostram a tanto iugo excusant, nisi ut illis compendia ista disciplinae semper imponant? Cur [10]tot vincula indulgent, nisi ut perpetuo ad [11]necessariora constringant? Solverunt a pluribus, ut nocentioribus observandis obligaremur. Compensatione res acta est. Lucrati sumus multa, ut aliqua praestemus. Compensatio autem revocabilis non est, [12]siquidem revocabitur iteratione, moechiae utique et sanguinis et idololatriae. Tota enim iam lex sumetur, si veniae condicio solvetur. Sed non leviter [13]nobiscum pactus est spiritus sanctus, etiam ultro pactus, quo magis honorandus. Sponsionem eius nemo dissolvet nisi ingratus. Iam nec recipiet quae dimisit, nec [14]dimittet quae retinuit. Novissimi testamenti semper indemutabilis [15]status est, et utique [16]recitatio decreti consiliumque illud cum saeculo desinet. Satis denegavit veniam eorum quorum custodiam elegit, [17]vindicavit quae non proinde concessit. Hinc est, quod neque idololatriae neque sanguini pax ab ecclesiis redditur. De qua finitione sua apostolos

8. agetis vetante vos spiritu sancto. Sufficit *Fulv. Ursinus.* agetis. Vectate vos. Spiritui sancto sufficit *Salmasius ad Scriptt. Hist. Aug. p.* 286. *et Ios. Scaliger ad Manil. p.* 450 *sq.* 9. proponant *D., Fulv. Ursinus.* 10. totum gula indulgent *A.* 11. necessariora *CD. liber Clementis.* necessaria *AB.* 12. siquidem *ego.* nisi denique *Nicol. Rigaltius.* iisdemque *libri omnes.* 13. nobiscum pactus est *D., Fulv. Ursinus.* nobis compactus *ABC.* 14. dimisit *A.* 15. factus est *A.* 16. *Verba* recitatio decreti *non comparent in A., spatio duorum vocabulorum vacuo relicto.* 17. vindicavitque non *A.*

eis uti abstineant a vanitatibus idolorum et a fornicatione et a sanguine, et quaecunque nolunt sibi fieri, aliis ne faciant.“ Idem paulo post pro *vanitatibus idolorum* dixit *idolothytis.* Haec duo vocabula εἰδωλόθυτον καὶ αἷμα varias interpretationes sortita etiam vetustos Actorum codices ambiguitate lectionum turbavere. Apertissima autem sunt quae hic et apud Irenaeum leguntur adversus tria haec ἀλισγήματα praecipua, εἰδώλων, πορνείας, αἵματος. (Rigalt.)

f. vectante vos spiritu sancto] Irenaeus l. l. „ambulantes in spiritu sancto;“ et vetusta Act. Apostoli exemplaria: „φερόμενοι ἐν πνεύματι ἁγίῳ.“ (Rigalt.)

g. locum honoris sui inter idololatriam et homicidium.] Quem in Decalogo assignatum fuisse moechiae observat supra [cap. 5.]. At Lucas ipse non servavit. Etenim Act. XV. cum primo dixisset „τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας καὶ τοῦ αἵματος,“ postea edixit „εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πορνείας.“ Itaque satis est frivolum Septimii argumentum de verborum ordine seu loco, et vana coniectura opinantium haec ita debere necti: „*Spiritui sancto sufficit et hic servatum esse moechiae et fornicationi locum.* Reclamat Irenaeus, neque hoc venit unquam in mentem Septimii nostri. (Rigalt.)

excidisse, puto, non licet credere; aut si credere quidam possunt, debebunt probare.

Novimus plane et hic suspiciones eorum. Revera enim [1]suspi- Cap. XIII.
cantur apostolum Paulum in secunda ad Corinthios eidem fornicatori veniam dedisse quem in prima dedendum satanae in interitum carnis pronuntiarit, impium patris de matrimonio haeredem, [2]quasi vel ipsum postea stilum verterit scribens: Si quis autem contrista- II Cor. II, 5—11.
vit, non me contristavit, sed ex parte, ne vos onerem omnes. Satis est talis increpatio quae a multis fit; uti e contrario [3]malitis vos donare et advocare[a], ne forte abundantiore tristitia devoretur eiusmodi[b]. Propter quod oro vos, constituatis in eum dilectionem. In hoc enim et scripsi, uti cognoscam probationem vestram, quod in omnibus obauditis mihi. Si cui autem donaveritis, et ego. Nam et ego si [4]quid donavi, donavi [5]in persona Christi, ne fraudemur a satana, [6]quoniam non ignoramus iniectiones eius[c]. Quid hic de fornicatore, quid de paterni tori contaminatore, quid de Christiano [7]ethnicorum impudentiam supergresso intellegitur, cum proinde utique speciali venia absolvisset quem speciali ira damnasset? Obscurius miseretur quam indignatur. Apertior est in austeritate quam in lenitate[d]. Atquin facilius ira quam indulgentia obliqua est. Magis tristiora [8]cunctantur quam laetiora. De modica scilicet indulgentia agebatur; quae, si forte, nunc aestimaretur, quando maxima quaeque non soleant etiam sine praedicatione donari, tanto abest[e] [9]sine significatione. Et tu quidem [10]paenitentiam moechi ad exorandam fraternitatem in ecclesiam inducens [11]conciliciatum et concineratum[f] cum dedecore et horrore compositum [12]prosternis in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium [13]lacrimas invadentem[g], omnium

Cap. XIII. 1. suspicatur *A.* 2. quasi vel *Fr. Iunius.* quasique *D., Fulv. Ursinus.* quasive *ABC.* 3. malitis *ego.* magis *libri omnes.* 4. quod *A.* 5. in persona Christi *CD. liber Clementis.* in Christo *AB.* 6. quoniam *CD. liber Clementis.* quod *AB.* 7. ethnicorum impudentiam *CD.* ethnicorum impudentia *A.* ethnicum impudentia *B.* 8. conctantur *A.* 9. sive *A.* 10. paenitentiae moechi ad exorandum *A.* 11. conciliciatum *CD., Latinius.* conciliatum *AB.* 12. prosternis *D., Fulv. Ursinus.* prosternens *reliqui.* 13. lacrimas invadentem *ego.* lacrimas suadentem *ABC.* lacinias invadentem *D., Fulv. Ursinus.*

Cap. XIII. a. et advocare] *καὶ παρακαλέσαι.* (Rigalt.) Cf. adnot. ad De Patient. cap. 11. Adv. Marcion. IV, 14 „Beati qui esuriunt, quoniam ipsi saturabuntur, *advocare* languentes," h. e. consolari languentes, uti iam interpretatus est Beatus Rhenanus.

b. devoretur eiusmodi.] *καταποθῇ ὁ τοιοῦτος.* (Rigalt.) De substantivo *eiusmodi* cf. quae adnotata sunt ad De Bapt. cap. 12.

c. iniectiones eius.] *τὰ νοήματα αὐτοῦ.* (Rigalt.)

d. Obscurius miseretur — — quam in lenitate.] Obiectio adversarii.

e. tanto abest] V. quae adnotavi ad De Testim. Animae cap. 1.

f. conciliciatum et concineratum] In cilicio et cinere, paenitentium squalore. (Rigalt.) Cf. Casp. Barthii Adverss. XLII, 7. p. 1880.

g. omnium lacrimas invadentem] Om-

vestigia lambentem, omnium genua detinentem, [14]inque eum hominis exitum[h] quantis potes misericordiae inlecebris bonus pastor et benedictus papa[i] contionaris, et in parabola ovis capras tuas quaeris[k]? [15]tua ovis ne rursus de grege [15b]exiliat (quasi non exinde iam liceat quod nec semel licuit), ceteras etiam metu comples cum maxime indulgens[l]? Apostolus vero sceleratam libidinem fornicationis [16]incesto onustam tam proiecte[m] ignovisset, ut nec hunc saltem habitum [17]legalem[n] paenitentiae, quem ab ipso didicisse deberes, ab eo [18]exegerit? nihil de postero sit comminatus, nihil de cetero[o] allocutus? Quinimmo et [19]ultra obsecrat, constituerent in eum dilectionem, quasi satisfaciens, non quasi ignoscens[p]. Et tamen dilectionem audio, non communicationem. Quod et ad Thessalonicenses: Si quis autem non obaudit sermoni nostro per epistolam, hunc notate, nec commisceamini illi, ut revereatur, non quasi inimicum deputantes, sed quasi fratrem obiurgantes. Adeo potuisset dicere et fornicatori dilectionem solummodo concessam, non et communicationem, incesto vero nec dilectionem, quem scilicet auferri iussisset de medio ipsorum, multo magis utique de animo. Sed verebatur, ne fraudarentur a satana circa eius personae amissionem quem satanae ipse proiecerat, aut ne abundantia maeroris

II Thess. III, 14.

14. in quae cum hominis *A.* 15. tua domus ne rursus *A. Verba* tua ovis *delenda iudicavit Latinius.* 15 b. exiliant *Latinius.* 16. incestu onus tantum proiecte *A.* 17. legalem *ego.* legatum *ABC.* legitimum *D., Fulv. Ursinus.* 18. exigeres. Nihil *A.* 19. ultro *D., Fulv. Ursinus.*

nium lacrimas in sui misericordiam excitantem.

h. inque eum hominis exitum] In hunc finem, ut exorata fraternitate pax ecclesiae paenitenti moecho reddatur.

i. benedictus papa] Id est pater, quae appellatio iam tum piis dei servis administris dei ecclesiae fuit honorifice attributa. (Fr. Iunius.) Cyrum Agrippini successorem, veteri ritu eos in ecclesiam recipientem qui ob admissa scelera abiecti vitam in maerore luctuque paenitentes traduxerant, his verbis notari arbitratus est Marcellus, teste Muentero Primord. Eccl. Afr. p. 114.

k. et in parabola ovis capras tuas quaeris?] Per capras intellegit qui inremissibilia peccaverint, eoque se ovium grege semel excluserint.

l. ceteras etiam metu comples cum maxime indulgens?] Cum maxime indulgens, id est tantam indulgentiam accommodando, ceteras oves metu comples, ne tua, quam restituis ovis, rursus de grege aberret? Nonne haec tua indulgentia ad denuo peccandum invitat?

m. tam proiecte] Tam incuriose, tam flocci pendens. *Proici* enim dicuntur res vilissimae, quas alteri propter fastidium vilissimo pretio donamus. I. Fr. Gronov. Observatt. III, 21. Duker. ad Flor. II, 16. Bentl. ad Horat. Epod. X, 22.

n. legalem] Ita emendandum esse visum est. Vulgatam *legatum* Rigaltius interpretatur his: Legatum, hoc est gentium consensu delegatum dicatumque et convenientissimum paenitentium seu reorum maestitiae. Vel, habitum paenitenti datum legatumque quasi per damnationem, in haec verba: Qui moechus, qui fornicator ecclesiae pacem sibi reddi postulaverit, in luctu et squalore, in sacco et cinere fratrum genua prensare damnas esto.

o. de cetero] Cf. adnot. ad Ad Scapul. cap. 3.

p. Quinimmo et ultra obsecrat, constituerent in eum dilectionem, quasi satisfaciens, non quasi ignoscens.] Verba sunt adversarii.

devoraretur quem in interitum carnis addixerat. Hic iam carnis [20]interitum in officium paenitentiae interpretantur, quod videatur ieiuniis et sordibus et incuria omni et dedita opera malae tractationis carnem exterminando satis deo [21]facere, ut ex hoc argumententur fornicatorem, immo incestum illum non in perditionem satanae ab apostolo traditum, sed in emendationem, quasi postea veniam ob interitum, id est conflictationem carnis, consecuturum, igitur et [22]consecutum. Plane idem apostolus [23]Hymenaeum et Ale- I Tim. I, 20.
xandrum satanae tradidit, [24]ut emendarentur non blasphemare[q], sicut Timotheo suo scribit. Sed et ipse datum sibi ait sudem[r], II Cor. XII, 7.
angelum satanae, a quo colaphizaretur, ne se [25]extolleret. Si et hoc tangunt, ut traditos satanae ab illo in emendationem, non in perditionem intellegamus, [26]quid simile blasphemia et incestum et [27]anima ab his integra, immo non aliunde quam ex summa sanctitate et ex omni innocentia [28]elata, quae in apostolo colaphis, si forte, cohibebatur, per dolorem, ut aiunt, auriculae vel capitis? Incestum vero atque blasphemia totos homines in possessionem ipsi satanae, non angelo eius tradidisse meruerunt. Et de hoc enim interest, immo et ad hoc plurimum [29]refert, quod illos traditos ab apostolo legimus satanae, apostolo vero angelum datum satanae. Postremo cum deprecatur dominum Paulus, quid audit? Satis habe II Cor. XII, 9.
gratiam meam, virtus enim in infirmitate perficitur. Hoc qui satanae deduntur audire non possunt. [30]Hymenaei autem et Alexandri crimen si et in isto et in futuro aevo inremissibile est, blasphemia scilicet, utique apostolus non adversus terminum domini[s] sub spe veniae dedisset satanae iam a fide in blasphemiam [31]mersos. Unde et naufragos eos iuxta fidem pronuntiavit, non habentes iam sola-

20. interitu quem in officium *A.* 21. faceret *A.* 22. consecuta *A.* 23. Himeneum *A.* 24. ut enim darentur *A.* 25. extolleretur *A.* 26. quod *A.* 27. animi ab his integri immo aliunde *A.* 28. elatoque in apostolo *A.* 29. referet *A.* 30. Hymenei *A.* 31. mersus *A.*

q. ut emendarentur non blasphemare] *Ut emendarentur, ἵνα παιδευθῶσι.* Sed alibi et ipse Septimius admodum licenter utitur infinitivo. Sic Ad Natt. II, 3 „quae deos et deorum parentes adversus negatam generationem dei et nativitatem frustra *credi* vobis *proposuit* Varro.“ Scorpiac. cap. 1 „*promptam mederi* theriacam.“ Ad Scapul. cap. 5 „et *inquirere accenditur.*“ De Bapt. cap. 5 „si quis *praevenerat descendere* illuc.“ De Exhort. Cast. cap. 10 „Rape *occasionem,* etsi non exoptatissimam, attamen opportunam, *non habere* cui debitum solveres“ cett. De Pudic. cap. 21 „Quantus es indulgere“ cett.

r. datum sibi ait sudem] Aliquis haud sine causa mirabitur Tertullianum, postquam Paulinum illum *σκόλοπα,* angelum Satanae, Latine reddidit *sudem,* mox opinioni accedere existimantium iis vocabulis significari dolorem auriculae vel capitis. (Rigalt.) Cf. De Fuga in Persecut. cap. 2.

s. adversus terminum domini] Hoc est adversus sententiam et determinationem domini. Etenim Septimio *determinare* est iudicare, pronuntiare, definire iudicio. (Rigalt.)

tium navis ecclesiae. Illis enim venia negatur qui de fide in [32]blasphemiam impegerunt. Ceterum ethnici et haeretici cotidie ex blas-
I Tim. I, 20. phemia emergunt. Sed etsi dixit, Tradidi eos satanae uti disciplinam acciperent non blasphemandi, de ceteris dixit qui illis traditis satanae, id est extra ecclesiam proiectis, erudiri haberent[t] blasphemandum non esse. Sic igitur et incestum fornicatorem non in emendationem, sed in perditionem tradidit satanae, ad quem iam super [33]ethnicum delinquendo transierat, ut discerent fornicandum non esse. Denique[u] in interitum, inquit, carnis, non in cruciatum, ipsam substantiam damnans, per quam exciderat, quae
I Cor. V, 5. exinde iam perierat baptismate amisso[v], ut spiritus, inquit, salvus sit in die domini. Et de hoc enim quaeratur, si spiritus hominis ipsius salvus erit. Ergo salvus erit spiritus tanto scelere pollutus, propter hoc perdita carne, [34]ut salvus sit in poena. Ergo poenam sine carne censebit contraria interpretatio, [35]si resurrectionem carnis amittimus[w]. Superest igitur ut [36]eum spiritum dixerit qui in ecclesia censetur salvum, id est integrum praestandum in die domini ab immunditiarum contagione, eiecto incesto
I Cor. V, 6. fornicatore. Siquidem subiungit, Non scitis, quod modicum fermentum totam [37]desipiat consparsionem? Et tamen fornicatio incesta non erat modicum, sed grande fermentum.

Cap. XIV. Et his itaque discussis, quae intercesserant, regredior ad secundam Corinthiorum, ut probem illud quoque apostoli dictum,
II Cor. II, 6. Sufficiat eiusmodi homini increpatio ista quae a multis non in fornicatoris [1]personam convenire. Si enim dedendum satanae pronuntiaverat in interitum carnis, utique damnaverat eum magis quam increpaverat. Alius ergo erat cui voluit sufficere increpationem;

32. blasphemia *A.* 33. ethnicos *CD.* 34. ut *om. A.* 35. Sic *Fulv. Ursinus.* 36. cum *A.* 37. desipiat conspersionem *CD.* decipiat consparsionem *AB.*
Cap. XIV. 1. persona *A.*

t. erudiri haberent] De hac structura cf. adn. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

u. Denique] Adeo. V. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 42. Alia exempla reperies De Patient. cap. 4. De Baptismo cap. 10. De Fuga in Persecut. cap. 2. et cap. 6. Ad Scapul. cap. 1. De Exh. Castit. cap. 13.

v. baptismate amisso] Amisisse baptisma dicitur qui post lavacrum in idololatriae et moechiae vel homicidii crimen inciderit, ut contra Can. XXXVIII. Concilii Eliber. lavacrum suum integrum habere dicitur qui post adeptum baptisma nullis fuerit horumce criminum reus. (Rigalt.)

w. si resurrectionem carnis amittimus.] Erant qui Pauli verba „tradere satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini," sic accipienda esse dicerent nempe, carnem facinorosi illius quem Paulus tradidit satanae variis cruciatibus extortam periisse, ut ita multatus carne spiritus salvus esset in die domini. Haec autem interpretatio contraria fuit Septimianae, quae ne sic quoque spiritum salvum fore concedebat. Ait igitur opinionem contrariam suae poenam facinoroso illi adscribere, ut sine carne esset, hoc est ut eius caro non resurgeret; ex eo vero rem absurdissimam sequi, ut carnis illius resurrectio non sit. Sic resurrectionem carnis, inquit, amittimus. (Rigalt.)

siquidem fornicator non increpationem de sententia eius retulerat, sed damnationem. Nam et hoc ipsum [2]dispiciendum tibi offero, an fuerint in epistola prima [3]et alii qui apostolum contristaverint incondite agentes, et contristati [4]sint ab illo increpationem referentes iuxta sensum epistolae secundae, ex quibus in ea veniam aliquis potuerit adipisci. [5]Animadvertamus autem totam epistolam primam, ut ita dixerim, non atramento, sed [6]felle conscriptam, tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem, invidiosam, et per singulas causas[a] in quosdam quasi mancipes earum[b] figuratam. Sic enim exegerant schismata et aemulationes et dissensiones et praesumptiones et elationes et contentiones, ut et invidia onerarentur et correptione retunderentur et superbia elimarentur et austeritate deterrerentur. Et qualis invidia humilitatis aculeus[c]? Deo gratias ago, quod neminem vestrum tinxerim, nisi Crispum et Gaium, ne [7]qui dicat, quod in nomine meo tinxerim. Nec enim iudicavi scire aliquid in vobis quam Iesum Christum, et hunc crucifixum. Et puto, nos deus apostolos novissimos elegit velut bestiarios, [8]quoniam spectaculum facti sumus huic mundo et angelis et hominibus, et purgamenta huius mundi facti sumus, omnium [9]peripsema: et, Non sum liber, non sum apostolus, non Christum Iesum dominum nostrum vidi? [10]De quali contra supercilio pronuntiare compulsus est, Mihi autem in modico est, ut a vobis interroger, [11]aut ab humano die; neque enim conscius mihi sum: et, Gloriam meam nemo inaniet. Non scitis quod angelos sumus iudicaturi? Ceterum libertas quam apertae obiurgationis, quam exerta acies machaerae spiritalis: Iam ditati estis, iam saturati estis, iam regnatis, et, Si quis se putat scire, nondum scit quemadmodum oporteat eum scire! Nonne et tunc in faciem alicuius impingens, Quis enim, inquit, te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? [12]Quid gloriaris, quasi non acceperis? Nonne et illos in os caedit? Quidam autem in conscientia usque nunc quasi idolothytum edunt. Sic autem delinquentes percutiendo con-

I Cor. I, 14 sq. II, 2. IV, 9. 14.

I Cor. IX, 1.

I Cor. IV, 3 sq.

I Cor. IX, 15. VI, 3.

I Cor. IV, 8.

I Cor. VIII, 2.

I Cor. IV, 7.

I Cor. VIII, 10. 12.

2. despiciendum *A*. 3. et *om. A*. 4. sunt *A*. 5. Animadvertam *A*. 6. folle *A*. 7. qui *CD. liber Clementis*. quis *reliqui*. 8. quoniam *CD. liber Clementis*. quod *AB*. 9. per ipsum *A*. 10. De quali *ABCD*. Vide quasi *Latinius*. Quali *Fr. Iunius*. 11. ut *A*. 12. Si autem accepisti, quid gloriaris *D., Fulv. Ursinus*.

Cap. XIV. a. per singulas causas] Hoc est per certa crimina. (Rigalt.)

b. quasi mancipes earum] Cf. adnot. ad De Idolol. cap. 1. Mancipes dicit flagitiosorum insignes, qui patranda impudentissime crimina redemisse videantur, addicente satana, magnario illo totius improbitatis negotiatore. (Rigalt.)

c. Et qualis invidia humilitatis aculeus?] Qualis aculeus humilitatis ad invidiam submissae? Hoc est adeo submissae abiectaeque, ut invidiam adversariis faciat. (Rigalt.)

scientias fratrum infirmas in Christum delinquent. Iam vero et
I Cor. X, 4 sq. 12. nominatim: Aut non habemus potestatem manducandi et bibendi et
mulieres circumducendi, sicut et ceteri apostoli, et fratres domini
et Cephas? [13]et, Si alii de potestate vestra consequuntnr, non magis
I Cor. X, 12. nos? Aeque et illos singulari stilo figit: Propterea qui se putat
I Cor. XI, 16. stare, videat ne cadat: et, Si quis contentiosus videtur, nos talem
consuetudinem non habemus, neque ecclesia domini. Tali clausula
I Cor. XVI, 22. maledicto detexta, Si quis non amat dominum Iesum, sit [14]ana-
thema maranatha, aliquem utique percussit. Sed illic magis stabo,
ubi apostolus magis [15]fervet, ubi ipse fornicator aliis quoque ne-
I Cor. IV, 18—21. gotium fecit. Quasi non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam.
Veniam autem citius, si permiserit dominus, et cognoscam non
sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in ser-
mone est regnum dei, sed [16]in virtute. Et quid vultis? veniam ad
I Cor. V, 1 sq. vos in virga, an in spiritu lenitatis? Quid enim suberat? Auditur
in vobis in totum fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec in gen-
tibus, ut uxorem patris sui quis habeat. Et vos inflati estis, et
non luxistis potius, ut auferatur de medio vestrum qui tale facinus
admisit? Pro quo lugerent? Utique pro mortuo. Ad quem luge-
rent? Utique ad dominum, [17]ut quo modo[d] auferatur de medio
eorum, non utique ut extra ecclesiam detur. Hoc enim non [18]a
deo postularetur quod erat in praesidentis officio[e], sed ut per mor-
tem hanc quoque communem et propriam carnis ipsius, quae iam
cadaver, [19]quae capulum esset immunditia inrecuperabili tabiosum[f],
plenius de ecclesia deberet auferri. Et ideo, quomodo interim
potuit auferri, iudicavit dedendum eiusmodi satanae in interitum
carnis. Maledici enim eam sequebatur quae diabolo proiciebatur,
ut sacramento benedictionis exauctoraretur, nunquam in castra
ecclesiae reversura. Videmus itaque hoc in loco divisam apostoli
severitatem in quendam inflatum et in quendam incestum, in alte-

13. Etsi *ABC.* 14. anathema maranatha, aliquem *CD. liber Clementis.* anathema, aliquem *AB.* 15. servet *A.* 16. in *om. A.* 17. ut quo modo *AB.* Quomodo ut *D., Fulv. Ursinus.* Quomodo *C.* ut quoquo modo *Latinius.* 18. adeo *A.* 19. quae capulum esset *D., Fulv. Ursinus.* quo captivum esset *A.* quod captivum esset *BC.* quod corruptivum esset et *Latinius.*

d. ut quo modo] Hoc est, ut aliquo modo.

e. in praesidentis officio] Cf. Desid. Heraldus in Apolog. cap. 39.

f. immunditia inrecuperabili tabiosum] Inrecuperabilem immunditiam dicit, unde recuperari nihil possit, immunditiam scilicet arte nulla curabilem. Sic infra [cap. 20.] ubi de leprae immunditia sanabili *recuperationem et reformationem* dixit. (Rigalt.) Glossar. Philoxeni: „*Recuperavit*, Ἀνεκτήσατο, Ἀνενέωσεν.“ *Recuperari* pro convalescere apud sequioris aevi scriptores non raro occurrit. Locos vide apud Du Cangium s. v. p. 637 sq. tom. V. ed. nov.

rum virga, in alterum sententia armatum[g]. Virga, [20]quam minabatur, sententia, quam exsequebatur; illam adhuc coruscantem, hanc statim fulminantem, qua increpabat, quaque damnabat. Certumque est exinde increpitum quidem sub intentatione virgae tremuisse, damnatum vero sub repraesentatione poenae perisse. Statim ille timens [21]plagam abiit, ille luens poenam. Cum ad Corinthios eiusdem apostoli litterae [22]iterantur, venia fit plane[h], sed incertum cui, quia nec persona nec causa proscribitur. Res cum sensibus conferam. Si incestus opponitur, ibidem erit et inflatus. Sane [23]rei ratio satis habetur, cum inflatus increpitus est, incestus vero damnatus est. Inflato ignoscitur, sed increpito; [24]incesto non videtur ignotum, ut damnato. Si ei ignoscebatur cui devoratio ex maerore nimio timebatur, devorari adhuc increpitus periclitabatur, deficiens ob comminationem et [25]maerens ob increpationem; damnatus vero et culpa et sententia iam devoratus deputabatur, qui non maerere haberet, sed pati quod ante passionem maerere potuisset. Si idcirco ignoscebatur, ne fraudaremur a satana, in eo utique detrimentum praecavebatur quod nondum perisset. Nihil de [26]transacto praecavetur, sed de adhuc salvo. Damnatus autem, et quidem in possessionem satanae, iam tunc perierat ecclesiae cum tale facinus admiserat, nedum cum et ab ipsa eierabatur. Quomodo vereretur fraudem pati eius quem iam et ereptum amiserat et damnatum habere non potuerat? Postremo, quid iudicem indulgere conveniet, quod pronuntiatione deciderit, an quod interlocutione suspenderit[i]? Et utique [27]eum iudicem qui non solet ea quae destruxit reaedificare, ne transgressor habeatur. Age iam, si non tot personas prima epistola contristasset, si neminem increpuisset, neminem terruisset, si solum incestum cecidisset, si nullum in causam eius in pavorem misisset, inflatum consternasset, nonne melius [28]suspicareris et fidelius argumentareris aliquem potius longe alium apud

20. quam *D., Fulv. Ursinus.* qua *reliqui.* 21. plagam, abiit ille *distinxit Nicol. Rigaltius, suasore Fulvio Ursino.* 22. iterantur; venia fit plane *ego.* iterant, venia fit plane *C. liber Clementis.* iterant, venia sit plane *AB.* iterant veniam, sic (sit *D.*) plane *D., Fulv. Ursinus.* 23. rei ratio *C.* reatio *AB.* relatio *D., Fulv. Ursinus.* 24. incesto *CD. liber Clementis.* incestus *AB.* 25. moeroris *A.* 26. transacta *A.* 27. cum iudice *A.* 28. suspirareris *A.*

g. armatum.] Apostolum. Facile erat corrigere *armatam.* De vocabulo *repraesentatio* cf. adnot. ad De Corona cap. 15.

h. litterae iterantur, venia fit plane] Ita omnino emendandum erat.

i. an quod interlocutione suspenderit?] Apud ICtos *interlocutio* est pronuntiatio iudicis initio mediove litis, quae totam causam non perimit finitque, sed ex parte solum definit et iudicat, quae sententia interlocutoria hodie in scholis appellatur. Paul. Dig. I, 15, 3 „Aut fustibus castigat eos qui neglegentius ignes habuerunt, aut severa *interlocutione* comminatus fustium comminationem remittit.“ Cf. Forcellinium, et Dirksen Manuale s. v. *Interlocutio* et *Interloqui* p. 493.

Corinthios tunc in eadem causa fuisse, ut increpitus et territus et maerore [29]iam saucius propterea permittente modulo delicti veniam postea [30]ceperit, quam ut eam incesto fornicatori interpretareris? Hoc enim legisse debueras, etsi non [31]in epistola, sed in ipsa apostoli secta[k] a pudore clarius quam stilo eius impressum, ne scilicet [32]Paulum apostolum Christi, doctorem [33]nationum in fide et veritate, vas electionis, ecclesiarum conditorem, censorem disciplinarum, tantae levitatis inficeres[l], ut aut damnaverit temere quem mox esset absoluturus, aut temere absolverit quem non temere damnasset, ob solam licet fornicationem simplicis impudicitiae, nedum ob incestas nuptias et impiam luxuriam et libidinem parricidalem, quam nec [34]nationibus [35]comparaverat, ne [36]consuetudini
I Cor. V, 1. 3. 4. deputaretur, quam absens iudicaret, ne spatium reus lucraretur, quam advocata etiam domini virtute damnaverat, ne humana sententia videretur. Lusit igitur et de suo spiritu et de ecclesiae angelo[m] et de virtute domini, si quod de consilio eorum pronuntiaverat rescidit[n].

Cap. XV. Si etiam sequentia illius epistolae ad [1]intentationem apostoli extendas, nec ipsa comparabuntur ad obliterationem incesti, ne et hic suffundatur[a] apostolus posteriorum [2]incongruentia sensuum.

29. iam *om. A.* 30. coeperit *A.* 31. in epistola *D., Fulv. Ursinus.* epistola-*reliqui.* 32. et Paulum *A.* 33. nationum in fide et veritate, vas electionis, ecclesiarum conditorem *om. A.* 34. rationibus *A.* 35. comparat *D.* 36. in consuetudinem *A.*

Cap. XV. 1. intentionem *Ios. Scaliger.* 2. in congruentia *A.*

k. in ipsa apostoli secta] Sectam pro moribus posuit. Atque ita Iustinianus sub finem tituli De Legatis [cap. 30. de pact. 2, 3.], ubi de legatis probrosis: „Huiusmodi, inquit, testamentorum dispositiones valere *secta* meorum temporum non patitur.“ Sectam igitur apostoli dicit quod paulo post naturam et propositum apostoli, formam et regulam doctrinarum eius. (Rigalt.) Secta pro instituto, ratione, indole legitur etiam fr. 8. §. 4. De Vac. et Excus. 50, 5 „per eandem studiorum *sectam* contendentes.“ Item cap. 2 ad L. Iul. Mai 9, 8 „aliena *sectae* meae sollicitudo.“ Et apud alios scriptores. Apul. Metam. IX, 12 „subita *sectae* commutatione risum toto coetu commoveram.“ Adde Cic. Verr. II, 5, 70. extr. Id. Cael. cap. 17. Plin. Paneg. cap. 45.

l. tantae levitatis inficeres] Erat cum *inficiareris* vel *inficieris* rescribendum putarem. Nam *inficiari* pro accusare posuit Lucifer Calarit. pro S. Athanasio lib. I, p. 52 „Testis falsus non impunitus erit, et qui accusat inique, non effugiet, et tamen fuisti ausus *inficiari* Athanasium“ cett. Cf. Gloss. Vett. in Maii Auctt. Class. tom. VI, p. 528: „*Infitiare, crimen inferre* aut negare.“ Plura desideranti suppeditabit Du Cangius s. v. p. 824. tom. III. ed. nov. At retinendum erat *inficeres,* quod verbum etiam Apuleius Metam. V, 30. p. 398. ed. Hildebr. struit cum genitivo: „pinnas, quas meo gremio *nectarei fontis infeci,* praetotonderit.“

m. ecclesiae angelo] Cf. adnot. ad De Bapt. cap. 6.

n. rescidit.] Apolog. cap. 14 „*rescissa* damnatio Socrati testimonium reddidit.“ De Paenit. cap. 2 „*rescissa* sententia irarum pristinarum.“ De Carne Chr. cap. 2 „*rescindendo* quod prius credidisti.“ De Carnis Resurr. cap. 57 „ad *rescissionem* mortis.“

Cap. XV. a. suffundatur] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 10.

Quale est enim, ut cum maxime incesto fornicatori postliminium largitus ecclesiasticae pacis statim ingesserit de [3]aversatione immunditiarum, de amputatione macularum, de exhortatione sanctimoniarum[b], quasi nihil contrarium paulo ante decreverit? Compara denique, an eius sit dicere, Propterea habentes ministrationem istam, secundum quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, qui non dedecoris tantum, sed et sceleris [4]manifestum dedamnaverit[c]: an eiusdem [5]sit excusare aliquam impudicitiam qui inter titulos laborum suorum post angustias atque pressuras, post ieiunia et vigilias castimoniam quoque praedicarit: an eiusdem sit recipere in communicationem reprobos quosque qui scribat, Quae enim societas iustitiae et iniquitati? quae autem communicatio luci et tenebris? quae consonantia Christo et Belial? aut quae pars fideli cum infideli? aut quis consensus templo [6]dei et idolis? Nonne constanter audire debebit, Et quomodo discernis quae supra incesti restitutione iunxisti? Illo enim concorporato rursus ecclesiae et iustitia cum iniquitate sociatur et tenebrae cum luce communicant et Belial consonat Christo et [7]infidelis cum fideli sacramenta participat. Et viderint idola, ipse templi dei [8]vitiator in templum dei convenit. Nam et hic, Vos enim, inquit, estis templum dei vivi. Dicit enim, Quia inhabitabo in vobis, et inambulabo, et [9]ero deus illorum, et illi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, separamini et immundum ne attigeritis. Hoc quoque evolvis, o apostole, ut cum maxime ipse tanto immunditiarum gurgiti [10]manum tradis, immo et adhuc [11]superdicis, Habentes igitur promissionem istam, [12]dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, [13]perficientes castimoniam in [14]dei timore. Oro te, qui talia infigit mentibus nostris, revocaverat aliquem fornicatorem in ecclesiam? an ideo scribit, ne tibi nunc revocasse videatur? Haec [15]sicuti et praeteritis [16]praescribere[d], ita et sequentibus praeiudicare[e] debebunt.

II Cor. IV, 1 sq.

II Cor. VI, 5 sq.

II Cor. VI, 14 sqq.

II Cor. VI, 16 sqq.

II Cor. VII,

3. aversatione *D., Fulv. Ursinus, Ios. Scaliger.* adversatione *reliqui.* 4. manifestando damnaverat *A.* manifestum praedamnaverit *Latinius.* 5. sit *om. AB. Habent CD., ex libro Clementis.* 6. dei et *CD. liber Clementis.* et *AB.* 7. infidelis *CD. liber Clementis.* infidelitas *AB.* 8. vitiatur *A.* 9. ego *D.* 10. malum *Latinius.* 11. supra dicis *Fulv. Ursinus.* 12. dilecti *CD., ex emendatione Harrisii.* delicti *AB.* 13. perficientis *AB.* 14. fidei *AB.* 15. sicuti *A.* 16. praescriberet *A.*

b. de exhortatione sanctimoniarum] Sic De Fuga in Persecut. cap. 14. dixit „exhortator omnium tolerantiarum" pro „exhortator ad omnes tolerantias." Cf. quae adnotata sunt ad init. libri De Exhort. Castit.

c. dedamnaverit] Sententiam damnationis resciderit. Infra dicet „redintegravit concorporatum rursus ecclesiae." (Rigalt.)

d. praescribere] De hoc verbo v. adnot. ad Apolog. cap. 7.

e. praeiudicare] *Praeiudicare* cum dativo structum vulgo est pro nocere vel

II Cor. XII, 21. In finem enim epistolae dicens, Ne rursus cum venero, humiliet me deus, et lugeam multos eorum qui ante deliquerunt et paenitentiam non egerunt super immunditia quam admiserunt, fornicatione et [17]vilitate[f], non utique recipiendos constituit, si paenitentiam inissent, quos in ecclesia inventurus erat, sed lugendos et sine dubio eiciendos, ut paenitentiam perderent. Et ceterum non competit eum de communicatione aliquid hic ostendisse qui eam supra luci et tenebris, iustitiae et iniquitati negarat. Sed ignorant apostolum omnes isti qui aliquid contra naturam atque propositum hominis ipsius, contra formam[g] et regulam doctrinarum eius intellegunt, ut sanctitatis omnis etiam ex semetipso magistrum, impuritatis omnis exsecratorem et expiatorem et ubique talem citius incesto quam alicui humaniori reo[h] ecclesiam reddidisse praesumant.

Cap. XVI. Necesse est igitur usque illis apostolum ostendi quem ego et in secunda Corinthiorum talem defendam[a] qualem [1]in omnibus litteris novi. Qui et in prima primus omnium templum dei dedicavit:

I Cor. III, 16 sq. Non scitis vos templum dei esse et in vobis dominum habitare? qui et templo sanciendo purificandoque aeditualem legem scripsit: Si quis templum dei vitiaverit, [2]vitiabit illum deus; templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Age iam, quis omnino vitiatum [3]a deo redintegravit, id est traditum satanae in interitum carnis,

I Cor. III, 18. cum idcirco substruxerit: Nemo seducat semetipsum, id est, nemo praesumat vitiatum [4]a deo redintegrari denuo posse? Sicut rursus

I Cor. VI, 9. inter cetera, immo et ante cetera, moechos et fornicatores et molles et masculorum concubitores negans regnum dei consecuturos praemisit: [5]Ne erraveritis, scilicet si putaveritis eos consecuturos. Quibus autem regnum adimitur, utique nec vita permittitur quae

I Cor. VI, 11. inest regno. Etiam ingerens, Sed haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri; quanto delicta ista ante lavacrum accepto facit, tanto[b] post lavacrum inremissibilia constituit, siquidem denuo ablui

17. utilitate *AB*.

Cap. XVI. 1. et in *A*. 2. vitiabit *CD., ex coniectura Harrisii.* vitiavit *AB*. 3. a deo *A*. deo *reliqui*. 4. a deo *A*. deo *reliqui*. 5. Nec *C*.

obesse, cuius usus multa exempla in libris ICtorum reperiuntur. Hoc vero loco significat praeiudicio esse; nam sic verborum sententia flagitat.

f. fornicatione et vilitate] *πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ*. (Rigalt.)

g. formam] Hoc est legem. Saepissime hoc vocabulo ita utitur Septimius. V. quae adnotata sunt exempla ad De Idolol. cap. 18.

h. humaniori reo] Qui quod peccavit, id peccasse humanitus videatur. (Rigalt.)

Cap. XVI. a. talem defendam] Talem esse adseram. (Rigalt.)

b. quanto — — tanto] De hac ellipsi, in Tertulliani scriptis frequentissima, cf. adnot. ad De Testim. Animae cap. 2.

non licet. Agnosce et in sequentibus Paulum columnam immobilem disciplinarum: Cibi ventri, et venter cibis, deus et hunc et illos [5b]conficit; corpus autem non fornicationi, sed [5c]deo. Faciamus enim hominem, ait deus, ad imaginem et similitudinem nostram, et fecit hominem deus, ad imaginem et similitudinem dei fecit illum. [5d]Dominus corpori; et sermo enim caro factus est. Deus autem et dominum suscitavit, et nos [6]suscitabit per virtutem suam, propter corporis scilicet nexum cum illo. [7]Et ideo: Non scitis corpora vestra membra Christi? quia et Christus dei templum. Evertite templum hoc, et ego illud in triduo resuscitabo. Auferens membra Christi, faciam membra fornicariae? Non scitis, quod qui adglutinatur fornicariae, unum corpus efficitur? Erunt enim duo in unam carnem. Qui autem adglutinatur domino, unus est spiritus. Fugite fornicationem. Si revocabilem [8]venia, quomodo fugiam [9]moechus denuo futurus? Nihil [10]profecero, si eam fugero; unum ero corpus, cui communicando adglutinabor. Omne delictum quod admiserit homo extra corpus est; [11]qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Ac ne hoc dictum in licentiam fornicationis invaderes, ut in rem tuam, non domini delicturus, [12]aufert te tibi, et Christo, sicut disposuerat, [13]addicit, Et non estis vestri, statim [14]opponens, Empti enim estis pretio, sanguine scilicet domini; glorificate et tollite [14b]dominum in corpore vestro. Hoc qui praecipit, vide an [15]ignoverit ei qui [16]dedecoraverit dominum et qui deiecerit eum de corpore suo, et quidem per incestum. Si vis omnem notitiam apostoli ebibere[c], ut intellegas, quanta [17]secure[d] censurae omnem silvam libidinum caedat[e] et eradicet et [18]excaudicet, ne quidquam de recidivo [19]fruticare permittat, [20]aspice illum a iusta fruge naturae, a matrimonii dico pomo, animas ieiunare cupientem[f]. De quibus autem [21]scripsistis, bonum est homini mulierem

I Cor. VI, 13. Gen. I, 27. Ioh. I, 14. I Cor. VI, 14. I Cor. VI, 15. Ioh. II, 19. I Cor. VI, 15—20. I Cor. VII, 1 sqq.

5b. conficiet *Latinius.* 5c. domino *Latinius.* 5d. Et dominus *Latinius.* 6. suscitavit *A.* 7. Et non ideo non scitis *A.* Et ideo, Scitis *D.* 8. veniam *A.* 9. moechum *A.* 10. profecero si eam *CD. liber Clementis.* proficere. Si ergo eam *A.* fecero, si eam *B.* 11. quae *A.* 12. aufert te tibi *D., ex emendatione Petri Ciacconii.* aufert tibi *BC.* auferat tibi *A.* 13. addicit *Petr. Ciacconius, Fr. Iunius.* adiicit *ABCD.* 14. apponens *D.* 14b. deum *Petr. Ciacconius.* 15. ignoraverit *A.* 16. decoraverit *A. Pro* dominum *in libro Clementis extabat* deum. 17. secure *A.* securi *reliqui.* 18. audi *A.* 19. fructificare *AB.* 20. ut aspicias *A.* 21. scripsistis *D., Fulv. Ursinus.* scriptis *A.* scribitis *BC.*

c. omnem notitiam apostoli ebibere] Sic in Apolog. cap. 39 dixit „bibere spiritum sanctitatis.“

d. secure] Sic restitui ex editione principe pro vulgata *securi.* Cf. De Paenit. cap. 5., ubi item rescripsi *securem* ex veteribus libris.

e. quanta secure censurae omnem silvam libidinum caedat] De hac locutione adeas adnot. ad Apolog. cap. 4. et ad De Corona cap. 10.

f. a iusta fruge naturae — animas ieiunare cupientem] Cf. quae adnotata sunt supra ad cap. 1.

non contingere; sed propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat; vir uxori et uxor viro debitum reddat. Huius boni fibulam quis illum nesciat invitum relaxasse[g], ut fornicationi obviam [22]esset? Quam si cui indulsit vel indulget, utique consilium remedii sui [23]infregit, et tenebitur[h] iam frenandis continentiae coniugiis, si fornicatio, ob quam permittuntur, non timebitur. Non enim timebitur quae ignoscetur. Et tamen ignovisse se profitetur matrimonii usum, non imperasse. Vult enim omnes sibi [24]esse
I Cor. VII, 6—9. aequales. Quando[i] autem licita ignoscuntur, inlicita qui sperant? Innuptis quoque et viduis bonum esse dicit exemplo eius perseverare, si vero deficerent, nubere; quia [25]praeest nubere quam uri. Quibus, oro, ignibus deterius est uri, concupiscentiae, an poenae? Atquin si fornicatio habet veniam, non [26]erit concupiscentia eius[k]. [27]Apostoli autem magis est[l] poenae ignibus providere. Quod si poena est quae urit, ergo veniam non habet fornicatio, quam [28]manet poena. Interea et divortium prohibens pro eo aut viduitatis perseverantiam aut reconciliationem pacis dominico praecepto
Matth. V, 32. adversus moechiam procurat, quia Qui dimiserit uxorem praeter causam moechiae, facit eam moechari, et qui dimissam a viro ducit, moechatur. Quanta remedia spiritus sanctus instaurat, ne id scilicet denuo admittatur quod ignosci denuo non vult? Iam si usque-
I Cor. VII, 27 sqq. quaque optimum dicit homini sic esse, Iunctus es uxori, ne quaesieris solutionem, ut moechiae locum non des: Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem, ut opportunitatem tibi serves: Quod et si duxeris uxorem, et si nupserit virgo, non peccat, pressuram tamen carnis habebunt huiusmodi, — et hic parcendo permittit. Ceterum tempus in collecto constituit, ut et qui habent uxores sic sint tanquam non habentes. Praeterit enim habitus huius mundi, iam
Gen. I, 28. I Cor. VII, 32 sq. scilicet non [29]desiderantis, Crescite et multiplicamini. Sic vult [30]nos praeter sollicitudinem degere, quia innupti de domino curent quomodo placeant deo, nupti vero de mundo recogitent quomodo

22. isset *C.* iret *Ios. Scaliger.* 23. infregit *ACD. liber Clementis.* infringit *B.* 24. esse aequales. Quando *ego.* esse aequales. Adae *A.* adhaerere. Si *reliqui.* 25. praestat *Latinius.* 26. urit *D., Fr. Iunius.* uret *Latinius.* 27. Apostolum *A.* 28. manet *BCD.* inuret *A.* 29. desiderantes *A.* 30. nos praeter *AD.* nos pater praeter *CD.* nos Paulus praeter *Iac. Pamelius.*

g. fibulam quis illum nesciat relaxasse] De hac locutione cf. adnot. ad De Corona cap. 11.

h. et tenebitur] Verbum forense, significans obligari, obnoxium effici. V. adnot. ad Scorpiac. cap. 9.

i. sibi esse aequales. Quando] Ita restitui ope editionis principis.

k. non erit concupiscentia eius.] Igitur nec erit, quando nulla est omnino fornicationis concupiscentia. Fulvii Ursini coniectura, quamvis facillima, ita non opus est.

l. magis est] Cf. Dirksen Manuale s. v. *Magis,* p. 558.

placeant [31] coniugio. Sic melius facere pronuntiat [32] virginis conser- 1 Cor. VII, 38—40.
vatorem quam erogatorem[m]. Sic et illam beatiorem [33] discernit quae amisso viro fidem ingressa amaverit occasionem viduitatis. [34] Sic haec omnia continentiae consilia ut divina commendat; Puto, inquit, et ego spiritum dei habeo. Quis iste est adsertor audacissimus omnis impudicitiae, moechorum et fornicatorum et incestorum plane fidelissimus advocatus, quibus [35] honorandis suscepit hanc causam adversus spiritum sanctum, ut falsum testimonium recitet de apostolo eius? Nihil tale Paulus indulsit, qui totam carnis necessitatem de probis etiam titulis obliterare conatur. Indulget sane, non adulteria, sed nuptias. Parcit sane, matrimoniis, non stupris. Tentat ne naturae quidem ignoscere, [36] ne culpae blandiatur. Studet compescere benedictionis concubitum, ne maledictionis excusetur. Hoc ei supererat, carnem vel a sordibus purgare; a maculis enim non potest. Sed est hoc sollemne perversis et idiotis[n] haereticis, [37] iam et psychicis universis, alicuius capituli ancipitis [38] occasione adversus exercitum sententiarum instrumenti[o] totius armari.

[1] Provoca ad apostolicam aciem, aspice epistolas eius, omnes Cap. XVII.
pro pudicitia, pro castitate, pro sanctitate praetendunt[a], omnes in luxuriae et lasciviae et libidinis negotia iaculantur. Quid denique et Thessalonicensibus scribit? Advocatio[b] enim nostra non ex se- I Thes. II, 3. IV, 3 sqq.
ductione, nec ex immunditia: et, Haec est voluntas dei, sanctimonia vestra, abstinere vos a fornicatione, scire unumquemque vas

31. coniugi *Latinius.* 32. virginem *A.* 33. discernit *ABC.* decernit *D., Fulv. Ursinus.* 34. Sic *D., Fulv. Ursinus.* Si *ABC.* 35. honorari *A.* 36. quique culpae *A.* 37. etiam et *A.* 38. occasionem *A.*
Cap. XVII. 1. Provocat *A.*

m. erogatorem.] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 6.

n. et idiotis] Id est duris, stultis. Cf. adnot. ad lib. Ad Mart. cap. 1.

o. instrumenti] Paraturae, apparatus, corporis. Cf. adnot. ad Apol. cap. 18.

Cap. XVII. a. pro sanctitate praetendunt] *Praetendere* castrense verbum est, significans praesidio esse. Cod. Theodos. VII, 12, 1. De Commeatu „Cuiquam de militibus a castris, vel his etiam in locis, quibus *praetendant*, discedendi commeatum dare." Cf. Iust. Cod. cap. 1. eod. 12, 13. Ambros. Epist. 16 „Postremo quasi bonum bellatorem sumere arma dei ac *praetendere* semper non solum adversus carnem" cett. Id. Epist. 26. ad Gratianum Aug. „Nocte ac die in tuis castris cura et sensu locatus orationum excubias *praetendebam.*" Id. Epist. 27. adv. Valentinianum Iun. „Dum tu militem Romanum occupas, dum is adversum se utrinque *praetendit* in medio Romani imperii sinu luchungi populabantur Rhaetias." Id. Epist. 82 „Stat autem speculator providus, pervigil custos, qui *praetendit,* in castris." Fusius de hoc verbo disputant, praeter Gothofredum ad Cod. Theod. l. l., Valesius ad Amm. Marcell. lib. XIV, p. 7. Adr. Turnebus Adversar. IV, 7. Casp. Barthius Adversar. XLVII, 1.

b. advocatio] *παράκλησις,* consolatio. Sic supra cap. 13. posuit *advocare.* Cf. adnot. ad De Patient. cap. 11. Adde Irenaeum Adv. Haeres. III, 10 „*Advocabat* autem omnes homines plangentes." Id. V, 19 „uti virginis Evae virgo Maria fieret *advocata,*" ad quae verba v. Grabii adnott. Id. III, 20 „*advocationem* praebentes paccato." Id. IV, 67 „aliquis Iudaeis *advocationem* praestans per erectionem templi."

suum possidere in sanctimonia et honore, non in libidine concupiscentiae, sicut nationes, quae [2]deum ignorant. Quid Galatae
Gal. V, 19. legunt? Manifesta sunt opera carnis. Quaenam ista? [3]In primis posuit fornicationem, immunditiam, lasciviam, quae praedico vobis, sicut praedixi, quod qui talia agunt, regnum dei non sunt consecuturi [4]haereditate. Romani vero quid magis discunt quam non
Rom. VI, 1—13. derelinquere dominum post fidem? Quid ergo [5]dicimus? perseveramus in delinquentia, ut superet gratia? Absit. Qui mortui sumus delinquentiae, [6]quomodo vivemus in ea adhuc? An ignoratis, quod qui tincti [7]sumus in [7b]Christo, in mortem eius sumus tincti? [8]Consepulti *illi* ergo[c] sumus per baptismum in mortem, ut sicut Christus resurrexit a mortuis, ita et nos in novitate vitae incedamus. Si enim [9]consepulti sumus simulacro mortis eius, sed et resurrectionis erimus, hoc scientes quod vetus homo noster confixus est illi. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod et convivemus cum illo, scientes quod Christus suscitatus a mortuis iam non moriatur, mors non iam dominetur eius. Quod enim mortuus est delinquentiae, mortuus est semel. Quod autem vivit, deo vivit. Ita et [10]vos reputate vosmetipsos mortuos quidem delinquentiae, viventes autem deo per Christum Iesum. Igitur semel Christo mortuo nemo potest, [11]qui post Christum mortuus, delinquentiae, et maxime tantae, reviviscere. Aut si possit fornicatio et moechia denuo admitti, poterit et Christus denuo mori. Instat autem apostolus prohibens regnare delinquentiam in corpore nostro mortali, cuius infirmitatem carnis [12]noverat. Sicut enim exhibuistis membra vestra [13]famulari immunditiae et [14]iniquitati, ita et nunc
Rom. VII, 18. exhibete ea famula iustitiae in sanctimoniam. Nam etsi habitare bonum in carne sua negavit, sed secundum legem litterae, in qua fuit, secundum autem legem spiritus, cui nos annectit, liberat ab
Rom. VIII, 2. infirmitate carnis. Lex enim, inquit, spiritus vitae [15]manumisit te a lege delinquentiae et mortis. Licet enim ex parte ex [16]Iudaismo disputare videatur, sed[d] in nos dirigit integritatem et plenitudinem

2. dn̄m (*h. e.* dominum) *A.* 3. In primo *A.* 4. haereditati *liber Clementis.* 5. dicimus? perseveremus *AB.* dicemus? perseverabimus *CD.* 6. qn̄o *A.* 7. sunt *A.* 7b. Christo Iesu *CD.* 8. Consepulti illi ergo *ego.* Consepulti ergo illi *CD.* Consepulti ergo *AB.* 9. consati *C.* 10. vos *om. CD.* 11. qui *om. CD.* 12. noverat *BCD.* voverat *edd. Semleri et Leopoldi, vitiose.* *vestrae *A.* 13. famulari *A.* famula *reliqui.* 14. iniquitati ad iniquitatem *CD.* 15. manum misit ea lege *A.* 16. Iudaeis modo disputare *A.*

c. Consepulti illi ergo] Vox *illi* desideratur in veteribus libris. Reposui eam post voc. *Consepulti,* quo facile poterat absorberi. At De Resurr. Carnis cap. 47. reperitur post *ergo.*

d. sed] *Sed* pro tamen habuimus etiam supra cap. 8 „Licet enim filius audiat et Iudaeus, et maior, quia prior in adoptione — — *sed* non erit Iudaei dictum ad patrem“ cett. De Monogamia cap. 6

disciplinarum, propter quos laborantes in lege [17]miserit deus per carnem filium suum in [18]similitudine carnis delinquentiae, et propter delinquentiam damnaverit delinquentiam in carne, uti ius legis, inquit, impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum incedimus. Qui enim secundum carnem incedunt, ea quae carnis sunt sapiunt, et qui secundum spiritum, ea quae sunt spiritus. Sensum autem carnis mortem adfirmavit esse; dehinc et inimicitiam, et in [19]deum, et eos qui sunt in carne, id est in sensu carnis, deo placere non posse: et, Si secundum carnem vivitis, inquit, futurum est ut moriamini. Quid autem intellegimus carnis sensum et carnis vitam, nisi quodcunque pudet pronuntiare? Cetera enim carnis et apostolus nominasset. Proinde et Ephesiis pristina reputans de futuro monet: In quibus et nos conversati sumus, facientes concupiscentias et [19b]voluptates carnis. Notans denique illos qui se negassent, scilicet Christianos, [20]eo[e] quod se tradidissent in operationem immunditiae omnis, Vos autem, inquit, non sic didicistis Christum. Et iterum [21]sic dicit: Qui furabatur, iam non furetur. Sed et qui [22]moechabatur hactenus, non moechetur, et qui fornicabatur hactenus, non fornicetur. Adiecisset enim et haec, si talibus veniam porrigere consuesset vel porrigi omnino voluisset, qui nec verbo pollui volens, Omnis, inquit, sermo turpis non procedat ex ore vestro. Item: Fornicatio autem et immunditia omnis ne nominetur quidem inter vos, sicut decet sanctos, tanto abest[f] ut excusetur, hoc scientes, quod omnis fornicator aut immundus non habeat dei regnum. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc venit ira dei super filios incredulitatis. Quis seducit inanibus verbis, nisi qui contionatur remissibilem esse moechiam? non intuens etiam fundamenta eius ab apostolo [23]effossa, cum ebrietates et comessationes compescit, sicut et hic: Et [24]nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Demonstrat et Colossensibus quae membra mortificent super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et turpilo-

Rom. VIII, 3—8. 13.

Eph. II, 3.

Eph. IV, 20. 28.

Eph. V, 4. 3. 5 sq.

Eph. V, 18.

Coloss. III, 5.

17. per carnem miserit deus *CD.* 18. similitudinem *CD.* 19. deum *CD. liber Clementis.* dominum *AB.* 19b. voluntates *Fr. Iunius.* 20. eo quod *CD. liber Clementis.* gratia quod *A.* gratia, eo quod *B.* 21. si *A.* 22. moechatur *A.* 23. effusa *A.* 24. noli te *B.*

„Nam etsi postea pater multarum nationum nuncupatur, *sed* earum quae ex fide digamiam praecedente filii habebant deputari Abrahae."

e. eo] Vocabulum *gratiâ* quod legitur in veteribus libris pro *eo,* cum Pamelio accrevisse arbitror ex vocabulo praegresso.

f. tanto abest] V. adnot. ad De Test. Animae cap. 1. Sic supra cap. 13 „quando maxima quaeque non soleant etiam sine praedicatione donari, *tanto abest* sine significatione."

quium. Concede iam tot ac talibus sententiis unum illud quod tenes. Pauca multis, dubia certis, obscura manifestis adumbrantur.
II Cor. II. Etiam si pro certo apostolus Corinthio illi fornicationem donasset,
[25]esset aliud, quod semel contra institutum suum pro ratione tem-
Act. XVI, 3. poris faceret. Circumcidit Timotheum solum, et tamen abstulit circumcisionem.

Cap. XVIII. Sed haec, inquit, ad interdictionem pertinebunt omnis impudicitiae et [1]addictionem omnis pudicitiae[a], [1b]salvo tamen loco veniae, quae non statim denegatur, si delicta damnantur, quando [2]veniae tempus cum damnatione concurrat, quam excludit. Sequebatur et hoc psychicos sapere, et ideo reservavimus huic loco quae aperte ad communicationem ecclesiasticam causis eiusmodi negandam etiam antiquitus cauta [3]sunt. Nam et in proverbiis Salomon, quae *ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ* dicimus, specialiter de moecho nusquam expiabili,
Prov. VI, 32 sq. Moechus autem, inquit, per indigentiam sensuum perditionem animae suae adquirit, dolores et dehonestationes sustinet. Ignominia autem eius non abolebitur in [4]aevum. Plena enim zeli indignatio viro non [5]parcet in die iudicii. Hoc si de ethnico putaveris dictum,
Ies. LII, 11. II Cor. VI, 17. certe de fidelibus iam audisti per [6]Esaiam[b]: Excedite de medio eorum et separamini, et immundum ne [7]tetigeritis. Habes statim
Ps. I, 1 sq. in Psalmis, Beatum virum, qui non abierit in consilio impiorum, nec in via peccatorum steterit, et in cathedra pestilentiae non se-
Ps. XXVI, 4 sqq. derit. Cuius et postea vox: Non sedi cum [8]consessu vanitatis, [8b]et cum inique agentibus non introibo ([9]hoc de ecclesia male agentium[c]), et cum impiis non sedebo, et, Lavabo cum innocentibus manus meas, et altare tuum circumdabo, domine, ut [9b]solus plu-
Ps. XVIII, 26. res[d], [10]quoniam quidem, Cum sancto sanctus eris: et cum viro

25. esset *CD., ex emendatione Harrisii.* esse *AB.*

Cap. XVIII. 1. ad indictionem *Latinius.* 1b. salva *A.* 2. veniet A. 3. sunt *ACD. liber Clementis.* sint *B.* 4. aevum *CD. liber Clementis.* eum *AB.* 5. parcet *CD. liber Clementis.* paret *AB.* 6. Esaiam *Latinius.* cassum *ABCD.* 7. attigeritis. Habet *Latinius.* egeritis. Habet *AB.* 8. consensu *AB.* 8b. sed *A.* 9. Odivi ecclesiam malignantium *Latinius. Probat Fr. Iunius.* 9b. solius *Latinius.* 10. quod quid est cum *A.*

Cap. XVIII. a. addictionem omnis pudicitiae] Addicit praetor cum quid proprium alicui esse iubet. (Rigalt.)

b. per Esaiam] Latinius *per Esaiam,* valde probabili coniectura, nisi illud *per cassum* veterum exemplarium auctoritate confirmetur, ut sit in cassum, frustra. (Rigalt.)

c. ecclesia male agentium] Citata Psalmi verba torquet in psychicos suos. Atque hoc colore suam ab ecclesia secessionem praetexit. (Rigalt.)

d. ut solus plures] Iterum perstringit catholicos et schisma suum consolatur, quasi ipse solus innocentia sua cinctus instar plurium sit apud deum. Quo sensu dixit alias non semel ecclesiam esse in uno et altero. Sic itaque se, licet cum paucis, et licet solum, nihilominus aeque ac si plures, altare domini circumdaturum. Et sic apud Theodoritum Liberius episcopus Romanus altercatione adversus Constantium Caes. „*οὐ διὰ τὸ εἶναί με μόνον ὁ τῆς πίστεως ἐλαττοῦται λόγος.*“ (Rigalt.)

innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perversus eris. Et alibi: Peccatori autem dicit dominus, Ut Ps. L, 16 sqq.
quid[e] tu [11]exponis iustificationes meas, et adsumis testamentum meum per os tuum? Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Hinc igitur informatus et apostolus, Scripsi, inquit, vobis in epistola, non commisceri fornicatoribus, non utique fornicatoribus [12]huius mundi, et reliqua. Ceterum oportebat vos exire de mundo. Nunc autem scribo vobis, si quis frater nominatur in vobis fornicator aut idololatres ([13]quid enim tam coniunctum?) aut fraudator (quid enim tam propinquum?) et cetera, cum talibus ne cibum quidem sumere, nedum eucharistiam; [14]quoniam scilicet et fermentum modicum totam [15]desipit conspersionem. Item ad Timotheum: Manus nemini cito imponas, neque communices delictis alienis. Item ad Ephesios: Nolite ergo participes esse eorum; fuistis enim aliquando tenebrae. Et adhuc pressius: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immo et revincite ea. Quae enim in occulto ab eis fiunt, turpe est [16]edicere. Quid turpius impudicitiis? Si autem et ab otiose incedente fratre denuntiat subduci Thessalonicensibus, quanto magis et a fornicatore? Haec enim [17]consultata sunt Christi ecclesiam diligentis, qui se pro ea tradidit, uti eam sanctificet, emundans lavacro aquae in verbo, [18]ut sistat sibi ecclesiam gloriosam non habentem maculam aut rugam, utique post lavacrum, sed sit sancta et sine opprobrio, exinde scilicet sine ruga [19]vetustatis[f] ut virgo, sine macula fornicationis ut sponsa, sine probro vilitatis ut emundata. [20]Quid, si et hic respondere concipias, adimi quidem peccatoribus vel maxime carne pollutis communicationem, sed ad praesens, restituendam scilicet ex paenitentiae ambitu, secundum illam

I Cor. V, 9 sqq.
I Cor. V, 6.
I Tim. V, 22.
Ephes. V, 7 sq. 11 sq.
II Thess. III, 6.
Ephes. V, 25 sqq.

11. expones *A.* 12. huiusmodi et reliqua *A.* 13. quid tam in propinquum *A.* 14. quoniam scilicet et fermentum modicum totam *ego.* modicam scilicet, et fermentum modicum totam *AB.* medicam. Scilicet et fermentum modicum totam *C.* Modicum scilicet fermentum totam *D., Fulv. Ursinus.* 15. despicit *A.* 16. dicere *B.* 17. consultata sunt *om. A. vacuo spatio relicto.* consulta sunt *edd. Semleri et Leopoldi, vitiose.* 18. et *A.* 19. vetustatis *D., Fulv. Ursinus.* veritatis *ABC.* vanitatis *Latinius.* 20. Quod si *Latinius.*

e. Ut quid] Sic habet etiam Augustinus in Psalm. L. et iterum in Psalm. C. Supra cap. 2 correxi „*Quid* mihi eos qui foris sunt" cett. pro vulgata „*Ut quid* mihi eos qui foris sunt" cett., quae retineri debebat. Quamquam facile erat corrigere *Ad quid* pro *Ut quid*, et ita est scriptum sane apud Cyprianum De Hab. Virg. p. 173. et Epist. LXIII, p. 110. et lib. III. Testim. p. 324. Nec aliter Augustinus lib. II. cont. epist. Parmen. tom. IX. col. 35 f. et Optatus Milevitanus c. Donat. lib. IV. p. 70. c. 71. a.

f. sine ruga vetustatis] Hoc etiam adversus catholicos, qui de sua vetustate adversus Montani novitatem pugnabant, ut observavimus supra. Eos igitur Septimius agnoscit priores et vetustiores, sed arguit rugas vetustatis. (Rigalt.)

Ezech. XXXIII, 11. clementiam dei [21] quae mavult peccatoris paenitentiam quam mortem? Hoc enim fundamentum opinionis vestrae usquequaque pulsandum est. Dicimus itaque, clementiae divinae si [22] cavisse competisset[g] [23] demonstrationem sui etiam post fidem lapsis, ita apo-
Ephes. V, 11. I Cor. V, 11. III, 17. stolus diceret, Nolite communicare operibus tenebrarum, nisi paenitentiam egerint, et, Cum talibus ne cibum quidem sumere, nisi posteaquam caligas fratrum volutando deterserint, et, Qui templum dei vitiaverit, vitiabit illum [24] deus, nisi omnium focorum cineres in ecclesia de capite suo excusserit. Debuerat enim quae damnaverat proinde determinasse, quonam usque [25] et sub condicione[h] damnasset, [26] si temporali et condicionali et non perpetua severitate damnasset. Porro[i] cum in omnibus epistolis et post fidem[k] talem prohibeat admitti, et admissum [27] a communicatione detrudat, sine spe condicionis ullius aut temporis, nostrae magis sententiae [28] adsistit, eam paenitentiam ostendens dominum malle quae ante fidem, quae ante baptisma morte peccatoris potior habeatur, semel [29] diluendi per Christi gratiam, semel pro peccatis nostris morte functi. Nam hoc etiam in sua persona apostolus statuit. Adfirmans enim Christum ad hoc venisse, ut peccatores salvos faceret, quorum
I Tim. I, 16. primus ipse fuisset, quid adicit? Et misericordiam sum consecutus, [30] quoniam ignorans feci in incredulitate. Ita clementia illa dei malentis paenitentiam peccatoris quam mortem ad ignorantes adhuc et adhuc incredulos spectat, quorum causa liberandorum venerit Christus, non qui iam deum norint et sacramentum didicerint fidei. Quod si clementia dei ignorantibus adhuc et infidelibus competit, utique et paenitentia ad se clementiam invitat, salva illa paenitentiae specie post fidem, quae aut [31] levioribus delictis veniam ab episcopo consequi poterit, aut maioribus et inremissibilibus a deo solo.

Cap. XIX. Sed quonam usque de Paulo, quando etiam Ioannes nescio quid diversae parti subplaudere videatur? quasi in Apocalypsi ma-

21. qua *D., Fulv. Ursinus.* qua ei vult *A.* 22. cavisse *ego.* ita esse *libri omnes.* 23. dari restitutionem suis *Latinius.* 24. deus *om. A.* 25. et sub qua condicione *Fulv. Ursinus.* aut sub condicione *Latinius.* 26. *Verba* si temporali et condicionali et non perpetua severitate damnasset *non extant in AB. Primum addita sunt ab Pamelio ex libro Clementis.* 27. ad communicationem *A.* 28. adsciscite *A.* 29. diluendae *A.* 30. quoniam *CD. liber Clementis.* quod *AB.* 31. lenioribus *A.*

g. si cavisse competisset] Sic omnino restitui debebat. Vulgata *si ita esse competisset* nullius neque sensus est neque structurae.

h. et sub condicione] Idque sub condicione.

i. Porro] At enim. Cf. adnot. ad De Corona cap. 7.

k. post fidem] De hac breviloquentia cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 11. Adde De Baptismo cap. 20 „post aquam." De Idolol. cap. 9 „ad evangelium." Sic etiam paulo infra dicet „ante fidem."

nifeste fornicationi posuerit paenitentiae auxilium, ubi ad angelum Thyatirenorum spiritus mandat habere se adversus eum, [1]quod teneret mulierem Iezabel, quae se [2]propheten dicit et docet, atque seducit servos meos ad fornicandum et edendum de idolothytis. Et largitus sum illi temporis spatium, ut paenitentiam iniret, nec vult eam inire nomine fornicationis. Ecce dabo eam in lectum et moechos eius cum ipsa in maximam pressuram, nisi paenitentiam egerint operum eius. Bene autem quod[a] apostolis et fidei et disciplinae regulis convenit. Sive enim ego, inquit, sive illi, sic praedicamus. Totius itaque sacramenti interest nihil credere ab Ioanne concessum quod a Paulo sit denegatum. Hanc aequalitatem spiritus sancti qui observaverit, ab ipso deducetur in sensus eius. Haereticam enim feminam, quae quod didicerat a Nicolaitis docere susceperat, in ecclesiam latenter introducebat et merito ad paenitentiam urgebat. Cui enim dubium est haereticum institutione deceptum cognito postmodum casu et paenitentia expiato et veniam consequi et in ecclesiam redigi? Unde et apud nos, ut ethnico par, immo et super ethnicum, haereticus etiam per baptisma veritatis utroque [3]homine purgatus[b] admittitur. Aut si certus [4]es mulierem illam post fidem vivam in [5]haeresin postea exspirasse, ut non quasi [6]haereticae, sed quasi fideli peccatrici [7]veniam ex paenitentia [8]vindices, sane agat paenitentiam, [9]sed in finem moechiae[c], non tamen et restitutionem consecutura. Haec enim erit paenitentia quam et nos deberi quidem agnoscimus multo magis, sed de venia deo reservamus. Denique[d] ea Apocalypsis in posterioribus propudiosos et fornicatores, sicut timidos et incredulos et homicidas et veneficos et idololatras, qui tale quid in fide [10]fuerint[e], in stagnum ignis sine

Apoc. II, 20 sqq.

I Cor. XV, 11.

Cap. XIX. 1. quod teneret mulierem *CD. liber Clementis.* quod mulier *reliqui.* 2. propheten *D., Ios. Scaliger.* 3. nomine *Latinius. Probat Fr. Iunius.* 4. es *D., Fulv. Ursinus.* est *ABC.* 5. haeresin *D., Fulv. Ursinus.* haeresi *ABC.* 6. haeretico *A.* 7. cui veniam *A.* 8. vindices *AD., Fulv. Ursinus.* vindicet *BC.* 9. sed in finem *D.* sed in fidem *BC.* sed fidem *A.* 10. fuerint *D., Fulv. Ursinus.* fuerit *ABC.*

Cap. XIX. a. Bene autem quod] Quam frequenter hac formula utitur Tertullianus. Exempla adscripsi ad De Idolol. cap. 5. Adde De Pudic. cap. 10. Apolog. cap. 7. cap. 24. cap. 40. Ad Natt. I, 7. De Idolol. cap. 15. et cap. 23.

b. utroque homine purgatus] Nam ethnici ab haereticis baptizati pro ethnicis habebantur, hoc est super ethnicum haereticis. Itaque in orthodoxorum ecclesiam recipi si postularent, denuo baptizabantur, ita ut homine utroque purgarentur, ethnico illo veteri et superducto haeretico. (Rigalt.) Cf. Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 151 sqq.

c. sed in finem moechiae] Sic agat paenitentiam, ut a moechia cesset. Etenim, ut supra dixit, cessatio delicti radix est veniae. Huius autem delicti veniam a deo sperandam esse ait Septimius, non ab ecclesia, uti nec idololatriae nec homicidii. Hoc tam rigide, ut moecho illo extra ecclesiam proiecto fideles ceteri disciplinam habeant non moechandi. Sic enim apostoli verba interpretatur. (Rigalt.)

d. Denique] Adeo. V. adnot. ad Apolog. cap. 42., et supra ad cap. 13.

e. qui tale quid in fide fuerint] Qui tale quid post baptismum peccaverint.

ulla condicionali damnatione decrevit. Non enim de ethnicis videbitur sapere, cum de fidelibus pronuntiarit, Qui vicerint, [10b] haereditatem habebunt istam, et ero illis deus, et illi mihi in filios, et ita subiunxerit: Timidis autem et incredulis et propudiosis et fornicatoribus et homicidis et veneficis et idololatris [11] particula in stagno ignis et sulphuris, quod est mors secunda. Sic et rursus: Beati qui ex praeceptis agunt, ut in lignum vitae habeant potestatem, et in portas ad introëundum in sanctam civitatem. [12] Canes venefici, fornicator, [13] homicida, foras, utique qui non [14] ex praeceptis agant. Illorum est enim foras dari qui intus fuerunt. Ceterum quid mihi eos, qui foris sunt, iudicare? praecesserat. De epistola quoque Ioannis carpunt statim. Dictum est, Sanguis filii eius emundat nos ab omni delicto. Semper ergo et omnifariam [15] delinquemus, si semper et ab omni delicto [16] emundat nos ille; aut si non semper, non etiam post fidem, et si non ab delicto, non etiam a fornicatione. Unde autem [17] exorsus est? Lumen praedixerat deum, et tenebras non esse in illo, et mentiri nos, si dicamus nos communionem habere cum eo et in tenebris incedamus. Si vero, inquit, in lumine incedamus, communionem cum eo habebimus, et sanguis Iesu Christi domini nostri emundat nos ab omni delicto. Ergo in lumine incedentes delinquimus, et in lumine delinquentes emundabimur? Nullo pacto. Qui enim delinquit, non in lumine est, sed in tenebris. Unde et ostendit, quomodo emundabimur a delicto, in lumine incedentes, in quo delictum agi [18] non potest. [19] Adeo sic emundari nos ait, non [20] qua delinquamus, sed [21] qua non delinquamus. Incedentes enim in lumine, tenebris vero non communicantes, emundati agemus, non deposito, sed non admisso delicto. Haec est enim vis dominici sanguinis, ut quos iam [22] delicto mundarit et exinde in lumine constituerit, mundos exinde [23] praestet, si in lumine incedere perseveraverint. Sed subicit, inquis, Si dicamus nos delictum non habere, seducimus nosmetipsos, et veritas non est in nobis. Si confitemur delicta nostra, fidelis et iustus est, ut dimittat ea nobis et emundet nos ab omni iniustitia. Numquid ab immunditia? Aut si ita est, ergo et ab idololatria. Sed aliud in sensu est. Ecce enim et rursus, Si dicamus, ait, nos non deliquisse, mendacem facimus illum, et sermo eius non est in nobis. Eo amplius, Filioli, haec scripsi

Apoc. XXI, 7. 8. XXII, 14 sq. — 1 Cor. V, 12. — 1 Ioh. I, 7. — 1 Ioh. I, 5 sqq. — 1 Ioh. I, 8 sqq. II, 1 sq.

10b. haereditatem habebunt istam *AB*. haereditate habebunt ista *CD*. *liber Clementis*. 11. particulam stagno *A*. 12. canes venefici *A*. *liber Clementis*. Canis veneficus *reliqui*. 13. homicidae *A*. 14. ex *om*. *A*. 15. delinquimus *A*. 16. emundandus ille *A*. 17. exorsum est lumen *A*. 18. non *om*. *A*. 19. a deo *A*. 20. quasi *AB*. 21. quia *AB*. 22. a delicto *Latinius*. 23. perstare *A*.

vobis, ne delinquatis, et si deliqueritis, advocatum habemus apud [24]deum patrem, Iesum Christum iustum, et ipse placatio est pro delictis nostris. Secundum haec, inquis, et delinquere nos et veniam habere constabit. Quid ergo fiet, cum procedens aliud invenio? Negat enim [25]nos omnino delinquere, et in [26]hoc plurimum tractat, ut nihil tale concedat, proponens semel a Christo delicta deleta, non habitura postea veniam, in [27]quo nos sensus ad admonitionem castimoniae demandat. Omnis, inquit, qui habet [28]spem istam, castificat semetipsum, quia et ille castus est. Omnis qui facit delictum, et iniquitatem facit, et delictum est iniquitas. Et scitis quod ille manifestatus sit, ut auferat delicta, utique hactenus admittenda[f]. Siquidem subiungit, Omnis qui manet in illo, non [29]delinquit. Omnis qui delinquit, neque vidit neque cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Omnis qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est. Qui facit delictum, ex diabolo est, [30]quoniam diabolus a primordio delinquit. In hoc enim manifestatus est filius Dei, ut solvat opera diaboli. Nam et solvit liberans hominem per lavacrum, donato [31]ei chirographo mortis[g]. Et ideo omnis [32]qui ex deo nascitur, non facit delictum, quia semen dei manet in illo, et non potest delinquere, quia ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii diaboli. In quo, nisi illi non delinquendo, ex quo de deo nati sunt, isti delinquendo, quia de diabolo sunt, [33]proinde atque si nunquam sint ex deo nati? Quod si dicit, Qui non est iustus, ex deo non est, qui non pudicus, quomodo rursus ex deo fiet, qui iam esse desiit? Iuxta est igitur ut excidisse sibi dicamus Ioannem in [34]primore quidem epistola [35]negantem nos sine delicto esse, nunc vero praescribentem non delinquere omnino, et illic quidem aliquid de venia blandientem, hic vero districte negantem filios dei quicunque deliquerint. Sed absit. Nam nec ipsi excidimus a qua digressi sumus distinctione delictorum. Et hic enim illam Ioannes commendavit, quod sint quaedam delicta cotidianae incursionis[h], quibus omnes simus obiecti. Cui enim non

IIoh. III, 3—8.

Col. II, 14. IIoh. III, 9sq.

IIoh. I, 8.

24. dominum *A.* 25. hos *A.* 26. hos *A.* 27. quo *D., Latinius et Fulv. Ursinus.* quae *ABC.* 28. et spem *A.* 29. delinquet *B.* delinquat *A.* delinquit *CD.* 30. quoniam *CD. liber Clementis.* quod *AB.* 31. ei *om. D.* 32. quae a deo *A.* 33. perinde *D., Fulv. Ursinus.* 34. priore *A.* 35. negante *A.*

f. hactenus admittenda.] Hoc est non amplius admittenda. V. quae adnotavi ad De Exhort. Castit. cap. 1.

g. donato ei chirographo mortis.] Cf. De Paenit. cap. 6.

h. cotidianae incursionis] Salmasius ad Ael. Lampridii Vit. Alex. Severi p. 117 (adnot. p. 201.) ad verba „qui forte incurrerunt aliquid quod videretur iniustum" interpretatur: „*Incurrere* aliquid est committere. Unde *crimina quotidianae incursionis* Tertulliano quae quotidie committuntur, et levioris abollae crimina." Ulpian. Digest. XXIV, 1, 13 „Nihil vitii mulier *incurrit.*" Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 455.

Eph. V, 26. [36]accidet aut irasci inique, et ultra solis occasum, aut et manum immittere, aut facile maledicere, aut temere iurare, aut fidem pacti destruere, aut verecundia aut necessitate mentiri? In negotiis, in officiis[i], in quaestu, in victu, in visu, in auditu quanta tentamur? ut si nulla sit venia istorum, nemini salus competat. Horum ergo erit venia per exoratorem patris Christum[k]. Sunt autem et contraria istis, ut graviora et exitiosa, quae veniam non capiant, homicidium, idololatria, fraus, negatio, blasphemia, utique et moechia et fornicatio, et si qua alia violatio templi dei. Horum ultra exorator non erit Christus[l]; haec non admittet omnino qui natus ex deo fuerit, non futurus dei filius, si admiserit. Ita [37]Ioannis ratio constabit [38]diversitatis, distinctionem delictorum [39]disponentis, cum delinquere filios dei nunc adnuit, nunc abnuit. Prospiciebat enim clausulam litterarum suarum, et illi [40]praestruebat hos sensus dicturus in fine
I Ioh. V, 16. manifestius. Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, et dabit ei vitam dominus qui non ad mortem delinquit. Est enim delictum ad mortem; non de eo dico, ut quis
Ier. VII, 16. XI, 14. XIV, 11. postulet. Meminerat et ipse Hieremiam prohibitum a deo deprecari
I Ioh. III, 4. V, 17. pro populo mortalia delinquente. Omnis iniustitia delictum est, et est delictum ad mortem. Scimus autem, quod omnis qui ex deo natus sit non delinquit, scilicet delictum quod ad mortem est. Ita nihil iam superest quam aut neges moechiam et fornicationem mortalia esse delicta, aut inremissibilia fatearis, pro quibus nec [41]exorare permittitur.

Cap. XX Disciplina igitur apostolorum proprie quidem [1]instruit ac determinat principaliter sanctitatis omnis [2]erga[a] templum dei [3]antistitem

36. accidit *D., Fulv. Ursinus.* accedet *ABC.* 37. Ioannis *A., Fulv. Ursinus.* Ioanni *BCD.* 38. diversitates *A.* 39. disponentis *A., Fulv. Ursinus.* disponenti *BCD.* 40. perstruebat *A.* 41. orari *D., Fulv. Ursinus.*

Cap. XX. 1. instrumenta determinant *A.* 2. circa *coniecit V. D. ad oram exempli alicuius quod ego possideo.* 3. sanctitatem et *A.*

i. In negotiis, in officiis] Hinc igitur manifestum est, etiam priscos illos Christianos homines fuisse, nempe humanioribus istis peccatis obnoxios. (Rigalt.)

k. per exoratorem patris Christum.] Cf. Io. Croi Specim. Coniectur. p. 21.

l. Horum ultra exorator non erit Christus] Humanior fuit Augustini sententia lib. De Fide et Operibus. Nam et his poenitentiam non negat. „Qui autem opinantur, inquit, et cetera eleemosynis facile compensari, tria tamen mortifera esse non dubitent excommunicatione, donec poenitentia humiliore sanentur, impudicitiam, idololatriam, homicidium.“ (Rigalt.)

Cap. XX. a. erga] Erant qui *circa* rescribendum putarent. At iam apud antiquioris aevi scriptores *erga* non semel positum reperitur pro *circa*. Sic iam Tacit. Ann. IV, 74 „Anxii *erga* Seianum.“ Gloss. Isidori: „*Ergat, circat.*“, quod corrigendum est „*Erga, circa.*“ Irenaeus Adv. Haeres. I, 2 „fuerat in iis quae sunt *erga* (περὶ) Nun et Alethiam.“ Id. I, 15 „Dodecadem autem, *erga* quam et mysterium passionis Labis fuisse — — dicunt.“ Id. II, 20 „sermonem qui est *erga* consonantiam.“ Id. II, 30 „informes hi sunt angeli qui sunt *erga* salvatorem ipsorum.“ Id. II, 56 „quae est *erga* operationes impia ipsorum senten-

[4]ad ubique de ecclesia [5]eradicandum omne sacrilegium [6]pudicitiae, sine ulla restitutionis mentione. Volo tamen ex [7]redundantia[b] alicuius etiam comitis apostolorum testimonium superducere[c], idoneum confirmandi de proximo iure disciplinam magistrorum. Extat enim et Barnabae titulus ad Hebraeos, [8]a deo satis auctorati viri[d], ut quem Paulus iuxta se constituerit in abstinentiae tenore: Aut ego I Cor. IX, 6. solus et Barnabas non habemus [9]operandi potestatem? Et utique receptior apud ecclesias epistola Barnabae[e] illo apocrypho Pastore moechorum[f]. Monens itaque discipulos omissis omnibus initiis ad Hebr. VI, 1. 4—8. perfectionem magis tendere nec rursus fundamenta paenitentiae iacere ab operibus mortuorum, Impossibile est enim, inquit, eos, qui semel inluminati sunt et donum caeleste gustaverunt [10]et participaverunt spiritum sanctum et verbum dei dulce gustaverunt, oc-

4. ad *ego.* ut *Fr. Iunius.* et *libri omnes.* 5. eradicandum *ego.* eradicantem *libri omnes.* 6. impudicitiae *Latinius.* 7. redundanti *Latinius. Probat Nicol. Rigaltius.* 8. a deo satis auctorati viri *Ios. Scaliger.* adeo satis auctoritati viri *ABC.* adeo satis auctoritatis viro *D., Fulv. Ursinus.* 9. hoc operandi *CD.* 10. et participaverunt spiritum sanctum et verbum dei dulce gustaverunt *om. AB. Primum addidit Io. Pamelius ex libro Clementis.*

tia.“ Id. II, 25 „Enthymesis enim esse intelligitur *erga* aliquem, ipsa autem seorsum nunquam fiet.“ Id. II, 26 „Affectio enim *erga* aliquem fit, ipsa autem seorsum non potest esse, nec constare.“ Cf. Billius Observatt. Sacr. I, 33. Hand Tursell. tom. II, p. 437. Dirksen Manuale s. v. p. 326.

b. ex redundantia] Alibi dicit *ex abundanti.* Itaque placet emendatio Latinii *ex redundanti.* (Rigalt.) Cf. adnot. ad lib. Ad Scapul. cap. 2.

c. superducere] Hoc est insuper addere. Cf. adnot. ad Ad Natt. I, 11. Adde De Corona cap. 11 „Credimusne humanum sacramentum divino *superduci* licere?“ De Patient. cap. 6 „et gratiam legi *superduceret.*“ De Cultu Fem. II, 5 „Divino operi satanae ingenia *superducere* quam scelestum est!“ De Orat. cap. 1 „*superducto* evangelio.“ De Monog. cap. 14 „tantum ut Christo et deo dignum sit quod *superducitur.*“ — Quod ad verba Tertulliani, Rigaltius haec adnotavit: Quasi Petrus et Paulus adeo prae ceteris fuerint apostoli, ut ceteri ipsorum comites ac discipuli censeantur. Sic autem et Barnabas ipse apostolus a Clemente Alexandrino lib. II. Stromatum apostolicus nuncupatur *καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου,* et lib. V. *συγκηρύξας τῷ ἀποστόλῳ.* Sed et Hieronymus in Epist. ad Galatas haec verba „Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem“ oblique in Petrum et in ceteros dicta videri posse ait, quod non ab apostolis Paulo sit traditum evangelium, sed ab ipso Iesu Christo, qui et illos apostolos elegerat.

d. auctorati viri] Sic omnino reponendum erat. De Corona cap. 2 „Ergo nec nullum nec incertum videri potest delictum quod committitur in observationem suo iam vindicandam nomine et satis *auctoratam* consensus patrocinio.“, ad quae verba v. quae adnotavi.

e. receptior apud ecclesias epistola Barnabae] Haec Tertulliani de Epistola ad Hebraeos sententia refertur ab Hieronymo Catalogo Scriptt. Eccles. in Paulo. Ipse autem Hieronymus in Barnaba scriptam fuisse ait a Barnaba epistolam quae ad aedificationem ecclesiae pertineret, verum inter scripturas apocryphas relatam. Haec ab Eusebio quoque recensetur *ἐν τοῖς νόθοις.* Et tamen pro legitima Barnabae citatur a Clemente Alexandrino. Et ab Origine lib. I. c. Celsum catholica dicitur. Vidimus eam Graece, fere integram, penes doctissimum Iac. Sirmondum, cum Latina quoque interpretatione antiqua. Tota autem constat argumentis iisdem quibus utitur Septimius noster libro adv. Iudaeos et libro adv. Marcionem tertio. (Rigalt.)

f. illo apocrypho Pastore moechorum.] Moechos appellat psychicos, qui Pastoris librum receperant, de quo supra. (Rigalt.)

cidente iam aevo[g] cum exciderint, rursus [11]revocari in paenitentiam, refigentes cruci in semetipsos filium dei et dedecorantes. Terra enim, quae bibit saepius devenientem in se humorem et peperit herbam aptam his propter quos et colitur, benedictionem dei consequitur; proferens autem spinas reproba et maledictioni proxima, cuius finis in exustionem. Hoc qui ab apostolis didicit et cum apostolis docuit, nunquam moecho et fornicatori secundam paenitentiam promissam ab apostolis norat. Optime enim legem interpretabatur, et figuras [12]eius iam in ipsa veritate [13]servabat. Ad
Lev. XIII, 12 sqq. hanc denique speciem disciplinae de leproso cautum fuit: Si autem varietas efflоruerit in cutem et totam cutem texerit a capite usque ad pedes per omnem conspectum, et sacerdos cum viderit, emundabit eum, [14]quoniam convertit in album, mundus est. Qua vero die visus fuerit in eiusmodi[h] color vivus, inquinatus est. Conversum enim hominem de pristino carnis habitu in candorem fidei, quae vitium et macula aestimatur in saeculo, et totum novatum [15]mundum voluit intellegi, qui iam non sit varius, non sit de pristino et novo aspersus. Si vero post [16]abolitionem in vetustatem aliquid ex illa revixerit[i], rursum in carne eius quod [17]emortuum delicto habebatur immundum iudicari, nec expiari iam a sacerdote. Ita [18]moechia de pristino recidiva et unitatem novi coloris, a quo fuerat exclusa, commaculans immundabile est vitium. Item de
Lev. XIV, 36 sqq. domo: Si quae maculae et cavositates adnuntiatae in parietibus sacerdoti fuissent, priusquam introiret ad inspiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura quae domus essent. Dehinc introgressus sacerdos si invenisset cavositates viridicantes vel rubescentes, et aspectum earum humiliorem citra [19]parietinam formam, exiret ad ianuam et secerneret domum illam septem diebus. Dehinc die septima regressus si animadvertisset diffusum in parietibus tactum illum, imperaret [19b]extrahi eos lapides, in quibus [20]tactus leprae fuisset, et abici extra civitatem in locum immundum, et sumi alios lapides politos et [21]solidos et reponi loco pristinorum et pulvere alio [22]inliniri domum. Oportet

11. renovari *Latinius.* 12. ei *A.* 13. servabant *AB.* 14. quod *AB.* 15. mundum voluit intellegi *CD. liber Clementis.* mundum intelligi *AB.* 16. abolitiem *liber Clementis.* 17. emortuo *A.* 18. moechiam de pristino recidivam *A.* 19. parietinam *BCD.* parietem non *A.* 19b. exterminari *liber Clementis.* 20. tactus leprae *Fr. Iunius.* tactus lepra *AB.* lepra *CD.* 21. solitos *BC.* 22. inliniri *ABC.* illini *D., Fulv. Ursinus.*

g. occidente iam aevo] V. Semler Diss. in Tertull. I. §. 8.

h. in eiusmodi] Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 12.

i. in vetustatem aliquid ex illa revixerit] In veterem hominem, in ethnicum. (Rigalt.)

enim, cum pervenitur ad summum sacerdotem patris Christum, de domo hominis nostri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta prius, ut munda sit quae remanet domus, caro et anima, [23]et ubi introierit eam sermo dei et invenerit maculas ruboris et viroris, extrahi statim et abici foras sensus mortiferos et cruentos (nam et Apocalypsis viridi equo mortem, [24]russeo autem proelia- Apoc. VI, 4. 8.
torem imposuit), proque illis politos et in compaginem aptos et firmos [25]substrui lapides, quales in Abrahae fiunt[k], ut ita homo Matth. III, 9.
habilis deo sit. Quod si post recuperationem et reformationem[l] rursus sacerdos animadverterit in eadem domo de pristinis [26]causis[m] aliquid et maculis, immundam eam pronuntiavit, et iussit deponi materias et lapides et omnem structuram eius et abici in locum immundum. Hic erit homo caro atque anima, qui post baptisma et introitum sacerdotum reformatus denuo [27]resumit [28]scabra et maculas carnis, et abicitur extra civitatem in locum immundum, deditus scilicet satanae in carnis interitum, nec amplius reaedificatur in ecclesia post ruinam. Sic et de famulae concubitu, quae homini esset reservata, necdum redempta, necdum liberata. Prospicietur, inquit illi, et non morietur, quia nondum est manumissa cui servabatur. Nondum enim caro a Christo manumissa, cui servabatur, impune contaminabatur, ita iam manumissa non habet veniam. I Cor. V, 4 sqq. Lev. XIX, 20.

Haec si apostoli magis norant, magis utique curabant. Sed Cap. XXI.
et in hunc iam gradum decurram[n], excernens inter doctrinam apostolorum et potestatem. Disciplina hominem gubernat, potestas ad-

23. ut *A.* 24. roseo *A.* 25. substruit *D., Fulv. Ursinus.* 26. cavis *Latinius.* 27. respuit *A.* 28. scabram *Ios. Scaliger.*

k. quales in Abrahae fiunt] Aut mente concipiendum aut supplendum ex scriptura vocabulum *filios*. Alludit enim ad illud, posse deum de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. (Rigalt.)

l. post recuperationem et reformationem] Itaque *recuperationem* hic dicit pro curatione et sanatione, ut supra dixit „immunditiam inrecuperabilem." (Rigalt.) V. quae adnotavi supra ad cap. 14.

m. de pristinis causis] Latinius scribendum monuit *cavis*. Non temere. Nam supra legimus *maculas et cavositates*. Visum tamen retineri *causis*, quia hoc vocabulo Septimius frequenter et labes et vitia significat. Sic supra quas dixerat causas, explicat schismata, aemulationes, dissensiones, praesumptiones cett. (Rigalt.) Perperam supposuerunt docti viri *cavis*. Seneca etiam vitium arboris appellat causam lib. II. De Clementia „Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas procerasque arbores colunt, sed illis quoque, quas aliqua depravavit causa, adminicula quibus regantur applicant." (I. Fr. Gronovius Observatt. III, 14.) *Causa* pro morbo frequenter apud medicos. Ita Gariopontus Passion. III, 4 „Omnes *causae* vesicae ex renum indignatione fiunt." Cf. Id. IV, 6. 7. 17. et V, 1. 2. 5., quos locos citat Du Cangius. Cf. etiam Salmasius ad Ael. Spartianum p. 20.

Cap. XXI. a. gradum decurram] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 4.

signat[b], [1]seorsum quod potestas spiritus, *spiritus* autem deus. Quid
Ephes.V,11. autem docebat? Non communicandum operibus tenebrarum. Observa quod iubet. Quis autem poterat donare delicta? Hoc solius
Marc.II,7. [2]ipsius est[c]. Quis enim dimittit delicta, ni solus deus? et utique mortalia [3]quae in ipsum fuerint admissa, et in templum eius. Nam
Matth. XVIII,22. tibi quae in te reatum habeant etiam septuagies septies iuberis indulgere in persona Petri. Itaque si et [4]ipsos beatos apostolos tale aliquid indulsisse constaret cuius venia a deo, non ab homine, competeret non ex disciplina, sed ex potestate [5]fecisse. Nam et mortuos suscitaverunt, quod deus solus, et debiles redintegraverunt[d], quod nemo nisi Christus, immo et plagas inflixerunt, quod noluit Christus. Non enim decebat eum saevire qui pati venerat.
Act.V,5. XIII,11. Percussus est Ananias et Elimas, Ananias morte, [5b]Elimas caecitate, ut hoc [6]ipso probaretur Christum et haec facere potuisse. Sic et prophetae caedem et cum ea moechiam paenitentibus [7]ignoverant, quia et severitatis documenta fecerunt. Exhibe igitur et nunc mihi, apostolice[e], prophetica exempla, [8]ut agnoscam divinitatem[f], et [9]vindica tibi delictorum eiusmodi remittendorum potestatem. Quod si disciplinae solius officia sortitus es, nec imperio praesidere, sed ministerio, quis aut quantus es indulgere, qui neque prophetam nec apostolum exhibens cares ea virtute cuius est indulgere? Sed habet, inquis, potestatem ecclesia delicta donandi. Hoc ego magis et agnosco et dispono, qui ipsum paracletum in prophetis [10]novis habeo dicentem, Potest ecclesia donare delictum,

Cap. XXI. 1. seorsum quod potestas spiritus, spiritus autem deus *ego.* sed rursum quid potestas? „Spiritus. Spiritus autem deus *Latinius.* Seorsum quid potestas? Spiritus. Spiritus autem deus *Nicol. Rigaltius.* seorsum quod potest, aspirat autem deus *Ios. Scaliger.* seorsum quod potestas, spiritus autem deus *libri omnes.* 2. spiritus est *Latinius.* 3. quod *A.* 4. ipsos beatos apostolos tale aliquid indulsisse *CD. liber Clementis.* ipsos ab ea apostolos tale aliquid indulsisset *A.* ipsis beatis apostolis tale aliquid indulsisset *B.* 5. fecissent *A.* 5b. et Elimas *A.* 6. ipso probaretur *CD. liber Clementis.* ipsum probaret *AB.* 7. ignoraverant *A.* 8. ut *ego.* et *libri omnes.* 9. vendica *AB.* 10. nobis ab eo dicentem *A.*

b. potestas adsignat] Disciplina hominem gubernat docendo, quasi utens clavo evangelii et gubernaculo, *πηδαλίῳ*, ut vocant Graeci: potestas adsignat agendo secundum ministerium ipsius, seorsum quod potestas, id est separata est potestatis ratio a doctrinae sive disciplinae ratione: spiritus autem deus, videlicet disciplinae atque potestatis principium tenens. (Fr. Iunius.) Potestas hominem adsignat, demonstrat, eximium ostendit, *χαρακτηρίζει.* Itaque data Petro potestas, ut ad Petri dumtaxat personam potestas pertinuerit. Hoc vero ait Tertullianus. Sed visum aliter Patribus plerisque omnibus. (Rigalt.)

c. Hoc solius ipsius est.] Dei scilicet, sive spiritus. (Rigalt.) Cf. Muenteri Primord. Eccl. Afr. p. 162 sq.

d. debiles redintegraverunt] De Anima cap. 4 „paralyticam *redintegravit.*"

e. apostolice] Apostolicum vocat eadem forma qua supra Pontificem Maximum, et Episcopum Episcoporum, et Pastorem bonum, et benedictum Papam. (Rigalt.)

f. ut agnoscam divinitatem] Ut agnoscam te divina virtute ac potestate adsignatum. (Rigalt.)

sed non faciam, ne et alia delinquant. Quid, si pseudoprophetícus spiritus pronuntiavit[g]? Atqui magis eversoris fuisset et semetipsum de clementia commendare et ceteros ad delinquentiam [11]temperare. Aut si et hoc secundum spiritum veritatis adfectare gestivit, ergo spiritus veritatis potest quidem indulgere fornicatoribus veniam, sed cum plurium malo non vult. De tua nunc sententia quaero, unde hoc [12]ius ecclesiae usurpes. Si quia dixerit Petro dominus, Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, tibi dedi claves Matth. XVI, 18 sq. regni caelestis, vel, Quaecunque alligaveris vel solveris in terra, erunt alligata vel soluta in caelis, idcirco praesumis et ad te derivasse solvendi et alligandi potestatem, id est ad omnem ecclesiam Petri propinquam[h]? [13]Qualis es, evertens atque commutans [14]manifestam domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem[i]? Super te, inquit, aedificabo ecclesiam meam, et, Dabo tibi claves, non ecclesiae, et, Quaecunque solveris vel alligaveris, non quae solverint vel alligaverint. Sic enim et exitus docet. In ipso ecclesia extructa est, id est per ipsum, ipse clavem imbuit[k], [15]vides quam: Viri Israëlitae, auribus mandate quae dico: Iesum Nazarenum virum Act. II, 22. a deo vobis destinatum, et reliqua. Ipse denique primus in Christi baptismo reseravit aditum caelestis regni, quo solvuntur alligata retro delicta et alligantur quae non fuerint soluta, [16]secundum veram salutem, et Ananiam [17]vinxit vinculo mortis et debilem pedibus absolvit vitio valetudinis. Sed et in illa disceptatione custodiendae [18]*necne* legis primus omnium Petrus spiritu instinctus et de nationum vocatione praefatus. Et nunc, inquit, cur tentastis dominum Act. XV, 10. de imponendo iugo fratribus, quod neque nos neque patres nostri sufferre valuerunt? Sed enim per gratiam Iesu credimus nos salutem consecuturos sicut et illi. Haec sententia et solvit quae omissa sunt legis, et alligavit quae reservata sunt. Adeo nihil ad delicta

11. temptare *Ios. Scaliger.* 12. iussisse ecclesiae *A.* 13. Qualis sese vertens *A.* 14. manifestum *A.* 15. vides quam *BC.* fidei quam *A.* vide quam *D., Fulv. Ursinus.* 16. secundam *A.* 17. iunxit *A.* 18. necne *om. AB. Iac. Pamelius primum addidit, nescio an ex libro Clementis.*

g. Quid, si pseudoprophetícus spiritus pronuntiavit?] Verba sunt catholici, quem psychicum vocat. (Rigalt.)

h. ecclesiam Petri propinquam?] Hoc est quae originem suam ad Petrum referre possit. Sed et aliae quae licet nullum ex apostolis vel apostolicis auctorem suum proferant, tamen in eadem fide conspirantes non minus apostolicae deputantur pro consanguinitate doctrinae. Sic ipse de Praescriptione Haereticorum. (Rigalt.)

i. personaliter hoc Petro conferentem?] Non recte citantur a Septimio verba Christi, quae sunt apud Matthaeum XVI, 18. Ad ea vero sapientissimae sunt observationes Chrysostomi. (Rigalt.)

k. clavem imbuit] Primus serae clavem inseruit. Clave a deo concessa uti coepit. Sic libro De Ieiuniis [cap. 5] „Ubi iam restitutio hominis imbui potuit.“ (Rigalt.)

fidelium capitalia potestas solvendi et alligandi Petro emancipata. Cui si praeceperat dominus etiam septuagies septies delinquenti in eum fratri indulgere, utique nihil postea alligare, id est retinere, mandasset, nisi forte [19]ea quae in dominum, non in fratrem, quis admiserit. Praeiudicatur enim non dimittenda in deum delicta, cum in homine admissa donantur. Quid nunc et ad ecclesiam, et quidem tuam, psychice? Secundum enim Petri personam spiritalibus[l] potestas ista conveniet aut apostolo aut prophetae. Nam [20]et ipsa ecclesia proprie et principaliter ipse est spiritus, in quo est trinitas unius divinitatis[m], pater et filius et spiritus sanctus. Illam ecclesiam congregat quam dominus in tribus posuit. Atque ita exinde etiam numerus omnis qui in hanc fidem conspiraverint [21]ecclesia ab auctore et consecratore censetur. Et ideo ecclesia quidem delicta donabit, sed ecclesia spiritus per spiritalem hominem, non ecclesia numerus episcoporum[n]. Domini enim, non famuli est ius et arbitrium; dei ipsius, non sacerdotis.

Cap. XXII. At tu iam et in martyras tuos effundis hanc potestatem. Ut quisque ex [1]consensione vincula induit[a] adhuc [2]mollia in novo custodiae nomine, statim ambiunt moechi, statim adeunt fornicatores, iam preces circumsonant, iam lacrimae circumstagnant maculati cuiusque, nec ulli magis aditum carceris redimunt quam qui [3]eccle-

19. eam *A.* 20. et ipsa ecclesia *Fr. Iunius.* et ipse ecclesia *ABC.* et ecclesia *D.* 21. ecclesia *D., Latinius.* ecclesiae *ABC.*

Cap. XXII. 1. confessione *Latinius. Probavit Aug. Neander.* 2. immollia *A.* 3. ecclesiae *Petr. Ciacconius.*

l. spiritualibus] Paracleticis, quos opponit psychicis. (Rigalt.)

m. spiritus, in quo est trinitas unius divinitatis] Haec adiecisse videtur in opprobrium Pontificis Romani, quasi de trinitate cum Praxea sentiret. Sic enim adversus Praxean [cap. 1] „Duo negotia diaboli Praxeas Romae procuravit: prophetiam expulit et haeresim intulit: Paracletum fugavit, et Patrem crucifixit.“ (Rigalt.) Cf. etiam Muratorius ad Tertull. De Orat. cap. 1.

n. non ecclesia numerus episcoporum.] Ecclesia, inquit, delicta donabit, sed ecclesia spiritus, hoc est ecclesia quae spiritu gloriatur qui deus est, qui solus delicta donare potest, non ecclesia quae vincit numero episcoporum. Paracleticam sive Montanicam suam paucitatem opponit multitudini catholicorum. Sic enim ait libro de Ieiuniis [cap. 11] „maiorem vim imperitorum, apud gloriosissimam scilicet multitudinem psychicorum.“ (Rigalt.)

Cap. XXII. a. Ut quisque ex consensione vincula induit] Notat quorundam psychicorum technas, qui ex compacto sese in carceres dabant et vincula induebant, ut incepti martyrii fama simplices fidelium, seu viros seu feminas, ob fornicationem forte ab ecclesia relegatos consolandi martyris adfectu in carcerem ventitantes fallerent ac novis libidinum maculis contaminatos ad ecclesiam remitterent cum litteris pacis et communicationis. Quales pacis litterae ab eiusmodi nebulonibus, qui de sua ipsi pace periclitabantur? Haec Septimius de catholicis sub psychicorum nomine; sed iam infensus auctoritati catholicae. (Rigalt.) De re cf. etiam Muenteri Primord. Eccl. Afr. p. 116 sq.

siam perdiderunt[b]. Violantur viri ac feminae[c] in tenebris plane ex usu libidinum notis, et pacem ab his quaerunt qui de sua periclitantur[d]. Alii ad metalla confugiunt[e] et inde communicatores[f] revertuntur, ubi iam aliud martyrium necessarium est delictis post martyrium novis. Quis enim in terris et in carne sine culpa? Quis martyr [4]saeculi incola, [5]denariis supplex, [6]medico obnoxius et [7]feneratori[g]? Puta nunc sub gladio[h] iam [7b]capite librato, puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam [8]leone concesso[i], puta [9]in axe[k] iam incendio [10]adstructo, in ipsa, dico, securitate et possessione martyrii, quis permittit homini donare quae deo reservanda sunt, [11]a quo' ea sine excusatione damnata sunt, quae nec apostoli, quod sciam, martyres et ipsi donabilia [12]iudica-

4. sacculi *A.* 5. dōnariis *Latinius.* damnatis *Nicol. Rigaltius.* 6. medio *Ios. Scaliger.* moecho *Nicol. Rigaltius.* 7. fornicatori *Nicol. Rigaltius.* 7b. capiti *Latinius.* 8. leoni *Latinius.* 9. in axe iam *om. A.* 10. adstructo *D., Fulv. Ursinus.* adstricto *ABC.* 11. a quo eas in excusatione? damnatas quae *A.* 12. indicaverant *A.*

b. quam quj ecclesiam perdiderunt.] Maluit Latinius *ecclesiae,* ut de ecclesiae aditu intelligatur. Perdidisse ecclesiam sive ecclesiae aditum dicuntur qui ecclesia sunt eiecti. Ut contra reddi ecclesia dicitur quibus redduntur iura pacis sive communionis ecclesiasticae. (Rigalt.) Cf. supra cap. 15 „cui humaniori reo ecclesiam reddidisse praesumant." Iterum infra ad fin. huius capitis.

c. Violantur viri ac feminae] Quae ab ethnicis olim adversus Christianos iactabantur, atrociora non erant istis quae Septimius psychicis suis infligit. (Rigalt.)

d. et pacem ab his quaerunt qui de sua periclitantur.] Cf. adnott. ad lib. Ad Martyras cap. 1.

e. Alii ad metalla confugiunt] Alii, inquit, ob moechiam aut fornicationem eiecti ethnicis procuratoribus metallorum corruptis ad metalla confugiunt, ac pro Christi nomine raptos ad ea se fuisse simulant, unde mox, tanquam degustato martyrio, ad ecclesiasticae communionis pacem revertuntur. Inde autem revertuntur ubi iam aliud martyrium necessarium est, ob ea nimirum delicta, quae, dum apud metalla per fraudem illicitae pactionis agerent, forma negationis non levissima contraxere. Quis martyr! in saeculo agens inter ethnicos, damnatis supplex, nempe hostibus dei et Christi, moecho obnoxius et fornicatori, hoc est idolorum cultoribus, vel iisdem quoque re ipsa moechis et fornicatoribus, a quibus tamen suam ipse cum ecclesia pacem redemit! (Rigalt.)

f. communicatores] Hoc est cum iure pacis et communionis. (Rigalt.)

g. medico obnoxius et feneratori?] Verba „Quis enim in terris et in carne sine culpa?" ex mente psychici proferebantur, illos pacis ecclesiasticae improbos communicatores ex communi vitio humanae naturae excusantis. Quibus Septimius statim reponit: Tu psychice, qui denariis, id est vilissimo pretio, ecclesiae pacem supplex ab istiusmodi martyribus redimis qui medicinam suam, id est veniam, fenerantur ac vendunt, quo tibi, quaeso, iure, quo nomine quis martyr censeri poterit dum saeculi huius incola erit? Alia sententia Septimii verbis non inest. De denario, minutissimo nummo, cf. Cassianus Instit. Coenob. IV, 14 „praeter duo paxamacia, quae tribus vix denariis ibidem distrahuntur." Apud Macrobium Saturn. I, 7. denarii in lusu puerorum ponuntur, et quae apud Marcum cap. 12 *λεπτὰ δύο* dicuntur, duo denarii, *δύο δηνάρια* Lucae cap. 10.

h. Puta nunc sub gladio] Quasi diceret: Demus autem istos, de quibus supra dictum est, veros esse et indubitatos martyras. (Rigalt.)

i. iam leone concesso] Circo videlicet conclamante Christianis Leonem. Sic libro De Spectaculis [cap. 27] „Illic in nos quotidiani leones expostulantur." (Rigalt.)

k. in axe] Cf. Apolog. cap. ult.

I Cor. XV, 32. V, 3 sqq. verunt? Denique iam ad bestias depugnaverat Paulus Ephesi, cum interitum decernit [13]incesto. Sufficiat martyri propria delicta purgasse. Ingrati vel superbi est in alios quoque spargere quod pro magno fuerit consecutus. Quis alienam mortem sua solvit, [14]nisi solus dei filius? Nam et in ipsa passione liberavit latronem. Ad hoc enim venerat, ut [15]ipse a delicto purus et [16]omnia sanctus pro peccatoribus [17]obiret. Proinde qui illum aemularis donando delicta, si nil ipse deliquisti, plane patere [18]pro me. Si vero peccator es, quomodo oleum faculae tuae sufficere et tibi et mihi poterit? Habeo etiam nunc quo probem Christum[l]. Si propterea Christus in martyre est, ut moechos et fornicatores martyr absolvat, occulta cordis edicat, ut ita delicta concedat, et Christus est. Sic enim do-

Matth. IX, 4 sqq. minus Iesus Christus potestatem suam ostendit: Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? Quid enim facilius est dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata, aut, Surge et ambula? Igitur ut sciatis filium hominis habere dimittendorum peccatorum in terris potestatem, tibi dico paralytice Surge et ambula. Si dominus tantum de potestatis suae probatione curavit, uti traduceret cogitatus et ita imperaret sanitatem, ne non crederetur posse delicta dimittere, non licet mihi eandem potestatem in aliquo sine eisdem probationibus credere. Cum tamen moechis et fornicatoribus a martyre expostulas veniam, ipse confiteris eiusmodi crimina non nisi proprio martyrio diluenda, qui [19]praesumis alieno. [20]Quod si est, iam

Luc. XII, 50. et martyrium aliud erit baptisma. Habeo enim, inquit, et aliud

Ioh. XIX, 34. baptisma. Unde et ex vulnere lateris dominici aqua et sanguis, utriusque lavacri paratura manavit[m]. Debeo ergo et primo lavacro alium liberare, si [21]possum secundo, [22]ingeramusque in [23]sinum necesse est[n]: Quaecunque auctoritas, quaecunque ratio moecho et fornicatori pacem ecclesiasticam reddit, eadem debebit et homicidae et idololatrae paenitentibus subvenire, certe negatori, et utique illi quem in proelio confessionis tormentis conluctatum saevitia deiecit. Ceterum indignum deo et illius misericordia [24]qui paenitentiam peccatoris [25]morti praevertit, ut facilius in ecclesiam redeant qui [26]su-

13. incerto *A.* 14. ni *A.* 15. ipso *A.* 16. omnia *CD. liber Clementis.* omnino *AB.* 17. obiret *D., Fulv. Ursinus, Ios. Scaliger.* obediret *reliqui.* 18. prome *A.* 19. praesumus *A.* 20. Quod sciam et *A.* 21. possumus *A.* 22. ingeram usque *Latinius, Ios. Scaliger.* 23. finem *A.* 24. eiusque paenitentiam *A.* 25. mortem *A.* 26. subdendo *A.*

l. quo probem Christum.] Hoc est, habeo nunc quo probem Christum peccata dimittere, non martyras. (Rigalt.)

m. utriusque lavacri paratura manavit.] V. De Baptismo cap. 16. Cf. Scorp. cap. 6. cum adnott. De vocabulo *paratura* cf. adnott. ad De Spectac. cap. 4.

n. ingeramusque in sinum necesse est] In sinum psychicorum, ut eorum contumaciam confundamus. (Rigalt.)

bando quam qui dimicando ceciderunt. [27]Urget nos dicere indignitas. Contaminata potius corpora revocabis quam cruentata. Quae paenitentia miserabilior, titillatam prosternens carnem, an vero laniatam? Quae iustior venia in omnibus causis, quam voluntarius, [28]an quam invitus peccator implorat? Nemo volens negare compellitur, nemo nolens [29]fornicatur. Nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa; nescit [30]quodlibet cogi. Negationem porro[o] quanta compellunt ingenia [31]carnificis et genera poenarum? Quis magis negavit, qui Christum vexatus, an qui delectatus amisit? qui cum [32]amitteteret doluit, an qui cum amitteret lusit? Et tamen illae cicatrices Christiano proelio insculptae, et utique invidiosae apud Christum[p], quia vicisse cupierunt, et sic quoque gloriosae, quia non vincendo cesserunt, in quas adhuc et diabolus ipse suspirat, cum sua infelicitate, sed casta, cum paenitentia maerente, sed non erubescente ad dominum de venia, denuo [33]dimittentur [34]eis, quia piaculariter negaverunt[q]. Solis illis caro infirma est[r]. [35]Atquin nulla tam fortis caro quam quae spiritum elidit[s].

27. Urgemur dicere *A.* 28. an *om. A.* 29. fornicator *A.* 30. quo libet *A.* quolibet *B.* 31. carnificii *los. Scaliger.* 32. averteret *D.* 33. dimittentur *A.* dimittetur *BC.* dimittitur *D.* 34. eis quia piaculariter *ego.* eis qui piaculariter *BCD.* resculpiculariter *A.* eis qui peculiariter *Nicol. Rigaltius.* 35. Atqui *D., Latinius.*

o. porro] Atenim, contra. Cf. adnott. ad De Corona cap. 7.

p. invidiosae apud Christum] Invidiam facientes Christo. Cf. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 40. et ad De Orat. cap. 5.

q. denuo dimittentur eis, quia piaculariter negaverunt.] Pridem putabam illud *denuo* per calami errorem aut oculi accrevisse ex praecedentibus *de venia* (et Rigaltius asteriscum apposuit), sed hodie vindico. Denuo dimittitur eiusmodi negatoribus, cum illae eis cicatrices Christiano proelio insculptae dimittuntur. Cum lavacro primo, hoc est aquae, primo peccatorum veniam acceperant, secundo cum lavacro altero, hoc est sanguinis; *eis* autem dicit pro *eiusmodi* vel *talibus*. *Piaculariter*, h. e. ita ut expiari possit. — Rigaltius ita interpretatus est haec ultima huius libri verba: Cedat veritati pudor et mutare sententiam nobis liceat, si negare non licet in authentico scriptum fuisse: *Denuo dimittitur eis qui peculiariter negaverunt.* Nam id clausula sequens evincit. Ludit Afer ambiguo vocabuli et iaculum torquet in psychicos quale supra, cum exteriores botulos iisdem obiecit qui luxuria tenderentur et nuptias repetitas probarent. Denuo, inquit, dimittitur eis qui peculiariter negaverunt. Quasi diceret: Hominibus bene vasatis et bene peculiatis favent psychici, qui poenitentiam indulgent moechis, vaso ac peculio suo abutentibus adeoque Christum negantibus, quoties membra sua, quae Christi fuere, faciunt membra meretricis. Peculiariter Christum negant qui de peculio suo ludunt, adversus datam Christo fidem.

r. Solis illis caro infirma est.] Libidinosis, moechis, fornicatoribus. Psychicorum disciplinam vituperat, qui de tribus delictis mortiferis, idololatria sive negatione, homicidio et moechia, solis moechis ecclesiam redderent, quae magis reddenda videretur idololatris, sive negantibus, post expressam violentia tormentorum idololatriam sive negationem paenitentibus, cum isti non nisi asperitate tormentorum coacti, at moechi et fornicatores per libidinem et voluptatem sponte ipsi suapte peccaverint. (Rigalt.)

s. elidit.] Cf. adnott. ad Apolog. cap. 23. et Hildebrand. ad Apul. Metam. VIII, 14.

DE IEIUNIO ADVERSUS PSYCHICOS.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat editionem principem Ioh. Gangneii, quae prodiit Parisiis a. MDXLV. Siglum *mg.* additum denotat scripturam ex margine huius libri prolatam.

B - - Sigism. Gelenii, quae prodiit Basileae a. MDL. In hac adornanda Sig. Gelenius se codice quodam Masburensi, ex Britannia adlato, usum esse notavit.

C - - Iacobi Pamelii, quae prodiit Antverpiae a. MDLXXIX., quaeque passim innititur codice scripto Ioh. Clementis.

D - - Nicol. Rigaltii, quae prodiit Parisiis a. MDCXXXIV.

*DE

IEIUNIO ADVERSUS PSYCHICOS.

Mirarer [1]psychicos, si sola luxuria [2]tenerentur, qua saepius Cap. I.
nubunt[a], [3]si non etiam ingluvie [4]lacerarentur[b], qua ieiunia oderunt. Monstrum scilicet haberetur libido sine gula, cum duo haec tam unita atque concreta sint, ut si disiungi omnino potuissent, ipsi prius ventri pudenda non adhaererent. Specta corpus, et una regio est. Denique[c] pro dispositione membrorum ordo vitiorum[d]. Prior venter, et statim cetera saginae substructa lascivia est; per edacitatem salacitas transit. Agnosco igitur animalem[e] fidem studio carnis, [5]qua tota constat, tam multivorantiae quam multinubentiae pronam, ut merito spiritalem disciplinam pro substantia aemulam[f] in hac quoque specie continentiae accuset, proinde gulae frenos [6]induentem per nullas interdum vel seras vel aridas escas, quemadmodum et libidini per unicas nuptias. Piget iam cum talibus congredi, pudet [7]iam de eis altercari quorum nec defensio verecunda

* DE IEIVNIIS *inscripserunt Iac. Pamelius et Nicol. Rigaltius, non ex scripti alicuius libri auctoritate, sed Hieronymi, Nicephori et Trithemii fidem secuti. Sed horum scriptorum in eiusmodi titulis servandis quam parum fida sit fides vel ex iis apparebit quae ad inscriptionem libri Apologetici supra sunt adnotata. Rigaltius delevit insuper alteram partem inscriptionis, verba* ADVERSVS PSYCHICOS, *quae antiquiores libri omnes vindicant.*

Cap. I. 1. psychicos istos si *C. liber Clementis.* 2. tenderentur *D.* 3. si *om. A.* 4. lacerarentur *AD.* ducerentur *BC.* laxarentur *Fulv. Ursinus.* 5. quam totam *A.* 6. induentem *CD., ex emendatione Harrisii.* imbuentem *AB.* 7. et iam *CD. liber Clementis.*

Cap. I. a. nubunt] Cf. adnot. ad lib. Ad Uxor. I, 7. Cf. De Monog. cap. 7. De Exhortat. Castit. cap. 6.

b. lacerarentur] Rumperentur recte explicat Rigaltius.

c. Denique] Adeo. Sexcenties particula *denique* ita usus est Tertullianus. Exempla alibi adnotavi.

d. ordo vitiorum.] Hinc illud Hieronymi ad Amandum Epist. CXLVII „Pro membrorum ordine ordo vitiorum est.“ (Rigalt.) Hieronym. in cap. 1. Epist. ad Titum tom. IV. p. 416. ed. Bened. „Et ubicunque saturitas atque ebrietas fuerint, ibi libido dominetur. Specta ventrem et genitalia, pro qualitate vitiorum ordo membrorum.“

e. animalem] Psychicam.

f. aemulam] Adversantem. V. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

est. Quomodo enim protegam castitatem et sobrietatem sine taxatione adversariorum? Quinam isti sint semel nominabo: exteriores et interiores botuli psychicorum[g]. Hi paracleto controversiam faciunt; propter hoc novae prophetiae recusantur[h]; non quod alium deum praedicent Montanus et Priscilla et Maximilla[i], nec quod Iesum Christum solvant[k], nec quod aliquam fidei aut spei regulam evertant, sed quod plane doceant saepius ieiunare quam nubere. De modo quidem nubendi iam edidimus monogamiae defensionem. Nunc de castigatione victus [7b]secundae vel magis primae continentiae pugna est. Arguunt nos, quod ieiunia propria[l] custodiamus, quod stationes[m] plerumque in vesperam producamus, quod etiam xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne et omni iurulentia et uvidioribus quibusque pomis, [8]nec quid vinositatis vel edamus vel potemus; lavacri quoque abstinentiam, congruentem arido victui. Novitatem igitur obiectant, de cuius inlicito praescribant aut [9]haeresin iudicandam si humana praesumptio est, aut pseudoprophetiam pronuntiandam si spiritalis indictio est, dum [10]quaque ex parte anathema audiamus qui aliter adnuntiamus.

Cap. II. Lev. XVI, 29 sqq. XXIII, 27. Nam quod ad ieiunia pertineat, certos dies a deo constitutos opponunt, ut cum in Levitico praecipit dominus [1]Moysi decimam mensis septimi diem placationis, Sancta, inquiens, erit vobis dies, et vexabitis animas vestras, et omnis anima, quae vexata non fuerit

7b. secundae vel magis primae continentiae *ABC.* secunda vel magis prima continentia (continentiae *D.*) *D., Fulv. Ursinus.* 8. ne *CD., ex coniectura Latinii.* 9. haeresim *ABD.* 10. quaqua *CD..liber Clementis.*

Cap. II. 1. Mosi *BC.*

g. exteriores et interiores botuli psychicorum.] Honorem auribus merito praefatus est. Etenim botulus, interior quidem, farciminis ingluvie stipatur, ut ganeonis alicuius abdomen, exterior vero in veretri modum inverecunde distenditur, ut Horatianus ille de ficulneo trunco deus „Obscenoque ruber porrectus ab inguine palus.“ (Rigalt.) *Φύσκη* proprie est botulus, *παχὺ ἔντερον* quod farciebatur. Suidas: „*Φύσκη, τὸ παχὺ ἔντερον, εἰς ὃ ἐμβάλλεται ἄλευρα καὶ κρέα, καὶ μάτουσιν ἐξ οὗ γίνεται ὁ ἀλλᾶς.*“ Ab eius similitudine pars etiam illa qua viri sunt ita vocata. Hinc *botuli exteriores* Tertulliano Adversus Psychicos pro inguinibus. — — *Interiores botuli* sunt ventris qui ingluvie implentur et sobrietati bellum indicunt. *Exteriores botuli* qui extra ventrem prominent, et operantur castitati contraria. Ut igitur psychicos taxet parum sobrios et parum castos, interiores et exteriores botulos psychicorum eleganter vocat. (Salmasius in Solinum p. 877.) De botulis cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 9.

h. propter hoc novae prophetiae recusantur] Sic Praxean queritur expulisse prophetiam Roma, initio libri adversus ipsum. Et Montanistae catholicos vocabant *προφητοφόντας*, ut discere est ex Apollonii Hierapolitae fragmentis quae apud Nicephorum lib. IV. cap. 5. (Rigalt.)

i. Montanus et Priscilla et Maximilla] Cf. Tertull. De Praescr. Haeret. cap. 52. Hieronym. Epist. LIV. ad Marcell.

k. Christum solvant] A deo solvant.

l. propria] Propria, id est Montanistis seu paracleticis, ex imperio novae disciplinae. (Rigalt.)

m. stationes] Cf. adnott. ad De Orat. cap. 19.

in illa die, exterminabitur de populo suo. Certe in evangelio[a] illos dies ieiuniis determinatos putant in quibus ablatus est sponsus, et hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum, abolitis legalibus et propheticis vetustatibus. Ubi volunt enim, adgnoscunt quid sapiat, Lex et prophetae usque ad Ioannem. Itaque de cetero[b] Luc. XVI.16. Matth. XI,13.
1b indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio, novae disciplinae pro temporibus et causis uniuscuiusque; sic et apostolos Act. XV, 10.

1b. differenter *D.*

Cap. II. a. in evangelio] *In evangelio,* hoc est hodie, apud Christianos. *Putant,* nempe catholici, quos psychicos vocat. In eam vero sententiam libro de Oratione cap. 14. dixit die Paschae communem esse et quasi publicam ieiunii religionem. Quasi apud catholicos extra diem Paschae, sive extra illos dies in quibus ablatus est sponsus, non essent legitimi ieiuniorum dies nec communis aut publica ieiunii religio, sed ut ipse mox dicet, passive currens ex arbitrio cuiusque. Et tamen auctoritatis debet esse maximae, quod Hieronymus Epist. ad Marcellam testatur ecclesiam catholicam ex apostolorum traditione unam toto anno quadragesimam tempore congruo ieiunare. Nam quis audiat dicentem dies illos in quibus ablatus est sponsus, Parasceuam et Sabbatum, tempus horarum quadraginta octo, unam illam quadragesimam fuisse? An verius fuerit priscos Christianos, divinis et apostolicis formatos institutis, ieiunia sua ab quadragesimali Christi ieiunio quadragesimam nuncupasse, ut significarent Iudaica non esse, verum Christiana? et abrogatas Christianae libertatis beneficio Iudaicae legis morositates, coenas puras et dies magnos et sabbatica ieiunia? Itaque memores adeptae dominica passione libertatis, quae in parasceuae diem inciderat, parasceuam quidem ieiunio sacravere, ut esset eo die quod ait Septimius lib. de Oratione communis et quasi publica ieiunii religio. Cuiusmodi ieiunium mox declarandi luctus e dominica passione concepti studio in sabbatum produxere. Sic tamen ut et ieiunia quidem alia commendandis orationibus suis utilia servarent, sed ex arbitrio cuiusque diversa, maxime autem ritus illius sabbatici iugo libera. Adeo, ne quid iudaïzare viderentur parasceuae Christianae, seu Paschae, *σταυρωσίμου,* et sabbati sequentis ieiunium, non parasceuam, neque sabbatum appellavere, sed quadragesimam, ut iam esset Christianum ieiunium, non parasceuae neque sabbati, sed quadragesimae illius ieiunio Christi plane divino transactae sacramentum. Hoc sane sensu quod ab catholicis aevo Tertulliani dicebatur „eos dies, in quibus ablatus est sponsus, esse dies ieiuniis determinatos, ac de cetero differenter ieiunandum, ex arbitrio, non ex imperio, pro temporibus et causis uniuscuiusque; sic et apostolos servasse, nullum alium imponentes iugum certorum et in commune omnibus obeundorum ieiuniorum," Hieronymi sententia confirmabitur ad Marcellam scribentis ecclesiam catholicam ex apostolorum traditione unam toto anno quadragesimam tempore congruo ieiunare. Etenim quicquid Christiani ieiunabant, quod Irenaeus apud Eusebium Hist. V. tam varie ac differenter observatum fuisse tradidit, ut essent qui unum sibi diem ieiunandum esse crederent, alii duos, alii plures, alii vero diem suum esurialem per quadraginta diurnas nocturnasque horas ducerent, quicquid, inquam, et quomodocunque ieiunabant, Quadragesimam sese ieiunare profitebantur. Id vero Socrates quinto etiam Historiarum libro mirum sibi videri ait. Minus certe quod miraretur habiturus, si meminisset hoc fuisse apostolis consilium, ut obliteratis Iudaeorum sabbatis ieiunia sua Christiani, quae domino suo tantula pro tantis offerrent, de ieiunii dominici spatio vocitarent; ut qui minus ea quirent assequi reapse, saltem memoria venerarentur. Sic illi unius diei, alii duorum, alii plurium ieiunio Quadragesimam Christi pacemque secum nihilominus colebant. Hoc enim ait Irenaeus: *„ἡ διαφονία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησιν."* (Rigalt.) Cf. etiam Muenter Primord. Eccles. Afr. p. 110 sq.

b. de cetero] Cf. adnot. ad lib. Ad Scapul. cap. 3.

observasse[c], nullum aliud imponentes iugum certorum et in commune omnibus obeundorum ieiuniorum, proinde nec stationum, quae et ipsae suos quidem dies habeant [quartae feriae et sextae, [2]passive[d] tamen [3]currant, neque sub lege praecepti neque ultra [4]supremam diei, quando et orationes fere hora nona concludat, de Petri exemplo, quod Actis refertur. Xerophagias vero novum [5]affectati officii nomen et proximum ethnicae superstitioni, quales castimoniae[e] Apim, Isidem et Magnam Matrem certorum eduliorum exceptione purificant, cum fides libera in Christo ne Iudaicae quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat, semel in totum[f]
1 Cor. X, 25. macellum ab apostolo admissa, [6]detestatore eorum qui sicut nubere prohibeant, ita iubeant cibis abstinere a deo conditis. Et ideo
1 Tim. IV, 1 sq. nos esse iam tunc praenotatos in novissimis temporibus abscedentes a fide, intendentes[g] spiritibus mundi seductoribus, doctrinis mendaciloquorum inustam habentes conscientiam. Quibus, oro te, ignibus? [7]Credo, quibus nuptias saepe deducimus et coenas quo-
Gal. IV, 10. tidie coquimus? Sic et cum Galatis nos quoque percuti aiunt, observatores dierum et mensium et annorum. Iaculantur interea
Ies. LVIII, 4 sq. et Esaiam pronuntiasse, Non tale ieiunium dominus elegit, id est non abstinentiam cibi, sed opera iustitiae quae subtexit; et ipsum

2. passim *A., Fulv. Ursinus.* 3. currunt *A.* 4. suprema iudici *A.* 5. adfecti *A.* 6. de testatore *A.* 7. trado *A.*

c. sic et apostolos observasse] Nimirum quos supra dixit dies in quibus ablatus est sponsus. Hanc enim rationem inculcat hoc ipso opere, ubi de Paraseeue dicata ieiuniis, quae ab catholicis continuata fuisse ait in sabbatum, „nunquam nisi in Pascha ieiunandum, secundum rationem alibi traditam.“ Notandus in hanc rem Augustini locus Epist. ad Casulanum, in evangelicis et apostolicis litteris videre se praeceptum esse ieiunium, quibus autem diebus non oporteat ieiunare et quibus oporteat praecepto domini vel apostolorum non inveniri definitum. (Rigalt.)

d. passive] Hoc est *passim* (ut habet liber Gangnei) et pro arbitrio cuiusque. Cf. adnot. ad De Corona cap. 8.

e. quales castimoniae] Cf. infra cap. 16., ubi tamen Apis mentio est nulla. De his castis etiam Hieronymus adv. Iovin. II. p. 209. „de ciborum sibi placent abstinentia, quasi non superstitio gentilium castum Matris deum observet et Isidis.“, et paulo post p. 211 „quomodo autem virginitati verae non praeiudicet imitatio virginum diaboli: ita nec veris ieiuniis castorum Isidis et Cybeles et quorundam ciborum in aeternum abstinentia, maxime cum apud illos ieiunium pacis sagina carnium compensetur.“ Id. Epist. LVII. ad Laetam „faciant hoc cultores Isidis et Cybeles, qui gulosa abstinentia Phasidis aves et fumantes turtures vorant, ne scilicet Cerealia dona contaminent.“ Arnob. Adv. Natt. V, 16 „Quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dedistis nomen castus?“ ad quem locum v. quae congesserunt interpretes, ut etiam ad Apul. Metam. XI, 19. et 23. Cf. Petav. in Iulian. Orat. V, p. 88., interprr. ad Aelian. V. H. II, 33. Boisson. ad Marini Vit. Procli p. 105. Lobeck Aglaoph. I, p. 189 sq.

f. semel in totum] *Semel* est nostrum ein für allemal. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2. De *in totum*, quod non minus familiare Septimio est, si placet, cf. adnot. ad De Corona cap. 11.

g. intendentes] Operam dantes, sectantes. Sic De Spectac. cap. 20 „Numquid ergo et extra limites circi furori studemus, et extra cardines theatri *impudicitiae intendimus*, et insolentiae extra stadium“ cett.

dominum in evangelio ad omnem circa [7b]victum scrupulositatem compendio respondisse, non his [8]communicari[h] hominem quae in os Marc. VII, 15.
inferantur, sed quae ex ore proferantur, cum et ipse manducaret et biberet usque in notationem: Ecce homo vorator et potator! Matth. XI, 19.
sic et apostolum docere, quod esca nos deo non commendet, ne- I Cor. VIII, 8.
que abundantes, si edamus, neque deficientes, si non edamus. His et huiusmodi sensibus eo iam subtiliter tendunt, ut unusquisque pronior ventri possit [9]supervacua nec adeo [10]necessaria existimare [11]sublati vel [12]deminuti vel demorati[i] cibi [13]officia, praeponente scilicet deo iustitiae et innocentiae opera. Et scimus quales sint carnalium commodorum suasoriae[k], quam facile dicatur, Opus est de totis praecordiis credam, diligam deum et proximum [14]tanquam me. In his enim duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae, non in pulmonum et intestinorum meorum inanitate.

Itaque nos hoc prius [1]affirmare debemus quod occulte subrui Cap. III.
periclitatur, quantum valeat apud deum inanitas ista, et ante omnia, unde ratio ipsa processerit hoc modo promerendi deum. Tunc enim agnoscetur observationis necessitas, cum eluxerit rationis auctoritas[a] a primordio recensendae. Acceperat Adam a deo legem non gustandi de arbore agnitionis boni et mali, moriturus si gustasset. Verum et ipse tunc in psychicum reversus post [2]ecstasin spiritalem, in qua magnum illud sacramentum in Christum et ecclesiam prophetaverat, nec iam capiens quae erant spiritus, facilius ventri quam deo cessit, pabulo potius quam praecepto annuit, salutem gula vendidit. Manducavit denique et [3]periit, salvus alioquin

7b. victum *D., Fulv. Ursinus.* victus *reliqui libri.* 8. communicari *CD. liber Clementis.* 9. supervacuam *A.* 10. necessariam *A.* 11. sublati *CD.* dilati *AB.* 12. diminuti *BC.* 13. officinam, praeponentes *A.* officia, praepotente *Ios. Scaliger.* officia praeponentes *Fr. Iunius.* 14. tanquam me *AB.* mihi *CD. liber Clementis.*
Cap. III. 1. firmare *Ios. Scaliger.* 2. ecstasim *A.* 3. perit *A.*

h. communicari] Vulgata scriptura erat *coinquinari,* quod interpretamentum puto esse. Pamelius et Rigaltius ex libro Clementis receperunt *communicari.* De *communicare* v. adnot. ad De Spectac. cap. 17. Et De Patient. cap. 8. in eodem evangelii loco legitur *communicari.* Vet. Gloss. in Maii Auctt. Class. tom. VII, p. 556: „*Communicat, coinquinat.*“

i. demorati] Demorati, hoc est dilati. Sic infra hocce opusculo cap. 16 „et stellae auctoritatem *demorantis* suspirant.“ (Rigalt.) Cf. etiam infra cap. 11. ubi dicit „recusati vel recisi vel retardati pabuli officia.“

k. suasoriae] Scimus, inquit, quales solent a psychicis nostris declamationes tractari commodis carnalibus suadendis. Apud rhetores duo genera materiarum tractantur, suasoriae et controversiae. Suasoriae, tamquam leviores, et minus prudentiae exigentes, pueris delegantur quasi rudimenta dicendi. Controversiae, seu iudiciales, robustioribus assignantur. (Rigalt.)

Cap. III. a. cum eluxerit rationis auctoritas] Ipse libro de Corona consuetudinis sive observationis probandae regulam praescripsit. Tunc videlicet colendam esse consuetudinem, cum rationi consentanea deprehenditur et maiorem effici rationem Christianarum observationum, cum illas etiam natura defendit, quae prima omnium disciplina est. Hic vero tantum rationis auctoritatem advocat. (Rigalt.)

si uni arbusculae ieiunare maluisset; ut iam hinc animalis fides semen suum recognoscat, exinde deducens carnalium adpetitionem et spiritalium recusationem. Teneo igitur a primordio homicidam gulam tormentis atque suppliciis inediae puniendam, etiamsi deus nulla ieiunia praecepisset. Ostendens tamen, unde sit occisus Adam, mihi reliquerat [4]intellegenda remedia offensae, qui offensam demonstrarat. [5]Ultro cibum, quibus modis quibusque temporibus potuissem, pro veneno deputarem et antidotum famem sumerem, per quam purgarem mortis a primordio causam in [6]me quoque cum ipso genere transductam, certus hoc deum velle cuius contrarium noluit, satisque confidens placituram illi continentiae curam a
Ps. L, 18. quo damnatam comperissem incontinentiae culpam. Porro, cum et ipse ieiunium mandet et animam [7]conquassatam proprie utique [8]cibi angustiis sacrificium appellet, quis iam dubitabit omnium erga [9]victum macerationum hanc fuisse rationem, qua rursus interdicto cibo et observato praecepto primordiale iam delictum expiaretur, ut homo per eandem materiam causae satis deo faciat per quam offenderat, id est per cibi interdictionem, atque ita salutem aemulo modo redaccenderet inedia, sicut extinxerat sagina, pro [10]unico inlicito plura licita contemnens?

Cap. IV. Haec ratio servabatur apud providentiam dei, pro temporibus omnia [1]modulantis, ne quis ex diverso ad deiciendam propositionem nostram, Cur ergo, dicat, non statim deus aliquam victus constituit castigationem, quinimmo et auxit permissionem? Nam in primordio quidem herbidum solummodo et [1b]arboreum homini
Gen. I, 29. pabulum addixerat: Ecce dedi vobis omne foenum [2]sementivum seminans semen quod est super terram, et omne lignum quod habet in semetipso fructum seminis [3]sementivi vobis erit in escam. Postea vero ad Noë enumerata subiectione omnium bestiarum terrae et volatilium caeli et moventium in terra[a] et piscium maris et omnis
Gen. IX, 2. [4]serpentis[b], Erunt, inquit, vobis in escam: velut holera foeni dedi

4. intelligendae *A.* 5. ultio *A.* 6. me *om. A.* 7. concassatam *A.* 8. sibi *A.* 9. victum *D., Fulv. Ursinus.* victus *reliqui libri.* 10. uno *A.*

Cap. IV. 1. modulantis *CD. liber Clementis.* moderantis *reliqui.* 1b. arborum *A.* 2. sementinum *A.* 3. sementini *A.* 4. serpentis *AB., Fr. Iunius, Ios. Scaliger.* viventis *CD. liber Clementis.*

Cap. IV. a. et moventium in terra] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 40. et Ad Natt. I, 9. ad verba „si terra movit."

b. serpentis] Pamelius ediderat *ventis.* Duo Pamelium fefellerunt. Unum est Graeci exemplaris falsitas. Nam pro eo quod habetur „*καὶ πᾶν πετεινὸν ὃ ἐστι ζῶν*" emendatiora exemplaria habent convenientius Hebraeo „*καὶ πᾶν ἑρπετόν*"; sic etiam in exemplari Romano legitur. Alterum est quod vox *serpentis* sive reptantis apud Hebraeos et Graecos latius accipiatur quam apud Latinos videatur. Hoc vero non vidit Pamelius. (Fr. Iunius.)

vobis universa, verum carnem in sanguine animae suae non edetis. Nam et hoc ipso, quod eam solam carnem [5]esui eximit cuius anima non per sanguinem effunditur, omnis reliquae carnis usum concessisse manifestum est. Ad haec respondemus non competisse onerari hominem aliqua adhuc abstinentiae lege, qui cum maxime[c] tam levem interdictionem unius scilicet pomi tolerare non potuit; remissum itaque illum libertate ipsa corroborandum. [6]Aeque post diluvium in reformatione generis humani suffecisse unam interim legem a sanguine abstinendi, permisso usu ceterorum. Iam enim iudicium dominus ostenderat per diluvium, adhuc etiam comminatus fuerat per exquisitionem sanguinis de manu fratris et de manu Gen. IX, 5.
bestiae omnis. Itaque[d] iustitiam iudicii praeministrans materiam libertatis emisit per veniam supparans disciplinam, permittens omnia, ut demeret quaedam, plus exacturus, si plus commisisset, abstinentiam imperaturus, cum indulgentiam praemisisset, quo magis, ut diximus, primordiale delictum expiaretur maioris abstinentiae operatione in maioris licentiae occasione.

Denique ubi iam et familiaris populus allegi deo coepit et re- Cap. V.

5. esui eximit *CD. liber Clementis.* eximit *AB.* 6. Aeque *CD.* Atque *AB.*

c. cum maxime] In deliciis est haec formula Tertulliano et significat plerumque *praesertim, praecipue, maxime.* De Spectac. cap. 1 „Atquin hoc *cum maxime* paramus demonstrare, quemadmodum ista non competant verae religioni.“ De Oratione cap. 16 „inreverens est adsidere sub conspectu eius contraque conspectum eius quem *cum maxime* (Cod. Ambros. habet solum *maxime*) reverearis.“ De Resurr. Carnis cap. 14 „veniamus et ad ipsa edicta atque decreta eius, quo *cum maxime* divisionem istam materiae ordinamus.“ De Idolol. cap. 2 „tam locuples substantia criminis, quae tot ramos porrigit, tot venas diffundit, ut de hoc *cum maxime* materia suscepta sit.“ Apolog. cap. 5 „reperietis primum Neronem in hanc sectam *cum maxime* (Cod. Fuld. habet solum *maxime*) Romae orientem Caesariano gladio ferocisse.“ De Fuga in Persecut. cap. 9 „quia nec potuissent tale quid constituere tam contrarium exemplis suis, ut fugam mandarent, qui *cum maxime* de vinculis vel insulis — — ad ecclesias scribebant.“ De Pudic. cap. 3 „Sed prius decidam intercedentem ex diverso responsionem ad eam paenitentiae speciem, quam *cum maxime* definimus venia carere.“ Ibid. cap. 13 „cetera etiam metu comples *cum maxime* indulgens.“ Ibid. cap. 15 „Quale est enim, ut *cum maxime* incesto fornicatori postliminium largitur ecclesiasticae pacis statim ingesserit de aversatione immunditiarum — — quasi nihil contrarium paulo ante decreverit.“ De Baptismo cap. 1 „instruens tam eos qui *cum maxime* formantur quam et illos qui simpliciter credidisse contenti“ cett. De Paenit. cap. 6 „sed praecipue novitiolis istis qui *cum maxime* incipiunt divinis sermonibus aures irrigare.“ De tempore praesenti (aut modo peracto, ut hoc libri De Ieiuniis loco) pro *modo* vel *hoc ipso tempore* positum videtur De Spectac. cap. 1 „dei servi cognoscite, qui *cum maxime* ad deum acceditis.“ Ibid. cap. 10 „Nam saepe censores noscentia *cum maxime* theatra destruebant.“ De Monog. cap. 10 „Quae ista materia apostolo fuit scribendi talia? tirocinium novae et *cum maxime* orientis ecclesiae.“ Vide de usu formulae *cum maxime* Ernest. Clav. Cic. s. v. et ad Tac. Hist. I, 29., ubi cf. etiam Bach. Spald. ad Quinctil. VI, 1, 23. Zinserling Promuls. c. 22. Lindem. ad Auct. ad Herenn. IV, 6. p. 261. Heusing. ad Cic. de Offic. I, 13.

d. Itaque] Vulgata interpunctio est *bestiae. Omnis itaque* cett.

stitutio hominis imbui potuit, tunc leges disciplinaeque omnes impositae etiam quae decerperent victum, ademptis quibusdam veluti immundis, quo facilius aliquando ieiunia toleraret homo perpetua in quibusdam abstinentia usus. Nam et primus populus primi hominis [1]resculpserat[a] crimen, pronior ventri quam deo deprehensus, cum de duritia Aegyptiae servitutis valida manu dei et sublimi brachio [2]ereptus dominus eius visus est[b], terrae lacte et melle [3]mananti destinatus, statim autem solitudinis [4]incopiosae circumspectu scandalizatus, saturitatis Aegyptiae [5]detrimenta suspirans in Moysen
Exod. XVI, 2 sq. et Aaron mussitavit: Utinam obiissemus percussi a domino in terra Aegypti, quando super ollas carnium sedebamus et panes in plenitudinem comedebamus. [6]Quomodo eduxisti nos in haec deserta ad [7]interficiendam synagogam istam fame? Eadem ventris praelatione deploraturus erat eosdem duces suos et dei arbitros, quos desiderio carnis et recordatu Aegyptiarum copiarum exacerbabat. Quis nos [8]vescet carne[c]? venerunt in [9]mentem nobis pisces, quos in Aegypto edebamus gratis, et cucumeres et pepones et porri et cepe
Num. XI, 4 sqq. et allia. At nunc anima nostra arida, nihil nisi manna vident oculi nostri. Ita et illis xerophagiae [10]panes angelici[d] displicebant, allium potius et cepe quam caelum [11]fragrare malebant. Et ideo tam ingratis gratiora et esculentiora quaeque detracta sunt, puniendae simul gulae et exercendae continentiae causa, ut illa damnaretur, ista erudiretur.

Cap. VI. Nunc si temere rationes [1]castigati a deo victus et castigandi propter deum a nobis ad primordiorum experimenta revocavimus, conscientiam communem consulamus. Ipsa natura [2]enuntiabit qua-

Cap. V. 1. sculpserat *A.* 2. ereptus dominus eius visus est terrae *ABC.* ereptus dominus eius visus, et terrae *Fulv. Ursinus.* ereptus dominis eius visus est terrae *Fr. Iunius. Verba* dominus eius visus est *delet Ios. Scaliger.* 3. manantis *A.* 4. in copiose *A.* 5. detrimenta *CD. liber Clementis.* detrimento *AB.* 6. quoniam *C. liber Clementis.* 7. interficiendum *A.* 8. vescetur *A.* pascet *Fr. Iunius.* 9. mente *A.* 10. panis *D., Fulv. Ursinus.* 11. fragrare *AmgBCD.* flagrare *A.*

Cap. VI. 1. castiganda deo *A.* 2. nuntiabit *A.*

Cap. V. a. resculpserat] Augustin. in Psalm. VI „dum enim nos convertimur, id est mutatione veteris vitae, *resculpimus* spiritum." Rufinus in eund. Psalmum „Dum convertimur, id est dum commutatione veteris vitae *resculpimur.*" (Rigalt.) Est *resculpere* fere sculpendo revocare atque repetere. Sic etiam legitur apud Prudent. Psychomach. Praefat. v. 51 „Quam (sc. lineam) nostra recto vita *Resculpat* pede."

b. dominus eius visus est] Sana sunt haec verba. Sublimi brachio dei populus Iudaeus ereptus est duritiae Aegypti et dominus eius visus est.

c. Quis nos vescet carne?] Ita legitur etiam apud August. Locut. 26. 358. f. et apud Hieronym. lib. II. c. Iovin. tom. IV. p. 2. col. 208. a. ed. Bened. Fr. Iunius reponendum putabat *pascet* (ψωμιεῖ) pro *vescet.* Cave quid mutes.

d. panes angelici] Longe dissimiles athleticis illis aridae hominum altilium saginationi provisis. (Rigalt.)

les nos ante pabulum et potum in virgine adhuc saliva[a] exhibere consuerit rebus duntaxat [3]sensu agendis, quo divina tractantur, si multo pollentioris mentis, si multo vivacioris cordis, quam cum totum illud domicilium interioris hominis escis stipatum, vinis inundatum, [4]decoquendis iam stercoribus [5]aestuans praemeditatorium efficitur latrinarum[b], in quo plane nihil tam in proximo supersit quam ad lasciviam sapere. Manducavit populus et bibit, et surrexerunt ludere. Intellege sanctae scripturae verecundiam lusum nisi impudicum non denotasset. Ceterum quotusquisque meminerit religionis, occupatis memoriae locis, impeditis sapientiae membris? Nemo ita ut decet, ita ut par est, ita ut utile est, recordabitur dei [6]in eo tempore quo ipsum sibi hominem excidere sollemne est. Omnem disciplinam victus aut occidit aut vulnerat. Mentior, si non dominus ipse oblivionem sui exprobrans Israëli causam plenitudini [7]reputat[c]. Incrassatus est dilectus et pinguefactus et dilatatus est, et dereliquit deum, qui fecit eum, et abscessit a domino salutificatore suo. Denique in eodem Deuteronomio eandem causam praecaveri iubens, Ne, inquit, cum manducaveris et biberis et domos optimas aedificaveris, ovibus et bubus tuis multiplicatis et argento et auro extollatur cor tuum et obliviscaris domini dei tui. Praeposuit corruptelae divitiarum edacitatis enormitatem, cui ipsae divitiae procurant. Per [8]illas scilicet incrassatum erat cor populi, ne oculis videret et auribus audiret et corde coniceret adipibus obstructo, quas nominatim esui abstulit, dedocens hominem saginae studere. Ceterum cui cor [9]erectum potius inveniebatur quam impinguatum, [10]qui quadraginta diebus totidemque noctibus supra humanae naturae facultatem ieiunium perennavit spiritali fide virtutem subministrante, et vidit oculis dei gloriam et audivit auribus dei vocem et corde coniecit dei legem iam tunc docentis non in solo pane vivere hominem, sed in omni verbo dei, cum quidem nec ipsum Moysen deo pastum [11]inediamque eius [12]nomine saginatam constanter contemplari valeret pinguior populus. Merito igitur etiam

Exod. XXXII, 6.

Deut. XXXII, 15.

Deut. VIII, 12 sqq.

Deut. VIII, 3. Luc. IV, 2. 4. Matth. IV, 2. 4.

3. sensu *AB.* sensus *CD.* 4. de coquendis *A.* 5. exaestuans *liber Clementis.* 6. eo in tempore *A.* 7. reputat *ABC.* deputat *D., Fulv. Ursinus.* 8. illa *A.* 9. evectum *C. liber Clementis.* 10. qui *om. CD.* 11. mediamque *A.* 12. numine *Fulv. Ursinus.*

Cap. VI. a. in virgine adhuc saliva] Id est cum saliva nostra adhuc a potu et cibo intacta ieiuni sumus. (Fr. Iunius.) Cf. etiam adnot. ad Apolog. cap. 9.

b. praemeditatorium efficitur latrinarum] Imitatur Hieronymus Adv. Iovinianum II, p. 205. tom. IV. ed. Bened. „Quale illud ieiunium est, aut qualis illa refectio post ieiunium, cum pridianis epulis distendimur, et guttur nostrum meditatorium efficitur latrinarum?“

c. reputat.] Revocavi genuinam scripturam. V. adnot. ad De Orat. cap. 7.

Matth. XVII, 3 sqq. in carne se dominus ei ostendit collegae ieiuniorum suorum, non minus et Heliae. Nam et Helias hoc primum, quod famem fuerat
I Reg. XVII, 1. imprecatus, satis iam se ieiuniis voverat. Vivit, inquit, dominus, cui adsisto in conspectu eius, si erit ros istis annis et imber. Dehinc minantem Iezabel fugiens post unicum pabulum et potum, quem ab angelo expergefactus invenerat, et ipse quadraginta diebus et noctibus vacuo ventre arido ore pervenit in montem Choreb, ubi cum in [13]spelunca devertisset, quam familiari congressu dei
I Reg. XIX, 9. exceptus est! Quid tu Helia hic? multo amicior ista vox quam,
Gen. III, 9. Adam ubi es? Illa enim pasto homini minabatur, ista ieiuno blandiebatur. Tanta est circumscripti victus praerogativa, ut deum praestet homini contubernalem, parem revera pari. Si enim deus
Ies. XL, 28. aeternus non esuriet, ut testatur per Esaiam, hoc erit tempus quo homo deo adaequetur, cum sine pabulo vivit.

Cap. VII. Processimus itaque iam ad exempla, uti revolvamus utilitatis efficacia potestates istius officii quod etiam iratum deum homini
I Sam. VII, 5 sqq. reconciliat. Deliquerat Israël[a] in aquatione apud [1]Maspha congregatus a Samuele, [2]sed ita statim delictum ieiunio diluit, ut periculum proelii simul [3]fuderit. Cum maxime Samuel offerebat holocaustum (in nullo magis procuratam audimus dei clementiam quam abstinentia populi)[b], et allophyli [4]proelio admovebant[c], [5]ibidem[d] dominus intonuit voce magna super allophylos, et confusi sunt et corruerunt in conspectu Israëlis, et processerunt viri Israël ex [6]Maspha et persecuti sunt allophylos et usque [7]Bethor ceciderunt, pastos impasti, armatos inermes. Hae [7b]erunt vires ieiunantium deo. Caelum pro eiusmodi[e] militat. Habes formam[f] praesidii etiam spiritalibus bellis necessariam. Proinde cum rex Assyriorum Sen-

13. speluncam *Fr. Iunius.*

Cap. VII. 1. Masphat *AB.* 2. sed *om. C.* 3. fuderit *AB.* fugerit *CD. Harrisius.* 4. proelium *Latinius.* 5. ibidem *AD. liber Clementis, et liber Vaticanus quidam nescio quis h. l. a Pamelio citatus.* Ibi demum *B.* 6. Masphat *AB.* 7. Bethchar *A.* Bethor *B.* 7b. *Malim* erant.

Cap. VII. a. Deliquerat Israël] Non dicit deliquisse in aquatione, ut Pamelius intellexit male, sed hoc dicit, Israëlem ibi congregatum antea deliquisse; nam propterea dicit *deliquerat.* Post item reponendum censeo *ut periculum proelii simul fuderit.* Nimirum simul cum aqua illa quam effuderunt coram Iehova. Nam etiam postea deus Philistaeos ad proelium venientes fudisse dicitur ibidem I Samuel. cap. 7. (Fr. Iunius.)

b. in nullo magis — — quam abstinentia populi] Verbis, quae parenthesi inclusi, praefatur miraculum statim subsecuturum. Vulgata distinctio est: *holocaustum, in nullo magis — — populi. Et allophyli*" cett.

c. proelio admovebant] Signa admovebant, vel exercitum. Sic *admovere* absolute positum est etiam apud Curtium IX, 4 „iam *admovebat* rex."

d. ibidem] *Ibidem* de tempore. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

e. pro eiusmodi] Cf. adnott. ad De Baptismo cap. 12.

f. formam] Id est condicionem, legem. Cf. adnott. ad De Idolol. cap. 18.

nacherib[g] [8]compluribus iam civitatibus captis Israëli per Rapsacen blasphemias et minas intentaret, nihil aliud illum a proposito in Aethiopias avertit. Dehinc [9]quid aliud [10]centum octoginta quatuor milia[h] de exercitu eius per angelum [11]absumpsit quam Ezechiae regis humiliatio? Siquidem duritia hostis adnunciata vestem scidit, saccum induit, eodemque habitu seniores sacerdotum ad deum per Esaiam adire iussit, utique ieiunio preces prosequente. Neque enim cibi tempus in periculo, nec saturitatis cultus in sacco[i]. [12]Semper inedia [13]maeroris sequela est, sicut laetitia accessio saginae. II Reg. XVIII. XIX. Per hanc maeroris sequelam et inediam etiam civitas illa peccatrix Ies. XX. Ninive de exitio praedicato liberatur. Satis enim paenitentia scelerum [13b]commendaverat ieiunium triduo functa, etiam pecudibus Ion. III. enectis, quibus iratus deus non erat. Sodoma quoque et Gomorra Gen. XIX. evasissent, si ieiunassent. Hoc remedium agnoscit et Achab. Cum I Reg. XXI. [14]illi post transgressionem et idololatriam et necem Nabuthae propter vineam interempti a Iezabel exprobrasset Helias, Qualiter occidisti et haereditatem possedisti: [15]in loco quo sanguinem Nabuthae canes delinxerant, tuum quoque [16]delinguent, — destituit semetipsum et [17]saccum carni suae imposuit et ieiunavit et dormivit in sacco. Et tunc sermo domini ad Heliam, Vidisti, ut reveritus sit Achab a facie mea: pro eo, quod reveritus est, non superducam laesuram in diebus ipsius, sed in diebus filii eius superducam eam, qui non erat ieiunaturus. Ita ieiunium in deum reverentiae opus est, per quod Anna quoque ambiens uxor Helcanae retro[k] I Sam. I. sterilis impetravit facile a deo inanem cibo ventrem filio implere, et quidem propheta. Sed non modo naturae mutationem aut periculorum aversionem aut delictorum obliterationem, verum etiam sacramentorum agnitionem[l] ieiunia de deo merebuntur. Aspice

8. cum pluribus *A.* 9. quid aliud *om. BC.* 10. centum octoginta quatuor *A.* centum et octoginta *reliqui.* 11. assumpsit *A.* 12. Semper *om. A.* 13. sequela maeroris *A.* 13b. commendaverat *D., Fulv. Ursinus.* commendaverit *reliqui.* 14. illo *A.* 15. in loco quo *ACD. liber Clementis.* in quo loco *B.* 16. dilingent *A.* 17. saccum *om. A.*

g. Proinde cum rex Assyriorum Sennacherib] Et hoc cum ceteris (tantum non omnibus) exemplum adfert Hieronymus in pari causa Adv. Iovin. libro II.

h. centum octoginta quatuor milia] De hoc numero variat scriptura. In vulgatis Tertulliani editionibus memorantur octoginta milia. Sed II Reg. cap. 19, 35. Esai. cap. 37, 36. II Maccab. cap. 8, 19. leguntur quinque et octoginta milia ab angelo dei interiisse. Qui numerus et hic fortasse est restituendus, siquidem facile erat numerorum sigla IV vel IIII et V commutari.

i. nec saturitatis cultus in sacco.] Saturitatis cultum dicit, quia ex saturitate laetitia, ex laetitia autem cultus delicatioris cura, cui non convenit cum horrore cineris et asperitudine sacci. (Rigalt.)

k. retro] Antea V. adn. ad De Spectac. c. 9.

l. sacramentorum agnitionem] Sic vocat peritiam interpretandi figuras et imagines sacras, nempe divinitus obiectas in somnis. Sacramenta igitur somnia a deo immissa. (Rigalt.) Cf. infra cap. 9.

Dan. II. VI. X. XIV, 34 sqq. Danielis exemplum. Circa somnium regis Babylonis omnes turbantur sophistae[m], negant [17b] ultro de praestantia humana posse cognosci[n]. Solus Daniel deo fidens, et sciens [18] quid ad demerendam dei gratiam faceret, spatium tridui postulat, cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis et ordinem et significationem somnii per omnia instruitur, tyranni sophistis parcitur, deus glorificatur, Daniel honoratur, non minorem dei gratiam et postea quoque relaturus anno primo regis Darii, cum ex recogitatu praedicatorum temporum ab Hieremia dedit faciem suam deo[o]. [19] in ieiuniis et sacco et cinere. Nam et angelus missus ad eum hanc statim professus est causam divinae dignationis: Veni, inquit, demonstrare tibi, quatenus miserabilis es[p], ieiunando scilicet. Si deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis, ubi quidem [20] illi sex diebus ieiunanti prandium angelus procuravit.

Cap. VIII. Luc. II, 37 sqq. [1] Reddimus et cetera. Ad nova enim nunc documenta properamus. In limine evangelii Anna [2] prophetis, filia Phanuelis, quae infantem dominum et agnovit et multa super eo praedicavit expectantibus redemptionem Israëlis, post egregium titulum[a] veteris et univirae viduitatis ieiuniorum quoque testimonio augetur, ostendens in quibus officiis adsideri ecclesiae debeat, et a nullis magis intel-

Matth. IV, 2. legi Christum quam semel nuptis et saepe ieiunis. Ipse mox dominus baptisma suum, et in suo omnium, ieiuniis dedicavit[b], habens efficere panes ex lapidibus, etiam Iordanem vino fortasse manare, si ita vorator et potator fuisset. Immo novum hominem in veteris sugillationem virtute fastidiendi cibi initiabat, ut eum diabolo rursus per escam tentare quaerenti fortiorem fame tota

Matth. VI, 16 sq. ostentaret. Praestituit exinde ieiuniis legem sine tristitia transigen-

Matth. XVII, 13. dis. Cur enim triste quod salutare? Docuit etiam adversus diriora daemonia ieiuniis proeliandum. Quid enim mirum, si eadem operatione spiritus iniquus educitur qua sanctus inducitur? Denique, ut

Act. X, 4. in centurionem Cornelium necdum tinctum dignatio spiritus sancti cum charismate insuper prophetiae festinasset, ieiunia eius legimus

II Cor. XI, 27. exaudita. Puto autem et apostolus in secunda Corinthiorum inter

17b. ultra *Fr. Iunius.* 18. quod *D.* 19. in *om. A.* 20. illis *A.*
Cap. VIII. 1. Reddidimus vetera *Latinius.* 2. prophetes *A.*

m. sophistae] Sophistas dicit qui alias sapientes, somniorum interpretes, coniectores. (Rigalt.) V. quae adnotavi ad De Idolol. cap. 9.

n. posse cognosci.] Humano ingenio praestari posse, somniorum igitur regiorum interpretationem. (Rigalt.)

o. dedit faciem suam deo] Conversus ad deum. (Rigalt.)

p. quatenus miserabilis es] Quantae miserationis gratiam adeptus es. (Rigalt.)

Cap. VIII. a. titulum] Elogium. V. adnot. ad Apolog. cap. 1.

b. dedicavit] V. quae adnotavi ad Scorpiac. cap. 1.

labores suos et pericula et incommoda post famem ac sitim ieiunia quoque plurima enumerat.

Principalis haec species in castigatione victus potest iam de inferioribus quoque abstinentiae operationibus praeiudicare, ut et ipsis pro modo utilibus aut necessariis. Nam exceptio eduliorum quorundam portionale ieiunium est. Inspiciamus igitur et xerophagiarum novitatem aut vanitatem, si non et in his tam antiquissimae quam efficacissimae religionis operatio est. Redeo ad Danielem et fratres eius leguminum pabulum et aquae potum ferculis et oenophoris regiis praeferentes atque exinde formosiores, ne [1]quis de specie quoque corpusculi metuat[a], ceterum spiritu insuper cultos. Dedit enim deus adolescentulis scientiam et intellegentiam in omni litteratura et Danieli in omni verbo et in [2]somniis et in omni sophia, qua hoc ipsum quoque saperet, quibus modis de deo impetraretur agnitio sacramentorum[b]. Anno denique tertio Cyri regis Persarum [3]cum in recogitatum incidisset visionis, aliam formam humiliationis prospexit. In illis, inquit, diebus ego Daniel eram [4]lugens per tres hebdomadas, panem suavem non edi, caro et vinum non introierunt in os meum, oleo unctus non sum, donec consummarentur tres hebdomades, quibus transactis angelus emissus est taliter alloquens: Daniel, homo es miserabilis, ne timueris, quoniam ex die prima qua dedisti animam tuam recogitatui et humiliationi coram deo exauditum est verbum tuum, et ego introivi verbo tuo. Ita xerophagiarum miseratio et humiliatio metum expellunt et aures dei advertunt et occultorum compotes faciunt. Revertor etiam ad Heliam. Cum corvi illum pane et carne saturare consuessent, cur postmodum apud [5]Bersabe Iudaeae excitato ei de somno quidam [6]ille angelus sine dubio panem solum et aquam obtulit? Defecerant corvi, qui eum liberalius pascerent, an difficile angelo fuerat aliquem alicunde de convivio regis ministrum cum instructissimo ferculo raptum ad Heliam transferre, sicut [7]Danieli in [8]lacum leonum esurienti prandium metentium exhibitum est?

Cap. IX. Dan. I. Dan. X, 1 sq. XII.

Cap. IX. 1. qui *CD. liber Clementis.* 2. somnis *A.* 3. cum regi cogitatum incidisset visionis *A.* 4. legens *A.* 5. Bersabae Iuda *A.* 6. illi *Fulv. Ursinus.* 7. Danieli *D., Latinius.* Daniel *ABC.* 8. lacu *Latinius.*

Cap. IX. a. de specie quoque corpusculi metuat] Sic lib. II. Ad Uxor. cap. 5 „Latebisne tu, cum lectulum, cum *corpusculum* tuum signas?“ Hoc enim tandem loco notabimus Septimium Stoica forma sic passim loqui, ut *corpusculum* dicat, et *lectulum*, et *arbusculam*, et *mulierculam*, et *caniculam*, et *motiunculas*, et *portiunculas*, et cetera huiusmodi, quemadmodum illi σωμάτιον, οὐδίδιον, ἀξιωμάτιον, ἀγρίδιον, πραγμάτιον, λεξίδιον, δουλάριον, ὀνάριον, ἀργυρωματίδια, ὁπλάρια, et cetera id genus Epictetica. (Rigalt.)

b. agnitio sacramentorum.] Cf. supra cap. 7., et ibi Rigalt.

Sed constitui oportebat exemplum docens in tempore pressurae et persecutionis et cuiuscunque circumstantiae[c] xerophagiis esse vivendum. Tali victu David exomologesin suam expressit, cinerem quidem edens velut panem, id est panem velut cinerem aridum et sordidum, potum vero fletu miscens, utique pro vino. Habet enim et abstinentia vini suos titulos, quae et Samuelem deo voverat et Aaronem consecrarat. Nam de Samuele mater, Et vinum, inquit, et ebriamen non [9]bibet[d]; talis enim et ipsa deum orabat. Et dominus ad Aaron: Vinum et siceram non bibetis, tu et [10]filius tuus post te, si quando ingrediemini tabernaculum, vel ascendetis ad altare, et non moriemini. Adeo morientur qui non sobrii in ecclesia ministraverint. Sic et Israëli proximo exprobrat: Et potum dabatis sanctificatis meis vinum. Et haec autem strictura [11]potus[e] xerophagiae portio est. Quanquam ubi abstinentia [12]vini aut a deo exigitur [13]aut ab homine vovetur, illic intellegatur etiam pabuli pressura formam praestruens potui. Qualis enim esus, talis et potus. Verisimile non est, ut quis dimidiam gulam deo immolet, aquis sobrius et cibis ebrius. An autem et apostolus xerophagias norit, qui maiora celebraverat, sitim et famem et multa ieiunia, qui ebrietates et comessationes recusaverat, vel de discipulo Timotheo argumenti satis est, quem propter stomachum et adsiduas imbecillitates modico vino [14]monens uti, quo ille non [15]ex institutione, sed ex devotione abstinebat (ceterum stomacho magis consuetudo prodesset), hoc ipso abstinentiam vini dignam deo suasit, [16]quam ex necessitate dissuasit.

Cap. X. Aeque stationes nostras ut [1]indictas[a], [1b]quidam vero et in

9. bibi *A.* 10. filii tui *CD.* 11. potius *A.* 12. est vini *A.* 13. aut *om. A.* 14. monet *A.* 15. ex intimatione abstinebat quod stomacho magis prodesset *A.* 16. quam nec dissuasit *A.* quum ex necessitate dissuasit *Latinius.*

Cap. X. 1. indictas *Nicol. Rigaltius.* indignas *libri omnes.* 1 b. quidam *ego.* quasdam *libri omnes.*

c. circumstantiae] Id est vexationis. Sic etiam De Oratione cap. 9 „et sunt quae petantur pro *circumstantia* cuiusque, praemissa legitima et ordinaria oratione.“

d. et ebriamen non bibet] Haec quidem verba in Hebraeo non extant, sed ex analogia a LXX adiecta sunt in verbis feminae, prout in editione quoque Romana legitur: „*καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ πίεται, καὶ σίδηρος οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.*“ I Sam. I, 11. (Fr. Iunius.) Hieronymus Adv. Iovinianum lib. II. tom. IV. p. 209. ed. Bened.: „Samson et Samuel vinum et siceram non bibunt. Erant enim filii repromissionis et per abstinentiam ieiuniumque concepti. Aaron et ceteri sacerdotes ingressuri templum omne quod inebriare potest non potant, ne moriantur.“

e. strictura potus] Ait Septimius hac forma potus perstricta etiam aridum pabulum significari. (Rigalt.)

Cap. X. a. stationes nostras ut indictas] Sensus auctoris evincit legendum *indictas,* ut et paulo post, *Sed quod pertineat ad indictionis quaestionem.* Psychici, inquit, stationes nostras accusant ut indictas et in serum constitutas, at-

serum constitutas, novitatis nomine incusant, hoc quoque munus et ex arbitrio obeundum esse dicentes et non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more. Sed quod pertineat ad [1c] indictionis quaestionem, semel pro omnibus causis respondebo. Nunc ad proprium huius speciei articulum, de modo temporis dico, de ipsis prius expostulandum, unde hanc formam [1d] nona dirimendis stationibus praescribant. Si, [2] quia Petrus et qui cum eo ad horam nonam orationis templum introgressi [3] leguntur, quis mihi [4] probabit Act. III, 1. illos ea die statione functos, ut horam nonam ad clausulam et expunctionem[b] stationis interpretetur? Atqui facilius[c] invenias Petrum hora sexta capiendi cibi causa prius in superiora ad orandum ascen- Act. X, 9. disse, quo magis sexta diei finiri[d] officio huic possit, [4b] quae illud absolutura post orationem videbatur. Porro[e] cum in eodem commentario Lucae et tertia hora orationis [5] demonstretur, sub qua spiritu sancto initiati pro ebriis habebantur, et sexta, qua Petrus Act. II, 15 ascendit in superiora, et nona, qua templum sunt introgressi, cur non intellegamus salva plane indifferentia semper et ubique et omni tempore [6] orandum, tamen tres istas horas ut insigniores in rebus humanis, quae diem distribuunt, quae negotia distinguunt, quae publice resonant[f], ita et sollemniores fuisse in orationibus divinis? Quod etiam suadet Danielis quoque argumentum ter die orantis, utique per [7] aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem quam [8] insigniorum, exinde apostolicarum, tertiae, sextae, nonae. Hinc itaque et Petrum dicam ex vetere potius usu nonam observasse tertio orantem supremae orationis munere. Haec autem propter illos qui se putant ex forma Petri agere, quam ignorant; non quasi respuamus nonam, [9] cui et quarta sabbati et sexta plurimum

1 c. indictionis *Nicol. Rigaltius.* interdictionis *libri omnes.* 1 d. non a dirimendis *A.* novam dirimendis *Amg.* 2. qua *A.* 3. sguntur *A.* 4. probabit *CD. liber Clementis.* probat *AB.* probet *Fr. Iunius.* 4 b. *Malim* qua. 5. demonstret *A.* 6. orandi *D., Fulv. Ursinus.* 7. aliquarum *ACD. liber Clementis.* aliarum *B. Probat Fr. Iunius.* 8. insigniorem *A.* 9. qua *Fulv. Ursinus.*

que hoc munus quidem esse non indicendum, sed ex arbitrio obeundum, et non in serum constitui, sed ad nonam dirimi stationes debere contendunt. (Rigalt.) De stationibus v. adnott. ad De Orat. cap. 19. V. etiam Desid. Heraldus ad Minuc. Felicis Octav. p. 69., ubi et hunc Tertulliani locum pertractat. Mox pro *quasdam* rescripsi *quidam,* quod loci ratio postulabat.

b. expunctionem] Consummationem. V. adnott. ad Apolog. cap. 35.

c. facilius] Potius. Cf. adnott. ad De Corona cap. 10.

d. finiri] Hoc est praefiniri, determinari. (Rigalt.)

e. Porro] V. adnott. ad De Corona cap. 7.

f. quae publice resonant] Ergo Septimii saeculo tres tantum istae insigniores publice resonabant, signo dato tuba vel tintinabulo. Ceterum priscis quoque Romanis eadem diei spatia significari solita, accenso, ubi praetori videbatur, ad populum pronuntiante horam esse tertiam, itemque meridiem, et horam nonam, discimus ex Varronis quinto de Lingua Latina. (Rigalt.)

fungimur[g], sed quia eorum quae ex traditione observantur tanto magis dignam rationem adferre debemus, quanto carent scripturae auctoritate, donec aliquo caelesti charismate aut confirmentur aut
hil. III, 15. corrigantur. Et si qua, inquit, ignoratis, dominus vobis revelabit. Itaque [10]seposito confirmatore omnium istorum paracleto, duce universae veritatis[h], [11]an dignior apud [12]nos [13]ratio adferatur in nonam observandi [14]require, ut etiam Petro ea ratio deputanda sit, si statione tunc functus est. Venit enim de exitu[i] domini, quem etsi semper commemorari oportet sine differentia horarum, impressius[k] tamen [15]tum ei secundum ipsum stationis vocabulum [16]addicimur. Nam et milites nunquam immemores sacramenti magis stationibus parent. Itaque in eam usque horam celebranda pressura est in qua a sexta contenebratus[l] orbis defuncto domino lugubre fecit officium, ut tunc et nos revertamur ad iocunditatem cum et mundus recepit claritatem. Hoc si magis ad religionem sapit Christianam, dum magis Christi gloriam celebrat, possum aeque serae stationis ex eodem rei ordine statum figere[m], ut ieiunemus ad serum, expectantes tempus dominicae sepulturae, cum Ioseph postulatum detulit corpus et condidit. Inde et irreligiosum est ante famulorum carnem [17]refrigerare[n] quam domini. [18]Sed hactenus[o] haec ex argumentationum provocatione commiserim, coniecturas coniecturis, [19]et tamen, puto, fidelioribus repercutiens[p]. Videamus, an aliquid tale nobis de vetustatibus quoque patrocinetur.
Exod. XVII, 8 sqq. In Exodo habitus ille Moysis adversus Amalech orationibus proeliantis usque in occasum perseverans nonne statio fuit sera? Iesum Nave debellantem Amorrhaeos prandisse illa die existimamus qua

10. si posito *A.* 11. an *om. A.* 12. vos *D., Fulv. Ursinus.* 13. ratione feratur *A.* 14. require *ABC.* requiro *D., Latinius. Probat et Fr. Iunius.* 15. tum ei *D., Fr. Iunius.* cum eis *ABC.* 16. addicimur *D., Fulv. Ursinus.* addiscimus *ABC.* 17. refrigerari *Fulv. Ursinus.* 18. Sed hactenus haec *A.* ut haec *B.* Sed hoc *CD.* 19. sed *Latinius.*

g. cui et quarta sabbati et sexta plurimum fungimur] *Fungi* cum dativo est satisfacere. Sic passim apud ICtos. Ut fr. 22. De Paenit. 48, 19 „poenae suae fungi."

h. duce universae veritatis] Hoc pari loquendi genere dictum est quo Adv. Prax. cap. 2. eundem paracletum appellat „deductorem omnis veritatis." Cf. adnott. ad inscript. libri De Exhortat. Castitatis.

i. exitu] De hoc vocabulo dictum est ad Scorp. cap. 4.

k. impressius] Cf. adnott. ad Apolog. cap. 5.

l. contenebratus] Usus est hoc vocabulo etiam Apolog. cap. 2 „quot incesta *contenebrasset.*", et De Praescr. Haeret. cap. 12.

m. statum figere] Cf. adnott. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

n. refrigerare] Quiescere. (Rigalt.) Proprie, refrigerio suo iuvari.

o. hactenus] De huius vocabuli, quod prave omiserunt omnes post Gangneium editores, adeás adnott. ad De Exhort. Cast. cap. 1.

p. repercutiens.] Verbum Tertulliano usitatissimum. Cf. De Pudic. cap. 7.

ipsis elementis stationem [20]imperavit? Stetit sol in Gabaon et luna Ios. X, 7 sqq.
in Aialon, stetit sol et luna in statione, donec ultus est populus de inimicis suis, et stetit sol medio caelo. [21]Ut autem accedebat in occasum et finem diei unius, non fuit dies talis retro et in novissimo, utique tam prolixus, ut, inquit, exaudiret deus hominem, parem scilicet solis[q], [21b]instantem tam diu in officio, stationem etiam sera longiorem. Certe Saul et ipse in proelio constitutus manifeste munus istud indixit: Maledictus homo, qui ederit panem I Sam. XIV, 24 sqq.
ad vesperam usque, dum ulciscar de inimico meo, et non gustavit totus populus eius, et tota terra [22]prandebat[r]. Tantam autem deus praestitit auctoritatem edicto stationis illius, ut Ionathan, filius Saulis, quamquam ignarus ieiunationis in serum definitae gustum mellis admiserat, et [23]sorte mox de delicto sit traductus[s], et vix per precem populi periculo exemptus. Gulae enim, licet simplicis, reus fuerat. Sed et Daniel anno primo regis Darii, cum [24]ieiunus in sacco et cinere exomologesin deo ageret, Et adhuc, inquit, lo- Dan. IX, 21.
quente me in oratione, ecce vir, quem videram in somnis initio, velociter volans appropinquavit mihi quasi hora vespertini sacrificii. Haec [25]erit statio sera quae ad vesperam ieiunans pinguiorem [26]orationem deo immolat[t].

Omnia autem ista credo ignota eis qui ad nostra turbantur[a], Cap. XI.
aut sola forsitan lectione non etiam intentione comperta, secundum maiorem vim imperitorum apud gloriosissimam scilicet multitudinem psychicorum. Propterea per singulas direximus species ieiunationum, xerophagiarum, stationum, ut, dum recensemus secundum utriusque testamenti paraturam[b] quantum proficiant recusati vel recisi vel retardati pabuli officia[c], eos retundamus qui haec velut

20. imperavit. Stetit *ABCD. liber Clementis.* impetravit? Stet *Fulv. Ursinus.* 21. Ut autem *AB.* et non *reliqui.* 21 b. instantis *Fr. Iunius.* *In seqq. maluerim* statione etiam sera longiore. 22. non prandebat *CD.* 23. forte *A.* 24. ieiuniis *A.* 25. erat *Fulv. Ursinus.* 26. rationem *A.*

q. parem scilicet solis] Similiter supra cap. 6. dixit circumscripti victus praerogativa deum homini praestari contubernalem, *parem revera pari.* „Si enim deus, inquit, aeternus non esuriet, ut testatur per Esaiam, hoc erit tempus quo homo deo adaequetur, cum sine pabulo vivit.“

r. et tota terra prandebat.] Omnes, inquit, prandebant in terra, cum tamen copiae militares adiuratione Saulis coactae ieiunarent. (Fr. Iunius.) Invexerat Pamelius negationem ante prandebat, quae abest a Graeco. Et Hieronymus Adv. Iovin. lib. II. p. 208. tom. IV. ed. Bened. habet: „Et tota terra prandebat.“

s. de delicto sit traductus] Convictus. Cf. adnott. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

t. orationem deo immolat.] De hac locutione cf. adnot. ad De Patient. cap. 13.

Cap. XI. a. qui ad nostra turbantur] Paracletica scilicet Montanistarum instituta. (Rigalt.)

b. utriusque testamenti paraturam] Cf. adnot. ad De Spectac. cap. 4.

c. recusati vel recisi vel retardati pabuli officia] Supra cap. 2. dixit „sublati vel diminuti vel demorati pabuli officia.“

vacantia[d] infirmant, item dum pariter ostendimus quo semper in ordine fuerint religionis, eos revincamus[e] qui haec ut nova accusant; nec novum enim quod semper, nec vacuum quod utile. Sed et illud in medio est, quaedam ex his officiis a deo homini imperata legem constituisse, quaedam ab homine deo oblata votum expunxisse[f]. Tamen et votum, cum a deo acceptatum est, legem in posterum [1]facit per auctoritatem acceptatoris; exinde enim faciendum mandavit qui factum comprobavit. Itaque et hinc in alia specie altercatio diversae partis obducitur[g], cum dicunt, Aut pseudoprophetia est, si spiritalis vox sollemnia ista constituit, aut haeresis, si humana praesumptio adinvenit[h]. Eam enim formam reprehendentes qua et vetera decucurrerunt, et ex ea retorquentes quae et adversarii veterum adversus illa [2]poterunt retractare, aut et illa recusare [2b]debebunt [3]*aut* exerta ista suscipere; [4]necessarie, [5]maxime cum et ista, a quocunque institutore [6]sunt, sive spiritali sive tantum fideli, eidem deo currant[i] cui et vetera. Indubitate enim

Cap. XI. 1. sancit *Latinius.* 2. potuerunt *Latinius.* poterant *D., Fulv. Ursinus.* 2b. debuerunt *Latinius.* 3. aut exerta (exerte *vult Fr. Iunius*) *Latinius et Fr. Iunius.* aut certe *D., Fulv. Ursinus.* exerte *C. liber Clementis.* exerta *AB.* 4. necessario *D., Fulv. Ursinus.* 5. maxime *delet Fulv. Ursinus.* 6. sint *D., Fulv. Ursinus.*

d. velut vacantia] Tanquam inutilia et pretii nullius. (Rigalt.) Cf. quae adnotavi ad De Oratione cap. 15.

e. revincamus] Hoc est convincamus, confutemus. V. quae adnotavi ad De Testim. Anim. cap. 1. et De Cultu Femin. II, 6.

f. expunxisse.] Consummasse. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 35.

g. obducitur] Hoc est traducitur, convincitur. V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 46.

h. si humana praesumptio adinvenit.] Tertullianus pseudoprophetiae criminationem primum diluere conatus caput alterum adgreditur ac probare nititur quaedam posse sine imperio et mandato ex arbitrio proprio religioni impendi, quod pluribus argumentis efficere conatur, quorum haec sunt praecipua: Primum, catholicos, etsi aliter definiant, in eadem tamen esse sententia, siquidem praeter ieiunia Paschalia, quae sola apostolica auctoritate niti volebat, alia quandoque eos indicere, quin et stationum semiieiunia (quae sic appellat quod ad horam nonam tantum ieiunarent) celebrare, ac respondere haec ex arbitrio agenda, non ex imperio. Alterum argumentum est, deo plus aliquid quam postulet esse tribuendum, nec obsequium ei deberi tantum, sed et adulationem; illud enim imperio eius, hoc arbitrio praestari. Ad primum argumentum quod attinet, vocum ὁμωνυμία Tertulliano fraudi fuit. Nam catholici cum ieiunia ex arbitrio celebranda dicerent, loquebantur non de ieiuniorum ipsorum institutione, quae a deo instituta sciebant, nec aliter observassent, sed de ieiuniorum celebrandorum ratione ac tempore, quae omnia ex arbitrio agenda dicebant, id est praestanda, cum ita ratio postularet, veluti ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa, ut postea loquitur, aut alia eiusmodi. Nam quemadmodum ICti dicunt factum esse in potestate iudicis, non item ius, ita certum est disciplinae ecclesiasticae observationem ab ecclesia aliquomodo pendere, sed non constitutionem ipsam. Ad alterum autem argumentum quod attinet, crimen fatetur Tertullianus. Nam quid hoc sibi vult, debere nos deo non solum obsequi, sed et adulari, et alia imperio, alia arbitrio praestanda? Nonne hae sunt propriae superstitionis et haereseos notae, vel Tertulliano ipso iudice? cett. (Desid. Heraldus Digress. II, 5. p. 284 sqq.)

i. eidem deo currant] Hoc est eidem deo conveniant, de eodem deo dicta intellegi debeant. (Rigalt.)

et haeresis et [7]pseudoprophetia divinitatis diversitate iudicabuntur [8]apud nos omnes unici dei creatoris et Christi eius antistites, adeoque indifferenter hanc partem defendo, illis offerens in quo velint gradum figere[k]. Spiritus diaboli est, dicis, o psychice. Et quomodo dei nostri officia indicit nec alii offerenda quam deo nostro? Aut contende diabolum cum deo facere nostro, aut satanas paracletus habeatur. Sed hominem antichristum adfirmas; hoc enim vocantur haeretici nomine penes Ioannem. Et quomodo quisquis ille est in Christo nostro haec erga dominum nostrum officia disposuit, cum et antichristi [9]erga deum, adversum nostrum processerint Christum? Quo [10]itaque putas laterum[l] confirmatum apud nos spiritum, cum imperat an cum probat quae deus noster et imperavit semper et probavit? Sed rursus palos terminales figitis[m] deo, sicut de gratia, ita de disciplina, sicut de charismatibus, ita [11]et de sollemnibus, ut proinde officia cessaverint, quemadmodum et beneficia eius, atque ita negetis usque adhuc eum munia imponere, quia et hic Lex et prophetae usque ad Ioannem. Superest ut totum auferatis quantum in vobis tam otiosum.

I Ioh. II, 18. 22. IV, 3. II Ioh. 7.

Matth. XI, 13.

Iam enim et in ista specie [1]ditati saturatique regnatis, non delicta [2]incursantes, quae ieiuniis elimentur, nec revelationum scientia indigentes, quae xerophagiis extorqueantur, nec bella propria metuentes, quae stationibus discutiantur. Ut ab Ioanne paracletus obmutuisset, [3]ipsi nobis prophetae in hanc maxime causam extitissemus, iam non dico ad exorandam dei iram, nec ad impetrandam tutelam eius aut gratiam, sed ad praemuniendam per nosmet ipsos novissimorum temporum condicionem, indicentes omnem *ταπεινοφρόνησιν*, cum carcer ediscendus, et fames ac sitis exercendae, et tam inediae quam anxii victus tolerantia usurpanda sit, ut in carcerem talis introeat Christianus qualis inde prodisset, non poenam illic passurus, sed disciplinam, nec saeculi tormenta, sed sua officia, eoque fidentior processurus ad certamen [4]e custodia abusus[a] nihil habens carnis, sic ut nec habeant tormenta materiam,

Cap. XII. I Cor. IV, 8.

7. pseudoprophetiae *A.* 8. apud nos apud omnes *A.* 9. erga deum *delet Latinius.* 10. utique *A.* 11. et *om. B.*

Cap. XII. 1. dotati *A.* 2. incursantes *Ios. Scaliger.* incusantes *libri omnes.* 3. et ipsi *A.* 4. e custodia obesus *Latinius.* e custodia ab usu *Ios. Scaliger.*

k. gradum figere.] Cf. adnot. ad Scorpiac. cap. 4.

l. Quo itaque — laterum] Ex quo itaque latere. Cf. De Pallio cap. 1 „ab utroque laterum."

m. palos terminales figitis] Auctores finium regundorum palos pro terminis in quibusdam regionibus poni docent, iliceos, oleagineos, iunipereos cett. palos de ilice picatos. (Rigalt.)

Cap. XII. a. abusus] *Abusus,* longo usu propemodum absumptus confectusque. Si quid iuvarent exemplaria, mallem *obesus,* quemadmodum vetus poëta apud Gellium *obesum* dixit pro exili et gracilento. (Rigalt.) Accipio *abusus*

cum sola et arida sit cute loricatus, et contra [4b]ungulas[b] corneus, praemisso iam sanguinis succo[c] tanquam animae impedimentis[d], properante iam et ipsa, quae [4c]iam saepe ieiunans mortem de proximo[e] norit. Plane vestrum est in carceribus popinas exhibere[f] martyribus [5]incertis[g], ne consuetudinem quaerant[h], ne taedeat vitae, ne nova abstinentiae disciplina scandalizentur, quam nec ille [6]Pristinus vester[i] non Christianus martyr[k] adtigerat, [7]quem ex facultate custodiae [8]liberae[l] aliquamdiu [9]farsum, omnibus balneis quasi ba-

4b. virgulas *D.* 4c. tam *Petr. Ciacconius.* 5. incertis *AmgBCD.* incestis *A.* 6. pristinus *A.* pristinum *Nicol. Rigaltius.* 7. quam(?) ex *Fulv. Ursinus.* quem et *libri omnes.* 8. libere *A.* 9. farsum *AB., Fr. Iunius.* fartum *CD. liber Clementis.*

pro genitivo substantivi, struendo cum voce *carnis,* non pro participii nominativo, quamquam sententia eadem evadit. *Abusus* pro *abusione* vox satis frequens apud ICtos. Cf. Dirksen Manuale s. v.

b. ungulas] De his cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 12.

c. praemisso iam sanguinis succo] Praemisso, scilicet ad deum, quo iam et ipse totus properat. Sic alibi dixit *praemissam* uxorem, *praemissos* liberos iam saeculo digressos. (Rigalt.)

d. tanquam animae impedimentis] Impedimenta dicit militari significatu. Christianus iam plurimis emaciatus ieiuniis praemisit ad dominum hanc sui partem, sanguinem suum scilicet, tanquam impedimenta sua, tanquam vasa, tanquam supellectilem. Quam gravis hic paracleticus doctor cum istis ieiuniis austeris! Sane miror in fibris exsanguibus et corneis tantum ingenii, tantum amoenitatis, tantum elegantiarum. (Rigalt.)

e. de proximo] Cf. adnott. ad De Patientia cap. 7.

f. in carceribus popinas exhibere] Principio libri adversus Valentinianos facilem esse ait fratrum caritatem, et libro adv. Praxean [cap. 3.] maiorem semper credentium partem simplices et idiotas. Hic ergo hominibus id genus exprobrare videtur beneficentissimae caritatis officia in Peregrinum illum impostorem collata, qui tandem agnitus et Christiana communione depulsus a Luciano describitur, cuius etiam inter ethnicorum exempla meminit Septimius lib. ad Martyras [cap. 4.]. *Popinas exhibere* Lucianus „*συνεκάθευδον μετ' αὐτοῦ, διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας, εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο.*“ (Rigalt.)

g. martyribus incertis] Quorum fides minus spectata neque satis explorata. (Rigalt.)

h. ne consuetudinem quaerant] Ne consueta, ne sua desiderent. Ut lautius in carceribus vivant quam domi. (Rigalt.)

i. Pristinus vester] Legendum arbitror *pristinum vester,* hoc est quondam vester, quemadmodum initio libri adv. Praxean dixit „*pristinum* doctor.“ In hanc vero historiam quam narrat Septimius plurima quadrant eorum quae Lucianus de Peregrino tradidit. Nam et istum apud Christianos in fama et pretio aliquamdiu fuisse refert, ac propter habitos ab eo per oppida Syriae de Christo sermones, comprehensum missumque in carcerem, atque ibidem Christianorum caritate et studio diligentissime curatum, coenis omne genus illatis, mox per humanitatem praesidis emissum carcere. Postea vero ob delicta quaedam ab Christiano consortio eiectum varias urbes obiisse non sine gloria philosophantem, ac demum Olympiae insana quaerendi nominis cupidine percitum convocata multitudine, postquam verba multa de contemptu mortis fecisset, in ardentem rogum insiliisse, nec visum amplius. (Rigalt.)

k. non Christianus martyr] Martyrem istum, qualiscunque fuerit, psychicum, id est catholicum fuisse ait Septimius, non Christianum, quia tormentis admotus Christum negaverat. Peregrinum suum Lucianus scribit in carcerem coniectum, propterea quod Christum coleret, „*τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἄνθρωπον ἐν Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα,*“ confestim accurrisse Christianos, uti fratres, atque omnimoda solatia contulisse, quin etiam cum eo in carcere permansisse, ac pernoctasse corruptis custodiis. (Rigalt.)

l. facultate custodiae liberae] Lucianus: „*διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας.*“ (Rigalt.)

ptismate melioribus, et omnibus luxuriae secessibus quasi [10]ecclesiae secretioribus, et omnibus vitae [11]istius inlecebris quasi [12]aeternae dignioribus hoc, puto, [13]obligatum, ne mori vellet, postremo ipso tribunalis die luce summa condito mero tanquam antidoto praemedicatum[m] ita [14]enervastis, ut paucis ungulis titillatus[n] (hoc enim ebrietas sentiebat) quem dominum confiteretur interroganti praesidi respondere non potuerit amplius, atque ita [15]de hoc iam [16]extortus[o], cum singultus et ructus solos haberet, in ipsa negatione [17]discessit[p]. Ideo sobrietatis disciplinam qui praedicant pseudoprophetae, ideo haeretici qui observant. Quid ergo cessatis paracletum, quem in Montano negatis, in [18]Apicio[q] credere?

Praescribitis constituta esse sollemnia huic fidei scripturis vel traditione maiorum, nihilque observationis amplius adiciendum [1]ob illicitum innovationis[a]. [2]State in isto gradu, si potestis. Ecce enim convenio[b] vos et praeter pascha ieiunantes citra illos dies quibus ablatus est sponsus et stationum semiieiunia interponentes, et [3]vos[c] interdum pane et aqua victitantes, ut cuique visum est. Cap. XIII

10. ecclesia *D. in Addendis.* 11. istius *om. D. in Addendis.* 12. aeterna dignitatibus *D. in Addendis.* 13. obligatum *D., Fulv. Ursinus.* oblegatum *ABC.* oblectatum *Leopoldus.* 14. enerva sitis *A.* 15. de *om. Latinius.* 16. extortus *ACD. liber Clementis.* exortus *B.* 17. discessit *Fr. Iunius. Probat etiam Muenterus Prim. Eccl. Afr. p.* 184. digessit *libri omnes.* 18. Apitio *ABC.*

Cap. XIII. 1. ab illicito *A.* 2. statu *A.* 3. vero *D., Fulv. Ursinus.*

m. condito mero tanquam antidoto praemedicatum] Vino myrrhato consopitum, myrrhae consumptione obfirmatum. In historia passionis Fructuosi, Augurii et Eulogii legimus oblatum iis a fraterna caritate condimentum, admonitosque ut permixtum poculum sumerent, dixisse, nondum esse horam solvendi ieiunii. Nempe agebatur hora diei quarta, feria vero quarta; qua feria illi, etiam in carcere, stationem de more celebrabant. Sed cur fraterna illa caritas feria quarta condimentum offerebat? cum sexta tantum feria ducti sint martyres. Nisi quia putarent ipsa feria quarta ducendos. Ceterum imposturam martyrio fecisse videntur qui in ipso martyrii procinctu corpora sic curabant sua, ut cruciatus et tormenta minime sentirent. Nam quae constantia, quaeve gloria medicatae potionis crapula consopito, sensibus interceptis? (Rigalt.) De medicato aromatibus narcoticis vino quod tormenta et mortem subituris subministrare solebant veteres Christiani et Iudaei v. Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 184. adn.

n. paucis ungulis titillatus] Ita consopitus fuerat, ut ungulas admotas quasi titillantis manum pateretur. (Rigalt.)

o. de hoc iam extortus] Quod interroganti praesidi non responderet. Peregrinum suum Lucianus extortum fuisse non tradit, immo dimissum. (Rigalt.)

p. in ipsa negatione discessit.] Rigaltius servata pristina scriptura *digessit* ita interpretatus est: Honesto vocabulo foedum negotium significat. Nam hic Pristinus nimio vini ac ciborum fartus admotis tormentis Christum negavit, atque in ipsa negatione inter singultus et ructus alvo perfide laxata fecit quod in Milesia fabula Lucius cum ab asino suo carnifices abegit, seu quod moriens Claudius Caesar, qua parte facilius, ut ait Seneca, loquebatur. Sed quomodo negavit qui prae temulentia solos singultus et ructus haberet? Negasse Christum videtur qui per ebrietatem eripuerat sibi martyrii sensum et praeclarae confessionis gloriam.

q. Apicio] Cf. De Pallio cap. 5.

Cap. XIII. a. ob illicitum innovationis.] Cf. Desid. Herald. Digress. II, 5. p. 284 sq.

b. convenio] Quasi contraria actione. De hoc verbo cf. quae adnotavi ad Apolog. cap. 10.

c. vos] Rigaltius *vero*, quod interpretatur *mero, puro.*

Denique respondetis haec ex arbitrio agenda, non ex imperio. Movistis igitur gradum[d] excedendo traditionem, cum quae non [4]sunt constituta obitis. Quale est autem, ut tuo arbitrio permittas quod imperio dei non das? Plus humanae licebit voluntati quam divinae potestati? Ego me saeculo, non deo liberum memini. Sic meum est ultro officium facere domino, [5]sic[e] indicere illius est. Non tantum obsequi ei debeo, sed et adulari; illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo praesto. Bene autem, quod et episcopi universae plebi mandare ieiunia adsolent[f], non dico de industria stipium conferendarum[g], ut vestrae capturae[h] est, sed interdum et ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticae causa. Itaque si et ex hominis edicto et in unum omnes *ταπεινοφρόνησιν* agitatis, quomodo in nobis ipsam quoque unitatem ieiunationum et xerophagiarum et stationum denotatis? nisi forte in senatus consulta et in principum mandata coitionibus[i] opposita delinquimus. Spiritus sanctus, cum in quibus vellet terris et per quos vellet praedicaret, [6]ex providentia imminentium sive ecclesiasticarum tentationum sive mundialium plagarum, [7]qua paracletus, id est advocatus ad exorandum iudicem, huiusmodi officiorum remedia mandabat, puta, nunc ad exercendam sobrietatis et abstinentiae disciplinam; hunc qui recipimus, necessario etiam quae tunc constituit observamus. Aspice ad Iudaicos fastos, et invenies nihil novum, si quae patribus sunt praecepta omnis deinceps posteritas haereditaria religione custodit. Aguntur [8]praeterea per Graecias [9]illa certis in locis concilia ex universis ecclesiis, per quae et altiora quaeque in commune tractantur, et ipsa repraesentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quam dignum fide auspicante congregari undique
Ps. CXXXIII, 1. ad Christum! Vide, quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum! Hoc tu psallere non facile nosti, nisi quo tempore

4. sunt *A.* sint *BCD.* 5. sicut *D., Latinius.* 6. ex *om. A.* 7. qua paracletus, id est advocatus ad exorandum iudicem dicitur, huiusmodi *A.* 8. praeterea *AD. liber Clementis.* praecepta *BC.* 9. illa *D., Fulv. Ursinus.* illas *ABC.*

d. Movistis igitur gradum] Cf. quae adnotata sunt ad Scorp. cap. 8.

e. Sic meum est — — sic] Fuerunt qui corrigerent *Sic meum est ultro officium facere domino, sicut indicere illius est.* Sed Tertulliani stili sunt talia. Sic De Spectac. cap. 10. dixit „*illi* per sexum, *illi* per luxum dissolutis" pro „*huic* p. s. *illi* p. l. d." In primis vero huc pertinet illud *quam — quam* pro *tam — quam* usurpatum, cuius usus exempla indicavi ad De Idolol. cap. 4. Adde De Orat. cap. 22.

f. Bene autem quod et episcopi universae plebi mandare ieiunia adsolent] Cf. Desid. Heraldus ad Apolog. cap. 39. et ad Minuc. Felicis Octav. p. 68.

g. stipium conferendarum] Cf. Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 66 sq.

h. capturae] De hoc vocabulo v. interprr. ad Sueton. Calig. cap. 40. Cf. etiam Muenter l. l.

i. coitionibus] V. Desid. Heraldus in Apolog. cap. 39.

cum compluribus coenas. Conventus autem illi stationibus prius et ieiunationibus [10]operati dolere cum dolentibus, et ita demum congaudere gaudentibus norunt. Si et ista[k] sollemnia, quibus tunc[l] praesens patrocinatus est sermo, nos quoque in diversis provinciis fungimur in spiritu invicem [11]repraesentati[m], lex est sacramenti[n].

Horum igitur tempora observantes et dies et menses et annos galaticamur[a]. Plane, si Iudaicarum caeremoniarum, si legalium sollemnitatum observantes sumus; illas enim apostolus dedocet compescens veteris testamenti in Christo sepulti perseverantiam et novi sistens. Quod si nova conditio [1]in Christo, nova et sollemnia esse debebunt[b]: aut si omnem in totum devotionem temporum et dierum et mensium et annorum erasit apostolus, cur pascha celebramus [2]annuo circulo in mense primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus et ieiuniis parasceuen[c]? Quamquam vos

Cap. XIV. Gal. VI, 10 sqq.

II Cor. V, 17.

10. operari *A.* 11. repraesentari lex est sacramenti *Ios. Scaliger.*

Cap. XIV. 1. in Christo, nova *D., Fulv. Ursinus, Fr. Iunius.* in Christo sepulti per perseverantiam nova *A.* in Christo sepulti perseverant, iam nova *BC.* in Christo sepelit perseverantiam, nova *Ios. Scaliger. Quam emendationem recepissem, nisi illa* sepulti per perseverantiam *per errorem librarii ex praecedentibus repetita esse evidenter apparerent. Alioquin possis et rescribere* nova conditione in Christo sepulta perseverantia, nova *cett.* 2. animo *A.*

k. ista] Istiusmodi.

l. tunc] Cum agebantur.

m. in spiritu invicem repraesentati] In spiritu sancto in unum congregati.

n. lex est sacramenti.] Communionis Christianae lex est, ut nostrum sit quodcunque nostrorum est; ceterum dividit corpus. Sic enim ait lib. De Veland. Virginibus cap. 2., ubi et alia praeclara de Christiani corporis partium consensu. (Rigalt.)

Cap. XIV. a. galaticamur.] Insanimus ut Galatae. Sic ab ingenio Cilicum fraudulento verbum *ἐγκιλικίζειν* formavit Pherecrates comicus, ad fraudes et imposturas deorum gentilium significandas: „*ἀεί ποθ' ἡμῶν ἐγκιλικίζουσ', οἱ θεοί,*“ imponunt et illudunt nobis cilicatim. Galaticamur, desipimus galaticatim; iudaizamus ut Galatae. (Rigalt.)

b. nova et sollemnia esse debebunt] Totum hunc locum sic lego: *Quod si nova conditio in Christo, nova et sollemnia esse debebunt. Aut* cett. Nam illa verba *sepulti perseverant, iam* ex praecedente versu repetita sunt falso, cum librarius bis *in Christo* scripturus esset. Est autem *nova conditio καινὴ κτίσις* II Corinth. cap. 4., nova creatura, ex Tertulliani usu, cuius sollemnia et nova esse arguit oportere. (Fr. Iunius.) De vocabulo *conditio,* si placet, adeas adnott. ad De Corona cap. 6.

c. et ieiuniis parasceuen?] Ait Tertullianus sepultis testamenti veteris sollennibus Christianos condidisse novas in Christo leges et nova sollennia abrogatis ieiuniis Mosaicis instituisse stationes et ieiunia Christiana. Et stationibus quidem dicatas fuisse ferias cuiusque septimanae quartam et sextam, excepta feria sexta, quae esset *παρασκευὴ τοῦ πάσχα,* septimanae scilicet authenticae in quam incideret Pascha, sive dies Paschae, sabbatum Paschale, quo die Christus Ecclesiae sponsus ablatus est. Etenim eo die indicta fuisse ieiunia, quae non solum a Paracleticis, verum etiam a Psychicis in sabbatum continuabantur. Hic vero Tertullianus observat sabbatum in Pascha ieiunandum, hoc est sabbatum septimanae in quam incidisset dies Paschae sive passionis dominicae, quae est *νήστιμος ἡμέρα,* cetera sabbata nunquam ieiunanda; ne iudaizare aut galaticari videamur. Addit *Nobis certe omnis dies etiam vulgata consecratione celebratur.* Quibus verbis consentanea sunt haec Hieronymi Epist. 151, „Nobis qui in Christum credimus resurgentem,

etiam sabbatum, si quando[d], continuatis, nunquam nisi in pascha ieiunandum secundum rationem alibi redditam[e]. Nobis certe [3]omnis dies etiam vulgata consecratione [4]celebratur. Nec ergo apud apostolum differentiae ratio, distinguentem nova et vetera. Sed et hic inaequalitas vestra ridebitur, cum vetustatum formam nobis exprobratis in [5]quo causam novitatis accusatis.

Cap. XV. I Tim. IV, 3. [1]Reprobat[a] etiam illos qui [2]iubeant cibis abstinere, sed de providentia spiritus [3]sancti, praedamnans iam haereticos perpetuam abstinentiam praecepturos ad destruenda et despicienda opera creatoris, quales inveniam apud Marcionem, apud Tatianum[b], apud Iovem, hodiernum de Pythagora haereticum[c], non apud paracletum. Quantula est enim apud nos interdictio ciborum? Duas in anno hebdomadas xerophagiarum[d], nec totas, exceptis scilicet sabbatis et dominicis, offerimus deo, abstinentes ab eis quae non reicimus, sed differimus. [3b]Atqui ad Romanos scribens vos nunc compungit Rom. XIV, 20 sq. [4]retractatores[e] huius officii, Ne propter pabulum solveritis, inquit,

3. omni die *A.* 4. celebrantur *A.* 5. quo *D., Fulv. Ursinus.* qua *ABC.*

Cap. XV. 1. Reprobrat *A.* 2. iubebant *CD.* 3. sancti *D., Petr. Ciacconius.* sanctus *ABC. Probat Fr. Iunius.* 3b. Atquin *CD.* 4. retractatores *ABC.* detractatores *Fulv. Ursinus.* detrectatores *D.*

ingis et aeterna festivitas est, nec putare debemus alios dies festos, alios non festos.“ Adepta scilicet per Christum libertate, quae nostris cervicibus exemit iugum Mosaicarum caeremoniarum et legalium sollennitatum. Unde intelligimus, inquit Septimius noster adv. Iudaeos cap. 4., magis sabbatizare nos ab omni opere servili semper debere, et non tantum septimo quoque die, sed per omne tempus. Denique omne tempus sabbatizat, hoc est sanctificat, qui sapit ad libertatem evangelicam, ac sese abstinet ab omni opere servili, nempe observationum ac caeremoniarum Iudaicarum. (Rigalt.)

d. si quando] Quandoque. Cf. adnot. ad De Pudic. cap. 1.

e. secundum rationem alibi redditam.] Fr. Iunio videtur respici ad verba illa cap. 2 „Certe in evangelio illos dies ieiuniis determinatos putant in quibus ablatus est sponsus, et hos esse iam solos legitimos“ cett.

Cap. XV. a. Reprobat] Apostolus. Cf. Hieronymus Adv. Iovin. II, p. 210. ed. Bened. „Reprobat quidem apostolus eos qui prohibebant nuptias et iubebant cibis abstinere, quos deus creavit ad utendum cum gratiarum actione; sed et Marcionem designat et Tatianum, et ceteros haereticos, qui abstinentiam indicunt perpetuam, ad destruenda et contemnenda et abominanda opera creatoris.“

b. apud Marcionem, apud Tatianum] Nuptias enim damnavit Marcion (cf. lib. I. adv. Marc. cap. 29.). De Tatiano Epiphanius [Haer. 66.] evidentissime „*ἐγκρατείαν δὲ οὗτος κηρύττει, τὸν δὲ γάμον πορνείαν καὶ φθορὰν ἡγεῖται, φάσκων μηδὲν διαλλάττειν πορνείας τὸν γάμον.*“ (Fr. Iunius).

c. apud Iovem, hodiernum de Pythagora haereticum] Huius haeretici memoria apud alios, quod sciam, non extat.

d. Duas in anno hebdomadas xerophagiarum] Hieronymus ad Marcellam (Epist. XXVII. p. 65. tom. IV. ed. Bened.), ubi de Montani sectatoribus: „Illi tres in anno faciunt quadragesimas, [quasi tres passi sint salvatores].“ Sic ingenia sunt mortalium, ubi semel ab regula descivere. Itaque iam aevo Hieronymi supra magistrum erant discipuli, duabus Montanicarum xerophagiarum septimanis tertiam addiderant. At sic eos quoque putamus septimanas dixisse quadragesimas, quemadmodum Hieronymus dixit „Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto anno tempore nobis congruo [toto orbe nobis congruo *legitur in ed. Bened.*] ieiunamus.“ (Rigalt.)

e. retractatores] Sic habent libri ve-

opus dei. Quod opus? De quo ait, Bonum est carnem non edere et vinum non potare. Nam qui in istis servit, placabilis et propitiabilis deo nostro est. Quidam credit omnia manducanda esse, [1]quidam autem infirmus [4b]olera vescitur; qui manducat, ne [5]nullificet non manducantem. Tu quis es, qui alienum servum iudicas? Et qui manducat, et qui non manducat, deo agit gratias. Cum autem humano arbitrio [6]vetet controversiam fieri, quanto magis divino? Ita sciebat quosdam castigatores et interdictores victus incusare, qui ex fastidio, non qui ex officio abstinerent, probare vero qui in honorem, non qui in convicium creatoris. Et si claves macelli[f] tibi tradidit permittens esui omnia ad constituendam idolothytorum exceptionem, non tamen in macello regnum dei inclusit, Nec enim, inquit, esus aut potus est dei regnum, et, Esca nos deo non commendat, non ut de arida dictum putes, sed potius de uncta et accurata, siquidem subiciens, Nec si manducaverimus, [7]abundabimus, nec si non manducaverimus, deficiemus, tibi magis insonat qui abundare te existimas si edas, et deficere si non edas, et ideo ista detractas. Dominum quoque quam indigne ad tuam libidinem interpretaris passim manducantem et bibentem, sed puto, quod etiam [8]ieiunarit qui beatos non saturatos, sed esurientes et sitientes pronuntiarit, qui escam profitebatur, non quam discipuli existimarant, sed paterni operis perfectionem, docens operari escam quae permanet in vitam aeternam, [9]in ordinaria etiam oratione panem mandans postulandum, non et [10]Attalicas divitias. Sic et Esaias non negavit deum elegisse ieiunium, sed quale non elegerit enumeravit. In diebus enim, inquit, ieiuniorum vestrorum inveniuntur [11]voluntates vestrae, et omnes subiectos vobis succutitis, aut ad convicia et lites ieiunatis et caeditis pugnis. Non tale ieiunium

1 Rom. XIV, 2 sqq.
1 Cor. X, 25 sqq.
Rom. XIV, 17.
1 Cor. VIII, 8.
Matth. XI, 19. IV, 2. V, 6.
Ioh. IV, 34. VI, 27.
Matth. VI, 11.
Ies. LVIII, 3 sqq.
Ies. LVIII, 3.

4b. olera *CD. liber Clementis.* olere *AB.* 5. nullificet *CD. liber Clementis, Fulv. Ursinus.* vilificet *AB.* 6. vetet *CD., Harrisius, Fulv. Ursinus.* vitet *AB.* 7. abundabimus *CD., Harrisius.* abundavimus *AB.* 8. ieiunarit *CD. liber Clementis.* ieiunavit *AB.* 9. inordinaria *A.* 10. Attalicas divitias. Sic *AD.* Attalicas. Sic *BC.* 11. voluntates *C.* voluptates *reliqui.*

teres. Sequioris enim aevi scriptores *retractare* usurpant passim pro *detractare* vel *detrectare.* Vet. Gloss. in Mai Auctt. Class. tom. VI. p. 520 „*Detractat, retractat, recusat.*“ Gloss. Philoxeni „*Retractas, διαλογίζῃ, ἀναβάλλῃ, δεισιδαιμονεῖς, ἀναλογίζῃ.*“ Sic fr. 13. pr. de Accus. 48, 2 „Qui reipublicae causa abfuerit, dum non *retractandae* (al. *detrectandae*) legis causa abest.“ Tertull. Apolog. cap. 21 „fortassean hoc nomine de statu eius *retractetur*“ cett. Ibid. cap. 39 „de solo triclinio Christianorum *retractatur*“ cett. Cf. ibid. capp. 4 et 11. Videndus est de hoc vocabulorum *retractare* et *retractator* usu et Salmasius ad Scriptt. Hist. Aug. p. 31. et p. 168.

f. macelli] Et hic imitatus est Hieronymus l. l. „Nec mirum, si omne quod in macello venditur apostolus emi iubeat et comedi, cum idololatris et adhuc in templo idolorum quasi idolothyta vescentibus, pro summa abstinentia fuerit cibis tantum abstinere gentilium.“

ego elegi, sed quale subiecit, et subiciendo non abstulit, sed confirmavit.

Cap. XVI. Ps. LI, 18 sq. Num. XI, 4. 13. 32 sqq. I Sam. IV, 17 sqq. I Reg. XIII. Luc. XVI, 25. 29. Ioël I, 14.

Nam et si mavult opera iustitiae, non tamen sine sacrificio, quod est anima conflictata ieiuniis. Ille certe deus, cui nec populus incontinens gulae placuit, nec sacerdos, nec prophetes. Manent adhuc [1]monumenta concupiscentiae, ubi sepultus est populus carnis avidissimus usque ad choleram [2]ortygometras [3]cruditando[a]. Eliditur pro templi foribus senior Heli, filii eius in acie ruunt, nurus expirat in [4]partu. Hanc enim meruerat a deo plagam domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix. Sameas[b], homo dei, cum exitum prophetasset idololatriae introductae a rege Hieroboam, post manum eius regis arefactam et statim restitutam, post altare [5]diffusum[c], ob haec signa [6]de satisfactione invitatus a rege plane [7]excusavit (prohibitus enim a deo fuerat) illic[d] cibum in totum attingere; sed ab alio mox sene mentito [8]prophetam temere pastus, secundum verbum dei ibidem factum super mensam, non est in paternis sepultus. Leonis enim in via occursu prostratus et apud exteros conditus poenam deserti ieiunii luit. Haec erunt exempla et populo et episcopis, etiam spiritalibus, si quam incontinentiam gulae admiserint. Sed nec apud inferos admonitio cessavit, [9]ubi in divite epulone quidem convivia [10]cruciantur, in paupere vero ieiunia recreantur, habentia praeceptores Moysen et prophetas. Nam et Iohel exclamavit[e], [11]Sanctificate ieiunium [12]et curationem, prospiciens iam [13]tunc et alios apostolos et prophetas sancituros ieiunium et prae-

Cap. XVI. 1. munimenta *A.* 2. ortygometras *D.* ortygometram *Ios. Scaliger.* ortygometra *ABC.* 3. conditando *A.* eructando *Iac. Pamelius, Hieronymum Adv. Iovin. II, p.* 211. *tom. IV. ed. Bened. secutus.* 4 pastu *A.* 5. difissum *Harrisius.* 6. de satisfactione *ego.* ad satisfactionem *Latinius.* et satisfactione *ABCD.* 7. recusavit *malebat V. D. ad marg. exempli alicuius quod ego possideo.* 8. prophetam *AB. liber Clementis.* prophetiam *CD.* 9. ubi in divite epulone quidem *ego.* de divite epulone quidem *A.* ubi in divite quidem *BCD.* 10. conciliantur *A.* 11. Sanctificate *AB.* Sancite *CD. liber Clementis.* 12. et orationem *AB.* et praedicate curationem *CD.* 13. et tunc *BCD.*

Cap. XVI. a. ortygometras cruditando.] Verbo *cruditare* utitur Tertullianus et Scorp. cap. 5 „in mortem *cruditavit.*" Apolog. cap. 9 „Ipsorum ursorum alvei appetuntur *cruditantes* adhuc de visceribus humanis." Ceterum cf. ad haec verba Hieronymum l. l. p. 211 „Quae sepulchra concupiscentiae, ubi carnibus deditus populus ruit, usque hodie in solitudine perseverant? Et crassus populus ortygometram scribitur ad choleram usque ructasse?"

b. Sameas] Libro tertio Regum nomen huius prophetae non traditur; Iosepho dicitur *Iadon,* Epiphanio *Ioam.* (Rigalt.)

c. post altare diffusum] Etenim diruti altaris cineres diffusi ac dispersi: „ῥήγνυται καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πιότης ἡ ἐπ' αὐτοῦ." (Rigalt.)

d. illic] Vulgata interpunctio est *plane excusavit. Prohibitus enim a deo fuerat illic cibum in totum attingere; sed* cett.

e. exclamavit] Hieronymus l. l. „Sed et Ioël clamitat, Sanctificate ieiunium, praedicate curationem, ut monstraretur ieiunium sanctificari ceteris operibus, et sanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum."

dicaturos officia curantia deum. Unde et qui in [14]idolis comendis et [15]in sacro [16]ornandis et ad singulas horas salutandis [17]adulantur, curationem facere dicuntur. Sed et omnem *ταπεινοφρόνησιν* ethnici agnoscunt. Cum stupet caelum[f] et aret annus, nudipedalia denuntiantur[g], [18]magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Apud quasdam vero colonias praeterea [19]annuo ritu saccis velati et cinere conspersi idolis suis invidiam [20]supplicem obiciunt[h], balnea et [20b]tabernacula[i] in nonam usque cluduntur. [21]Unus in publico ignis apud aras, aquae nec in lancibus. [22]Niniviticum [23]credo [24]iustitium. Iudaicum certe ieiunium ubique celebratur, cum omissis templis per omne litus[k] quocunque in aperto aliquando iam precem ad caelum mittunt. Et licet cultu et ornatu maeroris munus infament, tamen fidem abstinentiae adfectant et stellae auctoritatem demorantis[l] suspirant. Sed bene quod [25]tu nostris xerophagiis blasphemias ingerens [26]casto Isidis et Cybeles[m] eas adaequas. Admitto testimonialem comparationem. [27]Hinc [28]divina constabit, quam diabolus divinorum aemulator imitatur. Ex veritate mendacium struitur, ex religione superstitio compingitur. Hinc tu eo inreligiosior quanto ethnicus paratior. Ille denique [29]deo idolo gulam suam mactat, tu deo non vis. Deus enim tibi venter est, et pulmo templum, et aqualiculus altare, et sacerdos cocus, et sanctus spiritus nidor, et condimenta charismata, et ructus prophetia. Rom. XVI, 18.

14. idolis comendis *BCD.* idoliis comedissent *A.* 15. in sacro *ego.* in hac re *ABC.* in aris *D., Fulv. Ursinus.* 16. ordinandis *A.* 17. diis adulantur *Fulv. Ursinus.* 18. magis purpuras *A.* 19. animo *A.* 20. supplices *Barthius ad Statii Opp. tom. III. p.* 1068. 20 b. tabernae *Petr. Ciacconius.* 21. unus *om. A.* 22. in Niniviticum *A.* Niniviticam *liber Clementis.* 23. crede *A.* 24. iustitiam *liber Clementis.* institutum *A.* 25. tu nostris *Fulv. Ursinus.* in nostris *libri omnes.* 26. sacco Isidis *A.* 27. Huic *A.* 28. divinam *D., Fulv. Ursinus.* 29. deo *om. D., cum Fulvio Ursino.*

f. Cum stupet caelum] Apolog. cap. 40 „si caelum stetit."

g. nudipedalia denuntiantur] V. adnot. ad Apolog. cap. 40.

h. invidiam supplicem obiciunt] Cf. quae adnotata sunt ad Apolog. cap. 40. fin.

i. tabernacula] Tabernae. (Rigalt.) De hora ad quam patuerint balnea et tabernae consulas Salmasium ad Scriptt. Hist. Aug. p. 55., qui et hunc Tertulliani locum excitat. Vocabulum *tabernaculum* pro taberna usurpat etiam lex 10. Cod. Theodos. de Episc. 16, 2 „Quaestus, quos ex *tabernaculis* et ergasteriis colligunt."

k. per omne litus] De litoralibus Iudaeorum his precibus cf. etiam Ad Natt. I, 13.

l. demorantis] Morantis, tardantis. Sic Plautinus Sosia Solem queritur obdormisse ebrium. Stellam significat quam Plautus Vesperuginem, Ennius Vesperum, Virgilius Hesperon appellant. Auctoritatem vero praesentiam dicit. Etenim, quamvis famelici, nullum adtingere audebant cibum ante vesperum exortum. (Rigalt.)

m. casto Isidis et Cybeles] *Casto, τῇ ἁγνείᾳ. Castimoniam* dixit supra [cap. 2.]. Quod autem Latini dicunt „in casto Cereris esse," Graecus aliquis scriptor apud Suidam dixit „*τὰς Μητρωακὰς καστείας ἁγνεύειν.*" „Graeco *castu*" dixit Varro pro Graeco ritu. (Rigalt.) Cf. supra adnot. ad cap. 2.

Cap. XVII. [1]Vetus es[a], vera si velimus dicere, tu qui tantum gulae indulges, et merito te priorem iactitas; semper agnosco sapere Esau venatorem ferarum; ita passim indagandis [2]turdis studes, ita de campo laxissimae disciplinae tuae venis, ita spiritu deficis. Si tibi lenticulam defruto inrufatam obtulero, statim totos primatus tuos vendes[b]; apud te [3]agape in caccabis fervet, fides in culinis calet, spes in ferculis iacet. Sed maioris est agape, quia per hanc adulescentes tui cum sororibus dormiunt. Appendices scilicet gulae lascivia atque luxuria [4]est[c]. Quam societatem et apostolus sciens, cum praemi-
Rom. XIII, 13. sisset, Non in ebrietatibus nec in comessationibus, adiunxit, Nec in cubilibus et libidinibus. Ad elogium gulae tuae pertinet, quod duplex apud te praesidentibus honor[d] binis partibus deputatur, cum
I Tim. V, 17. apostolus duplicem honorem dederit, ut et fratribus et praepositis. Quis sanctior inter vos, nisi convivandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior[e], nisi calicibus instructior? Merito homines solius animae et carnis spiritalia recusatis. Talibus si placerent prophetae,
Ies. XXII, 13. I Cor. XV, 32. mei non erant. Cur ergo non constanter praedicatis, Manducemus et bibamus, cras enim moriemur? Sicuti nos non dubitamus exerte mandare, Ieiunemus fratres et sorores, ne forte cras moria-
Rom. VIII, 8. mur. Palam disciplinas [5]nostras vindicemus. Nos certi sumus eos qui in carne sunt deo placere non posse, non utique [6]substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in voluntate. Macies non displicet nobis; neque enim ad pondus deus
Ioh. III, 34. carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram. Facilius, si forte[f],

Cap. XVII. 1. Vetus es, vera si *BD.* vetus est. Vera si *C.* vetus est. Et si *D.* 2. turbis *A.* 3. agapē caccabis sero, et fides in culmis *A.* 4. est *om. D.* 5. nostras *ACD. liber Clementis.* vestras *B.* 6. in substantia *D., Latinius.*

Cap. XVII. a. Vetus es] Catholici adversus Montanistas eo maxime gloriabantur quod essent veteris disciplinae cultores, novos ritus, nova ieiunia non admitterent. Septimius igitur, cum iam ad Montanum defecisset, catholicum alloquitur ludens in vetustatem illam catholicam: Vetus es, inquit, hoc sane fatemur, et ad vetera illa respicis, sed ut nobis inde exhibeas aliquem Esau venatorem ferarum. (Rigalt.)

b. statim totos primatus tuos vendis] Eius primatum dicit, cuius disciplina antecedebat tempore Montani disciplinam, ideoque supra dixit „et merito te priorem iactitas." (Rigalt.)

c. Appendices scilicet gulae lascivia atque luxuria est.] Adv. Marcion. II, 18 „Agnosce simul et *comitibus gulae, libidini scilicet atque luxuriae* prospectum, quae fere ventris castigatione frigescunt." De Spectac. cap. 2 „*ventrem ad gulae societatem.*"

d. duplex apud te praesidentibus honor] Binas partes intelligit ventrem et veretrum, hoc est ingluviem et libidinem. Itaque episcopis apud psychicos duplicem quidem honorem exhiberi ait, sed non ut fratribus et praepositis, quod apostolus praeceperit, verum ut gula et vino potentibus. (Rigalt.) De vocab. *elogium* cf. adnot. ad De Corona cap. 5.

e. obsonandi pollucibilior] Sic *pollucibilem* Cleopatrae coenam dixit Macrob. Saturn. III, 17. Cf. Iuret. ad Symmach. Epist. 24. p. 96. et Du Cangius Gloss. Med. et Inf. Latin. tom. V. p. 335. ed. Hensch. s. v.

f. si forte] De hoc *si forte* Septimiano v. adnot. ad De Corona cap. 5.

per angustam salutis ianuam introibit caro exilior; citius resuscitabitur caro levior, diutius in sepultura durabit caro aridior. Saginentur pugiles et pyctae Olympici[g]. [7]Illis ambitio corporis competit quibus et vires necessariae, et tamen [7]illi quoque xerophagiis invalescunt. Sed nostra alia robora aliaeque vires, sicut et alia certamina, quibus non est luctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus mundi [8]potestates, adversus spiritalia malitiae. Adversus haec non carne et sanguine, sed fide et spiritu robusto oportet adsistere. Ceterum [9]saginatior Christianus ursis et leonibus forte quam deo erit necessarius, nisi quod et adversus bestias maciem exercere [10]debebit. Eph. VI, 12.

7. alii *A.* 8. potentes *Latinius.* 9. saginator *B.* 10. debebit. EXPLICIT DE IEIVNIO ADVERSVS PSYCHICOS. *A.*

g. Saginentur pugiles et pyctae Olympici.] De xerophagia athletarum v. Salmas. ad Tertull. De Pallio p. 261 sqq. Krause in Pauly Encyclop. s. v. *Athletae* tom. I. p. 912 sqq.

DE
VIRGINIBUS VELANDIS.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat librum scriptum Vindobonensem.
B - - - Leidensem.
C - editionem principem, Beati Rhenani, quae prodiit Basileae a. MDXXI.
a - - - Beati Rhenani, quae prodiit Basileae a. MDXXXIX.
b - - - Sigism. Gelenii, quae prodiit Basileae a. MDL.
c - - - Iac. Pamelii, quae prodiit Antverpiae a. MDLXXIX.
d - - - Nic. Rigaltii, quae prodiit Parisiis a. MDCXXXIV.

DE

VIRGINIBUS VELANDIS.

Proprium iam negotium passus meae opinionis[a] Latine quo- Cap. I.
que ostendam virgines [1]nostras velari oportere ex quo transitum aetatis suae fecerint: hoc exigere veritatem, cui nemo praescribere[b] potest, non spatium temporum, non [2]patrocinia personarum, non privilegium regionum. Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita in usum per successionem corroboratur et ita adversus veritatem [3]vindicatur. Sed dominus Ioh. XIV, 6.
noster Christus veritatem se, non consuetudinem, cognominavit. Si semper Christus, et prior omnibus, aeque veritas sempiterna et antiqua res. Viderint ergo quibus novum est quod sibi vetus est. [4]Haereses non tam novitas quam veritas revincit[c]. Quodcunque adversus veritatem sapit, hoc erit haeresis, etiam vetus consuetudo. Ceterum suo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur fuit tam requirendum quam recipiendum quod agnoscitur. Regula quidem fidei una omnino est, sola [5]immobilis et irreformabilis, credendi scilicet in unicum deum omnipotentem, mundi conditorem, et filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria,

Cap. I. 1. vestras *liber scriptus biblioth. Laurentianae n. XII, plut. XXVI.* 2. patrocinii *A (m. pr.) B. liber Laurentianus.* patrocinium *A. m. sec.* 3. vendicatur *AB.* 4. haereseis *abcd.* haeresibus *A.* haeresis *B. Laurentianus.* 5. inviolabilis et inreformidabilis *Laurentianus.*

Cap. I. a. Proprium iam negotium passus meae opinionis] Scripserat Tertullianus tractatum de Velandis Virginibus Graeco sermone, ac perinde ait hoc negotium iam esse suum proprium, ut qui semel opinionem illam defendendam susceperit. Ergo ait, passus iam semel negotium defendendae meae opinionis, stilo Graeco, id ipsum ostendam quoque Latino. (La Cerda.) Disputatione quadam adversus Graecos, cum et virgines velari oportere acrius forte adseruisset, Graecorum conviciis exceptus ac pro haeretico exagitatus esse videtur. (Rigalt.)

b. praescribere] V. de hoc verbo quae adnotavi ad Apolog. cap. 7.

c. revincit.] Cf. adnot. ad De Test. An. cap. 1. et ad De Cultu Fem. II, 6. et interprr. ad Apul. De Magia I, 1.

crucifixum sub Pontio Pilato, [6]tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in caelis, sedentem nunc ad dexteram patris, venturum iudicare vivos et mortuos per carnis etiam resurrectionem. Hac lege fidei manente cetera iam disciplinae et conversationis admittunt novitatem correctionis, operante scilicet et proficiente usque in finem gratia dei. Quale est enim, ut diabolo semper operante et adiciente cottidie ad iniquitatis ingenia opus dei aut cessaverit aut [7]proficere destiterit? cum propterea [8]paracletum miserit dominus, ut, quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur et ordinaretur et ad [9]perfectum perduceretur disciplina ab illo vicario domini, spiritu sancto. [10]Adhuc,
Ioh. XVI, 12. inquit, multa habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea baiulare: cum venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem et supervenientia renuntiabit vobis. Sed et supra de hoc eius opere pronuntiavit. Quae est ergo paracleti administratio, nisi [11]haec, quod disciplina dirigitur, quod scripturae revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine aetate
Eccl. III, 17. est, [12]omnia tempus expectant. Denique[d] Ecclesiastes, Tempus, inquit, [13]omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoveri. Granum est primo, et de grano [14]frutex oritur, et de [15]frutice arbuscula enititur: deinde rami et frondes invalescunt et totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor et flos de germine solvitur, et de flore [16]fructus aperitur: is quoque rudis aliquamdiu et informis paulatim aetatem suam dirigens eruditur in mansuetudinem saporis[e]. Sic et iustitia (nam idem deus iustitiae et creaturae) primo fuit in rudimentis, [17]natura deum metuens: dehinc per legem et prophetas promovit [18]in infantiam, dehinc per evangelium [19]efferbuit in iuventutem, nunc per paracletum componitur in maturitatem. Hic erit solus a Christo magister et dicendus et verendus. Non enim ab se [20]loquitur, sed quae mandantur a Christo. Hic solus antecessor, quia solus post Christum. [21]Hunc

6. tertia *ABcd. tres Vaticani, Laurentianus.* tertio *reliqui.* 7. perficere *AB. Laurentianus.* 8. paraclitum *AB. ubicunque nihil annotavero.* 9. perfectionem *AB.* 10. Adhuc ad vos multa habeo loqui sed *AB. Laurentianus.* 11. hoc *Laurentianus.* 12. et omnia *d.* 13. omnis *A.* 14. fructus *A (m. pr.) B.* 15. fructice arbuscella *AB.* 16. fructus. Aperitur *distinguunt AB. et Laurentianus.* 17. naturae *AB.* 18. in *om. Laurentianus.* 19. effervit *Laurentianus.* efferint *AB.* 20. loquitur *d., Fulv. Ursinus.* loquetur *ABCabc. Laurentianus.* 21. Nunc *B. Laurentianus.*

d. Denique] Adeo. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 42.

e. eruditur in mansuetudinem saporis.] Est enim velut silvestris feritas succi et saporis in fructu adhuc rudi et immaturo, sed eruditur in mansuetudinem, cum paulatim coquitur in maturitatem. (Rigalt.) Ita etiam De Carne Chr. cap. 21 ait „ex flore omnis fructus *eruditur* in fructum."

qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt [22]usque, non olim, prophetantem[f], virgines contegunt.

Sed nolo interim hunc [1]morem [2]veritati deputare. Consuetudo Cap. II.
sit tantisper, ut consuetudini etiam consuetudinem opponam. Per Graeciam et quasdam barbarias eius[a] plures ecclesiae virgines suas abscondunt. Est et sub hoc caelo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Graecanicae aut barbaricae consuetudinem illam adscribat. Sed eas ego ecclesias proposui quas et ipsi apostoli [3]vel apostolici viri condiderunt, et puto ante quosdam[b]. Habent igitur et illae eandem consuetudinis auctoritatem, tempora et antecessores[c] opponunt magis quam posterae istae. Quid observabimus, quid [4]deligemus? Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet [5]communicamus ius pacis et nomen fraternitatis. Una nobis et illis fides, unus deus, idem Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta, semel[d] [6]dixerim, una ecclesia sumus. Ita nostrum est quodcunque nostrorum est. Ceterum[e] dividis corpus. [7]Tamen hic, sicut in omnibus varie institutis et dubiis et incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, quae magis ex duabus tam diversis consuetudinibus disciplinae dei conveniret. Et utique ea deligenda quae virgines includit[f], soli deo notas, quibus, [8]praeter quod a deo non ab hominibus captanda gloria est, etiam ipsum

22. usque non olim *ABCabc. Laurentianus, et liber Divionensis, teste Rigaltio.* usque nunc, non olim *d., Fulv. Ursinus.* usque nunc *deletis reliquis rescribendum putavit Rigaltius.* usque nunc olim *Fr. Iunius.*

Cap. II. 1. mortem *B. Laurentianus.* 2. veritatis *ABC. Laurentianus.* 3. vel apostolici *om. B. Laurentianus.* 4. diligemus *AB.* diligimus *Laurentianus.* deligemus *extat iam in ed. Rhenani quae prodiit Basileae a. MDXXVIII.* deligimus *habet C.* 5. communicavimus *Laurentianus.* 6. dilexerim *AB. Laurentianus.* 7. tamen *d., Fulv. Ursinus.* tam *reliqui, et Laurentianus.* 8. praeterea a deo *ABC. Laurentianus.*

f. usque, non olim, prophetantem] Puto Tertullianum scripsisse tantum *usque nunc,* ut paulo post dicet *adusque proxime,* aliquem postea interpretandi gratia adscripsisse *non olim,* quod spernì queat impune. (Rigalt.)

Cap. II. a. et quasdam barbarias eius] Barbarias Graeciae dicit extra Graeciam regiones quasdam, seu oppositas Graeciae, quibuscum fuere Graecorum negotia seu bella. (Rigalt.)

b. et puto ante quosdam.] Parcit nominibus eorum, qui etsi apostolis et apostolicis viris posteriores virginum minime velandarum consuetudini auctoritatem dedisse dicebantur. (Rigalt.)

c. antecessores] Doctores. Proprie enim ita dicuntur qui et disciplina et auctoritate sua veluti praecedunt. *Antecessoribus* opponuntur *sectatores,* ut recte iudicavit iam olim Raevardus Coniect. II, 10. Cf. etiam Ludovicus de la Cerda ad hunc Tertulliani locum, et Adr. Turnebi Adverss. VIII, 19. p. 261 sq. Adde De Orat. cap. 22. et Adv. Marcion. V, 3. De Virg. Veland. cap. 1. et cap. 3.

d. semel] V. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 2.

e. Ceterum] Alioquin. Cf. quae adnotavi ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

f. includit] Velamine. In seqq. puto rescribendum *ut soli deo notas.* Syllaba ultima vocis *includit* absorpsit vocula *ut.*

bonum suum erubescendum est. Virginem magis laudando quam vituperando confundas; quia delicti durior frons est, ab ipso et in ipso delicto impudentiam docta. Nam illam consuetudinem, quae virgines [9]negat dum ostendit, nemo probasset, nisi [10]aliqui tales quales virgines ipsae. Tales enim oculi volent virginem visam, quales habet virgo quae videri volet. Invicem se [11]eadem oculorum genera desiderant. Eiusdem libidinis est videri et videre. Tam sancti viri est subfundi[g], si virginem viderit, quam sanctae virginis, si a viro visa sit.

Cap. III. Sed nec inter consuetudines dispicere[a] voluerunt illi sanctissimi antecessores. Tamen tolerabilius apud nos ad usque proxime[b] utrique consuetudini communicabatur. Arbitrio permissa res erat, ut quaeque voluisset aut tegi aut prostitui, sicut et nubere, quod et ipsum neque cogitur neque prohibetur. Contenta erat veritas [1]pacisci cum consuetudine, ut tacite sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex parte. Sed quoniam coeperat agnitio proficere, ut per licentiam utriusque moris indicium melioris partis emergeret, statim ille adversarius bonorum multoque institutorum[c] opus suum fecit. Ambiunt virgines hominum adversus virgines dei nuda plane fronte [2]temerariam *in* audaciam excitatae, et virgines videntur quae aliquid a viris petere possunt[d], nedum tale factum, ut scilicet aemulae earum, tanto magis liberae quanto Christi solius ancillae, dedantur illis. Scandalizamur, inquiunt, quia aliter aliae

9. neget *Laurentianus.* 10. aliqui *ABC(in marg.) abcd. tres Vaticani, et Laurentianus.* aliquae *C.* 11. eadem *abcd.* eiusdem *ABC. Laurentianus.*

Cap. III. 1. pacisci *abcd.* paucis (pacis *A. m. pr., et B.*) si (et *B. m. pr.,* sicut *idem m. sec.*) cum (cum *om. B.*) consuetudine *ABC., libri scripti Rhenani omnes.* 2. temerariam in *ego.* in temerariam *d., Fulv. Ursinus.* temerarie *ABCabc.*

g. subfundi] V. adnot. ad Scorpiac. cap. 10.

Cap. III. a. dispicere] Cf. adnot. ad De Corona cap. 7.

b. ad usque proxime] Hoc est, usque ad proxime, vel proximum tempus. Struit enim Tertullianus adverbia passim ut declinabilia. Cf. interim quae adnotavi ad Apolog. cap. 9. Hildebrandus ad Apul. Metam. II, 28. p. 140 *ad usque* h. l. positum arbitratur pro *penitus.* Viderit quo iure.

c. bonorum multoque institutorum] Hoc est, sed praesertim bonorum institutorum, bonarum disciplinarum. (Rigalt.) De ellipsi comparativi *magis,* frequentatissima illa in scriptis Tertulliani, adnotavi ad De Test. Animae cap. 2.

d. virgines videntur quae aliquid a viris petere possunt] Ecce opus diaboli! Nam virgines quae nolunt tegi, quae quidem proprie sunt virgines hominum, non dei, ambiunt, moliuntur, conantur adversus virgines dei, volentes tegi, et ambiunt quidem nuda plane fronte excitatae in temerariam audaciam. — — Quid vero petant a viris? ut earum aemulae dedantur illis, id est ut virgines dei tanquam victae concedant transeantque in castra et consuetudinem ipsarum, hoc est tegantur, ut ipsae teguntur. (La Cerda.) Virgines nuda plane fronte procedentes pulchritudinis suae et faciei lenociniis vel ipsos viros seducunt ut suae rei, id est virgineo capiti non tegendo, faveant atque opitulentur. Sed, ait, non uti virgines istae agunt, sed ut quae aliquid a viris petere possunt, id est tanquam mulieres, tanquam uxores.

incedunt, et malunt scandalizari quam provocari[e]. Scandalum, nisi fallor, non bonae rei, sed malae exemplum est, aedificans ad delictum[f]. Bonae res neminem scandalizant, nisi malam mentem. Si bonum est modestia, verecundia, fastidium gloriae, soli deo captans placere, agnoscant malum suum quae de tali bono scandalizantur. Quid enim, si et incontinentes dicant se a continentibus scandalizari, [3]continentia revocanda est? Et ne [3b]multinubi scandalizentur, monogamia recusanda est? Cur non magis hae quaerantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiam ostentaticiae virginitatis? Propter eiusmodi igitur capita nundinaticia trahantur virgines sanctae in ecclesiam, erubescentes quod cognoscantur in medio, paventes quod detegantur [4]accersitae quasi ad stuprum. Non minus enim et hoc pati [5]nolunt. Omnis publicatio virginis bonae stupri passio est, et tamen vim carnis pati minus est, quia de officio naturae venit. Sed cum spiritus ipse violatur in virgine sublato velamine, didicit amittere quod tuebatur. O sacrilegae manus, quae dicatum deo habitum[g] detrahere potuerunt! Quid [6]peius aliquis persecutor fecisset, si hoc a virgine electum cognovisset? Denudasti puellam a capite, et tota iam virgo sibi non est, alia est facta. Exsurge igitur veritas, [7]exsurge et quasi de patientia erumpe! Nullam volo consuetudinem defendas; nam iam et [8]illa, sub qua te fruebaris, [9]expugnatur. Te esse demonstra quae virgines [10]tegit. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non novit. Si enim nosset, nunquam esset.

Quatenus autem et de scripturis adversus veritatem argumentari consuetudo est, statim opponitur [1]nobis nullam mentionem virginum ab apostolo factam ubi de velamine praefinit, sed tantum mulieres nominatas, cum, si voluisset et virgines tegi, de virginibus quoque cum mulieribus [2]nominatis pronuntiasset: quomodo

Cap. IV. 1 Cor. XI, 5 sqq.

3. continentiae *B.* 3b. multinubi *Rigaltius.* multi nobis *libri omnes.* 4. arcessitae *tres Vaticani.* 5. volunt *tres Vaticani.* 6. peius *abc. Gorziensis liber.* prius *ABCd.* 7. exsurge *om. Cabc. Habent ABd.* 8. illa sub qua *d., Fulv. Ursinus.* illa consuetudo sub qua *A. m. sec.* illa consuetudine sub qua *A. m. sec., reliqui.* 9. expugnatur *ABCab.* expungitur *cd. Vaticani tres.* 10. tegis *d., Fulv. Ursinus.*

Cap. IV. 1. vobis *AB.* 2. nominatim *Fr. Iunius.*

e. provocari.] Ad virtutem.

f. aedificans ad delictum.] Id est invitans, confirmans ad delictum. Cf. adnot. ad libr. Ad Martyr. cap. 3.

g. dicatum deo habitum] Virginum aliae quidem capiti suo velamen induxerant, aliae libro capite intectoque permanserant. Has Tertullianus hominum, illas dei virgines appellat. Sed virgines intecti capitis, offensae discrimine illo velatae virginitatis, agebant querela scandali postulabantque uti virginibus velamento interdiceretur, ne quid velatae gustarent quod invidiam faceret non velatis. Et forte annuerat episcopus postulationi. Succensuit Tertullianus tanquam sacrilego. Quid peius, inquit, aliquis persecutor fecisset? Denudasti puellam a capite, et tota iam virgo sibi non est. (Rigalt.)

illic, inquit, ubi de nuptiis tractat, quid observandum sit etiam de virginibus declarat. Itaque non contineri eas lege velandi capitis, ut non nominatas in hac lege, immo ex hoc [3]revelari[a], [4]qua non iubentur quae nec nominantur. Sed et nos eandem argumentationem retorquemus. Qui enim sciebat [5]alias utriusque generis facere mentionem, virginis dico et mulieris, id est non virginis, ex causa distinctionis, in his, in quibus non nominat virginem, non faciens distinctionem ostendit condicionis communionem[b]. Ceterum [6]potuit hic quoque constituere differentiam inter virginem et mulierem, sicut alibi dicit, Divisa est mulier et virgo. Igitur quas non divisit tacendo, [7]inalteravit[c]. Nec tamen quia illic divisa est et mulier et virgo, hic quoque patrocinabitur illa divisio, ut [8]quidam volunt. Quanta enim alibi dicta non valent, ubi dicta scilicet non sunt, nisi si eadem sit causa quae alibi, ut sufficiat semel dictum? Illa autem causa virginis et mulieris longe divisa est ab hac specie.
I Cor. VII, 32 sqq. Divisa est, inquit, mulier et virgo. Quare? quoniam innupta, id est virgo, cogitat ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu, nupta autem, id est non virgo, cogitat quomodo placeat viro. Haec erit interpretatio divisionis illius, nullum habens locum in isto capitulo, in quo neque de nuptiis neque de animo et cogitatu [9]mulieris et virginis pronuntiatum, sed de capite velando. Cuius nullam volens esse disceptationem spiritus sanctus uno nomine mulieris etiam virginem intellegi voluit, quam proprie[d] non nominando a muliere non separavit, et non separando coniunxit ei a qua non separavit. [10]Novum est nunc ergo principali vocabulo uti et cetera nihilominus in eo vocabulo intellegi, ubi nulla est ne-

3. revelari *d., Fulv. Ursinus.* non velari *c.* velari *ABCab.* 4. quia *A (m. sec.) d.* 5. alias *cd. tres Vaticani.* in alias *AC.* malitias *B.* in aliis *A (m. sec.) ab.* alios *Fulv. Ursinus.* 6. hic potuit *AB.* 7. inalteravit *abcd.* in altera iniit *C., et libri scripti quos Rigaltius vidit.* in altera nuit *AB.* in altera innuit *A. m. sec. Rescribendum puto* in altera alteram indidit. 8. quidem *bc.* 9. mulieris *ABcd. duo Vaticanorum apud Pamelium.* muliebri *Cab.* 10. nomini *AB.*

Cap. IV. a. revelari] Ita emendavit Fulv. Ursinus emendatumque recepit Rigaltius. Et recte. Nam vana sunt quae Fr. Iunius profert ad tuendam veterem scripturam „ex contrario inferri docet, non iubentur velari, ergo ex hoc iniussae velantur."

b. non faciens distinctionem ostendit condicionis communionem.] In voce *mulieris* ex mente apostoli sic interpretanda multus erat Septimius iam supra De Oratione cap. 22., ubi multa eis quae hic pertractantur ad verbum usque consimilia.

c. inalteravit.] Rectum esse puto, etsi manuscripti habeant *in altera iniit.* Inalteravit, indidit alteri, coniunxit, confudit, ut iam ambo una sint ac sese mutuo contineant. Ipse paulo post: „A muliere non separavit, et non separando coniunxit a qua non separavit." (Rigalt.) Scripturam *inalteravit* utrum ex codice suo Gorziensi hauserit Beatus Rhenanus, an ex ingenio invexerit, nescitur. Certe, cum libri scripti omnes, uti videtur, habeant *in altera iniit,* facilius rescripseris *in altera alteram indidit.*

d. proprie] Suo vocabulo.

cessitas singillatim distinguendae universitatis? Naturaliter compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo [11]laciniosus[a] et onerosus et vanus est. Sic et generalibus vocabulis contenti sumus, comprehendentibus in se specialium intellectum. Ergo iam de vocabulo ipso. Naturale vocabulum est femina. Naturalis vocabuli generale mulier. Generalis etiam speciale virgo [12]vel nupta vel vidua vel [13]quot etiam aetatis nomina accedunt. Subiectum igitur est generali speciale, quia generale prius est, [14]et [15]subcessivum antecessivo et portionale universali; [16]in ipso [17]intellegitur cui subicitur, et in ipso significatur, quia in ipso continetur. Sic nec manus nec pes nec ullum membrorum desiderat significari corpore nominato. Et si mundum dixeris, illic erit et caelum et quae in eo, sol et luna et sidera et astra et terra et freta et omnis census elementorum. [18]Omnia dixeris, [19]cum id dixeris quod ex omnibus constat. Sic et mulierem nominando quicquid est mulieris nominavit.

Sed quoniam ita mulieris nomen usurpant, ut non putent com- Cap. V.
petere illud nisi ei soli quae virum passa sit, probari a nobis oportet proprietatem eius vocabuli ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur. Cum hoc genus secundi hominis a deo factum est in adiutorium Gen. II, 18.
hominis, femina illa, statim mulier est cognominata, adhuc felix, adhuc digna paradiso, adhuc virgo. Vocabitur, inquit, mulier. Gen. II, 23.
Habes itaque nomen, non dico iam virgini commune, sed proprium, quod a principio virgo sortita est. Sed ingeniose quidam de futuro volunt dictum, Vocabitur mulier, quasi quae hoc futura esset, cum virginitatem resignasset[a], quoniam et [1]adiecit, Propterea relinquet Gen. II, 24.

11. lacrimosus *AB.* 12. et *AB.* 13. quod *AB.* 14. ut *Fulv. Ursinus.* 15. subcessivum *d., Fulv. Ursinus.* subiectivum *reliqui.* 16. et in *d.* 17. intelligetur *Cab.* 18. omnẽ *AB.* 19. cum id dixeris *verba sunt prave omissa a Semlero et Leopoldo.*

Cap. V. 1. adiicit *libri scripti Pamelii.*

e. sermo laciniosus] Cf. Adv. Marcion. IV, 1 „Compendiatum est enim novum testamentum et legis *laciniosis* oneribus expeditum.“ Ibid. cap. 29 „expediti esse ab impedimentis *laciniosae* vitae et implicitae.“

Cap. V. a. resignasset] Contaminasset, violasset. Cf. adnott. ad lib. I. Ad Natt. cap. 5. Quod ad rem, appono Ambrosii verba ex eius libro de Instit. Virg. cap. 5 „De mulieris nomine quid movemur? ad sexum retulit. Non enim corruptelae, sed sexus vocabulum est. Vulgi usus non praeiudicat veritati.“ Et ibidem „Denique virginitas primum hoc nomen (sc. mulieris) accepit. Nam cum sumpsisset deus unam de costis Adae et supplevisset carnem in locum ipsius, aedificavit, inquit, eam in mulierem. Utique adhuc virum non cognoverat, et iam mulier vocabatur.“ Augustin. de Consensu Evangel. cap. 28 (et in Matth. cap. 19): „Nam et aliis scripturarum locis hoc invenitur, non eas tantum quae viros passae fuerant, sed etiam feminas intactas et integras mulieres appellari.“ Cf. etiam Desid. Heraldum et Arnobium adv. Natt. p. 211.

homo patrem et matrem, et conglutinabitur mulieri suae, et erunt duo in [2]una carne. Ostendant igitur primo, ubi sit subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod interea vocabulum acceperit. Non potest enim sine vocabulo praesentis qualitatis suae fuisse. Ceterum quale est, ut quae in futurum vocaretur nomine designato, in praesenti nihil cognominaretur? Omnibus animalibus Adam nomina imposuit et nemini ex futura condicione, sed ex praesenti institutione, cui condicio quaecunque serviret, hoc appellata quod a primordio voluit. Quid ergo tunc vocabatur? Atquin quotienscunque in scriptura nominatur, mulier appellatur, antequam nupta, et nunquam virgo, cum virgo. Hoc nomen [3]tum unum illi fuit, et quando nihil prophetico modo dictum est. Nam cum scriptura refert fuisse nudos duos, Adam et mulierem eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mulierem dixerit eius in praesagio uxoris, sed quoniam et innupta illius mulier, ut de substantia ipsius. Hoc, Gen. II, 23. inquit, os ex ossibus meis et caro ex carne mea vocabitur mulier. Hinc ergo tacita conscientia naturae ipsa divinitas animae in usum sermonis eduxit nescientibus hominibus, sicut et alia multa, quae ex scriptura fieri et dici solere alibi poterimus ostendere, uti mulieres nostras dicamus uxores, quamquam et improprie quaedam loquamur. Nam et Graeci[b], qui magis vocabulo mulieris in uxore utuntur, alia habent propria vocabula uxoris. Sed malo hunc usum ad scripturae testimonium deputare. Ubi enim duo in unam carnem efficiuntur per matrimonii nexum, caro ex carne et os ex ossibus vocatur secundum originem [4]mulier eius ex cuius substantia incipit censeri facta uxor. Ita mulier [5]non natura nomen est [6]uxoris, [7]sed uxor condicione nomen est mulieris. Denique mulier et non uxor dici potest, [8]non mulier autem uxor dici non potest, quia [9]nec esse. Constituto igitur nomine novae feminae, quod est mulier, et explicito quod prius fuit, id est nomine assignato, convertit iam ad propheticam rationem, uti diceret, Propter [10]hanc[c] relinquet homo patrem et matrem. Adeo separatum est nomen a prophetia, [11]quantum et ab ipsa persona, ut non utique de ipsa Eva dixerit, sed in illas feminas futuras, quas in matrice[d] generis

2. carnem unam *c.* 3. cum *AB.* 4. mulieris *AB.* 5. non *om. Latinius.* 6. mulieris uxoris *B.* 7. et *Latinius.* 8. non autem mulier non uxor dici non potest *AB.* 9. necesse *AB.* 10. hoc *c.* 11. quam *AB.*

b. Nam et Graeci] V. De Monogamia cap. 8. De Orat. cap. 22.

c. Propter hanc] Supra hoc ipso capite dixerat *Propterea,* et De Anima cap. 11. dicet *Propter hoc,* et cap. 21. iterum *Propterea.* Quae res, cum et in Graeco sit ἕνεκεν τούτου vel ἀντὶ τούτου, Pamelium movere poterat, ut *Propter hoc* et hoc loco reponeret.

d. matrice] Cf. quae adnotavi ad De Patient. cap. 5.

feminini [12]nominarit. Alioquin non Adam relicturus erat patrem et matrem, quos non habebat, propter Evam. Ergo non ad Evam pertinet, quia nec ad Adam, quod prophetice dictum est. De maritorum enim condicione [13]praedictum, qui ob mulierem parentes suos erant relicturi, quod in Evam cadere non potuit, quia nec in Adam. Si ita res est, apparet non propter [14]futurum mulierem cognominatam, ad quam futurum non pertinebat. Eo accedit, quod ipse rationem eius nominis edidit. Cum enim dixisset, Vocabitur [15]mulier, Quoniam ex viro suo sumpta est, [16]*ait*, et ipso adhuc virgine. Sed dicemus et de viri nomine suo loco. Nemo itaque nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex alia significatione deductum est, praesertim cum appareat, ubi de futuro nomen acceperit, illic scilicet, ubi Eva cognominatur, personali iam vocabulo, quia naturale praecesserat. Si enim Eva mater [17]viventium est, ecce ex futuro cognominatur, ecce uxor et non virgo praenuntiatur. Hoc erit vocabulum nupturae; ex nupta enim mater. Ita hic quoque ostenditur non de futuro mulierem tunc nominatam, quae postmodum acceptura erat futurae condicionis suae nomen. Responsum satis est ad hanc partem.

Videamus nunc, si et apostolus formam vocabuli istius secun- Cap. VI.
dum Genesim [1]observat, sexui deputans illud, sic mulierem vocans virginem Mariam quemadmodum et Genesis Evam. Scribens enim ad Galatas, Misit, inquit, deus filium suum factum ex muliere, Gal. IV, 4.
quam utique virginem constat fuisse, licet Hebion resistat. Agnosco et angelum Gabrielem ad virginem missum. Sed cum benedicit illam, inter mulieres, non inter virgines deputat: Benedicta tu inter Luc. I, 28.
mulieres. Sciebat et angelus mulierem etiam virginem dici. Sed et ad haec duo ingeniose quidam respondisse sibi visus est, quoniam quidem desponsata est Maria, idcirco et ab angelo et ab apostolo mulierem pronuntiatam. Desponsata enim quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo et verum satis interest, duntaxat[a] hoc in loco. Nam alibi ita sane habendum est. Nunc vero, non quasi iam nuptam mulierem Mariam pronuntiaverunt, sed quasi nihilominus feminam, etiamsi non sponsam, quasi hoc a primordio dictam. Illud enim praeiudicet necesse est a quo forma descendit. Ceterum quod [2]pertineat ad hoc capitulum, si hic desponsatae adaequatur,

12. nominaverit *AB*. 13. praedictum est *AB*. 14. futuram *AB*. 15. mulier quoniam *ABCabc*. mulier, addidit, Quoniam *d., Fulv. Ursinus*. 16. ait et *Fr. Iunius*. et *libri omnes*. 17. inventum *AB*.

Cap. VI. 1. observat *ABC*. observet *reliqui*. 2. pertinet *Fr. Iunius*.

Cap. VI. a. duntaxat] Praesertim, maxime. V. adnott. ad De Cultu Fem. II, 3.

ut ideo mulier dicta sit Maria, non [3]qua femina, sed [4]qua [5]maritata[b], iam ergo Christus non ex virgine natus est, quia ex desponsata, quae virgo esse desierit hoc nomine. Quod si ex virgine natus est, licet et desponsata, tamen integra, agnosce mulierem etiam virginem, etiam integram dici. Hic certe nihil prophetice dictum videri potest, ut futuram mulierem, id est nuptam, apostolus nominarit, dicendo [6]factum ex muliere. Non enim poterat posteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est virum passam, sed illa, quae erat praesens, quae erat virgo et mulier vocabatur [7]post vocabuli huius proprietatem[c], secundum primordii formam[d] [8]virgini et ita universo mulierum generi defensam[e].

Cap. VII. [1]Convertamur[a] ad ipsas iam rationes recensendas per quas apostolus docet velari feminam oportere, an [2]eaedem etiam virginibus [3]competant, ut ex hoc quoque [4]vocabuli communio inter virgines et non virgines constet, dum [5]eaedem velaminis [6]causae in utraque parte deprehenduntur. Si caput mulieris vir est, utique et virginis, de qua fit mulier illa quae nupsit, nisi si virgo tertium
1 Cor. XI, 6. genus est monstruosum aliquod sui capitis. Si mulieri turpe est radi sive tonderi, utique et virgini. Proinde viderit saeculum aemulum dei, si ita virgini [6b]caesum capillum decori [7]mentitur[b], quem-

3. quae *AB.* 4. quae *AB.* 5. marita *cd., Petr. Ciacconius.* 6. et factum *AB.* 7. per *d., cum Latinio.* 8. virgini *A (m. sec.) abcd.* virginis *A (m. pr.) BC.*

Cap. VII. 1. Convertamur *ACab.* Convertamus *Bcd. tres Vaticani.* 2. eadem *AB. Semlerus.* 3. competat *AB.* 4. vocabuli communio *abcd.* vocabulo communionis *ABC.* vocabulo communi vis *Rhenanus.* 5. eadem *AB.* 6. causa *A. m. pr.* 6b. censum *AB.* 7. mentitur *ABCabcd. liber Divionensis.* metitur *Latinius. Nec improbat Rigaltius.*

b. maritata] Apolog. cap. 11 „*maritatarum* (al. *maritarum*) adulteri.“ De Exhort. Castit. cap. 5 „Lamech duabus *maritatus.*“ Cf. ibid. cap. 7. fin. De Monogamia cap. 4 „duabus *maritatus.*“ De Virg. Veland. cap. 16 „alienas sponsas et *maritatas* (al. *maritas*) velari iubet.“

c. post vocabuli huius proprietatem] Perperam correxere *per vocabuli h. pr.* Recte Fr. Iunius „Perinde enim est, inquit, atque si dixisset, postquam vocabuli huius proprietas defensa est, id est adserta et vindicata virgini.“ Huius breviloquentiae in Tertulliani scriptis frequentissimae dedi exempla ad Scorpiac. cap. 11.

d. formam] Hoc est legem. Cf. adnott. ad De Idolol. cap. 18.

e. defensam.] Hoc est vindicatam. (Rigalt.) Sic Adv. Iud. cap. 1 „Privilegium gratiae quis sibi audeat *defendere.*“ De Spectac. cap. 5 „Consualia Romulo *defendunt.*“ Ad Natt. II, 5 „*defendas* elementis divinitatem.“ De Virg. Veland. cap. 10 „aliqua sibi insignia *defendere.*“ Cf. De Monog. cap. 6. De Pudic. cap. 16. De Bapt. cap. 14.

Cap. VII. a. Convertamur] Pars librorum habet *Convertamus.* Et supra cap. 5. dixerat *convertere* pro *converti,* in verbis „*convertit* iam ad propheticam rationem.“ Cf. interprr. ad Sallust. Catil. cap. 6.

b. caesum capillum decori mentitur] Sic habent editiones omnes, neque aliter exemplar Divionense. Sed laborat sensus in his verbis nisi ea sic explicentur: Viderit saeculum, inquit, si adeo mentitur decori, hoc est si tam prave decori favet, ut caesum virgini capillum decori esse mentiatur, cum sit potius

admodum et puero [8]permissum[c]. Ergo cui aeque non convenit radi sive tonderi, aeque convenit operiri. Si gloria viri est mulier, quanto magis virgo, quae et gloria sibi est? Si mulier ex viro et propter virum, [9]costa illa Adae virgo primum fuit. Si mulier potestatem habere super caput debet, vel eo iustius virgo, ad quam pertinet quod in causa est. [10]Si enim propter angelos[d], scilicet quos legimus a deo et caelo excidisse ob concupiscentiam feminarum, quis praesumere potest [11]tales[e] angelos maculata iam corpora et humanae libidinis reliquias desiderasse, ut non ad virgines potius exarserint, [11b]quarum flos etiam humanam libidinem [12]excusat[f]? Nam et scriptura sic suggerit: Et factum est, inquit, cum coepissent homines plures fieri super terram, et filiae natae sunt eis; conspicati autem filii dei filias hominum, quod pulchrae essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt. Hic enim nomen mulierum Graecum [13]uxores sapit, quia de nuptiis mentio est. Cum ergo filias hominum dicit, manifeste virgines portendit, quae adhuc apud parentes deputarentur (nam nuptae maritorum nuncupantur), cum potuerit dixisse uxores hominum, aeque non adulteros nominans angelos, sed maritos, dum innuptas sumunt filias hominum, quas natas supra dixit, sic quoque virgines [14]significans. Supra natas, at hic angelis nuptas. [15]Aliud eas nescio quam natas et dehinc nuptas. Debet ergo adumbrari facies tam periculosa,

I Cor. XI, 8. 10.

Gen. VI, 1 sq.

8. promissum *Latinius.* 9. constituta (constitutam *A. m. pr.*) illa a deo virgo *AB.* 10. Sed enim *A.* 11. tales *cd.* quales *ABCab.* 11b. quorum *C.* 12. excusat *c.* 13. uxoris *A.* 14. significavit supra natas, at *Fr. Iunius.* 15. alius *AB.*

dehonestamento. Alium sensum quaesivit Latinius, littera detracta: *si ita virgini caesum capillum decori metitur*, ut sit sensus: Viderit saeculum, si talem tribuat mensuram decori, caesum virgini capillum, ut puero promissum. Quae coniectura non displicet. (Rigalt.) Recte explicuit Rigaltius.

c. permissum.] Latinius scribit *promissum.* Sed nihil est necesse, cum sit eadem utrique significatio. (Rigalt.) Cf. Hildebrand. ad Apul. Metam. VII, 26. p. 581 sq.

d. propter angelos] V. quae adnotavi ad De Idolol. cap. 9.

e. tales] Libri veteres habent *quales,* quam scripturam Fr. Iunius vindicat schemati illi quo duae interrogationes uno membro iunguntur, de quo cf. adnott. ad De Fuga in Persecut. cap. 8.

f. excusat?] Hoc est recusat, quemadmodum alibi dicit *exponere vestem,* quod est deponere. Excusat libidinem virgo quae virginitatis suae flore gaudet, ita ut nolit decerpi, — —. Credibile est, inquit Tertullianus, talibus puellis angelos potius quam maculatis iam corporibus exarsisse. (Rigalt.) Et Ludov. de la Cerda *excusare* explicat per fugere, vitare, respuere, afferens Pauli illud ad Hebr. cap. 12 „*Excusaverunt,* ne eis fieret verbum", ubi in Graeco est παρητήσαντο. Sed quamvis negari non possit quin aliquot Septimii locis verbum *excusare* hac significatione accipi queat, ut De Ieiun. cap. 16 „ob haec signa de satisfactione invitatus a rege plane *excusavit* — — illic cibum in totum attingere", — nec tamen illo, nedum hoc loco, ea interpretatio admittenda videtur. Ut non ad virgines potius exarserint, inquit, quarum flos eiusmodi est, ut etiam humanam libidinem provocare consueverit, eamque ita quodammodo excusare videatur, ut quae angelicam provocaverit.

quae usque ad caelum scandala iaculata est, ut [16]coram deo adsistens, cui rea est angelorum exterminatorum, ceteris quoque angelis [17]erubescat, et malam illam aliquando libertatem capitis sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. Sed etsi contaminatas iam feminas angeli illi appetissent, tanto magis propter angelos virgines velari debuissent, quanto magis propter virgines angeli deliquisse potuissent. Si autem et naturae praeiudicium adi-
I Cor. XI, 15. cit apostolus, quod honor sit mulieris redundantia capillorum, quia coma pro operimento est, utique hoc maxime virgini insigne est, [18]quarum et ornatus [19]ipse proprie sic est, ut [20]concumulata in verticem[g] ipsam capitis arcem ambitu crinium contegat.

Cap. VIII. Cor. XI, 4. 7. Horum certe omnium contraria efficiunt, ne vir caput velet, scilicet quia non sit naturaliter consecutus ambitionem capillorum[a], quia radi sive tonderi non sit turpe illi, quia non propter illum angeli exorbitarint, quia gloria et imago dei sit, quia caput eius Christus. Itaque cum de viro et muliere apostolus tractet cur illam oporteat velari, illum vero non, apparet cur et virginis silentium fecerit, eadem ratione scilicet virginem in [1]muliere intellegendam sinens, qua et puerum ut in viro deputandum non nominavit, totum ordinem utriusque sexus propriis vocabulis [2]complexus, mulieris et viri. Sic [3]etiam Adam adhuc integer vir in Genesi est
Gen. II, 23. cognominatus: Vocabitur, inquit, mulier, quia de viro suo sumpta est. Sic vir Adam ante nuptiarum congressum, quemadmodum et Eva mulier. De utraque parte satis ad universam speciem cuiusque sexus apostolus pronuntiavit, et breviter et [4]plene tam instructa
I Cor. XI, 5. definitione, Omnis, inquit, mulier. Quid est omnis, nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis condicionis, omnis dignitatis, omnis aetatis? siquidem omne totum est et integrum et nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris et virgo est. Aeque et de viro non
I Cor. XI, 4. velando, Omnis, [5]inquit. Ecce duo diversa nomina, vir et mulier. Omnis uterque. Duae leges obnoxiae invicem, hinc velandi, inde nudandi. Igitur si eo, quod dictum sit omnis vir, commune est nomen viri etiam nondum viri, masculi investis[b], commune autem

16. coram *Rigaltius in Addendis suae editionis.* cum *libri omnes.* uni *A. m. sec.* 17. erubescet *AB.* 18. quarum *abcd. Gorziensis.* quare *ABC.* 19. ipsa *d., Fulv. Ursinus.* 20. cumulata *d.*

Cap. VIII. 1. mulierem *ABC.* muliere *extat iam in ed. Rhenani quae prodiit a. MDXXVIII.* 2. compressus *B.* 3. Adam etiam *bcd.* 4. plane *B.* 5. inquit, vir. Ecce *scribit V. D. in Miscell. Observv. Vol. III. tom. I. p.* 49.

g. concumulata in verticem] Cf. Salmas. ad Tertull. De Pallio p. 287. et C. Barth. ad Statium tom. II, p. 395.

Cap. VIII. a. ambitionem capillorum] Ambitionem dicit ambitum, quem Clemens Alex. Paedag. III, 11 „τὴν ὑπερβολὴν τῆς κόμης.“ V. de vocabulo *ambitio* quae adnot. ad De Idolol. cap. 1.

b. masculi investis] Cf. adnot. ad De Orat. cap. 22.

cum sit nomen secundum naturam, communis est et lex non velandi eius qui inter viros virgo est, secundum disciplinam, cur non praeiudicatum sit proinde et [6]mulierem virginem omnem muliere nominata contineri consortio nominis, ut contineatur et communione legis? Si virgo mulier non est, nec vir investis est. Si non operitur virgo, quia mulier non sit, operiatur investis, quia vir non sit. Eiusdem virginitatis aequa sit venia. Sicut virgines non coguntur velari, ita pueri non iubeantur revelari. Cur ex parte [7]definitionem apostoli agnoscimus absolutam circa omnem virum, nec [8]retractamus[c] quare non et puerum nominarit, ex parte autem praevaricamur, aeque absoluta ea circa omnem mulierem? Si quis, I Cor. XI, 16. inquit, contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Ostendit contentionem aliquam de ista specie fuisse ad quam extinguendam toto compendio usus est, neque virginem nominans, ut ostenderet dubitandum de velanda non esse, et omnem nominans mulierem, cum nominasset virginem. Sic et ipsi Corinthii intellexerunt. Hodie denique virgines suas Corinthii velant. [9]Quid docuerint apostoli [10]qui didicerunt [11]approbant.

Videamus nunc, an sicut naturae et causae argumenta virgini Cap. IX. quoque competere monstravimus, ita etiam disciplinae ecclesiasticae praescripta de muliere [1]in virginem [2]spectant[a]. Non permittitur I Cor. XIV, 34. I Tim. II, 12. mulieri in ecclesia loqui[b], sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec ullius virilis muneris, [3]nedum sacerdotalis officii sortem

6. mulierem *delet V. D. in Miscell. Observv. Vol. III. tom. I. p.* 48. 7. diffinitionem *ABCa.* 8. retractamus *d., ex emend. Rhenani.* detractamus *ABCabc.* 9. quod *Rigaltius in Addendis suae editionis.* 10. quid didicerint *AB.* 11. approbantes *d.* Cap. IX. 1. in *delent B., et Ios. Scaliger.* 2. spectent *cd. tres Vaticani.* 3. ne duo *ABC., et libri Rhenani omnes.*

c. retractamus] Libri veteres habent *detractamus,* quod vindicare studet Ludov. de la Cerda positum pro *retractamus,* afferens locum Ad Uxor. II, 2 ubi pars librorum, sed non meliorum, habet „*detractata* et exerta sententia est." Cui explicationi fortasse favet Vet. Gloss. in Ang. Maii Auct. Class. tom. VI. p. 520 „*Detractat, retractat,* recusat."

Cap. IX. a. spectant.] Reposui indicativum. Cf. adnott. ad lib. Ad Martyr. cap. 2.

b. Non permittitur mulieri in ecclesia loqui] Moribus Romanis receptum est, ut feminae civilibus officiis non fungantur, non quia non habent iudicium, sed ne contra pudorem sexus congruentem virilibus officiis se immisceant. Propterea vero ecclesia quoque ab virilibus muneribus removendas censuit. Etenim apostoli edicto continetur: „Mulieres in ecclesia loqui nolo." Quod verbum cum sit generale, comprehendit omnia virilia, in quibus sunt et sacerdotalia. Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, puta nec sciscitari, nec disputare; nam haec virilium sunt munerum et viris tantum conceduntur. Sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, quae sane sunt officia sacerdotis seu praesidis, aut praepositi ecclesiae. Auctor Quaestt. ex Vet. Test. Quaest. XLV. tom. IV. Opp. Augustini absurdum esse ait dicere mulieri datum esse, ut quemadmodum vir sic et ipsa imago dei sit dominandi iure. „Quomodo enim potest de muliere dici, quia imago dei est, quam constat dominio viri subiectam et nullam auctoritatem habere? Nec enim docere potest, nec testis esse, neque fidem dicere, ne-

sibi [4]vindicare. Quaeramus, an aliquid horum virgini liceat. Si virgini [5]non licet, sed in omnibus eadem condicione subicitur, et necessitas humilitatis cum muliere censetur, unde illi unum hoc licebit quod omni feminae non licet? Quid praerogativae meretur adversus condicionem suam, si qua virgo est, [6]et carnem suam sanctificare[c] proposuit? Idcirco velaminis venia fit illi, ut in ecclesiam notabilis et insignis introeat, ut honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat[d]? Potuit dignius honorari aliqua praerogativa virilis aut gradus aut officii. Plane scio alicubi virginem [7]in viduatu[e] ab annis nondum viginti collocatam. Cui si quid refrigerii[f] debuerat episcopus, aliter utique salvo respectu disciplinae praestare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in ecclesia denotaretur, virgo vidua, hoc quidem portentuosior, quod nec qua vidua caput texit, utrumque se negans, et virginem, quae vidua deputetur, et viduam, quae virgo dicatur. Sed ea auctoritate illic sedet [8]intecta qua et virgo, ad quam sedem praeter annos sexa-
1Tim. V, 9. ginta[g] non tantum univirae, id est nuptae, aliquando eliguntur, sed et matres, [9]et quidem educatrices filiorum, scilicet ut experi-

4. vendicarent *ABC.* 5. non *om. A(m. pr.) BC.* 6. nec *B.* 7. invidum *A.* inviduum *B.* 8. intecta *abcd. Gorziensis liber.* contecta *ABC.* non tecta *Fr. Iunius.* 9. equidem *A(m. pr.) B.*

que iudicare, quanto magis non potest imperare?" Denique mulieri non permittuntur civilia nec virilia munera, multo autem minus sacerdotalia. (Rigalt.)

c. carnem suam sanctificare] Infra „ipsam naturam consecrare." Haec autem apud Isidorum leguntur, sed absurdissime in alium sensum detorta, lib. II. de Offic. Eccl. [cap. 18]. (Rigalt.) Verba Isidori adscribo: „In gradibus enim vel officiis ecclesiasticis feminae nullatenus praescribuntur; nam neque permittitur eis loqui in ecclesia vel docere, sed neque tangere (leg. *tinguere*) vel offerre, neque ullius virilis muneris aut sacerdotalis officii sibi sortem vendicare. Quia virgo est, et carnem suam sanctificare proposuit, idcirco velaminis venia fit illi, ut in ecclesiam notabilis vel insignis introeat, et honorem sanctificati corporis in libertate capitis ostendat, atque mitram quasi coronam virginalis gloriae in vertice praeferat."

d. in libertate capitis ostendat?] Ita dictitabant quae de virginitate gloriam captabant humanam, bona ratione factum fuisse sibi velaminis veniam, neque sibi fraudi aut invidiae esse debere datam sanctitatis praerogativam: sic enim fieri, ut honore isto conspicuae et insignes, cum in ecclesiam intrarent, ceteros ad opus idem sanctificandae carnis sollicitarent. Sed ineptum illis esse huiusmodi honorem contendit Tertullianus. Atque id revincit propositis honoribus aliis, maioribus quidem, sed virgini magis adhuc ineptis. Potuit, inquit, dignius honorari aliqua praerogativa virilis aut gradus aut officii. Nam haec per derisum dici apparet ex praecedentibus: „Non permittitur mulieri muneris ullius virilis, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vindicare." Item ex sequentibus: „Adeo nihil virgini ad honorem de loco permissum est, sed nec de aliquibus insignibus." (Rigalt.)

e. in viduatu collocatam] Nempe ab episcopo. Dixit autem *in viduatu* quemadmodum *in diaconatu.* Unde colligitur in ecclesia tum temporis Christiana ordinem sive honorem fuisse viduarum. Itaque lib. I. ad Uxor. cap. 7. viduam adlegi in ordinem nisi univiram non concedit. Postea vero nec ullas quidem ordinari placuit Conciliis Arausicano I. et Epaonensi. (Rigalt.)

f. refrigerii] Alebatur eleemosynis viduarum. Ceterum cf. Acta Apost. cap. 6.

g. annos sexaginta] Cf. Muenter Primord. Eccl. Afr. p. 58 sq.

mentis omnium affectuum [9b]structae [10]et facile norint ceteras et consilio et solatio iuvare, et ut nihilominus ea [11]decucurrerint per quae femina probari potest. Adeo nihil virgini ad honorem de loco permissum est.

Sic nec de aliquibus insignibus. Ceterum satis inhumanum, Cap. X. [1]si feminae quidem per omnia [2]viris subditae honorigeram notam virginitatis suae praeferant, [3]qua suspiciantur et circumspiciantur[a] et magnificentur a fratribus, viri autem tot virgines, tot spadones voluntarii[b], caeco bono[c] suo incedant, nihil gestantes quod et ipsos faceret illustres. Debebunt [4]enim[d] et ipsi aliqua [5]sibi insignia defendere[e], [6]aut [7]pennas Garamantum[f], aut [8]stropulos barbarorum[g], aut cicadas Atheniensium[h], aut cirros Germanorum[i], aut stigmata [9]Britonum[k]: aut ex [10]diverso fiat, capite velati in ecclesia lateant.

9b. *Reposuerim* instructae. 10. et facile *ABCa.* facile *reliqui.* 11. decurrerint *AB.* Cap. X. 1. si *om. A(m.pr.)B.* ut *A. m. sec.* 2. viri *A(m.pr.)B.* 3. quasi *d.* 4. enim *ego.* etiam *libri omnes.* 5. sui *A.* sua *B.* 6. ut *Fr. Iunius.* 7. pinnas *Fr. Iunius.* 8. stropulos *d., Salmasius in Solin. p.* 535. strobolos *A.* (*sed in margine legitur* feroboli) fecobolos *B.* strobulos *ab.* scrobulos *C.* crobylos *c., Harrisius, et Adr. Iunius de Coma II,* 1. 9. brittonum *ABC.* 10. adverso *AB.*

Cap. X. a. circumspiciantur] Cf. Desid. Heraldus Digress. I, 6. p. 204.

b. spadones voluntarii] Ludov. de la Cerda citat verba Clementis Paedag. III, 4 „εἰνοῦχος οὐχ ὁ μὴ δυνάμενος, ἀλλ' ὁ μὴ βουλόμενος ἡδεῖν." Cf. etiam De Cultu Fem. II, 9.

c. caeco bono] Id est latente. Cf. interprr. ad Vergil. Aen. I, 536. 356. Barth. Advers. XXXVI, 13. p. 1654.

d. enim] Ita reposui pro vulgata scriptura *etiam.* Non semel apud Tertullianum hae particulae confusae. V. adnott. ad Ad Natt. I, 7. De Paenit. cap. 6.

e. defendere] Id est adserere, vindicare, tueri. Supra cap. 6 fin. „secundum vocabuli huius proprietatem secundum primordii formam virgini et ita universo mulierum generi *defensam.*" De Bapt. cap. 14 „ne sibi omnia *defendere* videretur."

f. pennas Garamantum] Plinius H. N. X, 1. narrat struthiocameli pennis conos bellicos et galeas adornari solitos. Theophrast. Hist. IV, 5.

g. stropulos barbarorum] Sic legendum ex veteri scriptura quae habet *strobulos.* Latine *stropus* qui Graece στρόφος, taenia nempe vel vitta tortilis. Multi barbarorum vittis ac taeniis capita religabant, quos inde μιτροφόρους Graeci vocant, ut Armenios, Saracenos et alios plerosque — —. Has vittas *stropulos,* hoc est parvos stropos, vocat Tertullianus — — —. *Crobylos,* ut vulgo editur, ferre non possit eruditus lector. Hi Atheniensium proprii cum cicadis. (Salmas. Plin. Exercitt. p. 535.) In antiquis exemplaribus et Rhenani editionibus *scrobulos* seu *strobulos.* Legendum, ut monuit Salmasius, *stropulos.* Prisci Latini strupos dixere taenias et fascias. Est autem Graecum στρόφος et στρόφιον. Inde stropi et stropiola, seu strophiola et stropuli. (Rigalt.) Cf. Festus s. v. *Stroppus.*

h. cicadas Atheniensium] Athenienses τεττιγοφόροι crines implexos fibula in cicadam conformata nectebant. (Rigalt.) V. interprr. ad Thucyd. I, 6. Clem. Alex. Paedag. II, 10.

i. cirros Germanorum] Crinibus in nodum tortis. Tacitus de Moribus Germanorum [cap. 38] „Insigne gentis obliquare crinem nodoque substringere." (Rigalt.) Cf. Diodor. Sic. V, 28. Isidor. Origg. XIX, 23. Martial. Epigr. V, 39. Iuven. Sat. XIII, 164 sq. Senec. Epist. 124. et de Ira cap. 26. Cf. Salm. l. l.

k. stigmata Britonum] Britannorum corpora variis figuris compuncta fuisse tradit Herodianus lib. III. [cap. 14.], atque inde est quod apud Claudianum [De Bello Get. v. 418] „— ferroque notatas Perlegit exsangues Picto moriente figuras." (Rigalt.) Adde Claudian. De Laud. Stilich. vi 247 sq. Sidon. Apollin. Panegyr. Aviti VII, 243 sqq. p. 88. ed. Sav.,

Certi sumus spiritum sanctum magis masculis tale aliquid subscribere[1] potuisse, si feminis subscripsisset, cum praeter sexus auctoritatem etiam [11]ipsius continentiae nomine [12]masculos potius honorari oportuisset. [13]Quorum quanto sexus avidior et [14]calidior in feminas[m], tanto continentia maioris ardoris laboratior ideoque dignior omni ostentatione, si ostentatio virginitatis est dignitas. [15]Non enim et continentia [16]virginitati antistat, sive [17]viduorum, sive qui ex consensu contumeliam communem iam recusaverunt? Nam virginitas gratia constat, continentia vero virtute. Non concupiscendi cui concupiscendo inoleveris grande certamen est. Cuius autem concupiscendi ignoraveris fructum, facile non concupisces, adversarium non habens, [18]concupiscentiam fructus. Quomodo ergo non magis viris aliquid tale deus in honorem subscripsisset, vel quia [19]familiariori [20]scilicet imagini suae, vel quia plus laboranti? Si autem nihil masculo, multo magis feminae[n].

Cap. XI. Sed quod supra[a] intermisimus ex parte subsecutae disputationis[b], ne cohaerentiam eius dispergeremus, nunc responso [1]expun-
1 Cor. XI, 5. gemus[c]. Ubi enim gradum fiximus[d] de apostoli absoluta [2]definitione, omnem mulierem etiam omnis aetatis intellegendam, responderi ex diverso habebat[e] ergo a nativitate et a primo nomine aetatis virginem operiri oportere. Non ita est autem, sed ex quo se intellegere coeperit et [3]sensum naturae suae intrare et de [4]virginis exire[f] et pati novum illud quod alterius aetatis est. Nam et

11. ipsius *om. c.* 12. masculis *A. m. pr.* magis masculis *B.* 13. Quarum *vitiose excusum est in edd. Semleri et Leopoldi.* 14. callidior *A (m. pr.) BC.* 15. Num enim *A (m. sec.) B.* Num etiam *A.* 16. virginitatis *A (m. pr.) BC.* 17. viduorum *abcd. Gorziensis.* viduarum *ABC.* 18. concupiscentiae fructum *A.* 19. familiariores *A.* familiariore *B.* 20. simus *vel* sint *corrigi vult m. sec. in A.*

Cap. XI. 1. et expungemus *AB.* 2. diffinitione *ABC.* 3. censum *d.* 4. virgineis *Fr. Iunius.*

Auson. Mosella v. 68. Cf. etiam interprr. ad Caes. De Bello Gall. V, 14.

l. subscribere] Concedere. Cf. adnot. ad de Idolol. cap. 23. Adde De Fuga in Persecut. cap. 6. De Pudic. cap. 1.

m. et calidior in feminas] Cf. Macrob. Saturn. VII, 7. Plut. Sympos. lib. III, quaest. 4. Clemens Alex. Paedag. III, 3.

n. multo magis feminae.] Si nullum insigne datur a deo masculo ad indicandam ostentandamque virginitatem, multo magis dari nullum debet feminae. (La Cerda.)

Cap. XI. a. supra] Respicit caput quartum huius operis, aut potius octavum, ubi dixit sub hoc nomine *mulier* contineri omnem aetatem. (La Cerda.)

b. ex parte subsecutae disputationis] Recte Ludov. de la Cerda *ex parte* interpretatur *in gratiam.* Similiter nos utimur adverbiis *seitens* et *rücksichtlich.* Cf. Apolog. cap. 21 „Pilato, Syriam tunc *ex parte Romana* procuranti."

c. expungemus.] Absolvemus. Cf. adnott. ad Apolog. cap. 35.

d. gradum fiximus] Cf. quae adnotavi ad Scorpiac. cap. 8.

e. responderi ex diverso habebat] Poterat ex contrario responderi nobis. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

f. et de virginis exire] Cave ne quid mutes. Subiectum non *virgo* est, sed *mulier.* De virginis autem natura vel sensu naturae exit mulier cum novum illud, scilicet viri congressus, patitur. Opponuntur igitur sibi duo aetatis sta-

principes generis Adam et Eva, quamdiu intellectu carebant, nudi agebant. At ubi de arbore agnitionis gustaverunt, nihil primum[g] senserunt quam erubescendum. [5]Ita sui [6]quique[h] sexus intellectum tegmine notaverunt. Sed etsi propter angelos velanda est, sine dubio ab ea aetate lex velaminis [7]operabitur a qua potuerunt filiae hominum concupiscentiam sui [8]adducere et nuptias pati. Ex illo enim [9]virgo desinit ex quo potest non esse. Et ideo penes Israël illicitum est ad virum tradere nisi post contestatam sanguine maturitatem; ita ante hunc indicem acerba[i] res est. Igitur si tam diu virgo quamdiu acerba est, desinit [10]virginem[k] cum matura cognoscitur, et ut non virgo iam legi applicatur, sicut et nuptiis. Et desponsatae quidem habent exemplum Rebeccae, quae cum ad sponsum ignotum adhuc ignota perduceretur, [11]simul ipsum cognovit esse quem de longinquo [12]prospexerat, non sustinuit[l] dexterae colluctationem nec osculi congressionem nec salutationis [13]communicationem[m], sed confessa quod senserat, id est spiritu nuptam, negavit virginem velata ibidem. O mulierem iam de Christi disciplina! Ostendit enim etiam nuptias de aspectu et animo fieri, quemādmodum stuprum; nisi quod etiam Rebeccam quidam adhuc velant[n]. De ceteris vero, id est quae desponsatae non sunt, [14]vi-

Gen. XXIV, 64 sq.

5. Ita *ABCab.* Itaque *cd.* 6. quique *ABCcd. Vaticani tres.* quisque *ab.* 7. operabatur *AB.* 8. abducere *AB.* 9. virgo desunt *A.* virgines desunt *A.* 10. virgine *AB.* esse virgo *A. m. sec.* 11. similiter illum *AB.* 12. prospexerat *d.* perspexerat *reliqui.* 13. communionem *AB. tres Vaticani.* 14. viderit parentum *abcd.* viderint aut parentum *ABC.*

tus, virginem sese intellegere sensumque naturae suae intrare, et de virginitate exire et nuptias pati.

g. nihil primum] Ellipsis illa usitatissima comparativi *magis.* V. quae adnotata sunt ad De Test. Animae cap. 2.

h. quique] *Quique* pro *quisque,* ut saepe *aliqui* pro *aliquis.* Ceterum cf. De Orat. cap. 22 „Nunc aetas quae sexum suum ignorat simplicitatis privilegium teneat. Nam et Eva et Adam, ubi eis contigit sapere, texerunt statim quod agnoverant. Certe in quibus pueritia iam mutavit, sicut naturae, ita et disciplinae debet aetas esse munifica. Nam et membris et officiis muliebribus resignantur. Nulla virgo est ex quo potest nubere, quoniam aetas iam in ea nupsit suo viro, id est tempori — — —. De illis tamen quae sponsis dicantur, constanter super meum modulum pronuntiare contestarique possum velandas ex ea die esse qua ad primum viri corpus osculo et dextera expaverint. Omnia enim in his praenupserunt, et aetas per maturitatem, et caro per aetatem, et spiritus per conscientiam, et pudor per osculi experimentum, et spes per expectationem, et mens per voluntatem. Satisque nobis exemplo Rebecca est, quae sponso demonstrato tantum notitia eius nubendo velata est."

i. acerba] Immatura. V. Non. p. 247. Merc. s. v. Barthii Adverss. XIX, 15. p. 994., et quae adnotavi ad Varronis Satur. Menipp. Reliqu. Agathone p. 91.

k. desinit virginem] De structura cf. quae congessit Hildebr. ad Apul. Metam. V, 6. p. 322.

l. sustinuit] Expectavit. Cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 11.

m. dexterae colluctationem] Veluti pudorem iam virginalem invadentis.

n. nisi quod etiam Rebeccam quidam adhuc velant.] Hoc est virgines quidem desponsatas nonnulli adhuc velant, minime autem ceteras. At Tertullianus et ceteras quoque velandas esse contendit. (Rigalt.)

derit parentum[o] procrastinatio ex angustiis vel scrupulositate descendens, viderit et ipsum continentiae votum. Nihil pertinet ad aetatem sua spatia currentem suaque debita maturitati luentem. Alia in occulto mater, natura, et alius [15]in latenti pater, tempus[p], filiam suam legibus suis maritarunt. Aspice nuptam iam [16]illam tuam virginem, et animam [17]expectatione et carnem [18]transfiguratione, cui tu secundum paras maritum. Iam et vox obsolefacta est[q], et membra completa sunt, et pudor [18b]ubique vestitur[r], et menses tributa [19]dependunt[s], ac tu mulierem negas quam muliebria pati dicis? Si congressio viri mulierem facit, non tegantur nisi post ipsam nuptiarum passionem. Atquin etiam apud ethnicos velatae ad virum ducuntur. Si autem ad desponsationem velantur, quia et corpore et spiritu masculo mixtae sunt per osculum et dexteras, per quae primum [20]resignarunt pudorem [21]spiritu[t], per commune conscientiae pignus quo totam condixerunt confusionem[u], quanto magis tempus illas velabit, sine quo sponsari[v] non possunt et quo urgente sine sponsalibus virgines desinunt esse? Tempus etiam ethnici observant, ut ex lege naturae iura sua aetatibus reddant. Nam feminas quidem a duodecim annis, masculum vero a duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non spon-

15. malenti *AB.* 16. in illam *ABC.* in illa *A. m. sec.* 17. expectationem *ABC.* 18. transfigurationem *ABC.* 18b. utique *Ludov. de la Cerda.* 19. dependunt *d., Petr. Ciacconius.* defundunt *Ios. Scaliger.* defendunt *ABCabc. liber Divionensis.* 20. resignarent *B.* 21. spiritus *d., Fulv. Ursinus.*

o. viderit parentum] Particulam *aut,* quam libri veteres inserunt ante vocem *parentum,* natam puto ex syllaba *ant,* a magistro superscripta, qui pro *viderint* maluit *viderant. Angustias* Rhenanus recte explicat tenuitatem facultatum seu fortunarum.

p. et alius in latenti pater, tempus] Cf. quae supra adscripsi ex libro De Oratione.

q. vox obsolefacta est] Cf. Ad Natt. II, 12.

r. et pudor ubique vestitur] Ipse libro De Anima cap. 38 „Vestitior sexus est." (Rigalt.) *Pudorem* pro pudendo posuit Tertullianus etiam De Spectac. cap. 21.

s. menses tributa dependunt] Sic correxit Fulv. Ursinus. Et recte; licet et *defendunt* tueri possis. Saepe enim apud Tertullianum id verbum significat adserere vel vindicare. Cf. etiam De Orat. cap. 22. Auctor carminis Sodomae v. 125 sq. „Dicitur et vivens alio iam corpore sexus Munificos solito dispungere sanguine menses."

t. resignarunt pudorem spiritu] *Spiritu,* pro quo Rigaltius cum Fulvio Ursino edidit *spiritus,* accipio pro dativo. *Resignare* proprie est solvere, deinde et violare et laedere, nec semel hac sententia eo verbo usus est Septimius. Cf. Ad Natt. I, 5. De Orat. cap. 22. De Paenit. cap. 5. De Cultu Fem. I, 1. Lucilius *signatam virginem* dixit denotans illaesam et inviolatam lib. Sat. XXIX. ap. Nonium p. 171. Merc.

u. condixerunt confusionem] Quam prope dixit, Totam condixerunt contumeliae coniugalis impudentiam! (Rigalt.)

v. sponsari] Vet. Onomast. Latino-Graecum ap. Vulcan. p. 143: „Sponso, *μνηστεύω.*" Paulin. Nol. Carm. XVIII, 43 „Et variis animam *sponsantes* dotibus adstant." Paulus Dig. XXIII, 2, 38 „Inde oriundam uxorem ducere non potest, quamvis *sponsare* non prohibeatur." Tertull. infra cap. 16 „Illi *sponsasti* maturitatem tuam." Cf. Barthii Adversa. XLII, 21. p. 1909.

salibus aut nuptiis decernentes. Mater familiae vocatur, licet virgo, et pater familiae, licet investis[w]. A nobis nec naturalia[x] observantur, quasi alius sit deus naturae quam noster.

[1]Agnosce et mulierem, agnosce et nuptam de testimoniis et corporis et spiritus, quae patitur et in conscientia et in carne. Hae sunt tabellae priores naturalium sponsalium et nuptiarum. Impone velamen extrinsecus [2]habenti tegumen intrinsecus. Tegantur etiam superiora cuius inferiora nuda non sunt. Vis scire quae sit aetatis auctoritas? Propone utramque, immutare compressam in habitu mulieris, et quae maturitate progressa in virginitate duret cum suo habitu: facilius illa mulier negabitur, quam ista virgo credetur. Tanta est adeo fides aetatis, ut nec habitu [3]obstrui possit. Quid? quod [4]etiam hae nostrae[a] etiam habitu mutationem aetatis confitentur, simulque se mulieres intellexerunt, de virginibus [5]educantur[b], a capite quidem ipso deponentes quod fuerunt: vertunt capillum[c] et [6]acu [7]lasciviore comam sibi [8]inserunt[d], crinibus a fronte divisis apertam professae mulieritatem. Iam et consilium formae a speculo petunt, et faciem morosiorem[e] lavacro macerant, forsitan et aliquo eam medicamine interpolant, pallium extrinsecus iactant[f], calceum stipant[g] multiformem[h], plus instrumenti ad balneas defe- Cap. XII.

Cap. XII. 1. Agnoscet mulierem agnoscet nuptam *A (m. pr.) BC.* 2. habenti tegumen intrinsecus *om. AB.* 3. obstrui — — etiam habitu *om. A.* 4. et iam *Fr. Iunius.* 5. educuntur *Ios. Scaliger.* 6. in acu *bc.* 7. lasciviorem *Fr. Iunius.* 8. inferunt *A (m. pr.) BCabc.*

w. investis.] Cf. quae adnotavi ad De Orat. cap. 22.

x. naturalia] Cf. adnott. ad De Fuga in Persecut. cap. 1. De Spect. cap. 9.

Cap. XII. a. hae nostrae] id est virgines.

b. de virginibus educantur] Educunt sese de virginum censu. (Rigalt.) Educantur, id est eximuntur, educuntur. De Pallio cap. 2 „Chaldaeum semen in Aegyptum *educatur.*" Gloss. Sangerm. ap. Du Cangium: „*Educare,* eligere, proferre, liberare."

c. vertunt capillum] V. adnott. ad De Cultu Femin. II, 6.

d. et acu lasciviore comam sibi inserunt] *Ἐνείρουσι τὴν κόμην τῇ βελόνῃ* vertit Salmasius Plin. Exercitt. p. 534., quem omnino vide de hoc loco. Martial. Epigr. XI, 45 „Punctaque *lasciva* quae terebrantur *acu.*"

e. faciem morosiorem] Ita appellat faciem scrupulosiorem sibi curam expostulantem. Ad Natt. II, 4 „Quid probat tanta praesumptione asseverationis otium affectatae *morositatis* eloquii artificio adornatum?" De Orat. cap. 20 „auri superbiam et crinium lenoniam *morositatem* (*al.* operositatem)." De Pallio cap. 4 „pallium *morosius* ordinatum." De Praescript. Haeret. cap. 40 „*morositatem* illam Iudaïcae legis."

f. pallium extrinsecus iactant] Hieronymus ad Gaudentium tom. IV. Opp. ed. Bened. p. 797 „Solent quaedam cum futuram virginem spoponderint, nulla tunica eam inducere et *fulvo operire pallio,* auferre linteamenta" cett. Iactant autem, ni fallor, pallium, quo gracilius spectetur suum corpusculum.

g. stipant] Ut pressus sit et aptus pedi.

h. multiformem] Refer ad *ματαιοτεχνίας* illas, ut ait Clemens Alex. Paedag. II, 11., quibus strui calcei solebant. Cf. Balduin. de Calceo cap. 19. Becker Gallus tom. I, p. 36 sq. et tom. II, p. 102 sqq. et in Pauly Encyclop. s. v. *Calceus.*

runt[i]. Quid singula persequar? [9]Solae autem manifestae paraturae totam circumferunt mulieritatem[k], sed [10]virginari[l] volunt sola capitis nuditate, uno habitu[m] negantes quod toto suggestu profitentur.

Cap. XIII. Si propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, [1]et ut apud ethnicos caput [1b]velant[a], certe in ecclesia virginitatem suam abscondant, quam extra ecclesiam celant. [1c]Timent extraneos, revereantur et fratres: aut constanter audeant et in vicis virgines videri, sicut audent in ecclesiis. Laudabo vigorem, si [2]aliquid et apud ethnicos virginitatis nundinarint[b]. Eadem natura foris quae et intus, eadem institutio apud homines et apud dominum eadem libertate[c] constat. [3]Quo[d] ergo foris quidem bonum

9. Solae autem manifestae paraturae *ABC. liber Divionensis.* Solennem manifestae paraturae *abc.* Sola autem manifesta paratura *d.* Solenne (*h. e. pompa*) manifesta paratura *Ios. Scaliger.* Solae enim manifestae paraturae *vel* Sola enim manifesta paratura *Petr. Ciaccon̄ius.* 10. virginari *A(m. sec.) abcd.* virginali *A(m. pr.) BC.*

Cap. XIII. 1. et ut *Nic. Rigaltius.* ut et *libri omnes.* 1 b. velant *Nic. Rigaltius.* velent *libri omnes.* 1 c. timentes *Leopoldus.* 2. apud aliquid et *AB.* 3. Cur *A. m. sec.*

i. plus instrumenti ad balneas deferunt.] Clemens Alex. Paedag. III, 5 „*εἰς τοσοῦτον γὰρ ἀκρασίας ἦκουσιν, ὡς δειπνεῖν καὶ μηθύειν ἔτι λουομένας· τά τε ἀργυρώματα, μεθ' ὧν ἐμπομπεύουσιν, ἀπειροκάλως ἐν τοῖς βαλανείοις προτιθέασι· τάχα μέν που καὶ τὸν πλοῦτον δι' ἀλαζονείαν περιττήν.*“

k. Solae autem manifestae paraturae totam circumferunt mulieritatem] Sic omnino legitur in codice Divionensi; nec dubito talem fuisse Tertulliani manum. Hae nostrae, inquit, virgines, Christianae scilicet, etiam habitu mutationem aetatis confitentur, simulque pubertatem subnasci suam sentiunt, iam se esse mulieres, atque ex virginibus excessisse intelligunt. Itaque a capite ipso deponunt habitum virginalem, vertunt capillum, acu lasciviore comam sibi inserunt, crinibus a fronte divisis apertam professae mulieritatem. Deinde colligit, Immo solae virgines totam circumferunt manifestae paraturae mulieritatem. Etenim a capite incedunt nudo, principali manifestae paraturae muliebris parte, quam tegere solent mulieres. Itaque plus exhibent manifestae mulieritatis quam ipsae mulieres. (Rigalt.) Manifesta paratura dicitur habitus et cultus muliebris. De voce *paratura* cf., si placet, adnott. ad De Spectac. cap. 4. Vox frequens in scriptis Tertulliani.

l. virginari] *Παρθενεύεσθαι.* Cf. Glossar. Cyrilli p. 571. Vulcan. „*Παρθενεύω*, virgino.“ Glossarium ms. quod asservabatur in bibliotheca Geubacens „*Virginare*, caste vivere.“

m. uno habitu] Capitis videlicet apertī. (Rigalt.)

Cap. XIII. a. et ut apud ethnicos caput velant] Ita correxit Rigaltius et sic interpretatus est: Christianae virgines quamvis in ecclesia capite essent intecto, tamen apud ethnicos et in vicis incedebant velatae caput. Dicebant autem se abuti habitu, hoc est se ambulare in alieno habitu, ne scilicet in virginali suo ab ethnicis appeterentur ardentius. Laudat consilium Tertullianus, sed praeterea requirit, ut in hoc etiam impleant habitum illum non suum cum in ecclesiam ventitant. Nimirum propter fratres, qui etiam homines sunt.

b. si aliquid et apud ethnicos virginitatis nundinarint.] Recte Rigaltius interpretatus est: Si tantum illis in sua virginitate constantiae suppetit, ut eius etiam exempla proponere audeant, unde ethnici sumant quod imitentur.

c. eadem libertate] Ut sunt liberae apud deum in revelatione, sint et apud homines.

d. Quo] Id est quorsum, quem in finem.

suum abstrudunt, in ecclesia vero [3b]provulgant? Exposco rationem. Utrumne ut fratribus suis placeant, an ut ipsi deo? Si ut ipsi deo, tam idoneus est ad conspicienda [4]quaequae in occulto fiunt quam iustus ad remuneranda quae soli sibi fiunt. Denique praecipit, nihil [5]debucinemus eorum quae apud illum mercedem mere- Matth. VI, 2 sqq.
buntur, nec ea ab hominibus compensemus. Quod si unius victoriati[e] vel quamcunque eleemosynae operationem sinistra [6]conscia facere prohibemur, quantum tenebrarum circumfundere debemus cum tantam oblationem deo offerimus ipsius corporis et ipsius spiritus nostri, cum [7]illi ipsam naturam consecramus? Ergo quod non potest videri propter deum fieri, quia sic fieri deus non vult, sequitur ut hominum gratia fiat, utique primo illicitum[f], [8]ut gloriae libidinosum. Gloria enim illicitum est eis quorum probatio in omni 1 Cor. IV, 7.
[9]humiliatione constat. Et si a deo confertur continentiae virtus, quid gloriaris quasi non acceperis? Si vero non accepisti, quid habes quod datum tibi non est? [10]Hoc ipso autem constat a deo [11]datam tibi non esse, quod [12]illam non soli deo praestas. Videamus ergo quod humanum est, an firmum [13]sit et verum.

Referunt aliquando dictum a [1]quodam, cum primum quaestio Cap. XIV.
ista temptata est, Et [2]quomodo ceteras sollicitabimus ad huiusmodi opus[a]? Scilicet felices nos facient, si plures erunt, et non dei gratia vel merita [3]cuiusque. Virgines ecclesiam, an ecclesia virgines ornat [3b]deo sive commendat? [4]Confessus est igitur gloriam esse in causa. Porro[b] ubi gloria, illic sollicitatio[c], ubi sollicitatio,

3b. pervulgant *duo Vaticani.* 4. quaequae *ego.* quaeque *ABCabc.* quae *d., Fulv. Ursinus.* 5. debucinemus *AB.* debuccinemus *reliqui.* 6. conscientia *ABC.* 7. illi ipsam *ABCa.* illi ipsi *liber Divionensis.* illam ipsam *bcd.* 8. et *AB.* 9. humilitate *marg. C.* 10. Hoc ipso — — — non esse *om. B.* 11. datum *ABC* (*sed iam in ed. Rhenan. a. MDXXVIII. extat* datam). 12. illi *B.* illum *AC* (*sed iam in ed. Rhenan. a. MDXXVIII. extat* illam). 13. sit et *ABabcd. Gorziensis liber.* et *C.*

Cap. XIV. 1. quadam *d., Fulv. Ursinus.* 2. quonam modo *A. m. sec.* quoniam *B.* 3. eiusque *ex ed. Semleri prave repetitum est in ed. Leopoldi.* 3b. deove *A. m. sec.* 4. Confessa *d., Fulv. Ursinus.*

e. victoriati] De hoc numo cf. Plin. H. N. XXXIII, 3.

f. utique primo illicitum] Cum probaverit detectionem fieri non posse propter deum, sequitur ut fiat propter homines. Probat autem duplici ratione non debere hoc fieri propter homines. Primo, quia illicitum est, ut gloriae libidinosum. Deinde, quia, cum virginitas sit donum dei et mera gratia, cur illam venditemus hominibus? (Ludov. de la Cerda.)

Cap. XIV. a. ad huiusmodi opus?] Intellige operationem sanctificandae carnis et consecrandae virginitatis. Sic operationem eleemosynae et operationem ieiunii. (Rigalt.) En, humanum illud quod dixit se agitaturum in hoc capite. Nam scilicet dixit quidam oportere virgines esse intectas, ut ita aliae feminae sollicitarentur ad similem gloriolam captandam. (Ludov. de la Cerda.)

b. Porro] V. de hac particula quae adnotavi ad De Corona cap. 7.

c. ubi gloria, illic sollicitatio] Haec indicio sunt, virgines illo aevo etiam deo fuisse consecratas, nec tamen velatas neque reclusas. (Rigalt.)

illic coactio, ubi coactio, illic necessitas, ubi necessitas, illic infirmitas. Merito itaque, dum caput [5]non tegunt, ut sollicitentur gloriae causa, ventres[d] tegere coguntur infirmitatis ruina. Aemulatio enim [6]illas, non religio producit[e]. Aliquando et ipse [7]deus venter [8]earum[f], quia [9]facile virgines [10]fraternitas suscipit[g]. Nec tantum autem ruunt, sed et funem longum delictorum sibi attrahunt. Prolatae enim in medium et publicato bono suo[h] elatae et [11]fratribus omni honore et [12]caritatis operatione[i] cumulatae, dum [13]non labent[k], ubi quid admissum est, tantum dedecoris [14]cogitant quantum honoris habuerunt. Si intectum caput virginitati adscribitur, si qua virgo exciderit de gratia virginitatis, ne prodatur, intecto permanet [15]capite, et tunc iam alieno ambulat [16]habitu. [17]Consciae [18]mulieritatis[l] iam [19]indubitatae audent nudo capite ad

5. inie *A.* invite *A. m. sec.* nisi *B.* 6. illas *A (m. sec.) abcd.* illarum *ABC.* 7. venter deus *AB.* 8. caron *A.* caro *A. m. sec.* 9. faciles *AB.* 10. fraternitatis *AB.* 11. a fratribus *A (m. sec.) d., Fulv. Ursinus.* 12. caritate et operatione *ABC.* 13. non labent *ego.* non latent *libri omnes.* modo lateat *Latinius, Ios. Scaliger, Fr. Iunius.* 14. cogitantes *ABC.* 15. capite esse et *A (m. pr.) BC.* 16. habitu. Consciae *Ludov. de la Cerda, Nicol. Rigaltius.* habitu, id est quem sibi vindicat (vendicat *ABCabc.*) virginitas; permanet nihilominus in habitu vel tunc saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur (probatur *AB.*) *libri omnes.* 17. Consciae *abcd. Latinius.* Conscientiae *C.* et conscientiae *AB.* 18. mulieritatis *d., Latinius.* muliebritatis *reliqui.* 19. indubitate *ACabc.* indubitati *B.*

d. ventres] Ventres dicit ut solent auctores Iuris, uteros admisso viro gravidatos. Itaque ventres tegere est graviditates dissimulare. (Rigalt.) *Infirmitatem* appellat stuprum.

e. producit.] In ecclesiam.

f. ipse deus venter earum] Hic vulgari sensu ventrem posuit pro gula. (Rigalt.)

g. quia facile virgines fraternitas suscipit.] Retuli ad eleemosynam qua fratres Christiani libenter accipiebant virgines. Eo enim me ducunt verba quae praecedunt de ventre, ut dicat: Producit illas aliquando venter, id est gula, quia vident fratres suppeditare cibos virginibus. Nam scilicet locum Pauli 3. Philipp. „Quorum deus venter est", vulgus interpretum ad gulam confert. Etenim Christiani olim proclives admodum fuerunt ad praebenda necessaria virginibus, quia hic status semper in veneratione. De Constantino Magno ait Theodoritus lib. I. Histor. cap. 11. suppeditasse virginibus *ἐτήσια σιτηρέσια*. Sed cum Pamelius et Rhenanus verba ista „facile virgines fraternitas suscipit," referunt ad amplexus et oscula, de quibus loquitur in exitu huius capitis, perinde liquet locum aliter interpretandum, ut dicat: Producit illas in ecclesiam venter, id est carnalis appetentia, nam delectantur osculis et amplexibus fratrum. Haec explicatio si vera est, ut tantis viris placita, habes ex ea Tertullianum explicare verba Pauli non de gula ventris, sed de pudendis ventris. Et aliquid ad hanc explicationem conducere verba Augustini videbis in Iustiniano nostro, ubi tractat locum Pauli. Fratres autem dicti sunt Christiani et eorum collegia. Dionysius Alexandr. ap. Eusebium lib. VI, cap. 34 „*ἐξέχλινον δὲ καὶ ὑπανεχώρουν οἱ ἀδελφοί.*" Agit videlicet de persecutione illa quae efferbuit sub Decio. (Ludov. de la Cerda.)

h. publicato bono suo] Haec fieri solebant in professione virginis religiosa. Ecclesia frequenti proferebatur in medium talis propositi virgo coram praeside sive praeposito, ab eoque publicabatur virginis bonum, neque bonum consecrandae virginitatis consilium. Ac deinceps a fratribus, hoc est ab ecclesia, omni honore et caritatis operatione cumulabatur. (Rigalt.)

i. caritatis operatione] Cf. adnott. ad De Idolol. cap. 23.

k. dum non labent] Hanc emendationem flagitabat loci ratio. Sententia iam est aperta.

l. habitu. Consciae mulieritatis] Verba

deum adire. Sed aemulator deus et dominus, qui dixit, Nihil occultum quod non revelabitur, plerasque etiam in conspectum deducit. Non enim confitebuntur nisi ipsorum infantium suorum vagitibus proditae[m]. Quantum autem plures, non etiam de pluribus sceleribus suspectas habebis? Dicam, licet nolim, difficile mulier semel fit quae [20]timet fieri[n], quaeque iam facta potest virginem mentiri sub deo[o]. Quanta item circa uterum suum audebit, ne etiam mater detegatur? Scit deus [21]quot iam infantes et perfici et perduci ad partum integros [22]iuverit[p] debellatos aliquamdiu a Matth. X, 26.

20. non timet *d.* 21. quod *A(m. sec.)BC.* 22. iuverit *ego.* duxerit *libri omnes.*

id est quem sibi vindicat virginitas; permanet nihilominus in habitu vel tunc saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur e textu eieci. Recte enim Rigaltius „Haec omnia, ait, quamvis reperiantur in antiquis exemplaribus, videntur importuna, atque ex aliqua forte ad libri marginem interpretatione invecta.“ Ita iudicaverat ante Rigaltium iam Ludovicus de la Cerda. In sequentibus pro *Consciae* libri veteres praebent *Conscientiae.* Idem vitium animadverti poterat iam supra cap. 13., ubi defensorem invenerat Nicol. Rigaltium qui, quamquam sua editione ediderat „sinistra *conscia,*“ in adnotatione tamen reducendum esse statuit „sinistra *conscientia,*“ quod dictum esset ut libro De Pallio cap. 4 fin. *„sacerdos* suggestus“ pro *sacerdotali* suggestu. Sed, quamvis bene sciam Septimium saepius substantivis substantiva adiectivorum loco iungere quemadmodum *sacerdos suggestus, virgo continentia* (Apolog. cap. 9.), *saliva virgo* (De Ieiun. cap. 6.), magnopere tamen dubito, an *sinistra conscientia* possit dici pro *sinistra conscia.* Denique, quod ad praesentia Tertulliani verba, vocem *mulieritatis,* pro qua libri veteres *muliebritatis,* habuimus iam supra cap. 12.

m. infantium suorum vagitibus proditae.] Hieronymus ad Eustochium tom. IV. Opp. ed. Bened. p. 32 „Pudet dicere quot quotidie virgines ruant, quantas de suo gremio mater perdat ecclesia, super quae sidera inimicus superbus ponat thronum suum, quot petras excavet et habitet coluber in foraminibus earum. Videas plerasque viduas antequam nuptas infelicem conscientiam mentita tantum veste protegere. Quas nisi tumor uteri et infantum prodiderit vagitus, erecta cervice et ludentibus pedibus incedunt. Aliae vero sterilitatem praebent, et necdum nati hominis homicidium faciunt. Nonnullae cum se senserint concepisse de scelere, abortii venena meditantur et frequenter etiam ipsae commortuae trium criminum reae ad inferos perducuntur, homicidae sui, Christi adulterae, necdum nati filii parricidae.“

n. difficile mulier semel fit quae timet fieri] Alienam sententiam Septimio obtrudunt rescribentes *quae non timet fieri.* Tertullianus ait: Quanto autem plures eiusmodi reperiuntur adulterae virgines, tanto de pluribus eas etiam sceleribus suspectas habere debemus. Quae enim mulier ita timet fieri atque videri, facile est etiam suspicari non semel admisisse castitatis suae expugnatores. Cautio crebrioris impudicitiae proditrix. In eam sententiam interpretatus erat etiam Ludovicus de la Cerda, cuius verba adscribo: „Attingit horrendissima monstra libidinum. Nam sunt virgines quae admittunt omnem impudicitiam, et tantum timent caventque ne corrumpantur, atque hoc ne fiat obluctantur conatu omni, et difficile quidem, nisi ipsae velint, corrumpentur. Nam frustrabuntur libidinem masculi, et caducam facient extra vas.“ Quamquam idem interpres in adnotatione ad partem mutavit sententiam, cum distinguendum suaderet „Dicam, licet nolim, difficile mulier semel fit. Quae timet fieri quaeque iam facta potest virginem mentiri sub deo, quanta item circa uterum“ cett. Nec displicet ea verborum distinctio.

o. quaeque iam facta potest virginem mentiri sub deo.] Impudicitiae impudentiae soror.

p. iuverit] Ita omnino erat reponendum pro vulgata scriptura *duxerit,* quae nec strui potest neque intellegi. De infanticidio cf. Apolog. cap. 9. cum adnott.

matribus. [23]Facillime semper concipiunt et felicissime pariunt huiusmodi virgines, et quidem simillimos patribus. Haec admittit flagitia coacta et [24]invita virginitas[q]. Ipsa concupiscentia non latendi [25]non est pudica. Patitur[r] aliquid quod virginis non sit, studium placendi utique et viris. Quantum velis bona mente conetur[s], necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis[t] et multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus et oscula assidua concalescit[u]. Sic frons duratur, [26]sic pudor teritur, sic solvitur, sic discitur aliter[v] iam placere desiderare.

Cap. XV. Sed enim vera et tota et pura virginitas nihil magis timet quam semetipsam. Etiam feminarum oculos pati non vult. Alios ipsa oculos habet. Confugit ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat adversus ictus temptationum, adversus iacula scandalorum, adversus suspiciones [1]et susurros et aemulationem, ipsum quoque livorem. Nam est aliquid etiam apud ethnicos metuendum, quod fascinum vocant, infelicioremem laudis et gloriae enormioris eventum. [2]Hoc nos interdum diabolo interpretamur[a], ipsius est enim boni odium; interdum [3]deo
Ps. CXLVII, 6. Luc. I, 52 deputamus, illius est enim superbiae iudicium, extollentis humiles et deprimentis elatos. Timebit itaque virgo sanctior, vel in nomine fascini, hinc adversarium, inde deum, illius lividum ingenium, huius censorium lumen, et gaudebit [4]sibi soli et deo nota. Sed et si cui innotuerit, sapit si temptationibus gradum [5]obstruxerit[b]. Quis enim audebit oculis suis premere[c] faciem clausam, faciem

23. et facillime *AB., pro more. Iidem iterum sic in sequentibus habent* et haec *pro* Haec. 24. invitata *ABC (sed iam ed. a. MDXXVIII. habet* invita). *liber Divionensis.* 25. non compudica *AB. tres Vaticani.* non cum pudica *A. m. sec.* 26. si *B.*

Cap. XV. 1. et *om. A (m. sec.) B.* 2. et hoc *AB., pro more.* 3. de deo disputamus *AB.* 4. ipsi *B.* 5. obstruxerit *d., Latinius.* obtraxerit *ABCabc.*

q. coacta et invita virginitas.] Coacta et invita virginitas est quae cum non iam sit virginitas, tamen se simulat esse adhuc integram. Cf. ad De Pudic. cap. 9.

r. Patitur] Cf. adnott. ad Apolog. cap. 21.

s. conetur] Resistat.

t. oculis incertis] Tanquam hostibus incertis. Nescit enim virgo a quo debeat cavere sibi. (Ludov. de la Cerda.) Recte. Erant enim qui *incestis* rescribendum putarent.

u. dum inter amplexus et oscula assidua concalescit.] Hoc autem faciebat fraternitas. Nam osculo se quondam salutabant Christiani. (Rhenanus.)

v. aliter] Ipso stupro.

Cap. XV. a. diabolo interpretamur] Delrius Disquis. Mag. lib. III, quaest. 3. p. 1. volebat *de diabolo interpretamur.* Falso, ut alter locus evincit De Corona cap. 11 „Quanta alia in delictis circumspici possunt castrensium munium *transgressioni interpretanda?*“, ubi *interpretari* cum dativo item est pro deputare vel adtribuere.

b. gradum obstruxerit.] Cf. Apolog. cap. 27 „Igitur provocati ad sacrificandum *obstruimus gradum* pro fide conscientiae nostrae.“, ubi plures locos indicavi.

c. oculis suis premere] Sic Augustinus De Civ. Dei XIV, 14 „humano *premente conspectu.*“

non sentientem, faciem, ut dixerim, tristem? Quicunque malus cogitatus ipsa severitate frangetur. Iam se etiam mulierem negat quae virginem celat[d].

In his consistit defensio nostrae opinionis secundum scriptu- Cap. XVI.
ram, secundum naturam, secundum disciplinam. Scriptura [1]legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis prodest, vel qui diversae sententiae color est[a]? Dei est scriptura, dei est natura, dei est disciplina. Quicquid contrarium est istis, dei non est. Si scriptura incerta est, natura manifesta est, et de eius testimonio scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina quid magis deo ratum sit ostendit. Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius modestia, nihil [2]operosius[b] [3]gloria et studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi et scriptura et natura et disciplina quod ratum deo inveneris, sicut iuberis omnia examinare et meliora quaeque sectari. Superest etiam [1 Thess. V, 21]
ut ad ipsas convertamur, quo libentius ista suscipiant. Oro te, sive mater, sive soror, sive filia virgo, secundum annorum nomina dixerim, vela caput: si mater, propter filios, si soror, propter fratres, si filia, propter patres. Omnes in te aetates periclitantur. [4]Indue armaturam pudoris, circumduc vallum verecundiae, murum sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Adimple habitum mulieris, [5]ut statum virginis serves. Mentire aliquid ex [6]his quae intus sunt[c], [7]ut soli deo exhibeas veritatem. Quamquam non mentiris nuptam. [8]Nupsisti enim Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti[d] maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui voluntatem. Christus est qui et alienas sponsas et [9]maritatas velari iubet, utique multo magis suas.

Cap. XVI. 1. lege *A. m. sec.* longe *AB.* 2. operosius *ABC. tres Vaticani. Hirsaugiensis liber et Gorziensis. Probat Fr. Iunius.* perosius *abcd., ex coniectura Beati Rhenani.* odiosius *A. m. sec.* 3. gratia *B.* 4. Induc *AC.* 5. et *AB.* 6. hiis *A., pro more.* 7. sed *AB.* 8. Nupsisti in Christo *AB.* 9. maritatas *ABcd.* maritas *reliqui.*

d. mulierem negat quae virginem celat.] Hellenismus. Sic supra cap. 12 „facilius illa *mulier negabitur* quam ista *virgo credetur.*“, cap. 14 „potest *virginem mentiri.*“, cap. 16 „*mentiris nuptam.*“ Clemens Alex. Paedag. III, 3 „*τὸν ἄνδρα ἀρνούμενος.*“ Id. ibidem „*ἄνδρα δεικνύει.*“

Cap. XVI. a. vel qui diversae sententiae color est?] Consuetudo opinionis, id est consuetudo quae solum opinione innititur, non prodesse nec melius quid afferre potest quam scriptura, quam natura, quam disciplina, quibus trinis defensoribus Tertullianus suam opinionem de velandis virginibus adseruit. Nec ullus sententiae alicuius illis diversae color nec gravitas potest esse.

b. operosius] Id est gravius, molestius. Alii *perosius.* Sed salva est scriptura. Cf. Ad Natt. I, 4. De Cultu Femin. II, 10. cum adnot.

c. Mentire aliquid ex his quae intus sunt] Virgo caput suum velans mentitur nuptam, dum foris simulat esse quod non esse intus scit. Itaque *quae intus sunt* interpretaberis secreta animi.

d. sponsasti] Cf. supra ad cap. 11.

Cap. XVII. Sed et vos admonemus, alterius pudicitiae mulieres, quae in nuptias incidistis, [1]ne sic a disciplina velaminis [2]exolescatis, ne quidem in momento horae, ut, quia reicere illam non potestis, alio modo destruatis, neque tectae neque nudae incedentes. Mitris enim et lanis quaedam non velant caput, sed conligant, a fronte quidem protectae, qua proprie autem caput est, [3]nudae. Aliae modice linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures usque demissis, cerebro tenus operiuntur. [3b]Misereor, si tam infirmo auditu sunt, ut per tegmen audire non possint. [4]Sciant quia totum caput mulier est[a]. Limites et fines eius eo usque porriguntur unde incipit vestis. Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, [5]ut cervices quoque ambiantur. Ipsae enim sunt quas
1 Cor. XI, 10. subiectas esse oportet, propter quas potestas supra caput haberi debet. Velamen iugum illarum est. Iudicabunt [6]vos[b] Arabiae feminae ethnicae[c], quae non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut [7]uno oculo liberato[d] contentae sint dimidiam frui lucem quam totam faciem prostituere. Mavult femina videre quam videri. Quas propterea infelicissimas ait Romana quaedam regina[e] quod adamare magis quam adamari possint[f]; cum sint vel ex alterius [8]infelicitatis[g]

Cap. XVII. 1. nec *AC.* 2. exsolescatis *AB., Fr. Iunius.* 3. nudae *Cabc.* renudae *d.* he nudae *AB.* 3b. Misereo *A(m. pr.) B.* 4. Sciant, quia totum caput mulieris, limites et fines eius. Eo usque porriguntur *Fr. Iunius.* 5. et *A(m. pr.) B.* 6. nos *ABCa.* 7. uno oculo libero *Fr. Iuretus in Symmach. Epist. I,* 89. p. 56. uno vocabu liberato *A.* 8. felicitatis *ABC.*

Cap. XVII. a. Sciant quia totum caput mulier est.] Igitur et totum caput velandum erit. De structura verbi *scire* cum *quia* cf. quae sunt adnotata ad lib. Ad Martyr. cap. 4.

b. Iudicabunt vos] Id est damnabunt, confundent, erubescere facient. Cf. adnott. ad Apolog. cap. 4.

c. Arabiae feminae ethnicae] Perdurare hunc morem scribit Leo Africus lib. I. Descript. Africae cap. de Moribus Arabum. Ait enim facies mulieribus Arabicis etiamnunc panniculis esse coopertas habereque ad oculi locum foramen quo ceu perspicillo quodam utuntur. Si occurrat ignotus, continuo faciem abscondunt, ac mutae praetereunt, non nisi parentibus et cognatis aspiciendae.

d. uno oculo liberato] Hieronymus ad Eustochium Ep. 22. tom. IV. Opp. ed. Bened. p. 40 „operta facie *vix unum oculum liberant* ad videndum.“ De ellipsi comparativi *magis* saepius a me adnotatum est. Cf. de ea insuper Iuretum in Symmach. Epist. I, 89. p. 53 sq., qui et hunc Tertulliani locum citat, et Andr. Schottum Observ. Hum. V, 24.

e. Romana quaedam regina] Valeria Messalina, Barbati Messalae filia, Claudii Caesaris uxor, putat Fr. Iunius, nescio quo sponsore.

f. quod adamare magis quam adamari possint] Uno scilicet oculo liberato videre ipsis licet quod concupiscant, et videre quidem acutius contributa et collecta in unum oculum omni videndi facultate. Adeoque puellis Tarsensibus ne totam quidem faciem velatis fidendum esse censebat Dio Chrysostomus, cum ipsis audire ea liceret quae libidinem permoverent, atque audire quidem attentius, mente tota negatis sibi oculis omnem ad aures vim conferente; „τοιγαροῦν ὀξύτερον βλέπουσι ἐνὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι.“ Notum est in eam sententiam illud Persii „Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.“ (Rigalt.)

g. alterius infelicitatis] Felicitas est adamare et adamari, infelicitas tam ada-

et quidem frequentioris immunitate felices, quia facilius adamari quam adamare feminae possint. Et ethnicae quidem disciplinae meracior et, ut ita dixerim, barbarior modestia[h]. Nobis dominus etiam revelationibus velaminis spatia metatus est. Nam cuidam sorori nostrae angelus in somnis cervices, quasi applauderet, verberans, Elegantes, inquit, cervices et merito nudae! bonum est usque ad lumbos a capite [9]reveleris[i], ne et tibi ista cervicum libertas non prosit. Et utique [10]quod uni dixeris, omnibus dixeris. [11]Quantam autem castigationem merebuntur etiam [12]illae quae inter psalmos vel in quacunque dei mentione retectae perseverant, [13]moraturae etiam [14]in oratione[k] ipsa facillime[l] fimbriam aut villum aut quodlibet filum cerebro superponunt et tectas se opinantur? Tanti caput suum [15]mentiuntur[m]. Aliae, quibus plane maior est [16]palma[n]

9. reveleris *Fr. Iunius.* veleris *libri omnes.* 10. quod *om. AB.* 11. Quanta autem castigatione *ABC.* 12. illos *AB.* 13. moraturae *ego.* meritone *ABCabcd.* meritunae *Nic. Rigaltius.* 14. quae in *d., Fulv. Ursinus.* 15. metiuntur *abcd.* 16. palla *Beat. Rhenanus.*

mare nec adamari quam adamari nec adamare.

h. meracior et, ut ita dixerim, barbarior modestia.] Ab laxiore ethnicarum feminarum velandi modo et consuetudine transit ad Christianae disciplinae severitatem, vel divinis revelationibus praescriptam. Meraciorem vero et barbariorem ethnicam dicit modestiam naturalem et primitivam et nondum disciplinatam, quae non totum feminis caput velet, sed dimidiam frui lucem sinat. Chronicon Alexandr. (cit. Ludov. de la Cerda) „*Βαρβαρισμὸς δὲ κέκληται ἀπὸ τοῦ τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἔχειν τινὰ ἀρχηγὸν ἢ μίαν συμφωνίαν, ἀλλ' ὅτι πᾶς τι ἑαυτῷ ἐστοίχει καὶ νόμος ἑαυτῷ κατὰ τὴν προτίμησιν τοῦ ἰδίου βουλήματος ἐγγύετο.*“ Rigaltii interpretatio, quam probare non possum, haec est: „Sed ethnicae istius modestiae disciplina prorsus agrestis, inurbana, incivilis, mera barbaries. Quae sunt per derisum dicta, quasi virgines Christianae obiectam sibi Arabicarum disciplinam indignatae respondissent: Barbarae enim sunt. Ut Populia miranti quid esset quapropter aliae animantes gravidae marem non paterentur, Bestiae enim sunt, inquit.“

i. bonum est neque ad lumbos a capite reveleris] Egregia haec est Fr. Iunii emendatio, qua nunc sana sunt scriptoris verba, sanus et intellectus. Sunt enim haec per ironiam prolata: „Siquidem, inquit (sunt ipsa Fr. Iunii verba), tibi liberae cervices a velamento placent, age etiam ad lumbos retege, quo peplus cervices tegens pertinet: alioquin forte ne ista quidem libertas cervicum tibi profutura est.“ Rigaltii explicatio nihil ad rem facit. Tamen adscribo, quo melius ipse possis indicare. „Grave, inquit, monitum, neque indignum angelo, si animum satis advertimus. Alloquitur Christianam. Elegantes, inquit, cervices, quas pretio tanto redemptas voluit Christus. Et merito nudae; quibus scilicet dirissimae servitutis iugum ademit idem Christus. Sed bonum est usque ad lumbos a capite veleris, ne nuda pateas peccato, quo semel occupato Satanae mancipium fias, ac deinceps ista tibi tanto manumissore parta cervicum libertas non prosit, vitio tuo in aeternum sub asperrima tyrannide servitium recasura.“

k. moraturae etiam in oratione] Ita haec verba emendavi. Sensus apertus.

l. facillime] Ludov. de la Cerda interpretatur *εὐτελῶς*, respiciens Clementem Alex. Paedag. III, 11 ubi dicit *ἀναδεῖσθαι τὴν κόμην εὐτελῶς περόνῃ τινὶ λιτῇ*. Rigaltius contra explicat *saepissime.* Malim accipere pro *expedite, et sine ulla haesitatione.*

m. Tanti caput suum mentiuntur] Tanti spatii esse caput suum fingunt. Ceterum sive *metiuntur* tueris, sive *mentiuntur,* sensus eodem redit.

n. quibus plane maior est palma] Longe ab recta ratione erravere qui per-

omni fimbria et filo, non minus capite suo abutuntur, ut bestia quaedam magis quam avis[o], licet pennata, brevi capite, protracta cervice, cetera [17]altegradia. Hanc aiunt, cum delitescendum habet, caput solum plane totum in condensum abstrudere[p], reliquam se in aperto relinquere. Ita dum in capite secura est, nuda qua maior est capitur tota cum capite. Tales erunt et istae minus quam utile est tectae. Oportet ergo omni tempore et omni loco memores legis incedere, paratas et instructas ad omnem dei mentionem, qui si fuerit in pectore, cognoscetur et in capite feminarum. [18]Haec cum bona pace legentibus, [19]utilitatem[q] consuetudini praeponentibus, pax et gratia a domino nostro Iesu redundet, [20]cum [21]Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est[r].

17. alte grandia *ABC.* 18. et haec *AB., pro more.* 19. veritatem *A (m. sec.) d., Latinius.* 20. et cum *AB.* 21. septenno *B. Verba* cum Septimio Tertulliano cuius hoc opusculum est *Semlerus, cui adsensus est Leopoldus, spuria iudicavit. Rationem sententiae addere pro more suo aspernatus est.*

suaderi sibi passi sunt palmam hic aliud esse quam manum. Triplicem notat impudentiae gradum, virginibus absque velamine in ecclesiam convenientibus. Hic tertius est earum quae in oratione ipsa vel in quacunque dei mentione non fimbriam aut villum filumve aliquod capiti superponebant, sed manum, quae etsi maior erat omni aliarum fimbria et filo, tamen ne sic quidem dici poterant tectae, nec minus aliis capite suo abutebantur. (Rigalt.)

o. bestia quaedam magis quam avis] Plin. Hist. Nat. X, 1 „avium, quarum grandissimi et paene bestiarum generis struthiocameli" cett.

p. in condensum abstrudere] Plin. Hist. Nat. l. l. „Concoquendi sine delectu devorata mira natura, sed non minus stoliditas in tanta corporis reliqui altitudine cum colla frutici occultaverint latere se existimantium."

q. utilitatem] Correxerunt *veritate* pro *utilitate,* respectu eorum quae initio huius libri legebantur. Et Cyprianus Epist. 73 *consuetudinem* opposuit *veritati* „Frustra quidam qui ratione vincuntur consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit veritate." Et sic passim etiam alii. Tamen reposui *utilitatem* ex libris veteribus, cum sit gravior ita et, quod dicunt, praegnans sententia.

r. cum Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.] Haec verba cur quibusdam spuria sint visa non bene intellego. Pari clausula utitur Tertullianus in fine libri De Baptismo et De Exhortatione Castitatis, et dum scripti libri adserunt, eiusmodi recidi non debent. De more quo scriptores alii etiam adserunt sua opera, disputat Ludovicus de la Cerda ad finem lib. IV. Georgicon Vergilii.

DE

PALLIO.

In scripturae discrepantia verbis Tertulliani subiecta

A significat librum scriptum Vindobonensem.
B - - - Leidensem.
C - editionem principem Beati Rhenani, quae prodiit Basileae a. MDXXI.
a - - Ioh. Gangneii, quae prodiit Parisiis a. MDXLV.
b - - Sigism. Gelenii, quae prodiit Basileae a. MDL.
c - - Iacobi Pamelii, quae prodiit Antverpiae a. MDLXXIX.
d - - Cl. Salmasii, quae prodiit Parisiis a. MDCXXII.
e - - Nicol. Rigaltii, quae prodiit Parisiis a. MDCXXXIV.

DE

PALLIO*.

Principes semper Africae[a], viri [1]Carthaginienses, vetustate nobiles, novitate felices, gaudeo vos tam prosperos temporum, cum Cap. I.

Cap. 1. 1. Carthaginenses *(AB)Cab., et liber scriptus bibliothecae Laurentianae n. XII. plut. XXVI.*

* DE PALLIO.] Tertulliani de Pallio opusculum apologiam pro pallio esse, satirico subinde sale conspersam ac stilo nasi conditam, ad Carthaginienses suos, a quibus reprehensus et increpatus fuerat quod togam pallio commutasset, certum est. Illud aeque pro certo, saltem plus quam verisimile est, statim post illam habitus mutationem, cum primum palliatus prodiisset Tertullianus, taxatum ob id ac denotatum fuisse ab civibus suis, eodemque tempore hoc apologetico simul et satirico scripto illis occurrisse. Nec enim credi par est, cum diutissime iam hunc habitum gestasset et civium oculis familiarem longo usu fecisset, tanto post tempore reprehensum hoc nomine ab illis fuisse, aut eum veteri iam ac deflatae pridem reprehensioni post tantum intervallum seram ac proinde iam non necessariam defensionem paravisse. Atqui constat Christo eum multo ante nomen dedisse atque alia opera de religione Christiana edidisse quam hunc libellum emitteret. Ut falli necesse sit viros eruditissimos qui Tertullianum cum primum Christianus factus est habitum mutasse aut omnes qui ex paganis fierent Christiani sic solitos habitum mutare tradiderunt. Utrumque enim falsissimum est. Haec tamen opinio plerosque iam pervasit, quam paucis hic refellam. Pallium edidit Tertullianus cum iam Severus Augustus cum duobus filiis, Augustis et ipsis appellatis, placide imperaret, partibus devictis et pace ubique per orbem terrarum composita. Nam de tribus illis Augustis accipienda esse illa cap. 2. huius operis viris doctis plane assentior „Sed vanum iam antiquitas quando curricula nostra coram: quantum reformavit orbis saeculum istud? quantum urbium aut produxit aut auxit aut reddidit praesentis imperii triplex virtus! Deo tot Augustis in unum favente quot census transcripti? quot populi repurgati? quot ordines illustrati? quot barbari exclusi?“ Haec apparet scripsisse Tertullianum sub finem imperii Severi, aut cum iam diu imperasset. Nec enim brevi temporis spatio potuit tantum urbium aut producere aut augere aut reddere: multo minus id praestare sui principatus initio gravissimis et longis adversus Pescennium ac Albinum bellis occupatus. At Apologeticum Tertullianus idem pro Christianis adversus gentes scripsit quo tempore Severus Pescenniani belli reliquias persequebatur, et expeditionem in Parthos parabat, qui Pescennii partibus faverant, cum nondum Albinum debellasset, immo bellum adversus eum necdum suscepisset. Quod ex Apologetici ipsius lectione clare colligi potest, et nos ad Apologeticum pluribus adstruemus. Christianum iam tum fuisse Tertullianum cum Apologeticum conscripsit, non sit sani dubitare. Si omnes igitur qui de gentilitate ad fidem Christi transibant pallium sumere consueverant, sicut nobis persuadere conantur homines docti, certe palliatum iam tum fuisse Tertullianum oportet, qui tum fuerit Christianus. Nec hoc tantum, sed etiam tunc hanc vestis peregrinitatem in eo

ita vacat ac iuvat, habitus denotare[b]. Pacis haec et [2]annonae otia.

2. annonae ōtia *e.* annonā et otia *reliqui libri, et Laurentianus.*

miratos esse atque etiam culpasse Carthaginienses. Quid enim verisimilius? sed et illo ipso tempore reprehensores et irrisores suos hoc mordaci scripto repercussisse ac retudisse. An non ita esse aut fieri debuit? Nihil horum, verum multis post annis ad hanc demum apologiam perorandam pro pallio adgressus est, cum iam multa pallia contrivisset, nec amplius illius habitus novitas reprehensioni obnoxia esse posset. Si hoc verisimile non est, illud verum sit necesse est, Tertullianum a toga transivisse ad pallium quando presbyter factus est, non quando Christianus. Tria tempora in eius vita observanda atque distinguenda sunt, unum quo nondum Christianus, alterum quo iam Christianus, tertium quo presbyter extitit. Civilem habitum, hoc est togam, eum gestavisse cum paganus adhuc esset, certum est. Non mutavisse illum habitum quo tempore ad Christianam religionem se contulit, etiam res certa est, ex his quae supra diximus. Sequitur certissimum illud esse, hanc vestem mutasse ac pro toga pallium usurpasse, cum in presbyterium cooptatus est. Qui Tertullianum ipsum huiusce rei testem dederit, non est opinor, ut meliori magisque idoneo possit auctori testimonium denuntiare. Id igitur ex ipsius Tertulliani verbis verissimum esse demonstrabitur cap. 4. huius operis de Pallio, ubi cum varios habitus enumerasset, qui diversarum cerimoniarum ac religionum ministros vestiebant, ita pallium commendat: „Enimvero cum hanc primum sapientiam vestit quae vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes exuvias et peplos augusta vestis, superque omnes apices ac tutulos sacerdos suggestus.“ Ita certe ibi constanter legunt omnes manu exarati codices, nec aliter exhibet editio princeps quam iuxta scriptorum exemplarium fidem adornavit Beatus Rhenanus. Primus Gelenius pro *sacerdos habitus* reposuit *sacer habitus*. Quod utinam ne fecisset! Sic enim praeclarae rei notitiam importuna correctione penitus obscuratum ivit. *Sacerdotem* porro *habitum* quis non videt Tertullianum more suo loquendi dixisse pro sacerdotali habitu? Sic *Sulpicia horrea* et *Stertinium acumen* Horatio et alia huius generis sexcenta Graecis iuxta Latinisque scriptoribus usurpata. Et deorum dearumque vestibus, quas exuvias et peplos vocat, augustiorem esse vestem pallium dicit, et super omnes apices et tutulos sacerdotalem habitum. Apices ac tutulos flaminum ac flaminicarum ornamenta fuisse ignorat nemo. Pallium igitur Tertulliano *sacerdos habitus* appellatur quod eo habitu tunc sacerdotes uterentur Christiani, eumque praeferendum asserit, non solum omnibus vestibus et ornamentis quibus paganae *θρησκείας* antistites uterentur, sed etiam omnibus exuviis et peplis quibus deorum simulacra vestiri et ornari solebant. Ex hoc vel unico Tertulliani loco satis liquide liquere arbitror illa aetate non passivum ac communem omnium qui Christianam fidem profiterentur habitum fuisse pallium, sed solorum presbyterorum. Narrat B. Hieronymus in libro de Viris Illustribus Tertullianum, cum ad mediam usque aetatem presbyter ecclesiae permansisset, invidia postea et contumeliis clericorum Romanorum ad Montani dogma delapsum. Haud paulo igitur ante mediam aetatem in presbyterorum ordinem adlectus fuisse videtur, quando et pallium philosophi assumpsit et hanc pro pallio declamationem scholastico stilo contexuit. (Cl Salmasius.) Cf. etiam Octav. Ferrarius De Re Vest. II, 4, 18., in Graevii Thes. Ant. Rom. tom. VI. p. 898 sq.

Cap. I. a. Principes semper Africae] Quis nescit Carthaginem semper tam in civilibus quam in ecclesiasticis primam fuisse Africanae dioeceseos civitatem? Sed cum Tertullianus toto hoc libello de variis totius orbis, urbium, regnorum aliarumque rerum mutationibus tractare habeat, deque ipsorum etiam Carthaginiensium habitus et *πολιτείας* mutatione, nihil tamen eos, quantum ad primatum attinet, mutasse initio libelli huius statim contestatur. (Salm.) De principatu Carthaginis cf. Apul. Florid. III, 1 „Priusquam vobis occipiam, *principes Africae viri,* gratias agere“ cett. Salvian. De Gubern. Dei VII, p. 148 sq. (ed. Rittersh.) „Una tantum *universarum illic urbium principe et quasi matre* contentus sum, *illa scilicet Romanis arcibus semper aemula, armis quondam et fortitudine, post splendore et dignitate, Carthaginem dico*“ cett.

b. habitus denotare.] Gaudere se dicit Tertullianus tanta temporum prosperi-

Ab imperio et a caelo bene est. Tamen et vobis habitus aliter olim [3]tunicae fuere[c], et quidem in [4]fama de [5]subteminis studio[d] et luminis [6]concilio[e] et [7]mensurae temperamento[f], quod neque trans crura [8]prodigae nec intra genua [9]inverecundae nec brachiis [10]parcae[g] nec manibus artae, sed nec cingulo [12]sinus [13]dividere expedito umbratae[h] [14]quadrata [15]iustitia [16]in viris stabant[i]. [17]Pallii ex-

3. tunicae *pro glossemate habet Adr. Behotius Apophoret. I,* 1. 4. in femina *Ludov. Carrio.* 5. subtegminis *Cab. Laurentianus.* 6. consilio *(A)BCabc. Laurentianus.* 7. mensura et temperamento *ABC. Laurentianus.* 8. prodige *Cab.* 9. verecunde *Cab.* 10. parcae *ce.* parce *A (m. sec.) B.* pare *A (m. pr.) Cab. liber Salmasii.* parae *d.* pares *Vaticanorum duo apud Pamelium, et Laurentianus.* 12. tenus *Rhenanus.* 13. dividere expedito umbratae *ego.* dividere expeditum brace (beate *A. m. pr. Ca. Laurentianus.*) *ABCa. Laurentianus.* dividente expedita (expeditae *c.*) atque *bc.* dividere expetitum *e.* dividere expeditum *d.* 14. quadrata *Cabde. duo Vaticani, et Laurentianus.* quadratae *ABc. Vaticanus unus.* 15. iustitia *A (m. pr.) Cade. Laurentianus.* institia *A (m. sec.) Bbc.* 16. in viris stabant (autem *abc.*) *BCabc. Laurentianus.* beatae in viris stabant *(A?)de.* 17. Pallium *de. liber Salmasii.*

tate frui Carthaginienses, ut vacet illis habitus denotare ac censores agere vestium. (Salm.) De verbo *denotare* cf. adnot. ad Apolog. cap. 3.

c. tunicae fuere] Fuit cum distinguerem „Tamen et vobis habitus aliter olim: tunicae fuere, et quidem in fama.“ Nunc aliter censeo. An temporibus Tertulliani tunicae Carthaginiensibus non fuere? Immo fuere. Nemo enim togatus nisi et tunicatus idem. Sed aliter tunicas habuere olim cum palliati erant, aliter postea cum togati fuere. Tunicae, quas sub pallio gerebant, manicatae erant, discinctae, contra quas sub toga, sine manicis et cinctae. (Salm.)

d. de subteminis studio] Commendat eas tunicas de subteminis studio, quod studiose nimirum diligenterque textae essent. Per *subtemen* fortasse totam texturam intelligit. Nihil aliud enim ars texturae quam subteminis ad stamen connexio. (Salm.) Cf. Casaub. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 105.

e. et luminis concilio] Sciendum est has Carthaginiensium tunicas non totas purpureas fuisse, ut quidam sibi falso persuaserunt, sed tantum purpura clavatas. Ars haec erat in clavis purpureis vesti intexendis, ut clavus a clavo non dissentiret nec disparis esset luminis, sed omnes invicem concolores examussim ponerentur. Plures enim purpurarum gradus et species. Aliae nigrae sunt, aliae rubrae, aliae violaceae, aliae saturatiores, aliae dilutiores, quaedam excitati, quaedam adstricti coloris. Summopere itaque hoc curabant, ut clavi qui vestibus insuebantur nullam coloris differentiam praeferrent, sed ut exacte lumina inter se conciliarentur. Hoc vocat Tertullianus *concilium luminis.* (Salmas.) V. quae adnotata sunt ad De Pudic. cap. 8. Adde Barth. ad Statii Theb. lib. IV. p. 994.

f. et mensurae temperamento] Temperamentum hoc ita verbis aliis Ambrosius lib. III. de Virg. „Incincta sinu, quo pudorem tegerent, nec gressum impedirent.“ (La Cerda.)

g. parcae] Salmasius *parae,* a ficto quodam adiectivo *parus.* Adstipulatur Rigaltius.

h. cingulo sinus dividere expedito umbratae] Ita emendavi, veterum librorum fidem pressius secutus, et quia sensus postulare videbatur. Cingulum umbrat dum et tegit et rugas tunicae colligit. De infinitivo *dividere* Graecorum more structo vix est quod verbo moneam. Cf. adnot. ad De Pudic. cap. 13. Apolog. cap. 39. Veterum Poenorum tunicas sine cinctu fuisse plus quam exploratum est. Hinc *discincti Afri* Vergilio Aen. VIII, 724. Cf. Sil. Ital. III, 236. Plautus in Poenulo de Hannone Carthaginiensi „tu qui zonam non habes“

i. quadrata iustitia in viris stabant.] Institiam vocat *συμμετρίαν. Mensurae temperamentum* supra dixit, *moderationem* inferius. *Quadratum* iustitiam vocat tunicarum Africanarum quod et quadratae ipsae essent haud minus quam pallia. *Stare* autem, ut verbosius commentatus est Salmasius, proprie de tunicis quae non cinguntur, quales erant Punicae. Hinc Graecis *στάδιοι καὶ ὀρθοστάδιοι, στατοὶ χιτῶνες* huiusmodi tunicae. In-

trinsecus habitus et ipse [18]quadrangulus[k] ab utroque laterum regestus[l] et cervicibus [19]circumstrictus in fibulae morsu[m] [20]humeris [21]acquiescebat. Instar eius hodie [22]Aesculapio iam vestro [23]sacerdotium est[n]. Sic et in proximo soror civitas[o] vestiebat, et sicubi alibi in Africa Tyros[p]. [24]At cum saecularium [25]sortium [26]variavit urna et Romanis deus maluit[q], soror quidem civitas [27]suopte ar-

18. quadrangulis *C. Laurentianus.* 19. circumstrictus *de. liber Salmasii.* circumstructus *reliqui, et Laurentianus.* 20. imminens *AB.* numeris *Laurentianus.* 21. acquiescat *A (m. pr.) B. Laurentianus.* 22. Aesculapii tam vestri *A.* 23. sacerdotum *A (m. sec.) B.* 24. ad *C. Laurentianus.* 25. sotium *AB.* fortium *Laurentianus.* 26. uaria iuturna et *AB.* uauia uiturna et *C.* navia iuturna et *Laurentianus.* domina Fortuna et *ab.* dominia fortunare *Petr. Pithoeus.* 27. et suopte *B.* suapte *Cab.*

terprr. ad Phryn. 238. ad Dion. Cass. LXIII, 17. et ad Arist. Lysistr. 45. Hesych. „*Στάδιος χιτὼν, στατός.*“ Idem alibi „*Ὀρθοστάδιοι χιτῶνες, οἱ στατοὶ, ὑπόκομμα οὐκ ἔχοντες.*“ Cf. Salmas. ad h. l. et ad Scriptt. Hist. Aug. p. 403.

k. et ipse quadrangulus] Quadrae vestes et quadratae et quadrangulae saepius in veterum scriptis occurrunt, ut apud Graecos *τετράγωνα ἱμάτια*, quae a rotundis diversa esse certum est .... Angulum in veste vocabant partem extremam vestis ubi aperta est, quae in acumen desinit, tam in ima vestimenti ora quam in summa. Vestes igitur quae circa imas oras apertae non erant, sed undique conclusae atque commissae huiusmodi angulos nullos habent, et rotundae propterea dictae sunt, Graecis *κυκλοτερεῖς*. Tales erant olim mulierum cyclades, quas nunc *zupas* vocamus. Sunt enim plane pleneque rotundae et nullum habent angulum, quia undiquaque clausae per extremum ambitum. Rotundis contrariae quadratae. Eae ab summo ad imum apertae. Unde quatuor angulos habuisse necesse est; duos in ima ora, duos in summa. Hinc quadrangulae dicebantur. Tale pallium Graecorum fuit et pallia fere omnia muliebria. Festus [p. 274. Müll. cf. s. v. *Rica* p. 288] „*Ricinium* pallium muliebre quadratum.“ Pallam quoque quadrum pallium interpretantur Grammatici, saga quoque militaria quadrata, et saga Gallica et paludamenta imperatorum. (Salmas.) Cf. etiam Adr. Iunii Animadv. I, 13. et Alb. Rubenius de Re Vest. in Graevii Thes. Antiqu. Rom. tom. VI. p. 1115 sq.

l. ab utroque laterum regestus] Partem enim utramque pallii retrorsum iaciebant, ita ut tota quae suberat tunica pateret. Pallium ipsum cervicibus circumstrictum morosiusque in rugas plicatum et ordinatum fibulae morsu in humeris tenebatur. (Salmas.) Dixit *ab utroque laterum* pro *ab utroque latere*, uti De Virg. Veland. cap. 2 *quo laterum* pro *quo latere*.

m. in fibulae morsu] *In* more Graecorum *ἐν* instrumentali sensu positum. Cf. adnot. ad De Baptismo cap. 19. et Salmas. ad h. l.

n. Aesculapio iam vestro sacerdotium est.] *Iam vestro*, qui iam vester est, cum prius Pergamenorum fuerit, deinde et Romanorum. Sic obiter ostendit multa Carthaginienses suos in religione et in vestitu iam habere quae olim non habuerint, ut Aesculapii cultum et togam, contra quaedam apud illos desita esse quae quondam in usu fuerint, ut hoc pallium ... *Sacerdotium* hic pro sacerdotum collegio ... Instar eius pallii iam vester Aesculapius sacerdotes habet, ad hoc exemplum Aesculapii vestri sacerdotes amicti sunt. (Salm.) Cf. infra c. 4.

o. soror civitas] Soror Carthaginis Utica. Pomp. Mela VII, 1 „Utica et Carthago, ambae inclytae, ambae a Phoenicibus conditae.“ (La Cerda.)

p. et sicubi alibi in Africa Tyros.] Et si qua alicubi alibi Tyri colonia in Africa extat. Significat Adrumetum. Solin. cap. 30 „Adrumeto atque Carthagini auctor est a Tyro populus.“

q. et Romanis deus maluit] Magis favit. Infra cap. 3 „*structuramque* telarum *Minervae maluistis.*“ Sic etiam codex ms. Fuld. Apolog. cap. 25 habuit „Peregrinos enim deos non putem *extraneae genti potius quam suae maluisse*“ cett., in quo loco dum vulgatam scripturam tuebar, me rescribere omnino oportuit „magis *factum* voluisse quam suae“ pro „magis *faulum* voluisse quam

bitrio mutare properavit, ut adpulsum Scipionem ante iam de habitu [28]salutasset, [29]Romanum praecoca[r]. Vobis vero post iniuriae beneficium, ut senium non [30]fastigium exemptis[s], post Gracchi obscena omina[t] et Lepidi violenta ludibria[u], post trinas [31]Pompei [32]aras[v] et longas Caesaris moras[w], ubi moenia [32b]Statilius Taurus imposuit[x], sollemnia Sentius Saturninus enarravit[y], cum concordia [33]iuvat[z], toga [34]oblata est. Pro, quantum circummeavit, a Pelasgis [35]ad

28. salutasset *ABed. liber Salmasii, et Laurentianus.* salutaret *reliqui.* 29. Romanum *ABCde. liber Salmasii, et Laurentianus.* Romana *reliqui.* 30. fastidium *b. liber Salmasii.* 31. Pompei *ABCa.* Pompeii *reliqui.* 32. aras *om. AB.* 32b. faustilius *A.* fastilius *A (m. sec.) B.* 33. Iubae *ab.* 34. ablata *AB.* 35. a lydo salides *AB. Laurentianus.*

suae," quemadmodum libri tam scripti quam editi exhibent, id quod iam notavi ad lib. II. Ad Natt. cap. 17. Cato ap. Gell. N. A. VII, 3 „Quod cum et utiles essent *et vellent regi esse factum.*" Symmach. Epist. I, 60 „Gelasius, *cui factum volo.*" Apul. De Magia cap. 71 „Sicinium Pontianum privignum meum, *qui mihi factum volebat.*"

r. ante iam de habitu salutasset, Romanum praecoca.] *Ante iam,* id est ante ius coloniae Romanae, aut ante appulsum Scipionem. *De habitu,* id est per habitum sive habitu (cf. de praepositione *de* vi instrumentali posita adnot. ad De Spectac. cap. 22.), praecoci ac praefestinata Romani habitus, i. e. togae, susceptione. *Romanum praecoca,* hoc est *ἄωρος τὸ Ῥωμαϊκόν.* Nisi malueris *Romanum* accipere pro nominativo neutri. Sic infra cap. 2 „Nostra certe *mutatio* — — totum *versiforme* est." De Virg. Veland. cap. 13 „gloria *illicitum* est." Graecam structuram non agnoscentes quidam olim mutavere *Romana praecoca.* Uticenses, priusquam ullae copiae contra Carthaginem in naves ponerentur, legatos Romam miserant se suaque omnia dedentes. V. Epit. lib. XLIX. Livii.

s. post iniuriae beneficium, ut senium non fastigium exemptis] Vobis iniuria haec summum beneficium fuit; ademit quidem senium, non fastigium. Structura iterum Graeca: exemptis *senium,* non *fastigium* est pro exemptis *senio,* non *fastigio.*

t. post Gracchi obscena omina] V. Appian. VIII, 136. Plut. C. Graccho cap. 11. Solin. cap. 27. Oros. V, 12.

u. Lepidi violenta ludibria] Haec non de civili illo bello sunt explicanda, quod M. Aemilius Lepidus, homo temerarius atque violentus, excitavit, quodque, ut Florus III, 23 ait, „paene citius oppressum est quam inciperet," sed speciale quiddam et propius ad res Carthaginiensium spectans significatur. Aliquid lucis commodat Dio LII, 43 *„Τοῦτο τε οὖν οὕτως ἐποίησε, καὶ Καρχηδόνα ἐπαπῴκισεν, ὅτι ὁ Λέπιδος μέρος τι αὐτῆς ἠρημώκει, καὶ διὰ τοῦτο τὰ δίκαια τῆς ἀποικίας σφῶν λελυκέναι ἐδόκει.*" Factum hoc a Lepido, cum triumvir Africam obtinuisset. V. Dio Cass. XLVIII, 20. 23.

v. Post trinas Pompei aras] Triumphales scilicet, ubi triumphantes sacrificabant diis. Id est post tres triumphos, *συνεκδοχικῶς.* Zonaras testis, et Capitolini Fasti apud Onuphrium; nam de Africa, Europa et Asia triumphavit. (Fr. Iunius.) Testes addo Plutarchum Vit. Pompeii et Manilium IV, 53 sq.

w. longas Caesaris moras] Hae morae annorum sedecim fuerunt. Carthaginem instaurare Caesar destinaverat a. U. C. 710. una cum Corintho, teste Dione XLIII, 50., sed morte praeventus est. Eius voluntatem cum in scriptis reperisset Octavianus coloniam Carthaginem ducendam curavit, teste eodem Dione XLVIII, 23. Adde Appian. VIII, 136. Plut. Caes. cap. 57. Strabo XVII, 2. Diod. Sic. XLIII, 50. Pausan. II, 1. Solin. cap. 27. 30.

x. ubi moenia Statilius Taurus imposuit] Is, opinor, Statilius Taurus qui Caesari Octaviano Africam recepit. Dio Cass. XLIX, 14.

y. sollemnia Sentius Saturninus enarravit] Id est sollemnia effatus est inaugurandae coloniae verba, ut Rigaltius interpretatus est. De homine non constat. Videtur idem quem Tertullianus commemorat Adv. Marc. IV, 19., quique a. U. C. 735. consulatum gessit cum Q. Lucretio Vespillone.

z. cum concordia iuvat] Postquam convenit inter Romanos et Carthaginienses.

Lydos[a], a Lydis ad Romanos, ut ab humeris [36]sublimioris populi [37]Carthaginienses complecteretur! Exinde[b] tunicam longiorem[c] cinctu [38]arbitrante[d] suspenditis, et pallii iam teretis redundantiam[e] [39]tabulata congregatione fulcitis[f], et si [40]quid praeterea condicio vel dignitas vel temporalitas [41]vestit[g], pallium tamen generaliter vestrum immemores etiam denotatis. [42]Equidem haud miror prae documento superiore[h]. Nam et arietem (non quem Laberius [43]reciprocicornem [44]et lanicutem et [45]testitrahum[i], sed trabes machina est, quae muros [46]frangere militat[k]) [47]nemini unquam adhuc libratum illa dicitur Carthago, studiis asperrima belli[l], prima omnium armasse[m] in oscillum[n] penduli impetus, commentata vim tormenti [48]de bile pecoris

36. sublimiores *ABC. Laurentianus.* 37. Carthaginenses *ABCab. Laurentianus.* 38. arbitrantes *ABC. Laurentianus.* 39. tabulatam *Ios. Scaliger.* 40. quae *B.* 41. vertit *Adr. Turnebus Adverss. VII,* 20. *p.* 227. 42. Et quidem *A(B)c. tres Vaticani, et Laurentianus.* 43. reciprocicornem, lanicutem, testitrahum *d.* 44. ut *ABC. Laurentianus.* 45. testitrabum *A(B)C.* textrabum *Laurentianus.* 46. fragore debilitat *Ios. Scaliger.* frangere minitat *alii ap. Casaub. ad. Scriptt. Hist. Aug. p.* 20. 47. verum *AB.* novum *Laurentianus.* 48. debile *ABC. Laurentianus. Probat Ios. Scaliger.*

a. Pelasgis ad Lydos] V. Artemidor. II, 3. Müller Etrusk. I, p. 262.

b. Exinde] Ex quo vos Romana toga complexa est.

c. tunicam longiorem] Infra cap. 5 „tŭnica cingulo correpta, quam praestabat moderatiorem texuisse."

d. cinctu arbitrante] Quod supra dixerat *dividere* hic dicit *arbitrari.* Cf. Plin. Hist Nat. V, 27., ubi Taurus mons appellatur innumerarum gentium *arbiter.*" Ipse Tertullianus infra cap. 2 „Iordanis amnis *finium arbiter.*"

e. pallii iam teretis redundantiam] Pallium vestrum quadratum tereti pallio mutavistis, hoc est toga Romana. Schol. Vet. ad Persii Sat. V, 14 „Toga est purum pallium forma rotunda et fusiore atque inundante sinu."

f. tabulata congregatione fulcitis] *Tabulatam congregationem* vocat umbonem togae, vel umbilicum, qui ex multis rugis curiose ordinatis et in morem tabularum formatis contractus et coactus redundantem et fusiorem togae sinum ante et retro sustinebat et quasi fulciebat, ne diffluereț aut laberetur. (Salm.)

g. et si quid praeterea condicio vel dignitas vel temporalitas vestit] Ex eo tempore quo colonia Romanorum facti estis, pro pallio togam geritis. Sed et si quid praeter togam aliud amictui nunc habeatis, pro anni temporibus scilicet aut condicione aut dignitate hominum, obliti tamen pallium olim generaliter vestrum fuisse, id est omnium ordinum et temporum gestamen, etiam carpitis et reprehenditis .... *Condicio,* quia aliter servi, aliter liberi induti; nec enim servi togati erant. *Dignitas,* quod aliter plebs, aliter magistratus et sacerdotes; nam Aesculapii sacerdotes pallium gestabant. *Temporalitas,* quia aliter in pace, aliter in bello vestiti, aliter hieme, aliter aestate, aliter diebus festis, aliter profestis. Aetatem hic omisit Tertullianus, nisi eam sub temporalitate comprehenderit; alia quippe vestis puerorum, alia iuvenum, alia senum. (Salm.)

h. superiore.] Id est antiquiore.

i. et testitrahum] Versum restituit Salmasius: „Reciprocicornis, lanicus, testitrahus," versionem Graecam addidit: „*Ἀναχαμψικέρατος, ἐριόθριξ, ὀρχεισύρος.*" Cf. Bothe Frr. Vett. Poet. Scen. tom. V. p. 218. Gronovii Obss. III, 16. Quod ad voc. *testitrahum* cf. Lucil. ap. Non. p. 235. Merc.

k. quae muros frangere militat] Cuius militia est muros frangere, quae muris frangendis militat. (Salm.)

l. studiis asperrima belli] Vergil. Aen. I, 14.

m. prima omnium armasse] Consentit Vitruv. Archit. X, 19. Aliter Plin. Hist. Nat. VII, 56. Cf. Adr. Turnebii Advv. XXIII, 31. Lipsii Poliorc. III, 1. p. 551. Opp. ed. Vesal., interprr. ad Veget. IV, 14.

n. in oscillum] In agitationem, librationem. De Anima cap. 12. dicit „*oscil-*

[49]caput [50]vindicantis. Cum tamen [51]ultimant tempora patriae[o] et aries iam Romanus in muros quondam suos [52]audet, stupuere illico [53]Carthaginienses ut novum extraneum ingenium[p]:

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas[q]!

Sic denique [54]nec pallium agnoscitur.

[1]Sit nunc aliunde res[a], ne Poenicum inter Romanos aut eru- Cap. II.
bescat aut doleat. Certe habitum [2]vertere[b] naturae totius [3]sollemne munus est. [3b]Fungitur et [4]ipse[c] mundus interim[d] iste quem incumbimus[e]. Viderit Anaximander[f], si plures putat, viderit, si quis uspiam alius, ad Meropas[g], ut Silenus penes aures Midae [5]blatit, aptas sane grandioribus fabulis. Sed [5b]et si quem Plato aestimat[h], cuius imago hic sit, etiam ille habeat necesse est [6]proinde mutare[i]. Quippe si mundus ex diversis substantiis officiisque constabit, ad formam eius quod mundus [7]hic est; neque enim mun-

49. capite *abc.* 50. vindicantes *ABC. Laurentianus.* 51. ultimant *Cde. liber Salmasii, et Laurentianus.* ultimarent *abc.* ultimavit *AB.* 52. audet *ABCde. liber Salmasii, et Laurentianus.* 53. Carthaginenses *ABCab. Laurentianus.* 54. nec *om. c.*
Cap. II. 1. Sic *ABC.* 2. vetera *ABC.* 3. solemnem unus *ABC.* 3b. stringitur *Vaticanorum unus.* 4. ipso *de.* 5. blattit *cde.* 5b. ipse Plato *Ios. Mercerus, Salmasius.* 6. Proinde mature *C.* 7. stic est *liber Salmasii.* scit esse (est *A.*) *AB.*

lum universitatis.“ Cf. Turnebi Advv. VII, 20. et XX, 14. Mercurialis Gymn. III, 10. Leopardi Emendatt. VI, 14.

o. patriae] Excidio iam proximae. *Ultimare* est ad ultima, ad extrema vergere.

p. ingenium] Machinam, artificium. V. quae adnotavi ad De Corona cap. 8.

q. Tantum — — vetustas] Vergil. Aen. III, 415.

Cap. II. a. Sit nunc aliunde res] Nunc aliunde quam ab historia Romanorum et Poenorum exempla et argumenta sumantur rerum subinde vertentium, ne Poeni inter Romanos, victi inter victores aut erubescant aut doleant. (Salmas.)

b. habitum vertere] Cf. adnot. ad De Cultu Fem. II, 6.

c. Fungitur et ipse] Salmasius maluit *Fungitur et ipso,* ego malim *Fungitur eo ipse,* sc. munere vertendi. Sed servari potuit vulgata scriptura.

d. interim] Interea, dum vivimus et natura usque suum habitum vertit.

e. quem incumbimus.] Verbum *incumbere* cum accusativo structum perquam raro occurrit. Habet Livius XXII, 2, 3., si codici Harl. fides est, cuius scripturam „*cumulatas* in aquis *sarcinas incumbebant*“ probat etiam Hildebrandus ad Apul. Metam. VII, 7. p. 539. Cf. de verborum *incumbere* et *incubare* hac structura Hildebr. l. l. et interprr. ad Petron. Satyr. cap. 33.

f. Viderit Anaximander] Viderit Anaximander, si plures putat, ne mutare conctis conveniat. Et hoc quidem docuerat Anaximander, innumerabiles esse mundos eosque longis intervallis orientes occidentesque, teste Cicerone De Nat. Deor. I, 10., igitur mutabiles, solum τὸ πᾶν ἀμετάβλητον εἶναι statuens, ut ait Diog. Laert. II, 1. Cf. de hoc eius dogmate quae adtulerunt interpretes ad Cic. l. l. Ceterum verba Tertulliani ita malim rescribere atque distinguere „Viderint, Anaximander si plures putat, viderit, si quis uspiam alius ad Meropas“ cett.

g. ad Meropas] V. Tertull. Adv. Hermog. cap. 25. De Anima cap. 2. Aeliani H. V. III, 18.

h. aestimat] Id est putat, opinatur. V. adnot. ad Apolog. cap. 16.

i. habeat — mutare.] Huius structurae in Tertulliani scriptis usitatissimae exempla indicavi ad De Fuga in Persecut. cap. 12.

dus, si non ut mundus[k] proinde. Diversa in unum[l] ex demutatione diversa sunt. Denique[m] diversitatis discordiam vices foederant. Ita mutando erit mundus omnis qui [7b]ex diversitatibus corporatus et vicibus temperatus. [8]Nostra certe metatio[n], quod clausis, vel in totum Homericis oculis[o] liquet, totum versiforme est. Dies et nox invicem vertunt. [9]Sol stationibus[p] annuis, luna modulationibus[q] menstruis variat. Siderum distincta confusio interdum [10]deicit quid, interdum [11]resuscitat[r]. Caeli ambitus nunc [12]subdivo[s] splendidus, nunc nubilo sordidus; aut imbres ruunt, et si qua missilia[t] cum imbribus; dehinc substillum[u], et denuo sudum. Sic et mari fides infamis, dum et flabris aeque mutantibus de tranquillo probum[v], de flustris[w] temperatum, et extemplo de [13]decumanis inquietat[x].

7 b. et *ABcde. tres Vaticani.* 8. Nam certe metatio (mutatio *m. sec.*) *A.* 9. solstitionibus *A (m. pr.) BCabe.* 10. reicit *ABC.* 11. res vitiat *ABC.* 12. sudo splendidum *A. m. pr.* 13. decimanis *AB.*

k. si non ut mundus] Si mundus est ille Platonis idealis mundus, utique debet ex diversis substantiis constare, ad formam eius quod hic est mundus, id est ut dici possit et esse exemplar huius mundi: neque enim mundus, si non ut mundus proinde, hoc est si non proinde ut mundus ex diversis substantiis officiisque constabit. Diversa autem in unum ex demutatione sunt diversa, hanc postremo diversorum discordiam vicissitudo conciliat ac temperat. Sic omnis mundus, et ille idealis Platonis et hic realis quem incumbimus, mutatione mundus erit et semper mutabilis, ex diversis substantiis compositus utpote et diversitatis vicibus temperatus. (Salm.)

l. in unum] In concordiam quandam.

m. Denique] Id est adeo. V. quae adnotavi ad Apolog. cap. 42.

n. nostra certe mutatio] Hic mundus quem incumbimus, in quo metamur. (Salm.) *Metatio* est hospitium. V. Lipsium de Militia Rom. V, 12. p. 333. Opp. ed. Vesal. Du Cange Gloss. Med. et Inf. Latin. tom. IV. p. 388 sq. s. v. *Metare, Metatio, Metator.* Graecismi „*Nostra* certe *metatio* — — *totum versiforme* est" exemplum habuimus iam supra cap. 1 „*Romanum praecoca.*" Sic et infra „Sed vanum iam antiquitas."

o. vel in totum Homericis oculis] Vel in totum caecis.

p. stationibus] Stationes solis sunt solstitia, quod sol ibi cum sit stare videatur et stationem facere. (Salm.)

q. modulationibus] *Σχηματισμοῖς.*

r. interdum deicit quid, interdum resuscitat.] Interdum occidere facit aliquod sidus, interdum resuscitat. Cf. De Resurr. Carnis cap. 12 „Redaccenduntur enim et stellarum radii, quos matutina succensio extinxerat. Reducuntur et siderum absentiae, quas temporalis distinctio exemerat." Cf. Apolog. cap. 48.

s. subdivo] Subdivum, *ὑπαίθριον*, serenum, ut recte explicat Salmasius.

t. missilia] Grandinis.

u. substillum] Paulus s. v. p. 307. ed. Müller: „*Substillum* tempus ante pluviam iam paene uvidum, et post pluviam non persiccum, quod iam stillaret, aut nondum desisset." Gloss. Vet. ap. Vulcan. p. 649: „*Ὑποστάζω, substillo.*" Aliud: „*Substillum, ὑπορέον.*" Proprie de stranguria, ut ap. Catonem de Re Rust. cap. 156 „Nunc de illis quibus aegre lotium it quibusque *substillum* est." Glossae Servii ap. Salmasium: „*Substillum, στραγγουρία.*" Aliae glossae: „*Substillat, στραγγουριᾶ.*" Cf. Turnebi Adverss. X, 19.

v. de tranquillo probum] Nam tranquillitas facit probum. V. de hac praepositionis *de* vi instrumentali adnot. ad De Spectac. cap. 25.

w. flustris] Paulus p. 89. ed. Müller: „*Flustra* dicuntur, quum in mari fluctus non moventur, quam Graeci *μαλακίαν* vocant." A Suetonio p. 75. tom. III. ed. Wolf (Festus ed. Müll. p. 382.) explicantur: „*Flustra* motus maris sine tempestate fluctuantis." Cf. etiam Barthii Adverss. XVIII, 20. p. 933.

x. inquietat.] Hoc est decumanis inquietatur. Sic infra „de paradiso *exterminat*" pro *exterminatur*, et „positis exuviis novus *explicat*" pro *explicatur*.

Sic et terram si recenseas temporatim [13b] vestiri amantem[y], [14] prope sis eandem negare, memor viridem cum conspicis flavam, mox visurus et canam. Ceteri quoque eius [15] ornatus quid non aliud ex alio mutant, et montium [16] scapulae[z] decurrendo, et fontium venae [17] cavillando[a], et fluminum viae [18] obhumando[b]? Mutavit et totus orbis aliquando, aquis [19] omnibus obsitus. Adhuc maris conchae et [20] buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua [21] fluitasse[c]. Sed et enatando rursus [22] in forma[d] mutavit rursus orbis, alius idem. Mutat et nunc localiter habitus, cum situs laeditur, cum inter insulas nulla iam Delos, [22b] harenae Samos[e], et [23] Sibylla non mendax[f], [24] cum in Atlantico Libyam aut

13b. verti variantem *Adr. Turnebus l. l.* 14. prope sis (propessis *BC.*) eadem *ABC.* prope possis *Adr. Turnebus l. l.* 15. ornatus quid *Cabc.* ornatu si quid *AB.* ornatus si quid *de. liber Salmasii.* 16. scopulae *Cab.* 17. ebullando *abc.* 18. obhumando *de.* obumando *liber Salmasii.* obummando *alii libri apud eundem.* obumbrando *reliqui.* obambulando *Latinius.* 19. omnis *Ios. Scaliger.* 20. buchinae *BC.* 21. fluctuasse *AB.* 22. informa *de. Vaticanus unus.* infirma *ABCab. liber Salmasii.* infima *c.* 22b. Rhene *Adr. Turnebus l. l.* 23. et si ille *c.* et illa, si *Adr. Turnebus l. l.* ut Sibylla *Ios. Scaliger.* 24. cum *de. liber Salmasii.* autem *AB.* aeon *reliqui.* Plato *Adr. Turnebus l. l.*

y. temporatim vestiri amantem] Id est pro temporibus anni. Terra pro temporibus anni varie vestitur: cum segetes in herba sunt, viridem vestem habet: cum messem expectant et flavescunt, flavam: cum tota vero nivibus cooperta est, candidam. (Salmas.) De Spectac. cap. 9. Tertullianus quatuor anni colores enumerat, candidum, russeum, prasinum, venetum.

z. montium scapulae] Montium partibus veteres iuxta Graeci Latinique vocabula imposuerunt ex membris corporis humani. Inde montium vertices, dorsa, iuga, latera, costae, surae, pedes, et Graecis *ὀρέων κορυφαὶ, νῶτα, λαγόνες, κνημοὶ, πόδες, πρόποδες,* et similia. Sic *scapulae montium* h. l. non sunt quidem *ἀκρώρειαι,* sed inferiores vertice partes, quae humeris humani corporis respondent. Nihil prohibet etiam de summitatibus montium accipi, ut *ἀκρωμίαι* montium sint et *ἀκρώρειαι.* (Salm.)

a. fontium venae cavillando] Elegantissime fontium venas cavillari dicit quae resistunt et quasi subterfugiunt ac tergiversantur, quae non amplius apparent, sed latent et fallunt in officio suo fluendi ebulliendique cavillantes. (Salm.)

b. fluminum viae obhumando.] *Obhumare* ad verbum est *προσχοῦν* et *προσγειοῦν.* Quod de fluminibus Graeci dicunt quorum alvei limo opplentur, ita ut cursum mutare inde cogantur. Obhumationes sunt *προσχώσεις* vel *προχώσεις* fluminum ... Latini hoc etiam vocant *alluvionem.* Glossae Nomicae: *„Ἄλλουβίων, πρόσχωσις.“* (Salm.) Cf. Gronovii Observatt. II, 16. p. 264. Barthii Adverss. XXXVI, 13. p. 1654. Salmas. in Solin. p. 118.

c. etiam ardua fluitasse.] Cuius in Timaeo sententia est diluviorum tempore in montibus multa conservari, ut per incendia in vallibus, cum ex eo quod buccinae in montibus reperiantur, coniicere potuerit diluvium universale fuisse. (Ios. Mercerus.) Cf. Apolog. cap. 40.

d. enatando rursus in forma] Postquam natare et fluitare desiit, cum in forma priore esset et pristinam faciem recepisset. Sic recte primum interpretatus est Salmasius.

e. nulla iam Delos, harenae Samos] Nam Delos et Samos motu terrae maxima sui parte conciderant et penitus habitatoribus desertae ac desolatae fuerant, ut et Rhodos et Cos et Hierapolis, idque acciderat imperante Augusto. (Salmas.) V. Apolog. cap. 40. cum adnott.

f. et Sibylla non mendax] Sibyllae vaticinium extat libro tertio: *„— καὶ Σάμος ἄμμος ἔσῃ, καὶ Δῆλος ἄδηλος“* cett., et libro quarto: *„Δῆλος οὐκ ἔτι δῆλος, ἄδηλα δὲ πάντα τοῦ Δήλου.“*

[25]Asiam adaequans[g] [26]quaeritur, [27]cum Italiae quondam latus [28]Hadria Tyrrhenoque quassantibus mediotenus interceptum[h] reliquias Siciliam facit; cum tota illa plaga discidii [29]contentiosos aequorum coitus [30]angustis[i] [30b]retorquens [31]novum vitii [32]mari induit[k], non exspuentis naufragia, sed devorantis. [33]Patitur et continens de caelo aut de suo. Aspice ad Palaestinam. Qua [34]Iordanis amnis finium arbiter[l], vastitas ingens, et orba regio, et frustra [35]ager. Et urbes retro, et populi [36]frequentes, et [36b]solus audiebat[m]. Dehinc, ut deus censor [37]est[n], impietas [38]ignium meruit imbres: hactenus[o] Sodoma, et nulla Gomorrha, et [39]cinis omnia, et propinquitas maris iuxta cum solo [40]mortem vivit[p]. Ex huiuscemodi nubilo et Tuscia [41]Vulsinios pristinos deusta[q], quo magis de montibus suis Campania speret[r], erepta Pompeios. Sed absit. Utinam et Asia secura iam sit de soli ingluvie! Utinam et Africa semel voraginem paverit, [42]unicis castris fraudatis[s] expiata! Multa et alia huiusmodi detri-

25. astam *BC.* 26. Nam quaeritur *ABC.* 27. nunc *abc.* 28. hadriano *AB.* 29. contemptiosos *B.* 30. angustiis *abc.* 30b. torquens *liber Salmasii.* 31. nomen *abc.* 32. mari (maris *A.*) imbuit *ABCde Vaticani.* 33. pariter *AB.* 34. Iordanes *de.* 35. ager est et *c.* ager: at *de. Ios. Scaliger.* 36. frequentis *Ios. Scaliger.* 36b. sol sua videbat *Ludov. Carrio.* solum exaudiebat *Latinius.* 37. est et *ABC.* esset *abc.* 38. ignem *AB.* 39. cum sona et *AB.* 40. mortem vivit *e.* mortuum ivit *d.* mortum ibit *liber Salmasii.* mortum bibit *AB.* mortem bibit *Cabc.* in mortem ivit *Salmasius in Solinum p.* 432. 41. vulsinos *AB.* 42. Tunicis *C.*

g. in Atlantico Libyam aut Asiam adaequans] Scil. insula. V. Apolog. cap. 40. cum adnott.

h. cum Italiae quondam latus — — interceptum] Pomponius Mela II, 7. et quos praeterea laudavi ad Apolog. cap. 40.

i. angustis] Ab nominativo *angusta,* id est *στενὰ,* non ab *angustiae* deducit Salmasius.

k. novum vitii mari induit] *Novum vitii* dixit pro *novum vitium,* per hellenismum. Sic *cetera delictorum* pro *cetera delicta* De Idolol. cap. 11., sic *cetera perversitatum* pro *ceterae perversitates* Ad Uxor I, 3., sic *ab utroque laterum* pro *ab utroque latere* De Pallio cap. 1., et similia passim. Ceterum ab illo discidio dictum est Rhegium, auctore Plinio Hist. Nat. III, 8.

l. finium arbiter] Supra cap. 1 „cinctu *arbitrante.*"

m. et solus audiebat.] Ager ille, qui nunc frustra est, cum nihil ferat, olim in ore omnium erat ob fertilitatem et vix de alio sermones erant. (Rigalt.) Haec interpretatio mihi non satis facit. Nec coniecturae illae *et sol sua videbat* vel *et solum exaudiebat.* Rescribo *et solum sua dabat.*

n. ut deus censor est] *Censor* hic est iudex. Hoc vero dicit: dehinc, ut deus iudex est, cum impietas illorum poenas meruisset, mittit ignium imbres, et statim non amplius extant Sodoma cett. Breviloquentia Septimiana.

o. hactenus] V. adnott. ad De Exhort. Castit. cap. 1.

p. mortem vivit.] Possit retineri vulgata *mortem bibit,* nec displiceant fortasse Salmasii *mortuum ivit,* et *in mortem ivit,* sed praefero cum Rigaltio *mortem vivit.* Sic Carm. Sodoma v. 139 „Nec mare vivit ibi, mors est maris illa quieti.", et Carm. de Iona et Ninive v. 1 „Post Sodomum et Gomorum *viventia funera* in aevum." *Propinquitas maris* est propinquum mare.

q. Vulsinios pristinos deusta] Graecismus. Sic statim „erepta Pompeios," et supra cap. 1 „fastigium exemptis." De re v. Apolog. cap. 40. cum adnott.

r. speret] Timeat.

s. unicis castris fraudatis] Non potest ambigi quin ista sint capienda de Cambysae exercitu in Libycis Syrtibus

menta habitum orbis [43]novavere situsque movere. Bellis quoque plurimum [44]licuit. Sed piget [45]tristia non minus [46]quam regnorum vices recensere, quotiens et ista [47]mutaverint iam inde a Nino [47b]Beli progenie; si tamen Ninus [48]regnare primus[t], ut [49]autumat superiorum profanitas. Ferme apud vos ultra stilus non solet. Ab Assyriis, si forte[u], [50]aevi historiae patescunt. Qui vero divinas [51]lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus. Sed laeta iam malo, quippe et laeta mutant. Denique[v] si quid mare diluit, caelum [52]deussit, terra subduxit, gladius detotondit, alias versura [53]compensati[w] redit. [54]Nam et [55]primitus [56]maiorem ambitum terra cassa et vacans hominum, et sicubi [57]aliqua gens [58]occuparat, sibimet soli erat. Itaque [59]colere omnia [60]se demum [61]intellegens alibi stipantem copiam, alibi deserentem[x], runcare atque [62]ruspare[y] [63]con-

43. novavere *ABCabc.* mutavere *de.* 44. licuit. Sed piget *abc.* licuisse et piget (perget *liber Salmasii*) *ABC. liber Salmasii.* licuisse et *d.* 45. tristia *abc.* tristitia *ABC. liber Salmasii.* tristitia perget *de.* 46. quam et *liber Salmasii.* 47. mutaverit *ABC. liber Salmasii.* mutaverunt *de.* 47b. Bili *liber Salmasii.* 48. regnavit *abc.* 49. autumant *ABC.* 50. cui *AB. tres Vaticani.* 51. lectitant *ABC.* 52. deussit *de.* adussit *Petr. Ciacconius.* dixit *AB. liber Salmasii.* texit *Cabc.* 53. compensati *de. liber Salmasii.* compensito *ABC.* compensato *reliqui.* consequenter *Adr. Turnebus.* 54. Iam *ABCab.* 55. primitiis *Cab. liber Salmasii.* 56. maiore ambitu *c., ex tribus Vaticanis.* 57. alia *A.* 58. occuparet *AB.* 59. colere *de. liber Salmasii.* colares *ABC.* cogitans *reliqui.* 60. se demum *ego.* si dominī *A.* si domī *B.* si domum *C. liber Salmasii.* sibi domum *abc.* si demum *de.* 61. intelligens *abc.* intelligis *Cde. liber Salmasii.* intellegi *AB.* 62. ruspare *ABCabc. liber Salmasii.* rustare *de.* 63. consuluit *ABCabc. liber Salmasii.* instituit *de.*

immensis arenarum cumulis cooperto atque obruto. (Salm.) Rem narrat Herodot. III, 26. et Plutarchus Alexandro. *Fraudari* est veluti fraude pessumdari. Sic hoc verbo usus est Septimius etiam in Apologetico cap. 20 „quod insulas maria *fraudant.*“ Salmasius hoc verbum reposuit apud Quinctil. Inst. Orat. XI, 13., ubi vulgo extabat „sui aliqua parte *fundantur.*“

t. regnare primus] *Εἰ Νῖνος βασιλεύειν πρῶτος.*

u. si forte] V. quae adnotata sunt ad De Corona cap. 5.

v. Denique] Adeo. Cf. adnott. ad Apolog. cap. 42. Adde De Patient. cap. 4. De Fuga in Persecut. cap. 2. et cap. 6. Ad Scap. cap. 1. De Ieiun. cap. 1. De Pudic. cap. 13. De Pallio cap. 1.

w. versura compensati] Hoc est versura vel vicissitudine compensationis. *Versura* proprie est pecunia mutuo sumpta qua alii creditori satisfiat. Satis coacte Salmasius explicat, ut sit *ἡ ἀντιστροφὴ* vel *τὸ ἀντιστρέφον,* quod Graeci calculones vocant, hoc est id quod alicui summae deest et quod supleri debet ad eam integrandam. V. Salmas. ad h. l. Paulus s. v. p. 379. ed. Müller. Donat. ad Terent. Phorm. V, 2, 15. Forcellinius s. v.

x. alibi deserentem] Itaque se demum intellegens alibi stipantem copiam alibi deserentem quominus omnia coleret. Infinitivi liberior structura, ad instar Graeci, cuiusmodi multae in scriptis Tertulliani.

y. ruspare] Glossar. Isidori: *„Ruspantur,* perquirunt anxie.“ Festus p. 265. ed. Müller: *„Ruspari* est quaerere crebro.“ Cf. Paulus p. 62. s. v. *Conruspari.* Nonius p. 166. Merc. Gell. N. A. XVII, 19. Apul. De Magia cap. 41. cum interprr. Glossar. Provinc. Lat. ex cod. regio 7657. ap. Du Cangium s. v. p. 830. ed. nova: *„Ruspari* proprie gallinarum, quae pedibus escam quaerunt, a rus et pes.“ Bulla Honorii III. PP. anni 1217. ap. Ughellum tom. I, part. I. p. 298. in Alban. Episcop. „Tam in comitatu castellania et moneta, quam fidelitatibus hominum futuris, bannis, placitis, plateatico, guerra, pace, hoste, cavalcada, glandatico, herbatico, *ruspatico,* pratis, vineis, nemoribus“ cett. Ceterum *ruspare*

suluit, ut inde velut ex surculis et propaginibus populi de populis, urbes de urbibus per ubique [64]orbis[z] [65]pangerentur. Transvolavere redundantium gentium examina. [66]Scythae exuberant [66b]Persas[a], Phoenices in Africam [67]eructant, Romanos Phryges pariunt, Chaldaeum semen in Aegyptum [68]educatur[b], dehinc cum inde transducitur, Iudaea gens est. Sic et Herculea posteritas [69]Temeno pariter Peloponnesum occupando producunt[c]. Sic et Iones [70]Nelei[d] comites Asiam novis urbibus instruunt; sic et Corinthii cum Archia[e]

64. urbes *ABC.* 65. peragerentur *A.* 66. inaschites *AB.* in aschite *C. tres Vaticani.* Macetae *Ludov. Carrio.* Parthi a Scythis *A. m. sec.* 66 b. in Persas *Adr. Turnebus.* 67. eruptant *AB.* 68. educitur *Ios. Scaliger. Pro* in Aegyptum *manus sec. in A. correxit* in Aegypto. 69. Temeno *(B)de. liber Salmasii.* quae Temeno *AC.* qui Temeno *abc.* cum Temeno *Ludov. de la Cerda.* a Temeno — — producuntur *correxit Leopoldus, praeter consilium.* prodierunt *Ios. Scaliger pro* producunt. 70. Nili *ABC.* Nilei *abc.*

reperitur etiam in codice scripto Fuldensi Tertull. Apolog. cap. 4 „*ruspatis* et caeditis," ubi Ios. Scaliger emendavit *runcatis,* cum reliqui libri scripti habeant *truncatis,* et ita sententia postulet. Glossar. Philoxeni: „*Ruspinat, χειροτριβεῖ.*"

z. per ubique orbis] *Διὰ παντὸς τοῦ γῆς.* Similiter Tertullianus struit *eiusmodi* et *huiusmodi* vocabula cum praepositione. V. adnott. ad De Baptismo cap. 12.

a. Scythae exuberant Persas] Ut flumina rivis crescunt quos in se recipiunt, sic populi aliorum populorum examinibus acceptis numerosiores evadunt. *Exuberare* igitur hic positum ab auctore pro exuberantius reddere, non pro exuberantius fieri. Ita sumitur apud Columellam [lib. IX. cap. 4.] his verbis „quae herbae favorum *exuberant* ceras," id est exuberantiores reddunt. At Persas hic pro Parthis accipiendo *exuberare* esset quasi ex ubere quodam emittere. Sed illud omnino verum. (Salm.) De Anima cap. 30 „Invenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus *exuberasse,* dum Aborigines vel vagi vel extorres vel gloriosi quique occupant terras, *ut Scythae Parthicas,* ut Temenidae Peloponnesum, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, dum solemnes etiam migrationes, quas *ἀποικίας* appellant, consilio exonerandae popularitatis, in alios fines examina gentis eructant." Quo loco cum hoc libri De Pallio comparato rem non diversam tangi vel primo obtutu apparebit. Parthi et Persae passim apud scriptores vel antiquioris aevi eandem nationem significant, ut hodie vel in vulgus notum est. Quindecim milia Scytharum ab Sesostride fuisse in Persida transducta scribunt Euseb. Chron. p. 7. 15. Scal., Chron. Pasch. p. 47. Suid. s. v. *Πάρθος* et *Σῶστρις.*, Malala Chron. p. 28. Et apud alios de hac *μετοικίᾳ* extant testimonia. Sed si Tertulliani verba interpretari malis de expeditione illa Scytharum in Medos suscepta Cyaxare rege, nihil obstabit. Cf. Pauly Encyclop. s. v. Scythia p. 906.

b. educatur] Id est educitur, ut De Virg. Veland. cap. 12 „simulque se mulieres intellexerunt, de virginibus *educantur.*" Ammian. Marcell. XVIII, 5 „*Educatu* enim in medio" sqq. Sic Salmasius in veteri Glossario invenit et *inducare* pro inducere. Cf. cum ad h. l. et ad cap. 3. p. 207.

c. Temeno — — producunt.] *Temeno* est dativus. Temenus autem solus memoratur ut trium fratrum maximus. *Occupando Peloponnesum* dicit pro ad occupandam Peloponnesum. *Producunt,* intransitive ut *eructare* paulum supra, et De Cultu Fem. II, 13 „*eructet* a conscientia in superficiem.", ut supra *inquietare* et *obhumare.* De Graecismo *Herculea posteritas — — producunt* non est quod notem. Cf. etiam Scaliger ad Euseb. Chron. p. 58.

d. Nelei.] Cf. Plut. Vit. Homeri cap. 3. Strabo lib. XIV. p. 941. Pausan. VII, 2. Plin. V, 39. et quos citat Hermann Lehrbuch der Griechischen Staatsalterthümer §. 77. 2.

e. Archia] Plut. Amat. Narr. cap. 2. Diod. Sic. fr. 8. Thucyd. VI, 3. Strabo lib. VIII. cap. 6.

[71]muniunt Syracusas. Sed vanum iam antiquitas[f], quando curricula nostra coram. Quantum reformavit orbis saeculum istud! quantum urbium aut produxit aut auxit aut reddidit praesentis imperii triplex virtus! Deo tot Augustis[g] in unum favente, [72]quot census transcripti[h]? quot populi [73]repugnati[i]? quot ordines illustrati[k]? quot barbari exclusi? Revera orbis cultissimum huius imperii rus est[l], eradicato [74]omni aconito hostilitatis et [75]cacto[m] et rubo subdolae familiaritatis[n] [76]convulso, [77]et amoenus super Alcinoi pometum et [78]Midae rosetum[o]. Laudans igitur orbem mutantem, quid denotas hominem?

Mutant et bestiae pro veste[a] formam; quamquam et pavo pluma vestis, et quidem de [1]cataclistis[b], immo omni [2]conchylio pres- Cap. III.

71. moeniunt *de.* 72. quod *AB. Sic et in sequentibus.* 73. repugnati *e. liber Salmasii.* repurgati *d.* repugnantes *ABC.* propaginati *abc.* regnati *Rhenanus in ed. MDXXVIII.* 74. omnia condito *ABC.* 75. coacto *ABC.* 76. convulso *ego.* concultus *e., et sic Salmasius voluit edi in sua, quae* consultus *habet.* consultus *C. liber Salmasii.* consultos *AB.* consitum *abc.* 77. et amoenus super Alcinoi *de.* et amoenus per alcinoi *liber Salmasii.* et amoenum super Alcinoi *abc.* et amo emisti paradisum (paraclitum *A. m. pr.*) *AB.* et amoenusci paralcimii *C.* 78. moderosetum et laudans *AB.*

Cap. III. 1. cataclistis *de., ex emendatione Marcilii.* cataclitis *reliqui.* 2. conchylio pressior *de. liber Salmasii.* conchylio (concilio *AB.*) depressior (depressor *AB.*) *ABCabc.*

f. vanum iam antiquitas] Hellenismus, de quo iam supra ad verba „metatio nostra — — totum versiforme est."

g. tot Augustis] Severo patri, Antonino et Getae filiis.

h. quot census transcripti?] Census transcriptos intelligo vel remissos vel mutatos et in alium translatos. — — — Censuum vero a Severo transcriptorum exempla cum ex ipso iure nostro tum ex historia Romana. Ad hanc partem spectat quod Ulpianus lib. I. ff. de censibus tradit, coloniam Tyriorum, Laodicensium, Heliopolitanorum, et quod Paulus l. fin. ff. cod. Carthaginem, Uticam, Leptim iure Italico donatas esse: spectat et quod Herodianus refert Byzantium destructum et in formam vici redactum fuisse Perinthiis adiudicatum, Laodicenis Antiochiam adtributam. (Ios. Mercerus.) De vocabulo *transcribere* v. Forcell. Lex. et Dirksen Manuale s. v., et Gronov. Observatt. in Eccl. Scriptt. cap. 16. p. 640. ed. Frotsch.

i. repugnati?] Sic Adv. Marc. III, 16 „et a vobis diversitas defendenda est, sicuti et a nobis *repugnanda.*" Cod. Theod. XI, 30, 56. de Adp. et Poen. „*repugnantes* priscorum sententias." Ex Floro Rigaltius refert „Poenos mari *repugnavit.*"

k. quot ordines illustrati?] Restituti antiquo splendori, delectu habito. (Ludov. de la Cerda.)

l. huius imperii rus est] Revera orbis terrarum ab hoc imperio cultissimum rus factum est.

m. cacto] Philet. 16. Theocrit. X, 4. Plin. Hist. Nat. XXI, 16. Hesych. s. v. Cf. Bonav. Vulcan. Gloss. not. col. 7.

n. subdolae familiaritatis] Intellegunt de Clodio Albino.

o. super Alcinoi pometum et Midae rosetum.] De Alcinoi pometo cf. Odyss. VII, 112 sqq. Plin. H. N. XIX, 4. et interprr. ad Vergilii Georg. II, 87 sqq., de Midae roseto adnotatum est ad De Corona cap. 14.

Cap. III. a. pro veste] *Iuxta vestem* interpretatus est Ludov. de la Cerda. In verbis sequentibus voc. *pavo* accipe pro dativo.

b. de cataclistis] De pretiosis et diligentius adservatis. Sic Apuleio [Metam. lib. XI, cap. 9] „Chorus — — veste nivea et *cataclista* praenitens.", et Sexto Empirico „*τίμεον καὶ κατάκλειστον.*" Hesychius: „*Κατάκλειστοι, οἱ ἐν Κορίνθῳ ἑταίραι τινές.*", quae scilicet

sior[c] qua colla florent[d], et omni patagio[e] inauratior qua terga fulgent, et omni syrmate solutior qua caudae iacent, multicolor et discolor et versicolor, nunquam ipsa semper alia, etsi semper ipsa quando alia, totiens denique mutanda quotiens movenda. Nominandus est et serpens[f], licet [3]pone pavum; nam et iste quod sortitus est convertit, corium et aevum. Siquidem [4]ut senium persensit, [5]in angustias stipat[g], pariterque specum ingrediens [6]et [7]cutem egrediens ab ipso statim limine erasus exuviis ibidem relictis [8]novus explicat; cum squamis et anni [9]recusantur[h]. [10]Hyaena, si observes, sexus annalis est, marem et feminam alternat[i]. Taceo cervum, [11]quod et ipse, aetatis suae arbiter, serpente pastus veneno languescit in [12]iuventutem[k]. Est et

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera[l].

Testudinem [13]Pacuvianam putas? Non est. [14]Capit et alia bestiola versiculum, de mediocribus oppido, sed nomen grande. Chamaeleontem qui audieris [15]haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius [15b]cum leone[m]. At cum offenderis apud vineam ferme sub pampino totum, ridebis illico audaciam [16]egregiam nominis[n],

3. pene *AC.* 4. et seni *AB.* 5. in angusta se stipat *c.* 6. et cute egrediens *om. e.* 7. cutem *d. liber Salmasii.* cute *reliqui.* 8. novus explicat *Cabde.* explicat *AB.* novum se explicat *c., ex coniectura Adr. Turnebi.* 9. recusantur *de.* recursantur *ABCab.* recurantur *c.* 10. Hyaena *cde. duo Vaticani.* et hyaena *B.* Hyaenam *ACab.* 11. qui *A. m. sec.* 12 inventute *ABC.* 13. pacuma nam putas *AB.* 14. capit et alia *abc.* capit et talis *C. liber Salmasii.* capit et alis *de.* capite talis *AB.* 15. aut *ABC.* 15 b. cum *delet Ios. Scaliger.* 16. egregiam nominis *Latinius, Fr. Iunius.* et Graeci iam nominis *ACabd.* et Graeciam nominis *BCe. liber Divionensis, Ludov. Carrio.* et gratiam nominis *Adr. Turnebus.* e Graecia nominis *Salmasius.* et Graeci annominis *Ios. Scaliger.*

vulgo minime paterent, qualis illa Catulli „Servanda nigris diligentius uvis.“ (Rigalt.) Cf. Salmas. ad h. l., interprr. ad Apul. l. l.

c. omni conchylio pressior] Pressa purpura dicitur quae purius et meracius lucet. Etenim laus ei summa color sanguinis pressi et concreti, nigricans adspectu idemque suspectu refulgens. Plin. IX, 38. (Rigalt.) V. Salm. ad h. l., qui multus est de colore *presso,* deque conchylio et purpura.

d. qua colla florent] *Florere* de purpura. Cf. adnott. ad De Idolol. cap. 18.

e. patagio] Paulus p. 221. ed. Muller: „*Patagium* est quod ad summam tunicam adsui solet, quae et patagiata dicitur, et patagiarii qui eiusmodi faciunt.“ Nonius p. 540. Merc. „*Patagium* aureus clavus qui pretiosis vestibus immitti solet.“

f. serpens] Cf. interprr. ad Vergil. Georg. III, 437. Cf. Salm. in Solin. p. 241.

g. stipat] Id est se stipat. Cf. supra ad cap. 2. voc. *producunt.* Sic statim *explicat* pro *se explicat.*

h. recusantur.] Reiciuntur ac deponuntur. Cf. Salm. ad h. l. et ad Iul. Capitol. p. 69.

i. marem et feminam alternat.] Clem. Alexandr. Paedag. II,10 „*τὴν δὲ ὕαιναν ἐναλλαξ ἀμείβειν τὸ ἄῤῥεν εἰς τὸ θῆλυ.*“ Ovid. Metam. XV, 410. Plin. H. N. VIII, 44. Aristot. Anim. VI, 33.

k. veneno languescit in iuventutem.] Tatian Orat. c. Gr. cap. 18 „*θηραπεύεις δὲ μᾶλλον αὐτὸν ὥσπερ ὁ μὲν κύων διὰ πόας, ὁ δὲ ἔλαφος δι' ἐχίδνης, ὁ δὲ σῦς διὰ τῶν ἐν ποτάμοις καρχίνων, ὁ δὲ λέων διὰ τῶν πιθήκων;*“ Cf. Plin. Hist. Nat. VIII, 32. XXVIII. 9.

l. Quadrupes — — aspera.] Cic. De Divinat. II, 64.

m. cum leone.] Hoc est praeter leonem.

n. et audaciam egregiam nominis] Verissima Latinii emendatio. Alii *et Grae-*

quippe nec sucus est corpori, [17]quod minutioribus multo [18]liquet[o]. Chamaeleon [19]pellicula vivit[p]. Capitulum statim a dorso; nam deficit cervix. Itaque durum reflecti, sed circumspectu [20]emissicii ocelli[q], immo luminis puncta vertiginant. Hebes, fessus, [21]vix a terra suspendit[r], molitur incessum stupens [21b]et promovet, gradum magis demonstrat quam explicat, ieiunus scilicet semper et [22]indefectus[s]; oscitans vescitur, follicans[t] ruminat, de vento cibus. Tamen et chamaeleon mutare totus, nec [23]aliud, valet[u]. Nam cum illi coloris proprietas una sit, ut quid accessit, inde suffunditur. Hoc soli [24]chamaeleonti datum, quod vulgo dictum est, de corio suo ludere[v]. Multa dicendum fuit[w], ut ad hominem [25]praestructim

17. Quod *ego.* quo *BCe* et quo *d. liber Salmasii.* qui *reliqui.* 18. liquet *e.* licet *reliqui.* 19. si pellicula *d. liber Salmasii.* 20. hyemis sicco caeli *AB.* hiemis sic ocelli *C.* 21. vix se a terra *c.* 21 b. nec *Petr. Ciacconius.* 22. inde fessus *ab.* 23 aliud *ABCabc.* alius *de.* 24. chamaeleon *AB.* 25. perstrictim *AB.* praestrictim *C.*

ciam nominis, quam Rigaltius quidem mire explicat „impudentiam nominis.“ Salmasius volebat *e Graecia nominis,* h. e. nominis e Graecia, nominis Graecanici.

o. quod minutioribus multo liquet.] Minutioribus ait bestiolis corpus liquere. Vulgata scriptura *licet* vix habet unde explicetur.

p. Chamaeleon pellicula vivit.] Etsi nihil sit aliud quam pellicula, tamen vivit. (Rigalt.) De chamaeleonte v. quae habet Plin. Hist. Nat. VIII, 33. Aristot. H. A. II, 11. Salmas. in Solin. p. 613.

q. emissicii ocelli] Imitatur Plautum Aulul. I. 1. 2 „Circumspectatis cum oculis emissiciis.“ Plin. l. l. „Figura et magnitudine lacertae erat, nisi crura essent recta et excelsiora, modus tardior ut testudini, corpus asperum ut crocodilo, oculi in recessu cavi, tenui discrimine praegrandes, corpori concolores; nunquam eos aperit nec pupillam movet, sed totius oculi versatione semper aspicit. Solus animalium nec cibo nec potu neque alio quam aëris alimento nutritur.“

r. vix a terra suspendit] Hoc est se suspendit, ut supra *stipat* pro *se stipat, producunt* pro *producuntur, explicat* pro *se explicat,* infra *exterminat* pro *exterminatur,* similia. Possis tamen et struere ad sequentem voc. *incessum.*

s. et indefectus] Et tamen indefectus. De Virg. Velaud. cap. 8 „nulla sui parte *defectum.*“

t. follicans] In modum follis inflatus. (Rigalt.) Utitur hoc vocabulo etiam Hieronymus Epist. 22. n. 34. ad Eustochium: „Laxae manicae, caligae *follicantes.*“, et Apul. Metam. IX, 13 „*follicantes* nares“ dixit.

u. mutare totus, nec aliud, valet] Cum talis sit, inquit, chamaeleon qualem descripsi, hebes, fessus, ieiunus, vix vivus et pellicula tantum, et omnium animalculorum imbecillimus et inertissimus, mutare tamen totus valet. (Salm.) Nec aliud quippiam tantopere valet quam mutare.

v. de corio suo ludere.] Hoc nimirum datum chamaeleonti quod specie proverbii „de corio suo ludere“, et facere quicquid collibuit. (Ludov. de la Cerda.) Proverbium erat „De alieno corio ludere“ in eos qui de alieno liberales. Hinc δημῶδες illud apud nos „De alieno corio latum lorum.“ At chamaeleon non de alieno, sed de suo plane corio lúdit, quod ita pro libito versipelle habet ac versatile. Martialis [lib. VII, epigr. 9.] ad illud proverbium allusit: „— — Olle, quid ad te De cute quid faciant ille vel ille sua.“ (Salm.) Tertullianus ludit in proverbio hoc ad chamaeleontem detorquendo. „Ludere enim de alieno corio“ significat secure agere alieno periculo. Sic „ludere de suo corio“ esset secure agere suo periculo, quod nihil ad rem. Infracta igitur proverbii vi ludit solummodo ipsis vocabulis eius *ludere* et *corio.* Chamaeleon ludit de corio suo dum mutat variosque semper colores induens de vero corii sui colore spectantium oculos illudit. Cf. de illo proverbio, si placet, etiam interpretes ad Martial. III, 16. et Apul. Metam. VII, 11.

w. Multa dicendum fuit] *Πολλὰ εἰρητέον.* Sic infra cap. 4 „Physconem et Sardanapalum tacendum est.“

perveniretur[x]. Hunc [26]quoquo primordio accipitis, nudus certe et investis[y] figulo suo constitit; post demum sapientiam haud dum [27]licitum praereptam[z] potitur. Ibidem[a] quod in novo corpore indebitum adhuc pudori erat protegere festinans [28]ficulneis foliis[b] interim circumdat: dehinc cum de originis loco exterminat[c], [29]quippe deliquerat, pellitus orbi ut metallo datur[d]. Sed arcana ista, nec omnium nosse. Cedo iam de vestro[e] quod Aegyptii narrant et Alexander digerit et [30]mater legit[f] [30b]de tempestate Osiridis qua ad illum ex Libya Ammon [31]facit [32]ovium dives[g]. Denique[h] cum ipsis Mercurium autumant forte palpati arietis mollitie delectatum

26. quoque *A. m. sec. B. Pro* Hunc *A. m. sec. habet* Hic. 27. licitum *de. liber Salmasii.* licitam *reliqui.* 28. in ficulneis *de.* 29. quippe deliquerat *om. de.* 30. mater *ABCde. Vaticani duo et liber Salmasii.* Afer *abc.* 30 b. de *Marcilius.* ea *libri omnes.* 31. vasit *abc.* 32. omnium *A.*

x. ut ad hominem praestructim perveniretur.] Praestruenda fuere multa, ut ad hominem perveniretur. (Rigalt.)

y. investis] *Ἀχίτων, ἀνείματος.* Glossar. Sangerm. ap. Du Cangium s. v. p. 882. tom. III. ed. Hensch.: „*Investis, ἀνένδυτος.*“

z. praereptam] Cum nondum liceret sapientiam potiri, praeripuise eam homo dicitur.

a. Ibidem] Cf. adnott. ad De Fuga in Persecut. cap. 1.

b. ficulneis foliis] Pars editionum *in ficulneis foliis,* nescio qua auctoritate. De hoc *in* instrumentali cf. adnott. ad De Bapt. cap. 19. et Salmas. supra ad cap. 1. huius libri, p. 116. ed. LB.

c. exterminat] Exterminatur. Cf. supra ad verba *vix a terra suspendit.*

d. ut metallo datur.] Temerarium quem sibi confecerat Adamus ex ficulneis foliis vestitum mox mutavit et pelliceum adsumpsit, cum de paradiso pulsus in orbem tanquam in metallum relegatus esset. Cf. Adv. Marc. II, 2 „Adamus — — in *ergastulum terrae laborandae relegatus.*“ De Patient. cap. 5 „Exinde homo *terrae datus* et ab oculis dei reiectus.“

e. Cedo iam de vestro] Id est, age videamus vestras fabellas.

f. Alexander digerit et mater legit] Haec de Alexandro Polyhistore, quem Suidas Milesium fuisse refert et bello captum in Cornelii Lentuli familia paedagogum egisse posteaque manumissum Cornelii nomine vocitatum, scripsisse autem quamplurima, unde illi cognomentum Polyhistori. Is frequens apparet inter auctores a Plinio citatos libris Historiae Naturalis. Atque ipsius quidem videntur fuisse libri de rebus Phrygiorum et Aegyptiorum ad matrem suam, unde haec sumpta quae de Mercurio Septimius hoc loco notat, unde etiam sumpta quae Athenagoras in Apologia, quae Cyprianus de Idolorum Vanitate, quae Minucius in Octavio, quae et Augustinus libris de Civ. Dei VIII, 5 et 27. XII, 10. Alexandro Macedoni, Magno, Philippi filio tribuunt, decepti fortasse titulo „Alexandri de Rebus Aegyptiorum ad Matrem,“ quam statim interpretati sunt Olympiadem. Itaque iis nasutior fuit Tertullianus. (Rigalt.) Sobrium agnoscis Rigaltii iudicium. Nihil profecto cum Tertulliani mente est Osiridis matri, Isidi, de qua interpretes somniabant. Marcilii emendatio *de tempestate* pro *ea tempestate* necessaria erat. De verbo *digerere* cf. adnott. ad Ad Natt. II, 1.

g. qua ad illum ex Libya Ammon facit ovium dives.] Hyginus in Ariete [Poet. Astron. I, 20.] ex Leone, qui res Aegyptias conscripsit, Hammonem refert ex Africa venisse ad Liberum [eique magnam vim pecoris adduxisse]. Liber autem apud Aegyptios Osiris. V. lib. de Corona cap. 7. (Rigalt.) Jablonsky Panth. Aegypt. II, 2. p. 179. *Facere* h. l. est pro *se facere,* id est facessere, vadere, proficisci. V. Donat. ad Terent. Phorm. IV, 3, 30., interprr. ad Apul. Metam. V, 2. p. 310. ed. Hildebr., Casaub. ad Sueton. Aug. cap. 16. Cf. etiam supra ad verba *vix a terra suspendit.*

h. Denique] Ut breviter dicam; *cum ipsis* sc. cum Aegyptiis et Alexandro.

[33]deglubasse[i] [34]oviculam[k], dumque pertemptat [35]et, quod facilitas materiae[l] suadebat, tractu prosequente [36]filum eliquat[m], [37]in retis pristini modum, [38]quem [39]philyrae taeniis [40]iunxerat, [41]texuisse[n]. [42]Sed vos omnem lanicii dispensationem structuramque telarum Minervae maluistis[o], cum penes Arachnen diligentior officina. Exinde materia[p]: nec de ovibus dico Milesiis et Selgicis et Altinis[q], aut [43]quis Tarentum vel Baetica [44]cluet [45]natura colorante[r], sed [46]quoniam et arbusta vestiunt[s], [47]et lini herbida post [48]virorem

33. diglubasse *abcde.* dilabasse *AC. tres Vaticani.* dilibasse *A (m. sec.) B. Coniectarunt* deglubisse, dilabrasse, dilabasse, *similia.* 34. oveculam dumque *abc.* veculandumque *ABC.* 35. et *non habet ABCubc.* 36. filum eliquat *Cde. liber Salmasii.* filium eliquit *AB.* filum eliquasse *abc.* 37. in retis pristini modum *ego.* in restis pristini modum *de.* et in retis (tetis *C.*) pristini (pristimi *C*) modum *C. liber Salmasii.* et naticis (niticis *B.*) pristino dum *AB.* et in vestis pristinae modum *abc.* et vitias pristi nodum *A. m. sec.* 38. quem *de. liber Salmasii, et A. m. sec.* quam *reliqui.* 39. philyrae taeniis *ego.* phyliraetenus *ABC.* phylira tenui *abc.* philyrae tenus *de.* 40. vinxerat *abc.* 41. texuisse *abc.* texisse *A. m. sec.* exisse *ABCde. liber Salmasii.* 42. suos omnem *ABC.* 43. quista renitum *C.* quis tareptum *AB.* 44. eluet *AB.* cluit *de.* 45. victura *AB.* tinctura *A. m. sec.* 46. quod iam *Latinius, Salmasius.* quomodo *B.* 47. de lini *C.* ita lini *A. m. sec.* delim *AB.* 48. nitorem *A (m. pr.) B.*

i. deglubasse] Gloss. Philox. *„Deglubat, ἐκδέρει.“* Vet. Gloss. a me editum in Jahn et Klotz Archiv 1849. p. 296 *„Deglobata,* recoriata.“

k. oviculam] Libri veteres *oveculam.* Habuimus *nubeculam* pro *nubiculum* Ad Natt. I, 5.

l. facilitas materiae] Materiae scilicet sequacis in fila lentitiae. (Rig.)

m. filum eliquat] Emittit, quasi profluere facit. Apul. Metam. X, 30 *„aquas eliquans.“* Ibid. I, 2 „incommodum alvi *eliquaret.“* Tertull. Adv. Marcion. I, 4 „in unum necesse est summitas magnitudinis *eliquetur.“* Neque aliter utitur *liquare* Septimius paulo infra.

n. in retis pristini modum, quem philyrae taeniis iunxerat texuisse.] Sic emendavi, sententia postulante. Salmasius et Rigaltius receperunt *restis* pro *retis* et *tenus* (h. e. *τὸ τένος*) pro *taeniis.* Male. Quid enim restis ubi iam de panni, nec amplius de fili, fabricatione loquitur?

o. Minervae maluistis] Cf. supra cap. 1 ad verba „et *Romanis* deus *maluit.*“ De Minerva et Arachne lanificii inventricibus v. Ovid. Metam. V, init., cum interprr.

p. Exinde materia] Exinde materia, inquit, id est ex eo tempore materia texendis vestibus prodita, nec lanea tantum et de ovibus, sed mox etiam de aliis rebus, quae postmodum ad exemplum lanae repertae sunt quaeque idoneam vestificinae materiam haud secus ac lana praebuerunt, ut linum, sericum, bombycinum et alia eiusdem generis. (Salmas.)

q. Milesiis et Selgicis et Altinis] De Milesiis ovibus testes sunt Plin. H. N. VIII, 48. Colum. I, 2., et interprr. ad Vergil. Georg. III, 306. et IV, 334.; de Altinis Colum. VII, 2. Martial. Epigr. XIV, 145.; de Selgicis (Marcilius rescribi iubebat *Gallicis*) aliunde quidem non constat, nisi quod Strabo lib. XII, p. 570. in descriptione urbis Selges tradit *„νομὰς* eius *ἀφθόνους αἰνεῖσθαι παντοδάποις βοσκήμασι.“*

r. aut quis Tarentum vel Baetica cluet natura colorante] Plin. H. N. VIII, 48 „Hispania nigri velleris praecipuas habet, Pollentia iuxta Alpes cani, Asia rutili, quas Erythraeas vocant, item *Baetica,* Canusium fulvi, *Tarentum et suae pulli ginis.*“

s. arbusta vestiunt] De his arbustis lanigeris cf. Vergil. Georg. II, 120 sq. „Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?“, ad quae verba v. quae congessere interpretes. Amm. Marcell. XXIII, 6 „Apud Seres subfucidae silvae, in quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris velut quaedam vellera mollientes ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectant, nentesque subtemen conficiunt sericum.“ Adde Plin. H. N. VI, 17. XII, 10. XVI, 24. Cf. Tertull. De Cultu Fem. I, 1.

lavacro [49] nivescunt, nec [50] fuit satis tunicam pangere et [51] serere, ni etiam piscari vestitum contigisset. Nam et de mari vellera[t], [51b] qua [51c] muscosae lanositatis lautiores[u] conchae comant. Prorsus haud latet bombycem (vermiculi genus est) quae [51d] per aërem [52] liquando[v] araneorum [53] horoscopis[w] [54] idonius[x] [55] distendit, dehinc devorat, mox [56] salva reddere[y]. [57] Proinde, si necaveris, [57b] animata iam [58] stamina[z]

49. vivescunt *A (m. pr.) B.* 50. si ut satis *ABC.* 51. sereni etiam *AB.* 51 b. qua *ego.* quo *libri omnes.* quae *alii.* 51 c. muscosae lenositatis plautiores *C. liber Salmasii.* inusto sele (mustoselae *B.*) nos iratis plantiores *AB. Pro* plautiores *in abc. extat* lautiores, *quod et Salmasio placuit.* 51 d. per erema *liber Salmasii.* 52. aliquando *ABCabc.* 53. more scopis *abc.* et horoscopi *AB.* 54. si domus *AB.* 55. distendit *C. liber Salmasii.* discendit *AB.* se distendit *bc.* sedes tendit *de.* 56. salva *ego.* alvo *de., ex emendatione Rhenani.* a quo *BC. liber Salmasii.* aequo *A.* aeque *abc.* 57. proinde *cde. liber Salmasii.* perinde *reliqui.* 57 b. nematam iam *Salmasius.* 58. stamina *Ade.* stamine *reliqui, et liber Salmasii.*

t. et de mari vellera] Plinii H. N. IX, 35. verba, quae de his interpretati sunt, ad margaritas pertinent, non ad ulla vellera. Significat Tertullianus *πίννινον* vel *πίννικον ἔριον*, de quo multus est Salmasius ad h. l. et in Solin. p. 792., quem vide.

u. qua muscosae lanositatis lautiores] Sic emendavi. Olim extabat *plautiores*, quas explicabant *πλατυτέρας; qua* est in quantum, quatenus, et sexcenties ea vocula ita utitur Septimius, ut paulo infra „*qua* ambitio successit — *qua* necessitas praecessit" cett., ut Apolog. cap. 5 „Temptaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed *qua* et homo, facile coeptum repressit." *Qua* rescribendum rectius erat fortasse etiam De Spectac. cap. 3 ex libro Agobardi, pro *quia*, quod edidi.

v. liquando] Ducendo. Facili opera possis rescribere *eliquando*. Cf. supra ad verba „filum eliquat." Ceterum apposite Salmasius ad h. l. adnotat: Per aërem fila deducere bombycem ideo dixit Tertullianus, ut ostenderet omnia elementa materiam vestificinae suppeditare. In terra non solum oves, sed et arbores et herbae hominem vestiunt, in mari conchae lanam gignunt ad vestes idoneam. Restabat aër. Bombyx vermiculi genus est qui per aërem stamina deducit, unde vestes parantur.

w. araneorum horoscopis] Araneorum horoscopa eleganter vocat araneorum telas, quod similes sint sciothericis organis quibus horae ostenduntur. Nam illa variis in orbem distincta lineis a centro in quo gnomon ad circumferentiam ductis araneorum casses plane referunt.

x. idonius] Sic De Anima cap. 18 „aliam portendi paraturam, ut multo *idoniorem*" cett. Adv. Hermog. cap. 18 „materiam longe digniorem et *idoniorem*." Ulpian. Dig. XVIII, 2, 4 „Si persona *idoneior* accedat ad emptionem." Paul. ibid. XLVII, 23, 2 „praetor eligat *idoneiorem*." Adde Callistr. ibid. L, 6, 5. Pariter Tertullianus utitur passim comparativo *necessarior*, de quo cf. adnott. ad De Patient. cap. 11. Apud alios scriptores reperiuntur *egregior, industrior, innoxior* et *noxior*, alii. V. Ruddimanni Instit. Gramm. I, p. 180. Stallb.

y. quae per aërem liquando — distendit, dehinc devorat, mox salva reddere.] Ita rescripsi. Vulgata scriptura *alvo* pro *salva* minus idonea videbatur. Quod ad verba *dehinc devorat*, Salmasius haec: De aranea certum est stamen suum saepe devorare, deinde reddere, idque pluries facere. Texentem enim ac retexentem telas suas talium curiosus deprehendere poterit. Dum texit, stamen ex alvo remittit, cum retexit, iterum in alvum recipit. Sed et pendentes filo saepe videre est, quo sese sustinent: cum filo demisso descendunt, filum illud ventre remittunt, cum vero per idem stamen ascendunt, id devorant et in alvum retrahunt. Hoc etiam erucae faciunt, hoc idem et bombyces, qui de erucarum genere sunt. (Salm.)

z. animata iam stamina] *Animata* cum Salmasio interpretor stamina iam tincta et colorata. Lutea enim sunt fila quae bombyx deducit. V. quae de verbo *animare* adnotavi ad De Cultu Fem. II, 6. et De Pudic. cap. 8. Cf. etiam Salmas. ad h. l. et interprr. ad Arnob. Adv. Natt. II, 68. Salmasius antea con-

[59]volves. Tantam igitur [60]paraturam[a] materiarum ingenia quoque [61]vestificinae[b] prosecuta, primum tegendo homini, qua necessitas praecessit, dehinc et ornando, immo et inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum formas [62]promulgare[c]. Quarum pars gentilitus inhabitantur[d], ceteris incommunes, pars vero passivitus[e], omnibus utiles, ut hoc pallium, etsi Graecum magis, sed lingua iam penes Latium est. Cum voce vestis intravit. Atque adeo ipse qui Graecos [63]praeter urbem censebat[f], [64]litteras eorum vocemque senex iam eruditus, idem Cato iuridicinae[g] suae [65]in tempore humerum exertus[h], [66]haud minus palliato habitu Graecis favit.

59. volves *ABCcde. liber Salmasii, tres Vaticani.* alvo *ab.* 60. paraturam *abcde. liber Gorziensis.* materiam *reliqui.* 61. testificinae *A. m. pr.* textificinae *A. m. sec.* festificinae *B.* 62. promulgare *AB.* promulgavere *reliqui.* 63. praeter urbem *ABCde. liber Salmasii.* pellendos urbe *reliqui.* 64. litteras *abcde.* intrans *A.* intians *B.* in terras *C.* 65. intemporeum verum *ABC.* 66. aut minus *AC.*

iectaverat *nematam,* a verbo aliquo *nemare,* deducto a *nema* vel *νῆμα,* ut *sagmare* a *σάγμα, plasmare* a *πλάσμα, stigmare* a *στίγμα, chrismare* a chrisma, *anathemare* ab anathema, et quae sint generis eiusdem. Sed temerarium est tale vocabulum confingere. Facilius reposuerim *a nemate,* ut per *nema* significetur bombyx nemate indutus et circumvestitus quem nos *cocon* dicimus, aut etiam *annata.*

a. paraturam] Cf. adnott. ad De Spectac. cap. 4.

b. vestificinae] Cf. Barthii Adverss. II, 12. p. 133.

c. promulgare.] Ita conatus sum reponere ex libris vetustis pro vulgata *promulgavere.* Memineram enim me iam aliquot eius contractionis exempla offendere in Arnobii et in Tertulliani scriptis. De ipso verbo *promulgare* cf. etiam adnot. ad Apolog. cap. 11.

d. gentilitus inhabitantur] *Gentilitus* est *κατὰ ἔθνη. Inhabitantur,* quasi domus. Salmasius putat *inhabitare,* ut *habitare* hic esse pro simplice *habere.* Alii perperam voluerunt *inhabituantur.*

e. passivitus] Passim. Cf. adnott. ad De Corona cap. 8.

f. praeter urbem censebat] Ex urbe pellebat. *Praeter urbem* est extra urbem; sic *praeter terminos* extra terminos. Nonius p. 27. ed. Merc. „Exterminatum est *praeter terminos* missum.“ Cf. Apolog. cap. 38 „Aeque spectaculis vestris renuntiamus —— cum et ipsis rebus de quibus transiguntur *praetersumus.*“

g. iuridicinae] Hoc est praeturae, cum ius diceret. *Iuridicina* vocabuli ad instar supra legimus *vestificina,* et est *causidicina* ap. Amm. Marcell. XXX, 4. et ap. Symmach. Epist. V, 73. et alibi. V. Iuret. ad h. l. p. 140 sq.

h. humerum exertus] Cinctu Gabino, quo utebantur et praetores. V. Isidor. Origg. XIX, 24. — Cato igitur praeturae suae tempore cum humerum exertus togam ritu Gabino cinctam haberet, quasi palliato habitu videbatur esse, et Graecis, dum sic eorum habitum imitaretur, favere. Sic enim toga exertum humerum habebat ut illi pallio. (Salmas.) Cf. Casaub. Exercitt. in Baronii (qui Catonem palliatum ius dixisse contendit) Ann. p. 195 sqq., et praesertim Octav. Ferrarius De Re Vestiar. I, 15. (in Graevii Thes. tom. VI, p. 647 sqq.) qui multus est in Salmasii opinione refellenda, docens Catonem non ex cinctu Gabino, sed quia sine tunica fuerit, humero exerto palliatoque sic habitu Graecis favisse. Tradit enim hoc Valer. Maxim. III, 6 „M. autem Cato praetor M. Scauri ceterorumque iudicia nulla indutus tunica, sed tantummodo praetexta amictus egit.“, et praesertim Asconius ad Cic. Pro Scauro: „Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat iusque dicebat, idque repererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli statuae in Capitolio et in rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.“ Interprete igitur Oct. Ferrario tam Cato in praetura, sed solus, quam Graeci philosophi exerto nudoque humero fuerunt, et ideo Catonem in praetura humero exerto non

Cap. IV. Quid nunc, si [1]est [2]Romanitas [3]omni salus, nec [4]honestis tamen [5]admodum Graeci estis[a]? [6]Aut, ni ita est, unde gentium in provinciis melius [7]exercitis, quas natura agro potius eluctando commodavit, studia palaestrae, male senescentia et [8]cassum laborantia, et [9]lutea unctio et pulverea volutatio[b] [9b]et arida saginatio[c]? unde apud [10]aliquos Numidas[d] etiam equis [11]caesariatos[e] iuxta cutem tonsor et [12]cultri vertex solus immunis[f]? unde apud hirtos et hirsutos tam rapax [13]ab ala resina[g], tam furax a mento [14]volsel-

Cap. IV. 1. et *BC. liber Salmasii.* 2. Romanns *B.* 3. omni salus *ABCde.* omnis alus *liber Salmasii.* omnis alia *reliqui.* 4. vestis tamen? *abc.* 5. admodum Graeci *abc.* admodum gratis *AB.* admodis gratis *C.* modis ad Graios *de.* modis ad gratos *liber Salmasii.* 6. Aut ni *de.* At non *ab.* Anne *c.* aut ne *ABC. Vaticani, et liber Salmasii.* 7. exercitus *ABC.* 8. incassum *A(m. sec.) c. Vaticani.* 9. lictea uncio *A.* 9b. et *om. ABC.* 10. aliquo *de.* 11. caesareatos *AC.* 12. cultrix *AB.* cultris *A. m. sec.* 13. ab ala resina, tam *abc.* a culo resina, tam *de.* atalores si natam *BC.* a talore sinatam *A.* a talo resina tam *liber Salmasii.* 14. vel sella *ABC.* volsilla *A. m. sec.*

minus quam palliati solerent, Graecis Tertullianus favisse dixit.

Cap. IV. a. nec honestis tamen admodum Graeci estis?] Si Romanos mores amplecti cunctis populis utile est et gloriosum, quid nunc per studia prorsus inhonesta atque inutilia ad Graecos abitis? *Male senescentia palaestrae studia* apud Carthaginienses ideo fortassean dixerit, quia cum iam inciperent senescere, Severus ea renovavit et quasi in iuventutem revocavit, concessa Carthaginiensibus Pythici agonis facultate. V. Scorpiac. cap. 6. (Salmas.) Rigaltius *male senescentia palaestrae studia* hic alia, dici non possunt nisi valde senescentia. Quae palaestrae studia ut hic „incassum laborantia“ Tertullianus, ita Diogenes Cynicus ἀνωφελῶς μοχθεῖν athletas et ἄχρηστον eorum πόνον dicit apud Diog. Laert. VI, 2, 70., et Martialis alicubi „Haec rapit Antaei velox in pulvere draucus, Grandia qui vano colla labore facit.“ *Melius* denique *exercitas provincias* dicit quae palaestrae studiis non egeant, melioribus studiis et plane utiliori agriculturae labori incumbentes.

b. et lutea unctio et pulverea volutatio] Postquam legitimo oleo uncti erant palaestrici, horum alii luto sese totos opplere solebant, alii pulvere sese aspergebant. Utrumque modum hic complexus est Tertullianus: *luteam unctionem* τὴν πήλωσιν vocat, *pulveream volutationem* τὴν κόνισιν. (Salmas.) Cf. Lucian. Περὶ Γυμνασίων. Athen. Deipnos. IX, 388. Alii ceroma intellegunt. Plutarchus in Symposiacis palaestram tribus his constare scribit: pulvere, luto et ceromate: „πάλαιστρα οὐχ ὅτι πρεσβύτατόν ἐστι τῶν ἄλλων, ἀλλ' ὅτι μόνον τῶν τῆς ἀγωνίας εἰδῶν πήλου καὶ κονίστρας καὶ κηρώματος συγχάνει δεόμενον.“

c. arida saginatio?] Xerophagia.

d. aliquos Numidas] Salmasius voluit „*aliquo* Numidas“ i. e. aliquatenus Numidas, et Tertullianum sic appellare Carthaginienses, propter vicinitatem scilicet Numidarum.

e. etiam equis caesariatos] Equinas insuper caudas quasi alteram caesariem in capite gestantes.

f. iuxta cutem tonsor et cultri vertex solus immunis?] Barba iuxta cutem rasa, acriore tonsura, solo capite intonso. Verticem pro capite posuit. (Rigalt.) Vertex intonsus et cultri immunis, sub vertice omnia circumtonsa strictim et iuxta cutem. (Salm.) Ἐν χρῷ κουρίας. Cf. Salvian. De Gubern. Dei lib. VIII. (p. 270.) p. 167. Rittersh.: „Non sine causa itaque istud fuit quod inter Africae civitates et maxime intra Carthaginis muros palliatum et pallidum et recisis comarum fluentium iubis usque ad cutem tonsum videre tam infelix ille populus quam infidelis sine convicio atque exeratione vix poterat.“

g. tam rapax ab ala resina] Hinc *alipilarius* qui resina et dropace alas pilabat. Glossae: „*Alipilarius*, δρωπακίστης.“ Et alipila resina qua pila-

la[h]? Prodigium est [15]haec sine pallio fieri. Illius [16]est haec tota res Asiae[i]. Quid tibi, Libya et Europa, cum [17]xysticis munditiis, quas vestire non nosti[k]? Revera enim quale est Graecatim [18]depilari magis quam amiciri? Habitum transferre ita [19]demum culpae prope est, si non consuetudo, sed natura mutetur[l]. [20]Sat refert inter honorem temporis et [21]religionem[m]. Det consuetudo fidem tempori, natura deo. Naturam itaque concussit Larissaeus heros in virginem mutando, ille ferarum medullis educatus (unde et nominis [22]concilium[n], quandoquidem labiis [23]vacuerat ab uberum gustu), ille

15. et hoc *AB.* 16. est haec *Cadc.* haec *bc.* est et hoc *B.* est et haec *A.* 17. xusticis *ABd. liber Salmasii.* exoticis *abc.* rusticis *C.* 18. depilari *de.* depelari *liber Salmasii.* depalari *ABCab. Ios. Scaliger.* depallari *c.* depellari *Fr. Iunius.* 19. demum culpae prope est *de.* demum cultus probrum est *abc.* domunculae (domũcule *A.* domuncule *B.*) prope est *ABC.* 20. sed *AB.* 21. religionem. Det *de.* religionem dei *reliqui.* 22. concilium *de., Ios. Scaliger.* 23. vacuerit *AB.* vacaverit *A. m. sec.* vacaverat *Vaticanorum unus, et Latinius.*

bantur alae. Glossae Servii: *„Alipila, ἀρώπαξ.“* Ita legendum, non *alipina.* Veteres tamen libri scripti editique hic scribunt „tam rapax *a talo* (vel *calo*) resina.“ Vix dubito quin auctor scripserit „tam rapax *a culo* resina.“ Partem illam psilothro accurasse veteres notum est. Clem. Alex. Paedag. II, 3 *„τόδε καὶ πιττοῦσθαι, ὀκνῶ καὶ λέγειν τὴν περὶ τοὔργον ἀσχημοσύνην, ἀπεστραμμένους καὶ κεκυφότας καὶ τῆς φύσεως τὰ ἀπόῤῥητα εἰς τὸ συμφάνες ἀπογυμνοῦντας ἐξορχουμένους καὶ λορδουμένους ἀπερυθριῶσι σχήμασι.“* De xysticis et palaestricis ibi loquitur, ut hic Tertullianus, qui partes ponit *ἐκ διαμέτρου* sibi oppositas, *τὸ γένειον καὶ τὸν πρωκτόν. Culipilarius* etiam in Glossis legitur. Cf. interprr. ad Persii Sat. IV, 35 sqq. ad Arnob. Adv. Natt. II, 41. ad Horat. Epist. I, 20, 2. ad Apul. Metam. IX, 28.

h. tam furax a mento volsella?] Barbam sibi forcipibus vellebant, quae inde volsellae dictae. Res nota. Glossae Servii: *„Volsella, τριχολάβιον.“* aliae Glossae: *„Volsella, μαδιστήριον.“ Ψιλίζεσθαι τὸ γένειον* Graeci dicunt.

i. illius est haec tota res Asiae,] Ad illud pallium pertinet tota haec res Asiatica, quam vos tamen sine pallio in toga usurpatis. (Salmas.)

k. quas vestire non nosti?] Unde, inquit, o Carthaginienses, tam hirtos tamque hirsutos nates depilandi barbamque vellendi mos? Nimirum a Graecis palliatis qui in gymnasiis suis ista faciunt. [Cf. Clemens Alex. Paedag. II, 3. quem supra exscripsi.] At prodigium est vos haec sine pallio facere quae palliatorum propria sunt. Quid tibi Libya cum palaestricis palliatorum munditiis quas vestire non nosti? Cur eorum more pilos tibi vellis, cum eorum more non vestiaris? Revera enim quale est Graecatim magis depilari quam amiciri? *οἷον ἐστὶν ἑλληνικῶς ψιλίζεσθαι μᾶλλον ἢ ἀμφιάζεσθαι;* (Salmas.)

l. sed natura mutetur.] Seneca Epist. 123 „Non videntur tibi contra naturam vivere qui commutant cum feminis vestem?“

m. temporis et religionem.] Eleganter Tertullianus dicit consuetudinem debere fidem dare et servare tempori, hic enim temporis est honos; naturam vero fidelem deo esse debere, quae religio est. Videtur autem tempus exigere a consuetudine, ut nihil mutetur nec moveatur in iis quae consuetudinis sunt; ut pallium, exempli gratia, non sumatur, cum toga gestari solet. At deus a natura fidem hanc et hunc honorem exigit, ut ipsa non mutetur, nihilque eorum innovetur quae ab auctore naturae deo constituta sunt. Constituit enim, ut qui masculus natus est, rem feminarum non tractet nec induat. Qui igitur viri cum fuerint nati, in feminas desciscunt, naturam concutiunt. Natura tunc fidem quam deo dedit non servat; nam fidelis ipsi non permanet, mutando in aliud quod ipse naturae conditor nolit. (Salm.)

n. unde et nominis concilium] *Concilium nominis* h. l. est compositio nominis, ex duabus scilicet vocibus nomen unum compositum *Ἀχιλλεὺς ἀπὸ τοῦ α,* privativa particula, et *χεῖλος.* (Salmas.)

apud rupicem et [24]silvicolam [25]et monstrum eruditorem[o] [26]scrupea schola[p] eruditus. Feras [27]si[q] in puero [28]matris sollicitudinem patiens, certe [29]iam histriculus[r], certe iam [30]virum [31]alicui [32]clanculo functus[s] adhuc sustinet stolam fundere[t], comam struere[u], cutem fingere[v], speculum consulere, collum [33]demulcere[w], aurem quoque fo-

24. silvicolem *AB.* 25. monstrum *d.* et monstrorum *Cabc.* 26. strupea *AB.* 27. si *om. abc.* 28. matri *ABC.* 29. iam histriculus *e.* iam ut striculus *d.* ianius triculus *AB.* iam ustriculus *C. Vaticanorum unus, et liber Salmasii.* iam vistriculus *Vaticanorum alter.* iam striculus *Adr. Turnebus.* iam ustriculas *abc.* 30. viros *AB.* uxores *A. m. sec.* 31. alicui *de. liber Salmasii.* alicuius *ABCabc.* 32. clanculo *abc.* clanculos *ABC.* clanculus *de.* clanculis *liber Salmasii.* 33. demulgere *C.* demulgare *AB.*

De voce *concilium* v. Salmas. ad h. l., et supra ad cap. 1. ad verba *de luminis concilio.* Cf. interprr. ad Arnob. Adv. Natt. II, 16. *Concilium,* non *consilium,* h. l. scribit etiam Ios. Scaliger, Ludov. de la Cerda probat *consilium,* ut sit mens, significatio. Veriloquium hoc nominis Achillis profert etiam auctor Etymol. M.: „*Ἀχιλλεὺς παρὰ τὸ ἄχος λύειν· ἢ διὰ τὸ ἄχος, ὅ ἐστι λύπην ἐπενεγκεῖν τῇ μητρὶ καὶ τοῖς Ἰλιεῦσιν· ἢ διὰ τὸ μὴ θήγειν χείλεσι θήλης· ὅλως γὰρ οὐ μετέσχε γάλακτος, ἀλλὰ μυελοῖς ἐλάφων ἐτράφη ὑπὸ Χείρωνος.*“ Velius Longus apud Cassiodor. de Orthogr. p. 2287. Putsch.: „Chilones vero cum aspiratione scripti, ab improbioribus labiis homines vocitantur, quod est a Graeco vocabulo derivatum *παρὰ τὰ χείλη, unde Achillem quoque ferunt esse nominatum.*“

o. monstrum eruditorem] Hoc est monstrosum doctorem. Chironem significat Centaurum.

p. scrupea schola] Malim *in scrupea schola.*

q. Feras si] Pars librorum omittit *si.* Sane, facile accrevit inter vocabula *Feras* et *in.*

r. iam histriculus] Glossae Philoxeni: „*Histriculus, δασύπρωκτος.*“ V. interprr. ad Petron. cap. 7. Hildebr. ad Apul. Florid. II, 15. p. 56. et ad Arnob. Adv. Natt. II, 25. Salm. ad h. l. et ad Scriptt. H. A. p. 219 et 288. Adr. Turnebi Adverss. VII, 20. Meursii Exercitt. Crit. I, 2. Verba Tertulliani sic interpretatus est Salmasius: Cum puer adhuc erat et pusio, matris in eo sollicitudo ferri patienter poterat, quae eum virginis habitu celabat, ne agnosceretur et ad bellum in quo periturus erat traheretur; nam suae spontis tunc non erat, sed de matris sollicitae voluntate pendebat; ideo excusari poterat hic eius habitus: at iam vir factus et viri etiam officio functus sustinet tamen adhuc muliebri vestitu uti; quod neutiquam in eo ferendum iam, nec excusandum.

s. certe iam virum alicui clanculo functus] *Virum alicui fungi,* hoc est virum alicui se exhibere, alicui se virum approbare. Sic *munus alicui fungi* pro in alicuius gratiam, idem Tertullianus in Apologetico [cap. 9] „teste militia patriae nostrae, *quae id ipsum munus proconsuli functa est.*“ (Salmas.) *Virum* dixit pro *virilitatem,* ut supra *tonsorem* pro *tonsura.* Similiter alibi *mentiri virginem* pro *mentiri virginitatem.* Per *aliquam* significatur Deianira, quae Pyrrhum suscepit ex Achille. Apollod. III, 12.

t. stolam fundere] Id est stola fusiore uti. (Salm.) Statius Silv. III, 4, 55 „Sic ornat crines, Tyrios sic *fundit amictus.*“

u. comam struere] *Structores capillaturae* memorat De Cultu Fem. II, 7.

v. cutem fingere] Hoc est quod Graeci dicunt *καταπλάσσειν,* faciem scilicet medicaminibus inducere et interpolare fucis. Medicamina illa Graeci vocant *καταπλάσματα.* Clem. Alex. Paedag. III, 2. et III, 1. Sic *ficta facies* Tertulliano De Cultu Fem. II, 5. *Cutem medicaminibus urgere* dixit ibidem. Cf. etiam Heins. et Burm. ad Ovid. Am. I, 14, 2. interprr. ad Apul. Metam. VIII, 27. ad Ovid. Metam. IV, 319. et ad Val. Flacc. II, 241.

w. collum demulcere] Monilibus et torquibus quasi affectum locum consolari et demulcere. Sic infra locutus est „cum latrinarum antistes sericum ventilat et immundiorem loco *cervicem monilibus consolatur.*“ Metaphora a locis affectis et causariis qui emplastris quibusdam et medicaminibus paregoricis mitigantur. (Salmas.) Vindobonensis et Leidensis liber habent *demulgare,* id est

ratu effeminatus, quod illi [34]apud Sigeum [35]strongyla[x] [36]servat. Plane postea miles est; necessitas enim reddidit sexum. De praelio sonuerat, nec arma longe. Ipsum, inquit[y], ferrum virum attrahit. Ceterum si post incentivum[z] quoque [36b]puellam perseverasset, potuit et nubere[a]. Ecce itaque mutatio. Monstrum equidem geminum, de viro femina, mox de femina vir, quando neque veritas negari debuisset neque fallacia confiteri. Uterque habitus mutandi malus, alter adversus naturam, alter contra salutem. Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit quam aliqua materna formido, [37]tametsi adoratur a vobis qui [38]erubescendus est, scytalosagittipelliger [39]ille qui totam epitheti sui sortem[b] cum muliebri cultu compensavit. Tantum Lydiae clancularíae[c] licuit, ut Hercules in Omphale, et Omphale in Hercule prostitueretur. Ubi Diomedes et cruenta praesepia? ubi Busiris et bustuaria altaria? ubi Geryon [40]ter unus? Cerebris adhuc eorum clava foetere malebat, cum unguentis [41]offenderetur. Vetus iam Hydrae [42]Centaurorumque sanguis in sagittis pumice [43]spiculi excludebatur[d], insultante luxuria, ut post [44]monstra

34. ad praesiga cum *B.* ad presiga eum *A.* 35. strogyla *liber Salmasii.* stagila *ABC.* statua *abc.* 36. serviet *B.* 36b. puellam *ABde. liber Salmasii.* puella *reliqui.* 37. quam et si *ABC.* 38. potius erubescendus *de.* 39. levi totam ephiteti *C.* leniconta ephitecis *B.* lenicota ephytecis *A.* 40. ter unus *abcd. liber Gorziensis.* tum unus *AB.* unus *C.* 41. offenderetur *ABCabc.* offunderetur *de.* 42. centaurorum quaeve sanguis *B.* Centaurorum aeque sanguis *C.* 43. spiculi *Salmasius.* speculi *ABCabcd.* et peniculo *A. m. sec.* 44. monstratas fixa (monstra transfixa *A.*) coronant *ABC.*

demulcare, quod non corruptum videtur. Nam dicebatur et *mulcare* pro *mulcere,* ut diserte testatur auctor Glossarii Vet. quod edidit Ang. Maius in Auctt. Class. tom. VIII. p. 345. Et testem sistit Du Cangius ex Althelmi lib. VII. de Vitiis Capitalibus hunc versum: „Denique si potuit caeli *mulcare* catervas."

x. apud Sigeum strongyla] Strongyla est *στρογγύλη.* Ita vocavit absolute *τὴν ἀσπίδα* sive *προτομὴν* in qua solus vultus erat expressus. *Κύκλους* et *δίσκους* etiam appellatos esse et *ὠράκας* Graecis nos alibi docuimus. Latini *clypea* vel *clypeos* appellarunt, qui rotundi sunt. Inde et strongyla. Imaginem porro Achillis ore tantum expressam in Sigeo fuisse, non statuam integram, testatur Lucius Ampelius auctor vetus, quem ex bibliotheca optimi lureti *τοῦ μακαρίτου* habuimus capite de marium ambitu: „Iuxta autem mare qui locus Rhoetaeon dicitur, ibi est Achillis et Patrocli vultus." Vultus est imago ore vel pectore tenus expressa in clypeo. (Salmas. in Solin. p. 610.) Cf. Plin. H. N. XXXV, 3 „Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, unde et nomen habuere clypeorum, non, ut perversa grammaticorum subtilitas voluit, a cluendo." Cf. Salm. ad Tertull. De Pall. p. 290. ed. LB., et quae adnotavi ad Apolog. cap. 16. ad verba „licet solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum ubique in suo clypeo."

y. inquit] Homerus Odyss. XVI, 294.

z. incentivum] Cf. de hoc vocabulo interprr. ad Arnob. Adv. Natt. IV, 34. Rittershus. ad Salvianum De Gubern. Dei I, p. 8. Barth. Adverss. p. 1574.

a. nubere.] Cf. adnott. ad lib. Ad Uxor. I, 7.

b. sortem] Quidquid illi epitheton suum attribuit, scytalam nempe, sagittas et pellem leonis, unde dictus est scytalosagittipelliger. Quidquid ipse sortitus erat, cum Omphales muliebri cultu compensavit. (Salm.)

c. Lydiae clancularíae] Cum qua clam consuescebat. (Ioh. Mercerus.)

d. pumice spiculi excludebatur] Non

transfixa coronam forsitan suerent. Ne sobriae mulieris quidem aut viraginis alicuius scapulae sub exuvias bestiae [45]tantae introire potuissent nisi diu mollitas et evigoratas et [46]exodoratas[e] (quod apud Omphalen balsamo aut [47]telino spero factum[f]; credo et iubas pectinem passas[g]), ne cervicem enervem inureret [48]sciria[h] [49]leonina. Hiatus crinibus [50]infarsus[i], [51]genuini inter antias [52]adumbrati[k], [53]tota

45. et antea *C.* et ante *AB.* 46. exeduratas *de.* 47. pelino *ABC. Vaticani libri.* 48. sciria *de. Vaticani, et liber Salmasii.* stiria *ABabc.* et stiria *C.* 49. leonini *A. m. sec.* 50. infarsus *de. liber Salmasii.* infersus *AC.* infensus *A (m. sec.) B.* infersos *reliqui.* 51. genuini *de. liber Salmasii.* genuina *C.* genitia *A.* gementia *B.* genuinos *reliqui.* 52. adumbratos *abc.* adumbrari *A. m. sec.* 53. ne tota *c.*

video quid similitudinis sit inter *speculum,* quae vulgata scriptura est, et sagittas, ut bene comparari possint. Dicit auctor sagittas illas Herculis, figendis monstris olim adsuetas, apud Omphalen suendis corollis adhibitas fuisse, deterso prius sanguine quo erant infectae. Sic Herculeae illae sagittae apud Omphalen in acus vicem et usum versae sunt qua corollae suuntur. Per spiculum intelligit acum crinalem, cuius usus etiam fortasse ad suendas coronas. Nam maiores acus, ut erant crinales, ad eam rem adhibebantur. Eae acus cum obtusiores erant, acuebantur pumice vel cote non secus ac graphia. Marcianus Capella: „Crinale spiculum pharetris deprome cupido, Libens capillum solvere." (Salm.) Cf. Salm. ad Scriptt. H. A. p. 79. Recte Salmasius. Nisi quod in seqq. placet rescribere *forsitan adsuerent,* ut significetur sagitta spiculo sive acu matronali corona adsui ipsis crinibus.

e. evigoratas et exodoratas] Dempto vigore et odore. Marcilius corrigi volebat *erigoratas* pro *evigoratas*; praeter rationem. Pellis *vigor,* idem est qui *rigor* h. l. Cf. etiam Salmas. ad h. l. *Evigoratus* occurrit iterum Apolog. cap. 17 „licet libidinibus et concupiscentiis *evigorata* (sc. anima)."

f. aut telino spero factum.] De telino cf. Plin. H. N. XIII, 1. Isidor. Origg. IV, 12.

g. pectinem passas] Cf. adnot. ad Apolog. cap. 21.

h. inureret sciria] Plurima pars librorum habet *stiria,* quod interpretati sunt ad illud Claudiani De Bello Get. 327 „flaventes adstringit stiria setas." Contra monuit Salmasius Omphalen pellem ita induisse, ut pili et iubae leonis exteriores essent, ideoque potissimum ex suo codice restituit *sciria,* a Graecorum σκιρίᾳ, σκειρίᾳ vel σκιῤῥίᾳ, et distinxit *exodoratas, quod apud Omphalen balsamo aut telino spero factum. Credo et iubas pectinem passas. Ne cervicem inureret sciria leonina, hiatus crinibus infarsus, genuini inter antias adumbrati. Tota* cett. Vulgata distinctio erat *exodoratas, quod apud Omph. b. aut tel. sp. factum. Credo et iubas pectinem passas, ne cervicem en. inur. s. l., hiatus cr. i. g. i. a. a.* Sed quominus Salmasium sequamur prohibet et quod de pellis cruditate iam antea dixit, et quod „genuini inter antias adumbrati" sciriam omnem excludunt neque cum verbis „ne cervicem inureret" cett. construi ullo modo possunt. Hinc verba *quod apud Omphalen — — iubas pectinem passas* parenthesis signo notanda sunt, ut verba *ne cervicem e. i. s. leonina* cum praegressis struantur; post *leonina* denique punctum ponendum, iamque continuandum *Hiatus cr. infarsus, gen. i. a. adumbrati, tota — — si posset.* De scriptura *sciria* ambigo. Placeret *inurerent scabra* (cf. De Pudic. cap. 20 „resumit *scabra* et maculas carnis"), aut *inureret scortea.*

i. Hiatus crinibus infarsus] Globis crinium muliebrium.

k. genuini inter antias adumbrati] Genuinos leoninae dentis inter capillos et cincinnos suos ab utraque aure descendentes texit. De *genuinis* cf. Hildebr. ad Apul. Metam. VI, 15. p. 445. De *antiis* Glossae S. Benigni Divionensis: „*Antiae,* capilli quos proximos auribus in capite mulieres componunt." Gloss. Vet. quod edidit Ang. Maius Auctt. Class. tom. VI, p. 508: „*Antiae,* capilli admissi." „*Antiae,* capilli quos mulieres promissos in capite componunt." Onomast. Latino-Gr. ap. Vulcan.: „*Antiae,* προκόμιον." Gloss. Placidi: „*Antis,* capillis muliebribus ante id est a fronte pendentibus." Isid. Origg. XIX, 31: „Antiae, cincinni prope auriculas, Graeco

oris contumelia mugiret, si posset. Nemaea certe, si quis [54]loci genius, ingemebat; tunc enim se circumspexit[l] leonem perdidisse. Qualis ille Hercules in [55]serico Omphalės fuerit, iam [56]Omphale in Herculis scorto[m] designata descripsit. Sed et qui [57]ante Tyrinthium accesserat[n], [58]pugil Cleomachus[o], post [59]Olympiae cum [60]incredibile mutatu de masculo fluxisset[p], [61]intra cutem caesus et ultra[q], inter Fullones iam [62]Novianos coronandus[r], [63]meritoque mimographo Lentulo[s] in [64]Catinensibus commemoratus, utique sicut [64b]vestigia cestuum [65]viriis occupavit[t], ita et endromidis solocem aliqua multicia

54. logis *C.* legis *B.* 55. Sericho *C.* theristro *c., ex coni. Rhenani.* 56. Omphales *C.* 57. ante *ABde. Vaticani, et liber Salmasii.* arte *reliqui.* 58. pulige leomachus *BC.* pugile leomacus *A.* 59. olympia *abc.* 60. incredibile *ABC.* incredibili *reliqui.* 61. intra *de.* infra *liber Salmasii.* inter *reliqui.* 62. nomanos *AB.* 63. merito quem imagrafolentulo *C.* merito quem in agrafo lentulo *B.* meritoque in agrafo lentulo *A.* 64. Chatiniensibus *BCabc.* 64b. fastigia *c.* 65. viriis *Bde.* virus *A. liber Salmasii.* birrus *Salmasius.* viria *ab.* viriosa *c.* viriola *los. Scaliger.*

vocabulo ab auribus dictae." Paulus p. 17. M. „Antiae muliebres capilli demissi in frontem appellati ex Graeco videntur; quod enim nos *contra*, illi *ἀντίον* dicunt." Cf. Charis p. 20. P. Gloss. Labbei ap. Stephanum: *„Antide* (Scaliger corrigit *Antiae*), *κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμαμέναι γυναικεῖαι.*" et p. 197: *„Anciae, κόμαι τῶν κροτάφων.*" Cf. Salm. ad h. l. et interprr. ad Apul. Florid. I, 3. Graecis sunt antiae *παρωτίδες*, et Lucianus alicubi vocat *„τοὺς παρ' ὦτα βοστρύχους.*"

l. se circumspexit] Cirsumspiciens advertit atque agnovit.

m. scorto] Scortea.

n. Sed et qui ante Tyrinthium accesserat] Sunt qui *arte* pro *ante* legunt, et artem palaestricam intelligunt. Auctor sane Hercules gymnicorum certaminum, sed ille vi, non arte pugillabat et luctabatur. Scribendum est *ante*. Duo enim notat tempora in Cleomacho, unum quidem quo proxime accesserit robur athleticum et *κράτος* illud Herculeum, alterum quo postea incredibili mutatione derepente de fortissimo pugile in feminam emollitus est; quod Olympiae illi accidisse hic innuit Tertullianus. (Salm.)

o. pugil Cleomachus] Strabo XIV, p. 648: *„καὶ Κλεόμαχος ὁ πύκτης, ὃς εἰς ἔρωτα ἐμπεσὼν κιναίδου καὶ παιδίσκης ὑπὸ κιναίδῳ τρεφομένης ἀπεμιμήσατο τὴν ἀγωγὴν τῶν περὶ τοὺς κιναίδους διαλέκτων καὶ τῆς ἠθοποίας.*" De hoc Cleomacho et Libanius *Περὶ ὀρχηστῶν*: *„ἐντεῦθεν ἤδη τις ἀθλητὴς μακρὰ βαίνων καὶ διάβροχος ἐλαίῳ ἐσχάτης δυσωδίας, ἀναβεβλημένος ἱμάτιον, ἐν αὐτοῖς τούτοις τοῖς ἀνδρείοις ἐσθήμασι τὰ γυναικεῖα ἔδοξε ποιεῖν.*"

p. de masculo fluxisset] *Fluere* de mollibus ac delicatis dictum, hinc *de masculo fluxisse* hic dicitur qui de viro femina factus est et masculum robur in femineum fluxum dissolvit ac fregit. (Salmas.) Cf. adnott. ad De Spectac. cap. 10.

q. intra cutem caesus et ultra] Cleomachus igitur cinaedus et mollis intra cutem caesus, ut pugil et athleta profundis et ultra cutem patentibus vulneribus concisus, quae in pugillatu olim acceperat cum cestibus contunderetur. At postquam muliebrem patientiam induit, intra cutem caedi coepit, ut illi solent qui muliebria patiuntur. Festi abbreviator [p. 110. ed. Müller]: *„Inter cutem flagitatos* dicebant antiqui mares qui stuprum passi essent." (Salm.) Cf. Paulus p. 113. ed. Müller: *„Intercutilus,* vehementer cutitus, id est valde stupratus." *Intercutibus stupris obstinatus* positum est a Catone ap. Prisc. lib. VI. p. 279. Kr.

r. inter Fullones iam Novianos coronandus] Cf. Ed. Munk De Fabulis Atellanis (Lips. 1840.) p. 45 sq. Adr. Turnebi Adverss. VII, 20.

s. mimographo Lentulo] Cf. Apolog. cap. 12. Ad Natt. I, 10.

t. vestigia cestuum viriis occupavit] Loco cestuum armillas induit brachiis. (Rigalt.) Gloss. Isidori: *„Viria,* viriola, brachiale." Ambros. De Abrahamo cap. 9 „Has inaures habebat quae non grava-

synthesi [66] extrusit[u]. [67] Physconem et [68] Sardanapalum tacendum est[v], qui nisi insignes libidinum[w], alias reges nemo nosset. Tacendum autem, ne quid et illi de Caesaribus quibusdam vestris obmussitent pariter [69] propudiosis, ne caninae forte constantiae mandatum sit[x] impuriorem Physcone et molliorem Sardanapalo Caesarem designare, et quidem [70] Subneronem[y]. Nec tepidior [71] vis vanae quoque gloriae mutandis [72] induviis, etiam [73] viro salvo[z]. Calor est omnis affectus; verum cum in [73b] affectationem flabellatur[a], iam de incendio gloriae [74] ardor est. Habes igitur ex isto fomite [75] aestuantem magnum re-

66. extruxit *Cc.* 67. Phiconem *C.* physsonem *B.* 68. sardanapallum *B. Sic et infra.* 69. propudiosis, ne caninae *de.* propudiosis ne caniae *liber Salmasii.* propudiosisse necant et *AB.* propudiosisse ne cane et *C.* propudiosis: nec magnae *reliqui.* 70. sub Neronem *ABC.* sub Nerone *abc.* 71. visŭat quoque *B.* 72. indubiis *ABCab.* in dubiis *c.* 73. vero *abc.* 73 b. affectionem *Barth. Adverss. XVIII,* 17. *p.* 926. 74. ardorem habes *AB.* 75. extuante (aestuante *C.*) *ABC.*

rent aures, has *virias* quae manum non materiali auro ornarent, sed" cett. Gloss. Philoxeni: „*Viriola, κλάντον, ψέλιον.*" *Viriolae, περιχέρια, ψέλια.*" Gloss. Cyrilli: „*Ψέλιον, viriola,* armilla." Pro *viriis* Salmasius ad h. l. et ad Scriptt. Hist. Aug. p. 391. maluit *birrus,* cestuum vestigia in capite ponens. *Birrum* autem explicat *βηρόν;* Glossaria „amphiballum villosum." Cf. Du Cangius s. v.

u. ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit.] Cave hic arbitreris solocem substantive poni; adiectivum est. Sed *solocem endromidis* dixit Graeca figura, cum debuisset *endromidem solocem* dicere; sic supra *novum vitii* pro *novum vitium.* „Solox endromis" pinguis et crassa endromis, *τὸ παχὺ ἔσθημα.* (Salm.) Gloss. Vet. „*Solox, ἱερὸν καὶ παχύς.*", quod Vulcanius col. 64. emendat *ἕριον καὶ παχύ.* Recte. Nam ita habent et Glossae Labbeanae. Symmachus Epist. I, 1 „elaboratam *soloci filo* cantilenam." Fronto De Eloqu. p. 228. Mai. „pallium philosophicum *soloci lana.*" Cf. Fest. s. v. p. 300 et 301. Müll. De endromide v. interprr. ad Martial. Epigr. IV, 19. et XIV, 126. Iuven. Sat. III, 102. VI, 145. Cf. Turnebi Adverss. III, 17. Salmasius ad h. l. *Multiciam synthesin* Salmasius in Scriptt. Hist. Aug. p. 356 sq. interpretatur „sericam synthesin, et mimia subteminum tenuitate, ut loquitur Ammianus, perflabilis." V. Salmas. l. l. Turnebi Adverss. XXIII, 19. et interprr. ad Iuvenal. Sat. II, 66. et Martial. Epigr. V, 80. XIV, 1. Böttiger Aldobr. Hochzeit p. 60 sq. Visconti ad Mus. Pio-Clement. IV, p. 30. 52. Becker Gallus III, 124 sqq. *Extrudere* vero h. l. est idem quod excludere vel expellere.

v. Physconem et Sardanapalum tacendum est] Hellenismus, ut supra cap. 3 „multa dicendum est."

w. insignes libidinum] *Ἀσελγειῶν ἐπίσημοι.* Cf. de hac structura Hildebr. ad Apul. Flor. IV, 18. p. 88.

x. ne caninae forte constantiae mandatum sit] *Caninam constantiam* intellegit Cynicam. Sic *caninam aequanimitatem* dixit De Patientia cap. 2. Notum est Cynicorum in reprehendendis et increpandis etiam principibus et regibus magna cum libertate et constantia studium.

y. et quidem Subneronem.] Notatur Domitianus, quem Apolog. cap. 5. dicit, „portionem de Neronis crudelitate." Ausonius de Domitiano: „— quem calvum dixit sua Roma Neronem." *Subnero* positum est ut *Submarius* Ciceroni Ad Att. Epist. X, 1.

z. etiam viro salvo.] Cleomachus cum in cinaedum mutavit, virum non tantum dissimulavit, sed perdidit. At Alexander, quod iam narrare incipit, mutatis induviis, in veste Medica virum nihilominus retinuit. (Salm.) *Induviae* ab induendo, ut *exuviae* ab exuendo. Utitur Plautus Men. I, 3, 9. Prudent. Psychom. 578. Onomast. Latino-Graecum ap. Vulcanium col. 69: „*Induviae, ἐνδύματα.*" Gloss. Isidori: „*Indubiae,* indumentum." Gloss. Lat. in Ang. Mai Auctt. Class. tom. VIII, p. 293: „*Induviae* et *reduviae,* indumenta."

a. in affectationem flabellatur] *Affectationem* vocat quicquid *πρὸς δόξαν* fit et quod in opinione sola consistit. (Salm.)

gem, sola gloria minorem[b]. Vicerat Mediçam gentem, et victus est Medica veste. Triumphalem [76]cataphracten[c] amolitus in captiva sarabara [77]decessit[d]; [78]pectus squamarum signaculis [79]disculptum[e] textu [80]pellucido tegendo nudavit, [81]anhelum adhuc [82]ab opere belli, [83]et ut mollius, [84]ventilante serico extinxit. [85]Non erat satis animi tumens Macedo, ni illum etiam [86]vestis inflatior [87]delectasset; nisi quod et philosophi, puto, ipsi aliquid eiusmodi affectant. Audio enim et [88]in purpura philosophatum[f]. Si philosophus in purpura, cur non et in [89]baxa[g]? [90]Tyrium [91]calciari nisi auro [92]minime [93]Graecatur[h]. Dicet[i], Atquin alius et sericatus et [94]crepidam [95]aeratus incessit[k].

76. catapharactẽ amolitus *C.* cataphractem amolitus *abc.* catapharactena munitus *AB.* 77. discessit *AB.* 78. pactus *AB.* 79. discultum *AB.* discalptum *Lipsius De Militia Rom. III,* 6. 80. per ludicum *AC.* per ludicrum *A. m. sec.* perlucidum *B.* 81. et anhelum *de.* 82. ad opere velli *C.* ad opera velli *AB.* 83. et ut *ABCabc.* ut *de.* 84. ventilantes *ABC.* 85. Noverat satis *AB.* 86. vectis inflactior *AB.* 87. deiectasset *de.* delaxasset *Oudinus in Dorvill. Obss. tom. IV, p.* 404. 88. inter purpuras *AB.* 89. baxea *c.* 90. Tyrum *AB.* tyria *abc.* 91. calceari *liber Salmasii.* calciare *abc.* 92. numine *B.* non *liber Salmasii.* 93. Graecatos decet *abc.* Graecatur decet *ABC. liber Salmasii.* 94. crepidem *A (m. pr.) B. liber Salmasii.* 95. eratus *liber Salmasii.* mercatus *ABC.*

b. sola gloria minorem.] Sic De Spectac. cap. 10 dicit „Pompeium suo theatro minorem."

c. cataphracten] Cataphractam pro lorica ferrea hic posuisse satis profitetur auctor verbis illis quae sequuntur „pectus squamarum signaculis disculptum." (Salmas.) Cf. Veget. I, 10. et Salmas. ad h. l. et in Solin. p. 315.

d. in captiva sarabara decessit] Alexander a cataphracte triumphantis in habitum triumphatae gentis decedendo multum defraudatum ac deminutum ivit pristinae gloriae suae. Salmasius recte est interpretatus *„ἀπὸ τοῦ θριαμβικοῦ καταφράκτου εἰς τὰ τῶν αἰχμαλωτῶν σαράβαρα ἀπεχώρησεν."* Gloss. MSS. ap. Du Cangium s. v. pag. 65: *„Σαράβαρον, ἐσθὴς Περσική· ἔνιοι δὲ τὸ βραχιόνιον λέγουσιν."* Cf. Suidas s. v. Glossae MSS. ap. Du Cangium: *„Sarabara,* fluxa ac sinuosa vestimenta, sive capitum tegmina, ut Magi habuerunt." Ugutio: *„Saraballum,* lingua Chaldaeorum vocantur crura et tibiae. Unde brachiales, quibus haec teguntur, dicuntur *saraballa,* quasi crurales et tibiales. Unde in Daniele cap. 3: „Saraballa eorum non sunt immutata." *Saraballa* enim dixerunt Aquila et Theodotion non corrupte, ut legitur apud quosdam, in *sarabara.* Et sunt *sarabara* fluxa et sinuosa vestimenta vel capitum tegmina [cf. Augustin. de Magistro cap. 10. Hieronym. Epist. 49.], qualia videmus in capite Magorum picta, et sunt proprie puerorum." Cf. De Orat. cap. 12. et De Resurr. Carnis cap. 58. Novatianus De Trinit. cap. 8.

e. disculptum] Squamarum ferreae loricae notis impressis signatum. (Salm.)

f. Audio enim et in purpura philosophatum.] Alii de Aristippo, alii de Hippia Eleo aut Gorgia Leontino, quos Aelianus V. H. XII, 32. tradit *ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι περιΐέναι.*

g. in baxa] Est baxa genus calceamenti deaurati et muliebris. Cf. De Idolol. cap. 8.

h. Tyrium calciari nisi auro minime Graecatur.] Hoc est Tyriae et purpureae vesti haud alios calceos dari decet nisi aureos. Graecorum elegantiae minime convenit, ut qui Tyrio induti sunt aliter nisi auro calcientur. (Salm.)

i. Dicet] Dicet aliquis. De hac ellipsi omnium longe usitatissima cf. adnot. ad De Fuga in Persecut. cap. 5.

k. sericatus et crepidam aeratus incessit] Dixerat auctor moris non esse apud Graecos, ut quis purpuream ac de Tyrio vestem gerat, nisi et calceos ex auro idem gestitet. Nunc dicet, inquit, aliquis extitisse philosophum, qui tametsi sericatus purpuratusque esset, minime tamen crepidas aureas gestaret, sed aereas. Respondet Tertullianus id convenienter ab illo philosopho factita-

Digne quidem, [96]ut bacchantibus indumentis[1] aliquid [97]subtinniret, cymbalo incessit. Quod si iam tunc locorum[m] Diogenes de dolio latraret, non coenulentis pedibus, ut tori Platonici sciunt[n], sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detulisset[o], ut qui se caelitem delirarat sorores prius suas, dehinc homines [98]deus salutaret[p]. Tales igitur habitus qui de natura et modestia transferunt[q] [99]et acie figere et digito destinare et nutu tradere[r] merito sit. Prorsus si quis [1]Menandrico fluxu[s] delicatam

96. ut *om. ABC.* 97. substinuerit *AB.* 98. deas *ABCabc.* 99. et acie — — destinare *om. AB.* 1. Menandrico (Menadrico *ab.*) fluxu *abde. Vativani libri, et Salmasianus.* Maeandrico *c.* Menandri confluxu *ABC.*

tum. Nam qui bacchantia indumenta haberet, idem etiam cum cymbalis incedere debuit, ut bacchantibus indumentis aliquid subtinniret. Eleganter aereas crepidas, quales gestavit Empedocles [Diog. Laert. VIII, 69. Aelian. V. H. XII, 32. Lucian. Dial. Mort. XX. Suidas s. v. *Ἀμύκλας.*] cymbalis assimilat. (Salmas.) Pro *crepidam* Salmasius cum scriptis praetulit *crepidem,* „quod sic magis Graecaretur;" ut supra erat *cataphracten* pro *cataphractam.*

l. bacchantibus indumentis] Cf. Plutarch. Sympos. cap. 4. Clemens. Alex. Paedag. II, 10.

m. iam tunc locorum] Id est tunc temporis. Sic *ad hoc locorum.* Veteres Glossae D. Benigni: „*Ad hoc locorum,* ad hoc tempus." Ita Symmachus utitur. Sic ap. Plautum in Truculento [III, 1, 16.] et in Poenulo [I, 1, 6.]. Et apud Sallustium *ad id* locorum. Sic *interea loci.* (Salm.) Cf. Plaut. Cas. I, 1, 32. Men. III, 1, 1. Pseud. I, 3, 31. Trucul. I, 1, 11., et Stich. V, 5, 17., Lucret. V, 438. Sallust. Iug. cap. 67. Terent. Heaut. II, 1, 6. Solin. cap. 2 „Atys mutus *ad id locorum.*", et „Iolaum, qui *ad id locorum* agros ibi insedit."

n. ut tori Platonici sciunt] Cf. Apolog. cap. 46. De illo *sciunt,* adeas adnott. ad Apolog. cap. 5.

o. in adyta Cloacinarum detulisset.] In cloacas, quibus praesunt Cloacinae deae. *Cloacinas* dixit pro *Cloacina.* Nam una tantum eius nominis colebatur apud Romanos. Plin. H. N. XV, 29, 36. Min. Fel. Octav. cap. 25. Cyprian. De Idol. Van., Lactant. I, 20. Prudent. Apoth. v. 197. Ceterum rescripserim: „non coenulentis pedibus, ut tori Platonici sciunt, *insultasset,* sed omnino" cett. Facile enim absorberi poterat vocabulum *insultasset* (aut si mavis *inculcasset,* vel simile quid) vocabulis *sciunt* et *sed.*

p. sorores prius suas, dehinc homines deus salutaret.] Sorores significat Cloacinas. Deus homines cives suos salutat principio *Καθαρμῶν* his versibus: „*Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος Ναίετ' ἄκρας πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων, Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητὸς Πωλεῦμαι, μετὰ πᾶσι τετιμημένος.*" Cf. etiam interprr. ad Tatian. Orat. ad Gr. cap. 3. Horat. Ad Pis. Epist. v. 465.

q. qui de natura et modestia transferunt] A natura et modestia alienis.

r. et acie figere et digito destinare et nutu tradere] Acie figere oculorum ut impudicos, digito intento destinare ut infames, nutu tradere irridendos. Haec tria coniunxit etiam Apul. Metam. III, 12: „Sic omnium oculis, nutibus ac denique manibus denotatus impos animi stupebam." Idem ibid. II, 30 „Ac dum directis digitis et detortis nutibus praesentium denotor" cett. Ceterum pro *tradere* non nego quin malim *traducere,* mutatione facillima. Et ita voluit iam olim Andr. Hoyus.

s. Menandrico fluxu] De vocabulo *fluxu* cf. adnott. ad De Spectac. cap. 10.; et supra dixit „de viro fluere." Menandri fluxum et delicias describit Phaedrus his versibus, quos in mente habuisse Septimium putat Salmasius: „Quinetiam resides et sequentes otium Ne defuisse noceat, repetunt ultimi. In quis Menander nobilis comoediis, Quos ipsum ignorans legerat Demetrius Et admiratus fuerat ingenium viri, Unguento delibutus, vestitu adfluens, Veniebat gressu delicato et languido. Hunc ubi tyrannus vidit extremo agmine, Quinam cinaedus ille in conspectu meo Audet venire?

vestem humi protrahat, audiat [2]penes se quod dicit comicus, Qualem demens iste chlamydem disperdit[ss]? Enimvero iam [2b]dudum censoriae intentionis [3]episcynio disperso[t], quantum denotatui, passivitas[u] offert libertinos in equestribus, subverbustos in liberalibus[v], dediticios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus[w], paganos[x] in militaribus: [4]vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur. Converte [5]et ad feminas. Habes spectare, quod [6]Caecina Severus graviter senatui impressit[y], [6b]matronas [7]sine stola in publico. Denique Lentuli [8]auguris[z] consultis, quae ita sese exauctorasset[a], pro stupro erat poena[b]; quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus, ut lenocinii [9]factitandi [10]impedimenta, sedulo quaedam desuefecerant. [10b]At nunc in semetipsas lenocinando, [11]quo

2. penes se quod dicit comicus *ego*. pone se quod et comicus *Cabc*. plene sed quod et comicus *AB*. pene se et comicus *de*. 2b. dubium *c*. 3. epischynio *Ca*. 4. vespulo *B*. vispillo *c*. 5. te *A. m. sec*. 6. Cecinas evertis *ABC*. Caecinae severitas *A. m. sec*. 6b. matrona *ABCabc*. 7. in escola *AB*. 8. auguriis (auguris *C*.) consulitis *ABC*. 9. iactitandi *ABC*. latitandi *A. m. sec*. 10. impedimento *ABC*. 10b. et *B*. 11. quod planitus *ABC*. quo planitus *abc*.

Responderunt proximi: Hic est Menander scriptor." Quod in seqq. emendavi „penes se *quod dicit* comicus" apud omnes probatum iri pro certo habeo.

ss. Qualem — — disperdit?] Hunc versiculum non invenio in Menandro Meinekii. Salmasius convertit: „*Οἵαν ἀνόητος ὅδε χλάμυδα διολλύει;*"

t. censoriae intentionis episcynio disperso] Ex quo, inquit, censores iam nulli sunt nisi nomine, et censorium munus, quod in notandis indignis et probrosis positum erat, prorsus cessavit, passivitas videre est in equestribus libertinos, in liberalibus mastigias et verberones, et omnia rerum et gradum ordinumque discrimina confusa. (Salm.) *Ἐπιτάσεως* vel *ἐπιστάσεως τιμητικῆς*. Qui intente et attente aliquid agunt, frontem et supercilia contrahunt, qui remissius, frontem porrigunt et rugas dispergunt. *Episcynium dispergere*, cui contrarium est *ἐπισκύνιον συνάγειν*. Aristophanes [Ran. v. 823.] „*ἐπισκύνιον συνάγων*." (Salm.) Supercilio minus adstricto contractoque, minus severo, quantum ad denotationem et increpationem. (Rigalt.) Censores sub imperatoribus nomen tantum habuisse, non ius notandi, inter omnes constat.

u. passivitas] Cf. adnott. ad De Corona cap. 8.

v. subverbustos in liberalibus] Mastigias adhuc verberum quibus usti sunt vibicibus notatos in liberalibus vestimentis videas, hoc est hominum liberorum vestibus indutos. (Rigalt.) Festus p. 309. Müller: „*Subverbustam*, veribus (leg. verberibus) ustam significat Plautus cum ait: „vicerosam (leg. ulcerosam), compeditam, subverbustam, sordidam." *Liberales* Lipsius De Amphith. cap. 15. p. 1032. intellegit sedes.

w. scurras in forensibus] Scurrilitatem (quae dicax est in reprehendendo libertas) ab oratore alienam esse Fabius libro VI. [cap. 3.] Institutionum et M. Tullius libro II. [cap. 59.] de Oratore scribunt. (Io. Mercerus.)

x. paganos] Cf. adnott. ad De Corona cap. 11.

y. quod Caecina Severus graviter senatui impressit] Graviter inculcavit, impresse dixit apud senatum. Cf. adnot. ad Apolog. cap. 5. De Caecina Severo cf. Tacit. Ann. III, 33.

z. Lentuli auguris] Commemorant hunc Dio Cass. LIV, 24. Seneca De Benef. II, 27. Sueton. Tib. cap. 49., sed eius consulti, quod de matronarum habitu sub eo factum sit, nemo praeter Tertullianum meminit.

a. quae ita sese exauctorasset] Quae ita sui oblita esset, ut sine stola in publicum prodiret. Sic *exauctorare* pro *insignia militaria detrahere* legitur apud ICtos, fr. 2. §. 2. de h. q. not. inf. 32.

b. pro stupro erat poena] Tam foedae exauctorationi eadem poena quae stupro. (Rigalt.)

planius adeantur, et stolam et supparum et crepidulum et [12]caliendrum[c], ipsas quoque iam lecticas [13]et sellas, quis in publico quoque domestice [14]ac secrete habebantur, [15]eieravere. Sed alius extinguit sua lumina, alius non sua accendit[d]. Aspice lupas, popularium libidinum nundinas, ipsas quoque [16]frictrices[e], et si praestat oculos abducere ab eiusmodi propudiis occisae in publico castitatis, aspice tamen vel sublimis[f], iam matronas videbis. [17]Et cum latrinarum antistes sericum ventilat[g], et immundiorem loco cervicem monilibus consolatur[h], et [17b]armillis, quas [18]ex virorum fortium donis[i] ipsae quoque matronae temere [19]usurpassent, omnium pudendorum conscias manus [20]inserit, impuro [21]cruri purum aut [22]mulleolum inducit calceum[k], cur [23]istos non spectas, vel illos

12. calliandrum *ABCab.* 13. ad stellas quis *ABC.* 14. adsecrete *ABC.* 15. et ieravere *C.* et irravere *AB.* 16. fictrices *Ade.* frictrices *reliqui. Probat Ios. Scaliger.* 17. Et *om. c.* 17b. armillis *ce., Turnebus.* armillas *reliqui.* 18. et *C.* 19. usurpant et *A. m. sec.* 20. inserunt *A. m. sec.* 21. crure *AC.* 22. malleolum includit *AC.* malleolum inducit *B.* 23. istos *de.* istas *reliqui.*

c. stolam et supparum et crepidulum et caliendrum] De *supparo* Festus p. 310. M. „*Supparus* dicebatur puellare vestimentum lineum quod et subucula appellabatur." Cf. Varro De Lingua Lat. V, 131. Nonius p. 540. Merc. Plaut. Epid. II, 2, 48. Lucan. Phars. II, 368. Gisb. Cuperi Observatt. IV, 18. De *crepidulo* Paulus p. 52. M. „*Crepitulum* ornamentum capitis; id enim in capitis motu crepitum facit." Alii *crepiculum,* alii *capidulum,* Adr. Turnebus vult *crepidulam,* in Adversar. p. 229. De *caliendro* v. interprr. ad Horat. Serm. I, 8, 48. et ad Arnob. Adv. Natt. VI, 26. Isidor. Origg. XIX, 25.

d. alius non sua accendit.] Hoc est, alius iis indumentis abstinet quae illum decent, ut matronae, de quibus proxime, aliis usui sunt quae ab instituto abhorrent, ut meretricibus de quibus postea. (Io. Mercerus.)

e. frictrices] Interpretantur de feminis quae secum libidinem exercent, quae aliis dicuntur tribades. Cf. Mart. I, 91. VII, 67. 70. Phaedr. IV, 14. Iuven. Sat. VI, 322. Salmasius et Rigaltius dederunt *fictrices* et interpretati sunt sagas, simulatrices, quae conciliando amori exitiove cerea simulacra fingunt, veneficas, lenas. Cf. etiam adnott. ad De Resurr. Carnis cap. 16.

f. aspice tamen vel sublimis] Et si praestat abducere et avertere oculos ab huiusmodi probris et propudiis passivarumque libidinum victimis, dignare saltem eas aspicere vel limis oculis et quasi per transennam, iam matronas eas videbis, hoc est matronarum habitu ornatas. (Salm.)

g. latrinarum antistas sericum ventilat] Latrinarum antistitem mulierem esse, non virum, ut antea interpretati erant, Salmasius primus adseruit. *Latrinas* appellat lupanaria, veluti omnium libidinum colluviem. *Antistes* pro antistita. Cf. Hildebr. ad Apul. De Magia cap. 26. p. 503. *Sericum ventilare* dicitur qui laxa fluxaque veste serica ventum concipit atque undante serico incedit, ut ait Salmasius.

h. cervicem monilibus consolatur] Ideo dixit quod in eiusmodi ornamentis et nugis maximum solatium sibi constituant *φιλοκόσμοι* mulieres. *Collum demulcere* supra eodem sensu habuimus. (Salm.)

i. armillis, quas ex virorum fortium donis] Cf. Lipsius De Mil. Rom. V, 17. p. 367. Opp. ed. Vesal. Plin. H. N. XXXIII, 1 et 2. Pro vulgata *armillas* bene rescripsit *armillis* Adr. Turnebus Adverss. p. 229.

k. purum aut mulleolum inducit calceum] *Purum* dicit album. Talia enim matronarum calceamenta. Apul. Metam. VII, 8 „*calceis femininis albis illis* et tenuibus indutus." Martial. Epigr. I, 14 „Sordidior coeno cum sit toga, *calceus autem Candidior prima sit tibi, Cinna, nive.*" De *mulleolis calceis* Festus p. 142. M. „*Mulleos* genus calceorum aiunt esse,

item habitus [24]qui [25]novitati suae stare religionem mentiuntur[l]? cum [26]ob cultum omnia candidatum[m] et ob notam [27]vittae[n] et privilegium galeri[o] [28]Cereri initiantur, cum ob diversam affectionem[p] tenebricae vestis et [29]tetrici [30]super caput velleris[q] in Bellonae [31]mentes [32]fugantur[r], cum [33]latioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio Saturnum commendat[s]? Cum ipsum hoc pallium

24. qui *om. A.* 25. novitati suae stare religionem *de.* novitatis (novitate *abc.*) vestitur (vestitus *Cabc.* vestitu *A. m. sec.*) religione (religionem *A. m. sec., et abc.*) *ABCabc.* novitati sue stitare religionem *liber Salmasii.* 26. occultum *ABC.* 27. vitae (victe *B.*) in privilegium *AB.* 28. ceteri *AB.* 29. tritici *AB.* trici *C.* atri *A. m. sec.* 30. supra *de.* 31. mentes *e.* mentis *d.* montis *liber Salmasii.* montes *Cabc.* monte *AB.* 32. vagantur *Fr. Iunius.* 33. lacinoris *AB.*

quibus reges Albanorum primi, deinde patricii sunt usi — — quos putant a mullando dictos i. e. suendo." Placidus Gloss. p. 485: „*Mulleo,* calceamenti genus, a colore albo." Cf. Plin. H. N. IX, 17. Flav. Vopisc. Aureliano p. 225. Salm. „Calceos mulleos et cereos et albos et hederaceos viris omnibus abstulit, mulieribus reliquit." Otfr. Müller Rer. Etrusc. I, 3, 11.

l. qui novitati suae stare religionem mentiuntur] Qui novitati suae religionem obtendunt, qui pro sua novitate stare religionem mentiuntur et auctorem deum faciunt. (Salm.)

m. ob cultum omnia candidatum] Graeca figura, quae in Tertulliano frequens: *omnia candidatus, πάντα λευκός.* Sic *omnia sanctus* libri De Pudic. cap. 22. (Salm.) De re cf. Ovid. Fast. IV, 619 „Alba decent Cererem: vestes Cerealibus albas Sumite; nunc nulli velleris usus abest."

n. ob notam vittae] De vittis sacerdotum Cereris notum illud Iuvenalis „Paucae adeo Cereris vittas contingere dignae." Tertull. De Test. Animae cap. 2 „vitta Cereris redimita."

o. et privilegium galeri] Atqui soli flamini Diali galerum album gestare concessum adserunt [Varro ap. Gell. N. A. X, 15. Serv. in Aen. II, 683.], et hic de iis qui sacris Cereris initiantur. Vide ergo ne *galericuli* legendum sit, quae species muliebris capillitii caliendro non multo dissimilis. (Ioh. Mercerus.) Galerus matronarum Cereris sacerdotum nihil aliud erat quam crinium adtextorum compositio in modum galeri facta, quibus feminae et matronae praecipue caput velabant. Tertull. De Cultu Femin. [lib. II. cap. 7.]: „Affigitis praeterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capiti et operculum verticis, nunc in verticem retro suggestum." (Salm.) Galerum autem intellige candidum. (Rigalt.) Cf. Salmas. ad h. l. et interprr. ad Iuven. Sat. VI, 120.

p. ob diversam affectionem] Cereris enim omnia laeta, maesta contra et saeva sacra Bellonae.

q. tenebricae vestis et tetrici super caput velleris] Per *tetricum super caput vellus* intelligit pileum lanatum nigri velleris, qualem Bellonarii gerebant. (Salm.) Bellona seu Minerva „calceata furvis galeam formis" ipse Tertullianus De Test. Animae cap. 2. (Rigalt.)

r. in Bellonae mentes fugantur] Mentem fugatur fanaticus qui in aede Bellonae furore corripitur. Glossae: Bellonarii, *οἱ θεοφορούμενοι.*" (Rigalt.) Salmasius pro *mentes* maluit *mentis,* ut sit Graeca locutio *φρενὸς ἐξίστασθαι.* Sic De Spectac. cap. 17 „sexum pudoris exterminans." *In Bellonae,* alter Hellenismus. Sic Arnob. Adv. Natt. VI, 6 „in Cereris Eleusiniae." sc. templo, Sallust. Catil. 49 „circum Concordiae." Cf. Vechneri Hellenolex. I, 3, 4.

s. cum latioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio Saturnum commendat.] Saturnum ambit et vestit latior purpura. (Rigalt.) *Ambitio latioris purpurae* est lati clavi tunica qua corpus ambitur, ut *Galatici ruboris superiectio* pallium coccineum quod humeris superiicitur. (Salm. in Solin p. 174.) *Ambitio* pro *ambitus* positum est etiam De Idolol. cap. 1., ubi alios locos indicavi. *Galaticus rubor* est coccineus. Plin. Hist. Nat. XVI, 8 „Coccum Galatiae rubens granum." Tertull. De Test. An. cap. 2 „pallio Saturni coccinata." V. inprimis Salmas. in Solin. p. 192 sq. et p. 213. *Commendare* Tertulliano et ICtis est pro-

morosius[t] ordinatum et [34]crepidae Graecatim Aesculapio adulantur[u], quanto tunc magis arguas illud[v] et [35]urgeas oculis, [36]etsi iam simplicis et inaffectatae, tamen superstitionis reum? Enimvero cum hanc primum sapientiam vestit quae vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes exuvias et peplos[w] augusta vestis, superque omnes apices et [37]tutulos [38]sacerdos suggestus[x]. [39]Deduc oculos, suadeo, reverere habitum, unius interim erroris tui renuntiatorem[y].

34. crepidae Graecatim *Leopoldus.* crepidae Graecatae Graecatim *ab.* crepidae cretatae Graecatim *c.* crepidae Graecatum *de.* crepidae grecatae graecatum *ABC.* crepidae Graecata Graecatum *liber Salmasii.* 35. urgeas *de. liber Salmasii.* urges *reliqui.* 36. etsi iam *de.* etiam *reliqui.* 37. titulos *ABCabc.* 38. sacerdos suggestus *ABCde. liber Salmasii.* sacerdotumque suggestus *A. m. sec.* sacer suggestus *abc.* 39. deduc (*B*)*de. liber Salmasii.* deducit *reliqui.*

bare. Sic Apolog. cap. 2 „ad innocentiae suae *commendationem.*“ Adv. Iud. cap. 10 „Quando in rebus tam attonitis magis utique genibus positis et manibus caedentibus pectus et facie humi volutata orationem *commendare* debuisset.“ De Orat. cap. 2 „Cum dicimus Pater qui in caelis es, et deum oramus et fidem *commendamus.*“ De Anima cap. 37 „Societatem carni atque animae iamdiu *commendavimus*“ cett. Cf. Dirksen Manuale s. v. p. 164.

t. morosius] Cf. adnott. ad De Virg. Veland. cap. 12.

u. et crepidae Graecatim Aesculapio adulantur] Nam crepidae Graecorum calceamenta fuere. Persius Sat. I, 127 „Non hic qui in crepidis Graecorum ludere gestit.“ Ita Suetonius de Tiberio cap. 13 „Deposito patrio habitu redegit se ad pallium et crepidas.“ Aesculapii autem sacerdotium palliatum commemoraverat iam supra cap. 1.

v. adulantur, quanto tunc magis arguas illud] Vulgata distinctio erat „cum ipsum hoc pallium — — adulantur. Quanto“ cett. Redegit verba in ordinem Salmasius, qui ita interpretatus est: „Cum, inquit, hoc ipsum pallium, quod tantopere in Christiano deprehendis et oculis digitisque denotas, cum hoc ipsum, inquam, pallium morose ordinatum Aesculapii sacerdotes vestit, quanto tunc magis arguere illud debes et reum urgere superstitionis, quae quantumlibet simplex sit et inaffectata, tamen superstitio est? At Christianorum sacerdotum pallium, quod et simplicissimum est et nulla taediosa ordinatione constat, ut illud Aesculapii, et vanissimis superstitionibus in totum renuntiavit, tantum abest ut argui et vitio verti debeat sacerdotibus Christianis, ut etiam augustius censendum sit omnibus deorum dearumque vestibus et exuviis et omnibus gentilium sacerdotum ornamentis et insignibus *ἱερατικώτερον ἔνδυμα.*“

w. exuvias et peplos] Deorum et dearum ornamenta. Cf. Festus s. v. *Tensa,* cum interprr. Scheffer De Re Vehic. II, 24. (in Poleni Suppl. Thes. Antiqu. Rom. tom. V. p. 1457.).

x. superque omnes apices et tutulos sacerdos suggestus.] *Sacerdos suggestus, ἱερατικὸν κόσμημα.* Apices et tutuli flaminum flaminicarumque insignia [Paulus s. v. *Apex* p. 18. Müll. Serv. in Aen. II, 683. X, 270. Festus s. v. *Tutulum* p. 355. Müll. Varro De Lingua Lat. VII, 44. Fulgentius p. 561. Merc.]. *Sacerdotem* autem dixit pro sacerdotali, Graecorum more, et praecipue poëtarum, quibus sollemne est *τοῖς κυριωτέροις ἀντὶ τῶν κτητικῶν χρῆσθαι.* Sic *γυναῖκα μαζὸν* dicunt, *θῆλυν στόλον, θῆλυν ἕρσην, Ἕλληνα στρατὸν, ἄνθρωπον ἦθος, Ἑλλάδα διάλεκτον, δοῦλον γένος, Σκύθην οἶμον,* et similia sexcenta. Ita et Latini *Sertinium acumen, Sulpitia horrea, Lucinae horae.* Ex hoc loco constat aetate Tertulliani non omnes passim Christianos, ut falso docti sibi persuaserunt, sed solos fere Christianorum presbyteros pallium gestare solitos, ac Tertullianum eo demum tempore a toga ad pallium transisse cum presbyter factus est, non quando Christianus. (Salm.) Cf. adnot. ad De Virg. Vel. cap. 13. De vocabulo *suggestus* cf. adnott. ad De Corona cap. 13., et Salmas. ad h. l.

y. unius interim erroris tui renuntiatorem.] Ut alia, inquit, nunc omittam propter quae reverentiam meretur hic

Tamen, inquis[a], ita [1]a toga ad pallium? Quid enim, si a dia- Cap. V.
demate et a sceptro? An[b] aliter [2]mutavit Anacharsis, cum regno [3]Scythiae philosophiam praevertit[c]? Nulla in melius [4]transgressi sint [5]signa, est habitus iste quod [5b]faciat[d]. Prius etiam ad simplicem [6]captatelam eius[e]: nullo taedio constat. Adeo nec [7]artificem necesse est[f] qui pridie rugas ab exordio formet[g] et inde deducat [8]nitidius[h], totumque [9]contracti umbonis figmentum[i] custodibus for-

Cap. V. 1. cogato ad *AB.* toga ad *liber Salmasii.* 2. mutabit *ABC.* 3. Scythice *AB.* Sythice *C.* 4. transgressi *ABCde. liber Salmasii.* transgressis *a.* transgressus *bc.* 5. digna *ABC.* 5b. faciant *AB.* 6. captatelam *ABde. liber Salmasii.* captat telam *C.* specta telam *abc.* 7. artifice *abc.* 8. nitidius *ego.* in talias *de.* in tillius *C.* intillis *AB.* in tilias *abc. C. A. Böttiger.* in tabulas *alii.* 9. contractum bonis *AC.*

pallii habitus, vel propter hoc unum interim revereri illud debes et oculos ad eius fastigium deiicere, quod erroribus tuis renuntiavit. (Salm.)

Cap. V. a. Tamen inquis] Vulgo incidunt ante *inquis.* Possit illud *tamen* iungi etiam cum *inquis*, salva sententia. Sic *inquit* praepositum habes etiam De Pudic. cap. 2., adeoque De Idolol. cap. 23. et Ad Natt. I, 1. strui poterat cum accusativo et infinitivo.

b. An] Salmasius distingui iubet: „quid enim? si a diademate, et a sceptro, an aliter mutavit Anacharsis?“, et vertit *„τί γὰρ; εἰ ἀπὸ τοῦ διαδήματος καὶ σκηπτροῦ, μῶν ἄλλως ἢ μεταβολὴ τοῦ Ἀναχάρσεως ἐγένετο;“*

c. cum regno Scythiae philosophiam praevertit?] Cf. Herodot. IV, 76. Diog. Laert. I, 101.

d. quod faciat] Nulla signa pallium exhibeat hominis ad meliora transgressi, habet tamen hic habitus in quo utilitatem suam et commoditatem possit ostendere. (Salm.)

e. ad simplicem captatelam eius] Dicit captatelam pallii nullo taedio constare, hoc est nullum taedium, nullam moram aut morositatem in captando pallio intervenire; nihil enim facilius aut expeditius factu esse quam pallium sumere, siquidem artifice non opus est qui rugas diligenter ordinet et in tabulas deducat et forcipibus custodiendas assignet et alia huiusmodi faciat plena morae et taedii, quae in toga sumenda fieri solent. Sic nihil simplicius est pallii captatela. *Ad simplicem captatelam eius* breviter dictum pro Quantum adtinet ad simplicem captatelam eius. (Salm.) *Ad simplicem captatelam* restituit Salmasius ex veteris scripturae vestigiis, hoc est simplicem capiendi vestiendique commoditatem. Noluit Tertullianus dicere *capturam;* nam hoc ad praedas pertinet. Noluit *captionem;* nam hoc ad fraudes. Noluit *captum;* nam hoc ad ingenium. Qua forma igitur alibi dicit *peccatelam* et *monelam* et *fovelam,* qua forma item vulgus *tutelam* et *cautelam* et *loquelam,* maluit dicere *captatelam.* (Rigalt.) Veram arbitror Salmasii emendationem *captatelam.* Est *ἅπαξ λεγόμενον,* ut non pauca in hoc scriptore. Nam *captentula,* quod in aliquot Vett. Glossariis et apud Marcianum Capellam occurrit, diversum est; Glossae Isidori explicant „*Captentula,* captio.“

f. artificem necesse est] Supple *habere,* ellipsi Graeca. (Fr. Iunius.)

g. rugas formet] Rugae in vestibus aliae casu fiunt, quae ex ipsa vestis redundantia variis modis complicata nascuntur, inconditae et inordinatae; aliae arte constant, quae ex industria struuntur ad aliquem vesti ornatum conciliandum. *Στολίδας* has Graeci vocant, quas in fine tunicarum certo modo atque ordine invicem nexas vinculum retinebat. (Salm.)

h. et inde deducat nitidius] Sic emendavi veterem scripturam pressius secutus quam qui ad *in tabulas, in talias, in tilias* atque similia vocabulorum figmenta descendere. *Tilias* interpretati erant tabulas tiliaceas, talias plicaturas, proprie scissuras, *σχίδας.* Si placet, cf. Salm. ad h. l. et Alb. Rubenius De Re Vest. II, 10. in Graevii Thes. Antiqu. Rom. p. 1023 sq.

i. totumque contracti umbonis figmen-

cipibus [10]assignet[k], dehinc diluculo tunica prius cingulo correpta, quam praestabat [11]moderatiorem texuisse[l], recognito rursus [12]umbone et si quid exorbitavit reformato, [13]partem quidem de laevo promittat[m], [14]ambitum vero eius ex quo sinus nascitur[n] iam deficientibus tabulis retrahat a scapulis et exclusa dextera in [15]laevam

10. assignent *AC.* 11. moderationem *ABC.* 12. umbonem ut *ABC.* 13. quidem partem *ABC.* 14. vero ambitu vero eius *ABC.* 15. laevum *AB.*

tum] Contracti umbonis figmentum hic vocatur quae supra [cap. 1.] *tabulata congregatio* et *tabulatum* paulo post. Apuleio [Metam. XI, 3.] de palla Isidis *multiplex contabulatio.* Structura omnis rugarum togae in tabulas deductarum ante et retro nodo quodam retinebatur, qui in medio tanquam umbilicus aliquis tabulas omnes colligebat et constringebat. Persius [Sat. V, 33] „— totaque impune Suburra Permisit sparsisse oculos iam candidus umbo.“ Glossae: *„Umbilicus, ὀμφαλὸς ἀσπίδος, τηβέννης.“* Sic *umbo* et *umbilicus* in clypeo idem. Graeci *ὀμφαλόν* et *κόγχον* vocant. — — Hunc umbilicum *nodum artificem* vocat Macrobius III, 23 ubi de toga Hortensii: „Togam corpori sic applicabat, ut rugas non forte sed industria locatas artifex nodus astringeret et sinus ex composito defluens nodum latius ambiret.“ (Salm.) Cf. Salm. ad h. l., Ferrar. De Re Vest. I, 6. Lipsius Elect. I, 13. et De Mil. Rom. III, 2. p. 127. ed. Vesal., Alb. Rubenius De Re Vest. II, 11. (in Graevii Thes. Antiqu. Rom. l. l.) Casaubonus, teste Rubenio, *umbonem* interpretatus est centrum plicarum, Lipsius contra et Rubenius existimaverunt ita dictam fuisse „illam partem togae quae circa humerum sinistrum in varias rugas contracta descendebat in pectus et imponebatur baltheo illi qui sub humero dextro ad sinistrum ducebatur atque ita umbonem cingebat.“ V. Rubenius l. l.

k. custodibus forcipibus assignet] Forcipes vocat ferreum aut ligneum potius instrumentum ad modum forcipum quas vulgo *tenalias* vocamus, Graeci *καρκίνους* appellant. His forcipibus umbo togae committebatur, ut structuram rugarum constringerent et in loco suo servarent; *crucem* appellat infra „etiam cum reponitur, nulli cruci in posterum demandatur.“ Forcipes enim illae, quibus figmentum umbonis constringendum mandabatur, ad instar vulgarium forcipum, cum aperiebatur, crucis figuram referebat. (Salm.)

l. quam praestabat moderatiorem texuisse] Quam oportuerat breviorem esse textam, ne opus esset ea cinctione.

m. partem quidem de laevo promittat] Etsi umbo in medio vestis erat, ad laevum tamen magis latus accedebat, ne in actu scilicet a dextra turbaretur, quae magis actiosa est quam sinistra, ideoque libera relinquebatur et exerta, cum sinistram toga operiret. (Salm.)

n. ambitum vero eius ex quo sinus nascitur] Id est ambitum umbonis extra quem nullae amplius erant tabulae, atque inde sinus incipiebat. *Umbo* proprie erat *tabulata congregatio.* Haec differentia tabularum et rugarum. *Tabulae* in solo inerant umbone, quem et propterea *tabulatam* vocavit *congregationem.* Extra illum ambitum rugae dicebantur, quas in ordine suo et structura continebat contracti umbonis figmentum. Sic rugae vestis cum ad umbonem ventum erat, in multas tabulas et plicas de industria formatas conrotundabantur, quae formam umbonis efficiebant fulturamque praestabant vesti nimis sinuosae et inundanti. Hoc est quod supra dicebat „adeo nec artificem necesse est qui pridie rugas ab exordio formet et inde deducat in talias.“ Rugae formabantur in humero, quae inde in talias sive tabulas deducebantur qua parte fingebatur umbo, qui nodus erat omnium rugarum et quasi centrum. Ex illo igitur umbonis ambitu iam deficientibus tabulis sinum nasci ait Afer noster: ex cuius verbis illud non potest colligi, utrum sinu inferior umbo, an supra sinum positus fuerit. Sed iam ante docuimus, si laxior esset sinus, umbonem ambitu suo comprehendisse, si strictior, umbonem sub se habuisse. Hinc certe liquet umbonem a sinu diversum fuisse. (Salmas.)

adhuc congerat[o] cum [16]alio pari tabulato [17]in terga [18]devoto[p], atque ita hominem [19]sarcina vestiat. Conscientiam denique tuam [20]perrogabo quid te prius in toga sentias, [21]indutum, anne onustum? habere vestem, an baiulare? Si negabis, domum consequar, videbo quid statim a limine properes. Nullius profecto alterius indumenti expositio quam togae gratulatur[q]. Calceos nihil dicimus, proprium togae tormentum[r], immundissimam pedum tutelam, verum et falsam. [22]Quem enim non expediat in algore et ardore rigere nudipedem quam in calceo [23]vincipedem[s]? Magnum [24]incessui munimentum sutrinae [25]Venetiae prospexere[t] perones effeminatos. At enim pallio

16. alia *AB.* 17. in terga *(B)de. liber Salmasii.* in tergo *reliqui.* 18. devoco *AB.* demoto *Ios. Scaliger.* dimoto *Lud. de la Cerda.* 19. sarcinam *BC.* sarciam *A. m. pr.* 20. prorogabo *AB.* 21. indutumne an onustum *c. Vaticani. Ita et Latinius.* indutum me non ustum *B.* indutum inea nonustum *A.* 22. quam enim *c.* 23. vincipedem *de.* uncipedem c. unguipedem *ab.* hunc pedem *ABC. liber Salmasii.* 24. incessu *ABC.* 25. veneriae *abc.*

o. retrahat a scapulis et exclusa dextera in laevam adhuc congerat] Dexteram scapulam non penitus nec totam excludebat toga, sed partem tantum, ut in antiquis statuis togatis videre est. At in cinctu Gabino totus humerus dexter exclusus et exertus habebatur. Nam toga sub brachium dextrum missa et in sinistrum conjecta hominem quasi incingebat. (Salm.)

p. in terga devoto] Dedicato ac reservato in eum usum, ut etiam terga ornentur. (Rigalt.)

q. indumenti expositio quam togae gratulatur.] Nullius indumenti depositio magis gratatur aut grata est quam togae. (Salm.) Verbum *gratulor* hic vulgarem usum non excedit: reddit autem orationem insolentiorem quod rei vel actioni ascribitur quod est hominis sive personae. Sensus enim: Nemo vestimentum aliud molestum exuens sive deponens magis gratulatur sibi quam qui togam. *Expositio gratulatur,* id est deponens gratulatur sibi. (I. Fr. Gronovius Obss. II, 19.) De vocabulo *expositio* v. quae adnotavi ad De Orat. cap. 15. Sic iterum paulo infra „etiam cum (toga) *exponitur,* nulli cruci in crastinum demandatur." De ellipsi comparativi *magis,* qua nihil frequentius in his libris, digito significasse sat est.

r. Calceos nihil dicimus, proprium togae tormentum] Calcei togae proprii. Nam apud Romanos toga sine calceis non sumabatur, nec calcei sine toga. In urbe ut togae usus, ita calceorum. Extra urbem cum in secessu agebant, sine toga et sine calceis erant. Cf. Plin. lib. VII. epist. 3. (Salm.)

s. quam in calceo vincipedem?] Sine dubio respexit Afer noster ad Musonii philosophi dictum quod apud Stobaeum legitur, qui ut *ἀνυποδησίαν* commendaret, inter calceari et vinciri parum discriminis esse statuebat. Verba huius haec sunt: *„καὶ τοῦ γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δυναμένῳ χρεῖττον· κινδυνεύει γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδέσθαι τοῦ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι· ἡ δὲ ἀνυποδεσία πολλὴν ἀλυπίαν τινὰ καὶ εὐκολίαν τοῖς ποσὶν παρέχει, ὅταν ἠσκημένοι ὦσι."* Quod dictum a Musonio mutuatus est Clemens Alexandrinus in Paedagogo lib. II. cap. 11: *„ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία, πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο· καὶ γάρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι."* Hinc Tertullianus nudipedem esse praestare dixit quam vincipedem, hoc est nudos quam vinctos pedes habere. (Salm.)

t. Magnum incessui munimentum sutrinae Venetiae prospexere] Quod in toga vituperavit, vituperat etiam in calceo eius comite et tanquam appendice. Quippe est non tam munimentum incessui quam impedimentum, et praestat viriliter non calceari quam effeminate peronibus illis molestissimis uti, quos Venetiae sutrinae prospexere. *Venetiae* enim, non *Veneriae* est veterum librorum scriptura. Et constat certe magna pecudum copia Venetiam abundasse; ergo et pellium abun-

nihil expeditius, etiam si duplex, [25b] quod [26] Cratetis[u]. Mora nusquam vestiendo [27] imponitur; quippe tota molitio eius[v] operire est [28] solutim. Id ex uno circumiectu[vv] [28b] licet, equidem nusquam inhumano; ita omnia hominis simul contegit[w]. Humerum [29] velans

25b. quoque *Latinius.* 26. Cratetis more *abc.* crateris moram *AB.* cratetis moram *C. liber Salmasii.* 27. imponitur *ego.* componitur *ABCabc. liber Salmasii.* cum ponitur *de.* 28. solutim. Id ex uno *de.* solutim, id est uno *abc.* solutim id uno *C.* soluti. nudino *B.* soliti. nuduno *A.* 28b. licente quidem nusquam inurbano *Latinius, Ios. Scaliger, Fr. Iunius.* 29. vaelans *C.* volens *AB.* vel *Salmasius.*

dasse putanda est, ex quibus calcei fiebant. Ovium Altinarum et Euganearum frequens et celebris mentio apud veteres. Fortasse et calcei sive perones optimi in Veneta regione concinnabantur. *Venerias* sutrinas Ludov. de la Cerda interpretatur „Romanas, quia calcei virorum erant instar feminarum. Pedes enim magis nudos vocat infra viriles. Ergo pedes effeminati sunt feminarum qui erant ut nostrates: pedes viriles, qui tantum solea tegebantur et desuper nudi erant. Increpat itaque viros quibus totus pes erat tectus." Haec de la Cerda. De perone cf. interprr. ad Vergil. Aen. VII, 690. Iuven. Sat. XIV, 186. Pers. Sat. V, 102. Isidor. Origg. XIX, 34. Tertull. De Cultu Fem. II, 10. Sidon. Apoll. Ep. IV, 20. Apul. Metam. VII, 18. Balduin. de Calc. cap. 17. Salm. ad h. l., Alb. Rubenius De Re Vest. II, 2. (in Graevii Thes. Ant. Rom. Vol. VI. p. 1007.), Octav. Ferrarius Anal. De Re Vest. cap. 38. (in Graevii Thes. Ant. Rom. Vol. VI. p. 1118 sq.), qui perones *effeminatos* a Tertulliano h. l. ideo dictos esse nobis persuadere conatur quia ex lana fuerint. Cf. Du Cangius Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v. *Perones*.

u. etiam si duplex, quod Cratetis.] Pallium Graecorum simplex erat, duplex Cratetis et Cynicorum. Duplex vestimentum longe impeditius simplice. Duplex tamen illud ipsum Cratetis pallium longe simplicius et expeditius toga. Cratetis autem pallium duplex, ut Antisthenis et Diogenis et omnium exinde Cynicorum. Quis primus ex illis tribus pallium duplicaverit, variae sunt veterum sententiae. Crateti hanc pallii *δίπλωσιν* videtur h. l. tribuere auctor, quam alii Antistheni [cf. Diog. Laert. VI, 15 et 22. Horat. Epist. I, 17, 25. cum interprr.], quidam Diogeni defendunt, quem *διπλοειμάτιον* propterea vocavit Cercidas in Mimiambis. — — Graecanicum pallium commune utrumque humerum operiebat et utrimque regestum retrorsum in humeris fibula strictum continebatur. Cynicum vero pallium humero dextro subiectum et in sinistrum coniectum ante et retro duplicabatur. Humerum siquidem laevum duplici textu tegebat et dextrum nudabat, cum commune in utroque humero simplex sederet. Quare Cynici, qui duplici pallio utebantur, alterum humerum exertum habebant, alterum duplicato pallii textu coopertum. Atque haec erat duplicatio pallii, quam Crateti quidam, alii Antistheni, nonnulli Diogeni adscripsere, quamque omnes exinde Cynici usurpaverunt qui pallio solo absque tunica involvebantur. (Salm.) Cf. Octav. Ferrarius De Re Vest. II, 4, 19 et 20. (p. 901 sqq. in Graevii Thes. l. l.) et Alb. Rubenius De Re Vest. I, 7. (p. 954 sq. in Graevii Thes. l. l.).

v. molitio eius] Nulla alia molitio aut artificium in pallio philosophico vestiendo adhibetur quam ut uno circumiectu, eoque vago et soluto, totum hominem operiat et ambiat: nullam quippe morosam habet rugarum constructionem et ordinationem ut toga, nullo fibulae morsu stringitur ut pallium vulgare, nihil cervicibus circumstrictum praefert, sed solutim totum corpus involvit et omnia hominis simul contegit. (Salm.)

vv. ex uno circumiectu] *Τοῦτο ἐκ μιᾶς περιβολῆς ἔξεστι ποιεῖν*, vertit Salmasius.

w. simul contegit.] Hoc de pallio Cynico sive philosophico quod totum hominem contegebat nullamque corporis partem praeter humerum dextrum apertam ostendebat. Pallium vulgare enim utrimque retrorsum reiiciebatur et anteriorem corporis partem aperiebat totam. At Cynici involvebant se pallio, dextro tantum brachio exerto. (Salm.)

exponit vel includit[x], [30]ceteroquin [31]humerum adhaeret[y], nihil circumfulcit, nihil circumstringit[z], nihil de tabularum[a] fide laborat, facile sese regit, facile reficit; etiam cum [32]exponitur[b], nulli [33]cruci[c] in crastinum [34]demandatur. Si quid interulae [35]subter est[cc], vacat zonae tormentum; si quid calceatus inducitur[d], mundissimum opus est[e], aut pedes nudi magis[f], [36]certe viriles magis quam in calceis.

30. ceteroquin *Bde.* cetero qui *A.* ceterosquin *liber Salmasii.* cetero qui in *C.* cetero qua in *abc.* 31. uberum *ABC.* 32. exponitur *ABCade. liber Salmasii.* reponitur *bc.* 33. cruci in posterum *de.* cruo in posterum *liber Salmasii.* cruor in crastinum *B.* cruᵒ in crastinum *A.* ceuo in crastinum *C.* cippo in crastinum *abc.* 34. dimandatur *Ca.* 35. subter est *de.* superest *ABCabc.* 36. certe viriles magis *om. AB.*

x. Humerum velans exponit vel includit.] Ludovicus de la Cerda et Salmasius pro *velans* volebant *vel.* Retineo vulgatam scripturam. Nam hoc velle videtur *σκοτεινὸς* noster: Pallium, inquit, velamento quidem est humero, sed tanta est eius facilitas, ut non minus expedite eo utaris ut velet quam ut non velet.

y. humerum adhaeret] Sic Cic. Arat. v. 292 „cratera et corvus adhaeret."

z. nihil circumfulcit, nihil circumstringit] Nihil circumfulcit ut toga, cuius redundantia contracti umbonis figmento fulcitur ante et retro, nihil circumstringit ut pallium vulgare quod cervicibus circumstrictum est et circa cervices morose ordinatum. De circumfultura togae supra [cap. 1.] dixit „et pallii teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis," et de pallio cervicibus circumstricto ibidem his verbis „pallium extrinsecus habitus et ipse quadrangulus, ab utroque latere regestus et cervicibus circumstrictus." (Salm.)

a. tabularum] Tabulae in toga sunt umbonis *ἐπιπτυχαὶ*, quae fidem servant, cum in statione sua manent nec locum mutant. (Salm.)

b. exponitur] Cf. supra ad verba: „alterius indumenti *expositio.*

c. cruci] Liber vetus *cruo.* Scriptum erat *nulli crucin posterum demandatur.* Nam *i* more solito et sequenti et praecedenti vocabulo serviebat. De illo *cruc* librarii deinde imperiti fecerunt *cruo.* Crucem vocat satirice Afer noster forcipes illas quibus adsignari solitum fuisse togae umbonem paulo ante scribit. Forcipes illae quibus custodiendus umbo togae tradebatur, ne tabulae eius exorbitarent et fidem fallerent, haud male cruci assimilantur. Immo nihil similius. Nam forcipes, cum aperiuntur ad aliquid capiendum, formam plane crucis referunt. (Salm.)

cc. Si quid interulae subter est] Dicit interulam quae sub pallio geratur idcirco non cingi nec zona opus habere, quod mensurae iustum temperamentum habeat, nec ita longa sit ut tunica, quam propterea cingulo corripi necesse est. — — Tam Graeci quam Romani tunicas sub pallio et sub toga habuerunt, easque cinctas, praecipue viri. Nam mulieres et molles et plerique barbari indiscinctis tunicis ibant. Sub tunicis autem tam apud togatos quam palliatos interulae sive subuculae lineae habebantur, quas cingi non fuit moris. Nam et breviores erant et strictiores atque ita ad corpus aptae, ut cinctura opus non haberent. Tunicae vero quia longiores et fusiores, ideo cingebantur. At Cynici, qui nullam sub pallio tunicam, sed interulam duntaxat induebant, nec cingebantur. Inde est quod Tertullianus h. l. dixit apud pallium Cratetis, id est Cynicum, vacare zonae tormentum; nam interula non cingebatur. (Salm.)

d. si quid calceatus inducitur] Ut calcei togae, sic pallii soleae. (Salm.)

e. mundissimum opus est] Facilius mundantur soleati pedes quam calceati aut peronati.

f. aut pedes nudi magis] Si quid calceatus, inquit, inducitur a palliatis, sandalia sunt, non calcei, quae res mundissima est, frequentius tamen nihil omnino calceatus inducunt, sed nudipedes agunt, quod virile magis est. (Salm.) Si quid inducitur calceamentorum, quale sandalium, mundissimum est opus: aut si nihil omnino in pedibus gestat, ita ut nudi sint, hoc magis mundum est opus: si autem neges hanc munditiem, certe non poteris negare virilitatem; virilius est enim nudo omnino pede ambulare quam calceatum. (Ludov. de la Cerda.) Malim rescribere „aut pedes nudi magis certe viriles quam in calceis.", altero *magis* deleto.

[37]Haec pro pallio interim, quantum nomine [38]comitiasti[g]. Iam vero et de negotio [39]provocat. Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil [39b]curiae debeo, nihil officio advigilo[h], nulla rostra praeoccupo, nulla praetoria observo, [40]canales non odoro[i], cancellos non adoro[k], subsellia non contundo, iura non conturbo, causas non elatro, non iudico, non milito, non regno, secessi de populo. [41]In me unicum negotium [42]mihi est; [43]nisi aliud non curo quam ne curem[l]. [44]Vita meliore magis in secessu fruare quam in promptu. Sed [45]ignavam infamabis[m]. Scilicet patriae et imperio [46]reique viven-

37. et haec *AB., pro more.* 38. comitiasti *de.* comitasti *ABC. liber Salmasii.* concitasti *abc.* 39. provocas *ABC.* 39b. cura *liber Salmasii.* 40. canales (carnales *liber Salmasii*) non odoro, cancellos non adoro *de. liber Salmasii.* cancellos non odoro (adoro *C.*), canales non adoro *ABC.* cancellos non adoro *abc.* 41. in me *ABde.* in mo *liber Salmasii.* imo *reliqui.* 42. mihi est *Cabcde.* nihil est *AB.* 43. nisi aliud non curo *Cde. liber Salmasii.* nisi et aliud non curo *AB.* nec aliud nunc curo *C(in marg.) abc.* 44. vitae mulierem (muliere *C.*) *ABC.* 45. ignava (ignavia *A. m. sec.*) infama (infamat *A. m. sec.*) vis (ius *C.*) *ABC.* ignava infamavis *liber Salmasii.* ignava infamique *abc.* ignavia infamat *Ios. Scaliger.* 46. reique *Ade. liber Salmasii.* rei quae *BC.* reique publicae *abc.*

g. Haec pro pallio interim, quantum nomine comitiasti.] Haec pro pallio, inquit, dicta sint, quantum ad nomen attinet, quod publice infamasti et probro mihi duxisti: iam vero et de negotio provocat. Sequitur deinde pallii *προσωποποιΐα,* qua auctor declamatorio more pallium pro se loquens inducit usque ad illa verba sub finem „Sed ista pallium loquitur.“ Quibus ostenditur pallium non prorsus otiosum esse in republica, sed aliquid etiam habere quod agat, immo plus prodesse reipublicae quam togam, etiamsi nihil curiae, nihil foro, nihil campo debeat. (Salm.) Pro *comitiasti* reposuerim *incomitiasti.* Facile poterat praepositio *in* absorberi praegresso vocabulo *nomine.* Paulus p. 107. ed. Müller: „*Incomitiare* significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum, venire. Plautus [Curcul. III, 1, 30.]: „Quaeso, ne me *incomities.*“ Eadem fere legis in Gloss. Lat. ab Ang. Maio edito in Auctt. Class. tom. VIII. p. 110. Aliter explicant verbum *incomitiare* Ioannes Ianuensis ap. Du Cangium s. v., Glossarium Isidori, vel potius Excerpta Pithoei, et Gloss. Lat. ap. Barth. Advv. XXVIII, 19. Cf. etiam Du Cangius s. v. *Comitiari,* tom. II, p. 467. ed. Hensch., et Gloss. Isidori ceteraque s. v. *Inforare.*

h. nihil officio advigilo] Non surgo media nocte ad salutationes antelucanas. (Ludov. de la Cerda.) Iuvenal. Sat. V, 20 „— Surgendum est mane priusquam Turba salutatrix iam tota peregerit orbem.“

i. canales non odoro] Canales erant in foro, unde „Canalicolae forenses homines pauperes dicti, quod circa canales fori consisterent.“ V. Festum [Paulus p. 45. Müll.] Causidici ac rabulae sic dicebantur et qui assidui in foro. Canalis in foro medio mentio apud Plautum [Curcul. IV, 1, 15.] „In medio propter canalem sunt ostentatores meri.“ Quod autem in illis canalibus aqua, ut fit, haerens interdum male oleret, ideo *canales odorare* dixit. Nam mephitin illam pati cogebantur qui foro dabant adsiduam operam, ut causidici et rabulae forenses. (Salm.) Cf. et Gell. N. A. IV, 20.

k. cancellos non adoro] Ante tribunalia iudicum cancelli erant, ad turbas prohibendas. Ad eos cancellos stabant advocati, quos adorabant qui iudicem cum reverentia adire aut coram eo dicere volebant. Isidorus: „*Caulae,* cancelli tribunales, ubi stant advocati.“ Aliae Glossae: „*Caula,* cancellum ante iudicem, vel ingressus. (Salm.) Cf. Salm. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 484.

l. quam ne curem.] Mecum tantum mihi res est, inquit. Aliis negotiis me non immisceo quam quae ad me spectant: in alios mihi negotium non est, sed in meipsum tantummodo: *πλὴν οὐκ ἄλλο τι φροντίζω, εἰ μὴ ὅπως μηδὲν φροντίζω.* (Salm.)

m. ignavam infamabis.] Infamabis,

dum est. [47]Erat olim ista sententia[n]. Nemo alii nascitur moriturus sibi. Certe[o] cum ad [48]Epicuros et Zenonas ventum est, sapientes vocas totum [48b]quietis magisterium[p], qui eam summae atque unicae voluptatis nomine [49]consecravere. Tamen [50]propemodum mihi quoque licebit in publicum [51]prodesse[q]. Soleo de qualibet [51b]margine vel ara[r] medicinas moribus dicere, quae [51c]felicius publicis rebus

47. Errat *ABCabc.* 48. episcopos *AB.* 48b. pnycis *Ios. Scaliger.* 49. conservavere *ABCabc.* 50. vel propemodum *ABC.* 51. prodisse *BC.* 51b. imagine *Vaticani, Adr. Turnebus.* 51c. facilius publicis et civitatibus *liber Salmasii.*

quod illa vita sit ignava quae in secessu colitur, licet mihi dederis meliorem esse: nam ex tua sententia patriae ac reipublicae vivendum est. (Salm.)

n. Erat olim ista sententia.] Pro *Erat* antea habebatur *Errat.* Quod cui placebit, is voculam *olim* interpretabitur *passim.* Cf. adn. ad Apolog. cap. 14.

o. Certe] Certe cum ad Epicuros et Zenonas, h. e. Epicuream et Stoicam sectam, ventum est, sapientes vocantur, otii et quietis magistri, qui vitam illam otiosam et ignavam summae voluptatis nomine consecravere. Cur igitur Cynicis meis quasi probrum obiicitur quod in aliis philosophis sapientia iudicatur et vocatur? Cynici vulgo male audiebant, ut impostores, et scurrae, et mendici verius quam philosophi. Solo habitu a Stoicis differebant, dogmata fere eadem habebant, praesertim quantum ad *ἀπραγμοσύνην.* Stoicum enim decretum erat *ἀπράγμονας εἶναι τοὺς σοφούς.* Hinc Stoica dogmata a Cynicis tunica tantum distare dicit Satirographus. Nam pallium aliter Cynici circumiiciebant, qui sine tunica illud gestabant, aliter Stoici et reliqui philosophi qui sub pallio tunicam sumebant. Sextus Empiricus: „*καὶ ὁ μὲν Διογένης ἐξώμιδος περιήει, ἡμεῖς δὲ ὡς εἰώθαμεν.*“ Presbyteri porro Christiani pallium eo modo amiciebant quo Cynici. Ideo Tertullianus pallium Cynicum hic loqui facit, quia habitus erat Christianorum ascetarum. Sic dum pro se loquitur pallium Cynicum, pro pallio quoque Christiano perorat. De pallio tamen philosophico et Cynico hic generatim agitur, non de Christiano. Nam de Christianis ascetis genus istud pallii infamabatur maxime propter Cynicos, quorum proprius hic habitus erat. Propterea amictum illum Cynicum hoc loco semet defendentem et causam suam perorantem inducit Tertullianus, et postquam peroravit, commendationem illi etiam maiorem conciliat ex divinae et Christianae philosophiae commercio, quam vestiebat illo tempore, haud secus ac Cynicam. „Sed ista, inquit, palliumi loquitur. At ego iam illi etiam divinae sectae ac disciplinae commercium confero. Gaude pallium et exulta! Melior iam te philosophia dignata est.“ Qui locus satis ostendit ac probat nihil toto hoc sermone tractari aut tangi quod ad Christianum pallium spectat. (Salm.) De Epicurei et Stoici dogmatis discrimine Ludov. de la Cerda apte citat Senecam De Vita Beata [cap. 30.]: „Duae maxime in hac re dissident sectae Epicureorum et Stoicorum, sed utraque ad otium diversa via mittit. Epicurus ait: Non accedet ad rempublicam sapiens, nisi si quid intervenerit. Zenon ait: Accedet ad rempublicam sapiens, nisi si quid impedierit. Alter otium ex proposito petit, alter ex causa.“

p. quietis magisterium.] Ex Plinio [Hist. Nat. XIX, 4.] habet, qui *otii magistrum* vocat Epicurum. (Salm.)

q. mihi quoque licebit in publicum prodesse.] Quamvis, inquit pallium Cynicum, otii magistros et ignavae vitae sectatores vestiam, quamvis illi quos amicio omnia publica munera refugiant ac recusent, nihilominus tamen iis licet in publicum prodesse. Nam de quolibet editiore loco in vitia invehi solent et medicinas pravis moribus facere, quae medicinae civitatibus et rebus publicis plus bonae valetudinis conferunt quam togatorum operae. Proprium autem ac sollemne Cynicorum, non Christianorum, de quolibet suggestu vel eminente loco in probrosos ac vitii plenos declamare atque hominum flagitia canina sua lingua exagitare. (Salm.) Conferre cum his expedit quae de Christiana *ἀπραγμοσύνῃ* disserit atque excusat Tertullianus Apolog. cap. 42 sqq.

r. de qualibet margine vel ara] Id est de qualibet editiore loco, ut sunt

et civitatibus et imperiis [52]bonas valetudines conferent quam tuae operae. Quippe si pergam ad acuta tecum[s], plus [53]togae laesere rempublicam quam loricae. Atquin nullis vitiis adulor, nullis veternis[t] parco, [53]nulli impetigini. [54]Adigo [55]cauterem ambitioni, [56]qua M. Tullius quingentis [57]milibus numum orbem citri emit[u], qua bis tantum Asinius Gallus [58]pro mensa eiusdem Mauritaniae numerat. Hem, quantis facultatibus [59]aestimavere ligneas maculas[v]! item qua lances centenarii ponderis [60]Sulla molitur[w]! Vereor sane, ne parva sit ista trutina, cum [61]Drusillanus, [62]equidem servus Claudii, [63]quingenariam promulsidem aedificat[x], suprascriptis [63b]fortassean mensis

52. lanas *AB.* 53. coge *AB.* 54. Ad quem *AB.* 54b. nullum petigini *A(m. pr.) BC.* 54c. Adigo *de.* adulor. Adigo *ABCabc.* 55. cancerem *AB.* 56. quamquam Tullius *C.* quam Tullius *AB.* 57. millibus numum orbem *cde. Emendavit ita primus Hadr. Iunius Animadv. V,* 10., *postque cum Adr. Turnebus Adverss. p.* 230. millibus (minibus *A.*) non unum orbem *ABCab.* 58. pro menda eiusdem *ABC.* 59. extimavere *B., pro more.* 60. Silla *AB.* Sylla *Cabc.* 61. Drusillianus *A.* rusillianus *B.* Rusilianus *C.* 62. et quidem *Cab., Ios. Scaliger.* 63. quingenaria promulside (promulsidem *B.* paropside *A. m. sec.*) *ABC.* 63b. fortassean mensis *Cabc.* fortassean mensisset *AB.* fortasse mensis *de.*

arae et margines sive crepidines viarum. — — *Margo* proprie est suggestus lapideus vel terreus ad fines constitutus, unde et margo terminus quilibet dicitur. Apud Agrimensores titulus habetur *„De marginibus terrae.“* In publicis et regalibus viis lapides margines erant, utrimque positi, quos itinerarios terminos vocabant. (Salm.) Gloss. Philox.: *„Margo* et *Margos, χρηπίς.“* In Hist. MS. Gemmet. Monast. p. 74. teste Du Cangio *margo* est pro scalae gradu. *Aram* interpretor suggestum sepulchri. Cf. Serv. in Aen. VI, 174. Barthii Adverss. XXII, 8. p. 1087. Fr. Iunius aliique *ara* h. l. pro area dictum esse affirmarunt, testimonio citantes Varronem De Re Rust. I, 54.

s. si pergam ad acuta tecum] Si pergam acutis et decretoriis armis tecum pugnare, non prolusoriis et hebetibus. (Salm.)

t. veternis] Veternus apud veteres de hydrope vel aqua intercute proprie. Hydropis porro nomine vanum gloriosorum tumorem et superbiam inflatam suggillabant. Hinc *ὑδερικὸς ὄγκος* Graecis pro typho et superbia. Lucilius [ap. Nonium pag. 37. Merc.] de superbo: „Aquam te in animo credo habere intercutem.“ Hydropem etiam pro superbia nescio quis Latinorum dixit. (Salmas.) Mihi *veternus* h. l. est vitium inveteratum, qualis et ipsa impetigo. Cf. Columella IV, 24 „Muscus qui more compedis crura vitium devincta comprimit situque et *veterno* macerat“ sqq. Apul. Metam. IX, 13 „totumque corium *veterno* atque scabiosa macie exasperati.“ Idem ibid. X, 9 „qui morbi inextricabilis *veterno* vehementer implicatus vitae se cruciatui subtrahere gestiret.“

u. orbem citri emit] Plin. Hist. Nat. XIII, 15. cum interprr. Tertull. De Anima cap. 30. De hac pretiosissima mensarum materia cf. Burm. ad Petron. cap. 119., interprr. ad Martial. Epigr. XIV, 89. et II, 43, X. Plin. H. N. XVI, 42. Liv. XXXIX, 6. Becker Gallus I, p. 138 sq.

v. maculas] Seneca De Tranquill. cap. 1 „Placet mensa non *varietate maculorum* conspicua.“ Id. De Benef. I, 9 „Video istic mensas et aestimatum lignum censu senatoris, eo pretiosius quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit.“ Plin. Hist. Nat. l. l. I. Fr. Gronovii Observ. III, 11.

w. Sulla molitur] Plin. Hist. Nat. XXXIII, 11. Tertull. De Anima l. l.

x. Drusillanus — — quingenariam promulsidem aedificat] Lancem quingentarum librarum argenti. Lancem vocat Plinius quam hic Tertullianus promulsidem. (Salm.) Plin. H. N. XXXIII, 11 „Claudii principatu servus eius Drusillanus, nomine Rotundus, dispensator Hispaniae Citerioris, quinquagenariam lancem habuit, cui fabricandae prius officina exaedificata fuerat.“

[63]c necessariam, cui, si officina exstructa est, debuit et triclinium. Inmergo aeque scalpellum [64]acerbitati ei qua Vedius Pollio servos muraenis [64]b invadendos obiectabat[y]. Nova scilicet saevitia [65]delectato [66]terrenae bestiae[z] [67]et edentulae et [68]exungues et [69]excornes; de piscibus placuit feras cogere, utique statim coquendis, ut in visceribus earum aliquid de servorum suorum corporibus et ipse gustaret. Praecidam gulam, qua Hortensius orator primus pavum[a] cibi causa potuit occidere, qua Aufidius [70]Lurco primus sagina corpora [71]vitiavit[b] et coactis alimentis in [72]adulterinum provexit saporem, qua Asinius [73]Celer[c] mulli unius obsonium [74]sex sestertiis detulit[d], qua Aesopus histrio ex avibus eiusdem pretiositatis, ut canoris et loquacibus quibusque, [75]centum milium patinam [76]confiscavit[e],

63 c. necessaria *ABC.* 64. acerbitat ei *ABC.* 64b. mandendos *Petr. Ciacconius.* 65. delectato *Bade. Vaticani, Turnebus.* a delectato *C.* delectatio *bc.* delectatos *A. m. pr.* delectatus *A. m. sec., Ios. Scaliger.* a delectatos *liber Salmasii.* 66. tenerae *Latinius.* 67. exedentulae *ABCabc. liber Salmasii.* 68. exungues (exangues *A.*) *ABC. I. F. Gronovius Obss. in Eccl. Scriptt. cap.* 12. exunguis *abcde. liber Salmasii.* 69. excornes *ABC. I. F. Gronovius.* excornis *abcde. liber Salmasii.* 70. Lurcho *ABC.* 71. initiavit *AB.* 72. adulterinum *ce., Ioh. Harrisius.* adulterium *ABCabd.* 73. cetus mulli *C.* ceu mulli *A.* cetniulli *B.* 74. sex sestertiis *de.* sexis *ABC.* VI. HS. *abc.* 75. sexcentorum millium *c., Adr. Iunius Animadv. X,* 51. 76. conflavit *c., Adr. Iunius l. l.*

y. qua Vedius Pollio servos muraenis invadendos obiectabat.] Plin. H. N. IX, 23. Seneca De Ira III, 40. et De Clem. I, 18. Dio Cass. LIV, 23.

z. terrenae bestiae] Plinio H. N. IX, 57. *terreni pisces* sunt „qui prope rigua Babylonis decedentibus fluviis in cavernis aquas habentibus remanent." — — Idem IX, 16. *terram* vocat vadum maris excavatum quo per hiemem quidam piscium conduntur. Quos pisces etiam terrenos liceat nominare. Sed et *pisces terreni* non inepte dicantur qui in terra haberi nutririque solent, in piscinis scilicet longe a mari factis, ad differentiam marinorum et qui in alto mari degunt. Igitur *terrena,* non marina, h. e. lacu et piscina inclusa et paene mansuefacta. Ut autem *terrenae muraenae* dictae quae piscinis terra conceptis habentur inclusae ad differentiam pelagiarum, sic turdi *terrarii* vocati qui in ornithonibus alebantur, ad distinctionem aëriorum, qui libro scilicet aëre fruuntur. Cf. vetus schol. ad Persii Sat. VI, 24. (Salmas.) Rectissime. I. F. Gronovius Observ. in Eccl. Scriptt. cap. 12. (p. 616. ed. Frotscher) restituit: „Nova scilicet saevitia delectato terrenae bestiae et edentulae et exungues et excornes; de piscibus placuit feras cogere." Probavit etiam Rigaltius. Nihil enim Salmasii illae *terrenae* muraenae. *Cogere feras* est cogendo ferarum instar dilaniare corpus humanum pisces efficere feras. Cf. I. F. Gronovius l. l. Similiter dixit Septimius *cogere lutum* Apolog. cap. 35.

a. qua Hortensius orator primus pavum] Plin. H. N. X, 20. Varro De Re Rust. III, 6, 6. Cf. Cic. ad Fam. IX, 18 et 20. Iuven. Sat. I, 143.

b. qua Aufidius Lurco primus sagina corpora vitiavit] Plinius l. l. et Varro l. l.

c. qua Asinius Celer] Macrob. Sat. II, 12., ex Sammonico. Plin. H. N. IX, 17. Iuven. Sat. IV, 15. Cf. Hadr. Iunius Animadv. V, 10. I. Meursius De Luxu Rom. cap. 13. Cf. Salm. ad h. l.

d. detulit] *Deferre* Salmasio hic est *emere;* ut apud Senecam Epist. 42 „Quotiens ad institorem alicuius mercis accessimus, videamus hoc quod concupiscimus quanti *deferatur.*", ubi *deferre* cum ipso Salmasio vulgo interpretantur *vendere.* Cf. Gronov. ad Liv. XXXIV, 9. et Salmas. ad h. l. Ludov. de la Cerda in Tertulliani verbis *detulit* explicat *domum tulit.* Quod verum videtur in utroque loco.

e. centum milium patinam confiscavit] Id est patinam centum milium, tanti enim constabat, confiscatam repositamque habuit in cellario suo, ut aves in ea convivis suis exhiberet. *Confiscare*

[77]qua filius eius[f] post tale pulpamentum potuit aliquid [78]sumptuosius esurire[g]. Margarita namque vel ipso nomine pretiosa dehausit, credo ne mendicius [79]patre coenasset. Taceo Nerones et Apicios [80]et Rufos[h]. Dabo catharticum impuritati Scauri[i] et aleae Curii[k] et vinolentiae Antonii[l]. Et memento istos interim ex multis[m] togatos fuisse; [81]quales apud pallium[n] haud facile. [82]Has purulentias civitatis quis eliciet et [83]exsuppurabit, ni sermo palliatus?

Cap. VI. Sermone, inquit, me [1]suasisti[a] medicamine sapientissimo. Verum etsi eloquium quiescat, aut infantia subductum aut verecundia retentum (nam et [1b]elingua[b] philosophia vita contenta est), ipse habitus sonat. Sic denique auditur philosophus, dum videtur. De occursu meo vitia [2]suffundo[c]. Quis non, aemulum suum cum videt,

77. qua filius eius *ABCabc.* Filius eius *de.* 78. sumptiosius *liber Salmasii.* 79. patrocinasset *liber Salmasii.* 80. et *om. ABC.* 81. Qualis *Nic. Rigaltius.* 82. et has *AB.* 83. exsuppurabit *de.* exvaporabit *reliqui.*

Cap. VI. 1. sanavisti *Ios. Mercerus.* 1b. elingua *ABCabc. liber Salmasii.* elinguis *de.* elingui *A. m. sec.* 2. sui fundo *BC.*

h. l. est ἀποταμιεύειν, recondere vel reponere. Glossae: „Confiscare, *Ταμιεύειν, ἀποθησαυρίζειν.*“ Sic apud eundem Tertullianum libro de Anima [immo De Fuga in Persecut. cap. 12.]: „in *confiscato* animam habent.“ (Salm.) De hac Aesopi histrionis gula v. Plin. H. N. X, 51.

f. qua filius eius] V. Plin. H. N. IX, 35. Horat. Serm. II, 3, 239 sqq. Eidem filio illud ipsum quod vulgo patri tribuit Valer. Max. IX, 1, 2.

g. sumptuosius esurire.] Sic Martial. Epigr. VII, 26, 10 „vilius esurio.“, et similiter Hieronymus Epist. ad Marcellam: „vilius non algebo,“ et ad Eustochium: „lucrosius perire.“

h. Nerones et Apicios et Rufos.] Rufus „ciconiarum iste conditor“ ap. Horat. Schol. ad Serm. II, 2, 49. De Nerone et Apicio omnia in promptu sunt.

i. Dabo catharticum impuritati Scauri] V. Lips. ad Taciti Ann. VI, 29. p. 155.

k. et aleae Curii] V. Cic. Phil. V, 5. VIII, 9., et ibi Asconium.

l. vinolentiae Antonii.] V. Cic. Phil. II, 39. Epist. ad Fam. XII, 55. Ad Att. XIV, 4. Plin. H. N. XIV, 22. Flor. IV, 11. Sidon. Apoll. Carm. VII, 94 „— profugisque bibax Antonius armis.“

m. ex multis] Quia non omnes quos nominavit togati. Nam inter eos Aesopus pater et filius palliati. (Salm.)

n. quales apud pallium] Sic distinguendum iudicavi „et memento istos interim ex multis togatos fuisse, quales apud pallium! haud facile has purulentias civ. exs. nisi sermo palliatus.“ Memento, inquit, et vinolentos, quos memoravi, et impuros et aleones et lucones magnam partem togatos fuisse, quales apud pallium! id est quales habendos, in quali existimatione ponendos apud pallium? quam probrosos scilicet, quam vituperandos et omni reprehensione dignos apud illos qui pallium gestant? Hos togatorum purulentias et carcinomata haud facile quis ad sanitatem perduxerit nisi sermo palliatorum, qui medicinam moribus soli facere sciunt. (Salm.) Adstipulor Rigaltio hanc Salmasii distinctionem reprobanti.

Cap. VI. a. me suasisti] V. quae adnotavi ad Scorp. cap. 2. Fr. Iunius pro *medicamine* mavult *medicamento*, ut versus senarius sibi constet, ex Euripide versus, „*Λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.*“ Quem versum in Euripide reperire mihi non contigit.

b. elingua] Sic libri veteres habent *Elinguus* dixit pro *elinguis*, ut *exanimus* et *inanimus* aliis, *informus*, *enormus*, *proclivus*, *adclinus* et similia. (Salm.)

c. De occursu meo vitia suffundo.] Cynicorum occursum declinabant omnes ac vitabant, propter amaram et acerbam qua in vitiis palam carpendis utebantur libertatem. Huiusque igitur quaecunque de philosophis dixit pallium, de Cynicis dicta intelligi debent. (Salm.) De verbo *suffundo* cf. adnott. ad Scorp. cap. 10.

patitur? quis oculis in eum potest in quem mentibus non potest[d]? Grande pallii beneficium est, sub cuius recogitatu improbi mores vel erubescunt. Viderit[e] nunc philosophia, quid prosit; nec enim sola mecum est. Habeo et alias artes in publico utiles. De meo vestiuntur et primus informator litterarum et primus [3]enodator vocis et primus numerorum [4]harenarius[f] et grammaticus et rhetor et sophista et medicus et poëta et qui musicam pulsat[g] et qui [5]stellarem coniectat[h] et qui volaticam spectat[i]. Omnis liberalitas stu-

3. enodator *de. liber Salmasii.* edonator *ABC.* edomator *A (m. sec.) abc.* 4. harenarius *ABCabc.* arenarius *de.* 5. stellarium *A.* stellarum *BC.*

d. non potest] Quis enim non perturbatur vel solum ad aspectus contrarii notitiam? Quis potest occursum ac vultum eius ferre quem cogitatione ipsa perhorrescit? (Ludov. de la Cerda.)

e. Viderit] Viderit nunc, inquit, philosophia, quam vestio, quid prosit. Hoc nomine tantum commendari non debeo, nec enim sola mecum est. Habitus hic meus non tantum propter eam est utilis, sed etiam propter alias artes aeque in publicum proficuas, quae de meo pariter vestiuntur. (Salm.)

f. et primus numerorum harenarius] Tres primos hic praeceptores et ludimagistros nominavit auctor qui rudes pueri annos primis et elementariis litteris erudiendos suscipiebant, quos et a grammatico distinxit qui solidiore doctrina eum imbuebat: *primum litterarum informatorem,* qui litterarum formas et potestatem cognoscere et scribendo exprimere, *primum vocis enodatorem,* qui recte pronuntiare, *primum numerorum harenarium,* qui calculare monstrabat. Atque haec tria munera unius eiusdemque doctoris ferme fuerunt, quem γραμματιστὴν Graece appellatum diximus. (Salm.)

g. et qui musicam pulsat] Citharistam aut citharoedum intelligi volunt; nec ego sane nollem, nisi quaedam repugnare viderentur. Citharoedicus habitus palla fuit, non pallium, ut ex multis auctorum locis mihi compertum certo posse videor affirmare. Hinc Apollo, ut citharoedus, semper cum palla fingebatur et pingebatur, Aesculapius vero cum pallio. Non dicam musicam magis proprie dictam de vocis cantu, unde musicarius qui voce caneret, nam et musicos etiam scio dictos et tibicines fidicinesque. Sed illud profecto non tacendum est, qui voce in choro canebant, palliatos vulgo fuisse. Nam septem palliati chorum faciebant apud veteres. Hyginus [Fab. 273.] „Pythaules, qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos qui voce cantaverunt, unde postea appellatus est choraules. Tibicen ipse qui tibiis ad chorum canebat et choraules inde dicebatur palliatus non erat, cum palliis amictus esset chorus cantantium. Et de illis symphoniacis palliatis omnino hic intellexerit Tertullianus necesse est, non de citharistis aut citharoedis qui palliis amicti. At inter pallam et pallium longa erat differentia. Sed quomodo qui voce canunt musicam pulsare dici queant? Symphoniaci in choro pulsu pedis vocem suam moderabantur, quod hodie musici nostri manu faciunt, et percutere mensuram se dicunt. Praeterea in veterum choris semper unus fuit qui ceteris ἐνδόσιμον daret pedis supplosione aut etiam manuum percussione, quod mesochori sive coryphaei officium erat. Vide quae super hac re ante biennium notabamus ad Historiam Augustam. Eleganter igitur hic Noster *musicam* pulsare dixit de eo qui musicam pulsu temperat ac moderatur. Si quis contendet de citharista accipiendum potius esse, ostendat mihi pallium citharistarum proprium fuisse. Fuerint illi licet palliati, non soli hoc habitu inter musicos fuere. Nam ostendimus, qui voce cantabant hunc etiam amictum habuisse, quem cur solis attribueret citharoedis h. l. Tertullianus, causae non erat. Atqui contrarium iam docuimus citharoedorum amictum pallam, vôce cantantium pallium fuisse; de his igitur, non de illis, auctor exponendus. (Salm.)

h. qui stellarem coniectat] Stellaris, ἢ δι' ἄστρων μαντική. *Stellarum interpretationem* dixit De Cultu Fem. I, 2., *stellarum interpretes* De Idolol. cap. 9.

i. qui volaticam spectat.] Volatica, ἢ οἰωνιστικὴ ὀρνεοσκοπική, quae volatum scilicet avium spectat. (Salm.)

diorum quatuor meis angulis[k] tegitur. Plane [6]post Romanos equites[l]. Verum et [7]accendones[m] et omnis gladiatorum ignominia togata producitur. Haec nimirum indignitas erit A toga ad pallium[n]. Sed ista pallium loquitur[o]. [8]At ego [9]iam illi etiam divinae sectae [10]ac disciplinae commercium confero. Gaude pallium et exsulta! Melior iam te philosophia dignata est[p] ex quo Christianum vestire coepisti.

6. postrema, non equites *Ios. Scaliger.* 7. accendones *de. liber Salmasii.* accedonis *ABC.* cerdones *abc.* 8. ac *AB.* 9. iam me illi *c.* 10. ad *ABC.*

k. quatuor meis angulis] Cf. supra ad cap. 1.

l. Plane post Romanos equites.] Verba sunt togae contra pallium. Sic plane est; sed post Romanos equites. Vestis quidem omnes, dummodo non sint equites, sed contemptiores. (Ludov. de la Cerda.)

m. accendones] Lanistae, qui gladiatores accenderent et excitarent ad pugnam. Cf. Ad Martyr. cap. 1., cum adnotatis. Lipsius Saturn. Serm. II, 17. p. 963. ed. Vesal. Togatos autem fuisse lanistas iam supra dixit [cap. 4.] „vespillo, leno, *lanista* tecum vestiuntur.“ Togati etiam gladiatores producebantur, ut ex hoc loco constat, et togam inter gladiatoria Commodi instrumenta et ornamenta recenset in Pertinace Iulius Capitolinus. De togis gladiatorum ad Suetonium plura, ubi docebimus togatos quidem productos fuisse gladiatores, spectaculi scilicet gratia et per pompam, non tamen in togis depugnasse. (Salm.)

n. a toga ad pallium.] Hanc tantam indignitatem tecum habes ut desinas mihi oblatrare „A toga ad pallium?“ (Lud. de la Cerda.)

o. Sed ista pallium loquitur.] Hactenus, inquit, pallii habitus pro se loquutus est, qui eo nomine maxime sese in publicum utilem haberi debere contendit, quod liberalium artium professores et philosophos vestiat, quae artes plurimum quantum utilitatis in rempublicam conferunt, et aliquando plus etiam quam operae togatorum, ita ut nulla indignitas sit, si quis a toga ad pallium transeat, habitum utpote digniorem et utiliorem. Ita quidem pallium pro se declamat; sed ego iam illi, quo magis gloriari et exultare habeat, divinae etiam sectae ac sacrae disciplinae commercium contribuo, ut qui philosophum tantum paganum antea amiciebat, nunc vero et Christianum amiciat, cuius longe optima ac praestantissima philosophia est. (Salm.)

p. Melior iam te philosophia dignata est] Meliorem philosophiam hic vocat *τὴν ἀκριβῆ τοῦ Χριστιανισμοῦ πολιτείαν*. Nec enim omnes Christiani, ut antea observavimus, pallium philosophicum sumebant, sed soli ascetae, et qui inter Christianos exactioris disciplinae norma et strictioris propositi rigore censeri volebant; quod olim presbyteri fere omnes, postea soli monachi affectarunt. Hinc *μοναστικὴν πολιτείαν* et *μοναστικὴν φιλοσοφίαν* pro eodem auctores dixere. Sozomenus: „*πολιτείαν ἄμεμπτον φιλοσοφεῖν.*“ (Salmas.)

CORRIGENDA.

Pag.	7	*lin.* 11.	*pro* illi *repone* illic.
-	12	- *ult.*	*pro* commestam *repone* comestam.
-	17	- 3.	*adnot. crit. pro* Adhud *repone* Adhuc.
-	18	- 9.	*pro* suervacuam *repone* supervacuam.
-	25	- 2.	*adnot. crit. dele verba* ad speciem *et repone* eierationem pertinebit.
-	98	- 4.	*pro* uniuscuisque *repone* uniuscuiusque.
-	99	- *penult.*	*pro* nullam *repone* nullum.
-	114	- 10.	*pro* nun *repone* non.

Lipsiae, impressit J. B. Hirschfeld.

2.–

3vols Cutx

208.22
T 279

37324

TERTULLIANUS

AUTHOR

Q.S.F.Tertulliani Quae Supersunt

TITLE Omnia - ed.Franciscus Oehler

Tomus 1

DATE LOANED | BORROWER'S NAME

STORAGE - CBPL

37324